PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA ;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DOCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA ; LATINA, JAM INTEGRE EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XXI.

EUSEBIUS PAMPHILI CÆSARIENSIS EPISCOPUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

Digitized by Google

282
M582p
t.21

Digitized by Google

SÆCULUM IV.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ,

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΤΗΣ ΕΝ ΠΑΛΑΙΣΤΙΝΗ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

—

EUSEBII PAMPHILI,

CÆSAREÆ PALÆSTINÆ EPISCOPI,

OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT,

CURIS VARIORUM, NEMPE :

HENRICI VALESII, FRANCISCI VIGERI, BERNARDI MONTFAUCONII, CARD. ANGELO MAII

EDITA;

COLLEGIT ET DENUO RECOGNOVIT J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITOR.

TOMUS TERTIUS.

VENEUNT SEX VOLUMINA 75 FRANCIS GALLICIS.

—

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

458934

Digitized by Google

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUÆ IN HOC TOMO XXI CONTINENTUR

EUSEBIUS PAMPHILI.

Præparatio evangelica. *col.*
Notæ et emendationes*. 1

* Hunc notarum apparatum editioni suæ *Præparationis evangelicæ* attexerat dominus Seguierus a Sancto Brisso Academiæ Inscriptionum socius, nuper, magno litterarum damno, e vivis ereptus. Plura vide in *Monito* notis præfixo

Digitized by Google

ΕΥΣΕΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ

ΠΡΟΠΑΡΑΣΚΕΥΗ ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗ

—

EUSEBII PAMPHILI

CÆSAREÆ PALÆSTINÆ EPISCOPI

PRÆPARATIO EVANGELICA

ıciscus Vigerus, Rothomagensis, Societatis Jesu presbyter, ex mss. cod. et laudatis ab ipsomet Eusebio scriptoribus recensuit, Latine vertit, notis illustravit.

EDITIO NOVA

Juxta Parisinam anni 1628, *Oxoniensem et Lipsiensem denuo recensita.*

—

VIGERI EPISTOLA NUNCUPATORIA.

ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO DOMINO
JOANNI FRANCISCO DE GONDY,
PRIMO LUTETIÆ PARISIORUM ARCHIEPISCOPO.

ptandum imprimis erat, Archipræsul illustrissime, ut quantum in convellendis profanæ rretitionis erroribus, eruditionis ac diligentiæ Noster hic Eusebius afferebat, tantum Christianæ pietatis in causa, vel integritatis, vel constantiæ retineret. Sed fuit ille irum in eligendo tam infelix et iniquus, ut cujus per sese jactura mediocris erat ac tolelis futura, ejus sibi possessionem omni contentione defenderit; quæ omni pretio major tum ejus luce atque dignitate, nudi et vacui nominis umbram ac speciem compensarit. n igitur ulioquin Ecclesia sanctissimorum et doctissimorum virorum in numero consere

Digitized by Google

voluisset, eum, quod ipsemet maluisse visus est, inter Origenes, Tertullianos, Bardesanes, Tatianos, et si qui præterea miserabili dissidio, ingenii doctrinæque laudem a religionis et fidei gloria sejunxerunt, numeravit. In quo quidem id providit suo more sapienter, ut quorum ex morbi contagione pericula cavere posset, eorum industriæ fructu non careret. Et vero, sive timiditatis hoc fuit, sive fraudis, tectius hic aliquanto quam cæteri, ac verecundius insanire conatus est, ut suis ipse libris Arianæ perfidiæ maculam aspergere potius quam inurere videatur. Atque ut de aliis hoc loco taceamus, equidem hunc sese mihi potissimum obtulisse gaudeo, in quo labis ac veneni parcissimus fuerit, exquisitas eruditionis opes liberali plenaque manu congesserit. Sane vero quidquid hoc in genere lævum ac flagitiosum Eusebii manus alleverat, id omne Trapezuntii pietas, molliore vel stylo induxerat vel spongia deleverat; sed in interprete fides magis commendari solet, quam pietas. Quanquam nec tanti certe dissimulatio ista fuit, cum præsertim non doceat, ut cæteri, non probet, non urgeat, sed mentem modo furtim indicet innuatque suam: quasi non sine pudore aliquo catholicæ frontis pudorem exueret. At quantum hic ex locuplete penu rerum atque locorum, et quanta cum varietate protulerit, suavius, ut opinor, legendo sentiri potest, quam dicendo uberius explicari. Qui quidem sensus, litteratorum omnium communis adhuc idemque fuit, qui et hujus in operis cognitione non mediocri diligentia studioque versati sunt, et in eo non minus Eusebium de antiquitate ipsa, quam de universa posteritate meruisse judicarunt. Atque hoc judicium veritatis est, non gratiæ. Nam ut eos scriptores omittam, quorum monumenta nobis superiorum ætatum nec incuria eripuit, nec invidit injuria, quibus tamen hic novo quodam et illustri usu, auctoritatis plurimum et splendoris accessit. Quis non hunc ejus laborem, et prisco illi ævo salutarem, et nostro huic jucundissimum ac fructuosissimum esse intelligat, per quem superstites nec paucas, nec exiguas vetustorum, hoc est vel tempore ipso pretiosorum ingeniorum reliquias, sic tanquam servatas ex fœdissimo naufragio tabulas habeamus? Atque ut obiter beneficii partem aliquam degustemus, ejus in primis opera Sanchoniathonem illum, hominem Phœnicium, et Trojanis, si plerisque fides, temporibus supparem audimus, Philonis Bybliensis ore, de antiquissima Phœnicum theologia disputantem; quæ Hebræorum ex fontibus, sed obliquo ac devio flexu derivata, in Ægyptios postea Græcosque redundavit. Audimus et OEnomaum, acrem, Superi! pugnacemque philosophum, quiab Apolline in fraudem impulsus, quam ingeniose totam illam oraculorum vanitatem illudit? quanta vi dictionis bilem ac stomachum in profani numinis caput erumpit? Quid graves et eruditas commemorem Origenis, Diogeniani, Bardesanis concertationes, adversus impiam siderum fatique necessitatem, pro humanæ libertatis defensione susceptas? Quid Dionysios Alexandrinos, quid Maximos, inveteratam illam multorum philosophorum de materiæ æternitate ac prope divinitate sententiam, pulcherrimis ac firmissimis rationibus evertentes? Dat ille nobis Porphyrium, ex intimo veterum oraculorum sinu, novum reconditæ philosophiæ genus eruentem. Producit Numenium, Platonicæ academiæ sectas atque divortia, non minus diligenter et enucleate, quam jucunde ac suaviter explicantem. Ejusdem ex Academiæ spatiis Atticum Aristoclem sistit ex Lyceo, quorum ille sic Aristotelem a Platone divellit, ut omnem inter eos philosophiæ societatem commerciumque tollat; hic autem Aristotelis sui defensionem, cum longa et accurata eorum maxime philosophorum, qui sensibus aut nihil aut omnia crederent, reprehensione conjungit. Debet huic Africanus Chronologiæ suæ fragmentum sane luculentum. Debet Plotinus egregiæ disputationis auctarium, qua immortalium animorum purissimam

Digitized by Google

divinamque naturam, ab omni corporeæ et molis concretione sejungit. Debet Philo Judæorum eloquentissimus, pulcherrimam, si unum aut alterum inde nævum sustuleris, Providentiæ divinæ prædicationem. Cui tamen si quid deerat, id totum amplissima ex Dionysii Alexandrini opere, tam pietatis, quam eruditionis omnis accessione cumulavit. Debet postremo, quæ pars est Præparationis *hujus perinsignis, Hebræorum illa natio, memoriam generis rerumque suarum vetustissimam: cujus ad celebritatem, qui non ejus voce ductuque convenere? Græci, barbari oratores, poetæ, historici, Berosi, Megasthenes, Abydeni, Eupolemi, Hecatæi, Demetrii, Chærili, Ezechieles, Artapani. Cujus in laudis ac diligentiæ partem, ut Josephus etiam veniat, longe tamen est Eusebii gratia liberalior: et eo quidem æstimanda pluris, quod ex illis profanorum hominum testimoniis, ad sacræ historiæ notitiam plurimum sæpe lucis hauriamus.*

Hoc igitur Eusebius tam frequenti ac tam nobili comitatu septus, ad te venit, Archipræsul illustrissime, ut quod per sese non posset, tot eruditorum clientium, quos, ne toti nobis sibique morerentur, singulari studio prohibuit, conjunctis vocibus graviorem ab humanitate tua temeritatis suæ pœnam deprecetur. Non es, ut spero, in eum durior et inclementior futurus, quam summos pontifices eadem in causa jam senserit. Mihi forte verior metuendi causa restat, ne gravioribus tuis sanctioribusque curis molestus interpellator adveniam, ignotus præsertim ac novus homo, tam mihi tenuitatis et inopiæ meæ conscius, quam tuæ conscius dignitatis. Quanquam, ubi te penitus moresque tuos recognovi, ne hunc quidem metum, sine aliqua offensione injuriaque tua retineri posse intelligo. Rara sane laus et eximia voluntatis indolisque tuæ, in tanta divini muneris amplitudine cavere diligenter, ne quisquam aditu se congressuque tuo, ac ne benevolentiæ quidem tuæ beneficio indignum arbitretur. Utar igitur hoc naturæ tuæ bono, si tuum illud tamen est, quod acceptum a majoribus, et novis per te incrementis auctum, tam commune cum omnibus esse voluisti. Nec vero solam hanc facilitatis aliarumque virtutum gloriam, in clarissimæ Gondiorum *familiæ stirpem fontemque refudisti. Novus ad eam per te splendor accessit, ita tibi proprius, ita singularis, ut socium in eo quemquam nec habeas, nec habere possis. Illustria sunt, nec laudis ullius egentia nominis ac generis tui decora, fateor: ac ne tanta in luce quæreretur vivum etiam ac spirans Christianæ demissionis exemplum, frater ille tuus, se ipso nunc, quæ summa prædicatio est, fortior atque nobilior, Gallia tota mirante perfecit. Sed ejusmodi tamen omnia sunt, quæ tecum et cum aliis communicari potuerint. Nam, ut cætera modo non attingam, summus ille profecto est dignitatis honorisque gradus, ad quem Illustrissimus cardinalis HENRICUS, frater item tuus, non minus virtutum suarum, quam Ludovici Justi suffragio evectus ascenderat. Sed illum ipsum tamen, quantuscunque est, qui certe maximus est, quamplurimi et antea consecuti sunt, et postea consequentur: atque ut de te ipso non nisi modeste loquar, tu quidem ex illis unus esse potes. At primus Parisiorum, hoc est urbis urbium omnium principis archiepiscopus, nec alius abs te quisquam tot retro sæculis fuerat, et omnibus deinceps ætatibus, præter unum te, alius esse non poterit. Cujus tibi cogitationis eo suavior gustus esse debet, quo jam et communi sensu populorum, et longo sæculorum usu, hac prærogativa dignitatis et ordinis, lætissimum quoddam sanctitatis eximiæ vel auspicium, vel præjudicium continetur. Itaque abs tuo nomine, Archipræsul reverendissime, novus imposterum, ac priori longe nobilior, majorum antistitum ordo seriesque ducetur, et quoties non tantum amplissima* Gondiorum *tuorum familia, sed etiam Lutetia regni caput, de maximis honoribus*

Digitized by Google

titulisque suis recordabitur, toties utraque Francisci sui memoriam, a quo novum hunc auspicetur sanctissimi sacerdotii principatum, suavissima et ornatissima gratulatione celebrabit. Verum ut ad me revertar, nec tamen abs te discedam, mihi quidem, si aliud nihil fiduciam aleret foveretque meam, vel eo tamen egregie sperandum putarem, quod ea me Societas in suis numeret, cui ex animo bene velle, tam prope hæreditarium familiæ tuæ est ac solemne, quam nomen. Qui sensus, quam alte animo insideat hæreatque tuo, jam ultro sæpius non tantum amantissime, sed etiam amicissime declarasti. Cujus voluntatis ne te unquam pœniteat, Societas vicissim nostra omnibus observantiæ gratique animi officiis, cum amoris tui beneficio studioque certabit. Ego vero, ut omnium novissimus, animo tamen omnibus obsequioque simillimus, cum aliud mihi nunc ad manum esset nihil, hunc cuicumodi sit, laboris nostri fœtum, Amplitudini tuæ offerendum et consecrandum putavi: ut quem in medio Lutetiæ tuæ sinu, quotidianas inter docendi curas natum atque susceptum hactenus educavi, is tuo in complexu deinceps non modo feliciter adolescat, sed omnes etiam vel temporis injurias, vel petitiones invidiæ, tuo patrocinio tectus ac defensus eludat. Vale. Lutetiæ Parisiorum, anno Domini millesimo sexcentesimo vicesimo septimo, quarto Kalendas Octobris.

Illustriss. ac Reverendiss. Amplitudini Tuæ

Deditissimus

FRANCISCUS VIGERUS,
SOCIET. JESU PRESBYTER.

AD CHRISTIANUM ET CANDIDUM LECTOREM.

Cum in eo esset Eusebius, ut sanctissimum Christianæ religionis Auctorem, perspicuis et evidentibus argumentis Christum illum esse ostenderet, quem divina Hebræorum oracula tanto ante cecinissent; ne quam gentilibus interea lacessendi, atque interpellandi sui occasionem relinqueret, eorum sibi os frenandum prius atque obturandum putavit. Itaque alterum illud opus, quod præcipue ac proprie animo designabat, *Evangelicam Demonstrationem* appellavit; huic autem, quo ad facilem susceptæ disputationis cursum, planam sibi expeditamque viam muniebat, *Præparationis Evangelicæ* nomen imposuit. Est quidem hoc argumenti genus, tam Græce quam Latine, sanctissimorum et sapientissimorum hominum opera studioque tractatum. Sed illi tamen, vel altera duntaxat in parte laborarunt, vel utramque strictim et obiter attigerunt. Ita Noster hic, ut cæteris laudibus inferior sit, alios tamen utriusque complexione, alios scribendi ubertate superavit. Verum hoc loco *Demonstrationem* prætereo, cujus pro integro justoque corpore, informis ad nos truncus, sine capite cruribusque pervenit. Hac quidem in *Præparatione* ita versatus est, ut in Græcorum vel erroribus illustrandis, vel refutanda superbia, non tam suo vel suorum, quam popularium ac domesticorum testium ore loqueretur: quorum nec suspectam

Digitized by Google

ipsi fidem habere possent, nec prudentiam desiderare, nec alienam existimare voluntatem Tametsi nostrorum etiam interdum, hoc est Christianorum hominum pugnavit armis. Prorsus, ut hujus in operis molitione, sedulitatis potius ac diligentiæ, quam facultatis et ingenii quæsiisse laudem, nec tam suis ipse viribus cum adversario congredi, quam ex peregrino et conductitio milite aciem instruere, imo cum hoste hostem committere videatur. Cæterum, quem ille ordinem hac in pugna modumve tenuerit, ipso libri decimi quinti exordio tam enucleate diserteque complexus est, ut ejus verbis addi nihil possit, præter auctoris injuriam.

Sequitur ergo potius, Christiane Lector, ut quam de illo bene mereri studuerimus, hoc est, quid in nova *Præparationis* hujus editione conati simus, breviter accipias.

Exstitit ante hos centum annos Trapezuntius, homo et natione Græcus, et Latinis insuper litteris non mediocriter informatus: qui, si horum ad librorum interpretationem, quantum eruditionis ac solertiæ afferebat, tantum a curis gravioribus temporis et otii conferre potuisset; nobis utique legendi voluptatem, non alterius operæ necessitatem reliquisset. At dum (quod ipsemet vel excipit, vel excusat) cum eorum a quibus urgebatur desiderio, vertendi celeritatem æquare gestiret, Eusebium Eusebio suffuratus est; itaque suo ex sensu vultum ei speciemque finxit, ut ab eo Trapezuntium verius quam Eusebium haberemus. Ita capitum ordinem numerumque mutat; ita sententias, periodos, paginas nonnunquam integras modo interpolat, modo, quod longe gravius est, expungit ac resecat. Librum certe decimum quintum ne attigit quidem. Id quod viris etiam doctissimis fraudi fuit, qui cum Eusebii Græca non legissent, postremum hunc librum periisse crediderunt. Ostenderat Grynæus quidam, homo, ut aiunt, hæreticus, velle se tam inveterato morbo medicinæ aliquid facere; sed ostendit re ipsa tantum, quippe qui labes hiatusque nonnullos sparsim duntaxat ac sæpe novis erroribus impleverit.

Quocirca justum ambo nobis integrumque pensum reliquere; de quo nihil admodum ab Hoppero, qui extremum librum Trapezuntii Latinis attexuit, detrahi potuisse, invitus nemo fatebitur, qui hanc in lectionem horas ex otio suo aliquot derivare voluerit. Novam ergo a capite interpretationem aggressi, duos ex Bibliotheca Regia (quod D. Rigaltii doctissimi atque honestissimi viri beneficium est) manuscriptos codices accepimus, quorum altero Stephanus in Græca editione usus videtur, alterum ei sæpe dissimillimum reperi. Accesserunt variæ lectiones ex Richardi Montacutii libro descriptæ, quarum mihi copiam aliquanto serius fecit D. Morellus ὁ μεγάλος, bibliopola regius; usui cum in aliis non contemnendo, tum in lacunis quibusdam explendis fere præcipuo. Verum præter communem illam interpretandi molestiam, quæ sapientissimis hominibus tam gravis semper ac spissa visa est, quam sæpe necessaria; laborem insuper, et huic scriptionis generi proprium, et altero illo vix minorem exhausimus. Cum enim, ut ante diximus, alienas toto hoc opere linguas Eusebius mutuetur, quorum adhuc rivorum fontes haberemus, adeundos imprimis omnes ac studiose lustrandos putavimus; quorum autem exaruerant, horum tamen, ubicunque subodorari licuit, vel tenuissima vestigia persecuti sumus. Et quamvis alienæ manus ope ac subsidio, quod sese tum ultro præsens obviumque dabat, uti licuerit, studio tamen utcunque nostro diligentiaque niti, quam precariam hinc inde stipem corrogare maluimus. Partim, quod et delicati nimis, et parum liberalis ingenii videretur, ubi per te ipsum tentare aliquid et experiri possis, alieni laboris fructu otiose pasci, ac fœcem illam mendicorum imitari, qui levius egestatem ferunt quam sudorem, quosque aliena crumena vivere, non tam necessitatis est, quam voluptatis; adeo publica benignitate non ad sublevandam inopiam, sed ad fovendam inertiam abutuntur. Partim, ne si tantam scriptorum varietatem, nihilo minor interpretum diversitas exciperet, non fetus aliquis vultu coloreque uno, sed deforme monstrum exsisteret, dissimillimis ex partibus formisque conflatum. Utrum enim, ex hoc nostro cultu, membris quoque singulis ad speciem aliquid ac nitorem accesserit, æquitatis est prudentiæque tuæ, Lector optime, statuere, non modestiæ pudorisque nostri.

Porro, in librorum et capitum lemmatis atque indicibus præfigendis, membranarum facem ductumque secuti sumus, nisi quod fidenter, quæ in alterum vitia nonnunquam irrepserant, alterius integritate beneficioque sustulimus. Et quoniam indices illi, nec tituli præ se, nec ca-

Digitized by Google

pitis, nec aliud ejusmodi nomen ferebant, solas iis numerales, ut vocant, notas addidimus (1). Superest ut de notis unum aut alterum moneamus. Eæ triplici potissimum genere continentur. Aut enim, sicubi necesse est, Græcæ dictionis vim ac proprietatem expendunt, aut varias locorum illorum quæ ab Eusebio passim afferuntur, modo lectiones, modo interpretationes excutiunt, in quo dici vix potest, quantum ex mutua Nostri hujus aliorumque opera, lucis in omnes fructusque redundarit. Aut denique, si quid ad loci alicujus intelligentiam perstringi potius, quam explicari potuit, breviter expediunt. Quæ vel sanctorum Patrum illustratione, vel uberiori tractatione digna videbantur, ea certis Observationum capitibus comprehensa dare statueram; sed quoniam alio me interim susceptæ vitæ rationes vocant, affectumque opus ducere nonnihil ac proferre cogunt, uti jam non semel gravibus justisque de causis, et interpretationis, et ipsius editionis cursum inhibuerunt, hanc mihi dare veniam humanitatis est tuæ, ut bibliopolarum nostrorum fides, exteris jam provinciis obligata, sine hoc justi, ni fallor, operis auctario, ad tempus liberari possit. Ne tamen ipso statim in limine dubitare te patiar, cuinam Theodoto *Præparationem* hanc suam Eusebius inscripserit, hunc ego non alium arbitror, quam Laodicenum episcopum, qui, Marcello summo pontifice, sub annum Constantini Magni tertium, Stephano in episcopatu successit, Arianæ impietatis fautorem acerrimum, quode legendus Noster *Eccles. Histor.* VII, cap. ult., et Theodoretus ejusd. *Histor.* lib. I, cap. 5.

Ad extremum, quoniam homines sumus, nec humani quidquam a nobis alienum existimare debemus, qui nobis errores exciderint, eos abs te non alia quam hominis et Christiani hominis censura castigari velim, nec ante saltem gravius duriusque configi, quam aut erratorum in classem rejectos, aut in notis ipsis indicatos non esse cognoveris.

(1) Nos in capitula distinximus. EDIT. PATR.

Digitized by Google

ΕΥΣΕΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΤΗΣ ΕΝ ΠΑΛΑΙΣΤΙΝΗ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ

ΠΡΟΠΑΡΑΣΚΕΥΗΣ ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ

ΒΙΒΛΙΑ ΠΕΝΤΕΚΑΙΔΕΚΑ

—

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ

—

EUSEBII PAMPHILI

CÆSAREÆ PALÆSTINÆ EPISCOPI

PRÆPARATIONIS EVANGELICÆ

LIBRI QUINDECIM

Interprete Francisco Vigero, Rothomagensi, Societatis Jesu presbytero.

—

LIBER PRIMUS.

ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ. A

α'. Τίς ἡ τῆς εὐαγγελικῆς ὑποθέσεως ἐπαγγελία.

β'. Τίνα πρὸς ἡμᾶς σύνηθές ἐστι λέγειν τοῖς τὰ καθ' ἡμᾶς διαβάλλειν ἐπιχειροῦσιν.

γ'. Ὅτι μὴ ἀνεξετάστως τὰ τοῦ σωτηρίου λόγου φρονεῖν εἰλόμεθα.

δ'. Ὅτι μὴ ἀκρίτως ἡμῖν ἡ περὶ τῶν ὠφελιμωτάτων πίστις κατὰ καιρὸν παραλαμβάνεται.

ε'. Ὅτι μὴ ἄνευ σώφρονος λογισμοῦ, τῆς πατρίου δεισιδαίμονος πλάνης ἀνεχωρήσαμεν.

ς'. Περὶ Φοινίκων καὶ Αἰγυπτίων θεολογίας πρώτης.

ζ'. Ποία τις εἶναι λέγεται ἡ καθ' Ἕλληνας κοσμογονία.

η'. Δόξαι Φιλοσόφων περὶ τῆς τοῦ παντὸς συστάσεως.

θ'. Ὅτι οἱ παλαιοὶ τῶν ἀνθρώπων, τοὺς κατ' οὐρανὸν φωστῆρας μόνον ἔσεβον, μηδὲν περὶ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ, ἀλλ' οὐδὲ περὶ ξοάνων ἱδρύσεως, οὐδὲ περὶ δαιμόνων ἐπιστάμενοι. B

ι'. Φοινίκων θεολογία.

LIBRI PRIMI CAPITA.

1. *Quid illud sit, quod evangelicæ materiæ ratio pollicetur.*
2. *Quænam vulgo nobis, qui res nostras criminantur, objicere soleant.*
3. *Non temere susceptam a nobis esse salutaris doctrinæ veritatem.*
4. *Non inconsiderate nos ad rerum utilissimarum fidem suo tempore adhærescere.*
5. *Non sine prudenti maturoque judicio, nos a superstitioso majorum nostrorum errore discessisse.*
6. *De principe Phœnicum Ægyptiorumque theologia.*
7. *Cujusmodi ex mente Græcorum mundi ortus fuisse dicatur.*
8. *Opiniones philosophorum de hujus universi coagmentatione.*
9. *Priscos homines cœli tantum astra coluisse, cum nihil neque de hujus universi Deo, neque de simulacris erigendis, neque de dæmonibus cognovissent.*
10. *Phœnicum theologia.*

Digitized by Google

1 CAPUT I.

Quid illud sit, quod evangelicæ materiæ ratio pollicetur.

Cogitanti mihi Christianæ religionis institutum, hoc opere, quod veritatis evangelicæ demonstrationem pollicetur, illius ignaros edocere; idem tibi, qui sacrum episcoporum decus et ornamentum es, Theodote sanctissime Deoque charissime, adjunctis etiam precibus consecrare visum est. Qua quidem in re hoc secutus sum, ut opis abs te aliquid impetrarem, quippe qui sacrificiis tuis divino amore succensis hoc abs me susceptum evangelicæ doctrinæ argumentum summopere promovebis. Sed enim, quid 2 illud sibi velit, quod Evangelium appellamus, diligenter imprimis enucleare juvat. Est igitur Evangelium, quod faustam cœlestium maximorumque bonorum præsentiam humani generis universitati annuntiat; quæ cum prædicta jam olim fuissent, tum vero novissime omnibus illuxerunt. Illud porro nec cæcarum opum, nec vitæ hujus brevissimæ ac miserrimæ copiam facit, nec ullius omnino rei quæ cum corpore sit et corruptione conjuncta; sed earum duntaxat quæ cum animis intelligente natura præditis necessitudinem ac societatem iniere; a quibus ea, quæ corporis propria sunt, ita pendent, ut eas etiam instar umbræ consequantur. Caput autem horum omnium pietas est, non jam ista, quæ nomen ementita suum infinitis erroribus implicatur, sed ejusmodi, quæ hanc sibi appellationem suffragante veritate defendit. Hæc illa est quæ cum sensus nostros ad eum, quem unum ac solum, uti vere est, omnia Deum confitentur, erigit; tum vitæ nostræ rationes ex ipsius quoque voluntate moderatur. Ex hoc autem vitæ genere nascitur hominis cum Deo amicitia, cui ter ille felix, et singulari Dei benevolentia constitutus finis comitatur, qui cum cœlitus ex rerum immortalium connexione aptus est, tum ad earum exemplum ac similitudinem regitur, atque in iis prostremo acquiescit. Quid vero felici hac et divitiis omnibus circumfluente Dei amicitia beatius cogitari possit? Non ille vitæ, lucis, veritatis, bonorumque omnium quæstor veluti ac dispensator est? Non quamobrem omnia sint atque vivant, causam in se ipse complectitur? Qui ergo semel divinæ hujus amicitiæ munere ornatus sit, quid tandem is ultra desideret? Quid, inquam, ei desit, qui bonorum auctorem omnium sibi devinctum habuerit? Cujus denique rei laboret inopia, qui magnum illum Præsidem, ac prepotentem hujus universitatem moderatorem in patris ac tutoris locum obtinuerit? Nihil profe-

(1') Θεῖον ἐπισκόπ. Ut est in altero ms. Biblioth. Regiæ. Id autem malui quam θείων, ut habet prior editio, quod Ἑλληνικώτερον putarim. Dicere potuisset θεῖον ἐπισκόπου χρῆμα, potuit et ἐπισκόπων. Sic Aristophan. *Νεφελ.* act. 1:

Ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν, ὅσον ἀπέ-
|ρατον!
... *quid istuc noctis est, quamque infinitum?*

Idem *Βατραχ.* act. v:

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Τίς ἡ τῆς εὐαγγελικῆς ὑποθέσεως ἐπαγγελία.

Τὸν Χριστιανισμὸν, ὃ τί ποτέ ἐστιν, ἡγούμενος τοῖς οὐκ εἰδόσι παραστήσασθαι διὰ τῆς προκειμένης πραγματείας τὴν εὐαγγελικὴν ἀπόδειξιν παριέξειν ἐπαγγελλομένης, τήνδε σοι, θεῖον ἐπισκόπων (1') χρῆμα, Θεόδοτε, φίλη Θεοῦ καὶ ἱερὰ κεφαλὴ, σὺν εὐχαῖς ἐπεφώνησα· εἴ πως ἄρα τῆς παρὰ σοῦ τύχοιμι βοηθείας, ταῖς φιλοθέοις ὑπὲρ ἡμῶν ἱερουργίαις τὰ μεγάλα μοι συμπράττοντος, εἰς τὴν προβεβλημένην τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας ὑπόθεσιν. Ἀλλὰ γὰρ τί βούλεται τοῦτο δηλοῦν, ὃ φαμεν Εὐαγγέλιον, πρῶτον ἁπάντων διαρθρῶσαι καλόν. Τοῦτο δὴ πᾶσιν ἀνθρώποις τὴν παρουσίαν τῶν ἀνωτάτων καὶ μεγίστων ἀγαθῶν, πάλαι μὲν προηγορευμένων, νεωστὶ δὲ τοῖς πᾶσιν ἐπιλαμψάντων εὐαγγελίζεται· οὐ τὸν οὐ βλέποντα πλοῦτον, οὐδὲ τὴν σμικρὰν καὶ πολυπαθῆ ταύτην ζωὴν προξενοῦν, οὐδ' ὅσα σώματος καὶ φθορᾶς οἰκεῖα· τὰ δὲ ψυχαῖς νοερὰν οὐσίαν κεκτημέναις φίλα τε καὶ προσήγορα, ὧν καὶ τὰ σώματα ἐξῆπται, σκιᾶς ἐφεπόμενα δίκην. Εἴη δ' ἂν τούτων τὸ κεφάλαιον, εὐσέβεια, οὐχ ἡ ψευδώνυμος καὶ πολυπλανὴς, ἀλλ'· ἡ σὺν ἀληθείᾳ τὴν προσηγορίαν ἐπιγραφομένη. Ἔστι δὲ αὕτη ἡ πρὸς τὸν ἕνα καὶ μόνον ὡς ἀληθῶς ὁμολογούμενόν τε καὶ ὄντα Θεὸν ἀνάνευσις, καὶ ἡ κατὰ τοῦτον ζωή. Ἐξ ἧς καὶ ἡ πρὸς αὐτὸν ἐγγίνεται φιλία, ᾗ παρέπεται τὸ θεοφιλὲς ὄντως καὶ τρισμακάριον τέλος, ἄνωθεν ἐκ τῶν κρειττόνων ἀπηωρημένον, καὶ πρὸς αὐτὰ διακυβερνώμενον, καὶ αὖ πάλιν εἰς αὐτὰ καταλῆγον. Τί οὖν ἂν γένοιτο τῆς ἀγαθῆς ταύτης καὶ πανολβίου θεοφιλίας μακαριστότερον; Οὐχὶ καὶ ζωῆς αὐτὸς, καὶ φωτὸς, καὶ ἀληθείας, καὶ πάντων ἀγαθῶν ταμίας καὶ χορηγὸς τοῖς πᾶσι καθέστηκεν; Οὐχὶ καὶ τοῦ εἶναι τὰ πάντα, καὶ τοῦ ζῆν αὐτὸς τὴν αἰτίαν περιείληφε; Τῷ δὴ οὖν τὴν πρὸς αὐτὸν στειλαμένῳ φιλίαν τί ἂν ἔτι λείποιτο; τίνος δ' ἂν ὑστεροῖτο ὁ τῶν ἀγαθῶν τὸν δημιουργὸν ἐξοικειούμενος; ἢ τίνος ἂν ἐλαττοῦτο ὁ καὶ πατρὸς ἐν χώρᾳ καὶ κηδεμόνος τὸν μέγαν προστάτην καὶ παμβασιλέα τῶν ὅλων ἐπιγραφόμενος; Ἀλλ' οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ὅ τι μὴ οὐχ ὁ τῇ διαθέσει τῷ παμβασιλεῖ Θεῷ πλησιάζων, καὶ τῆς παμμακαρίστου φιλίας διὰ τῆς ἐπιστημονικῆς εὐσεβείας ἠξιωμένος, ὁμοῦ καὶ ψυχῆς καὶ σώματος, καὶ τῶν ἐκτὸς ἁπάντων εὖ ἂν ἔχοι. Ταύτην δὴ τοίνυν τὴν ἀγαθὴν καὶ σωτήριον πρὸς Θεὸν ἀνθρώπων φιλίαν, ἄνωθεν ἐκ τοῦ παναγάθου Θεοῦ καταπεμφθεὶς ὁ Θεὸς Λόγος, ὥσπερ τις ἀπειρομεγέθους φωτὸς αὐγὴ, πᾶσιν ἀνθρώποις εὐαγγελίζεται· οὐκ ἐνθένδε ποθὲν, οὐδ' ἑτέρωθεν, ἀλλὰ πανταχόθεν ἐξ ἁπάντων ἐθνῶν πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν παρορμῶν ἥκειν (2), σπεύδειν τε,

Ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τὸ χρῆμα τῶν πόνων ὅσον!
... *quanta laborum moles!*

Quod si retineretur θείων, sensus videretur, hoc operis operæque genus ad episcopos maxime pertinere. At infer. Plato: Οὕτως ἐμαυτῷ ἔδοξα πρὸς ταύτην τὴν σκέψιν ἀφυὴς εἶναι, ὡς οὐδὲν χρῆμα. Id est, *tam ineptus, quam qui maxime.*

(2) Post ἥκειν, Mont. leg. σπουδῇ τε πάσῃ καὶ προθυμίᾳ.

Digitized by Google

καὶ πάσῃ προθυμίᾳ ψυχῆς τὸ δῶρον ὑποδέχεσθαι, Ἕλληνας ὁμοῦ καὶ βαρβάρους, ἄνδρας ἅμα γυναιξὶ καὶ νηπίοις, πένητάς τε καὶ πλουσίους, σοφοὺς καὶ ἰδιώτας, οὐδὲ τὸ οἰκετικὸν γένος ὑπερφρονῶν τῆς κλήσεως. Ὅτι δὴ μίαν τὴν πάντων οὐσίαν τε καὶ φύσιν ὁ πατὴρ αὐτῶν συστησάμενος, μιᾶς εἰκότως καὶ τῆς ἴσης πάντας πάλιν μεγαλοδωρεᾶς ἠξίωσε, τὴν πρὸς αὐτὸν γνῶσίν τε καὶ φιλίαν ἅπασι τοῖς ὑπακούειν ἐθέλουσι, καὶ τὴν χάριν εὐμαρῶς ἀσπαζομένοις δωρούμενος. Ταύτην ὁ Χριστοῦ Λόγος (3) ἦκε τὴν πρὸς τὸν αὐτοῦ Πατέρα φιλίαν τῷ σύμπαντι κόσμῳ εὐαγγελιούμενος· « Θεὸς γὰρ ἦν κόσμῳ καταλλάσων ἑαυτὸν, μὴ λογιζόμενος αὐτοῖς τὰ παραπτώματα, » ἢ τὰ θεῖα διδάσκει λόγια. « Ἐλθών τε, φησὶν, εὐηγγελίσατο εἰρήνην τοῖς μακρὰν, καὶ εἰρήνην τοῖς ἐγγύς. » Ταῦτα πρόπαλαι παῖδες Ἑβραίων θεοφορούμενοι, τῷ σύμπαντι κόσμῳ προεθέσπιζον. Ὁ μέν τις βοᾷ· « Μνησθήσονται καὶ ἐπιστραφήσονται πρὸς Κύριον πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς, καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν. » Καὶ πάλιν· « Εἴπατε ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὅτι Κύριος ἐβασίλευσε· καὶ γὰρ κατώρθωσε τὴν οἰκουμένην, ἥτις οὐ σαλευθήσεται. » Ὁ δὲ φάσκων· « Ἐπιφανὴς ἔσται Κύριος ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐξολοθρεύσει πάντας τοὺς θεοὺς τῶν ἐθνῶν τῆς γῆς, καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ, ἕκαστος ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ. » Ταῦτα πρόπαλαι θείοις χρησμοῖς ἀνακείμενα, νῦν εἰς ἡμᾶς αὐτοὺς διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας πέφηνεν (4), ὡς τὴν πάλαι κηρυττομένην τε, καὶ τοῖς μὴ τούτων ἀπείροις προσδοκωμένην τῶν ἐθνῶν ἁπάντων θεογνωσίαν, εἰκότως ἡμῖν τὸν ἔναγχος ἐξ οὐρανοῦ παρόντα Λόγον εὐαγγελίζεσθαι, ταῖς τῶν παλαιῶν φωναῖς τὰ διὰ τῶν ἔργων ἀποτελέσματα συντρέχειν ἐπιδεικνύμενον.

cto dici potest, quo ad summam cumulatamque tum animi, tum corporis, externorumque bonorum felicitatem indigeat, qui propius ad regem universorum Deum vi charitatis accesserit, quique ab eo fuerit beatissimi amoris gratiam, pietatis hujus, scientiæ ac sapientiæ conciliatricis, merito consecutus. Hanc igitur adeo lætam ac salutarem hominum cum Deo necessitudinem, missus ad nos cœlitus ex Deo summe bono Deus Verbum, sic tanquam splendor aliquis immensi luminis, cunctis hominibus feliciter annuntiat. Is non 3 ex uno alterove loco, sed ex omnibus orbis universi nationibus homines ad rerum omnium Deum vehementer invitat, Græcosque pariter ac barbaros, viros simul, feminas ac puerulos; inopes æque ac divites, sapientes et idiotas, ut properare, oblatumque munus omni cum animorum alacritate ac studio suspicere velint, exstimulat: ac ne ipsum quidem servile genus ab ejusmodi societate vocationis excludit. Quippe qui enim una eademque omnes substantia naturaque procreavit, omnium parens, is jure omnes pariter in unius æqualisque munificentiæ communionem ascivit, notitiam amoremque sui cum iis omnibus prolixe communicans, qui morem vocanti gerere, gratiæque suæ beneficium, libenter accipere complectique voluerint. Hanc itaque Christus erga Patrem suum charitatem oratione sua toti passim orbi prædicatum venit. « Deus enim erat in Christo seipsum mundo concilians, nec imputans eis peccata sua [1], » quemadmodum litteræ divinæ docent. « Cum venisset, inquit, evangelizavit pacem iis qui procul erant, et pacem iis qui prope [2]. » Atque hæc ipsa mundo pridem universo Hebræorum aliqui divino afflati Spiritu oracula cecinere. Et eorum quidem unus magna voce pronuntiat. « Reminiscentur, et convertentur ad Dominum omnes fines terræ, et adorabunt eum omnes patriæ gentium [3]. » Et rursus: « Dicite in gentibus, quoniam Dominus regnavit: etenim correxit orbem terræ, qui non commovebitur [4]. » Alius vero sic loquitur: « Conspicuus erit Dominus in ipsis, et funditus exterminabit omnes deos nationum terræ, ipsumque adorabunt singuli ex loco suo [5]. » Hæc nimirum illa sunt, quæ jam usque ab ultima sæculorum memoria divinis oraculis mandata cum essent, Jesu-Christi Servatoris nostri doctrinæ beneficio nostris aliquando temporibus exstitere. Ac merito sane Verbum illud, quod nuper ad nos e cœlo delapsum est, hanc tot pridem vocibus prædicatam, et ab iis saltem qui in hujusmodi rebus non hospites penitus ac peregrini erant, exspectatam, per omnes populos Dei notitiam annuntiavit, ut priscorum illorum voces consentiente operum ipsorum exitu comprobaret.

Ἀλλά τί χρὴ σπεύδειν, φθάνοντα τῇ προθυμίᾳ τὴν τῶν διὰ τοῦ μέσου λόγων ἀκολουθίαν, ἀναλαβεῖν ἐξ ὑπαρχῆς δέον, καὶ τὰ ἐμποδὼν ἅπαντα διαλύσασθαι; Ἐπειδὴ γὰρ τὸν Χριστιανισμόν τινες οὐδένα λόγον ἀποσώζειν, ἀλόγῳ δὲ πίστει καὶ ἀνεξετάστῳ συγκατάθεσει τοὺς προστηγορίας ἐφιεμένους τὸ δόξαν κυροῦν ὑπειλήφασιν· μηδὲν φάσκοντες δύνασθαι ἀποδείξεως ἐναργὲς παρέχειν τεκμήριον τῆς ἐν τοῖς ἐπαγγελομένοις ἀληθείας, πίστει δὲ μόνῃ προσέχειν ἀξιοῦν τοὺς προσιόντας· παρ' ὃ καὶ πιστοὺς χρηματίζειν, τῆς ἀκρίτου χάριν καὶ ἀβασανίστου πίστεως· εἰκότως ἐπὶ τήνδε καθεὶς τὴν πραγματείαν τῆς Εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως, εἰς προκατασκευὴν τῆς ὅλης ὑποθέσεως,

Verum enim vero, quorsum nimis incitato animi gestientis impetu congruentem intermediæ disputationis ordinem, et consequentiam occupamus, cum rem a capite arcessere, quæque nobis incommodare possunt omnia summoveri prius ac refelli oporteat? Nam cum hoc nonnulli persuasum habeant, disciplinæ Christianæ professionem nulla posse ratione defendi, sed qui nomen illud amplectantur, eos quod semel visum fuerit, inconsiderata fide, negligentique 4 ac temeraria quadam assensione comprobare; adeoque asseverent, qui sese ad hoc institutum aggregarint, evidens certumque argumentum habere nullum, quo rerum quæ promittun-

[1] II Cor. v, 19. [2] Isa. LVII, 19. [3] Ps. XXI, 28. [4] Ps. XCV, 10. [5] Soph. II, 11.

(3) Pro ὁ Χριστοῦ Λόγος, Mont. leg. Χριστὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, melius, ut videtur.
(4) Pro πέφηνεν, Mont. leg. πεφοίτηκεν.

Digitized by Google

tur veritatem demonstrent, verum ad unam tantummodo fidem adhærescere velle, eosdemque propter istam nullo judicii nulloque rationis examine attentatam exploratamque fidem, fideles vulgo nominari : jure sane ac merito facturus mihi operæ pretium videor, si cum ad hoc *evangelicæ Demonstrationis* opus aggrediar, pauca sternendæ ac præmuniendæ ad universam hanc disputationem viæ gratia de rebus iis ante definiam, de quibus tum Græci, tum qui circumcisionem profitentur, aut si qui præterea diligentius propiusque res nostras inspicere ac scrutari velint, justam nobis quæstionem movere posse videantur. Etenim sic existimo, nostrum hunc sermonem ad perfectiorem *Demonstrationis evangelicæ* doctrinam, graviorumque dogmatum intelligentiam ita demum convenienti ordine processurum, si quæ ad præparationem illam pertinent, viam nobis aperuerint, quippe quæ primorum elementorum ac facilioris introductionis loco futura sint, magisque ad earum gentium, quæ nuper ad nos accessere, captum accommodata. Deinde vero, simul atque hujusmodi rudimenta superarint, habitumque mentis ad majora capienda probe compararint, exquisitam ipsis eorum cognitionem trademus, quæ ad perfectissimæ cæteraque omnia complexæ Jesu Christi Servatoris ac Domini Deique nostri œconomiæ mysteria pertinebunt. Hanc igitur *Præparationem* ab iis auspicemur, quæ tam a Græcis, quam a Judæis ac reliquis omnibus, qui subtilius in mores institutumque nostrum inquirunt, commemorari possent.

A ἡγοῦμαι δεῖν βραχέα προδιαλαβεῖν περὶ τῶν ζητηθέντων ἂν πρὸς ἡμᾶς εὐλόγως ὑπό τε Ἑλλήνων, καὶ τῶν ἐκ περιτομῆς, παντός τε τοῦ μετὰ ἀκριβοῦς ἐξετάσεως τὰ καθ' ἡμᾶς διερευνωμένου. Ταύτῃ γάρ μοι δοκῶ τὸν λόγον ἐν τάξει χωρήσειν εἰς τὴν ἐντελεστέραν τῆς *Εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως* διδασκαλίαν, εἴς τε τὴν τῶν βαρυτέρων δογμάτων κατανόησιν, εἰ τὰ τῆς προπαρασκευῆς ἡμῖν πρὸ ὁδοῦ γένοιτο, στοιχειώσεως καὶ εἰσαγωγῆς ἐπέχοντα τόπον, καὶ τοῖς ἐξ ἐθνῶν ἄρτι προσιοῦσιν ἐφαρμόττοντα· τὰ δὲ μετὰ ταῦτα, τοῖς ἐνθένδε διαβεβηκόσι, καὶ τὴν ἕξιν ἤδη παρεσκευασμένοις εἰς τὴν τῶν κρειττόνων παραδοχὴν, τὴν ἀκριβῆ γνῶσιν παραδώσειν τῆς συνεκτικωτάτης κατὰ τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Θεὸν μυστικῆς οἰκονομίας (5). Ἀρξώμεθα δὲ τῆς *Προπαρασκευῆς*, τὰ πρὸς ἡμᾶς εὐλόγως ὑπό τε Ἑλλήνων, καὶ τῶν ἐκ περιτομῆς, παντός τε τοῦ μετὰ ἀκριβοῦς ἐξετάσεως τὰ καθ' ἡμᾶς διερευνωμένου λεχθησόμενα προσάγοντες.

B

CAPUT II.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Quænam vulgo nobis, qui res nostras criminantur, objicere soleant.

Τίνα πρὸς ἡμᾶς σύνηθές ἐστι λέγειν τοῖς τὰ καθ' ἡμας διαβάλλειν ἐπιχειροῦσιν.

Ac primum quidem non sine causa quæsierit ex nobis quispiam, quidnam hominum simus qui ad hoc scribendi genus accedamus : Græcine an barbari? aut quid inter utrosque medium esse queat ? quales porro nos esse profiteamur, non utique nomine, quod jam apud omnes vulgatum est, sed morum vitæque rationibus? Quippe se neque Græcorum apud nos ritus, neque Barbarorum sectam ullam intueri. Quid ergo novi professio nostra sit? aut quænam hæc nupera vivendi norma? Deinde vero, quis nos et summe impios esse, et Divinitatem funditus sustulisse neget, qui mores patrios deseruerimus, quorum observantia nullus non populus, non civitas ante nulla continebatur? Præterea, quid hominibus illis ad spem ullius boni ostendatur, qui tutelaribus diis bellum denuntiarint, quosque tot beneficiorum auctores habent, repudiarint? Nam quid ab iis aliud fieri, quam cum diis ipsis pugnari dicas? Qua porro venia dignos fore, qui cum ab eorum cultu defecerint, quos ab omnis ævi memoria tam Græci quam barbari passim universi, tam in urbibus quam in agris, omni sacrorum, religionum ac mysteriorum genere, communique regum omnium, legumlatorum ac philosophorum approbatione Deos celebrarunt; tum vero quidquid inter homines impium ac diis invisum erat, ultro delegerint? Quibus autem ii jure non subjiciantur pœnis, qui patriorum sacrorum desertores, peregrinas et

Πρῶτον μὲν γὰρ εἰκότως ἂν τις διαπορήσειε, τίνες ὄντες ἐπὶ τὴν γραφὴν παρελήλυθαμεν· πότερον Ἕλληνες ἢ βάρβαροι; ἢ τί ἂν γένοιτο τούτων μέσον; καὶ τίνας ἑαυτοὺς εἶναί φαμεν, οὐ τὴν προσηγορίαν, ὅτι καὶ τοῖς πᾶσιν ἐκδηλος αὕτη, ἀλλὰ τὸν τρόπον καὶ τὴν προαίρεσιν τοῦ βίου; οὔτε γὰρ τὰ Ἑλλήνων φρονοῦντας ὁρᾷν, οὔτε τὰ βαρβάρων ἐπιτηδεύοντας. Τί οὖν ἂν γένοιτο τὸ καθ' ἡμᾶς ξένον, καὶ τίς ὁ νεωτερισμὸς τοῦ βίου; Πῶς δ' οὐ πανταχόθεν δυσσεβεῖς ἂν εἶεν καὶ ἄθεοι, οἱ τῶν πατρίων ἐθῶν ἀποστάντες, δι' ὧν πᾶν ἔθνος καὶ πᾶσα πόλις συνέστηκεν; Ἢ τί καλὸν ἐλπίσαι εἰκὸς τοὺς τῶν σωτηρίων ἐχθροὺς καὶ πολεμίους καταστάντας, καὶ τοὺς εὐεργέτας παρωσαμένους; Καὶ τί γὰρ ἄλλο, ἢ θεομαχοῦντας; ποίας δὲ καὶ ἀξιωθήσεσθαι συγγνώμης τοὺς ἐξ αἰῶνος μὲν παρὰ πᾶσιν Ἕλλησι καὶ βαρβάροις, κατά τε πόλεις καὶ ἀγροὺς παντοίοις ἱεροῖς καὶ τελεταῖς καὶ μυστηρίοις πρὸς ἁπάντων ὁμοῦ βασιλέων τε καὶ νομοθετῶν καὶ φιλοσόφων θεολογουμένους ἀποστραφέντας, ἑλομένους δὲ τὰ ἀσεβῆ καὶ ἄθεα τῶν ἐν ἀνθρώποις; Ποίαις δ' οὐκ ἂν ἐνδίκως ὑποβληθεῖεν τιμωρίαις, οἱ τῶν μὲν πατρίων φυγάδες, τῶν δ' ὀθνείων καὶ παρὰ πᾶσι διαβεβλημένων Ἰουδαϊκῶν μυθολογημάτων γενόμενοι ζηλωταί; πῶς δ' οὐ μοχθηρίας εἶναι καὶ εὐχερείας ἐσχάτης, τὸ μεταθέσθαι μὲν εὐκόλως τὰ τῶν οἰκείων, ἀλόγῳ δὲ καὶ ἀνεξετάστῳ πίστει τὰ τῶν δυσσεβῶν καὶ πᾶσιν ἔθνεσι πολεμίων ἐλέσθαι; Καὶ μηδ' αὐτῷ τῷ παρὰ Ἰουδαίοις τιμωμένῳ Θεῷ, κατὰ

C

D

(5) *Οἰκονομίας*. Trita vox apud SS. Patres, ἀντὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως, καὶ σαρκώσεως τοῦ Λόγου, καὶ τῶν πρὸς αὐτήν.

Digitized by Google

τὰ παρ' αὐτοῖς προσανέχειν νόμιμα· καινὴν δέ τινα καὶ ἐρήμην ἀνοδίαν ἑαυτοῖς συντεμεῖν, μήτε τὰ Ἑλλήνων, μήτε τὰ Ἰουδαίων φυλάττουσαν; A omnium traductas vocibus Judæorum fabulas æmulentur? Quis item hoc summæ cujusdam improbitatis ac temeritatis esse non videat, amicorum necessariorumque mores atque ritus inconsiderate ac leviter abjicere, ac sese futili quadam nulloque examine probata fide ad hominum impiorum, populosque omnes hostili prosequentium odio sectam adjungere? Imo, ne Deum quidem ipsum a Judæis cultum more institutoque Judæorum venerari: sed novam ac desertam quamdam, ubi nullum aut Græcorum aut barbarorum vestigium apparcat, semitam insistere?

Ταῦτα μὲν οὖν εἰκότως ἄν τις Ἑλλήνων, μηδὲν ἀληθὲς μήτε τῶν οἰκείων, μήτε τῶν καθ' ἡμᾶς ἐπαΐων, πρὸς ἡμᾶς ἀπορήσειεν. Ἐπιμέμψαιντο δ' ἂν ἡμῖν καὶ Ἑβραίων παῖδες, εἰ δὴ ἀλλόφυλοι ὄντες καὶ ἀλλογενεῖς, ταῖς αὐτῶν βίβλοις ἀποχρώμεθα μηδὲν ἡμῖν προσηκούσαις· ὅτι τε ἀναιδῶς, ὡς ἂν αὐτοὶ φαῖεν, καὶ ἀναισχύντως ἑαυτοὺς. μὲν εἰσωθοῦμεν, τοὺς δὲ οἰκείους καὶ ἐγγενεῖς τῶν αὐτοῖς πατρίων B ἐξωθεῖν παραβιαζόμεθα. Εἴτε γάρ τις εἴη Χριστὸς θεσπιζόμενος, ἀλλὰ Ἰουδαίων ἦσαν προφῆται οἱ τούτου τὴν ἄφιξιν προκηρύξαντες, οἳ καὶ λυτρωτὴν καὶ βασιλέα Ἰουδαίων ἥξειν αὐτὸν, οὐχὶ δὲ τῶν ἀλλοφύλων ἐθνῶν κατήγγειλαν· εἴτε τινὰ ἄλλα φαιδρότερα περιέχουσιν αἱ Γραφαὶ, καὶ ταῦτα Ἰουδαίοις ἀναφωνεῖσθαι, ὧν οὐκ εὖ πράττοντας παρακούειν ἡμᾶς. Καὶ σφόδρα ἀτόπως τοὺς μὲν κατὰ τοῦ ἔθνους ἐφ' οἷς ἡμάρτανον ἐλέγχους, εὖ μάλα ἁρπαλέως ἀποδέχεσθαι· τὰς δὲ τῶν ἀγαθῶν πάλιν αὐτοῖς θεσπιζομένας ἐπαγγελίας ἀποσιωπᾶν, μᾶλλον δὲ ἐκβιάζεσθαι καὶ εἰς ἑαυτοὺς μεταφέρειν, ἀντίκρυς πλεονεκτοῦντας, καὶ οὐδὲν πλέον, ἢ ἑαυτοὺς ἐξαπατῶντας. Τὸ δὲ οὖν ἁπάντων παραλογώτατον, ὅτι μηδὲ τὰ C νόμιμα παραπλησίως αὐτοῖς περιέποντες, ἀλλὰ προφανῶς παρανομοῦντες, τὰς ἐπηγγελμένας τοῖς τῶν νόμων φύλαξι χρηστοτέρας ἀμοιβὰς εἰς ἑαυτοὺς ἐπισπώμεθα.

Atque hæc Græcorum forte quispiam, qui nihil usquam veri de suis nostrisve rebus ac rationibus intellexerit, nobis verisimiliter objiciat. Hebræi vero contra succenseant, quod externi et alienigenæ cum simus, eorum tamen libris nihil ad nos utique pertinentibus abutamur, quodque nos ipsos inverecunde, ut ipsi loquentur, et impudenter intrudentes, domesticos et indigenas patriis religionibus per vim exturbare conemur. Enimvero, sive Christus aliquis divinitus olim prænuntiatus habeatur, ex Judæis certe prophetas illos fuisse, qui adventum ejus prædixere, qui simul ipsum Judæis, non autem populis alienigenis Redemptorem esse Regemque venturum cecinere: sive alia quædam lætiora sacræ litteræ contineant, ea quoque Judæis pronuntiata esse, adeoque minus juste nos facere, qui perperam eadem et alieno plane sensu capiamus. 6 Illud etiam perabsurdum esse, quod eas quidem reprehensiones, quibus nationis hujus delicta coarguuntur, cupide admodum avideque arripiamus; quæ vero promissa divinitus ei bona sunt, omnino reticeamus, vel potius extorta per vim in nos ipsos transferamus: quod sane palam et cum aliorum injuria suæ cupiditati servire, ac se ipsum in errorem et fraudem inducere est. Denique hoc ab omni ratione maxime alienum esse, quod cum ne illa quidem, quæ Judæorum legibus constituta sunt, eodem ritu servemus, sed in omnium oculis adversum ea delinquamus; promissa tamen iis qui legibus obtemperant optima quæque nobis præmia vindicemus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Ὅτι μὴ ἀνεξετάστως τὰ τοῦ σωτηρίου λόγου φορεῖν εἰλόμεθα.

Τούτων εὐλόγως ἂν ἡμῶν [a] ἐν πρώτοις ἀπορηθέντων, φέρε, τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, διὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, τοῦ αὐτοῦ Λόγου, ὡς· δι' ἀρχιερέως, ἐπικαλεσάμενοι, τὸ πρῶτον τῶν προτεθέντων ἀποκαθάρωμεν, συκοφάντας προαποδείξαντες τοὺς μηδὲν D ἔχειν ἡμᾶς δι' ἀποδείξεως παριστάναι, ἀλόγῳ δὲ πίστει προσέχειν ἀποφηναμένους. Αὐτόθεν (6) δὴ οὖν τοῦτο καὶ οὐκ ἐκ μακροῦ διελέγξομεν, ἔκ τε ὧν χρώμεθα πρὸς τοὺς ἐπὶ διδασκαλίᾳ τῶν καθ' ἡμᾶς λόγων προσιόντας ἀποδείξεων, καὶ τῶν πρὸς τοὺς

CAPUT III.

Non temere susceptam a nobis esse salutaris doctrinæ veritatem.

Adductis in medium iis, de quibus dubitari cum aliqua probabilitate possit, age jam, implorato hujus universitatis Dei per Servatorem nostrum ipsius Verbum, tanquam per summum pontificem, auxilio; quod primum nobis objectum est ita purgemus, ut eos ante omnia calumniari demonstremus, qui nihil a nobis certo posse argumento confirmari, sed fidei cuidam ab omnibus rationibus imparatæ addictos nos esse affixosque pronuntiant. Neque vero commentum istuc longius repetitis

[a] *Ισ.* ἡμῖν.

(6) *Αὐτόθεν.* Budæo τῷ πάνυ, observata jam hujus adverb. significatio, in promptu, e re nata. Sed infra, αὐτόθεν πρὸς εὐζωΐαν, etc., *per sese, suapte vi, suis, non alienis opibus*; et : τὸ αὐτόθεν ὑπερέχον, etc., eod. sensu. Apud B. Chrysost. *serm. de S. Babyla* : Τότε δὲ αὐτόθεν ἐδείκνυτο, ὅτι δαιμόνων ἦν ἔργα τὰ τελούμενα, etc., omissum interpreti. id est, *res per sese loquebatur, opera esse dæmonum.* Plutarch. Comparat. Solonis et Publicolæ, p. 111, b : Ὁ δὲ αὐτόθεν ἀναῤῥίψας τὸν ἐπὶ μεγίστων κίνδυνον, ἐπανέστη Ταρκυνίῳ, *confestim in apertam sese rerum maximarum discrimen conjiciens.* Opponit enim illud αὐτόθεν, Solonis τῷ προσποιήματι, et παιδιᾷς τινι τρόπῳ, cum Publicola sine larva et simulatione Tarquinium peteret.

Digitized by Google

probationibus, sed e re nata ductis redarguemus; partim videlicet eo demonstrationum genere, quo apud illos utimur, qui percipiendæ sermonum eorum quos de rebus nostris instituimus doctrinæ gratia conveniunt : partim ex responsis, quibus in quæstionibus ex subtiliori logicorum arte discussis adversariorum argumenta refellimus; partim denique ex disputationibus illis, quas tanquam nobis honorificas, tam scripto quam sine scripto, sive privatim cum singulis qui nos interrogant, sive publice ad populum ultro habere consuevimus. Quibus merito sane libri, quos præ manibus habemus, addi possunt, utpote qui universum *evangelicæ Demonstrationis* opus comprehendant. Sic enim manantem ex Deo gratiam, ac cœlestis munificentiæ vim, tanquam felix nuntius, universo hominum generi susceptus a nobis sermo declarat, ut illam quoque Jesu Christi Dei Filii Servatoris Dominique nostri œconomiam subtiliore plurimorum et illustrissimorum argumentorum demonstratione confirmet. Ac permulti quidem ante 7 nos in alio sæpe disputandi genere studiosius elaborarunt; seu scriptis voluminibus adversariorum nostrorum objectiones confutarent, seu commentariis quibusdam et tractatibus sigillatim in certa membra digestis, inspiratas divinitus sacrasque litteras diligenter explanarent, seu denique fidei nostræ dogmata vehementiori contentione defenderent. Hujusmodi tamen quasi proprium ac singulare argumentum a nobis cum animi voluptate tractatur. Quanquam omnium sane princeps Paulus ille sacer apostolus, repudiatis fallacibus ac fucatam probabilitatis speciem ostendentibus conclusiunculis, certas et ab omni ambiguitate vacuas demonstrationes adhibens, sic alicubi loquitur : « Et sermo meus et prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus et virtutis [6]. » Quibus hæc subjicit : « Sapientiam autem loquimur inter perfectos; sapientiam vero non hujus sæculi, neque principum hujus sæculi, qui destruuntur : sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est [7]. » Ac rursum : « Sufficientia nostra, inquit, ex Deo est, qui et idoneos nos fecit ministros novi Testamenti [8]. » Enimvero jure nobis inter omnes præceptum hoc est, ut quicunque demum illius spei, quæ religione nostra continetur, rationem ex nobis requirat, ad suscipiendam ejus defensionem parati continuo et expediti simus. Quamobrem explorare cuivis ac discutere licet, cum innumerabiles, ut ante dicebam, quas recentiores plerique acutissimas et evidentissimas ad doctrinæ nostræ confirmationem argumentorum probationes edidere;

[6] I Cor. II, 4. [7] ibid. 6, 7. [8] II Cor. III, 5, 6.

dasse; tandemque rebus subductum humanis, templa, ac cæteros qui diis tribui solent honores eximios ab Iside ac Mercurio consecutum esse; qui ejus non modo sacrificia religionesque docuerint, sed etiam pleraque mysteriis involuta ipsius in gratiam excogitarint. Cæterum a Typhone fratre, homine conscelerato et impio interfectum illum fuisse tradunt; qui cum ejus cadaver in sex et viginti partes concidisset, eas in sicarios totidem cædisque fraternæ socios diviserit, quod omnes immani piaculo obstrictos esse vellet. Isin autem, quod Osiridis et soror et uxor esset, operam ei suam navante Oro filio, parricidium ultam esse, cumque Typhonem ac reliquos sceleris administros, circa eum, qui nunc Antæi pagus nominatur, **47** sustulisset, toti Ægypto imperasse. Præterea, cum omnia corporis illius membra præter verenda reperisset, partes singulas, in singulas item hominis effigies, quæ Osirin magnitudine referebant, ex aromatibus ceraque conflatas inclusisse, easque sacerdotibus tota passim Ægypto colendas tradidisse, sic ut ex iis, quæ apud illos nascerentur, animantibus, quodcunque visum esset, consecrarent; tauros autem, qui sacri dicuntur, quosque Apin ac Mnevin ipsi vocant, dedicatos ab iisdem fuisse. Itaque, ut ejusmodi animantes divinis honoribus omnes Ægyptii venerarentur, ubique constitutum, quippe quos primis frumenti inventoribus, tam ad semen terræ committendum, quam ob cæteros agriculturæ labores, ante omnes usui fuisse constaret. Porro eamdem Isin jurejurando confirmasse aiunt, nullius sese viri consuetudinem in posterum admissuram; vitaque functa cum esset, immortales etiam honores consecutam, ac circa Memphin sepultam fuisse. Jam vero cum reperta Osiridis membra, eum in modum quem paulo ante commemoravimus, sepulturæ mandata essent; tum ipsius verenda, quæ a Typhone projecta in fluvium erant, Isidem nihilominus quam cætera divino cultu prosecutam esse ferunt. Nam et illorum in templis simulacrum erexisse, ritusque ac cæremonias, cum legitimis ac solemnibus hujus dei sacrificiis summa cum religione celebranda curasse. Quamobrem ipsos quoque Græcos, qui ab Ægyptiis orgiaca sacra cum Bacchi festis acceperint, membrum illud tam in mysteriis quam in istius numinis initiationibus atque sacrificiis phalli nomine venerari solitos esse. Enimvero, qui Thebis Bœotiæ deum illum ex Jove ac Semele natum esse dicant, id temere ac leviter effutire. Quippe, Orpheum enim, cum in Ægyptum commigrasset, iisque sacris initiatus in ipsorum quoque Bacchi mysteriorum partem ac societatem venisset, propter eam, quæ sibi cum Cadmeis intercedebat, amicitiam, quosque ab illis honores acceperat, numinis illius ortum in ipsorum gratiam transtulisse; multitudinem autem, partim ignoratione veritatis, partim illa veri patris ignoratione, a Cadmo Bacchi parentem celebratum esse.

(50) Ὑπὸ τοῦ Διός ποτε. Diodor., ὑπό του δή ποτε, longe melius, quia paulo post significat Jovem,

Digitized by Google

tim quod hunc deum genere Græcum haberi vehementer optaret, ejusdem cum initiandi ritus, tum etiam mysteria studiose ac libenter admodum esse complexam. Cæterum Orpheo, transferendi ortus numinis, ejusmodi ansas et occasiones fuisse. Cadmum videlicet Thebis Ægyptiis oriundum, cum **48** aliis aliquot liberis Semelem quoque genuisse, hanc vero a nescio quo forte constupratam, post septem a conceptu menses infantem peperisse, ei, quem apud se natum Ægyptii prædicant, Osiridi persimilem; Cadmum vero infantis mortui cadaver auro convestiisse, eique solemnes sacrificiorum ritus instituisse, ac demum ipsius procreationem Jovi assignasse, hoc utique consilio, ut cum Osiridi majestatem conciliaret, tum ipsam quoque matrem a stupri oblati infamia liberaret. Hunc igitur in modum sparsam illam apud Græcos de Osiride famam esse, quod eum ex Jove Semele Cadmi filia suscepisset; qua fabularum scriptores omnia postmodum theatra compleverint, eoque tandem factum esse, ut constans ejus et inconcussa fides posterorum mentibus insideret. Quin etiam Græcos, ut verbo dicam, celeberrimos quosque aiunt Ægyptiorum heroas atque deos sibi tanquam proprios vindicasse. Nam Herculem etiam, Ægyptius genere cum esset, ac singulari fortitudine præditus, magnam orbis terrarum partem obiisse; eumdem tamen quasi Græcum a Græcis prædicari, tametsi longe ab altero quodam Hercule diversum, quem in Græcia multis post sæculis Alcmena pepererit. Addunt Perseum quoque lucem in Ægypto primum aspexisse, et ipsiusmet Isidis originem a Græcis hominibus translatam Argos fuisse, qui hanc ipsam, Io bovis in figuram aliquando mutatam esse fabulentur; cum eamdem tamen Isin alii, alii Cererem, Thesmophoron, hoc est *legiferam*, alii, nonnulli Lunam, alii denique Junonem esse opinentur. Osirin autem a quibusdam Sarapin, Bacchum ab aliis, a nonnullis Plutonem, ab aliis Ammonem, vel Jovem, vel Panа existimari. Jam ab Iside remedia pleraque ipsamque adeo medicinæ artem inventam esse tradunt, ac simul immortalitatis pharmacum; cujus illa vi Orum filium quem Titanum insidiis exceptum, ac mortuum in aquis repertum, non tantum in lucem reddito animo revocarit, sed etiam immortalitate donarit. Porro hunc Orum, qui deorum novissimus est, in Ægypto regnasse, ejusque nomen, interpretari si velis, Apollinem significare; qui quod ab Iside parente medendi ac vaticinandi artem didicisset, edendis oraculis morbisque sanandis optime de hominum genere mereatur. Est autem hæc communis plurimorum existimatio, Gigantas quosdam immani vastaque mole corporis, ac prodigioso quodam instructos apparatu, Jovem Osirimque deos, Isidis temporibus bello lacessivisse. Ex eo denique legem illam Ægyptiorum de matrimonio cum sororibus ineundo fluxisse volunt,

A ὄντα, δι' ἀνδρίαν ἐπελθεῖν πολλὴν τῆς οἰκουμένης, ἐξοικειοῦσθαι δὲ αὐτὸν τοὺς Ἕλληνας, καὶ μὴν ἕτερον ὄντα τοῦ ἐξ Ἀλκμήνης παρ' Ἕλλησιν ὕστερόν ποτε γενομένου. Φασὶ δὲ καὶ τὸν Περσέα γενέσθαι κατὰ τὴν Αἴγυπτον, καὶ τῆς Ἴσιδος τὴν γένεσιν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων εἰς Ἄργος μεταφέρεσθαι, μυθολογούντων αὐτὴν εἶναι Ἰὼ, τὴν εἰς βοὸς τύπον μεταμορφωθεῖσαν, τὴν αὐτὴν δὲ, τοὺς μὲν Ἶσιν, τοὺς δὲ Δήμητραν, τοὺς δὲ Θεσμοφόρον, ἄλλους δὲ Σελήνην, καὶ ἄλλους Ἥραν νομίζειν. Τὸν δὲ Ὄσιριν, τοὺς μὲν Σάραπιν, τοὺς δὲ Διόνυσον, τοὺς δὲ Πλούτωνα, τοὺς δὲ Ἄμμωνα, τοὺς δὲ Δία, ἑτέρους δὲ Πᾶνα νομίζειν. Εὑρετὴν δὲ γενέσθαι τὴν Ἶσίν φασι φαρμάκων πολλῶν, καὶ ἰατρικῆς ἐπιστήμης· εὑρεῖν δὲ καὶ τὸ τῆς ἀθανασίας φάρμακον, δι' οὗ τὸν υἱὸν Ὧρον ὑπὸ τῶν B Τιτάνων ἐπιβουλευθέντα, καὶ νεκρὸν εὑρεθέντα καθ' ὕδατος, μὴ μόνον ἀναστῆσαι δοῦσαν τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀθανασίας ποιῆσαι μεταλαβεῖν. Τὸν δὲ Ὧρον ὕστατον ὄντα τῶν θεῶν, βασιλεῦσαι τῆς Αἰγύπτου. Μεθερμηνευόμενον δέ φασιν αὐτὸν εἶναι τὸν Ἀπόλλωνα, τήν τε ἰατρικὴν καὶ μαντικὴν ὑπὸ τῆς μητρὸς Ἴσιδος διδαχθέντα, διὰ τῶν χρησμῶν, καὶ θεραπειῶν εὐεργετεῖν. Συμφωνεῖται δὲ παρὰ τοῖς πλείστοις, ὅτι τοῖς περὶ τὸν Δία καὶ τὸν Ὄσιριν θεοῖς, κατὰ τὴν Ἴσιδος ἡλικίαν μεγαλόσωμοί τινες Γίγαντες ἐπὶ τὸ τερατῶδες κοσμούμενοι, πόλεμον ἤγειραν. Νομοθετῆσαι δὲ τοὺς Αἰγυπτίους γαμεῖν ἀδελφάς, διὰ τὸ τὴν Ἶσιν τῷ Ὀσίριδι ἀδελφῷ ὄντι αὐτῆς γαμηθῆναι. » Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τούτων ἱστοροῦσι. C Περὶ δὲ τῶν ἀφιερωμένων ζώων (51) κατ' Αἴγυπτον, τοιοῦτός τις παρ' αὐτοῖς κατέχει λόγος. Τινὲς μέν φασι τοὺς ἐξ ἀρχῆς γενομένους θεοὺς, ὀλίγους ὄντας καὶ κατισχυομένους ὑπὸ τοῦ πλήθους καὶ τῆς ἀσεβείας τῶν γηγενῶν ἀνθρώπων, ὁμοιωθῆναί τισιν ἀλόγοις ζώοις, καὶ οὕτως διαφυγεῖν· ἔπειτα χάριν ἀποδιδόντας τῆς σωτηρίας, ἀφιερῶσαι τὰς φύσεις αὐτῶν τῶν ζώων, οἷς ἀφωμοιώθησαν. Οἱ δέ φασιν, ἐν ταῖς πρὸς τοὺς πολεμίους συμβολαῖς, κατασκευάσαντας εἰκόνας τῶν ζώων, ἃ νῦν τιμῶσι, φορεῖν ταύτας τοὺς ἡγεμόνας ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, καὶ τοῦτο γνώρισμα τῆς ἀρχῆς ἔχειν· ἐν δὲ ταῖς κατὰ τῶν ἐχθρῶν νίκαις, ὡς ἂν αἴτια τὰ ζῶα γενόμενα, ὧν τὰς εἰκόνας ἔφερον, ἀποθεῶσαι. Ἕτεροι δὲ τρίτην αἰτίαν φέρουσι, τῆς χρείας ἕνεκα τῶν ζώων φάσκοντες αὐτὰ τετι- D μῆσθαι. Τὴν μὲν γὰρ θήλειαν βοῦν, τίκτειν καὶ ἀροῦν. Τὰ δὲ πρόβατα τίκτειν καὶ σκέπην παρέχειν, καὶ τὴν διὰ τοῦ γάλακτος καὶ τοῦ τυροῦ τροφήν. Τὸν δὲ κύνα συνθηρεύειν ἀνθρώποις, καὶ φυλακτικὸν εἶναι. Διόπερ τὸν θεὸν τὸν παρ' αὐτοῖς καλούμενον Ἀνουβιν, κυνὸς ἔχειν κεφαλήν· ἐμφαίνοντες, ὅτι σωματοφύλαξ ἦν τῶν περὶ τὸν Ὄσιριν καὶ τὴν Ἶσιν. Ἔνιοι δέ φασι, τῆς Ἴσιδος προηγουμένης τοὺς κύνας, καθ' ὃν καιρὸν ἐζήτει τὸν Ὄσιριν, τά τε θηρία καὶ τοὺς ἀπαντῶντας ἀπείργειν. Καὶ τὸν μὲν αἰλοῦρον πρὸς τὰς ἀσπίδας εὔθετον ὑπάρχειν καὶ τὰ ἄλλα δακετὰ τῶν ἑρπετῶν, τὸν δὲ ἰχνεύμονα, τὰ τῶν κροκοδείλων ὠὰ συντρίβειν, ἀναιρεῖν

(51) Ἀφιερωμένων ζώων. Sequentia de animantium apud Ægyptios consecratione, Diodorus fuse lib. I, p. 74 et seq.

Digitized by Google

τε καὶ τοὺς κροκοδείλους πηλῷ κυλιόμενον, καὶ ἐπιπηδῶντα κεχῆνοσι τοῖς στόμασι, διαφαγόντα τε αὐτῶν τὰ ἐντὸς τῆς κοιλίας, νεκροὺς ἀπεργάζεσθαι. Τῶν δὲ ὀρνέων, τὴν μὲν ἶβιν χρησίμην ὑπάρχειν πρός τε τοὺς ὄφεις καὶ τὰς ἀκρίδας καὶ τὰς κάμπας· τὸν δὲ ἱέρακα, πρὸς τοὺς σκορπίους καὶ κεράστας, καὶ τὰ μικρὰ τῶν δακετῶν θηρίων, καὶ διὰ τὸ συμβάλλεσθαι ταῖς μαντείαις· τὸν δ' ἀετὸν, διὰ τὸ βασιλικὸν εἶναι· τὸν δὲ τράγον φασὶν ἀποτεθεῶσθαι, καθάπερ καὶ τοῖς Ἕλλησι τὸν Πρίαπον, διὰ τὸ γεννητικὸν μόριον· τὸ μὲν γὰρ ζῶον εἶναι τοῦτο κατωφερέστατον πρὸς τὰς συνουσίας, τὸ δὲ μόριον τοῦ σώματος, τὸ τῆς γενέσεως αἴτιον, τιμᾶσθαι προσηκόντως, ὡς ἂν ἀρχηγὸν ὂν τῆς τῶν ζώων φύσεως. Καθόλου δὲ τὸ αἰδοῖον, οὐ κατ' Αἰγυπτίους μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων οὐκ ὀλίγους, καθιερωκέναι κατὰ τὰς τελετὰς, ὡς αἴτιον τῆς τῶν ζώων γενέσεως. Τούς τε ἱερεῖς τοὺς παραλαβόντας τὰς πατρικὰς ἱερωσύνας κατ' Αἴγυπτον, τούτῳ τῷ θεῷ μυεῖσθαι· καὶ τοὺς Πᾶνας δὲ, καὶ τοὺς Σατύρους φασὶν ἕνεκα τῆς αὐτῆς αἰτίας τιμᾶσθαι παρὰ ἀνθρώποις. Διὸ καὶ τὰς εἰκόνας αὐτῶν ἀνατιθέναι τοὺς πλείστους ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐντεταμένας, καὶ τῇ τοῦ τράγου φύσει παραπλησίως· τὸ γὰρ ζῶον τοῦτο παραδίδοσθαι πρὸς τὰς συνουσίας ὑπάρχειν ἐνεργότατον. Τοὺς δὲ ταύρους τοὺς ἱεροὺς, τὸν Ἆπιν καὶ τὸν Μνεῦιν τιμᾶσθαι παραπλησίως τοῖς θεοῖς, ἅμα μὲν διὰ τὴν γεωργίαν, ἅμα δὲ καὶ διὰ τὸ τὴν εὕρεσιν τῶν καρπῶν αὐτοῖς ἀνατιθέναι. Τοὺς δὲ λύκους τιμᾶσθαι, διὰ τὴν πρὸς τοὺς κύνας τῆς φύσεως ὁμοιότητα, καὶ ἐπεὶ τὸ παλαιὸν φασι, τῆς Ἴσιδος μετὰ τοῦ παιδὸς Ὥρου μελλούσης διαγωνίζεσθαι πρὸς Τυφῶνα, παραγενέσθαι βοηθὸν ἐξ ᾅδου τὸν Ὄσιριν τῷ τέκνῳ καὶ τῇ γυναικὶ, λύκῳ τὴν ὄψιν ὁμοιωθέντα. Ἕτεροι δὲ λέγουσιν Αἰθίοπας στρατεύσαντας ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον, ὑπὸ πλήθους λύκων διωχθῆναι· διὸ καὶ Λυκοπολίτην κληθῆναι τὴν χώραν. Τὸν δὲ κροκόδειλον σέβεσθαί φασι, διὰ τὸ μὴ τολμᾶν διανήχεσθαι τὸν Νεῖλον τοὺς ἀπὸ τῆς Ἀραβίας καὶ Λιβύης λῃστὰς, τῶν κροκοδείλων χάριν. Φασὶ δέ τινα τῶν παρ' αὐτοῖς βασιλέων διωκόμενον ὑπὸ τῶν ἰδίων κυνῶν, καταφυγεῖν εἰς τὴν λίμνην, ἔπειτα ὑπὸ κροκοδείλου ἀναληφθέντα παραδόξως, εἰς τὸ πέραν ἀπενεχθῆναι. Αἰτίας δὲ καὶ ἄλλας φασί τινες τῆς τῶν ἀλόγων ζώων τιμῆς. Τοῦ γὰρ πλήθους τὸ παλαιὸν ἀφισταμένου τῶν βασιλέων, καὶ συμφρονοῦντος εἰς τὸ μηκέτι βασιλεύεσθαι, ἐπινοῆσαί τινα διάφορα σεβάσματα αὐτοῖς τῶν ζώων παρασχεῖν, ὅπως ἑκάστων τὸ μὲν παρ' αὐτοῖς τιμώμενον σεβομένων, τοῦ δὲ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἀφιερωμένου καταφρονούντων, μηδέποτε ὁμονοῆσαι δύνωνται πάντες οἱ κατ' Αἴγυπτον. Ὅταν δὲ ἀποθάνῃ τι τῶν εἰρημένων ζώων, σινδόνι καλύψαντες, καὶ μετ' οἰμωγῆς τὰ στήθη καταπληξάμενοι, ἐν ἱεραῖς θήκαις θάπτουσιν. Ὃς δ' ἂν τι τούτων τῶν ζώων ἑκὼν διαφθείρῃ, θανάτῳ περιπίπτει, πλὴν ἐὰν αἴλουρον ἢ τὴν ἶβιν ἀποκτείνῃ. Ταῦτα γὰρ ἐάν τε ἑκὼν, ἐάν τε ἄκων ἀποκτείνῃ τις, πάντως θανάτῳ περιπίπτει. Ἀλλὰ μὴν, καὶ καθ' ἣν οἰκίαν εὑρεθῇ κύων τετελευτηκὼς, ξυρῶνται πάντες ὅλον τὸ σῶμα, καὶ ποιοῦνται πέν-

A 49 quod Osiris primus Isidem sororem in uxorem accepisset. » Atque hujusmodi sunt, quæ de hominibus in deos consecratis Ægyptiorum historiæ prodiderunt. Jam vero de animalium consecratione hæc ab iisdem fere tradi solent. Quibusdam sane placet, qui ab initio dii fuerint, cum ob paucitatem, hominum terrenorum partim multitudine partim impietate opprimerentur, eos animalium ratione carentium forma tectos periculum declinasse, eorumque naturas, quorum mutuati similitudinem fuerant, ut aliquam ob acceptæ salutis beneficium gratiam referrent, consecrasse. Alii vero sic existimant, quod in certaminibus adversum hostes initis, earum animantium, quas ipsi nunc venerantur, arte elaboratas imagines, summis in capi-
B tibus exercitus duces ac principes, sic tanquam imperii monimentum aliquod et insigne, gestassent, partis postmodum victoriis, illas ab iisdem, quasi victoriam peperissent, deorum in numerum relatas fuisse. Postremo sunt, qui tertiam cultus ejusmodi causam proferant, utilitatem eam, quam ex hoc animantium genere perciperent. Quippe, bovem enim feminam non parere modo, sed etiam arare; ab ovibus autem fetus, vestes, lactis, caseique alimentum suppeditari; canem usui cum ad venationem, tum ad custodiam hominibus esse; quam ob causam, deum illum, quem Anubim nominant, canino esse capite, ut eum Osiridis et Isidis prætorianum fuisse militem significent, quanquam non
C desunt, qui velint, Isidem quo tempore Osirin quæreret, præeuntes secum duxisse canes, qui feras et obvium quemque summoverent. Porro felem quidem adversum aspidas reliquosque serpentes, qui morsu venenum infundunt, perutilem esse: ichneumonem autem non modo crocodilorum ova conterere, sed etiam crocodilos ipsos exstinguere, quod in cœno ante volutatus, inhiantia ipsorum ora insiliat, quæque ventre continentur intestina corrodat. Ex avibus etiam, plurimum ibin contra serpentes, locustas et erucas opis auxiliique conferre; nec minus accipitrem contra scorpiones ac cerastas minorumque bestiarum vulgus, quæ morsu pestem et interitum afferunt, cum eidem præterea multum in auguriis divinationibusque tribuatur; aquilam
D denique, quod regium aliquid præ se ferat, venerationi esse. Jam, hircum ipsum quoque tanquam deum ab illis habitum fuisse, nihilominus quam Priapum a Græcis, ob membrum corporis ad generationem comparatum; quippe hoc animantis genus in Venerem pronum admodum esse atque propensum: 50 illam vero partem corporis, cui debetur generatio, quod potissimum animalium naturæ principium sit, non sine ratione coli. Et sane partem istam, si in universum loqui placet, non ab Ægyptiis modo, sed ab aliis etiam plerisque gentibus in sacrorum initiis, utpote causam generationis animantium esse consecratam, ipsosque adeo sacerdotes, qui patrium in Ægypto sacerdotium hæreditario quasi jure accipiant, numinis hujus

Digitized by Google

mysteriis initiari. Quin etiam et Panas et Satyros aiunt eamdem ob causam venerationem ab hominibus consecutos esse, quorum simulacra plerique, magna cum hircorum natura similitudine, in templis arrigentia dedicarint, quod nimirum hoc animal salacissimum habeatur. Sacros tauros Apin ac Mnevin quod attinet, divinos ipsis honores concedi, partim quod arandæ terræ serviant, partim quod iis ipsarum quoque frugum inventio tribuatur. Lupos vero similiter colli, non modo propter eam, quam habent cum canibus naturæ affinitatem, sed etiam quod olim, inquiunt, Isidem cum Oro filio adversus Typhonem dimicaturam, filio simul et uxori suppetias ab inferis excitatus et lupi forma tectus Osiris tulisset. Quanquam alii tradunt Æthiopes, cum in Ægyptum incubuissent, a luporum multitudine pessime vexatos et in fugam actos fuisse, id quod etiam in causa fuerit, cur ea regio Lycopolitana diceretur. Crocodilorum venerationem institutam esse, quod eorum metu Arabiæ Libyæque latrones Nilum transmittere non audeant: et unum quidem suis e regibus, ut canum suorum impetum ac rabiem effugeret, cum in paludem confugisset, a crocodilo quodam præter exspectationem leniter exceptum, atque in ulteriorem ripam transvectum fuisse. His alias quoque brutorum animalium cultus rationes adjiciunt. Enimvero, cum a regibus olim multitudo defecisset, jamque de tollendo funditus regio dominatu conspiratione facta cogitaret, id ab aliquo solerter inventum, uti varios illis ac discrepantes colendorum animantium ritus traderet, ut cum singulis suos quique animantes et religiose colerent, et consecratos ab aliis repudiarent, nunquam universæ totius Ægypti præfecturæ in mutuam consiliorum voluntatumque societatem et conjunctionem venire possent. Jam, ubi animalium istorum aliquod exstinctum est, ipsum linteo opertum sacris in thecis cum ingenti luctu planctuque sepeliunt. **51** Quod si quis eorum quodpiam sponte dataque opera occiderit, morte damnatur. Felem autem vel ibin quisquis sive prudens, sive imprudens peremerit, circa veniam omnem capitis supplicium luit. Præterea, quacumque in domo exstinctus canis repertus fuerit, corpus totum ad cutem usque radentes in luctu versantur universi, ac licet vinum aut frumentum, aut aliquid aliud necessariæ victum annonæ repositum in ædibus illis fuerit, eo tamen sibi nemo prorsus uti fas in posterum esse arbitratur. Cæterum Memphi quidem Apin, Mnevin autem in Solis civitate alunt; Mendæ hircum, crocodilum in Myridis palude, cæteras bestias in sacrorum quorumdam septorum ambitu, quibus similam, aut elixum lacte chondrum ac placentas omnis generis cum anserinis carnibus partim elixis, partim assis objiciunt. Iis autem, quæ cruda vescuntur, aves obtrudunt quam plurimas feminasque pulcherrimas cum singulis maribus enutriunt, quas pellices nominare solent. At vero Api magnifice post mortem consepulto, alterum ei persimilem quærunt; eoque reperto, metu populus universus luctuque liberatur. Vitulus autem primum in Nili civitatem duci-

A θος, κἂν οἶνος, ἢ σῖτος, ἢ τι τῶν πρὸς τὸν βίον ἀναγκαίων τύχῃ κείμενον ἐν τῷ οἴκῳ, οὐκ ἔτι χρῆσασθαι αὐτοῖς ὑπομείνειαν. Τρέφουσι δὲ τὸν Ἄπιν ἐν Μέμφει, καὶ τὸν Μνεῦιν ἐν Ἡλίου πόλει· καὶ τὸν τράγον ἐν Μένδῃ, καὶ τὸν κροκόδειλον ἐν τῇ Μύριδος λίμνῃ, καὶ τὰ λοιπὰ θηρία ἐν ἱεροῖς περιβόλοις, σεμίδαλιν προσφέροντες, ἢ χόνδρον ἕψοντες ἐν γάλακτι, καὶ πέμματα παντοδαπὰ μέλιτι φύροντες, καὶ κρέα χήνεια, τὰ μὲν ἕψοντες, τὰ δὲ ὀπτῶντες. Τοῖς δὲ ὠμοφάγοις πολλὰ τῶν ὀρνέων παραβάλλουσι, καὶ θηλείας ἑκάστῳ τῶν ζώων τὰς εὐειδεστάτας συντρέφουσιν, ἃς παλλακίδας προσαγορεύουσιν. Ὅταν δὲ ὁ Ἄπις τελευτήσας ταφῇ μεγαλοπρεπῶς, ζητοῦσιν ἕτερον δμοιον· ὅταν δὲ εὑρεθῇ, τὰ μὲν πλήθη τοῦ δέους ἀπολύονται καὶ τοῦ πένθους· ἄγεται δὲ ὁ μόσχος πρῶτον εἰς Νεῖλου πόλιν. Καὶ τότε μόνον αἱ γυναῖκες αὐτὸν ὁρῶσι κατὰ πρόσωπον ἱστάμεναι, καὶ δεικνύουσιν ἀνασυράμεναι τὰ ἑαυτῶν γεννητικὰ μόρια. Τὸν δὲ ἕτερον χρόνον ἅπαντα, κεκωλυμένον ἐστὶν εἰς ὄψιν αὐτὰς ἔρχεσθαι τούτῳ τῷ θεῷ. Φασὶ δὲ τὴν τοῦ Ὀσίριδος ψυχὴν εἰς τοῦτον μετὰ τὴν τελευτὴν μεταστῆναι. Τοιαύτη καὶ ἡ Αἰγυπτίων ἀσχήμων ἀθεότης μᾶλλον ἢ θεολογία, πρὸς ἣν καὶ τὸ ἐνίστασθαι αἰσχρόν. Ἧς καὶ εἰκότως καταπτύσαντες ἀνεχωρήσαμεν, λύτρωσιν καὶ ἐλευθερίαν τῶν τοσούτων κακῶν οὐδετέρως εὑράμενοι, ἢ διὰ μόνης τῆς σωτηρίου καὶ εὐαγγελικῆς διδασκαλίας, τῆς τὰς διανοίας τυφλοῖς τὴν ἀνάβλεψιν εὐαγγελισαμένης. Τούτων δὲ αὐτῶν τὰς σεμνοτέρας δὴ θεωρίας τε καὶ φυσιολογίας, μικρὸν ὕστερον ἐπισκεψόμεθα, ἐπὰν καὶ τὰ Ἑλληνικὰ διαλάβωμεν. Οὕτω δῆτα ἀναμὶξ Αἰγυπτιακῆς ὁμοῦ καὶ Φοινικικῆς συνδραμούσης μυθολογίας, κεκράτηκεν εἰκότως παρὰ τοῖς πλείστοις τῶν ἐθνῶν ἡ τῆς παλαιᾶς πλάνης δεισιδαιμονία. Ἀλλὰ γὰρ λεκτέον καὶ τὰ Ἑλλήνων. Τὰ μὲν δὴ σεμνὰ τῆς Αἰγυπτίων μυθολογίας, τὸν προτεθέντα περιεληφε τρόπον, τὰ δὲ Ἑλληνικά, ὅτι τούτων αὐτῶν ἀποσπάσματα καὶ παρακούσματα τυγχάνει, προείρηται μὲν πολλάκις, καὶ διὰ τῆς τῶν προτεθέντων συγγραφέων διαγνώσεως. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς Ἑλληνικῆς θεολογίας γένοιτ' ἂν ἔκδηλον, ἐπαγομένων ἐν ταῖς οἰκείαις περὶ θεῶν ἀναγραφαῖς οἰκοθεν μὲν οὐδέν, ταῖς δὲ τῶν ἔξωθεν περιπιπτόντων μυθολογίαις. Ξοάνοις τε γὰρ τοῖς παραπλησίοις, καὶ μυστηρίοις τοῖς αὐτοῖς ἀποδείκνυνται συγχρώμενοι, ὡς ἔνεστι μαθεῖν ἐκ τῆς περὶ τούτων ἱστορίας, ἣν ὁ τὰς βιβλιοθήκας ἐπὶ ταὐτὸν ὁμοῦ συναγαγὼν, οὗ καὶ πρόσθεν ἐμνημόνευσα κατὰ τὸ τρίτον καὶ τέταρτον τῆς δηλωθείσης αὐτοῦ πραγματείας ἱστορεῖ, τὴν τῆς ἱστορίας ἀρχὴν ἀπὸ τῶν τοῦ Κάδμου χρόνων πεποιημένος. Τὸν δὲ Κάδμον, μετὰ Μωϋσέα γενέσθαι αἱ ἀκριβεῖς τῶν χρονογραφιῶν παριστῶσι διαδοχαὶ, ὡς κατὰ καιρὸν ἐπιδείξομεν, ὥστε καὶ τῶν Ἑλληνικῶν θεῶν ἀποδείκνυσθαι τὸν Μωϋσέα πρεσβύτερον· εἰ δὴ πρὸ Κάδμου μὲν οὗτος, οἱ δὲ θεοὶ νεώτεροι τῆς Κάδμου γεγονότες ἡλικίας ἀναφαίνονται. Ἄκουε δ' οὖν τῶν τοῦ συγγραφέως φωνῶν.

Digitized by Google

tur, ac tum quidem solis mulieribus eum videre licet, quæ coram sistentes sese reductis vestibus honestas ipsi partes ostendunt, ac deinceps ab omni prorsus ejusdem numinis aspectu excluduntur. Hujus autem in corpus Osiridis vita functi animum transmigrasse aiunt. Hæc illa est Ægyptiorum divinitatis omnis ejectio potius, quam theologia, eo usque infamis certe quidem, ut vel eam argumentis oppugnare turpe videatur. Hanc nos jure sane ac merito respuendam nobis repudiandamque putavimus, qui tamen non alia tantorum malorum scelerumque tyrannidem, quam salutaris unius et evangelicæ doctrinæ vi excussimus, quæ mente animoque cæcis videndi facultatem feliciter annuntiat. Quod superest, illas quoque rerum naturalium rationes, quarum honestiorem paulo speciem infandis religionibus obtendunt, postmodum expendemus, si tamen prius de Græcorum etiam rituum superstitione disputaverimus. Enimvero, cum unum aliquod veluti corpus hunc in modum exstitisset, ex permista Phœniciarum Ægyptiarumque fabellarum varietate conflatum, mirum sane videri non debet, si erroris antiqui superstitio perdiu fuerit apud gentes plerasque dominata. Sic igitur, quomodo ante narravi, egregia sese Ægyptiorum commenta fabulæque habuerunt. **52** Nunc ut de Græcis aliquid dicamus, ordo postulat. Et quanquam istas aliud esse nihil quam fragmenta quædam, invectasque perperam et alieno sensu veterum illarum interpretationes, ipsamet jam sæpius laudatorum scriptorum auctoritate judicioque ostendimus; id ipsum tamen producta in lucem Græcorum hominum theologia clarius apparebit : quippe qui in suis illis de universo deorum genere commentariis, proprium domesticumque proferant nihil, sed in exterorum figmenta populorum incidant, partimque simulacris omnino similibus, partim iisdem quoque mysteriis uti convincantur; quemadmodum ex eorumdem historia quivis auferre potest, quam ipsemet Diodorus cujus non semel ante memini tertio quartoque volumine citati operis, quo varias unum in corpus Bibliothecas collegit, fuse prosequitur, eam a Cadmi ætate auspicatus. Hunc vero Cadmum post Moysen natum esse, accurata temporum serie ac successione manifeste comprobatur, ut suo loco ostendemus. Ex quo proinde, Græcorum numinibus antiquiorem fuisse Moysen, certa ratione conficitur, cum is ætate Cadmum antecesserit, post quem Græcorum deos in lucem editos fuisse constat. Sed ipsissima ejusdem auctoris verba jam audi.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Ἐπιτομὴ τῶν παρ' Ἕλλησι περὶ τε θεῶν, καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς ἡρώων μυθευομένων.

(52) Κάδμον, τὸν Ἀγήνορος, φασὶν ἐκ Φοινίκης ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἀποσταλῆναι πρὸς ἀναζήτησιν τῆς Εὐρώπης, ἣν ὑπὸ Διὸς ἁρπαγῆναι. Μὴ εὑρόντα δὲ, εἰς Βοιωτίαν ἐλθεῖν κτίσαι τε τὰς αὐτόθι Θήβας, γήμαντα δὲ Ἁρμονίαν τὴν Ἀφροδίτης, γεννῆσαι ἐξ αὐτῆς Σεμέλην καὶ τὰς ταύτης ἀδελφάς. Τῇ δὲ Σεμέλῃ τὸν Δία μιγέντα παρακληθῆναι τὰς ἐπιπλοκὰς ὁμοίας αὐτῇ ποιήσασθαι ταῖς πρὸς τὴν Ἥραν. Ἐπελθόντος δὲ αὐτοῦ θεοπρεπῶς μετὰ βροντῶν καὶ ἀστραπῶν, οὐκ ἐνεγκεῖν τὴν Σεμέλην ἐγκύμονα (53) οὖσαν ἐκτρῶσαι τὸ βρέφος, ὑπὸ δὲ τοῦ πυρὸς αὐτὴν τελευτῆσαι. Τὸν δὲ Δία λαβόντα τὸ παιδίον, παραδοῦναι τῷ Ἑρμῇ· ἐκπέμψαι τε εἰς τὸ ἐν τῇ Νύσῃ ἄντρον, κείμενον μεταξὺ Φοινίκης τε καὶ Νείλου. Οὕτω δὲ τραφέντα τὸν Διόνυσον ὑπὸ τῶν Νυμφῶν, εὑρετὴν τοῦ οἴνου γενέσθαι, καὶ τὴν φυτείαν διδάξαι τῆς ἀμπέλου τοὺς ἀνθρώπους. Εὑρεῖν δὲ καὶ τὸ ἐκ τῆς κριθῆς κατασκευαζόμενον πόμα, τὸ καλούμενον ζύθον· περιφέρειν δὲ στρατόπεδον, οὐ μόνον ἀνδρῶν, ἀλλὰ καὶ γυναικῶν, καὶ τοὺς ἀδίκους καὶ ἀσεβεῖς τῶν ἀνθρώπων κολάζειν, στρατεῦσαι δὲ εἰς τὴν Ἰνδικὴν τριετεῖ χρόνῳ. Ἐντεῦθεν τοὺς Ἕλληνας καταδεῖξαι τριετηρικὰς θυσίας Διονύσῳ, καὶ τὸν θεὸν νομίζειν κατὰ τὸν χρόνον τοῦτον ποιεῖσθαι τὰς παρὰ τοῖς ἀνθρώποις ἐπιφανείας· σέβειν τε αὐτὸν πάντας ἀνθρώπους, διὰ

CAPUT II.

Eorum epitoma, quæ de Græcorum diis et heroibus fabulose conficta sunt.

A Cadmum Agenoris filium memorant, ex Phœnicia jussu regis, Europæ quam Jupiter rapuerat quærendæ gratia profectum esse : hanc vero quod reperire non potuisset, in Bœotiam venisse, quæque ibi sitæ sunt Thebas condidisse, ac Semelen cum ejusdem sororibus ex Harmonia Veneris filia, quam uxorem duxerat, suscepisse. At cum a Jove, qui secum rem habuerat, vehementer Semele petiisset, uti ejus in posterum consuetudine, qua Junonem conveniebat, frui sibi liceret, eum majestate plane divina cum tonitru ac fulguribus accessisse, quorum illa vim cum sustinere non posset, quem utero fetum gestabat abortivum effudisse, flammaque cœlesti conflagrasse. **53** Jupiter autem, inquiunt, exceptum infantem Mercurio tradidit, a quo in B quoddam Nysæ antrum Phœniciam inter Nilumque delatus est. Hic ergo Bacchus nympharum studio et opera educatus, vini usu reperto, vineæ simul plantandæ rationem homines docuit, potusque genus, quod ex hordeo conficitur, zythumque, hoc est cerevisia, nominatur, Invenit. Idem exercitum ex viris mulieribusque conflatum circumducens, pœnas a facinorosis et impiis expetivit. Quod autem is triennium in Indica expeditione posuisset, Græci trieterica sacra ejus in honorem instituere,

(52) Locus alius est Diodori, ex lib. IV, p. 210 B, at subinde decurtatus.

(53) *Σεμέλην ἐγκύμονα.* Leg. videtur, Σεμέλην καὶ ἐγκύμονα. Apud Diodor., plenius, τὴν δὲ Σεμέλην ἐγκυον οὖσαν, καὶ τὸ μέγεθος τῆς περιστάσεως οὐκ ἐνέγκασαν, τὸ μὲν βρέφος ἐκτρῶσαι, ὑπὸ δὲ τοῦ πυρὸς αὐτὴν τελευτῆσαι. Eadem, sed cum aliqua tamen varietate, lib. II, p. 198 A, ubi Junonis fraude totum id factum esse scribit.

Digitized by Google

mysteriis initiari. Quin etiam et Panas et Satyros aiunt eamdem ob causam venerationem ab hominibus consecutos esse, quorum simulacra plerique, magna cum hircorum natura similitudine, in templis arrigentia dedicarint, quod nimirum hoc animal salacissimum habeatur. Sacros tauros Apin ac Mnevin quod attinet, divinos ipsis honores concedi, partim quod arandæ terræ serviant, partim quod iis ipsarum quoque frugum inventio tribuatur. Lupos vero similiter colli, non modo propter eam, quam habent cum canibus naturæ affinitatem, sed etiam quod olim, inquiunt, Iside cum Oro filio adversus Typhonem dimicatura, filio simul et uxori suppetias ab inferis excitatus et lupi forma tectus Osiris tulisset. Quanquam alii tradunt Æthiopes, cum in Ægyptum incubuissent, a luporum multitudine pessime vexatos et in fugam actos fuisse, id quod etiam in causa fuerit, cur ea regio Lycopolitana diceretur. Crocodilorum venerationem institutam esse, quod eorum metu Arabiæ Libyæque latrones Nilum transmittere non audeant: et unum quidem suis e regibus, ut canum suorum impetum ac rabiem effugeret, cum in paludem confugisset, a crocodilo quodam præter exspectationem leniter exceptum, atque in ulteriorem ripam transvectum fuisse. His alias quoque brutorum animalium cultus rationes adjiciunt. Enimvero, cum a regibus olim multitudo defecisset, jamque de tollendo funditus regio dominatu conspiratione facta cogitaret, id ab aliquo solerter inventum, uti varios illis ac discrepantes colendorum animantium ritus traderet, ut cum singulis suos quique animantes et religiose colerent, et consecratos ab aliis repudiarent, nunquam universæ totius Ægypti præfecturæ in mutuam consiliorum voluntatumque societatem et conjunctionem venire possent. Jam, ubi animalium istorum aliquod exstinctum est, ipsum linteo opertum sacris in thecis cum ingenti luctu planctuque sepelliunt. **51** Quod si quis eorum quodpiam sponte dataque opera occiderit, morte damnatur. Felem autem vel ibin quisquis sive prudens, sive imprudens peremerit, circa veniam omnem capitis supplicium luit. Præterea, quacumque in domo exstinctus canis repertus fuerit, corpus totum ad cutem usque radentes in luctu versantur universi, ac licet vinum aut frumentum, aut aliquid aliud necessariæ victum annonæ repositum in ædibus illis fuerit, eo tamen sibi nemo prorsus uti fas in posterum esse arbitratur. Cæterum Memphi quidem Apin, Mnevin autem in Solis civitate alunt; Mendæ hircum, crocodilum in Myridis palude, cæteras bestias in sacrorum quorumdam septorum ambitu, quibus similam, aut elixum lacte chondrum ac placentas omnis generis cum anserinis carnibus partim elixis, partim assis objiciunt. Iis autem, quæ cruda vescuntur, aves obtrudunt quam plurimas feminasque pulcherrimas cum singulis maribus enutriunt, quas pellices nominare solent. At vero Api magnifice post mortem consepulto, alterum ei persimilem quærunt; eoque reperto, metu populus universus luctuque liberatur. Vitulus autem primum in Nili civitatem duci-

A θος, κἂν οἶνος, ἢ σῖτος, ἤ τι τῶν πρὸς τὸν βίον ἀναγκαίων τύχῃ κείμενον ἐν τῷ οἴκῳ, οὐκ ἔτι χρησασθαι αὐτοῖς ὑπομείνειαν. Τρέφουσι δὲ τὸν Ἆπιν ἐν Μέμφει, καὶ τὸν Μνεῦιν ἐν Ἡλίου πόλει· καὶ τὸν τράγον ἐν Μένδῃ, καὶ τὸν κροκόδειλον ἐν τῇ Μύριδος λίμνῃ, καὶ τὰ λοιπὰ θηρία ἐν ἱεροῖς περιβόλοις, σεμίδαλιν προσφέροντες, ἢ χόνδρον ἕψοντες ἐν γάλακτι, καὶ πέμματα παντοδαπὰ μέλιτι φύροντες, καὶ κρέα χήνεια, τὰ μὲν ἕψοντες, τὰ δὲ ὀπτῶντες. Τοῖς δὲ ὠμοφάγοις πολλὰ τῶν ὀρνέων παραβάλλουσι, καὶ θηλείας ἑκάστῳ τῶν ζώων τὰς εὐειδεστάτας συντρέφουσιν, ἃς παλλακίδας προσαγορεύουσιν. Ὅταν δὲ ὁ Ἆπις τελευτήσας ταφῇ μεγαλοπρεπῶς, ζητοῦσιν ἕτερον ὅμοιον· ὅταν δὲ εὑρεθῇ, τὰ μὲν πλήθη τοῦ δέους ἀπολύονται καὶ τοῦ πένθους· ἄγεται δὲ ὁ μό-
B σχος πρῶτον εἰς Νείλου πόλιν. Καὶ τότε μόνον αἱ γυναῖκες αὐτὸν ὁρῶσι κατὰ πρόσωπον ἱστάμεναι, καὶ δεικνύουσιν ἀνασυράμεναι τὰ ἑαυτῶν γεννητικὰ μόρια. Τὸν δὲ ἕτερον χρόνον ἅπαντα, κεκωλυμένον ἐστὶν εἰς ὄψιν αὐτὰς ἔρχεσθαι τούτῳ τῷ θεῷ. Φασὶ δὲ τὴν τοῦ Ὀσίριδος ψυχὴν εἰς τοῦτον μετὰ τὴν τελευτὴν μεταστῆναι. Τοιαύτη καὶ ἡ Αἰγυπτίων ἀσχήμων ἀθεότης μᾶλλον ἢ θεολογία, πρὸς ἣν καὶ τὸ ἐνίστασθαι αἰσχρόν. Ἧς καὶ εἰκότως καταπτύσαντες ἀνεχωρήσαμεν, λύτρωσιν καὶ ἐλευθερίαν τῶν τοσούτων κακῶν οὐδετέρως εὑράμενοι, ἢ διὰ μόνης τῆς σωτηρίου καὶ εὐαγγελικῆς διδασκαλίας, τῆς τὰς διανοίας τυφλοῖς τὴν ἀνάβλεψιν εὐαγγελισαμένης. Τούτων δὲ
C αὐτῶν τὰς σεμνοτέρας δὴ θεωρίας τε καὶ φυσιολογίας, μικρὸν ὕστερον ἐπισκεψόμεθα, ἐπὰν καὶ τὰ Ἑλληνικὰ διαλάβωμεν. Οὕτω δῆτα ἀναμὶξ Αἰγυπτιακῆς ὁμοῦ καὶ Φοινικικῆς συνδραμούσης μυθολογίας, κεκράτηκεν εἰκότως παρὰ τοῖς πλείστοις τῶν ἐθνῶν ἡ τῆς παλαιᾶς πλάνης δεισιδαιμονία. Ἀλλὰ γὰρ λεκτέον καὶ τὰ Ἑλλήνων. Τὰ μὲν δὴ σεμνὰ τῆς Αἰγυπτίων μυθολογίας, τὸν προτεθέντα περιεληφε τρόπον, τὰ δὲ Ἑλληνικά, ὅτι τούτων αὐτῶν ἀποσπάσματα καὶ παρακούσματα τυγχάνει, προείρηται μὲν πολλάκις, καὶ διὰ τῆς τῶν προτεθέντων συγγραφέων διαγνώσεως. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς Ἑλληνικῆς θεολογίας γένοιτ' ἂν ἔκδηλον, ἐπαγομένων ἐν ταῖς οἰκείαις περὶ θεῶν ἀναγραφαῖς οἴκοθεν μὲν οὐδέν, ταῖς
D δὲ τῶν ἔξωθεν περιπιπτόντων μυθολογίαις. Ξοάνοις τε γὰρ τοῖς παραπλησίοις, καὶ μυστηρίοις τοῖς αὐτοῖς ἀποδείκνυνται συγχρώμενοι, ὡς ἔνεστι μαθεῖν ἐκ τῆς περὶ τούτων ἱστορίας, ἣν ὁ τὰς βιβλιοθήκας ἐπὶ ταὐτὸν ὁμοῦ συναγαγὼν, οὗ καὶ πρόσθεν ἐμνημόνευσα κατὰ τὸ τρίτον καὶ τέταρτον τῆς δηλωθείσης αὐτοῦ πραγματείας ἱστορεῖ, τὴν τῆς ἱστορίας ἀρχὴν ἀπὸ τῶν τοῦ Κάδμου χρόνων πεποιημένος. Τὸν δὲ Κάδμον, μετὰ Μωϋσέα γενέσθαι αἱ ἀκριβεῖς τῶν χρονογραφιῶν παριστῶσι διαδοχαί, ὡς κατὰ καιρὸν ἐπιδείξομεν, ὥστε καὶ τῶν Ἑλληνικῶν θεῶν ἀποδείκνυσθαι τὸν Μωϋσέα πρότερον· εἰ δὴ πρὸ Κάδμου μὲν οὗτος, οἱ δὲ θεοὶ νεώτεροι τῆς Κάδμου γεγονότες ἡλικίας ἀναφαίνονται. Ἄκουε δ' οὖν τῶν τοῦ συγγραφέως φω-
νῶν.

Digitized by Google

tur, ac tum quidem solis mulieribus eum videre licet, quæ coram sistentes sese reductis vestibus honestas ipsi partes ostendunt, ac deinceps ab omni prorsus ejusdem numinis aspectu excluduntur. Hujus autem in corpus Osiridis vita functi animum transmigrasse aiunt. Hæc illa est Ægyptiorum divinitatis omnis ejectio potius, quam theologia, eo usque infamis certe quidem, ut vel eam argumentis oppugnare turpe videatur. Hanc nos jure sane ac merito respuendam nobis repudiandamque putavimus, qui tamen non alia tantorum malorum scelerumque tyrannidem, quam salutaris unius et evangelicæ doctrinæ vi excussimus, quæ mente animoque cæcis videndi facultatem feliciter annuntiat. Quod superest, illas quoque rerum naturalium rationes, quarum honestiorem paulo speciem infandis religionibus obtendunt, postmodum expendemus, si tamen prius de Græcorum etiam rituum superstitione disputaverimus. Enimvero, cum unum aliquod veluti corpus hunc in modum exstitisset, ex permista Phœniciarum Ægyptiarumque fabellarum varietate conflatum, mirum sane videri non debet, si erroris antiqui superstitio perdiu fuerit apud gentes plerasque dominata. Sic igitur, quomodo ante narravi, egregia sese Ægyptiorum commenta fabulæque habuerunt. **52** Nunc ut de Græcis aliquid dicamus, ordo postulat. Et quanquam istas aliud esse nihil quam fragmenta quædam, invectasque perperam et alieno sensu veterum illarum interpretationes, ipsamet jam sæpius laudatorum scriptorum auctoritate judicioque ostendimus; id ipsum tamen producta in lucem Græcorum hominum theologia clarius apparebit: quippe qui in suis illis de universo deorum genere commentariis, proprium domesticumque proferant nihil, sed in exterorum figmenta populorum incidant partimque simulacris omnino similibus, partim iisdem quoque mysteriis uti convincantur; quemadmodum ex eorumdem historia quivis anferre potest, quam ipsemet Diodorus cujus non semel ante memini tertio quartoque volumine citati operis, quo varias unum in corpus Bibliothecas collegit, fuse prosequitur, eam a Cadmi ætate auspicatus. Hunc vero Cadmum post Moysen natum esse, accurata temporum serie ac successione manifeste comprobatur, ut suo loco ostendemus. Ex quo proinde, Græcorum numinibus antiquiorem fuisse Moysen, certa ratione conficitur, cum is ætate Cadmum antecesserit, post quem Græcorum deos in lucem editos fuisse constat. Sed ipsissima ejusdem auctoris verba jam audi.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Ἐπιτομὴ τῶν παρ' Ἕλλησι περὶ τε θεῶν, καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς ἡρώων μυθευομένων.

(52) Κάδμον, τὸν Ἀγήνορος, φασὶν ἐκ Φοινίκης ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἀποσταλῆναι πρὸς ἀναζήτησιν τῆς Εὐρώπης, ἣν ὑπὸ Διὸς ἁρπαγῆναι. Μὴ εὑρόντα δὲ, εἰς Βοιωτίαν ἐλθεῖν κτίσαι τε τὰς αὐτόθι Θήβας, γήμαντα δὲ Ἁρμονίαν τὴν Ἀφροδίτης, γεννῆσαι ἐξ αὐτῆς Σεμέλην καὶ τὰς ταύτης ἀδελφάς. Τῇ δὲ Σεμέλῃ τὸν Δία μιγέντα παρακληθῆναι τὰς ἐπιπλοκὰς ὁμοίας αὐτῇ ποιήσασθαι ταῖς πρὸς τὴν Ἥραν. Ἐπελθόντος δὲ αὐτοῦ θεοπρεπῶς μετὰ βροντῶν καὶ ἀστραπῶν, οὐκ ἐνεγκεῖν τὴν Σεμέλην ἐγκύμονα (53) οὖσαν ἐκτρῶσαι τὸ βρέφος, ὑπὸ δὲ τοῦ πυρὸς αὐτὴν τελευτῆσαι. Τὸν δὲ Δία λαβόντα τὸ παιδίον, παραδοῦναι τῷ Ἑρμῇ· ἐκπέμψαι τε εἰς τὸ ἐν τῇ Νύσῃ ἄντρον, κείμενον μεταξὺ Φοινίκης τε καὶ Νείλου. Οὕτω δὲ τραφέντα τὸν Διόνυσον ὑπὸ τῶν Νυμφῶν, εὑρετὴν τοῦ οἴνου γενέσθαι, καὶ τὴν φυτείαν διδάξαι τῆς ἀμπέλου τοὺς ἀνθρώπους. Εὑρεῖν δὲ καὶ τὸ ἐκ τῆς κριθῆς κατασκευαζόμενον πόμα, τὸ καλούμενον ζύθον· περιφέρειν δὲ στρατόπεδον, οὐ μόνον ἀνδρῶν, ἀλλὰ καὶ γυναικῶν, καὶ τοὺς ἀδίκους καὶ ἀσεβεῖς τῶν ἀνθρώπων κολάζειν, στρατεῦσαι δὲ εἰς τὴν Ἰνδικὴν τριετεῖ χρόνῳ. Ἐντεῦθεν τοὺς Ἕλληνας καταδεῖξαι τριετηρικὰς θυσίας Διονύσῳ, καὶ τὸν θεὸν νομίζειν κατὰ τὸν χρόνον τοῦτον ποιεῖσθαι τὰς παρὰ τοῖς ἀνθρώποις ἐπιφανείας· σέβειν τε αὐτὸν πάντας ἀνθρώπους, διὰ

CAPUT II.

Eorum epitoma, quæ de Græcorum diis et heroibus fabulose conficta sunt.

Cadmum Agenoris filium memorant, ex Phœnicia jussu regis, Europæ quam Jupiter rapuerat quærendæ gratia profectum esse: hanc vero quod reperire non potuisset, in Bœotiam venisse, quæque ibi sitæ sunt Thebas condidisse, ac Semelen cum ejusdem sororibus ex Harmonia Veneris filia, quam uxorem duxerat, suscepisse. At cum a Jove, qui secum rem habuerat, vehementer Semele petiisset, uti ejus in posterum consuetudine, qua Junonem conveniebat, frui sibi liceret, eum majestate plane divina cum tonitru ac fulguribus accessisse, quorum illa vim cum sustinere non posset, quem utero fetum gestabat abortivum effudisse, flammaque cœlesti conflagrasse. **53** Jupiter autem, inquiunt, exceptum infantem Mercurio tradidit, a quo in quoddam Nysæ antrum Phœniciam inter Nilumque delatus est. Hic ergo Bacchus nympharum studio et opera educatus, vini usu reperto, vineæ simul plantandæ rationem homines docuit, potusque genus, quod ex hordeo conficitur, zythumque, hoc est cerevisia, nominatur, invenit. Idem exercitum ex viris mulieribusque conflatum circumducens, pœnas a facinorosis et impiis expetivit. Quod autem is triennium in Indica expeditione posuisset, Græci trieterica sacra ejus in honorem instituere,

(52) Locus alius est Diodori, ex lib. IV, p. 210 B, at subinde decurtatus.

(53) *Σεμέλην ἐγκύμονα*. Leg. videtur, Σεμέλην καὶ ἐγκύμονα. Apud Diodor., plenius, τὴν δὲ Σεμέλην ἔγκυον οὖσαν, καὶ τὸ μέγεθος τῆς περιστάσεως οὐκ ἐνέγκασαν, τὸ μὲν βρέφος ἐκτρῶσαι, ὑπὸ δὲ τοῦ πυρὸς αὐτὴν τελευτῆσαι. Eadem, sed cum aliqua tamen varietate, lib. II, p. 198 A, ubi Junonis fraude totum id factum esse scribit.

Digitized by Google

cum per illud tempus Bacchum sese hominibus spectandum præbere solitum putarent. Cæterum divinos honores propter vini munus, quemadmodum Ceres ob inventi frumenti beneficium, ab universo hominum genere impetravit. Jam alium præterea Bacchum fuisse tradunt, qui hunc longo ætatum intervallo præcesserit, quemque Sabazium nonnulli vocant, Jovis ex Proserpina filium. Hujus non ortus modo, sed etiam sacrificia, ritusque nocturni ac latentes, quod perpetuus veluti comes ad concubitus fœditatem pudor adhærescat, ab illis invehuntur. Eum quoque jugandorum boum rationem primum excogitasse aiunt, ideoque cornua ejusdem simulacris affigunt. At vero juniorem alterum ex Semele natum, corporis mollitie luxuque diffluentem, specie formaque præstitisse, atque in res venereas pronum admodum ac proclivem fuisse commemorant. In bellicis autem expeditionibus mulierum turbam circumducebat, a quibus hastæ frondibus tectæ ferebantur. Quinetiam addunt, Musas virgines, eximia rerum plurimarum scientia præditas, itinerum ejus comites fuisse, quæ Bacchi animum partim suavitate cantus, partim saltationis elegantia et concinnitate recrearent. Eidem Silenum pædagogum attribuunt, cujus ex præceptis maxima caperet ad virtutem adjumenta. Porro, mitra quidem revinctum illum caput habuisse ferunt, adversus acutos capitis dolores, quos ex immoderato vini haustu pateretur: Bimatris vero cognomentum accepisse, quod ex uno quidem patre, sed ex matre gemina Bacchi duo nati essent. Ferulam quoque in manum ipsi dare solent, quod cum prisci homines assiduo meri usu in rabiem ac furorem acti, sese baculis ita mutuo cæderent, ut ex plagis interitus aliquando sequeretur, lignorum loco Bacchus eos ferulis uti docuerit. Eum præterea volunt Bacchum quidem a Bacchis mulieribus nominatum esse, Lenæum autem quasi torcularium, quod in torcularibus uvæ calcentur, 54 Bromium denique quasi sonorum ob ingentem illum fragorem, qui cœlitus in ipsius ortu contigerat. Ad extremum Satyros etiam passim ab illo circumductos, qui eum saltationum et tragœdiarum oblectatione ac voluptate mulcerent, adeoque theatrum ipsum, cum iis quæ ad plenam ac numerosam variorum concentuum integritatem pertinent, excogitatum fuisse. Atque hæc de Baccho Græci prodiderunt. Jam vero Priapum ejusdem Bacchi Venerisque filium esse tradunt, quod homines vino madidi naturali quodam in obscenam voluptatem impetu arrigere consueverint. Quanquam aliis placet, honestum corporis humani membrum a veteribus Priapum in fabulis appellatum esse; alii vero malunt, idem ipsum quod humanæ generationis causa sit, immortales honores ex omni sæculorum memoria consecutum fuisse: quemadmodum etiam Ægyptii ferunt Isidem cum investigandis Osiridis membris occupata, veretrum unum ex omnibus reperire non posset, divinum ei cultum instituisse, et arrectum ejus si-

A τὴν τοῦ οἴνου δόσιν· ὥσπερ καὶ τὴν Δήμητραν διὰ τὴν τῆς τοῦ σίτου τροφῆς εὕρεσιν. Εἶναι δέ φασι καὶ ἄλλον Διόνυσον πολὺ τοῖς χρόνοις προτεροῦντα τούτου, τὸν ὑπό τινων Σαβάζιον ὀνομαζόμενον, ἐκ Διὸς καὶ Περσεφόνης γενόμενον, οὗ τὴν γένεσιν, καὶ τὰς θυσίας, καὶ τὰς ἑῳὰς νυκτερινὰς καὶ κρυφίους εἰσάγουσιν, διὰ τὴν αἰσχύνην τὴν ἐκ τῆς συνουσίας ἐπακολουθοῦσαν, ὃν καὶ πρῶτον βοῦς ἐπιχειρῆσαι ζευγνύειν· ἀφ' οὗ δῆτα καὶ κερατίαν αὐτὸν εἰσάγουσι. Τὸν δὲ ἐκ Σεμέλης νεώτερον, τρυφερὸν τῷ σώματι, καὶ εὐπρεπείᾳ διενεγκεῖν, καὶ πρὸς τὰς ἀφροδισιακὰς ἡδονὰς εὐκατάφορον γενέσθαι φασί. Κατὰ δὲ τὰς στρατείας, γυναικῶν πλῆθος περιάγειν καθωπλισμένας λόγχαις τεθυρσωμέναις. Φασὶ δὲ καὶ τὰς Μούσας αὐτῷ συναποδημεῖν παρθένους οὔσας,
B καὶ πεπαιδευμένας διαφερόντως, ἃς καὶ διὰ μελῳδίας καὶ ὀρχήσεως ψυχαγωγεῖν τὸν θεόν· παιδαγωγόν τε αὐτοῦ Σειληνὸν μεγάλα συμβάλλεσθαι αὐτῷ πρὸς ἀρετήν. Πρὸς δὲ τὰς ἐκ τοῦ πλεονάζοντος οἴνου κεφαλαλγίας, ἀναδεδέσθαι τὴν κεφαλὴν μίτρᾳ. Διμήτορα δὲ αὐτὸν προσαγορεύουσι, διὰ τὸ πατρὸς ἑνὸς ὑπάρξαι τοὺς δύο Διονύσους, μητέρων δὲ δυοῖν. Νάρθηκα δὲ προσάπτουσιν αὐτῷ, διὰ τὸ πίνοντας ἄκρατον τοὺς παλαιοὺς τὸν οἶνον, μανιώδεις γίνεσθαι, καὶ ταῖς βακτηρίαις ἀλλήλους τύπτειν, ὡς καὶ ἀναιρεῖσθαί τινας. Ὅθεν καὶ ἀντὶ ξύλων, νάρθηκι χρῆσθαι κατέδειξε. Καλεῖσθαι δὲ αὐτὸν Βάκχον, ἀπὸ τῶν Βακχῶν, Ληναῖον δὲ, ἀπὸ τοῦ πατεῖσθαι τὰς σταφυλὰς
C ἐν ληνοῖς· Βρόμιον δὲ, ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν γένεσιν αὐτοῦ βρόμου. Καὶ Σατύρους δέ φασιν αὐτὸν περιάγεσθαι ἐν ταῖς ὀρχήσεσι καὶ ταῖς τραγῳδίαις, τέρψιν αὐτῷ καὶ ἡδονὴν παρέχοντας, καταδεῖξαι δὲ θέατρον, καὶ μουσικῶν ἀκροαμάτων συστήματα. Τοιαῦτα μὲν τὰ περὶ Διονύσου. Τὸν δὲ Πρίαπον, υἱὸν εἶναί φασι Διονύσου καὶ Ἀφροδίτης, διὰ τὸ τοὺς οἰνωθέντας φυσικῶς ἐντετάσθαι πρὸς τὰς ἀφροδισιακὰς ἡδονάς. Τινὲς δέ φασι τὸ αἰδοῖον τῶν ἀνθρώπων τοὺς παλαιοὺς μυθικῶς Πρίαπον ὀνομάζειν. Ἔνιοι δὲ λέγουσι, τὸ γεννητικὸν μόριον αἴτιον ὑπάρχειν τῆς γενέσεως τῶν ἀνθρώπων, καὶ διὰ τοῦτο εἰς ἅπαντα τὸν αἰῶνα τυχεῖν τῆς ἀθανάτου τιμῆς. Ὥσπερ οὖν καὶ οἱ Αἰγύπτιοι τὴν Ἶσιν ἔφησαν τὰ μέλη τοῦ Ὀσίριδος ἀναζητοῦσαν, τὸ αἰδοῖον αὐτοῦ μὴ δυναμένην εὑρεῖν,
D καταδεῖξαι τιμᾷν ὡς θεὸν, καὶ ἀνατεθεῖναι κατὰ τὸ ἱερὸν ἐντεταμένον. Ἀλλὰ καὶ παρ' Ἕλλησιν οὐ μόνον ἐν ταῖς Διονυσιακαῖς τελεταῖς, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἄλλαις ἁπάσαις οὗτος ὁ θεὸς τυγχάνει τινὸς τιμῆς, μετὰ γέλωτος καὶ παιδιᾶς παρεισαγόμενος ἐν ταῖς θυσίαις· ὡς καὶ τὸν Ἑρμαφρόδιτον, ὃν ἐξ Ἑρμοῦ καὶ Ἀφροδίτης γεννηθέντα, τυχεῖν τῆς προσηγορίας. Τοῦτον δέ φασι τὸν θεὸν κατά τινας χρόνους φαίνεσθαι παρ' ἀνθρώποις, καὶ γενναῖσθαι τὴν τοῦ σώματος φύσιν ἔχοντα ἐξ ἀνδρὸς καὶ γυναικός. Ἔνιοι δὲ τὰ τοιαῦτα τέρατα ὑπάρχειν φασὶ, σπανίως τε γενόμενα, σημαντικὰ ποτὲ μὲν κακῶν, ποτὲ δ' ἀγαθῶν γίνεσθαι. Τὰς δὲ Μούσας, θυγατέρας εἶναι Διὸς καὶ Μνημοσύνης· τινὲς δὲ, Οὐρανοῦ καὶ Γῆς. Παρθένους τε αὐτὰς οἱ πλεῖστοι μυθολογοῦσι, τυχεῖν τε τῆς προσηγορίας ἀπὸ τοῦ αὐειν τοὺς ἀνθρώπους, τοῦτο δέ ἐστι διδά-

Digitized by Google

σκειν τὰ καλά. Περὶ δὲ τοῦ Ἡρακλέους Ἕλληνες τοιάδε φασί. Δανάης τῆς Ἀκρισίου καὶ Διὸς, γενέσθαι Περσέα· Περσέως δὲ καὶ Ἀνδρομέδας, Ἠλεκτρύωνα· ἐκ δὲ τούτου γενέσθαι τὴν Ἀλκμήνην, ᾗ μιγέντα τὸν Δία γεννῆσαι τὸν Ἡρακλέα. Μισγόμενον δὲ αὐτῇ, τριπλασίονα τὴν νύκτα ποιῆσαι· μόνην τε ταύτην τοῦ Διὸς τὴν ὁμιλίαν, οὐκ ἐρωτικῆς ἐπιθυμίας ἕνεκα γενέσθαι, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων γυναικῶν, ἀλλὰ τὸ πλεῖστον τῆς παιδοποιίας χάριν. Τὴν δὲ Ἥραν ζηλοτυποῦσαν παραχατασχεῖν μὲν Ἀλκμήνης τὰς ὠδῖνας, τὸν δὲ Εὐρυσθέα πρὸ τοῦ καθήκοντος χρόνου πρὸς τὸ φῶς ἀγαγεῖν, τοῦ Διὸς προαγορεύοντος τὸν τεχθησόμενον κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν βασιλεῦσαι τοῦ Περσιδῶν γένους. Τεκοῦσα δὲ Ἀλκμήνη, ἐξέθηκεν, ὡς φασι, τὸ βρέφος, φόβῳ τῆς Ἥρας. Τὴν δὲ Ἀθηνᾶν ἀγασθεῖσαν τὸ βρέφος, πεῖσαι τὴν Ἥραν ὑποσχεῖν αὐτῷ τὴν θηλήν. Τοῦ δὲ παιδὸς ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν βιαιότερον ἐπισπασαμένου τὴν θηλήν, ἡ μὲν Ἥρα διαλγήσασα τὸ βρέφος ἔῤῥιψεν· Ἀθηνᾶ δὲ κομισαμένη αὐτὸ, τὴν μητέρα τρέφειν παρεκελεύσατο. Μετὰ δὲ ταῦτα ἡ μὲν Ἥρα δύο δράκοντας ἀπέστειλε, τοὺς ἀναλώσοντας τὸ βρέφος, ὁ δὲ παῖς οὐ καταπλαγείς, ἑκατέρᾳ τῶν χειρῶν τὸν αὐχένα θλίψας ἀπέπνιξε τοὺς δράκοντας. Ἀνδρὶ δὲ γενομένῳ τῷ Ἡρακλεῖ, Εὐρυσθεὺς ὁ τὴν βασιλείαν ἔχων τῆς Ἀργείας, προστάττει ἆθλους τελέσαι δώδεκα. Εἰς πολλὴν δὲ ἀμηχανίαν ἐμπεσόντος αὐτοῦ, Ἥρα μὲν ἔπεμψεν αὐτῷ λύσσαν· ὁ δὲ τῇ ψυχῇ δυσφορῶν, εἰς μανίαν ἐνέπεσε· τοῦ πάθους δὲ αὐξανομένου, τῶν φρενῶν ἐκτὸς γενόμενος, τὸν ἑταῖρον καὶ ἀδελφιδοῦν Ἰόλαον ἐπεβάλλετο κτείνειν, τοῦ δὲ φεύγοντος, τοὺς ἰδίους παῖδας ἐκ Μεγάρας, τῆς Κρέοντος τοῦ βασιλέως θυγατρὸς, γενομένους αὐτῷ κατετόξευσεν ὡς πολεμίους. Καὶ μετὰ ταῦτα ἠρέμα καταστὰς ὑπουργεῖ τῷ Εὐρυσθεῖ τοὺς δώδεκα ἆθλους. Ἀναιρεῖ δὲ καὶ τοὺς Κενταύρους, μεθ' ὧν Χείρωνα τὸν ἐπὶ τῇ ἰατρικῇ βοώμενον. Φασὶ δὲ ἴδιόν τι συμβῆναι κατὰ τὴν γένεσιν τοῦδε τοῦ θεοῦ. Ζεὺς γὰρ πρώτῃ μὲν ἐμίγη γυναικὶ θνητῇ Νιόβῃ τῇ Φορωνέως, ἐσχάτῃ δὲ, Ἀλκμήνῃ τῇ τοῦ Ἡρακλέους μητρί. Ταύτην δὲ ἀπὸ Νιόβης ἑκκαιδεκάτην γενεαλογοῦσιν. Ἐν ταύτῃ δὲ τὴν πρὸς τὰς θνητὰς ὁμιλίαν κατέλυσεν. Ἀλλὰ γὰρ τελέσας τοὺς ἆθλους ὁ Ἡρακλῆς, τὴν μὲν ἑαυτοῦ γυναῖκα Μεγάραν συνῴκησεν Ἰόλᾳ τῷ ἀδελφιδῷ, διὰ τὴν περὶ τὰ τέκνα συμφοράν. Αὐτὸς δὲ Ἰόλην τὴν Εὐρύτου πρὸς γάμον αἰτήσας, μὴ δόντος δὲ τοῦ πατρὸς νοσήσας, χρησμὸν λαμβάνει ἀπολυθήσεσθαι τῆς νόσου, εἰ πρότερον πραθεὶς δουλεύσειεν. Πλεύσας οὖν εἰς τὴν Φρυγίαν ὑπό τινος τῶν φίλων πιπράσκεται, καὶ δοῦλος γίνεται Ὀμφάλης βασιλευούσης τῶν τότε Μαιόνων, νυνὶ δὲ Λυδῶν ὀνομαζομένων. Γίνεται δὲ αὐτῷ κατὰ τὸν τῆς δουλείας καιρὸν ἐκ δούλης υἱὸς Κλεόλαος. Γήμας δὲ τὴν Ὀμφάλην, ποιεῖται καὶ ἐξ αὐτῆς παῖδας. Ἐπανιὼν δὲ εἰς τὴν Ἀρκαδίαν, καὶ καταλύσας παρὰ Λεῷ (54) τῷ βασιλεῖ, τῇ θυγατρὶ τούτου λάθρα μιγείς, καὶ ποιήσας αὐτὴν ἔγκυον, ἐπανῆλθε. Καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν ἔγημε Δηϊάνειραν τὴν Οἰνέως, τετελευτηκότος ἤδη

mulacrum in templo consecrasse. At enim apud Græcos non tantum in Bacchi sacris et initiis, verum et in cæteris quoque omnibus hoc numinis genus, in sacribcia cum risu ac jocis inductum, certo quodam honore prosequuntur. Persimilis huic Hermanhroditus, cui quod Herme et Aphrodite, hoc est Mercurio ac Venere satus esset, hoc nominis tribuere. Ac nonnulli quidem statis quibusdam temporibus deum istum inter homines apparere, virilique simul ac muliebri sexu procreari scribunt : alii contra, quod ejusmodi hominum ortus perraro contingant, eos in prodigiorum loco habitos, res nonnunquam adversas, aliquando secundas prænuntiare defendunt. Præterea Musas alii Jovis ac Mnemosynes, alii Cœli Terræque filias esse volunt: easdem virgines fuisse plerique fabulantur, Musarumque nomine appellatas, quod homines ipsos μυεῖν, id est honesta docere putarentur. De Hercule autem in hunc fere modum Græci loquuntur. Perseum quidem ex Jove et Danae Acrisii filia procreatum, Electryonem ex Andromeda suscepisse, qui Alcmenam postea genuerit : Alcmenam vero Jovi, qui noctem in suo complexu cum tribus noctibus æquaverat, Herculem peperisse. Et quidem solum hunc ex omnibus Jovis congressum, non ex amatoria cupidine ut cæteros, quibus rem cum aliis mulieribus habuerat, sed ex singulari quadam ac præcipua suscipiendæ sobolis cupiditate profectum esse. At Juno zelotypia flagrans, cum Jovem diserte **55** prædicantem audiisset, futurum ut qui eo die nasceretur, is Persidarum generi imperaret, Alcmenæ partu qui maturus jam erat inhibito, Eurystheum in lucem ante legitimum nascendi tempus eduxit. Quin etiam Alcmena Junonis metu sublatum infantem exposuit ; Pallas autem ejusdem admiratione capta, Junonem ipsam ut mammam illi præberet, adduxit, quam ubi vehementius quam ætas ferre videbatur infans attraxisset, Juno doloris impatiens eum projecit, Pallas vero susceptum ut mater aleret sua adhortatione perfecit. Nec multo post geminos dracones qui puerulum deglutirent Juno summittit : at ille nihil territus alterum dextera, sinistra alterum eliso gutture suffocavit. Cum autem virilem Hercules ætatem attigisset, Eurystheus qui tum Argis imperabat, certamina duodecim ei conficienda præscribit, eumque, dum ingenti rerum difficultate anxius ac perturbatus hæret, immisso furore Juno de mentis potestate dejicit. Ergo vi morbi animum in dies altius pervadente, cum jam nullum amplius rationis sensum haberet, socium ac nepotem Jolaum interficere conatus, cumque is sese fuga subduxisset, liberos ipse suos ex Megara Creontis regis filia susceptos sic tanquam hostes sagittis confecit. Postea sibi paulatim mentique redditus suæ, ex imperatis ab Eurystheo certaminibus duodecim victor evasit, ac centauros ipsumque adeo Chironem medicinæ arte

(54) Λεῷ Diodor., pag. 239 D, Ἄλεῳ, recte. Vide Pausaniam in *Arcadicis*, p. 239, ubi de hoc Herculis lapsu pluribus. Alei filiæ nomen, Αὐγη.

Digitized by Google

florentem occidit. Cæterum, peculiare ac singulare quidpiam hujus in numinis procreatione contigisse narrant: quippe, Jovem enim, ut cum Niobe Phoronei filia mortalium omnium mulierum principe, ita cum Alcmena Herculis parente omnium postrema rem habuisse, et in ea, quam post Nioben decimam sextam generationis ordine numerant, finem cum mortalibus congrediendi fecisse. Porro, cum e suis illis expeditionibus victor Hercules rediisset, Megaram uxorem, ob acerbam liberorum, quos illa sibi pepererat calamitatem, matrimonio cum Iolao nepote conjunxit: ipse vero cum expetitam ad nuptias Iolen ab Euryto patre non impetraret, in morbum incidit, quo ita demum se liberatum iri ex oraculo intelligit, si prius sese venumdatum voluntariæ servituti mancipâret. Igitur in Phrygiam navigatione suscepta, ab uno quodam ex amicis venditus, Omphalen eorum, qui tum quidem Mæones vocabantur, nunc vero Lydorum nomen habent, reginam dominam sortitus est: ac primum servitutis suæ tempore filium ex ancilla quadam genuit, nomine Cleolaum; mox ubi Omphalen ipsam in **56** conjugem duxisset, liberos ex ea quoque suscepit. Inde repetita Arcadia, posteaquam Lei regis filiam, a quo exceptus hospitio fuerat, clandestino concubitu gravidam effecisset, continuo rediit. Tum exstincto jam Meleagro Dejaniram Œnei filiam uxorem ducit, idemque postmodum cum Phylei cujusdam filia, quam bello ceperat, congreditur, ex eaque Tlepolemum generat. Cum autem apud Œneum aliquando cœnaret, eum, qui mensæ ministrabat, quod nescio quid ministerio obeundo peccasset, pugno percussum interemit. Præterea, cum itinere suscepto ad Evenum fluvium accessisset, Nessum ibi centaurum offendit, qui viatores mercede trajiceret. Hic transvecta primum Dejanira, mulieris amore captus ob elegantiam formæ singularem, ipsam vi opprimere conabatur; sed cum illa virum magna voce appellasset, Hercules centaurum quidem sagitta confixit; Nessus autem in flagranti concubitu ob vulneris acerbitatem morti jam proximus, philtrum Dejaniræ sese daturum pollicetur, quo si uti velit, omnino perficiat ut ne alterius unquam Hercules mulieris amoribus capiatur. Jubet itaque, seminis sui defluentis aliquid colligere, quod cum oleo et sanguine, qui ex teli cuspide distillabat, commisceret, eoque tunicam Herculis ungeret. Paruit Dejanira, atque apud se pharmacum servavit. At Hercules rursus cum aliis duabus, quas bello ceperat, consuevit, quarum altera Phyllantis cujusdam filia Antiochum, altera vero Astyanira nomine, rege Armenio parente sata, Ctesippum ei peperit. Deinde Thespis Atheniensis Erecthei filius, qui ex diversis mulieribus filias quinquaginta genuerat, cum eas omnes ex Herculis complexu prolem suscipere vehementer optaret, eum ad

A τοῦ Μελεάγρου. Λαβὼν δὲ αἰχμάλωτον τὴν Φυλέως θυγατέρα, ἐπεμίγη αὐτῇ, καὶ ἐτέκνωσε Τληπόλεμον. Δειπνῶν δὲ παροινεῖ (55), τὸν διακονοῦντα περί τι διαμαρτήσαντα κονδύλῳ πατάξας ἀπέκτεινεν. Ἐπεὶ δὲ πορευόμενος ἦλθε πρὸς τὸν Εὔηνον ποταμὸν, καταλαμβάνει Νέσσον τὸν Κένταυρον, μισθοῦ διαβιβάζοντα τὸν ποταμόν. Οὗτος δὲ πρότερον διαβιβάσας τὴν Δηϊάνειραν, καὶ διὰ τὸ κάλλος ἐρασθεὶς αὐτῆς, ἐπεχείρησεν αὐτὴν βιάσασθαι. Ἐπιβοωμένης δὲ αὐτῆς τὸν ἄνδρα, ὁ μὲν Ἡρακλῆς ἐτόξευσε τὸν Κένταυρον· ὁ δὲ Νέσσος μεταξὺ μισγόμενος, καὶ διὰ τὴν ὀξύτητα τῆς πληγῆς εὐθὺς ἀποθνήσκων, ἔφησε τῇ Δηϊανείρᾳ δώσειν φίλτρον, ὅπως μηδεμιᾷ τῶν ἄλλων γυναικῶν Ἡρακλῆς θελήσῃ πλησιάσαι. Παρεκελεύσατο οὖν, λαβοῦσα (55*) τὸν ἐξ αὐτοῦ πεσόντα γόνον,
B καὶ τούτῳ προσμίξασαν ἔλαιον καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ἀκίδος ἀποσταζόμενον αἷμα, χρίσαι τὸν χιτῶνα τοῦ Ἡρακλέους. Τοῦτο δὲ ποιήσασα Δηϊάνειρα, κατεῖχε παρ' ἑαυτῇ τὸ φάρμακον. Πάλιν δὲ ὁ Ἡρακλῆς τὴν Φύλαντος θυγατέρα λαβὼν αἰχμάλωτον, καὶ μιγεὶς αὐτῇ, υἱὸν Ἀντίοχον ἐγέννησε. Καὶ πάλιν Ἀστυάνειραν τὴν Ἀρμενίου τοῦ βασιλέως θυγατέρα λαβὼν αἰχμάλωτον, καὶ μιγεὶς αὐτῇ, Κτήσιππον υἱὸν ἐγέννησε. Θέσπις δὲ ὁ Ἀθηναῖος παῖς Ἐρεχθέως, ἐκ διαφόρων γυναικῶν θυγατέρας ἀριθμῷ πεντήκοντα πεποιηκὼς, φιλοτιμησάμενός τε αὐτὰς ἐξ Ἡρακλέους παῖδας κτήσασθαι, καλέσας ἐπί τινα θυσίαν τὸν Ἡρακλέα, καὶ λαμπρῶς αὐτὸν ἑστιάσας, κατὰ μίαν αὐτῷ τῶν θυγατέρων ἀπέστειλεν. Ὁ δὲ ἐν μιᾷ νυκτὶ διέφθειρε τὰς
C πάσας, καὶ γίνεται πατὴρ τῶν καλουμένων Θεσπιάδων. Λαβὼν δὲ καὶ τὴν Ἰόλην αἰχμάλωτον, καὶ θυσίαν ἐπιτελῶν, ἀποστείλας ἐπὶ τὴν γυναῖκα Δηϊάνειραν, ἤτει χιτῶνα καὶ ἱμάτιον, οἷς εἰώθει χρῆσθαι πρὸς τὰς θυσίας. Ἡ δὲ τὸν χιτῶνα χρίσασα τῷ παρὰ τοῦ Κενταύρου διδομένῳ (56) φίλτρῳ ἀποστέλλει. Ὁ δὲ Ἡρακλῆς τὸν χιτῶνα περιθέμενος, περιέπεσε τῇ μεγίστῃ συμφορᾷ. Τῆς γὰρ ἀκίδος τὸν ἐκ τῆς Ἐχίδνης ἰὸν ἀπειληφυίας, καὶ διὰ τοῦτο τοῦ χιτῶνος διὰ τὴν θερμασίαν τὴν σάρκα τοῦ σώματος λυμαινομένου, περιαλγὴς γενόμενος τὸν διακονήσαντα ἀπέκτεινεν, αὐτός τε κατὰ χρησμὸν πυρὶ ἑαυτὸν παραδοὺς, οὕτως κατέλυσε τὸν βίον. » Καὶ τὰ μὲν καθ' Ἡρακλέα τοιαῦτα. Περὶ δὲ τοῦ Ἀσκληπιοῦ, φασὶν εἶναι υἱὸν Ἀπόλλωνος καὶ Φορωνίδος. Ζηλῶσαι δὲ τὴν
D ἰατρικὴν ἐπιστήμην, ἐπὶ τοσοῦτον δὲ προβῆναι τῇ δόξῃ, ὡς πολλοὺς τῶν ἀπεγνωσμένων ἀῤῥώστων παραδόξως θεραπεύειν. Ὥστε τὸν Δία παροξυνθέντα, κεραυνῷ βαλόντα αὐτὸν διαφθεῖραι· τὸν δὲ Ἀπόλλωνα διὰ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ παιδὸς παροξυνθέντα, φονεῦσαι τοὺς τὸν κεραυνὸν τῷ Διὶ κατασκευάσαντας Κύκλωπας. Ἐπὶ δὲ τῇ τούτων τελευτῇ παροξυνθέντα τὸν Δία, προστάξαι τῷ Ἀπόλλωνι θητεῦσαι παρ' Ἀδμήτῳ, καὶ ταύτην τὴν τιμωρίαν λαβεῖν παρ' αὐτοῦ τοῦ ἐγκλήματος. Ταῦτα μὲν οὖν ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν *Βιβλιοθηκῶν* ὁ Διόδωρος παρατέθειται.

solemne quoddam sacrificium invitat, eidemque magnifice admodum lauteque accepto singulas seorsim summittit. Ille autem cum omnibus una

(55) *Παροινεῖ.* Verti *apud Œneum*, Diodor. enim leg. παρ' Οἰνεῖ, quem tribus ante lineis nominavit.

(55*) *Λαβοῦσα*, Forte λαβοῦσαν. Edit.

(56) *Διδομένῳ.* Leg. δεδομένῳ. Edit.

Digitized by Google

eademque nocte congressus, eorum, qui Thespiadæ nominantur, pater effectus est. Postremo cum Iolen quoque captivam abduxisset, sacris operam daturus, misit qui a Dejanira conjuge tunicam et vestem acciperet, quibus in sacrificiis uti solitus erat. Dejanira tunicam Centauri philtro perunctam nuntio ferendam tradit, quam simul atque Hercules induisset, in pestem longe teterrimam incidit; cum enim sagittæ ferrum, quo Nessum vulneraverat, Lernæ veneno tinctum esset, tunica corpus ejus vehementi ardore populabatur. Ille ergo vi doloris adactus, eum, qui funestam ad se vestem attulerat, **57** interfecit, idemque postmodum oraculi jussu vitam incendio terminavit. » Ac de Hercule modo satis. Jam vero quod Æsculapium attinet, hunc Apollinis ex Phoronide filium esse tradunt, qui cum medicinæ artem præcipuo quodam studio coleret, tantum est in ea laudis et gloriæ consecutus, ut plurimos etiam, quorum deplorata jam salus erat, præter omnium exspectationem incolumitati redderet: quod Jupiter cum moleste ferret, cum fulmine ictum vita spoliavit. Apollo vero interitu filii graviter commotus, Cyclopas fulminis illius artifices interemit: quorum cæde Jupiter vehementius exasperatus Apollinem jussit humilem ac sordidam Admeto regi operam navare, hancque ab eo commissi facinoris pœnam expetivit. Atque hæc Diodorus libro *Bibliothecæ* quarto commemorat.

Καὶ τὴν λοιπὴν δὲ θεολογίαν πάλιν ὁ αὐτὸς ἐκ τῶν ἄλλων ἐθνῶν μετειληφέναι φησὶ τοὺς Ἕλληνας, γράφων ἐν τῷ τρίτῳ τῆς αὐτῆς *Ἱστορίας* τάδε· « Φασὶ τοίνυν (56*) Ἀτλάντιοι πρῶτον παρ' αὐτοῖς βασιλεῦσαι Οὐρανόν, τούτου δὲ γενέσθαι παῖδας ἐκ πλειόνων γυναικῶν πέντε πρὸς τοῖς τεσσαράκοντα, ὧν ὀκτωκαίδεκα λέγουσιν ὑπάρχειν ἐκ Τιταίας (57) γυναικός, ἣν σώφρονα γενομένην καὶ πολλῶν ἀγαθῶν αἰτίαν, ἀποθεωθῆναι μετὰ τὴν τελευτὴν, Γῆν μετονομασθεῖσαν. Γενέσθαι δὲ Οὐρανῷ θυγατέρας Βασίλειαν καὶ Ῥέαν, τὴν καὶ Πανδώραν. Τὴν δὲ Βασίλειαν ἐκθρέψασαν τοὺς ἀδελφοὺς, μητρὸς εὔνοιαν παρεχομένην, μητέρα (58) προσαγορευθῆναι. Ὕστερον δὲ μετὰ τὴν τοῦ Οὐρανοῦ τελευτὴν συνοικήσασαν Ὑπερίονι τῷ ἀδελφῷ, γεννῆσαι δύο παῖδας, οὓς καὶ ὠνόμασεν Ἥλιον καὶ Σελήνην. Τοὺς δὲ ἀδελφοὺς τῆς Ῥέας φοβηθέντας, τὸν μὲν Ὑπερίονα κατασφάξαι, τὸν δὲ Ἥλιον εἰς τὸν Ἠριδανὸν ποταμὸν ἀποπνίξαι· τὴν δὲ Σελήνην ταῦτα μαθοῦσαν, ἀπὸ στέγους ἑαυτὴν ῥίψαι. Τὴν δὲ μητέρα ἐμμανῆ γενομένην πλανᾶσθαι κατὰ τὴν χώραν, λελυμένην μὲν τὰς τρίχας, διὰ τυμπάνων δὲ καὶ κυμβάλων ἐνθεάζουσαν, καὶ ὅλως ἀφανῆ καὶ αὐτὴν γενέσθαι. Τοὺς δὲ ὄχλους θαυμάσαντας τὴν περιπέτειαν, τὸν μὲν Ἥλιον καὶ τὴν Σελήνην μεταγαγεῖν ἐπὶ τὰ κατ' Οὐρανὸν ἄστρα· τήν τε μητέρα τούτων, θεόν τε νομίσαι, καὶ βωμοὺς ἱδρύσασθαι, καὶ ταῖς διὰ τυμπάνων καὶ κυμβάλων ἐνεργείαις τιμῆσαι.

Idem autem, Græcos reliquam pariter suæ theologiæ silvam ab exteris nationibus mutuatos esse docens, operis sui tertio ita fere scribit: « Cœlum Atlantii primum apud se regnasse dictitant, qui liberos quinque supra quadraginta ex pluribus mulieribus procrearit, quorum octodecim Titæa matre natos esse volunt. Hanc vero, quod singulari temperantiæ laude floruisset, ac de suis optime merita esset, divinitatem post obitum consecutam, novoque nomine Terram appellatam fuisse. Præterea Cœli filias Basileam, Rheamque laudant, quæ Pandora quoque nominatur. Ac Basileam quidem aiunt, quod materna plane benevolentia fratres educasset, matrem esse nuncupatam: cumque Cœlo jam vita functo cum Hyperione fratre matrimonium iniisset, liberos genuisse duos, quorum alterum Solem, alteram Lunam vocarit: Rheæ vero fratres, quod ab iis sibi metuerent, Hyperionem primum jugulasse, deinde Solem Eridani fluminis aquis præfocasse; Lunam autem, accepto diræ calamitatis nuntio, sese de summo tecto præcipitem dedisse: matrem denique furore actam, sparsis crinibus, tympanisque ac cymbalis afflatum numinis et impetum ostendentem, totam passim regionem oberrasse, donec ipsa quoque omnium ex oculis evanuisset. Itaque multitudinem hujus novitate casus attonitam, Solem atque Lunam in gemina cœli sidera transtulisse, utriusque vero matrem deæ loco habitam erectis altaribus, et usurpato simili tympanorum cymbalorumque crepitu coluisse.

« Φρύγες δέ φασι Μηόνα βασιλεύσαντα τῆς Φρυγίας, παῖδα Κυβέλην κτήσασθαι, ἣν καὶ σύριγγα πρώτην εὑρεῖν, κληθῆναί τε Ὀρείαν μητέρα· Μαρσύαν δὲ τὸν Φρύγα πρὸς ταύτην φιλίαν ἔχοντα, πρῶτον αὐλοὺς συστήσασθαι· διατελέσαι δὲ μέχρι τελευτῆς ἀπείρατον ἀφροδισίων. Τὴν δὲ Κυβέλην συνελθοῦσαν εἰς ὁμιλίαν Ἄττιδι, γενέσθαι ἐγκύμονα. Οὗ γνωσθέντος, ὁ ταύτης πατὴρ τὸν Ἄττιν ἀναιρεῖ, καὶ τὰς τροφοὺς· τὴν δὲ Κυβέλην ἐμμανῆ γενομένην, ἐπὶ τὴν χώραν ἐκπηδῆσαι, ἐκεῖσέ τε ὀλολύζουσαν καὶ τυμπανίζουσαν διατελεῖν. Συνεῖναι δὲ αὐτῇ Μαρσύαν, ὃν εἰς

58 « At vero Phryges Meonem quemdam aiunt Phrygiæ regem filiam habuisse nomine Cybelem, quæ prima fistulam invenerit, et Montana Mater appellata fuerit: Marsyam autem patria Phrygem, cum ipsi familiaris esset, tibias conflavisse; et corporis integritatem a rebus venereis immunem ac liberam ad obitum usque servasse. Addunt præterea Cybeles Patrem, cum eam ex Attidis consuetudine uterum gestare comperisset, de medio non Attin modo, sed ipsas quoque nutrices sustulisse: qui adolescentis interitus eo Cybeles animum furore

(56*) *Φασὶ τοίνυν*. Diodor. lib. III, p. 189 D, ex quo nonnulla strictim Eusebius.

(57) *Τιταίας*. Lege Τιτάας cum Diodoro, p. 190 B ubi etiam ait, octodecim illos Titææ liberos ἀπὸ τῆς μητρὸς ὀνομάζεσθαι Τιτᾶνας. Quæ notatio quam recta sit, mythologi viderint. Vide p. 192 A, pen.

(58) *Μητέρα*. Diodor., μεγάλην μητέρα.

Digitized by Google

concitavit, ut per universam regionem cum ululatibus, ac tympanorum sonitu perpetuo discursaret. Porro Marsyam tum quidem ut plurimum cum ea versatum esse, postea vero ab Apolline, qui victoriam ex musico certamine cum eodem commisso retulerat, cutem ipsi vivo ac spiranti detractam fuisse. Deinde Apollinem Cybeles amore flagrantem, errorum ei sese ad Hyperboreos usque comitem ac socium præbuisse, Attidisque cadaver sepeliri, Cybelemque ipsam pro dea coli jussisse : quæ causa sit, quamobrem Phryges etiamnum hunc morem ita retineant, ut adolescentis interitum lacrymis luctuque prosequantur, eumque cum Cybele tum exstructis aris, tum solemnibus sacrificiis venerentur. Quin etiam ab iisdem postmodum in Pessinunte Phrygiæ oppido superbum ac magnificum illi templum excitatum, in eoque sacrificia honoresque divinos maximo splendidissimoque apparatu institutos fuisse. Jam vero Cœli filios Hyperione sublato regnum inter sese divisisse, quorum longe clarissimi Atlas et Saturnus evaserint. Atque Atlantem quidem vicina Oceano loca tenuisse, rara quadam astrologiæ cognitione præstantem. Hunc septem filias habuisse nomine Atlantidas, quæ ex primariorum eximiæque indolis deorum concubitu amplissimi generis capita ducesque fuerint, susceptis ejusmodi liberis, quos propter virtutem in deorum heroumque numero postea censuerunt. Earum vero natu maximam, quæ Maia vocabatur, Mercurium Jovi peperisse. At Saturnum non minus avaritia quam libidine intemperantiaque famosum, Rheam sororem secum matrimonio conjunxisse, ex eaque Jovem suscepisse. Et alium quidem jam ante Jovem exstitisse, qui Cœli frater cum esset in Creta regnaverat, quem tamen posterior hic longo dignitatis et gloriæ superarit intervallo. Quippe hunc enim orbi terrarum universo imperasse, cum prior ille soli Cretæ dominatus esset, ubi decem filios Curetas nomine procrearit ; cujus etiam adhuc sepulchrum in Creta ostendi fama est. **59** Porro Saturnum Siciliam, Libyam et Italiam imperio tenuisse, cujus filius Jupiter vitæ rationem inierit paternæ omnino contrariam. Hunc alii regnum cedente ultro patre capessisse volunt, alii consensu populorum, qui patrem odio prosequerentur, electum fuisse : cumque Saturnus, Titanum auxilio fretus, in filium movisset, commisso prælio Jovi cessisse victoriam, qui universum postea mundum peragrarit. Eumdem non robore modo corporis, sed aliarum quoque virtutum laude præstitisse, in eoque curam omnem ac studium posuisse, uti sceleratos quidem meritis pœnis afficeret, bonos autem beneficiis cumularet : id quod in causa fuerit, cur eum rebus humanis subductum Zῆνα, hoc est vitæ parentem, nominarint, quod hominibus ipse bene vivendi auctor fuisse videretur. Atque hæc sunt

A ἀμιλλαν περὶ μουσικῆς ἐλθόντα τῷ Ἀπόλλωνι, καὶ ἡττηθέντα, ζῶντα ὑπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἐκδαρῆναι. Τὸν δὲ Ἀπόλλωνα, ἐρασθέντα τῆς Κυβέλης, συμπλανηθῆναι (59) αὐτῇ μέχρι τῶν Ὑπερβορέων, κελεῦσαί τε θάψαι τὸ Ἄττιδος σῶμα, καὶ τιμᾶν ὡς θεὸν τὴν Κυβέλην. Διόπερ εἰσέτι καὶ σήμερον τοὺς Φρύγας τοῦτο ποιεῖν, θρηνοῦντας τοῦ μειρακίου τὸν θάνατον, βωμούς τε ἱδρυσαμένους, θυσίαις Ἄττιν τε καὶ τὴν Κυβέλην τιμᾶν. Ὕστερον δὲ ἐν Πεσινοῦντι τῆς Φρυγίας κατασκευάσαι ναὸν πολυτελῆ, καὶ τιμὰς καὶ θυσίας καταδεῖξαι μεγαλοπρεπεστάτας. Μετὰ δὲ τὴν Ὑπερίονος τελευτὴν τοὺς Οὐρανοῦ παῖδας διελέσθαι τὴν βασιλείαν, ὧν ὑπάρχειν ἐπιφανεστάτους Ἄτλαντα καὶ Κρόνον. Τοῦτον δὲ τὸν Ἄτλαντα λαβεῖν τοὺς παρὰ τὸν Ὠκεανὸν τόπους, γενόμενον ἀστρολόγον ἄριστον·

B ὑπάρξαι δὲ αὐτῷ καὶ θυγατέρας ἑπτὰ, τὰς καλουμένας Ἀτλαντίδας. Ταύτας δὲ μιγείσας τοῖς εὐφυεστάτοις θεοῖς, ἀρχηγοὺς καταστῆναι τοῦ πλείστου γένους, τεκούσας δι' ἀρετὴν θεοὺς καὶ ἥρωας. Ὧν τὴν πρεσβυτάτην Μαῖαν Διὶ μιγεῖσαν, τεκνοποιῆσαι τὸν Ἑρμῆν. Τὸν δὲ Κρόνον, διαφέροντα πλεονεξίᾳ καὶ ἀσελγείᾳ, γῆμαι τὴν ἀδελφὴν Ῥέαν, ἐξ ἧς γεννῆσαι τὸν Δία. Γεγονέναι δὲ καὶ ἕτερον Δία τὸν ἀδελφὸν μὲν Οὐρανοῦ, τῆς δὲ Κρήτης βασιλεύσαντα, τῇ δόξῃ πολὺ λειπόμενον τοῦ μεταγενεστέρου. Τοῦτον μὲν οὖν βασιλεῦσαι τοῦ σύμπαντος κόσμου· τὸν δὲ τῆς Κρήτης, καὶ δέκα παῖδας γεννῆσαι, τοὺς ὀνομασθέντας Κουρήτας, δεῖκνυσθαι δὲ αὐτοῦ φασιν εἰσέτι νῦν τάφον ἐν Κρήτῃ. Συναστεῦσαι δὲ τὸν Κρόνον κατὰ Σικελίαν καὶ Λιβύην καὶ Ἰταλίαν. Τούτου δὲ γενόμενον τὸν Δία, τὸν

C ἐναντίον τῷ πατρὶ βίον ζηλῶσαι. Διαδέξασθαι δὲ αὐτὸν τὴν βασιλείαν οἱ μέν φασιν ἑκόντος τοῦ πατρὸς παραχωρήσαντος· οἱ δὲ, ὑπὸ τῶν ὄχλων αἱρεθέντα διὰ τὸ μῖσος τὸ πρὸς τὸν πατέρα. Ἐπιστρατεύσαντος δὲ ἐπ' αὐτὸν τοῦ Κρόνου μετὰ τῶν Τιτάνων, κρατῆσαι μάχῃ τὸν Δία, καὶ ἐπελθεῖν πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, διενεγκεῖν δὲ αὐτὸν σώματος ῥώμῃ, καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς, σπουδήν τε ποιεῖσθαι πᾶσαν εἰς κόλασιν μὲν τῶν ἀσεβῶν, εὐεργεσίας δὲ τῶν ἀγαθῶν, ἀνθ' ὧν μετὰ τὴν ἐξ ἀνθρώπων μετάστασιν ὀνομασθῆναι Ζῆνα, διὰ τὸ δοκεῖν τοῦ καλῶς ζῆν αἴτιον γενέσθαι τοῖς ἀνθρώποις. Τῶν μὲν οὖν περὶ τοὺς Ἀτλαντείους θεολογουμένων, τὰ κεφάλαια ταῦτά ἐστι. Τούτοις δέ φασι καὶ τοὺς Ἕλληνας συγχρῆσθαι. » Ταῦτα ὁ Διόδωρος ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Ἱστοριῶν. Ὁ δ' αὐτὸς καὶ

D ἐν τῇ ἕκτῃ ἀπὸ τῆς Εὐημέρου τοῦ Μεσσηνίου γραφῆς, ἐπικυροῖ τὴν αὐτὴν θεολογίαν, ὧδε κατὰ λέξιν φάσκων· « Περὶ θεῶν τοίνυν διττὰς οἱ παλαιοὶ τῶν ἀνθρώπων τοῖς μεταγενεστέροις δεδώκασιν ἐννοίας. Τοὺς μὲν γὰρ ἀϊδίους καὶ ἀφθάρτους εἶναί φασιν, οἷον ἥλιον καὶ σελήνην, καὶ τὰ ἄλλα τὰ κατ' οὐρανὸν ἄστρα, πρὸς δὲ τούτοις, ἀνέμους καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς τῆς ὁμοίας φύσεως τούτοις τετευχότας. Τούτων γὰρ ἕκαστον ἀΐδιον ἔχειν τὴν γένεσιν καὶ τὴν διαμονήν· ἑτέρους δὲ λέγουσιν ἐπιγείους γενέσθαι θεοὺς, διὰ δὲ τὰς εἰς ἀνθρώπους εὐεργεσίας (60) τετυχη-

(59) *Συμπλανηθῆναι*. Ita enim Diodor., quod rectius visum est quam συμπλακῆναι, ut ante legebatur, licet hæc etiam lectio ferri possit.

(60) Post εὐεργεσίας Mont. add. ἀθανάτου.

Digitized by Google

κότας τιμῆς καὶ δόξης, οἷον Ἡρακλέα, Διόνυσον, Ἀρισταῖον, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς τοιούτους ὁμοίως. Περὶ δὲ τῶν ἐπιγείων θεῶν, πολλοὶ καὶ ποικίλοι παραδέδονται λόγοι παρὰ τοῖς ἱστορικοῖς τε καὶ μυθογράφοις. Καὶ τῶν μὲν ἱστορικῶν, Εὐήμερος ὁ τὴν ἱερὰν ἀναγραφὴν ποιησάμενος, ἰδίως ἀνέγραψε· τῶν δὲ μυθολόγων, Ὅμηρος, καὶ Ἡσίοδος, καὶ Ὀρφεὺς, καὶ ἕτεροι τοιοῦτοι τερατωδεστέρους μύθους περὶ θεῶν πεπλάκασιν. Ἡμεῖς δὲ τὰ παρ' ἀμφοτέροις ἀναγεγραμμένα πειρασόμεθα συντόμως ἐπιδραμεῖν, στοχαζόμενοι τῆς συμμετρίας. Εὐήμερος μὲν οὖν φίλος γεγονὼς Κασσάνδρου βασιλέως, καὶ διὰ τοῦτον ἠναγκασμένος τελεῖν βασιλικάς τινας χρείας καὶ μεγάλας ἀποδημίας, φησὶν ἐκτοπισθῆναι κατὰ τὴν μεσημβρίαν εἰς τὸν Ὠκεανόν. Ἐκπλεύσαντα δὲ αὐτὸν ἐκ τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας, ποιήσασθαι τὸν πλοῦν δι' Ὠκεανοῦ πλείους ἡμέρας, καὶ προσενεχθῆναι νήσοις πλαγίαις· ὧν μίαν ὑπερέχειν, τὴν ὀνομαζομένην Παγχαίαν, ἐν ᾗ τεθεᾶσθαι τοὺς ἐνοικοῦντας Παγχαίους εὐσεβείᾳ διαφέροντας, καὶ τοὺς θεοὺς τιμῶντας μεγαλοπρεπεστάταις θυσίαις, καὶ ἀναθήμασιν ἀξιολόγοις, ἀργυροῖς τε καὶ χρυσοῖς· εἶναι δὲ τὴν νῆσον ἱερὰν θεῶν. Καὶ ἕτερα πλείω θαυμαζόμενα κατά τε τὴν ἀρχαιότητα, καὶ τὴν τῆς κατασκευῆς πολυτεχνίαν, περὶ ὧν τὰ κατὰ μέρος, ἐν ταῖς πρὸ ταύτης βίβλοις ἀναγεγράφαμεν· εἶναι δ' ἐν αὐτῇ κατά τινα λόφον ὑψηλὸν καθ' ὑπερβολὴν, ἱερὸν Διὸς Τριφυλαίου, καθιδρυμένον ὑπ' αὐτοῦ, καθ' ὃν καιρὸν ἐβασίλευσε τῆς οἰκουμένης ἁπάσης, ἔτι κατὰ ἀνθρώπους ὤν. Ἐν τούτῳ τῷ ἱερῷ στήλην εἶναι χρυσῆν, ἐν ᾗ τοῖς Παγχαίοις γράμμασιν ὑπάρχειν γεγραμμένας τάς τε Οὐρανοῦ καὶ Κρόνου καὶ Διὸς πράξεις κεφαλαιωδῶς. Μετὰ ταῦτά φησι πρῶτον Οὐρανὸν βασιλέα γεγονέναι, ἐπιεικῆ τινα ἄνδρα καὶ εὐεργέτην, καὶ τῆς τῶν ἄστρων κινήσεως ἐπιστήμονα. Ὃν καὶ πρῶτον θυσίαις τιμῆσαι τοὺς οὐρανίους θεοὺς, διὸ καὶ Οὐρανὸν προσαγορευθῆναι. Υἱοὺς δὲ αὐτῷ γενέσθαι ἀπὸ γυναικὸς Ἑστίας, Πᾶνα καὶ Κρόνον· θυγατέρας δὲ, Ῥέαν καὶ Δήμητραν. Κρόνον δὲ βασιλεῦσαι μετὰ Οὐρανὸν, καὶ γήμαντα Ῥέαν γεννῆσαι Δία καὶ Ἥραν, καὶ Ποσειδῶνα. Τὸν δὲ Δία διαδεξάμενον τὴν βασιλείαν τοῦ Κρόνου, γῆμαι Ἥραν, καὶ Δήμητραν, καὶ Θέμιν· ἐξ ὧν παῖδας ποιήσασθαι, Κουρήτας μὲν ἀπὸ τῆς πρώτης, Περσεφόνην δὲ ἐκ τῆς δευτέρας, Ἀθηνᾶν δὲ ἀπὸ τῆς τρίτης. Ἐλθόντα δὲ εἰς Βαβυλῶνα, ἐπιξενωθῆναι Βήλῳ· καὶ μετὰ ταῦτα εἰς τὴν Παγχαίαν νῆσον πρὸς Ὠκεανῷ κειμένην παραγενόμενον, Οὐρανοῦ τοῦ ἰδίου προπάτορος βωμὸν ἱδρύσασθαι. Κἀκεῖθεν διὰ Συρίας ἐλθεῖν πρὸς τὸν τότε δυνάστην Κάσσιον, ἐξ οὗ καὶ τὸ Κάσσιον ὄρος. Ἐλθόντα δὲ εἰς Κιλικίαν, πολέμῳ νικῆσαι Κίλικα τοπάρχην. Καὶ ἄλλα δὲ πλεῖστα ἔθνη ἐπελθόντα παρ' ἅπασι τιμηθῆναι, καὶ θεὸν ἀναγορευθῆναι. » Ταῦτα καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια ὡς περὶ θνητῶν ἀνδρῶν, περὶ τῶν θεῶν διελθών, ἐπιφέρει λέγων· « Καὶ περὶ μὲν Εὐημέρου τοῦ συνταξαμένου τὴν ἱερὰν ἀναγραφὴν, ἀρκεσθησόμεθα τοῖς ῥηθεῖσι. Τὰ δὲ παρὰ τοῖς Ἕλλησι μυθολογούμενα περὶ θεῶν, ἀκολούθως Ἡσιόδῳ καὶ Ὁμήρῳ καὶ Ὀρφεῖ, πειρασόμεθα συν-

A Atlantiorum theologiæ summa veluti capita, quibus ipsos quoque Græcos uti solitos esse tradunt. » Hactenus Diodorus *Historiarum* volumine tertio, qui ejusdem operis sexto hanc ipsam de numinum ratione sententiam Evemeri cujusdam Messenii verbis testimonioque confirmat, ita scribens : « Deorum, inquit, notiones posteris suis veteres tradiderunt omnino duas : alios enim sempiternos et omnis expertes interitus esse dicunt, cujusmodi solem, lunam, ac reliqua cœli astra commemorant, itemque ventos, atque id genus cæteros, qui similem iis naturam sortiti sint : nullum enim istorum nec ortus sui principium habuisse, nec desiturum unquam esse : alios vero, terreni cum nati essent, tamen propter ea beneficia, quibus, hominum sibi B genus obstrinxerant, cultum et gloriam consecutos fuisse, quorum in numero Herculem, Bacchum, Aristæum, cum aliis, quorum similis causa erat, posuerunt. Cæterum multa sane admodumque varia de terrenis hisce numinibus cum historici, tum fabularum quoque scriptores memoriæ prodiderunt. Evemerus quidem inter historicos, in sacra illa, quam scripsit, historia proprium hoc sibi delegit argumentum : ex poetis autem Homerus, Hesiodus, Orpheus ac cæteri, quibus fabulæ placuerunt, prodigiosa quædam monstrisque similia de diis commenta somniarunt. Nos vero quæ ab utroque scriptorum genere accepimus, ut modum aliquem teneamus, breviter ea summatimque percurrere conabimur. Evemerus igitur quod regis Cassandri C amicus esset, cum ejus causa regia quædam obire munia, et longinquas instituere **60** peregrinationes cogeretur, sese in Oceanum aliquando meridiem versus delatum esse commemorat : cum autem ex felice Arabia solvisset, multos in Oceano dies navigationis cursum tenuisse, donec ad transversas quasdam et obliquas Insulas appelleret, ex quibus ea, quæ cæteris eminebat, Panchæa dicebatur. Hic vero se Panchæos insulares vidisse, qui pietate ac religione præstarent, deosque magnifico admodum sacrificiorum apparatu, donisque pretiosissimis auro argentoque fulgentibus venerarentur. Hanc igitur insulam diis sacram esse, in qua cum alia pleraque viserentur, quæ admirationem partim vetustate rerum, partim singulari artis excellentia D commoverent, quæque superioribus libris persecuti sumus ; tum in quodam mirum in modum edito colle Jovis Triphylæi templum ab eodem olim dum adhuc inter homines ageret, orbique terrarum imperaret, excitatum. In hoc aureum cippum fuisse, qui res a cœlo, Saturno, ac Jove præclare gestas Panchaicis litteris summatim exaratas contineret. Quibus subjungit cœlum omnium principem regnasse, virum ut summæ æquitatis, sic benignitatis in omnes eximiæ, quique siderum motus et conversiones apprime callerct, ipsumque adeo quod primus sacrificiis cœlestia numina coluisset, cœli cognomentum invenisse. Eumdem filios ex Vesta conjuge duos habuisse Panem et Satur-

Digitized by Google

num, filiasque totidem, Rheam ac Cererem. Ipsi vero Saturnum in regnum successisse, qui Rhea secum toro juncta Jovem, Junonem, ac Neptunum procrearit. Jovem autem, cum Saturni regnum hæreditario jure accepisset, uxores duxisse tres, Junonem, Cererem, ac Themidem, quarum ex prima Curetas, Proserpinam ex secunda, ex tertia denique Palladem susceperit. In Babylonem cum venisset, hospitio Beli usum esse, indeque simul ac insulam Panchæam Oceano proximam delatus fuisset, aram Cœlo, cujus nepos erat, sacram erexisse: atque hinc per Syriam ad Cassium quemdam, a quo mons Cassius nomen acceperit, ejusdem ævi principem sese contulisse: mox in Ciliciam ventum cum esset, bello Cilicem toparcham superasse; denique ab omnibus gentibus, quas ille plurimas obiisset, honores consecutum deumque renuntiatum fuisse. » Hæc Diodorus aliaque his similia de numinibus sic tanquam de hominibus morti obnoxiis ubi disputavit, ita prosequitur: **61** « Ad Evemerum quidem quod attinet, qui sacram conscripsit historiam, hæc ab illo mutuatos nos esse sufficiat: deinceps, quas de natura deorum Græci fabulas vulgaverunt, Hesiodi, Homeri Orpheique vestigiis insistentes, carptim summatimque perstringere conabimur. »Tum superioribus illis Græcorum poetarum fictiones attexit. Sed enim ista nobis Græcorum theologiæ quasi fragmenta satis erunt, quibus opportunum utique fuerit solemnes eorumdem numinum in templorum adytis initiandi ritus, arcanaque mysteriorum sacra subjungere, ac diligenter simul videre, num vere divinas illi numinum rationes, Deoque dignum aliquid complexas religiones inferant, an contra ab inferis excitatos errores ac dæmonum fraudibus dolisque conflatos obtrudant, quos risus, imo pudor ex rerum indignitate contractus, aut eorum potius, qui tanta etiamnum in cæcitate versantur, commiseratio jure ac merito excipiat. Atque horum turpitudinem admirabilis ille Clemens, ea quam ad Græcos dirigit *Cohortatione*, nudam omniumque spectandam oculis proponit, quippe qui cum omnes illorum cæremonias sua ipsius experientia cognoverit, tum celerrime ab infami errore caput extulerit, verbi salutaris et evangelicæ doctrinæ vi ex tot tantorumque malorum contagione liberatus. Hæc tu igitur paucis etiam accipe.

A

B

CAPUT III.

Arcanorum initiorum et occultorum mysteriorum epitome, quæ multiplicium deorum superstitione continentur.

« Nolite, inquit, scelerata impiaque adyta curiosius explorare, nec profundorum antrorum hiatus, præstigiis monstrisque plenos, aut Thesproteum lebetem, aut tripodem Cirrhæum, aut æneum Dodonæ tintinnabulum: Gerandryon autem illud desertis olim in arenis cultum, quodque ibidem celebrabatur oraculum, jam vero cum ipsa quercu prorsus emarcuit, rancidis ac vetustate contritis fabulis relinquite. Enimvero, siluit utique fons ille Castalius, siluit Colophonius alter, ac reliquæ simul omnes fatidicæ undæ aruerunt, quas ventoso

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Ἐπιτομὴ τῶν ἀπορρήτων τελετῶν, καὶ κρυφίων μυστηρίων τῆς πολυθέου πλάνης.

« Ἄδυτα (61) τοίνυν ἄθεα μὴ πολυπραγμονεῖτε, μηδὲ βαράθρων στόματα τερατείας ἔμπλεα, ἢ λέβητα Θεσπρώτειον (62), ἢ τρίποδα Κιρραῖον (63), ἢ Δωδωναῖον χαλκεῖον· Γεράνδρυον (64) δὲ ψάμμοις ἐρήμαις τετιμημένον, καὶ τὸ αὐτόθι μαντεῖον αὐτῇ δρυῒ μεμαρασμένον μύθοις γεγηρακόσι καταλείψατε. Σεσίγηται γοῦν καὶ ἡ Κασταλίας πηγὴ, καὶ Κολοφῶνος ἄλλη πηγὴ, καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως τέθνηκε τὰ μαντικὰ νάματα, καὶ δὴ τοῦ τύφου κενὰ ὀψὲ μὲν, ὅμως δ' οὖν διελήλεγκται τοῖς ἰδίοις συνεκρεύσαντα μύθοις. Διήγησαι ἡμῖν καὶ τῆς ἄλλης μαντικῆς, μᾶλλον δὲ μα-

D

(61) *Ἄδυτα.* Clementis locus exstat in *Protreptico*, p. 7 edition. Græco-Lat.

(62) *Θεσπρώτειον.* Clem., θεσπρωταῖον· Mont., θεσπρώτιον, quæ omnia probari possunt.

(63) *Κιρραῖον.* Modo a Græcis Κύρραν scriptum reperias, modo Κίρραν. *Cirrham* sæpius Latini dixere. Plinius l. IV, c. 3: « Ultra, inquit, Cirrhæi Phocidis Campi, oppidum Cirrha. »

(64) *Γεράνδρυον.* Ita reposuimus ex Clemente, cum perperam ante legeretur γεράνδρειον. Nec dubium videtur, quin Libycum illud, ac Dodonæ prope geminum Ammonis oraculum intelligat. Sed mirum est apud scriptores omnes de quercu illa, vel alia quavis arbore pervetusta, quod γεράνδρυον hic nominat, silentium. Arrianus quidem, et Curtius lib. IV, qui omnium uberrime oraculi situm solumque describunt, opacissimum ei nemus circumfundunt, nullam tamen alias inter arborem signant, aut vetustate aut cultu eximiam. Plinius autem lib. XII, c. 23, ubi de Hammoniaci, sive Ammoniaci lacryma loquitur, ita scribit: « Æthiopiæ subjecta Africa, inquit, Hammoniaci lacrymam stillat, in arenis suis (inde et nomine etiam ab Hammonis oraculo, juxta quod gignitur arbor quam Metopion vocant), resinæ modo, aut gummi. » Verum, opinor, genus arboris innuit, non singularem aliquam indicat, nec ullam aut vetustatis aut cultus notam adjungit. Theodorus lib. X *De Græc. affect.*, qui totus de oraculis est, inter cætera, καὶ τὴν ἱερὰν δρῦν commemorat, continuoque subdit, καὶ τὸ Δωδωναῖον χαλκεῖον. An ἱερὰ δρῦς nostrum hoc γεράνδρυον est?

Digitized by Google

νικῆς τὰ ἄχρηστα χρηστήρια, τὸν Κλάριον, τὸν Πύθιον, τὸν Διδυμέα, τὸν Ἀμφιάραον, τὸν Ἀπόλλω (65), τὸν Ἀμφίλοχον, εἰ δὲ βούλει καὶ τερατοσκόπους, καὶ οἰωνοσκόπους, καὶ τοὺς ὀνείρων κριτὰς τοὺς ἀνιέρους (66) σὺν αὐτοῖς· στῆσον δὲ ὁμοῦ παρὰ τὸν Πύθιον ἄγων τοὺς ἀλευρομάντεις, καὶ κριθομάντεις, καὶ τοὺς εἰσέτι παρὰ τοῖς πολλοῖς τετιμημένους ἐγγαστριμύθους· ναὶ μὴν ἄδυτα Αἰγυπτίων καὶ Τυρρηνῶν νεκυομαντεῖαι σκότει παραδεδόσθων· μαντικὰ ταῦτα ὡς ἀληθῶς ἀνθρώπων ἀπίστων σοφιστήρια, καὶ πλάνης ἀκράτου κυβευτήρια (67). Συνέμποροι τῆσδε τῆς γοητείας αἶγες ἐπὶ μαντικὴν ἠσκημέναι, καὶ κόρακες ἀνθρώποις χρᾶν ὑπ' ἀνθρώπων διδασκόμενοι. Τί δ', εἰ σοι καταλέγοιμι τὰ μυστήρια; οὐκ ἐξορχήσομαι μὲν ὥσπερ Ἀλκιβιάδην λέγουσιν· ἀπογυμνώσω δὲ εὖ μάλα ἀνὰ τὸν τῆς ἀληθείας λόγον τὴν γοητείαν τὴν ἐγκεκρυμμένην αὐτοῖς, καὶ αὐτούς γε τοὺς καλουμένους ὑμῶν θεούς, ὧν αἱ τελεταὶ μυστικαὶ, οἷον ἐπὶ σκηνῆς τοῦ βίου τῆς ἀληθείας ἐγκεκλήσθω (68) θεαταῖς. Διόνυσον Μαινόλην ὀργιάζουσι Βάκχοι, ὠμοφαγίᾳ τὴν ἱερομανίαν ἄγοντες· καὶ τελίσκουσι τὰς κρεανομίας τῶν φόρων (69); ἀνεστεμμένοι τοῖς ὄφεσιν· ἐπολολύζοντες Εὐάν ἐκείνην, δι' ἣν ἡ πλάνη παρηκολούθησε, καὶ ὁ θάνατος ἐπηκολούθησε. Καὶ σημεῖον ὀργίων Βακχικῶν ὄφις ἐστὶ τετελεσμένος. Αὐτίκα γοῦν κατὰ τὴν ἀκριβῆ τῶν Ἑβραίων φωνὴν, τὸ ὄνομα τὸ Εὖα δασυνόμενον ἑρμηνεύεται ὄφις θήλεια. Δηὼ δὲ καὶ Κόρη δρᾶμα ἤδη ἐγενέσθην μυστικὸν, καὶ τὴν πλάνην, καὶ τὴν ἁρπαγὴν, καὶ τὸ πένθος αὐταῖν Ἐλευσὶς δᾳδουχεῖ. Καί μοι δοκεῖ τὰ ὄργια, καὶ τὰ μυστήρια δεῖν ἐτυμολογεῖν, τὰ μὲν, ἀπὸ τῆς ὀργῆς τῆς Δηοῦς πρὸς Δία γεγενημένης· τὰ δὲ, ἀπὸ τοῦ μύσους τοῦ συμβεβηκότος περὶ τὸν Διόνυσον. Εἰ δὲ καὶ ἀπὸ Μυσοῦντός τινος Ἀττικοῦ, ὃν ἐν κυνηγίᾳ διαφθαρῆναι Ἀπολλόδωρος λέγει, οὐ φθόνος ὑμῶν δεδοξάσθαι τὰ μυστήρια ἐπιτυμβίῳ φωνῇ καὶ τιμῇ. Πάρεστι δὲ καὶ ἄλλως μυθήριά (70) σοι νοεῖν, ἀντιστοιχούντων τῶν γραμμάτων, τὰ μυστήρια. Θηρεύουσι γάρ εἰ καὶ ἄλλοι τινὲς, ἀτὰρ καὶ οἱ μῦθοι οἱ τοιοῖδε, Θρᾳκῶν τοὺς βαρβαρικωτάτους, Φρυγῶν τοὺς ἀνοητοτάτους, Ἑλλήνων τοὺς δεισιδαίμονας. Ὅλοιτο οὖν ὁ τῆσδε ἄρξας τῆς ἀτοπίας ἀνὴρ ἀνθρώπως· εἴτε ὁ Δάρδανος ὁ Μητρὸς θεῶν καταδιδάξας τὰ μυστήρια, εἴτε Ἠετίων ὁ τὰ Σαμοθρᾴκων ὄργια καὶ τελετὰς ὑποστησάμενος, εἴτε ὁ Φρὺξ ἐκεῖνος ὁ Μίδας, ὁ παρὰ τοῦ Ὀδρύδου μαθὼν, ἔπειτα διαδοὺς τοῖς ὑποτεταγμένοις ἐντεχνον ἀπάτην. Οὐ γάρ μοι ὁ Κύπριος ὁ νησιώτης Κινύρας παραπεῖσαι ποτ'

A fastu sero licet, palam tamen aliquando spoliatas viderunt, posteaquam illæ suis cum fabellis omnino diffluxissent. Decanta tu nobis, per me licet, reliqua vaticinationis aut furiosæ potius vanitatis oracula, Clarium, Pythium, Didymea, Amphiaraum, Apollinem, Amphilochum: **62** adde si lubet prodigiorum interpretes, adde augures, profanosque somniorum conjectores. Quin agesis, ac simul eos coram Pythio statue, qui divinationes suas farina hordeove perficiunt, quique a plurimis etiamnum observantur ventriloquos. Jam vero et Ægyptiorum penetralia, et manium apud Etruscos vaticinationes in tenebris jaceant: vesanæ profecto illæ sunt infidelium hominum fallendi artes, et comparatæ ad puram putamque fraudem quasi aleæ ac B sortis officinæ. Ejusdem quoque fascinationis veluti negotiationis sociæ habeantur capræ ad divinandum informatæ, nec non corvi illi, quos ad responsa reddenda homines erudiere. Quid si ipsa quoque mysteria tibi enucleem? Non ea quidem temere vulgabo, ut Alcibiadem fecisse tradunt; sed tamen belle admodum quidquid sub iis præstigiarum latet, ipsa veritatis oratione nudabo, quosque deos nuncupatis ac mysticis ritibus colitis, illos sic tanquam in aliqua hujus vitæ scena inclusos veritatis ejusdem spectatorum oculis objiciam. Ac primum, ecce tibi homines furoris œstro perciti Bacchum Mænolen solemnibus Orgiis celebrant, crudarum carnium helluatione sacram insaniam peragentes, cæsarumque victimarum partes dividunt, C serpentibus coronati: Evamque illam vastis ululatibus inclamantes, per quam janua est non errori modo, sed ipsi quoque morti patefacta. Et sane, cum orgiorum Bacchicorum sit quasi quoddam insigne serpens arcano ritu consecratus, tum vero si accurate vocem Hebraicam interpretari velis, Heva cum aspiratione graviori serpentem feminam significat. Deinde Ceres et Proserpina in mysticum etiam fabulæ genus transiere, quarum errores et raptum et luctum nocturnis facibus Eleusis illustrat. Ac mihi quidem tanti est, propriam orgiorum et mysteriorum notationem excutere. Orgia sane ἀπὸ τῆς ὀργῆς, hoc est ab iracundia nomen accepere, qua Ceres adversus Jovem exarserat; mysteria vero ἀπὸ τοῦ μύσους, hoc est ab exsecrando scelere, D quod circa Bacchum ipsum contigerat. Quod si vocem istam a Mysunte quodam Attico derivare placet, quem Apollodorus in venatione periisse te-

(65) *Τὸν Ἀπόλλω.* Forte glossema est. Quorsum enim, post Clarium, Pythium, Didymea, quæ omnia sunt Apollinis cognomenta, ejusdem nominatim meminisse?

(66) *Τοὺς ἀνιέρους.* Clem. expuncto articulo, leg. ἀνιέρου, significantius, ut videtur et gravius.

(67) *Καὶ πλάνης ἀκράτου κυβευτήρια.* Hæc in Clemente non legimus, nec in Montac. codice; quæ tamen, ni fallor, plane Clementis ex genio.

(68) *Ἐγκεκλήσθω.* Facilis erat conjectura leg. ἐγκυκλήσω, ut est in Clemente.

(69) *Τῶν φόρων.* Clem., τῶν φόνων, ut et Mont, meo quidem judicio, rectius. Arnobius tamen lib. v legisse visus est τῶν ἐρίφων, *hædos* enim reddidit: quod etiam magis placet; nam et illud, κρεωνομία φόνων, admodum insolens; et hædis optime cum illis Bacchi sacris convenit.

(70) *Μυθήρια.* Ficta vox est. Ἀπὸ τοῦ μυεῖν καὶ θηρεύειν, quasi etiam initiando venentur. Nihil ergo est quamobrem μαστήρια reponatur, præsertim cum subjungat, θηρεύουσι γάρ· dicendum enim potius fuisset, μυστεύουσι γάρ. Nunc τῷ μυθήρια, cum τῷ θηρεύουσιν, optime convenit

Digitized by Google

statur, equidem nihil hoc vobis invideam, ut mysteria vestra sepulcrali cum nomine, tum etiam honore decorentur. Quinimo liceat tibi mysteria quasi μυθήρια, hoc est venatica, mutua duorum elementorum permutatione, accipere : venantur enim si quæ aliæ, hujusmodi fabulæ, quotquot sive apud Thraces immanitate, sive apud Phryges insania, sive apud Græcos superstitione principes memorantur. 63 At male pereat, quisquis tantæ vecordiæ hominum generi auctor fuit, seu Dardanus, qui Matris Deum mysteria docuit, seu Eetion, qui Samothracum orgia cum eorum initiis protulit, seu Phryx ille Midas, qui cum ab Odrydo callidam et artificii plenam fraudem accepisset, eam postmodum in subditos suæ ditioni sparsit universos. Nec enim mihi Cinyras ille Cyprius insularis unquam imposuerit, qui cum famosam insulæ suæ meretricem deam efficere vehementer optaret, flagitiosa Veneris orgia ex tenebris in lucem ausus est diemque producere. Jam alii Melampodem Amythaonis filium, Cereris festa, luctum, inquam, illum carminibus hymnisque decantari solitum, in Græciam ex Ægypto traduxisse volunt. Istos equidem impiarum fabularum, ac pestiferæ superstitionis parentes, malorum principes omnium fuisse merito dixerim, cum illa mysteria scelerum ac mortis semina in hominum vitam intulerunt. At enim jam tempus est, ut orgia vestra fraudis ac præstigiarum plena esse demonstremus : vos, si modo initiati estis, risu ac sibilis vestras illas fabulas, quibus tantum venerationis tribuitur, præ cæteris excipietis. Ego vero abdita penitusque recondita palam in omnium luce collocabo, nec me pudor ab iis proferendis revocabit, quæ vos divinis honoribus colere non pudeat. Vestra igitur illa, spumæ marinæ proles, Cyprique fetus, ac Cinyræ delicium, Venerem intelligo, quam φιλομηδέα, hoc est veretri amantem, nominatis, quippe *membris ex genitalibus ortam;* fetus utique abscissis illis Cœli genitalibus, usque adeo salacibus, ut secta quoque undam ipsam constuprarint, nec non effusis in libidinem corporis vestri partibus longe dignissimus, Venus ista procreatur. Itaque, in arcanis voluptatis hujus marinæ sacris, grumus salis, effigiesque veretri, tanquam feturæ symbolum iis tradi solet, qui flagitiosi concubitus artibus initiantur : hi vero nummum ipsi tanquam amicæ amatores offerunt. Jam mysteria Cereris aliud nihil sunt, quam incestuosi Jovis cum Cerere matre congressus ejusdemque, matrisne ultra dicam, an uxoris? iracundia, quæ causa fuit cur Brimo quasi fremens et indignabunda vocaretur; itemque Jovis supplicationes, fellis haustus, cordis convulsiones, ac cæteræ id genus infandæ ceremoniæ. Ac Phryges quidem ejusmodi sacra in Attidis, Cybeles, et Corybantium honorem memoriamque faciunt : passim autem fama vulgatum est, Jovem avulsos geminos arietis testiculos in medium Cereris sinum conjecisse, cum a se ipso exactum abscissionis quasi voluntariæ pœnam

A ἂν, τὰ περὶ τὴν Ἀφροδίτην μαχλῶντα ὄργια, ἐκ νυκτὸς ἡμέρᾳ παραδοῦναι τολμήσας, φιλοτιμούμενος θειάσαι πόρνην πολῖτιδα. Μελάμποδα δὲ τὸν Ἀμυθάωνος ἄλλοι φασὶν ἐξ Αἰγύπτου μετακομίσαι τῇ Ἑλλάδι τὰς Δηοῦς ἑορτὰς, πένθος ὑμνούμενον. Τούτους ἔγωγ' ἂν ἀρχεκάκους φήσαιμι μύθων ἀθέων, καὶ δεισιδαιμονίας ἀλεθρίου πατέρας, σπέρμα κακίας καὶ φθορᾶς ἐγκαταφυτεύσαντας τῷ βίῳ τὰ μυστήρια. Ἤδη δὲ (καὶ γὰρ καιρὸς) αὐτὰ ὑμῶν τὰ ὄργια ἐξελέγξω ἀπάτης καὶ τερατείας ἔμπλεα, καὶ εἰ μεμύησθε, μᾶλλον ἐπιτελάσεσθε τοῖς μύθοις ὑμῶν τούτοις τιμωμένοις. Ἀγορεύσω δὲ ἀναφανδὸν τὰ κεκρυμμένα, οὐκ αἰδούμενος λέγειν, ἃ προσκυνεῖν οὐκ αἰσχύνεσθε. Ἡ μὲν οὖν ἀφρογενὴς, καὶ κυπρογενὴς, καὶ Κενύρα φίλη, τὴν Ἀφροδίτην λέγω τὴν φιλομηδέα, ὅτε μη-
B δέων ἐξεφάνθη, μηδέων ἐκείνων τῶν ἀποκεκομμένων οὐρανοῦ, τῶν λάγνων, τῶν μετὰ τὴν τομὴν τὸ κῦμα βεβιασμένων, καὶ ἀσελγῶν ὑμῖν μορίων ἄξιος Ἀφροδίτη γίνεται, καρπὸς ἐν ταῖς τελεταῖς ταύτης τῆς πελαγίας ἡδονῆς, τεκμήριον τῆς γονῆς, ἁλῶν χόνδρος, καὶ φαλλὸς τοῖς μυουμένοις τὴν τέχνην τὴν μοιχικὴν ἐπιδίδοται. Νόμισμα δὲ εἰσφέρουσιν αὐτῇ οἱ μυούμενοι, ὡς ἑταίρᾳ ἑρασταί· Δηοῦς δὲ μυστήρια καὶ Διὸς πρὸς μητέρα Δήμητραν ἀφροδίσιοι συμπλοκαὶ, καὶ μῆνις, οὐκ οἶδ' ὅ τι φῶ λοιπὸν, μητρὸς ἢ γυναικὸς, τῆς Δηοῦς· ἧς δὴ χάριν, Βριμὼ προσαγορευθῆναι λέγεται· ἐκετηρίαι Διὸς, καὶ πόμα χολῆς, καὶ καρδιουλκίαι, καὶ ἀῤῥητουργίαι. Ταῦτα οἱ
C Φρύγες τελίσκουσιν Ἄττιδι καὶ Κυβέλῃ, καὶ Κορύβασι. Τεθρυλλήκασι δὲ ὡς ἄρα ἀποσπάσας ὁ Ζεὺς τοῦ κριοῦ τοὺς διδύμους, φέρων ἐν μέσοις ἔῤῥιψε τοῖς κόλποις τῆς Δηοῦς, τιμωρίαν ψευδῆ τῆς βιαίας συμπλοκῆς ἐκτιννύων, ὡς ἑαυτὸν δῆθεν ἐκτεμών. Τὰ σύμβολα τῆς μυήσεως ταύτης ἐκ περιουσίας παρατεθέντα, οἶδ' ὅτι κινήσει γέλωτα, καὶ μὴ γελασεῖουσιν ὑμῖν (71) διὰ τοὺς ἐλέγχους. Ἐκ τυμπάνου ἔφαγον· καὶ κυμβάλου ἔπιον. Ἐκερνοφόρησα (72)· ὑπὸ τὸν παστὸν ὑπέδυν. Ταῦτα οὐχ ὕβρις τὰ σύμβολα ; οὐ χλεύη τὰ μυστήρια ; Τί δὴ καὶ τὰ ἐπίλοιπα προσθεῖην ; κύει μὲν ἡ Δημήτηρ, ἀνατρέφεται δὲ ἡ κόρη, μίγνυται δ' αὖθις ὁ γεννήσας οὑτωσὶ Ζεὺς τῇ Φερεφάττῃ, τῇ ἰδίᾳ θυγατρὶ μετὰ τὴν μητέρα Δηῶ, ἑκλαθόμενος
D τοῦ προτέρου μύσους, καὶ μίγνυται δράκων γενόμενος, ὃς ἦν ἐλεγχθείς. Σαβαζίων γοῦν μυστηρίων σύμβολον τοῖς μυουμένοις, ὁ διὰ κόλπου θεός· δράκων δὲ οὗτος διολκούμενος (73) τοῦ κόλπου τῶν τελουμένων, ἔλεγχος ἀκρασίας Διός· κύει καὶ ἡ Φερεφάττα παῖδα ταυρόμορφον. Ἀμέλει φησί τις ποιητὴς εἰδωλικός· *Ταῦρος*

(71) *Καὶ μὴ γελασεῖουσιν ὑμ.* Clem. legend. κἂν μὴ γελάσαι ἔπεισιν ὑμῖν, pleniore et illustriore sensu.

(72) *Ἐκερνοφόρησα.* Ita Clem., non ἐκιρνοφόρησα : recte, κέρνον enim, μυστικὸν ἀγγεῖον, ἢ κρατῆρα nominabant. Hesychius, Pollux, Athenæus.

(73) Clem., δράκων δέ ἐστιν οὗτος διελκόμενος

Digitized by Google

ob stuprum vi oblatum, hac fraude simularet. 64 Cujus initiationis egregia symbola soluto otioque animo producta risum vobis utique moveant, tametsi opinor vobis ridere non libet, quod sic religionum vestrarum indignitas omnium in oculis defigatur, *Ex tympano comedi : bibi ex cymbalo : cernum gestavi : me in thalamum clam insinuavi.* Non hæc symbola probrum et infamiam sapiunt? non sanna ludibrioque digna mysteria sunt? Quid porro si attexam reliqua? Ceres quidem fetum enititur, puella vero educatur : rursum ecce tibi castus Jupiter cum Pherephatta, quam ipse genuerat, post Cererem matrem, congreditur, exsecrandi flagitii prioris oblitus; et congreditur draconis forma tectus : sic tamen ut qui sub ea latet, manifesto postmodum teneatur. Enimvero, Sabaziorum utique mysteriorum, iis qui sacris initiantur, symbolum est, Deus sinum pervadens : Deus autem iste draco est, qui per medium eorum, quos solemni ritu initiant, sinum trahitur, certum plane impotentis Jovis libidinis argumentum. Parit etiam Pherephatta, sed filium taurina specie; nimirum, ut idolorum cultor poeta cecinit :

Ταῦρος δράκοντος, καὶ ταῦρον δράκων,
Ἐν ὄρει τὸ κρύφιον βουκόλος τὸ κέντρον.

Taurus draconem genuit, et taurum draco,
In monte occultum bubulcus stimulum,

βουκολικὸν, οἶμαι, κέντρον τὸν νάρθηκα ἐπικαλῶν (74), ὃν δὴ κάλων ἀναστρέφουσιν (75) οἱ Βάκχοι. Βούλει καὶ τὰ Φερεφάττης ἀνθολόγια διηγήσωμαί σοι, καὶ τὸν κάλαθον, καὶ τὴν ὑπὸ Ἀϊδωνέως ἁρπαγὴν, καὶ τὸ χάσμα τῆς γῆς, καὶ τὰς ὗς τοῦ Εὐβουλέως τὰς συγκαταποθείσας ταῖν θεαῖν; δι' ἣν αἰτίαν ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις Μεγαρίζοντες χοίρους ἐκβάλλουσι. Ταύτην τὴν μυθολογίαν ποικίλως κατὰ πόλεις ἑορτάζουσιν αἱ γυναῖκες, Θεσμοφόρια, Σκιῤῥοφόρια, Ἀῤῥητοφόρια (76), πολυτρόπως τὴν Φερεφάττης ἐκτραγῳδοῦσιν (77) ἁρπαγήν. Τὰ γὰρ Διονύσου μυστήρια τέλεον ἀπάνθρωπα, ὃν εἰσέτι παῖδα ὄντα, ἐνόπλῳ κινήσει περιχορευόντων Κουρήτων, δόλῳ ὑποδύντων Τιτάνων (78), ἀπατήσαντες παιδαριώδεσιν ἀθύρμασιν, οὗτοι δὴ οἱ Τιτᾶνες διέσπασαν ἔτι νηπίαχον ὄντα, ὡς ὁ τῆς τελετῆς ποιητὴς Ὀρφεὺς φησιν ὁ Θρᾴκιος·

B

C

Κῶνος, καὶ ῥόμβος, καὶ παίγνια καμπεσίγνια (79),
Μῆλά τε χρύσεα, καλὰ, παρ' Ἑσπερίδων λιγυφώνων.

Turbo, trochus, tum quæ in flexus membra cientur
Ludicra, et auricomi blandarum ex arbore fœtus
Hesperidum.

Καὶ τῆσδε ἡμῖν τῆς τελετῆς τὰ ἀχρεῖα σύμβολα, οὐκ ἀχρεῖον εἰς κατάγνωσιν παραθέσθαι. Ἀστράγαλος, Σφαῖρα, Στρόβιλος, Μῆλα, Ῥόμβος, Ἔσοπτρον, Πόκος. Ἀθηνᾶ μὲν οὖν τὴν καρδίαν τοῦ Διονύσου ὑφελομένη, Παλλὰς ἐκ τοῦ πάλλειν τὴν καρδίαν προσηγορεύθη. Οἱ δὲ Τιτᾶνες, οἱ καὶ διασπάσαντες αὐτὸν, λέβητά τινα τρίποδι ἐπιθέντες, καὶ τοῦ Διονύσου ἐμβαλόντες τὰ μέλη, καθήψων πρότερον· ἔπειτα ὀβελίσκοις περιπείραντες, ὑπεῖρεχον Ἡφαίστοιο. Ζεὺς δ' ὕστεραν ἐπιφανεὶς (εἰ θεὸς ἦν, τάχα

D

Neque vero inutile fuerit, arcani sacri symbola, inutilia licet, hoc loco subjicere, ut omnium judicio sensibusque damnentur. 65 Sunt hæc, Talus, Pila, Trochus, Poma, Turbo, Speculum, Vellus. Ac Minerva quidem, quod ejusdem Bacchi cor furtim sustulisset, Pallas ἐκ τοῦ πάλλειν τὴν καρδίαν, hoc est a cordis vibratione, seu palpitatione nuncupata fuit. Titanes vero, quorum manibus laniatus erat, ipsius membra in lebetem supposito tripodi insidentem conjecerunt, ea-

(74) *Ἐπικαλῶν.* Male apud Clem., ἐπιτελῶν.

(75) *Ὃν δὴ κάλων ἀναστρέφ.* Clem., ὃν δὴ κάλον, vel, ut Hervet., καλόν, utrumque mendose. Montac. conjicit καλοί, ut conveniat cum Βάκχοι. Forte legendum διὰ κάλων, nisi ea vox a præcedenti ἐπικαλῶν proseminata est.

(76) *Ἀῤῥητοφόρια.* Hanc vocem non habet Clemens, quæ tamen rejicienda non est, licet grammatici Ἀῤῥηφορία potius quam Ἀῤῥητοφόρια vel Ἀῤῥητοφορία scripserint. Et festum hoc Minervæ alii, alii vero Cereri et Proserpinæ sacrum faciunt.

(77) *Ἐκτραγῳδοῦσιν.* Clemens, ἐκτραγῳδοῦσαι, melius.

(78) *Ὑποδύντων Τιτάνων*, etc. Brevius et clarius legeretur, ὑποδύντες Τιτᾶνες, καὶ ἀπατήσαντες παιδαριώδεσιν ἀθύρμασι, διάσπασαν, ὡς ὁ, etc. Nam si prius εἰσέτι παῖδα ὄντα, quorsum deinde ἔτι νηπίαχον ὄντα; Quid quod sententia post ὑποδύντων Τιτάνων, omnino pendet? Et illa, οὗτοι δὴ οἱ Τιτᾶνες, superflua sunt. Sed eruditioni potius hic auctor servit quam nitori.

(79) *Παίγνια καμπεσίγνια.* Hæc Apuleius in *Apolog. sacrorum* crepundia nominat; plane τὰ παίγνια. Scaliger *in Catull.* Varronis (lib. VIII *De ling. Lat.*) serperastra esse vult τὰ καμπεσίγνια· vereor ut persuadeat. Hic enim Orpheus crepundia enumerat, quibus infantes oblectari solent; serperastra puerorum geniculis illigabantur, quibus crurum pravitatem corrigerent. Lusus ergo fuere τὰ καμπεσίγνια, serperastra medicinæ.

Digitized by Google

que prius elixa verubus postmodum infigentes, *Vulcano imposita tenebant*. At Jupiter, eo repente delapsus, (quippe enim, cum deus esset, eum, opinor, assarum carnium nidor afflaverat, quem dii vestri sic tanquam honorarium quoddam munus accipere sese confitentur), fulmine Titanas conficit, et Bacchi membra Apollini filio sepelienda commendat: ille autem, nec enim parere Jovi renuit, discerptum lacerumque cadaver in Parnasso monte deponit. Placetne Corybantium quoque Orgia contemplemur? Nimirum, ex illis duo tertium fratrem cum occidissent, caput demortui purpura contectum et corona cinctum ad Olympi montis radices, quo illud æreo scuto impositum detulerant, sepeliere. Hæc illa sunt præclara mysteria, verbo, cædes ac sepulcra, quorum sacerdotes, ἀνακτοτελεσταί, quasi reges sacrorum, ab iis, quorum ejusmodi appellatio interest, nuncupati, novis insuper monstris cædem istam exaggerant, Appium cum tota radice ad mensam apponi omnino prohibentes, quod ex Corybantico illo sanguine, qui in terram effluxerat, Appium germinasse arbitrentur: nempe, quemadmodum illæ Thesmophoriorum antistitæ a comedendis mali punici granis diligenter abstinent, quod ex iis cruoris Bacchici guttis, quæ solum asperserant, mala punica exstitisse opinentur. Cæterum cum illi Corybantas istos Cabiros nominent, tum vero Cabiricum hujusmodi sacrum memorant. Quippe duo enim isti fratricidæ, cistam illam secum auferentes, in qua Bacchi pudendum inclusum erat, in Tusciam detulere, mercis egregiæ mercatores, ubi cum exsules agerent, luculenta admodum pietatis doctrina Etruscorum animos informarunt, dum cistam iis ac veretrum nova religione colenda tradiderunt. Atque hanc nonnulli causam esse volunt, quæ sane verisimilitudine non caret, quamobrem Bacchum ipsum, Attin quasi exsectum nuncuparint. Quanquam quid mirum Etruscos, homines barbaros, his flagitiorum probris initiari, cum ipsi quoque Athenienses ac reliqui Græciæ populi, quod me vel referre pudet, illam de Cerere fabulam usque adeo turpem indignamque retineant? **66** Enim vero, cum in investiganda Proserpina filia, huc atque illuc errabunda Ceres vagaretur, circa Eleusinem (Atticæ locus est), labore debilitata, constitit,

A που τῆς κνίσσης τῶν ὀπτωμένων κρεῶν μεταλαβὼν, ἧς δὴ τὸ γέρας ὁμολογοῦσιν ὑμῶν οἱ θεοὶ λαχεῖν) κεραυνῷ τοὺς Τιτᾶνας αἰκίζεται, καὶ τὰ μέλη τοῦ Διονύσου Ἀπόλλωνι τῷ παιδὶ πα κατατίθεται θάψαι. Ὁ δὲ (οὐδὲ γὰρ ἠπείθησε Διΐ), εἰς τὸν Παρνασσὸν φέρων κατατίθεται διεσπασμένον τοῦτον τὸν νεκρόν. Ἐθέλεις ἐποπτεῦσαι καὶ τὰ Κορυβάντων ὄργια; Τὸν τρίτον ἀδελφὸν ἀποκτείναντες οὗτοι, τὴν κεφαλὴν τοῦ νεκροῦ φοινικίδι ἐπεκαλυψάτην, καὶ καταστέψαντε ἐθαψάτην, φέροντε ἐπὶ χαλκῆς ἀσπίδος ὑπὸ τὰς ὑπωρείας τοῦ Ὀλύμπου. Καὶ ταῦτ' ἔστι τὰ μυστήρια, συνελόντι φάναι, φόνοι καὶ τάφοι. Οἱ δ' ἱερεῖς οἱ τῶνδε, οὓς ἀνακτοτελεστὰς (80) οἷς μέλον (81) καλοῦσι, προσεπιτερατεύονται τῇ συμφορᾷ, ὀλόρριζον ἀπαγορεύοντες σέλινον ἐπὶ τραπέζῃ τιθέναι· οἴονται
B γὰρ δὴ ἐκ τοῦ αἵματος τοῦ ἀπορρύεντος τοῦ Κορυβαντικοῦ τὸ σέλινον ἐκπεφυκέναι. Ὥσπερ ἀμέλει καὶ αἱ θεσμοφοριάζουσαι τοὺς τῆς ῥοιᾶς κόκκους παραφυλάττουσιν ἐσθίειν· τοὺς γὰρ ἀποπεπτωκότας χαμαὶ ἐκ τῶν τοῦ Διονύσου αἵματος σταγόνων βεβλαστηκέναι νομίζουσι τὰς ῥοιάς. Καβείρους δὲ τοὺς Κορύβαντας καλοῦντες, καὶ τελετὴν Καβειρικὴν καταλέγουσιν. Αὐτὸ γὰρ δὴ τοῦτο τὸ ἀδελφοκτόνω, τὴν κίστην ἀνελομένω, ἐν ᾗ τοῦ Διονύσου τὸ αἰδοῖον ἀπέκειτο, εἰς Τυρρηνίαν κατήγαγον, εὐκλεοῦς ἐμπορου φορτίου, κάνταῦθα διετριβέτην φυγάδε ὄντε, τὴν πολύτιμον εὐσεβείας διδασκαλίαν, αἰδοῖα καὶ κίστην, παραθεμένω θρησκεύειν Τυρρηνοῖς· δι' ἣν αἰτίαν οὐκ ἀπεικότως τινὲς τὸν Διόνυσον Ἄττιν προσαγορεύεσθαι θέλουσιν, αἰδοίων ἐστερημένον. Καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ Τυρρηνοὶ οἱ βάρβαροι αἰσχροῖς οὕτω τελίσκονται παθήμασιν, ὅπου γε Ἀθηναίοις καὶ τῇ ἄλλῃ Ἑλλάδι, αἰδοῦμαι καὶ λέγειν, αἰσχύνης ἔμπλεως ἡ περὶ τὴν Δηὼ μυθολογία; Ἀλωμένη γὰρ ἡ Δηὼ κατὰ ζήτησιν τῆς θυγατρὸς τῆς Κόρης περὶ
C τὴν Ἐλευσῖνα (τῆς Ἀττικῆς ἐστι τοῦτο χωρίον), ἀποκάμνει, καὶ φρέατι (82) ἐπικαθίζει λυπουμένη. Τοῦτο τοῖς μυουμένοις ἀπαγορεύεται εἰσέτι νῦν, ὡς μὴ δοκοῖεν οἱ τετελεσμένοι μιμεῖσθαι τὴν ὀδυρομένην. Ἔχουν δὲ τηνικάδε τὴν Ἐλευσῖνα οἱ γηγενεῖς. Ὀνόματα αὐτοῖς Βαυδὼ (83), καὶ Δυσαύλης, καὶ Τριπτόλεμος, ἔτι δὲ Εὔμολπός τε καὶ Εὐβουλεύς. Βουκόλος ὁ Τριπτόλεμος ἦν, ποιμὴν δὲ ὁ Εὔμολπος, συβώτης δὲ, ὁ Εὐβουλεύς. Ἀφ' ὧν δὴ τὸ Εὐμολπιδῶν, καὶ τὸ
D Κηρύκων (84), τὸ ἱεροφαντικὸν τοῦτο γένος ἤνθησε.

(80) *Ἀνακτοτελεστάς*. Clemens, ἀνακτοτελέτας, quod usitatius est. Hesychius, ἀνακτοτελέται, inquit, οἱ τὰς τελετὰς ἐπιτελοῦντες τῶν ἱερῶν. Itaque, *reges sacrorum* verti. Huc referri potest locus ille Pausaniæ, τῶν *Φωκικ.* extremo: Ἄγουσι τελετὴν Ἀμφισσεῖς Ἀνάκτων καλουμένην παίδων· οἵτινες δὲ θεῶν εἰσιν οἱ Ἄνακτες παῖδες, οὐ κατὰ ταὐτά ἐστιν εἰρημένον. Οἱ μὲν εἶναι Διοσκούρους, οἱ δὲ Κούρητας, οἱ δὲ πλέον τι ἐπίστασθαι νομίζοντες, Καβείρους λέγουσι.

(81) *Οἷς μέλον*. Ita Clemens, non, *εἰ μέλλον*.

(82) *Φρέατι*. Puteum hunc Pausanias indicat in *Attic.*, pag. 36, dum scribit: Ἐλευσινίοις ἐστὶ μὲν Τριπτολέμου ναός, etc., φρέαρ τε καλούμενον Καλλίχορον, ἔνθα πρῶτον Ἐλευσινίων αἱ γυναῖκες χορὸν ἔστησαν, καὶ ᾖσαν ἐς τὴν θεόν. Nempe quod Ceres eo in puteo consedisset. Unde Callimachus Hymno de Cerere (qui versus in Henrici Stephan. editione omissus est):

Τρὶς δ' ἐπὶ Καλλιχόρῳ χαμάδις ἐκαθίσσαο φρητί.

Cererem ipsam alloquitur. Et Nicand. in *Theriac.*:

. . . Τόν μέντ' ἐρέει φάτις, οὔτις' Ἀχαιὴ
Δημήτηρ ἔβλαψεν ὅθ' ἅψεα σίνατο παιδὸς,
Καλλίχορον περὶ φρεῖαρ.

(83) *Βαυδώ*, etc. Horum etiam omnium, si Baubonem unam excipias, meminit idem Pausanias, partim in *Attic.*, pag. 13 et 36, partim in *Corinth.*, p. 57.

(84) *Κηρύκων*. Recte: fuerunt enim Eumolpidarum et Præconum Athenis familiæ conjunctissimæ. Pausanias in *Attic.*, p. 36, diserte: Τελευτήσαντος δὲ Εὐμόλπου, Κῆρυξ νεώτερος λείπεται τῶν παίδων, ὃν αὐτοὶ Κήρυκες, θυγατρὸς Κέκροπος Ἀγαύρου καὶ Ἑρμοῦ παῖδα εἶναι λέγουσιν, ἀλλ' οὐκ Εὐμόλπου.

Digitized by Google

Καὶ δὴ (οὐδὲ γὰρ ἀνήσω μὴ οὐχὶ εἰπεῖν) ξενίσασα A ac puteo cuidam insedit ingenti mœrore confecta,
ἡ Βαυβὼ τὴν Δηῶ, ὁρέγει κυκεῶνα αὐτῇ. Τῆς δὲ sed enim, iis qui initiantur, graviter ne quid simile
ἀναινομένης λαβεῖν, καὶ πιεῖν οὐκ ἐθελούσης (πενθή- agant, in hodiernum usque diem prohibetur; uti-
ρης γὰρ ἦν), περιαλγὴς ἡ Βαυβὼ γενομένη, ὡς ὑπερ- que, ne sacris initiati lugentem Cererem imitari vi-
οραθεῖσα δῆθεν, ἀναστέλλεται τὰ αἰδοῖα, καὶ ὑπο- deantur. Cæterum Eleusinem per id tempus indige-
δεικνύει τῇ θεῷ· ἡ δὲ τέρπεται τῇ ὄψει ἡ Δηώ, καὶ næ quidam incolebant, quorum hæc fuere nomina,
μόλις ποτὲ δέχεται τὸ ποτὸν, ἡσθεῖσα τῷ θεάματι. Baubo, Dysaules, Triptolemus, Eumolpus et Eubu-
Ταῦτά ἐστι τὰ κρύφια τῶν Ἀθηναίων μυστήρια· leus. Ac Triptolemus quidem bubulcus erat, Eumol-
« Romulus igitur, cum probe intelligeret, honestis legibus, rectorumque studiorum æmulatione, piam, temperatam, amantem æquitatis, belloque strenuam civitatem effici; præcipuam his in rebus operam curamque posuit, a religione cultuque deorum ac dæmonum auspicatus. Ac templa quidem et delubra, aras item, et simulacrorum suis in sedibus collocationes, eorumdemque configurationes, et insignia, simulque vim numenque singulorum, atque adeo beneficia, quibus hominum genus afficere, dies quoque festos, quales deorum ac dæmonum cuilibet conveniunt, tum sacrificia, quibus ab hominibus coli sese volunt, ferias denique solemnesque conventus, et statas a laboribus vacationes, ac cætera id genus ex optimis quibusque Græcorum hominum ritibus instituit. At vero sparsas de iisdem vulgatasque fabulas, quibus aliqua ipsorum vel probra, vel crimina continentur, improbas, inutiles ac fœdas esse ratus, nec diis modo, sed etiam viris bonis prorsus indignas, rejectis omnibus, homines ad optime de diis loquendum ac sentiendum informavit, nullum iis studium beata natura minus dignum affingens. Nec enim a Romanis aut exsectus liberorum suorum manu Cœlus fuisse, aut Saturnus, quod sibi ab eorum impetu male metueret, suos

(10) Locus hic exstat lib. II, pag. 9 edit. Græco-Latinæ.

(11) Dion., κατεστήσατο, quam lectionem prætuli. Id legit., τοῖς κρατίστοις τῶν παρ' Ἕλλησι νομίμων· utraque lectio probari potest.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Περὶ τῆς κατὰ Ῥωμαίους θεολογίας.

(10) « Ἀλλ' ἔγνω, ὅτι νόμοι σπουδαῖοι, καὶ καλῶν ζῆλος ἐπιτηδευμάτων, εὐσεβῆ καὶ σώφρονα, καὶ τὰ δίκαια ἀσκοῦσαν, καὶ τὰ πολέμια ἀγαθὴν ἐξεργάζονται πόλιν· ὧν πολλὴν ἔσχε πρόνοιαν, τὴν ἀρχὴν ποιησάμενος ἀπὸ τῶν περὶ τὰ θεῖα καὶ δαιμόνια σεβασμῶν. Ἱερὰ μὲν οὖν, καὶ τεμένη, καὶ βωμούς, καὶ ξοάνων ἱδρύσεις, μορφάς τε αὐτῶν, καὶ σύμβολα, καὶ δυνάμεις, καὶ δωρεάς, αἷς τὸ γένος ἡμῶν εὐηργέτησαν, ἑορτάς τε, ὁποίας τινὰς ἑκάστῳ θεῶν ἢ δαιμόνων ἄγεσθαι προσήκει, καὶ θυσίας, αἷς χαίρουσι γεραιρόμενοι πρὸς ἀνθρώπων· ἐχεχειρίας τε αὖ καὶ πανηγύρεις, καὶ πόνων ἀναπαύλας, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ὁμοίως κατεστήσαντο (11) τῶν κρατίστων παρὰ τοῖς Ἕλλησι νομίμων· τοὺς δὲ παραδεδομένους περὶ αὐτῶν (12) μύθους, ἐν οἷς βλασφημίαι τινές εἰσι περὶ αὐτῶν ἢ κατηγορίαι, πονηροὺς καὶ ἀνωφελεῖς, καὶ ἀσχήμονας ὑπολαβὼν εἶναι, καὶ οὐχ ὅτι τῶν θεῶν, ἀλλ' οὐδ' ἀνθρώπων ἀγαθῶν ἀξίους, ἅπαντας ἐξέβαλε, καὶ παρεσκεύασε τοὺς ἀνθρώπους τὰ κάλλιστα (13) περὶ θεῶν λέγειν τε καὶ φρονεῖν, μηδὲν αὐτοῖς προσανάψας (14) ἀνάξιον ἐπιτήδευμα τῆς μακαρίας φύσεως· οὔτε γὰρ Οὐρανὸς ἐκτεμνόμενος ὑπὸ τῶν ἑαυτοῦ παίδων παρὰ Ῥωμαίοις λέγεται, οὔτε ὁ Κρόνος ἀφανίζων τὰς ἑαυτοῦ γονὰς φόβῳ τῆς ἐξ αὐτῶν ἐπιθέσεως, οὔτε Ζεὺς καταλύων τὴν Κρόνου δυναστείαν,

(12) *Περὶ αὐτῶν*. Dionysius, κατ' αὐτῶν, quod aptius videtur.

(13) *Τὰ κάλλιστα*. Dionysius, κράτιστα.

(14) *Προσανάψας*. Dion., προσάπτοντας, utrumque rectum.

Digitized by Google

καὶ κατακλείων ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τοῦ ταρτάρου τὸν ἑαυτοῦ πατέρα· οὐδέ γε πόλεμοι, καὶ τραύματα, καὶ δεσμὰ, καὶ θητεῖαι (15) θεῶν παρὰ ἀνθρώποις. Ἑορτὴ δὲ οὐδεμία παρ' αὐτοῖς μελανείμων ἢ πένθιμος τελεῖται, κοπετοὺς ἔχουσα καὶ θρήνους γυναικῶν ἐπὶ θεοῖς ἀφανιζομένοις· ἅπερ Ἕλλησιν ἐπιτελοῦνται περί τε Περσεφόνης ἁρπαγὴν, καὶ περὶ Διονύσου πάθη, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. Οὐδ' ἂν ἴδοι τις παρ' αὐτοῖς, καίτοι διεφθαρμένων τῶν ἐθῶν (16) ἤδη, οὐ θεοφορήσεις, οὐ κορυβαντιασμοὺς (17), οὐ Βακχίας (18) καὶ τελετὰς ἀπορρήτους, οὐ διαπαννυχιασμοὺς ἐν ἱεροῖς θεῶν, ἀνδρῶν σὺν γυναιξὶν, οὐκ ἄλλο τῶν παραπλησίων τούτοις τερατευμάτων οὐδέν· ἀλλ' εὐλαβῶς ἅπαντα πραττόμενα καὶ λεγόμενα τὰ περὶ θεοὺς, ὡς οὔτε παρ' Ἕλλησιν οὔτε παρὰ βαρβάροις. Καὶ ὃ πάντων μάλιστα ἔγωγε τεθαύμακα, καίπερ μυρίων ὅσων εἰς τὴν πόλιν ἐπεληλυθότων ἐθνῶν, οἷς πολλὴ ἀνάγκη σέβειν τοὺς πατρίους θεοὺς τοῖς οἰκοθεν νομίμοις, οὐδενὸς εἰς ζῆλον ἐλήλυθε τῶν ξενικῶν ἐπιτηδευμάτων ἡ πόλις δημοσίᾳ, ὃ πολλοῖς ἤδη συνέβη παθεῖν· ἀλλὰ καὶ εἴ τινα κατὰ χρησμοὺς ἐπεισῆκται (19) ἱερὰ, τοῖς αὐτόθι αὐτὰ νομίμως μεθήρμοσεν, ἅπασαν ἐκβαλοῦσα τερθρείαν μυθικήν· ὥσπερ τὰ τῆς Ἰερᾶς Ὑδᾶς (20) ἱερά. Θυσίας μὲν γὰρ αὐτῇ καὶ ἀγῶνας ἄγουσιν ἀνὰ πᾶν ἔτος οἱ στρατηγοὶ κατὰ τοὺς Ῥωμαίων νόμους· ἱερᾶται δ' αὐτῆς ἀνὴρ Φρὺξ καὶ γυνὴ Φρυγία, καὶ περιάγουσιν ἀνὰ τὴν πόλιν οὗτοι μηναγυρτοῦντες (20'), ὥσπερ αὐτοῖς ἔθος, τύπους τε περικείμενοι τοῖς στήθεσι (21), καὶ καταυλούμενοι πρὸς τῶν ἑπομένων τὰ *Μητρῷα μέλη*, καὶ τύμπανα κροτοῦντες. Ῥωμαίων δὲ τῶν αὐθιγενῶν, οὔτε μηναγυρτῶν τις, οὔτε καταυλούμενος πορεύεται διὰ τῆς πόλεως, ποικίλην ἐνδεδυμένος στολὴν, οὔτε ὀργιάζων τὴν θεὸν, οὐδὲ τοῖς Φρυγίοις ὀργιασμοῖς, κατὰ νόμον ἢ ψήφισμα βουλῆς. Οὕτως εὐλαβῶς ἡ πόλις ἔχει πρὸς τὰ οὐκ ἐπιχώρια ἔθη περὶ θεῶν, καὶ πάντα ὀττεύεται μῦθον, ᾧ μηδέν ἐστιν εὐπρεπές. Καὶ μηδεὶς ὑπολάβοι με ἀγνοεῖν, ὅτι τῶν Ἑλληνικῶν μύθων εἰσί τινες χρήσιμοι ἀνθρώποις· οἱ μὲν, ἐπιδεικνύμενοι τὰ τῆς φύσεως ἔργα διὰ λύπην (22)· οἱ δὲ, παραμυθίας ἕνεκα συγκείμενοι τῶν ἀνθρωπίνων συμφορῶν· οἱ δὲ, παραχὰς ἐξαιρούμενοι ψυχῆς καὶ δείγματα (23), καὶ δόξας καθαιροῦντες οὐχ ὑγιεῖς· οἱ δὲ, ἄλλης τινὸς ἕνεκα συμπλασθέντες ὠφελείας. Ἀλλὰ καίπερ ἐπιστάμενος ταῦτα οὐδενὸς χεῖρον, ὅμως εὐλαβῶς διάκει-

A confecisse; aut Jupiter spoliatum imperio patrem in Tartareum carcerem inclusisse dictitatur: nec ulla numinum bella, vulnera, vincula, nec locatam hominibus operam ex illis audias. Imo, nullum quoque apud eos atratum ac lugubre festum agitur, in quo sublatos e medio deos planctibus et lamentis mulierculæ prosequantur, cujusmodi a Græcis vel ob Proserpinæ raptum, vel ob exitialem Bacchi sortem, similesque casus, solemni ritu celebrari solent. Non denique, vel collapsis hoc tempore moribus patriis, homines videas a numine agitatos, non insanas Corybantum jactationes, non Bacchanalia, et arcana mysteriorum initia, non virorum cum mulieribus in deorum templis nocturnas pervigilationes, nec hujusmodi reliqua monB strorum similia: sed quidquid ad religiones et sacra deorum pertinet, sanctitate ac modestia longe omnibus tam Græcorum **79** quam barbarorum cæremoniis antecellit. Quodque omnium maxime soleo mirari, licet infinitæ nationes in urbem confluxerint, quæ ad colenda ritu domestico patria numina vi quadam et necessitate compellantur, nunquam illa tamen ad suscipiendum publice ullum peregrinæ religionis genus adduci potuit, id quod jam aliis plerisque contigisse novimus. Quod si aliqua forte istiusmodi sacra ex oraculorum responsis apud se invehi passa est, ea tamen ad legum suarum instituta accommodavit, rejectis omnibus fabularum præstigiis, quemadmodum in Matris Idææ sacris videmus. Enimvero sacrificia quidem ludosC que publico Romano ritu prætores quotannis in ejus honorem instituunt; ejus tamen sacerdotio vir ac mulier Phryges ambo funguntur, qui totam civitatem circumeunt, singulis mensibus stipem more suo hinc inde corrogantes, imagunculas pectori alligatas gestantes, tympanaque pulsantes, quos sequens multitudo *Materna carmina* ad tibiam modulata circumsonat. At e Romanis indigenis nemo vel Matri stipem emendicans, vel incentione tibiarum afflatus ac versicolore stola indutus oberrat urbem, nullaque populi lege, nullo senatusconsulto celebranda Phrygio ritu Matris orgia suscipit. Tantam urbs in peregrino deorum cultu cautionem adhibet, adeoque fabulam omnem dignitate et hoD nestate vacuam mali ominis instar aversatur. Ne-

(15) *Θητεῖαι*. Alii, τελεῖται· Dionysius, ἄγεται.

(16) *Τῶν ἐθῶν*. Ita reponendum ex Dionysio pro τῶν θεῶν.

(17) Post κορυβαντιασμούς· Dion. add. οὐκ ἀγερμοὺς, *stipem diis hinc inde corrogatam*. Forte hanc vocem omisit Euseb. quod paulo post sequatur, Romæ, non a Romanis quidem, sed tamen Deum Matri hoc obsequii genus exhibitum.

(18) *Βακχίας*. Dionysius, βακχείας, quod usitatius est.

(19) *Ἐπεισῆκται*, etc. Dionysius hoc modo: Ἐπεισηγάγετο ἱερὰ, τοῖς ἑαυτῆς αὐτὰ τιμᾷ νόμοις, ἅπασαν ἐκβάλλουσα τερθρείαν μυθικήν. Sane apud Eusebium pro νομίμως, legendum fuerit νομίμοις, εἰ τερθρείαν pro τερθρείας.

(20) *Ἱερᾶς θεᾶς*. Dionysius tantum Ἰδαίας, quæ propria vox est.

(20') *Μηναγυρτοῦντες*. Dionysius, μητραγυρτοῦντες, et paulo post μητραγυρτῶν pro μηναγυρτῶν. Utraque lectio proba est. Sed τὸ μητραγυρτεῖν, deam exprimit, cui stipem cogerent; τὸ μηναγυρτεῖν vero, tempus: credo, quod singulis mensibus id factitarent. Hesychius: Μηναγύρτης, ὁ ἀπὸ μηνὸς συνάγων πανηγύρεις. Quo loco mallem abesset postrema vox; quam etiam tollit Suidas, addens: Μηναγύρτης, ὁ τῆς Ῥέας ἱερεὺς, ὁ κατὰ μῆνα ἀγείρων καὶ συναθροίζων.

(21) *Τύπους τε περικείμενοι τοῖς στήθεσιν*. Interpres Dionysii vertit, *pectora plangentes*. Nusquam certe, τύπον στήθεσι περικεῖσθαι, τὴν στερνοτυπίαν significat.

(22) L. δι' ἀλληγορίας, ut Dionys.

(23) *Δείγματα*. Legi δέιματα, ut apud Dionysium. Quid si δήγματα legamus, quæ morsus ilios calamitatum perturbationumque significent?

Digitized by Google

que vero me nescire quisquam existimet, nonnullas Græcorum fabulas aliquid hominibus utilitatis afferre, sive naturæ opera latente verborum sensu repræsentent, sive ad mitigandas humanorum casuum molestias conflctæ fuerint, sive ad tollendas animorum perturbationes, metusque levandos, sive ad minus sanas opiniones revellendas, sive alterius cujuscunque commoditatis gratia compositæ. Verum, licet ista æque norim, ac quivis alius, in ejusmodi tamen fabulis magna semper cautione opus esse arbitror, eoque libentius Romanorum theologiam approbo, mecum ipse reputans, exigua admodum illa esse bona quæ Græcis fabulis continentur, quæque non ad plures, sed tantum ad eos pertinere possint, qui quem in scopum ipsæ colli- A μαι πρὸς αὐτοὺς, καὶ τὴν Ῥωμαίων μᾶλλον ἀποδέχομαι θεολογίαν· ἐνθυμούμενος, ὅτι τὰ μὲν ἐκ τῶν Ἑλληνικῶν μύθων ἀγαθά, μικρά τέ ἐστι καὶ οὐ πολλοὺς δυνάμενα ὠφελεῖν, ἀλλὰ μόνον τοὺς ἐξητακότας, ὧν ἕνεκα γίνεται· σπάνιοι δ' εἰσὶν οἱ μετειληφότες ταύτης τῆς φιλοσοφίας· ὁ δὲ πολὺς καὶ ἀφιλοσόφητος ὄχλος ἐπὶ τὰ χείρω λαμβάνειν φιλεῖ τοὺς περὶ αὐτῶν λόγους· καὶ πάσχει θάτερον (24), ἢ καταφρονεῖν τῶν θεῶν, ὡς ἐν πολλῇ κακοδαιμονίᾳ κυλινδουμένων, ἢ τῶν αἰσχίστων τε καὶ παρανομωτάτων οὐδενὸς ἀπέχεται, θεοῖς ὁρῶν αὐτὰ προσκείμενα. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων, τοῖς αὐτὸ μόνον τὸ θεωρητικὸν τῆς φιλοσοφίας μέρος ἀσκοῦσιν (25), ἀφείσθω σκοπεῖν· τῆς δὲ ὑπὸ Ῥωμύλου κατασταθείσης πολιτείας καὶ τάδε ἠγησάμην ἱστορίας ἄξια. »

gerint, diligenter accurateque perspexerint. Enimvero, cum pauci admodum illi sunt, quibus hanc ad philosophiam aditus pateat, tum sane rudis et imperita multitudo vulgares istos de diis sermones deteriorem in partem interpretari solet, atque in alterum e duobus incidit, ut vel deos aspernetur tot ac tantis miseriarum fluctibus jactatos, vel nullum flagitii scelerisque genus cavendum sibi ac declinandum putet, 80 cum ex diis ipsis usque adeo familiaria fuisse videat. Verum ista hominibus iis, qui ad solam philosophiæ partem, quæ est in contemplatione posita, adhæsere, diligentius expendenda relinquimus : ego vero, hæc etiam, quæ reipublicæ a Romulo institutæ propria sunt, digna, quæ memoriæ proderentur, putavi. » Hactenus Dionysius.

Ejusmodi non modo summorum philosophorum, B sed ipsorum quoque Romani imperii fundatorum ac principum, de Græcorum hominum theologia judicium fuit : ex quo intelligimus, nusquam eos novam istam in fabulis deorum evolvendis physiologiam probare voluisse : tantum abest, ut sophisticis quibusdam præstigiis, et dignitatis ad speciem compositis januam aperirent. Sed quoniam semel istorum quoque vanitatem sponte redarguendam suscepimus, age quid præclari tandem numinibusque digni eorum interpretationes et commentationes afferant, videamus : sic tamen nihil ut ore

Τὰ μὲν δὴ παραστάντα τοῖς κρατίστοις τῶν φιλοσόφων, καὶ τοῖς παλαιοῖς καὶ πρώτοις τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας περὶ τῆς Ἑλληνικῆς θεολογίας, τοιαῦτα ἦν, οὐδαμῶς φυσιολογίας ἐν τοῖς περὶ θεῶν μύθοις παραδεχόμενα, οὐδέ γε τὰς σεμνοφανεῖς καὶ σοφιστικὰς τερθρείας. Ἡμεῖς γε μὴν ἐπείπερ ἅπαξ ὡρμήθημεν ἐπὶ καὶ τὸν τούτων ἔλεγχον, φέρε τὰς ἑρμηνείας αὐτῶν καὶ θεωρίας, τί ποτε ἄρα σεμνὸν καὶ θεοπρεπὲς ἐπικομίζονται, κατίδωμεν· μηδὲν μὲν ἐξ ἡμῶν, πάντα δὲ ταῖς αὐτῶν φωναῖς συγχρώμενοι, ὡς ἂν παρ' αὐτῶν αὖθις τὰ αὐτῶν οἰκεῖα καταμάθωμεν.

loquamur nostro, sed omnia ipsissimis eorum verbis concepta producamus, suaque rursus ab iis mysteria doceamur.

ΠΡΟΠΑΡΑΣΚΕΥΗΣ ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΡΙΤΟΝ.

—

PRÆPARATIONIS EVANGELICÆ LIBER TERTIUS.

—

81 *TERTII LIBRI CAPITA.*

1. *De naturali Græcorum theologia.*
2. *Carmen nuptiale.*
3. *De allegorica Ægyptiorum theologia.*
4. *De eadem Ægyptiorum physiologia : quodque universam moralis interpretationis accommodationem*

C *ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΤΟ ΤΡΙΤΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.*

α'. *Περὶ τῆς Ἑλλήνων φυσικῆς θεολογίας.*
β'. *Γαμήλιος ᾠδή.*
γ'. *Περὶ τῆς Αἰγυπτίων ἀλληγορουμένης θεολογίας.*
δ'. *Ἔτι περὶ τῶν αὐτῶν, καὶ ὅτι τὴν πᾶσαν ἀναφορὰν τῆς τροπικῆς αὐτῶν θεωρίας ἐπὶ μόνα*

(24) *Πάσχει θάτερον.* Dionysius, πάσχειν δυοῖν θάτερον.

(25) *Ἀσκοῦσιν.* Dion., ἀποτετηρημένοις, utrumque rectum.

Digitized by Google

τὰ φαινόμενα κατ' οὐρανὸν ἄστρα, ἐπί τε ὕδωρ καὶ πῦρ, καὶ τὰ λοιπὰ μέρη τοῦ κόσμου μετῆγον. A

ε'. Ὅτι καὶ ταῦτα πάσης ὑπῆρχε μεστὰ καταγνώσεως.

ς'. Ὅτι καὶ τῆς φυσικωτέρας αὐτῶν περὶ θεῶν θεωρίας εὐλόγως ἀναχωρήσαντες, τὴν μόνην καὶ ἀληθῆ θεολογίαν προετιμήσαμεν.

ζ'. Ὁποίας οἱ νεώτεροι τῶν φιλοσόφων τοῖς περὶ θεῶν μύθοις συνέπλεξαν αἰτιολογίας.

η'. Περὶ τῆς παλαιᾶς τῶν ξοάνων κατασκευῆς καὶ ἱδρύσεως, ἐκ τοῦ Πλουτάρχου.

θ'. Ἔτι περὶ τῆς ἀλληγορουμένης Ἑλλήνων καὶ Αἰγυπτίων θεολογίας.

ι'. Ἔλεγχος καὶ ἀνατροπὴ τῆς καὶ τούτων βεβιασμένης ἀποδόσεως.

ια'. Ἔλεγχος ἰσχυρὸς τῆς τῶν Ἑλληνικῶν δογμάτων ἐνταῦθα.

ιβ'. Περὶ τοῦ κατὰ τὴν Ἐλεφαντίνην ἀγάλματος. B

ιγ'. Περὶ τοῦ ἐν Ἡλίου πόλει θυομένου τῷ ἡλίῳ βοός.

ιδ'. Ὅτι τὰς μυθικὰς περὶ θεῶν διηγήσεις ἀπέλεγχον ἑαυτοῖς πράττοντες.

ιε'. Ὅτι καὶ τὰς τῶν φιλοσόφων θεωρίας ἐβεβαίουν διὰ τῶν χρησμῶν, ἑαυτοῖς τοῖς περὶ αὐτῶν μύθοις ἀλληγοροῦντες.

ις'. Ὅτι τῶν ἀδυνάτων πέφυκε εἶναι τὰ μέρη τοῦ κόσμου ἢ ταῖς θείαις δυνάμεις γοητικαῖς ἀνάγκαις μεθέλκεσθαι, καὶ διὰ χρησμῶν τοῖς ἐρωτῶσι θεσπίζειν.

ιζ'. Ὅτι δαιμονικῆς ἐνεργείας πάντα τὰ τοιάδε τυγχάνει.

ad ea tantum, quæ in cœlo astra cernuntur, aquam, ignem, ac cæteras mundi partes traduxerint.

5. *Nullam ista damnandi sui causam per sese non præbuisse.*

6. *Jure nos ab ea quoque de diis istorum philosophandi ratione, quæ propius ad naturam accedere videatur, recessisse, eidemque solam veramque theologiam anteposuisse.*

7. *Quasnam recentiores philosophi causas atque rationes ad veteres de diis fabulas attexuerint.*

8. *De prisca simulacra conficiendi statuendique ratione, ex Plutarcho.*

9. *Continuatio theologiæ Græcorum et Ægyptiorum allegoriis explicatæ.*

10. *Coactæ ac violentæ istorum accommodationis refutatio.*

11. *Validissima Græcorum hoc in genere dogmatum confutatio.*

12. *De simulacro, quod Elephantinopoli visitur.*

82 13. *De bove, qui apud Heliopolim Soli immolatur.*

14. *Fabulosas de diis narrationes ab illis ipsi coargui, qui contraria faciant.*

15. *Deos ipsos philosophorum commentationes oraculis suis confirmasse, pugnantes cum sparsis de se fabulis allegorias statuendo.*

16. *Fieri non posse, ut mundi partes, aut divinæ virtutes illecebrarum necessitate deducantur, et consulentibus per oracula respondeant.*

17. *Hæc omnia dæmonum arti ac præstigiis assignanda esse.*

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Τὰ μὲν παραστάντα τοῖς κρατίστοις τῶν φιλοσόφων, καὶ τοῖς παλαιοῖς καὶ πρώτοις τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας περὶ τῆς Ἑλληνικῆς θεολογίας, τοιαῦτα C ἦν, οὐδαμῶς φυσιολογίας ἐν τοῖς περὶ θεῶν μύθοις παραδεχόμενα, οὐδέ γε τὰς σεμνοφανεῖς καὶ σοφιστικὰς τερθρείας. Ἡμεῖς γε μὴν ἐπείπερ ὡρμήθημεν ἐπὶ τὸν τούτων ἔλεγχον, φέρε τὰς ἑρμηνείας αὐτῶν καὶ θεωρίας, τί ποτε ἄρα σεμνὸν καὶ θεοπρεπὲς ἐπικομίζονται, συνίδωμεν, μηδὲν μὲν ἐξ ἡμῶν, πάντα δὲ ταῖς αὐτῶν φωναῖς συγχρώμενοι, ὡς ἂν παρ' αὐτῶν αὖθις τὰ αὐτῶν σεμνὰ καὶ ἀπόῤῥητα καταμάθωμεν. Μυρίοις μὲν οὖν ἄλλοις τῶν φιλοσοφεῖν ἐπαγγελλομένων πολὺς περὶ τούτων εἰσῆκται πόνος, διαφόρους τὰς αὐτῶν εὑρεσιολογίας πεποιημένοις, καὶ τὸ παραστὰν καὶ δόξαν ἑκάστῳ, τοῦτ' εἶναι τὸ ἀληθὲς ἀπισχυριζομένοις· ἐμοὶ δὲ ἐξαρκεῖ τὰς ἀποδείξεις ἀπὸ τῶν μάλιστα διαφανῶν, καὶ πᾶσι τοῖς φιλοσόφοις γνωρίμων, κλέος τε οὐ μικρὸν φιλοσοφίας παρ' Ἕλλησιν ἀπενηνεγμένων παρασχεῖν. Ὧν πρῶτον λαβών, ἀνάγνωθι τοῦ Χαιρωνέως Πλουτάρχου τὰς περὶ τῶν προκειμένων φωνάς, ἐν αἷς σεμνολογῶν παρατρέπει τοὺς μύθους, ἐφ' οὓς φησιν εἶναι μυστηριώδεις θεολογίας. Ἂς δὴ ἐκκαλύπτων, τὸν μὲν Διόνυσον τὴν μέθην εἶναί φησιν, οὐκέτι τὸν ὑπὸ τῆς ἱστορίας ἐν τῷ πρὸ τούτου συγγράμματι δεδηλωμένον θνητὸν ἄνδρα· τὴν δὲ Ἥραν, τὴν γαμήλιον ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς συμβίωσιν (26). Εἶθ', ὥσπερ ἐπιλελησμένος τῆς ἀποδόσεως, ἑτέραν ἐξῆς ἐπισυνάψας ἱστορίαν, τὴν Ἥραν οὐκέτι ὡς τὸ πρότερον, ἀλλὰ τὴν γῆν ὀνομάζει· Λήθην δὲ καὶ Νύκτα, τὴν Λητώ· καὶ πάλιν

PROOEMIUM.

Ejusmodi quidem non modo summorum philosophorum, sed ipsorum quoque Romani imperii fundatorum ac principum, de Græcorum hominum theologia judicium fuit, ex quo intelligimus, nusquam eos novam istam in fabulis deorum evolvendis physiologiam probare voluisse, tantum abest, ut sophisticis quibusdam præstigiis, et dignitatis ad speciem compositis januam aperirent. Sed quoniam semel istorum quoque vanitatem sponte redarguendam suscepimus, age quid præclari tandem numinibusque digni, eorum interpretationes et commentationes afferant, videamus; sic tamen nihil ut ore loquamur nostro, sed omnia ipsissimis eorum verbis concepta producamus, suaque ab iis etiam recondita speciosæ gravitatis mysteria doceamur. Ac sexcenti quidem alii, qui sese philosophari profitentur, multum hoc in genere laboris et operæ consumpserunt, dum sua quisque a cæteris dissidentia commenta profert, quodque ingenio suo placuerit, id purum putumque verum esse confirmat: mihi tamen satis fuerit, certas perspicuasque probationes ex clarissimis quibusque ac philosophorum vulgo notissimis, et eximia quadam apud Græcos philosophiæ laude florentibus arcessere. Tu ergo Plutarchum illum Chæronensem primum in manus sume, ipsiusque locum eum ad rem nostram accommodatum perlege, ubi quæsito dictionis apparatu fabulas alium in sensum flectit ac torquet, quas utique arcanæ theologiæ plenas esse dictitat. Hanc vero enucleans, Bacchum quidem ebrietatem esse tradit, non

(26) *Τὴν δὲ Ἥραν, τὴν γαμήλιον ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς συμβίωσιν.* Uterque ms. ita distingun. Quam distinctionem in versione secutus sum.

Digitized by Google

jam hominem illum **83** morti obnoxium, et in historia decantatum, cujus superiore libro meminimus : Junonem autem, mutuam viri uxorisque consuetudinem matrimonii vinculo sociatam. Deinde, quasi suæ hujus accommodationis oblitus, aliam continuo subtexens historiam, Junonem istam non jam uti prius, sed Terram nominat ; Latonam vero Oblivionem et Noctem ; moxque Junonem eamdem cum ipsa Latona facit. Ad hæc Jovem nobis inducit, quem ætheris vim allegorice interpretatur. Verum quid opus hæc summatim strictimque prælibare, cum ipsummet audire liceat in iis quæ de Platæensibus Dædalis memoriæ prodidit, de abdita illa vulgoque hominum ignota deorum physiologia disertis verbis ita disserentem.

A τὴν αὐτὴν τῇ Λητοῖ φησιν εἶναι τὴν Ἥραν. Εἶτ' ἐπὶ τούτοις εἰσάγεται αὐτῷ ὁ Ζεὺς τὴν αἰθέριον δύναμιν ἀλληγορούμενος (27). Καὶ τί με δεῖ ταῦτα προλαμβάνειν, αὐτοῦ παρὸν ἀκοῦσαι τοῦ ἀνδρὸς ὧδέ πως ἐν οἷς ἐπέγραψε περὶ τῶν ἐν Πλαταιαῖς Δαιδάλων, τὰ λανθάνοντα τοὺς πολλοὺς τῆς ἀπορρήτου περὶ θεῶν φυσιολογίας ἐκφαίνοντος ;

CAPUT I.

De naturali Græcorum theologia.

« Antiquam, inquit, non Græcorum modo, sed etiam barbarorum physiologiam aliud nihil fuisse, quam rationem quamdam naturalem fabulis involutam, adeoque latentem et obscuram theologiam, cujus ænigmatis et allegoriis arcana fere mysteria ita tegebantur, ut cum ea quæ dicebantur facilius quam quæ silebantur, imperita multitudo caperet, tum vero de iis quæ silebantur majus aliquid quam quæ dicebantur, suspicione conjiceret, quivis tam ex Orphei carminibus, quam ex Ægyptiorum et Phrygum monimentis auferre potest. Maxime vero cum solemnes initiandi ritus, tum quæ dum sacris operabantur adhiberi symbola consueverant, quæ mens veterum quique sensus fuerit, ostendunt. Cujusmodi, ne longius ab instituta disputatione abeamus, illud est, quod nullam prorsus Junoni cum Baccho societatem et communionem esse pronuncient, eoque caveant diligenter, ne amborum sacra misceantur : ipsæque adeo sacerdotes, ut aiunt, Athenis aliæ aliis occurrentes denuntient, uti nequidquam hederæ Junonis in delubrum inferatur : non jam ob fabulosam illam ac nugatoriam, quam ipsi affigunt, zelotypiam ; sed quod cum nuptiarum præses ac pronuba dea illa sit, tum vero ebrietatis vitium et sponsis indignum et a nuptiis penitus alienum videatur, ut tradit Plato. Immoderatus enim, inquit, meri potus perturbationes in animis pariter et corporibus excitat, quibus efficitur, ut **84** proseminati conceptique fetus cum ob errantes disjunctasque partes, minus fingi conformarique possint, vix ullam quoque virium firmitatem assequantur. Præterea qui Junoni sacrificant, ei fel nequaquam offerunt, sed illud juxta altare defodiunt, quod ab omni bile et iracundiæ acerbitate vacuam esse mutuam conjugum vitæ consuetudinem oporteat. Atque hoc symboli genus magis etiam in iis, quæ narrari ac circumferri vulgo solent, fabulis lo-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Περὶ τῆς Ἑλλήνων φυσικῆς θεολογίας.

(28) « Ὅτι μὲν οὖν ἡ παλαιὰ φυσιολογία καὶ παρ' Ἕλλησι καὶ βαρβάροις λόγος ἦν φυσικὸς ἐγκεκαλυμμένος (28*) μύθοις, τὰ πολλὰ δι' αἰνιγμάτων καὶ ὑπονοιῶν ἐπίκρυφος καὶ μυστηριώδης θεολογία, τά τε λαλούμενα τῶν σιγωμένων σαφέστερα τοῖς πολλοῖς ἔχοντα, καὶ τὰ σιγώμενα τῶν λαλουμένων ὑποπτότερα, δῆλόν ἐστιν ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς ἔπεσι, καὶ τοῖς Αἰγυπτιακοῖς καὶ Φρυγίοις λόγοις· μάλιστα δὲ οἱ περὶ τὰς τελετὰς ὀργιασμοὶ καὶ τὰ δρώμενα συμβολικῶς ἐν ταῖς ἱερουργίαις τὴν τῶν παλαιῶν ἐμφαίνει διάνοιαν. Οἷον, μὴ (29) μακρὰν τῶν ἐνεστηκότων λόγων βαδίζωμεν, οὐ νομίζουσιν, οὐδὲ ἀξιοῦσι κοινωνίαν εἶναι πρὸς Διόνυσον Ἥρᾳ· φυλάσσονται δὲ συμμιγνύναι τὰ ἱερὰ, καὶ τὰς Ἀθήνῃσιν ἱερείας ἀπαντώσας, φασὶν, ἀλλήλαις (30) προαγορεύειν, μηδὲ ὅλως κιττὸν εἰς τὸ τῆς Ἥρας κομίζεσθαι τέμενος, οὐ διὰ τὰς μυθικὰς καὶ φλυαρώδεις ζηλοτυπίας, ἀλλ' ὅτι γαμήλιος μὲν ἡ θεὸς, καὶ νυμφαγωγός· ἁρπρεπὲς δὲ νυμφίοις τὸ μεθύειν, καὶ γάμοις ἀναρμοστότατον, ὡς φησιν ὁ Πλάτων. Ἀκρατοποσία γὰρ, φησὶ, ταραχὴν ἐμποιεῖ καὶ ψυχαῖς καὶ σώμασιν, ὑφ' ἧς ἄπλαστα καὶ πεπλανημένα ῥιζοῦται κακῶς τὰ σπειρόμενα καὶ κυΐσκόμενα. Πάλιν οἱ θύοντες Ἥρᾳ (31) τὴν χολὴν οὐ καθαγιάζουσιν, ἀλλὰ κατορύττουσι παρὰ τὸν βωμὸν, ὡς δέον ἄθυμον καὶ ἄχολον καὶ καθαρεύουσαν ὀργῆς καὶ πικρίας ἁπάσης τὴν γυναικὸς καὶ ἀνδρὸς εἶναι συμβίωσιν. Τοῦτο δὴ τὸ συμβολικὸν εἶδος ἐν τοῖς λόγοις καὶ τοῖς μύθοις μᾶλλόν ἐστιν. Οἷον, ἱστοροῦσι (32) τὴν Ἥραν ἐν τῇ Εὐβοίᾳ τρεφομένην ἔτι παρθένον ὑπὸ τοῦ Διὸς κλαπῆναι, καὶ διακομισθεῖσαν ἐνταῦθα κρύπτεσθαι, Κιθαιρῶνος αὐτοῖς ἐπίσκιόν τινα μυχὸν καὶ θάλαμον αὐτοφυῆ παρασχόντος. Ἐλθούσης δὲ τῆς Μακρίδος κατὰ ζήτησιν (ἦν δὲ Ἥρας τιθήνη), καὶ βουλομένης ἐρευνᾷν, οὐκ ἐᾷν τὸν Κιθαιρῶνα πολυπραγμονεῖν, οὐδὲ τῷ χωρίῳ προσάγειν, ὡς τοῦ Διὸς ἐκεῖ τῇ Λητοῖ συναναπαυομένου καὶ συνδιατρίβοντος. Ἀπελθούσης δὲ τῆς Μακρίδος, οὕτω τότε μὲν διαλα-

(27) Crediderim legendum, ὁ Ζεὺς εἰς τὴν αἰθ. δύν. ἀλληγορούμενος.

(28) *Ὅτι μέν.* Hoc Plutarchi opus non exstat.

(28*) *Ἐγκεκαλυμμένος.* Alii ἐκκεκαλυμμένος, prave. Edit.

(29) *Οἷον, μή.* Mont., οἷον, ἵνα μή.

(30) Mont. post ἀλλήλαις inserit μή, unde commodus sensus elici possit, quod sibi sacerdotes illæ vel ipsum mutuæ consalutationis officium negarent.

(31) Juvat exscribere similem ejusd. Plutarchi locum, ex ipsius opuscul. *De conjugal. præcept.*, p. 141 C. Sic habet : Οἱ τῇ γαμηλίᾳ θύοντες Ἥρᾳ, τὴν χολὴν οὐ συγκαθαρίζουσι τοῖς ἄλλοις ἱεροῖς, ἀλλ' ἐξελόντες ἔῤῥιψαν περὶ τὸν βωμὸν, αἰνιττομένου τοῦ νομοθέτου, τὸ μηδέποτε δεῖν χολὴν μηδὲ ὀργὴν γάμῳ παρεῖναι· δεῖ γὰρ εἶναι τῆς οἰκοδεσποίνης, ὥσπερ οἴνου τὸ αὐστηρὸν, ὠφέλιμον, καὶ ἡδὺ, μὴ πικρὸν, ὥσπερ ἁλός, μηδὲ φαρμακῶδες.

(32) *Ἱστοροῦσι.* Ægre alium reperias qui fabulæ hujus meminerit.

Digitized by Google

δεῖν τὴν Ἥραν, ὕστερον δὲ τῇ Λητοῖ χάριν ἀπομνημονεύουσαν, ὁμοδώμιον θέσθαι καὶ σύνναον· ὥστε καὶ Λητοῖ μυχίᾳ προθύεσθαι· τινὲς δὲ νυχίαν λέγουσι. Σημαίνεται δὲ ἐν ἑκατέρῳ τῶν ὀνομάτων τὸ κρύφιον καὶ διαλεληθός. Ἔνιοι δὲ τὴν Ἥραν αὐτὴν ἐκεῖ τῷ Διὶ λάθρα συνοῦσαν καὶ λανθάνουσαν, οὕτω Λητὼ φασιν νυχίαν προσηγορεῦσθαι· φανερῶν δὲ τῶν γάμων γενομένων, καὶ περὶ τὸν Κιθαιρῶνα πρῶτον ἐνταῦθα καὶ τὰς Πλαταιὰς τῆς ὁμιλίας ἀνακαλυφθείσης, Ἥραν τελείαν (33) καὶ γαμήλιον αὐτὴν προσαγορευθῆναι. Οἱ δὲ φυσικῶς μᾶλλον καὶ πρεπόντως ὑπολαμβάνοντες τὸν μῦθον, οὕτως εἰς τὸ αὐτὸ τῇ Λητοῖ συνάγουσιν τὴν Ἥραν. Γῆ μέν ἐστιν ἡ Ἥρα, καθάπερ εἴρηται· νὺξ δὲ ἡ Λητὼ, ληθώ τις οὖσα τῶν εἰς ὕπνον τρεπομένων. Νὺξ δὲ οὐδέν ἐστιν ἄλλο πλὴν σκιὰ γῆς· ὅταν γὰρ πλησιάσασα ταῖς ὑσμαῖς ὑποκρύψῃ τὸν ἥλιον, ἀναπλατυνομένη μελαίνει τὸν ἀέρα· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ ἐκλειπτικὸν εἴδωλον τῶν πανσελήνων, ὅταν, τῆς σελήνης περιφερομένης, ἡ σκιὰ τῆς γῆς ἐπιψαύσῃ καὶ διαθολώσῃ τὸ φέγγος. Ὅτι δὲ οὐκ ἄλλη τίς ἐστι τῆς Ἥρας ἡ Λητὼ, μάθοιτ' ἂν ἐνθένδε. Τὴν Ἄρτεμιν (34) ἤδη που θυγατέρα Λητοῦς καλοῦμεν· ἀλλὰ καὶ Εἰλήθυιαν τὴν αὐτὴν ὀνομάζομεν· οὐκοῦν ἤ.τε Ἥρα καὶ ἡ Λητὼ δύο εἰσὶ μιᾶς θεοῦ προσηγορίαι. Πάλιν ἐκ μὲν Λητοῦς ὁ Ἀπόλλων, ἐκ δὲ Ἥρας ὁ Ἄρης γέγονε· μία δέ ἐστι ἀμφοτέρων δύναμις· καὶ κέκληται Ἄρης μὲν, ὡς ἀρήγων (35) τοῖς κατὰ βίαν καὶ μάχην συμπτώμασιν, Ἀπόλλων δὲ, ὡς ἀπαλλάττων (36) καὶ ἀπολύων τῶν περὶ σῶμα νοσηματικῶν παθῶν τὸν ἄνθρωπον. Διὸ καὶ τῶν ἐμπυρωτάτων ἄστρων καὶ πυριφλεγεστάτων ὁ μὲν ἥλιος Ἀπόλλων κέκληται, ὁ δὲ πυροειδὴς Ἄρης ἐπωνόμασται. Καὶ οὐκ ἀπόπρωπόν ἐστι τὴν αὐτὴν θεὸν γαμήλιον λέγεσθαι, καὶ μητέρα Εἰληθυίας καὶ Ἡλίου νομίζεσθαι. Γάμου μὲν γὰρ τέλος, γένεσίς ἐστι· γένεσις δὲ ἡ εἰς ἥλιον καὶ φῶς ἐκ σκότους πορεία. Καὶ καλῶς ἔφη ὁ ποιητής·

A cum habet. Sic enim legimus, Junonem adhuc virginem cum in Eubœa educaretur, furtim a Jove sublatam ibi latuisse, cum utrique Cithæron umbrosum quemdam specum, et thalamum a natura ipsa factum præbuisset. Quo cum Macris quæritando pervenisset (nutrix ea Junonis erat) locumque omnem scrutari vellet, ab eodem Cithærone prohibitam illam fuisse, quo minus vel latebras curiosius exploraret, vel ad eas propius accederet, quasi Jupiter ibidem cum Latona quiesceret, ejusque congressu frueretur. Posteaquam ergo Macris abiisset, Junonem tum quidem eo in loco latuisse, deinceps vero, ut exstaret accepti Latonæ nomine beneficii memoria, commune cum ea templum communemque aram habere voluisse; atque hinc Latonæ μυχία, hoc est B latebrosæ sacra faciendi morem fluxisse : quanquam alii νυχίαν, id est nocturnam eam vocant; sic tamen ut occulti ac latentis aliquid nomen utrumque repræsentet. Nec desunt, qui Junonem ipsam, quod rem ibi cum Jove clam omnibus habuisset, nocturnam Latonam postea nuncupatam esse velint; donec vulgata passim fama nuptiarum, initæque primum circa Cithæronem ad Platæas cum Jove consuetudinis, eamdem in posterum Perfectam et Pronubam appellarunt. At qui hujus in fabulæ vestigando sensu majorem naturæ rerum ac decori rationem habuere, ut Junonem unam eamdemque cum Latona facerent, ita philosophati sunt. Juno quidem, ut paulo ante diximus, Terra est, Latona vero Nox, C quippe quem eorum, qui somno sese dant, ληθὼ quædam sit, id est oblivio. Jam nox aliud nihil est quam umbra terræ; ubi enim ad occasum vergens solem occultavit, sese latius porrigens atram caliginem toto diffundit aere. Atque is demum est pleniluniorum quasi lapsus cui defectio comitatur, quo nimirum tempore, dum luna convertitur, umbra terræ lucem ejus attingit obscuratque. Cæterum **85** Latonam a Junone aliam non esse vel ex eo quivis intelligat. Enimvero Dianam vulgo Latonæ filiam vocamus; eamdem præterea Lucinam nominamus. Juno igitur et Latona duæ sunt unius deæ appellationes. Deinde Apollo quidem ex Latona, Mars vero ex Junone natus est : ambo autem vim eamdem ac potestatem habent. Mars Ἄρης, quasi ἀρήγων, hoc verum est, Juno Latona est, cum Dianæ mater Latona sit.

(33) *Ἥραν τελείαν.* Omitti non potest locus ille Pausaniæ in *Arcadicis*, p. 243, ubi de triplici Junonis cognomento, puellæ, perfectæ seu maturæ, et viduæ : Ἐν τῇ Στυμφάλῳ, inquit, Τήμενόν φασιν οἰκῆσαι τὸν Πελασγοῦ, καὶ Ἥραν ὑπὸ τοῦ Τημένου τραφῆναι τούτου, καὶ αὐτὸν ἱερὰ τῇ θεῷ τρία ἱδρύσασθαι, καὶ ἐπικλήσεις τρεῖς ἐπ' αὐτῇ θέσθαι· παρθένῳ μὲν ἔτι οὔσῃ παιδί· γεγαμένην δὲ ἔτι τῷ Διΐ, ἐκάλεσεν αὐτὴν Τελείαν· διενεχθεῖσαν δὲ ἐφ' ὅτῳ δὴ ἐς τὸν Δία, καὶ ἐπανήκουσαν ἐς τὴν Στύμφαλον, ὠνόμασεν ὁ Τήμενος Χήραν. De ejusdem Junonis τελείας fano et simulacro apud Platæenses, idem Pausan. in *Bœotic.*, pag. 285, ita breviter : Πλαταιεῦσι δὲ ναός ἐστιν Ἥρας, θέας ἄξιος μεγέθει τε, καὶ ἐς τῶν ἀγαλμάτων τὸν κόσμον· τὴν δὲ Ἥραν τελείαν καλοῦσι· πεποίηται δὲ ὀρθὸν μεγέθει ἄγαλμα μέγα, etc., ubi forte delendum illud μεγέθει.

(34) *Τὴν Ἄρτεμιν.* An recta illa consequentia est? Diana est Latonæ filia, Diana Lucina cognominatur, ergo Juno et Latona, duo sunt ejusdem deæ nomina. Hoc credo vult, Dianam Lucinæ cognomentum a matre accepisse; Junonem proinde, quæ Lucina vocatur, Dianæ matrem esse; quod si

(35) *Ἄρης μὲν, ὡς ἀρήγων.* Nova etymologiæ ratio, D quæ nec Macrobio suboluit, cum *Saturnal.* lib. I, c. 19, de unico Solis Martisque nomine disputaret. Plato in *Cratylo*, κατὰ τὸ ἄῤῥεν τε καὶ τὸ ἀνδρεῖον, dictum esse mavult. Clemens Alexandr. in *Protrept.*, pag. 32, ἀπὸ τῆς ἄρσεως καὶ ἀναιρέσεως, ubi τὴν ἄρσιν, vel pro ferocia quadam et elatione militari; vel, quod mihi probabilius videtur, pro ipsamet ἀναιρέσει, usurpavit.

(36) *Ἀπόλλων, ὡς ἀπαλλάττων.* Vide Macrob. *Saturnal.* lib. I, c. 17, ubi alias inter etymologias, hanc quoque probat, ut Ἀπόλλων dictus sit, quasi ἀπελαύνων τὰς νόσους. Plato in *Cratylo*, quasi ἀπολούων, vel ἀπολύων, ὡς ἰατρὸς ὢν τῶν κακῶν. Clemens Deum unum hoc nomine indicari mavult, *Strom.* I. Ubi, Ἀπόλλων, inquit, μυστικῶς κατὰ στέρησιν τῶν πολλῶν νοούμενος, ὁ εἷς ἐστι θεός. Quam notationem probat etiam Chrysipp. apud Macrob. ut Latine sol quasi *solus* vocetur. Porphyrius infra, ἀπὸ τῆς ἀκτίνων πάλσεως Apollinis nomen arcessit.

Digitized by Google

est, in acerbis ac præliorum sociis casibus opem ferens, nominatus est; Apollo autem quasi ἀπαλλάττων et ἀπολύων, id est, morbis illis hominem liberans, quibus corpus laborare solet. Itaque ex ardentissimis astris et coruscante flamma succensis solem Apollinem, alterum vero, cujus ignea plane species est, Martem nuncuparunt. Neque sane alienum cuiquam videri debet, unam eamdemque deam et nuptiarum præsidem vocari, et Lucinæ Solisque matrem haberi. Nuptiarum quippe finis generatio est, generatio autem ex tenebris ad solem atque lucem quædam quasi progressio. Præclare igitur poeta cecinit,

Postquam ipsum in lucem partus Lucina levandi
Sollicita extulerat, solisque aspexerat auram.

Recte utique poeta ipsa quidem præpositione conjunctionem elisit, ut partus difficultatem oculis subjiceret; finem vero generationis statuit, solem intueri. Itaque una eademque dea ineundi quoque matrimonii auctor fuit, ut generationi viam aperiret. Sed enim operæ pretium, opinor, fuerit, simpliciorem quamdam fabulam hoc etiam loco narrare. Jovem quippe ferunt, quod minus Junoni cum ipso conveniret, eaque congressus declinandi causa latebras captaret, animi dubium, hacque illacque vagantem in Alalcomenem indigenam aliquando incidisse, ex quo ita demum se Junonem in fraudem impulsurum esse didicerit, si novas nuptias simularet. Ergo Alalcomene suam Jovi operam commodante, clam ab iis excisam ingentem et eximiam quercum fuisse, quam arte configuratam ac sponsæ cultu ornatam nominarint. Deinde Hymenæum quidem hunc in modum cecinisse. »

86 CAPUT II.

Carmen nuptiale.

« Tritonidas vero nymphas pelves attulisse, Bœotios denique tibias lautaque ac lasciva convivia præbuisse. Ista dum peragerentur, Junonem, quod rem diutius ferre non posset, ex Cithærone monte descendisse, magnaque Platæensium muliercularum turba stipatam, ad Jovem iracundiæ ac zelotypiæ stimulis agitatam accurrisse, continuoque simulatione patefacta et reconciliata cum Jove gratia, cum lætitia et hilaritate novæ nuptæ quamdam quasi conciliatricem fuisse, illudque honoris simulacro tribuisse, ut ejusmodi festum Dædala nominaret, tametsi urgente zelotypia ipsum postea licet inanime concremarit. Ac fabula quidem ita se habet; ejusdem vero sensus et ratio talis est. Junonis Jovisque dissidium aliud nihil quam elementorum intemperiem perturbationemque significat, dum convenienti ac mutua qualitatum proportione sublata, atque hujus in locum inæquabilitate ac discordia succedente, pristinam conjunctionem acerbiore pugna dissolvunt, ac præsentem huic universo pestem afferunt. Enimvero si Jupiter, id est calor, et ignea

(37) *Αὐτὰρ ἐπειδή.* Homer. *Il.* Π, v. 187. Sed in versu 2 legend. προφόωσδε. Quomodo autem τῇ προθέσει τὴν σύνθεσιν ἔθλιψε; Credo, quod particula δέ, quæ vel sola, vel cum altera πρό, vulgaris propositionis vice fungitur, eo loco posita, suaviorem orationis collocationem et nexum impediat. Cæterum de vocis hujus compositione, ita Eustath. *Il.* Π· Ἐν τῷ *προφόωσδε*, inquit, οὐ κατὰ τὸ παρέλκον ἡ πρόθεσις κεῖται, ἀλλὰ τὴν τοῦ βρέφους *πρόοδον* εἰς φῶς δηλοῖ· ἔνθα καὶ ἐφερευνευτικὸν τῆς *πρὸ* προθέσεως, τὸ προφόωσδε. At *Il.* T, ubi de Junone, quæ septimo mense Eurystheum in lucem excusserat, cum dixisset Homerus :

Αὐτὰρ (37) *ἐπειδὴ τόν γε μογοστόκος Εἰλείθυια*
Ἐξάγαγε πρὸς φῶσδε καὶ ἡλίου ἴδεν αὐγάς.

Εὖ ὁ ποιητὴς τῇ μὲν προθέσει τὴν σύνθεσιν ἔθλιψεν, ἐμφαίνων τὸ βεβιασμένον τῆς ὠδῖνος, τέλος δὲ τῆς γενέσεως ἐποίησεν ἥλιον ἰδεῖν. Οὐκοῦν ἡ αὐτὴ θεὸς ἐποίησε καὶ γάμον συνελθεῖν, ἵνα γένεσιν παρασκευάσῃ· δεῖ δὲ ἴσως καὶ τὸν εὐηθέστερον μῦθον εἰπεῖν. Λέγεται γὰρ ὁ Ζεὺς, τῆς Ἥρας αὐτῷ διαφερομένης μηκέτι ῥοιτᾶν εἰς τὸ αὐτὸ βουλομένης, ἀλλὰ κρυπτούσης ἑαυτὴν, ἀμηχανῶν καὶ πλανώμενος Ἀλαλκομένει τῷ αὐτόχθονι συντυχεῖν, καὶ διδαχθῆναι ὑπὸ τούτου, ὡς ἐξαπατητέον τὴν Ἥραν, σκεψάμενον γαμεῖν ἑτέραν. Συνεργοῦντος δὲ τοῦ Ἀλαλκομένους, κρύφα τεμόντας αὐτοὺς εὐκτέανον καὶ παγκάλην δρῦν, μορφῶσαί τε αὐτὴν καὶ καταστεῖλαι νυμφικῶς, Δαιδάλην προσαγορεῦσαντας. Εἶτα οὕτως ἀναμέλπεσθαι μὲν τὸν Ὑμέναιον. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Γαμήλιος ᾠδή.

« Λουτρὰ δὲ κομίζειν τὰς Τριτωνίδας νύμφας, αὐλοὺς δὲ καὶ κώμους τὴν Βοιωτίαν παρασχεῖν. Περιενομένων δὲ τούτων, οὐκέτι τὴν Ἥραν καρτερεῖν, ἀλλὰ καταβᾶσαν ἐκ τοῦ Κιθαιρῶνος, τῶν Πλαταιίδων αὐτῇ γυναικῶν ἑπομένων, ὑπ' ὀργῆς καὶ ζηλοτυπίας θέουσαν ἐλθεῖν πρὸς τὸν Δία, καὶ τοῦ πλάσματος φανεροῦ γενομένου, διαλλαγεῖσαν μετὰ χαρᾶς καὶ γέλωτος αὐτὴν νυμφαγωγεῖν· τιμὴν δὲ τῷ ξόανῳ προσθεῖναι, καὶ Δαίδαλα τὴν ἑορτὴν προσαγορεῦσαι· κατακαῦσαι δὲ ὅμως αὐτὸ, καίπερ ἄψυχον ὄν, ὑπὸ ζηλοτυπίας. Ὁ μὲν οὖν μῦθος τοιοῦτος· ὁ δὲ λόγος αὐτοῦ τοιόσδε. Ἥρας καὶ Διὸς διαφορὰ καὶ στάσις οὐδὲν ἄλλο πλὴν στοιχείων δυσκρασία καὶ τάραχός ἐστιν, ὅταν ἀλλήλοις μηκέτι (37') συμμετρῆται κατὰ κόσμον, ἀλλὰ καὶ ἀνωμαλίας καὶ τραχύτητος ἐγγενομένης, δυσμαχήσαντα λύσῃ τὴν κοινωνίαν καὶ φθορὰν τῶν ὅλων ἀπεργάσηται. Ἂν μὲν οὖν ὁ Ζεὺς, τουτέστιν ἡ θερμὴ καὶ πυρώδης δύναμις, αἰτίαν παράσχῃ τῆς διαφθορᾶς, αὐχμὸς τὴν γῆν καταλαμβάνει· ἐὰν δὲ περὶ τὴν Ἥραν, τουτέστι τὴν ὑγρὰν καὶ πνευματικὴν φύσιν, ὕβρις τις ἢ πλεονασμὸς γένηται, ῥεῦμα

(37') *Μηκέτι.* Mont., καὶ μηκέτι, recte. Cæterum tota hæc fabula pertexitur etiam a Pausania in *Bœotic.*, p. 284.

Digitized by Google

ἦλθε πολὺ, καὶ συνώμβρισε καὶ κατεκάλυσε (38) τὰ πάντα. Τοιούτου δέ τινος γενομένου καὶ περὶ τοὺς τότε χρόνους, καὶ μάλιστα τῆς Βοιωτίας βυθισθείσης, ὡς πρῶτον ἀνέδυ τὸ πεδίον, καὶ ἡ πλημμύρα ἐλώφησεν, ὁ μὲν ἐξ εὐδίας κόσμος τοῦ περιέχοντος ὁμοιοῖς (39) καὶ διαλλαγῇ τῶν θεῶν ἐλέχθη. Πρῶτον δὲ ἀνέσχεν ἐκ τῶν φυτῶν τῆς γῆς ἡ δρῦς, καὶ ταύτην ἠγάπησαν οἱ ἄνθρωποι, τροφῆς βίου καὶ σωτηρίας δαιμονίῳ παρασχοῦσαν· οὐ γὰρ μόνον τοῖς εὐσεβέσιν, ὡς Ἡσίοδός φησιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὑπολειφθεῖσι τῆς φθορᾶς,

A vis corruptioni causam præbuerit, terram æstus invadit; sin autem ex parte Junonis, hoc est humidæ flabilique naturæ, aliquid injuriæ et exsuperantiæ contigerit, immensa vis imbrium universa proluere atque obruere consuevit. Itaque cum aliquid ejusmodi temporibus illis accidisset; ipsaque maxime Bœotia aquarum vorticibus hausta esset, ut primum exstitit emersitque solum, et inundationis æstus remisit, ornatus ille ac species, quæ circumfusi aeris sudique cœli serenitatem est consecuta, consensio deorum ac reconciliatio nuncupata est. Planhomines, quod victum suppeditaret, salutemque

tarum vero princeps caput extulit quercus, eamque ipsam tueretur, adamarunt : quippe quæ non iis modo, qui pietatem ac religionem colant, ut Hesiodus loquitur, sed iis etiam, qui communem calamitatem effugerint,

Ἄκρη μέν τε φέρει βαλάνους, μέσση δὲ μελίσσας.»

Trunco fundat apes, summoque cacumine glandem.»

Ταῦτα μὲν ὁ Πλούταρχος. Ἡμεῖς δὲ ἔγνωμεν ἐκ B τῶν παρατεθειστῶν αὐτῷ φωνῶν, ὡς ἄρα καὶ ἡ θαυμαστὴ καὶ ἀπόῤῥητος φυσιολογία τῆς Ἑλληνικῆς θεολογίας θεῖον μὲν οὐδέν, οὐδέ τι μέγα καὶ θεοπρεπὲς, καὶ τῆς ἀναστάσεως (40) ἄξιον ἐπήγετο. Ἀκήκοας γὰρ τὴν Ἥραν τοτὲ μὲν Γαμήλιον ἀναγορευομένην, καὶ τὴν ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς συμβίωσιν δηλοῦσαν, τοτὲ δὲ τὴν γῆν πάλιν Ἥραν ὀνομαζομένην, τοτὲ δὲ τὴν ὑγρὰν οὐσίαν· τὸν δὲ Διόνυσον εἰς τὴν μέθην μετενηνεγμένον, εἰς νύκτα δὲ τὴν Λητὼ, καὶ τὸν ἥλιον εἰς Ἀπόλλωνα, καὶ αὐτόν γε τὸν Δία εἰς τὴν θερμὴν καὶ πυρώδη δύναμιν. Οὐκοῦν πρὸς τῇ τῶν μύθων ἀπρεπείᾳ, καὶ ἡ δοκοῦσα σεμνοτέρα διήγησις καὶ φυσιολογία οὐκ ἐπί τινας οὐρανίους νοερὰς καὶ θείας δυνάμεις, οὐδ' ἐπὶ λογικὰς καὶ ἀσωμάτους ἀνῆγεν οὐσίας· κάτω δὲ πάλιν καὶ αὐτὴ εἰς μέθας C καὶ γάμους καὶ ἀνθρώπεια πάθη, εἴς τε πῦρ, γῆν, καὶ ἥλιον, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς ὕλης στοιχεῖα κατέστρεφε τὰ μέρη τοῦ κόσμου, καὶ πλέον θεοποιοῦσα οὐδέν. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ Πλάτων οἶδεν. Ὁμολογεῖ γοῦν διαῤῥήδην ἐν τῷ *Κρατύλῳ* μηδὲν πλέον τῶν ὁρωμένων τοῦ κόσμου μερῶν τοὺς πρώτους τῶν περὶ τὴν Ἑλλάδα ἀνθρώπων ἐγνωκέναι· μόνους δὲ θεοὺς εἶναι τοὺς ἐν οὐρανῷ φωστῆρας, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν φαινομένων νομίσαι. Λέγει δ' οὖν ὧδε πρὸς λέξιν· « Φαίνονταί μοι οἱ πρῶτοι τῶν ἀνθρώπων περὶ τὴν Ἑλλάδα τούτους μόνους θεοὺς ἡγεῖσθαι, οὕσπερ νῦν πολλοὶ τῶν βαρβάρων, Ἥλιον καὶ Σελήνην, καὶ Γῆν, καὶ Ἄστρα, καὶ Οὐρανόν. » Ἀλλὰ τὰ μὲν Ἑλληνικὰ τοιαῦτα· ἴδωμεν δὲ καὶ τὰ τούτων παλαίτατα· ἦν δὲ τὰ Αἰγύπτια. Τὴν D Ἶστν φασὶ καὶ τὸν Ὄσιριν, τὸν ἥλιον εἶναι καὶ τὴν σελήνην· καὶ Δία μὲν τὸ διὰ πάντων χωροῦν πνεῦμα· Ἥφαιστον δὲ τὸ πῦρ· τὴν δὲ γῆν, Δήμητραν ἐπονομάσαι· Ὠκεανόν τε τὸν ὑγρὸν νομίζεσθαι παρ' Αἰγυ-

Hactenus Plutarchus; ex cujus profecto **87** verbis intelligimus nihil omnino magni, quodque vel divinitatem sapiat, vel ostentari magnopere debeat, præclara ista reconditaque Græcæ theologiæ naturali explicatione contineri. Quippe, Junonem enim audiisti modo Pronubam appellari, quasi mutuam viri et uxoris vitæ communionem significet; modo terram, modo humidam naturam eamdem vocari : Bacchum vero ad ebrietatis, Latonam ad noctis, solem ad Apollinis, ipsumque adeo Jovem ad calidæ et igneæ vis significationem rationemque traduci. Ergo præter fabularum indignitatem, ipsa quoque gravior, uti videbatur, earum interpretatio ac physiologia, non jam vel ad cœlestes ullas, intelligentes divinasque facultates, vel ad naturas aliquas ratione præditas, et ab omni corporum concretione sejunctas evehebat; sed deorsum vergens, aut in crapulam, nuptias, et humanas cupiditates, aut in ignem, terram, solem ac reliqua elementa in materiam immersa, mundique partes extremo quasi actu desinebat, nullique præterea rei divinitatem tribuebat. Atque hoc ipse quoque Plato intellexit. Enimvero diserte fatetur in *Cratylo*, præter istas quæ sub aspectum cadunt mundi partes, nihil eos omnino, qui Græciam principes tenuerant, cognovisse, ac sola cœli astra, et cætera, quæ phænomena vocantur, deos putasse. Sic enim ad verbum loquitur : « Qui Græciam primi habuere, ii videntur mihi deos tantum illos existimasse, quos etiamnum barbarorum plerique arbitrantur, Solem, Lunam, Terram, Astra, Cœlum. » Hujusmodi ergo sunt, quæ a Græcis de numinum suorum natura commemorantur. Nunc autem Ægyptiorum etiam fabulas longe Græcis antiquiores videamus. Aiunt itaque, Osiridem solem

(38) *Κατεκάλυσε*. Legendum videtur κατέκλυσε, vel κατεκάλυψε.

(39) *Ὁμοιοῖς*, etc. Malim ὁμόνοια καὶ διαλλαγὴ τῶν θεῶν ἐλέχθη.

(40) *Ἀναστάσεως*. Omnino legendum videtur ἀνατάσεως, ut infra, ubi de præstigiatorum carminibus ad speciem et ostentationem compositis, ait : Πολλῷ δὲ τῷ τῆς ἀνατάσεως κόμπῳ, τῷ τε πεπλασμένῳ τύπῳ τῆς θεοφορίας ἐσχηματισμένα. Vulgo quidem, *ἀνάτασις* ἀντὶ τῆς *ἀπειλῆς* sumitur, ut *ἀνατείνεσθαι* ἀντὶ τοῦ *ἀπειλεῖν*. Sed tamen, ut ἀνατείνεσθαι, sic et ἀνάτασις, ὑπερήφανόν τι καὶ σοβαρὸν, καὶ ἀγέρωχον non minus eleganter significat. Porro, ubi ἀνάτασις pro comminatione usurpatur, vulgaris etiam hic error est, ut ἀνάστασις legatur. Athæneus lib. IV, p. 157 C : Διὸ, πάντας εὐλαβουμένους τὴν τῶν κυρίων ἀνάστασιν, φοβεῖσθαι τοῦ ζῆν ἐκόντας (non ἑκόντες) ἐκβῆναι. Ideoque omnes, uti dominorum (s. deorum) comminationem effugiant, voluntaria morte vitam abjicere formidare. Ubi optime Casaubonus (vir magnus, si Catholicus fuisset) legit ἀνάτασις, cap. 14 *Animadvers.* in eum lib. Quo loco aliquot alia similis erroris exempla suppeditat.

Digitized by Google

esse, Isidem vero lunam ; Jovem spiritum cuncta pervadentem, Vulcanum ignem, terram Cererem : Oceanum humorem, ac Nilum eorum fluvium, cui ipsas quoque deorum procreationes attribuunt : aerem denique Minervam ab iisdem nominari ferunt. Atque hos quinque deos, Aerem videlicet, Aquam, Ignem, Terram, ac Spiritum, orbem universum percurrere, varias subinde hominum et omnis generis animantium figuras ac vultus induentes, quorum nomina cum aliquot hominibus morti obnoxiis, et in Ægypto natis communicata fuerint, 88 quos utique Solem, Saturnum, Rheam, Jovem, Junonem, Vulcanum, Vestamque cognominarunt. Quæ Manethus quidem omnia fusius uberiusque persequitur, summatim vero Diodorus in eo, quod supra laudavimus, *Historiarum* opere ad verbum ita comprehendit.

A πτίοις, καὶ τὸν παρ' αὐτοῖς ποταμὸν Νεῖλον, ᾧ καὶ τὰς τῶν θεῶν ἀναθεῖναι γενέσεις· τὸν δὲ ἀέρα φασὶν αὐτοὺς προσαγορεύειν Ἀθηνᾶν. Τούτους δὲ τοὺς πέντε θεοὺς, τὸν Ἀέρα λέγω, καὶ τὸ Ὕδωρ, τό τε Πῦρ καὶ τὴν Γῆν, καὶ τὸ Πνεῦμα, πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐπιπορεύεσθαι, ἄλλοτε ἄλλως εἰς μορφὰς καὶ ἰδέας ἀνθρώπων τε καὶ παντοίων ζώων σχηματιζομένους· καὶ τούτων ὁμωνύμους παρ' αὐτοῖς Αἰγυπτίοις γεγονέναι θνητοὺς ἀνθρώπους, Ἥλιον, καὶ Κρόνον, καὶ Ῥέαν, ἔτι δὲ καὶ Δία, καὶ Ἥραν, καὶ Ἥφαιστον, καὶ Ἑστίαν ἐπονομασθέντας. Γράφει δὲ καὶ τὰ περὶ τούτων πλατύτερον μὲν ὁ Μάνεθως· ἐπιτετμημένως δὲ ὁ Διόδωρος ἐν τῇ προλεχθείσῃ αὐτοῦ γραφῇ, ὧδέ πως ἱστορῶν κατὰ λέξιν.

CAPUT III.

De allegorica Ægyptiorum theologia.

« Utrumque deum, Solem, inquit, ac Lunam, quos Ægyptii Osiridis Isidisque nomine significant, orbem universum regere ac moderari, resque omnes tribus distinctis anni tempestatibus alere atque augere statuunt, vere, æstate, et hieme, quæ suas singulæ conversiones aspectum fugiente motu conficiant, ac plurimum inter sese natura dissidentes, summa tamen et opportunissima consensione integrum annum absolvant. Atque horum deorum ejusmodi esse naturam, quæ multum ad tribuendam rebus omnibus vim generandi fecundiorem per sese conferat ; Solis quidem, igneo calori, ac spiritui ; Lunæ vero, humori et siccitati ; utriusque demum communi virtute, Aeri. Horum præterea beneficio procreari ac vegetari cuncta : ideoque totum hujus universi naturæ corpus Solis ac Lunæ conjunctione consistere, cujus partes quinque illæ sint, quas ante nominavimus, spiritus, ignis, siccum, humidum, postremoque aerium : ut quemadmodum in homine, caput, manus, pedes ac cætera membra numeramus, ita plane integrum hujus mundi corpus ex illis partibus coagmentetur. Jam vero, qui homines in Ægypto plano et articulato sermone principes usi fuerint, eos partium illarum quamlibet deum arbitratos esse, propriaque ac singularum naturæ convenienti appellatione donasse ; ac spiritum quidem, ipsa vocis interpretatione Jovem nominasse, qui quod animalis facultatis, quæ animantis inest, auctor esset, eumdem idcirco rerum omnium

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ.

Περὶ τῆς Αἰγυπτίων ἀλληγορουμένης θεολογίας.

« Τούτους (41) δὲ τοὺς θεοὺς, τὸν Ἥλιον, φησὶ, καὶ τὴν Σελήνην, Ὄσιριν ὄντας κατ' Αἰγυπτίους καὶ Ἶσιν, τὸν σύμπαντα κόσμον διοικεῖν, τρέφοντάς τε καὶ αὔξοντας πάντα τριμερέσιν ὥραις, ἀοράτῳ κινήσει τὴν περίοδον ἀπαρτιζούσαις, τῇ τε ἐαρινῇ, καὶ θερινῇ, καὶ χειμερινῇ· ταύτας δὲ ἐναντιωτάτην ἀλλήλαις τὴν φύσιν ἐχούσας ἀπαρτίζειν τὸν ἐνιαυτὸν ἀρίστῃ συμφωνίᾳ· φύσιν δὲ συμβάλλεσθαι πλείστην (42) εἰς τὴν τῶν ἁπάντων ζωογονίαν τῶν θεῶν τούτων· τὸν μὲν, πυρώδους, καὶ πνεύματος· τὴν δὲ, ὑγροῦ καὶ ξηροῦ· κοινῇ δ' ἀμφοτέρους, Ἀέρος· καὶ διὰ τούτων πάντα γεννᾶσθαι καὶ τρέφεσθαι. Διὸ καὶ τὸ μὲν ἅπαν σῶμα τῆς τῶν ὅλων φύσεως ἐξ Ἡλίου καὶ Σελήνης ἀπαρτίζεσθαι, τὰ δὲ τούτων μέρη, πέντε τὰ προειρημένα, τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ πῦρ, τὸ ξηρὸν, ἔτι δὲ τὸ ὑγρὸν, καὶ τὸ τελευταῖον τὸ ἀερῶδες· ὥσπερ ἐπ' ἀνθρώπου κεφαλὴν καὶ χεῖρας καὶ πόδας, καὶ τὰ ἄλλα μέρη καταριθμούμενα, τὸν αὐτὸν τρόπον τὸ σῶμα τοῦ κόσμου συγκεῖσθαι πᾶν ἐκ τῶν προειρημένων. Τούτων δ' ἕκαστον θεὸν νομίσαι, καὶ προσηγορίαν ἰδίαν ἑκάστῳ θεῖναι κατὰ τὸ οἰκεῖον, τοὺς πρώτους διαλέκτῳ χρησαμένους διηρθρωμένῃ τῶν κατ' Αἴγυπτον ἀνθρώπων. Τὸ μὲν οὖν πνεῦμα Δία προσαγορεῦσαι, μεθερμηνευομένης τῆς λέξεως· ὃν, αἴτιον ὄντα τοῦ ψυχικοῦ τοῖς ζώοις, ἐνόμισαν ὑπάρχειν πάντων οἱονεί τινα πατέρα. Συμφωνεῖν δὲ τούτοις φασὶ καὶ τὸν ἐπιφανέστατον παρ' Ἕλλησι ποιητῶν ἐπὶ τοῦ θεοῦ τοῦτο λέγοντα·

Parens hominumque deumque.

Ignem autem simili nominis explicatione Vulcanum appellasse, quod 89 ipsum magnum aliquem esse deum, rerumque omnium generationem ac justum perfectumque incrementum plurimum juvare existimarent. Præterea terram, quod eam rerum nascentium quoddam quasi vas et conceptaculum esse censerent, Matrem vocasse, quam ipsi quoque Græci Δήμητρα (hoc est Cererem) nuncupare soleant, idque levi tantum aliqua prioris appellationis mu-

Πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Τὸ δὲ πῦρ μεθερμηνευόμενον, Ἥφαιστον ὀνομάσαι, νομίσαντας μέγαν εἶναι θεὸν καὶ πολλὰ συμβάλλεσθαι πᾶσιν εἰς γένεσιν καὶ τελείαν αὔξησιν. Τὴν δὲ γῆν, ὥσπερ ἀγγεῖόν τι τῶν φυομένων ὑπολαμβάνοντας, Μητέρα προσαγορεῦσαι· καὶ τοὺς Ἕλληνας δὲ ταύτην παραπλησίως Δήμητραν καλεῖν, βραχὺ μετατεθείσης διὰ τὸν χρόνον τῆς λέξεως· τὸ γὰρ παλαιὸν ὀνομάζεσθαι τὴν γῆν μητέρα, καθάπερ καὶ τὸν Ὀρφέα προσμαρτυρεῖν λέγοντα·

(41) *Τούτους*. Diodorus Siculus lib. I, pag. 11, novæ edit., antiquæ vero 7.

(42) *Πλείστην*. Alter ex mss. πλεῖστα, recte, meo judicio.

Digitized by Google

tatione, cum eamdem olim Γῆν Μητέρα Terram Matrem nominarent, ut ipsemet Orpheus hoc versu testatum reliquit:

Γῆ μῆτερ πάντων, Δημήτηρ πλουτοδότειρα. A *Rerum Terra parens, Mater Ceres alma bonorum.*

Τὸ δ' ὑγρὸν ὀνομάσαι λέγουσι τοὺς παλαιοὺς Ὠκεανόν· ὃ μεθερμηνευόμενον μὲν εἶναι τροφῆς (43) μητέρα· παρ' ἐνίοις δὲ τῶν Ἑλλήνων Ὠκεανὸν ὑπάρχειν ὑπειλῆφθαι· περὶ οὗ καὶ τὸν ποιητὴν λέγειν·

Humidum autem Oceanum a veteribus nuncupatum esse tradunt, eamque vocem, si interpretari velis, alimenti matrem significare, Græcosque nonnullos illud ipsum Oceani nomen eumdem in sensum usurpasse arbitrantur; de quo etiam ita vates cecinerit,

Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα Τηθύν·

Oceanumque deorum ortum, Tethynque parentem.

οἱ γὰρ Αἰγύπτιοι νομίζουσιν Ὠκεανὸν εἶναι τὴν παρ' αὐτοῖς ποταμὸν Νεῖλον, πρὸς ᾧ (44) καὶ τὰς τῶν θεῶν γενέσεις ὑπάρξαι. Τῆς γὰρ πάσης οἰκουμένης κατὰ μόνην τὴν Αἴγυπτον εἶναι πόλεις πολλὰς ὑπὸ τῶν ἀρχαίων θεῶν ἐκτισμένας· οἷον Διὸς, Ἡλίου, Ἑρμοῦ, Ἀπόλλωνος, Πανὸς, Εἰληθυίας, ἄλλων πλειόνων. Τὸν δὲ ἀέρα προσαγορεῦσαί φασιν Ἀθηνᾶν, B μεθερμηνευομένης τῆς λέξεως, καὶ Διὸς θυγατέρα γε νομίσαι ταύτην, καὶ παρθένον ὑποστήσασθαι, διά τε τὸ ἄφθορον εἶναι φύσει τὸν ἀέρα, καὶ τὸν ἀκρότατον ἐπέχειν τοῦ σύμπαντος κόσμου τόπον· διόπερ ἐκ τῆς κορυφῆς τοῦ Διὸς μυθολογηθῆναι γενέσθαι ταύτην. Ὀνομάσθαι δὲ αὐτὴν καὶ Τριτογένειαν (45), ἀπὸ τοῦ τρὶς μεταβάλλειν τὴν φύσιν αὐτῆς κατ' ἐνιαυτὸν, ἔαρος, θέρους, καὶ χειμῶνος. Λέγεσθαι δὲ αὐτὴν καὶ Γλαυκῶπιν, οὐχ ὥσπερ ἔνιοι τῶν Ἑλλήνων ὑπέλαβον ἀπὸ τοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ γλαυκοὺς ἔχειν· τοῦτο μὲν γὰρ εὔηθες ὑπάρχειν· ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ τὸν ἀέρα τὴν πρόσοψιν ἔχειν ἔγγλαυκον. Φασὶ δὲ τοὺς πέντε θεοὺς τοὺς προειρημένους τὴν πᾶσαν οἰκουμένην ἐπιπορεύεσθαι, φανταζομένους τοῖς ἀνθρώποις ἐν ἱερῶν ζώων μορφαῖς, ἔστι δ' ὅτε καὶ εἰς ἀνθρώπων C ἰδέας, ἢ τινων ἄλλων μεταβάλλοντας· καὶ τοῦτο μὴ μυθώδες ὑπάρχειν, ἀλλὰ δυνατὸν, εἴπερ οὗτοι πρὸς ἀλήθειάν εἰσιν οἱ πάντα γεννῶντες. Καὶ τὸν ποιητὴν δ' εἰς Αἴγυπτον παραβαλόντα, καὶ μετασχόντα παρὰ τῶν ἱερέων τῶν τοιούτων λόγων, θεῖναί που κατὰ ποίησιν τὸ προειρημένον, ὡς γινόμενον·

Quippe enim Ægyptii Oceanum Nilum fluvium suum esse putant, cui deorum quoque generationes assignant. Nam ex omnibus terrarum partibus oppida in una Ægypto ab antiquis diis condita esse plurima, cujusmodi sunt, Jovis, Solis, Mercurii, Apollinis, Panis, Lucinæ, aliorumque complurium. Quod aerem spectat, illum ab iisdem, vi nominis interpretatione declarata, Minervam appellatum, hanc vero Jovis filiam, simulque virginem habitam fuisse dicunt; quod aer nec ullam suapte natura corruptionem subeat, et supremam totius mundi sedem ac regionem obtineat: atque hanc fuisse causam, cur Minerva Jovis ex vertice nata fingeretur. Eamdem porro Τριτογένειαν quasi ter genitam vulgo nominari, quod ter singulis annis, vere, æstate, et hyeme aeris natura mutetur; γλαυκῶπιν vero, non quod cæsiis oculis prædita esset, ut Græcorum aliqui putavere; id enim crassæ nimium simplicitatis esse; sed quod aer cæsium plane ac cæruleum colorem spectantibus præ se ferre videatur. Hos igitur quinque deos Terram aiunt lustrare universam, hominibusque modo sacrarum animantium figura, modo hominum vultu, modo alia quadam specie tectos sese videndos interdum præbere. Atque id nequaquam fabulosum esse, sed omnino fieri posse confirmant, cum illi sint, a quibus omnia reapse procreentur; adeoque poetam cum in Ægyptum appulisset, **90** ac sermones ejusmodi cum eo sacerdotes communicassent, quasi rem fieri solitam quodam suæ poseos loco ita celebrasse,

Καί τε (46) θεοὶ ξείνοισιν ἐοικότες ἀλλοδαποῖσι,
Παντοῖοι τελέθοντες ἐπιστρωφῶσι πόληας
Ἀνθρώπων, ὕβριν τε καὶ εὐνομίην ἐφορῶντες.

Quin etiam interdum peregrino numina cultu,
Mille novis lustrare solent nostra oppida formis,
Fasque nefasque simul propiori lumine cernunt.

C σοφίας θεολόγου νοήματα δεικνὺς, οἷς καὶ τὸν Θεὸν, καὶ τοῦ Θεοῦ τὰς δυνάμεις διὰ εἰκόνων συμφύλων αἰσθήσει ἐμήνυσαν ἄνδρες τὰ ἀφανῆ φανεροῖς ἀποτυπώσαντες (71) πλάσμασι, τοῖς καθάπερ ἐκ βίβλων τῶν ἀγαλμάτων ἀναλέγειν τὰ περὶ θεῶν μεμαθηκόσι γράμματα. Θαυμαστὸν δὲ οὐδὲν ξύλα καὶ λίθους ἡγεῖσθαι τὰ ξόανα τοὺς ἀμαθεστάτους, καθὰ δὴ καὶ τῶν γραμμάτων οἱ ἀνόητοι λίθους μὲν ὁρῶσι τὰς στήλας, ξύλα δὲ τὰς δέλτους, ἐξυφασμένην δὲ πάπυρον τὰς βίβλους.» Τοιαῦτα ὡς ἐν προοιμίῳ κατακομπήσας, ἅπερ οἶμαι προῖών ἐξῆς γράφει πρὸς λέξιν. « Φωτοειδοῦς δὲ ὄντος τοῦ θείου, καὶ ἐν πυρὸς αἰθερίου περιχύσει διάγοντος, ἀφανοῦς τε τυγχάνοντος αἰσθήσει περὶ θνητὸν τὸν βίον ἀσχόλῳ· διὰ μὲν τῆς διαυγοῦς ὕλης, οἷον χρυστάλλου, ἢ Παρίου λίθου, ἢ καὶ ἐλέφαντος, εἰς τὴν τοῦ φωτὸς αὐτῶν (72) ἔννοιαν ἐνῆγε· διὰ δὲ τῆς τοῦ χρυσοῦ εἰς τὴν τοῦ πυρὸς διανόησιν, καὶ τὸ ἀμίαντον αὐτοῦ, ὅτι χρυσὸς οὐ μιαίνεται. Πολλοὶ δὲ αὖ καὶ μέλανι λίθῳ τὸ ἀφανὲς αὐτοῦ τῆς οὐσίας ἐδήλωσαν· καὶ ἀνθρωποειδεῖς μὲν ἀπετύπουν τοὺς θεοὺς, ὅτι λογικὸν τὸ θεῖον· καλοὺς δὲ, ὅτι κάλλος ἐν ἐκείνοις ἀκήρατον· διαφόροις δὲ σχήμασι καὶ ἡλικίαις, καθέδραις τε καὶ στάσεσι, καὶ ἀμφιάσεσι· καὶ τοὺς μὲν ἄρρενας, τὰς δὲ θηλείας, καὶ παρθένους, καὶ ἐφήβους, ἢ γάμου πεῖραν εἰληφότας, εἰς παράστασιν αὐτῶν τῆς διαφορᾶς. Ὅθεν πᾶν τὸ λευκὸν τοῖς οὐρανίοις θεοῖς ἀπένεμαν, σφαῖράν τε καὶ τὰ σφαιρικὰ πάντα, ἰδίως τε κόσμῳ καὶ ἡλίῳ καὶ σελήνῃ, ἔσθ' ὅπου δὲ καὶ τύχῃ καὶ ἐλπίδι· κύκλον δὲ καὶ τὰ κυκλικὰ αἰῶνι καὶ τῇ κατ' οὐρανὸν κινήσει, ταῖς τε ἐν αὐτῷ ζώναις καὶ τοῖς κύκλοις· κύκλων δὲ τμήματα τοῖς σχηματισμοῖς τῆς σελήνης· πυραμίδας δὲ καὶ ὀβελίσκους τῇ πυρὸς οὐσίᾳ, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τοῖς Ὀλυμπίοις θεοῖς· ὥσπερ αὖ κῶνον μὲν ἡλίῳ, γῇ δὲ κύλινδρον, σπορᾷ δὲ καὶ γενέσει φάλητα καὶ τὸ τρίγωνον σχῆμα, διὰ τὸ μόριον τῆς θηλείας. » Ταῦτα ὁ θαυμαστὸς φιλόσοφος· ὧν τί ἂν γένοιτο ἀσχημονέστερον τὰ αἰσχρὰ σεμνολογούντων; τί δὲ βιαιότερον τὰς ἀψύχους ὕλας, χρυσὸν καὶ

(70) *Φθέγξομαι.* Hic Porphyrii locus non exstat.

(71) Ἀποτυπώσαντες. Mont. et alter ms., ὑποτυπώσαντες.

(72) Αὐτῶν. Alter e mss., αὐτοῦ, recte.

Digitized by Google

λίθους, καὶ τὰ τοιαῦτα, εἰκόνας φέρειν τοῦ φωτὸς τῶν θεῶν, καὶ τῆς οὐρανίου καὶ αἰθερίου φύσεως ὀηλώματα φάσκειν; Ὅτι δὲ τῶν νέων ἐστὶ ταῦτα σοφίσματα, μηδ' ὄναρ τῶν παλαιῶν εἰς ἐνθύμησιν ἐλθόντα, γνοίης ἂν μαθὼν, ὅτι καὶ ἀπόδλητα ἦν παρὰ τοῖς προτέροις τὰ διὰ χρυσοῦ καὶ τῆς νομιζομένης πολυτελεστέρας ὕλης ξόανα. Λέγει δ' οὖν Πλούταρχος ὧδέ πη κατὰ λέξιν.

A ram et cuncta sphærica mundi quidem, solis ac lunæ propria, sed tamen iis aliquando eum fortuna et spe communia esse voluerunt : circulum vero quæque circularis erant figuræ, partim æternitati, partim cœli motui, ejusdemque zonis ac circulis ; circulorum autem sectiones variis lunæ figuris : pyramides et obeliscos ignis naturæ, eademque de causa Olympiis quoque diis, ut conum præterea soli, terræ cylindrum, semini ac generationi effigiem veretri, figuramque triangularem propter verecundum feminæ membrum tribuerunt. » Hæc egregius singularisque philosophus, quibus quid fœdius ac turpius dici possit, cum per ea res etiam turpissimæ verbis graviter ac magnifice prædicentur? quid porro coactum magis, quam inanimas quasdam materias, aurum, lapides, cæteraque id genus, lucis ac deorum imagines, aut cœlestis ætheriæque naturæ simulacra præ se ferre? Cæterum hæc sophismata a nuperis quibusdam invecta esse, de quibus 99 ne per somnium quidem veteres cogitarint, vel ex eo intelligas, quod prisci illi homines confecta ex auro aut alia quadam materia, quæ pluris æstimari solet, simulacra rejicerent. Atque id Plutarchus sic ad verbum alicubi testatum reliquit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Περὶ τῆς παλαιᾶς τῶν ξοάνων κατασκευῆς καὶ ἱδρύσεως.

« Ἡ δὲ (73) τῶν ξοάνων ποίησις ἀρχαῖον ἔοικεν εἶναί τι καὶ παλαιὸν, εἴ γε ξύλινον μὲν ἦν τὸ πρῶτον εἰς Δῆλον ὑπὸ Ἐρισίχθονος Ἀπόλλωνι ἐπὶ τῶν θεωρίων ἄγαλμα· ξύλινον δὲ τὸ τῆς Πολιάδος ὑπὸ τῶν αὐτοχθόνων ἱδρυθὲν, ὃ μέχρι νῦν Ἀθηναῖοι διαφυλάττουσιν. Ἥρας δὲ καὶ Σάμιοι ξύλινον εἶχον εἶδος, ὥς φησι Καλλίμαχος· Οὔπω (74) σκέλμιον ἔργον εἰς ξόανον, ἀλλ' ἐπὶ τεθμὸν δὴ νεόγλυφον, ὦναξ, θεᾶς ἧσθα σανίς· ὧδε γὰρ καθιδρύοντο θεοὺς τότε. Καὶ γὰρ Ἀθήνης ἐν Λίνδῳ Δαναὸν λεῖον ἔθηκεν ἔδος. Λέγεται δὲ Πείρας (75) ὁ πρῶτος Ἀργολίδος Ἥρας ἱερὸν εἰσάμενος, τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα Καλλίθυιαν ἱέρειαν καταστήσας, ἐκ τῶν περὶ Τίρυνθα δένδρων ὄγχνην τεμὼν εὐκτέανον, Ἥρας ἄγαλμα μορφῶσαι. Πέτραν μὲν γὰρ εἰς θεοῦ κόπτειν εἰκόνα, σκληρὰν καὶ δύσεργον καὶ ἄψυχον, οὐκ ἐδούλοντο· χρυσὸν δὲ καὶ ἄργυρον ἠγοῦντο γῆς ἀκάρπου καὶ διεφθαρμένης χρώματα νοσώδη (76), καὶ κηλίδας ἐξανθεῖν, ὥσπερ μώλωπας ὑπὸ πυρὸς ῥαπισθείσης· ἐλέφαντι δὲ παίζοντες μὲν ἔσθ' ὅπου προσεχρῶντο ποικίλματι τρόφῆς (77). » Ταῦτα ὁ Πλούταρχος· καὶ τούτου δὲ πολὺ πρότερον ὁ Πλάτων οὐδὲν εἶναι σεμνὸν, οὐδὲ προσοικὸς θείᾳ φύσει ἐν χρυσῷ, καὶ λίθοις, καὶ ἐλέφαντι, τοῖς τε ἐξ ὕλης ἀψύχου κατασκευάσμασιν εὖ μάλα εἰδὼς, ἐπάκουσον ἐν τοῖς *Νόμοις* ὁποῖα διατάττεται· « Γῆ μὲν οὖν ἐστία τε οἰκήσεως, ἱερὰ πᾶσι πάντων θεῶν· μηδεὶς οὖν δευτέρως ἱερὰ καθιερούτω θεοῖς. Χρυσὸς δὲ καὶ ἄργυρος ἐν ἄλλαις πόλεσιν ἰδίᾳ

B

CAPUT VIII.

De prisca simulacra conficiendi statuendique ratione.

« Prisca vero ac pervetusta habeatur fingendorum simulacrorum consuetudo. Illud certe quidem, quod in Delo primum ab Eresichthone solemnioribus Atticæ pompæ diebus consecratum Apollini signum est, ligneum erat : itemque ligneum aliud ab indigenis ipsis Minervæ Urbicæ positum, quod Athenienses hodieque servant. Quin et Samii quoque ligneam Junonis effigiem habuere, ut scribit Callimachus. . . . . Piras vero princeps Junonis Argolicæ templum posuisse fertur, et Callithyiam filiam ejus sacerdotem fecisse, atque ex Tiryntiis arboribus sectam C pyrum silvestrem in elegantem ac politam Junonis imaginem configurasse. Nam lapidem quidem ipsi, quippe rem duriorem minusque arti obsequentem animaque carentem, in numinis effigiem scalpendo conformare nolebant : aurum autem atque argentum sterilis ac vitiati soli morbosos colores esse, ac sordes quasdam et maculas ex terra ignis ardore percussa, vibicum instar exsistere arbitrabantur : ebore vero interdum sane utebantur, sed joco solum, et quasi ad aliquam deliciarum ac lautitiarum varietatem. » Hæc Plutarchus, eoque longe antiquior Plato nihil nec in auro, nec in lapidibus, nec in ebore, nec in ullo prorsus opere, quod ex inanimi materia conflatur, esse pronuntiat, quod vel paulo augustius, vel naturæ divinæ aptum, ac simile haberi possit. Tu ergo, qui hominem, homi-

(73) *Ἡ δέ.* Locus hic Plutarchi non reperitur, nec sequentes Callimachi versus.

(74) *Οὔπω.* Prius hoc Callimachi distichum mihi quidem ἀνίατον. Ex eo tantum utcunque discimes, rudem tabulam aut asserem, hoc simulacrum fuisse. Posterius distichum facilius est; tantum loco Δαναὸν, reponendum ex altero ms., Δαναός. Lindus autem urbs fuit in Rhodo insula. Sensus igitur est, tum, id est olim, eo modo erectos fuisse positosque deos, hoc est ligneos : Danaumque Lindi, lævæ Palladis simulacrum, hoc est, ut quidem existimo, lævigatum pro simulacro lignum posuisse. Nisi dicamus, cum rudes prius informesque stipites erigerentur, primum a Danao Minervæ simulacrum, ex ligno illud quidem, sed lævi ac polito, constitutum fuisse.

(75-76) *Χρώματα νοσώδη.* Hoc etiam asperius est, quam quod Bernard habet serm. 4 *de Adventu : Aurum et argentum*, inquit, *nonne terra est rubra et alba, quam solus hominum error facit, aut magis reputat, pretiosam?*

(77) *Τροφῆς.* Error manifestus, pro *τρυφῆς*, ut habent manuscr., licet Mont. adnotet al. scriptum esse *μορφῆς*.

Digitized by Google

nisque sensum apprime nosti, accipe, quid in *Legibus* hac de re præcipiat : « Terra, inquit, focique domestici cunctis hominibus deorum omnium templa sunt : nemo igitur secunda diis templa consecrato. Nam aurum quidem et argentum apud alias civitates, tam privatim quam in templis ipsis, invidiosa possessio est ; ebur autem corporis anima spoliati minus sanctum purumque donum : ferrum denique et æs bellorum instrumenta. » Atque his equidem Porphyrianæ physiologiæ vanitatem manifesto argui ac refelli puto. Age tamen, ergo, quemadmodum Porphyrius iste prosequatur.

A τε καὶ ἐν ἱεροῖς ἐπίφθονόν ἐστι κτῆμα· ἔλέφας δὲ ἀπολελοιπότος ψυχὴν σώματος οὐκ εὐαγὲς ἀνάθημα· σίδηρος δὲ καὶ χαλκὸς πολέμων ὄργανα. » Ταῦτα δὲ σαφῆ περιέχειν ἡγοῦμαι τῆς προτεθείσης ἀνατροπὴν φυσιολογίας· ἧς φέρε καὶ τὰ λοιπὰ ἐπιθεωρήσωμεν. Ἐπάκουσον οὖν, οἷά φησιν.

100 CAPUT IX.

Continuatio theologiæ Græcorum et Ægyptiorum allegoriis explicatæ.

« Attende mihi porro, inquit, Græcorum sapientiam, itaque tecum ipse cogita. Quippe, cum illi Jovem hujus mundi mentem esse crederent, quæ, mundum ipsum in sese complexa, quidquid eo continetur procrearit ; quæ sequuntur, ex Orphei petita carminibus, in theologiæ suæ libris de illo tradiderunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Ἔτι περὶ τῆς ἀλληγορουμένης Ἑλλήνων καὶ Αἰγυπτίων θεολογίας.

« Ὅρα δὲ τὴν τῶν Ἑλλήνων σοφίαν, οὑτωσὶ διασκοπούμενος. Τὸν γὰρ Δία τὸν νοῦν τοῦ κόσμου ὑπολαμβάνοντες, ὃς τὰ ἐν αὐτῷ ἐδημιούργησεν ἔχων τὸν κόσμον, ἐν μὲν ταῖς θεολογίαις ταύτῃ περὶ αὐτοῦ παραδεδώκασιν οἱ τὰ Ὀρφέως εἰπόντες.

Princeps postremusque Jovis, qui fulmine candet.
Ille caput, mediumque simul, cui cuncta creantur.

Ζεὺς πρῶτος γένετο, Ζεὺς ὕστατος, ἀργικέραυνος,
Ζεὺς κεφαλή, Ζεὺς μέσσα, Διὸς δ' ἐκ πάντα τέ-
[τυκται.

Mas natus Jovis est, natus Jovis integra virgo.
Ille solum, ac cæli stellatos sustinet axes.
Rex idem, rerumque parens, et originis auctor.

Ζεὺς ἄρσην γένετο, Ζεὺς ἄφθιτος ἔπλετο νύμφη.
Ζεὺς πυθμὴν γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος.
Ζεὺς βασιλεύς, Ζεὺς αὐτὸς ἁπάντων ἀρχιτέ-
[κτων.

Unica vis, dæmonque unus, qui cuncta gubernat,

Ἷν κράτος, εἷς δαίμων γένετο, μέγας ἀρχὸς
[ἁπάντων,

Omniaque hæc unus regali in corpore claudit,

Ἷν δὲ δέμας βασίλειον, ἐν ᾧ τάδε πάντα κυ-
[κλεῖται,

Ignem, undam, terras, æthram, noctemque, diemque,

Πῦρ καὶ ὕδωρ, καὶ γαῖα, καὶ αἰθὴρ, νύξ τε καὶ
[ἦμαρ,

Consilium, ac primum genitorem, et numen amoris,

Καὶ μῆτις, πρῶτος γενέτωρ, καὶ ἔρως πολυ-
[τερπής·

Hæc Jovis immenso sub corpore cuncta coercet.
Atque hujus caput eximium, vultusque decoros,

Πάντα γὰρ ἐν μεγάλῳ Ζηνὸς τάδε σώματι κεῖται.
Τοῦ δή τοι κεφαλὴν μὲν ἰδεῖν (78), καὶ καλὰ πρόσ-
[ωπα,

Irradians cœlum videas, cui pendula circum
Aureaque astrorum multo se lumine fundit
Cæsaries ; geminumque alto stat vertice cornu
In tauri speciem, rutiloque accenditur auro :
Ortus et occasus, superis nota orbita Divis.
Sunt oculi Phœbus, Phœboque adversa recurrens
Cynthia. Mens verax, nullique obnoxius æther
Regius interitu, qui cuncta movetque regitque
Consilio. Vox nulla potest, sonitusve, nec ullus
Hancce Jovis sobolem strepitus, nec fama latere.

C Οὐρανὸς αἰγλήεις, ὃν χρύσεαι ἀμφὶς ἔθειραι
Ἄστρων μαρμαρέων περικαλλέες ἠερέθονται·
Ταύρεα δ' ἀμφοτέρωθε δύο χρύσεια κέρατα·
Ἀρκτολίη τε δύσις τε, θεῶν ὁδοὶ οὐρανιώνων.
Ὄμματα δ' Ἠέλιός τε καὶ ἀντιόωσα Σελήνη.
Νοῦς δέ γε ἀψευδὴς, βασιλήϊος, ἄφθιτος αἰθὴρ,
Ἣ δὴ πάντα κυκλεῖ καὶ φράζεται· οὐδέ τις αὐδὴ,
Οὔτ' ἐνοπὴ, οὔτε κτύπος, οὐδὲ μὲν ὅσσα,
Ἣ λήθει Διὸς υἷα (79) ὑπερμενέος Κρονίωνος.
Ὧδε μὲν ἀθανάτην κεφαλὴν ἔχει, ἠδὲ νόημα·

101 *Sic animi sensum, et caput immortale beatus*

Σῶμα δέ οἱ περιφερτὲς, ἀπείριτον, ἀστυφέλι-
[κτον,

Obtinet : illustre, immensum, immutabile pandens,
Atque lacertorum valido stans robore corpus.
Olli humeri, pectus, nec non immania terga,
Aerii late tractus : velocibus idem

Ὄβριμον, ὀβριμόγυιον, ὑπερμενὲς, ὧδε τέτυκτο.
Ὅμοι μὲν καὶ στέρνα, καὶ εὐρέα νῶτα θεοῖο,
Ἀὴρ εὐρυβίης· πτέρυγες δέ οἱ ἐξεφύοντο,
Τῇς ἐπὶ πάντα ποτᾶται· ἱρὴ δέ οἱ ἔπλετο πτε-
[δύς,

Nativisque ruens circumvolat omnia pennis.
Omniparens tellus, quique alta cacumina tollunt
Montes, sacram alvum efficiunt : mediamque sonantis

Γαῖά τε παμμήτειρα, ὀρέων τ' αἰπειρὰ κάρηνα·
Μέσση δὲ ζώνη βαρυηχέος οἶδμα θαλάσσης
D Καὶ πόντου· πυμάτη δὲ βάσις, χθονὸς ἔνδοθι
[βίζαι,

Unda tumens pelagi zonam. Basis ultima numen
Sustentans, terræ penitus radicibus imis,
Et vastis Erebi spatiis, quosque avia tellus
Porrigit extremos, immota in finibus hæret.
Cuncta autem medio primum sub pectore condens,
Inde almam in lucem dio molimine profert.

Τάρταρά τ' εὐρώεντα καὶ ἔσχατα πείρατα γαίης.
Πάντα δ' ἀποκρύψας, αὖθις φάος ἐς πολυτηθὲς
Μέλλει ἀπὸ κραδίης προφέρειν παλυθέσκελα (80)
[ῥέζων.

(78) *Ἰδεῖν.* Forte legendum ἴδοις, hoc est, ἰδεῖν ἔνεστι. Porro Serapis apud Macrob. *Saturn.* lib. I, cap. 20, non absimilia sibi tribuebat, his versibus :

Εἰμὶ θεὸς τοιόσδε μαθεῖν, οἷον κἀγὼ εἶπω.
Οὐράνιος κόσμος, κεφαλὴ· γαστὴρ δὲ, θάλασσα.
Γαῖα δέ μοι πόδες εἰσί· τὰ δ' οὖατ' ἐν αἰθέρι κεῖται.
Ὄμματα τηλαυγῆ, λαμπρὸν φάος ἠελίοιο.

(79) *Διὸς υἷα.* Quem? an ipsummet æthera? Si lectio integra est, vix occurrat alius. Quid si legatur Διὸς ὦτα ;

(80) *Παλυθέσκελα.* Quid sit nescio. Conjiciebam primum πολυθέσκελα, quasi Deo simillima, vel maxime consentanea. Occurrit jam παλιθέσκελα, quasi denuo luci reddita, Deo quoque denuo similia, vel

Digitized by Google

Ζεὺς οὖν ὁ πᾶς κόσμος, ξῶν ἐκ ξώων, καὶ θεὸς ἐκ θεῶν· Ζεὺς δὲ, καθὸ νοῦς, ἀφ' οὗ προφέρει πάντα καὶ δημιουργεῖ τοῖς νοήμασι. Τῶν δὴ θεολόγων τὰ δὴ περὶ τοῦ Θεοῦ τοῦτον ἐξηγησαμένων τὸν τρόπον, εἰκόνα μὲν τοιαύτην δημιουργεῖν, οἵαν ὁ λόγος ἐμήνυσεν, οὔθ' οἷόν τε ἦν, οὔτ' εἴ τις ἐπενόησε, τὸ ζωτικὸν καὶ νοερὸν καὶ προνοητικὸν διὰ τῆς σφαίρας ἀδείκνυεν· ἀνθρωπόμορφον δὲ τοῦ Διὸς τὸ δείκηλον πεποιήκασιν, ὅτι νοῦς ἦν καθ' ὃν ἐδημιούργει, καὶ λόγοις σπερματικοῖς ἀπετέλει τὰ πάντα. Κάθηται δὲ, τὸ ἑδραῖον τῆς δυνάμεως εἰνιττόμενος· γυμνὰ δὲ ἔχει τὰ ἄνω, ὅτι φανερὸς ἐν τοῖς νοεροῖς καὶ τοῖς οὐρανίοις τοῦ κόσμου μέρεσίν ἐστι· σκέπεται δὲ αὐτῷ τὰ πρόσθια, ὅτι ἀφανὴς τοῖς κάτω κεκρυμμένοις. Ἔχει δὲ τῇ μὲν λαιᾷ τὸ σκῆπτρον, καθ' ὃ μάλιστα τῶν τοῦ σώματος μερῶν τὸ ἡγεμονικώτατόν τε καὶ νοερώτατον ὑποκουρεῖ σπλάγχνον ἡ καρδία· βασιλεὺς γὰρ τοῦ κόσμου ὁ δημιουργὸς νοῦς· προτείνει δὲ τῇ δεξιᾷ ἢ ἀετὸν, ὅτι κρατεῖ τῶν ἀεροπόρων θεῶν, ὡς τῶν μεταρσίων ὀρνέων ὁ ἀετός· ἢ νίκην, ὅτι νενίκηκεν αὐτὸς πάντα. » Ταῦτά σοι ὁ Πορφύριος, ὧν τὸν εἰρημένον τρόπον ἀποδεδομένων, ἠρέμα καὶ ἐπὶ σχολῆς ἐπιθεωρῆσαι καλὸν, τίνα ποτὲ ἄρα τὸν Δία φασὶν εἶναι τὰ ἔπη. Ἐγὼ μὲν γὰρ οὐδὲ ἄλλο (81) ἡγοῦμαι ἢ τὸν ὁρώμενον κόσμον, ἐκ παντοίων συνεστῶτα τῶν μερῶν τῶν τε κατ' οὐρανὸν καὶ αἰθέρα, καὶ τῶν ἐν τούτοις φαινομένων ἄστρων, ὥσπερ ἐν μεγάλου σώματος κεφαλῇ προτεταγμένων· τῶν τε ἐν ἀέρι, καὶ γῇ, καὶ θαλάσσῃ, καὶ τοῖς παραπλησίοις. Μέρη γοῦν κόσμου, καὶ γῆ, καὶ ὄρη, καὶ βουνοί· εἰλεῖταί τε αὐτῶν ἐν μέσῳ ζώνης τρόπον ἡ θάλασσα· καὶ πῦρ δὲ καὶ ὕδωρ, νύξ τε καὶ ἡμέρα, τῆς αὐτῆς εἶεν ἂν τοῦ κόσμου φύσεως μέρη. Ταῦτα δ' ἄντικρυς τὸν ὁρώμενον ὑποφαίνειν ἡγοῦμαι κόσμον, εἰ μή τι καὶ σφάλλομαι, καὶ τὸ ὅλον ἐκ μερῶν συνεστὸς διδάσκει. Λέγει δ' οὖν·

A Jupiter ergo mundus universus est, animans quidem ex animantibus, ac deus ex diis : Jupiter vero, quatenus mens est, cujus ad notiones in lucem cuncta profert, cunctaque molitur. Jam vero cum hunc in modum theologi de numinis hujus natura partibusque disputarent, nec imago ejusmodi aliqua fingi ac configurari posset, qualem ista nobis carmina repræsentant, nec, si forte quispiam ejus elaborandæ rationem invenisset, figura tamen sphærica satis vim illam cum vitalem, tum vero intelligentem ac providentem exprimere potuisset : Jovis simulacrum humanam in speciem conformarunt, quod mens esset, cujus in procreatione rerum exemplar intueretur, cujus seminalibus quasi rationibus cuncta perficeret. Idem vero sedet, ut immotam potestatis suæ constantiam utcunque significet; partes corporis superiores nudas habet, quod in spiritalibus ac cœlestibus mundi partibus sese illustrius spectandum exhibeat; inferiores contra tectas, quod in infimis rebus penitusque reconditis absconditus ipse delitescat. Ac læva quidem sceptrum tenet, quod ex omnibus corporis humani partibus eo præsertim in latere cor illud cæterorum facile princeps, vimque intelligendi maximam complexum intestinum, tanquam in proprio domicilio conquiescat : quippe mens enim illa procreatrix hoc in orbe regnat ; dextra vero aut aquilam protendit, quod aeris ipse diis, perinde ut aquila sublime volantibus avibus, dominetur; aut victoriam, quod idem omnia superarit. » **102** Hæc tibi Porphyrius; quibus hunc in modum expositis, operæ pretium fuerit attente otioseque contemplari, quem ista nobis carmina qualemque Jovem loquantur. Equidem non alium arbitror, quam aspectabilem huncce mundum, ex multiplici partium varietate conflatum, quarum aliæ cœlestes atque ætheriæ cum sideribus in utraque regione collucentibus, ac principe loco, sic tanquam in magni corporis capite collocatis; aliæ vero aeriæ, terrestres, marinæ, ac cæteræ id genus. Enimvero terra, montes, colles, partes utique mundi sunt, quarum in medio, cinguli cujusdam instar, mare volvitur : ignis autem, aqua, nox pariter atque dies in ejusdem quoque mundi naturæ partibus censeri ac numerari debent. His ergo palam aspectabilem hunc orbem repræsentari, suisque aptum ex partibus et constitutum universum exhiberi, nisi tamen erro, facile mihi persuaserim. Sane enim Orpheus ita canebat :

B C

Πάντα γὰρ ἐν μεγάλῳ Ζηνὸς τάδε σῶμα κεῖται·

D *Omniaque hæc unus regali in corpore claudit ;*

καὶ τίνα τὰ πάντα, διασαφεῖ·

cujusmodi vero ista sint omnia, sic explicat :

Πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ γαῖα, καὶ αἰθὴρ, νύξ τε, καὶ ἦμαρ.

Ignem, undam, terras, æthram, noctemque diemque.

Τοῦ δή τοι κεφαλὴν μὲν ἰδεῖν, καὶ καλὰ πρόσωπα,

Atque hujus caput eximium, vultusque decoros

Οὐρανὸς αἰθρήεις, ὃν χρύσεαι ἀμφὶς ἔθειραι

Irradians cœlum videas, cui pendula circum

Ἄστρων μαρμαρέων περικαλλέες ἠερέθονται,

Aureaque astrorum multo se lumine fundit

Cæsaries,

καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα· ἐν οἷς ἐπιφέρει τὸν νοῦν τοῦ Διὸς λέγων εἶναι τὸν αἰθέρα, καὶ οὐδὲν ἄλλο κατὰ τοὺς Στωϊκοὺς, τὴν πυρώδη καὶ θερμὴν οὐσίαν τὸ ἡγεμονικὸν φάσκοντας εἶναι τοῦ κόσμου· καὶ τὸν Θεὸν εἶναι σῶμα, καὶ τὸν δημιουργὸν αὐτὸν οὐδέτερον

et quæ sequuntur : interque cætera subjicit, æthera Jovis mentem esse, nihilque aliud, quo modo Stoici philosophantur, dum calidam quidem igneamque naturam partem hujus mundi principem, Deum vero corpus, ipsumque adeo summum ar-

convenientia exsisterent. Quam lectionem alter etiam e mss. exhibet.

(81) *Οὐδὲ ἄλλο.* Unus ex manuscr., οὐδὲ ἄλλον. Forte οὐδὲν ἄλλο, ut pag. 103.

Digitized by Google

cassectum nihil nisi vim ac potestatem ignis esse dictitant. Nam ejusmodi certe versuum istorum sententiam esse arbitror :

A τῆς τοῦ πυρὸς δυνάμεως. Κατὰ τὰ αὐτὰ γὰρ οἶμαι καὶ ἐν τοῖς ἔπεσιν εἰρῆσθαι·

. . . Mens verax, nullique obnoxius æther
Regius interitu, qui cuncta movetque regitque
Consilio.

Νοῦς δ' ἀψευδής, βασιλήϊος, ἄφθιτος αἰθὴρ,
Ὃ δὴ πάντα κυκλοῖ καὶ φράζεται.

Quibus quidem Orpheus, ubi mundum ingens quoddam animal sine ullis verborum involucris esse posuit, illudque Jovem appellavit, tum mentem ipsius aerem, corpus reliquas mundi partes esse pronuntiat. Ac talis quidem nobis carminibus Jupiter describitur : carminum autem interpres ipso statim initio sententiam eorum secutus ita subdit: Jupiter ergo mundus universus est, animans ex animantibus, ac deus ex diis. **103** Sicque manifeste Jovem illum, quem theologi loquuntur, ipse B quoque non alium præter mundum istum oculis ac sensibus obvium carminibus illis expressum ac significatum esse declarat.

Δι' ὧν ἀνεπικαλύπτως ζῶον μέγα τὸν κόσμον ὑποθέμενος, καὶ τοῦτον Δία προσειπών, νοῦν μὲν αὐτοῦ τὸν αἰθέρα, σῶμα δὲ τὰ λοιπὰ τοῦ κόσμου μέρη ἀποφήνατο εἶναι. Τοιοῦτος μέν τις ὁ διὰ τῶν ἐπῶν ὑπογραφόμενος τυγχάνει Ζεύς· ὁ δὲ τῶν ἐπῶν ἐξηγητής, ἀρξάμενος μὲν, τοῖς ἔπεσιν ἀκολούθως λέγει· Ζεὺς οὖν ὁ πᾶς κόσμος, ζῶων ἐκ ζώων, θεὸς ἐκ θεῶν· σαφῶς τὸν θεολογούμενον Δία θεὸν, οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸν ὁρώμενον καὶ αἰσθητὸν κόσμον δηλοῦσθαι, διὰ καὶ ἐπῶν ἑρμηνεύσας.

Ea porro Ægyptiorum doctrina fuit, ex quibus ut suam Orpheus theologiam hauserat, ita mundum utique Deum esse voluit, ex pluribus diis tanquam sui partibus (nam ipsas quoque mundi partes deorum in numero ab iis repositas fuisse antea demonstravimus) constitutum; quod unum profecto, nihilque præterea laudati a nobis Orphei versus expressere. At idem ipsius enarrater, priori huic interpretationi alteram ex suo sensu depromptam subjiciens, procreatorem hujus universitatis Deum, effectricem mentem illam esse contendit, qua de theologus iste disputarit. Verum, quomodo tandem ejusmodi mentem, suis versibus poeta, seu Thracius ille Orpheus, seu quivis alius fuerit, Deum cecinisset, de qua nihil unquam ipse ne levissime quidem tenuissimeque cognoverat? præsertim si quidquid habuit theologiæ, totum id in ipsum erat vel ab Ægyptiis, vel ab antiquioribus Græcis derivatum, quos quidem ostendimus antea, nihil omnino spiritalis, nihil quod aspectum fugiente et corporis experte natura constaret agnovisse; si cui tamen hoc in genere fide dignus Plato videatur, qui homines illos, qui Græciam primi tenuere, eos tantum, quos barbarorum etiamnum plerique celebrant, solem, lunam, terram, sidera, cœlum, deos censuisse, in *Cratylo* confitetur. Quin etiam paulo ante Chæremo testabatur, ne ipsos quidem Ægyptios aut aliud quidquam hoc aspectabili mundo prius et antiquius habuisse, aut alios esse præter planetas ac reliqua sidera deos putavisse; adeoque ipsos omnia prorsus ad hunc, quem cernimus, mundum, nihil ad incorporeas viventesque naturas interpretationibus suis revocasse.

Αἰγυπτίων δὲ ὁ λόγος, παρ' ὧν καὶ Ὀρφεὺς τὴν θεολογίαν ἐκλαβὼν, τὸν κόσμον εἶναι τὸν Θεὸν ᾠετο, ἐκ πλειόνων θεῶν τῶν αὐτοῦ μερῶν (ὅτι καὶ τὰ μέρη τοῦ κόσμου θεολογοῦντες ἐν τοῖς πρόσθεν ἀπεδείχθησαν) συνεστῶτα· καὶ τούτου πλέον οὐδὲν τὰ παρατεθέντα τῶν ἐπῶν ῥήματα διεσάφησεν. Ὁ δὲ μετὰ τὴν πρώτην ἑρμηνείαν δευτέραν ἐξ αὐτοῦ προστίθησι, τὸν τῶν ὅλων ποιητὴν Θεὸν, τὸν δημιουργὸν νοῦν τοῦτον φάσκων εἶναι τὸν τεθεολογημένον. Πῶς δ' ἂν αὐτὸν τοῦτον ἐθεολόγει, ὃν μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἔγνω ὁ τῶν ἐπῶν ποιητής; εἴτε ὁ Θρᾷξ εἴη Ὀρφεὺς, εἴ τις ἄλλος· εἰ δὴ παρ' Αἰγυπτίων, ἢ καὶ τῶν πρώτων Ἑλλήνων ἦκοντα ἦν εἰς αὐτὸν τὰ τῆς θεολογίας· οἱ δέ γε ἀπεδείχθησαν οὐδὲν νοητὸν ἐπιστάμενοι, οὐδ' C ἐν ἀφανεῖ καὶ ἀσωμάτῳ οὐσίᾳ περιεχόμενον, εἴ τῳ ἱκανὸς πιστώσασθαι ὁ Πλάτων, ὁμολογῶν ἐν *Κρατύλῳ* τοὺς πρώτους τῶν ἀνθρώπων περὶ τὴν Ἑλλάδα τούτους μόνους θεοὺς ἡγεῖσθαι, οὕσπερ νῦν τοὺλοὶ τῶν βαρβάρων, ἥλιον καὶ σελήνην, καὶ γῆν, καὶ ἄστρα, καὶ οὐρανόν. Καὶ ὁ Χαιρήμων δὲ μικρῷ ἔμπροσθεν ἐμαρτύρει, οὐδ' ἄλλο τι πρὸ τοῦ ὁρωμένου κόσμου τοὺς Αἰγυπτίους ἡγεῖσθαι, οὐδ' ἄλλους θεοὺς, πλὴν τῶν πλανητῶν καὶ τῶν λοιπῶν ἀστέρων πάντα τε εἰς τὰ ὁρώμενα τοῦ κόσμου μέρη, καὶ οὐδὲν εἰς ἀσωμάτους καὶ ζώσας οὐσίας ἑρμηνεύοντας.

CAPUT X.

Coactæ ac violentæ istorum omnium accommodationis refutatio.

Ille igitur poeta, qui totus ex fontibus hisce profluxit, unde tandem, aut quomodo, quove doctore atque auspice, Deum illum mundi fines ac terminos omnes superantem, eumdemque solis, lunæ, siderum, ipsiusque cœli et orbis universi conditorem suis in versibus posuisset? **104** Unde autem incorporeæ naturæ cognitionem hausisset? Enimvero nihil prorsus istorum omnium ipsi unquam

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Ἔλεγχος καὶ ἀνατροπὴ τῆς καὶ τούτων βεβιασμένης ἀποδόσεως.

Ὁ δὴ οὖν ἐκ τούτων ὁρμώμενος ποιητὴς, πόθεν, ἢ πῶς, ἢ παρὰ τίνος λαβὼν ἐν τοῖς ἔπεσι τὸν ἐπέκεινα τοῦ κόσμου Θεὸν, καὶ τὸν ἡλίου, καὶ σελήνης, καὶ ἄστρων, αὐτοῦ τε οὐρανοῦ καὶ τοῦ σύμπαντος κόσμου δημιουργὸν [γρ. κατεβάλλετο.] κατελάβετο; Ἀσωμάτου δὲ ἡ γνῶσις αὐτῷ πόθεν; Ἀλλ' οὐ τούτων γε οὐδὲν εἰδὼς τυγχάνει· ὁ γάρ τοι τῶν ὅλων δημιουργικὸς νοῦς οὔτ' ἐκ πλειόνων μερῶν συνέστη-

Digitized by Google

κεν, οὔτ' ἂν γένοιτο αὐτοῦ κεφαλὴ οὐρανὸς, οὐ σῶμα πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ γαῖα· ἀλλ' οὐδὲ ὄμματα αὐτοῦ ἥλιος καὶ σελήνη. Πῶς δ' ἂν εἶεν ὦμοι καὶ στέρνα, καὶ νῶτα, καὶ νηδὺς τοῦ τῶν ὅλων δημιουργοῦ Θεοῦ ἀὴρ εὐρυσθίης, καὶ γῆ, καὶ ὀρέων αἰπεινὰ κάρηνα; ἢ πῶς ὁ αἰθὴρ νοῦς ποτ' ἂν ἐπινοηθείη τοῦ τῶν ὅλων ποιητοῦ, ἢ τοῦ νοῦ τοῦ δημιουργικοῦ; Ὅτι μὲν οὖν ταῦτα σεσόφισται τῷ τῶν ἐπῶν ἑρμηνεῖ, οὐδὲν ἐπιλέγειν χρή. Ἔγωγε μὴν τὰ ἔσχατα ἀσεβεῖν φημι τὸν φάσκοντα μέρη εἶναι Θεοῦ τὰ μέρη τοῦ κόσμου· καὶ ἔτι μᾶλλον τὸν ἀποφηνάμενον τὸν αὐτὸν εἶναι τῷ κόσμῳ τὸν Θεόν· καὶ ἐπὶ τούτοις τὸν ἡγούμενον τοῦ κόσμου νοῦν εἶναι τῶν ὅλων δημιουργόν. Ποιητὴν μὲν γὰρ αὐτὸν καὶ σωτῆρα τοῦ κόσμου, ἕτερον ὄντα τοῦ πεποιημένου, εὐσεβὲς ἀποφαίνειν· νοῦν δὲ τοῦ κόσμου, ὥσπερ τινὸς ζώου ψυχὴν, ἡνωμένον διόλου, καὶ τὸ πᾶν ἡμφιεσμένον, οὐκ ἔθ' ὅσιον ἂν εἴη λέγειν. Καίτοι παρεῖναι αὐτὸν τῷ παντὶ, καὶ προνοεῖν τοῦ κόσμου, παιδεύει τὰ καθ' ἡμᾶς ἱερὰ λόγια, θεολογοῦντα ἐπαξίως καὶ θεοπρεπῶς. Δι' ὧν φησιν· « Οὐχὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ; λέγει Κύριος. » Καὶ πάλιν· « Ὅτι ὁ Θεὸς ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς κάτω· » καὶ πάλιν· « Ἐν αὐτῷ γὰρ καὶ κινούμεθα, καὶ ζῶμεν, καὶ ἐσμέν· » ἀλλ' οὐχ ὡς ἐν μέρει τοῦ κόσμου, οὐδ' ὡς ἐν ψυχῇ αὐτοῦ καὶ νοῒ. Ἀλλ' εἰ χρὴ παραδείγματι χρήσασθαι θεοπρεπέστερον καὶ ἀληθέστερον, οἰκείως ὁ ἱερός που λόγος ἐξεφώνησεν· « Ὁ οὐρανός μοι θρόνος, » εἰπὼν, « ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου. » Εἰ γὰρ χρῆν ὅλως προσωποποιεῖν ἀνθρωπινωτέρῳ λόγῳ, θέα τὸ διάφορον τῆς θεολογίας. Ὁ μὲν γὰρ τὸν οὐρανὸν εἰπὼν θρόνον, ἐπέκεινα τοῦ θρόνου καὶ ἀνωτάτω τῶν ὅλων τὸν παμβασιλέα Θεὸν ἀφωρίσατο, οὐδὲ τὴν γῆν τῆς προνοίας αὐτοῦ χωρίσας· συγκατιέναι γὰρ καὶ ἐπὶ τὰ τῇδε τῆς θεότητος τὰς προνοητικὰς αὐτοῦ δυνάμεις διδάσκει· διό φησιν· Ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου. Ἀλλ' οὔτε τὸ ὑποπόδιον, οὔτε μὴν ὁ θρόνος σῶμα τοῦ καθιδρυμένου, οὐδέ γε μέρη ποτ' ἂν αὐτοῦ λεχθείη. Ὁ δὲ, κεφαλὴν τοῦ Θεοῦ τὸν οὐρανὸν καὶ τὰ ἐν τούτῳ φήσας, καὶ νοῦν αὐτοῦ τὸν αἰθέρα, μέλη τε αὐτοῦ καὶ σῶμα τὰ λοιπὰ τοῦ κόσμου μέρη, οὔτε Θεὸν ἀλίσκεται εἰδώς. Οὐ γὰρ ἂν αὐτὸς ἑαυτὸν δημιουργοίη, οὐδ' ἂν ἔτι νοῦς λέγεσθαι δύναιτο, οὗ νοῦς ἦν ὁ αἰθήρ. Ποῖος δὲ καὶ εἰ ὁ Θεὸς, οὗ μέρη, γῆ καὶ τὰ ἐπὶ γῆς ὄρη, ὄγκοι σωμάτων ἄλογοι, πῶς δὲ καὶ εὔλογον Θεὸν ἀναγορεύειν τὸν ἀδελφὸν καὶ συγγενῆ πυρὸς, καὶ ἀέρος (82), καὶ ὕδατος, ἀλόγου καὶ φθαρτῆς ὕλης ἐκγόνων; Εἰ δὲ καὶ ὁ νοῦς τοῦ Διὸς, οὐδὲν ἄλλο πλὴν τοῦ δηλωθέντος αἰθέρος ἦν, αἰθὴρ δὲ ἀήρ ἐστι ὁ ὑψηλότατος καὶ πυριώδης, ἀπὸ τοῦ αἴθεσθαι, ὅπερ ἐστὶ καίεσθαι, ταύτην, ὥς φασιν, εἰληχὼς τὴν ἐπωνυμίαν· σώματα δὲ ἄμφω, ὅ τε ἀὴρ ὅ τε αἰθήρ· ὅρα ποῦ σοι τοῦ Διὸς ὁ νοῦς ἀποπέπτωκε. Καὶ τίς ἂν ἔτι προσείποι Θεὸν τῶν εὐφρονούντων τοῦτον, ᾧ νοῦς ὑπῆρχεν ἄνους καὶ ἄλογος; εἰ δὴ

in mentem venit. Neque enim effectrix illa mens pluribus ex partibus coagmentata est, nec ejus aut caput cœlum esse potest, aut corpus ex igne, aqua, terraque constare, aut oculi sol ac luna censeri. Nam ejus quidem numinis, a quo universa procreantur, humeros, pectus, dorsum atque uterum, quomodo tandem aer longe lateque diffusus, et terra, et montium summa cacumina efficiant? aut quis intelligat æthera vel rerum omnium conditoris, vel mentis effectricis mentem esse? Atque hæc argutuli versuum istorum interpretis commenta esse, pluribus ostendere nihil attinet. Jam vero qui mundi partes Dei membra esse dicat, eum projectæ ac profligatæ impietatis reum esse pronuntio, multoque magis, qui Deum atque mundum rem unam et eamdem asseveret, quique ad extremum ipsius mundi mentem illum esse, qui cuncta procreavit, arbitretur. Nam ut molitorem servatoremque mundi alium ab eo quod productum est diversumque statuere, pietatis est: sic eam mundi mentem, perinde atque animantis alicujus animam, toti passim orbi conjunctam intime ac sociatam esse, adeoque universum ipsum induisse, nemo pie dixerit. Illum quidem toti universo præsentem adesse, ac sua mundum providentia gubernare sacrosancta nostrorum docent oracula, quibus præclara sane Deoque cum primis digna theologiæ ratio continetur. Sic enim per ea Deus ipse loquitur: *Nunquid non cœlum et terram ego impleo? dicit Dominus* [14]. Ac rursus: *Quod Deus in cœlo sursum, et in terra deorsum* [15]; et alibi: *In ipso enim vivimus, et movemur et sumus* [16]; non tamen ut in parte aliqua mundi, nec ut in ipsius anima vel mente. At si locus similitudini esse debet, longe sane ut Deo convenientius illud est, ita cum veritate conjunctius, quod apposite sacræ litteræ alicubi prodiderunt: *Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum* [17]. Nam si omnino res postulat, uti humanum loquendi morem personis fingendis paulo propius imitemur, utriusque theologiæ discrimen considera. Qui cœlum Dei sedem vocavit, is certe non tantum ultra sedem, verum etiam supra res omnes summum illum universitatis regem longissime semotum collocavit, sic tamen ut ne terram quidem ipsam ab ejusdem providentia secluderet; quippe ad res enim quoque nostras hanc ejus providendi vim adjungere sese et accommodare decet, eoque subdit: Terra autem scabellum pedum meorum. **105** At nec scabellum, nec vero sedes vel sedentis corpus, vel ipsius partes ab ullo unquam nominentur. Iste vero, qui cœlum, quæque cœlo continentur, Dei caput, æthera vero mentem ejus, membra denique reliquumque corpus cæteras mundi partes esse dixit, neque mundi opificem, neque Deum nosse convincitur. Neque enim aut se un-

[14] Jer. XXIII, 24. [15] Deut. IV, 9. [16] Act. XVII, 28. [17] Isa. LXVI, 1.

(82) *Καὶ ἀέρος* Additum est ex alt. ms. Minus recte, ut videtur, elementa illa Eusebius materiæ fetum vocavit, quæ nulla ex materia creata fuerint.

Digitized by Google

quam ipse procrearit, aut cujus mens æther sit, idem jure mentis nomen obtinere possit. Cujusmodi porro Deus iste fuerit, cujus partes et terra et terræ montes, inanimæ videlicet, ac rationis expertes corporum moles efficiant? Quis autem verum censeat, ignis, aeris et aquæ, hoc est ratione carentis fluxæque materiæ fetus germanum ac fratrem, Deum prædicari? Jam, si Jovis mens aliud nihil erat, quam æther ille sæpe nominatus, æther autem suprema est aeris regio ignique persimilis, qui ἀπὸ τοῦ αἴθεσθαι, quod est *ardere*, hujusmodi nactus appellationem fuerit; adeoque si ambo, aer, inquam, atque æther corpora sunt; vide, obsecro, quo tibi mens illa Jovis evanuerit. Præterea quis tandem, si modo sapit, Deum vocarit eum qui mentem amentem atque ab ratione vacuam habeat? omnis enim corporis natura ejusmodi est. Quare nobis sane, cum de Deo disputatio instituitur, assumenda superioribus contraria omnia sunt: eum neque cœlum esse, neque æthera, neque solem, neque lunam, neque cunctum astrorum chorum, neque orbem simul universum. Hæc enim manuum illius opera sunt, eaque pusilla admodum et exigua, si cum incorporeis illis intelligentibusque virtutibus conferantur; quandoquidem omne corpus et interitum patitur, et ratione caret, cujusmodi est eorum, quæ videntur, natura. At quæ supra mundum hunc aspectabilem evectæ naturæ sunt, eæ non ratione tantum, sed etiam immortalitate potiuntur: atque ut ævi perennitatem obtinent cum beata supremi rerum omnium regis æternitate conjunctam, sic longe omnibus iis, quæ cernuntur, antecellant præstentque necesse est. Quamobrem quid de corporeis mundi partibus sentire nos oporteat, divina oracula jure ita docent: *Videbo cœlos opera digitorum tuorum, lunam et stellas, quæ tu fundasti* [18]. Et rursum: *Tu, Domine, initio terram fundasti*; et: *Opera manuum tuarum sunt cœli* [19]; ac rursum: *Tollite in altum oculos vestros, et videte, quis ostendit hæc omnia* [20]. Atque hæc adversum priorem carminum istorum explicationis partem dicta sunto. Age vero, quæque deinceps consequuntur, expendamus. **106** «Cum, inquit, imago ejusmodi fingi ac configurari nulla posset, qualem ea nobis carmina repræsentant, Jovis simulacrum humanam in speciem propterea conformarunt, quod mens esset, cujus in procreatione rerum exemplar intueretur, cujus seminalibus quasi rationibus cuncta perficeret.» Si ergo talis imago fingi nulla potest, qualis Orphei carminibus exhibetur, exhibentur autem aspectabilis hujus mundi partes, cœlum, quæque cœlum ipsum ambit, aer, terra, quæque amborum sinu complexuque continentur: si, inquam, partium

[18] Psal. VIII, 4. [19] Psal. CI, 26. [20] Isa. XL, 26.

τοιαύτη παντὸς σώματος φύσις. Διόπερ ἡμῖν ἐν ταῖς θεολογίαις, πάντα τοῖς εἰρημένοις τὰ ἐναντία παραληπτέον· ὅτι τε μὴ οὐρανὸς ὢν τυγχάνει, μήτε αἰθήρ, μήθ' ἥλιος, μήτε σελήνη, μήθ' ὁ σύμπας τῶν ἄστρων χορὸς, μήτ' αὐτὸς ἁθρόως ὁ πᾶς κόσμος· ἔργα δὲ χειρῶν ταῦτα μικρὰ ἔτι καὶ βραχέα, ταῖς ἀσωμάτοις καὶ νοεραῖς δυνάμεσι παραβαλλόμενα· ὅτι δὴ πᾶν σῶμα φθαρτὸν καὶ ἄλογον, τοιαύτη δὲ τῶν ὁρωμένων ἡ φύσις. Τὰ δ' ἐπέκεινα ἐν ἀοράτοις λογικὰ καὶ ἀθάνατα, συνδιαιωνίζοντα τῇ τοῦ παμβασιλέως Θεοῦ μακαρίᾳ ζωῇ, μακρῷ γένοιτ' ἂν τῶν ὁρωμένων ἁπάντων βελτίω. Εἰκότως οὖν τὰ θεῖα λόγια περὶ τῶν ὁρωμένων τοῦ κόσμου μερῶν ὧδέ πως παιδεύει· « Ὄψομαι τοὺς οὐρανούς, ἔργα τῶν δακτύλων σου, σελήνην καὶ ἀστέρας, ἃ σὺ ἐθεμελίωσας· » καὶ πάλιν· « Σὺ, Κύριε, κατ' ἀρχὰς τὴν γῆν ἐθεμελίωσας· καὶ· *Ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰσὶν οἱ οὐρανοί*· καὶ αὖθις· « Ἀναβλέψατε εἰς ὕψος τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ ἴδετε, τίς κατέδειξε (83) ταῦτα πάντα. » Ταῦτα μὲν οὖν εἰς τὴν πρώτην τῶν ἐπῶν ἑρμηνείαν εἰρήσθω· φέρε δὲ καὶ τὰ ἑξῆς διασκοπήσωμεν. Ἐπεὶ μὴ οἷόν τ' ἦν, φησὶν, εἰκόνα τοιαύτην δημιουργεῖν, οἷαν ὁ λόγος ἐμήνυσε, διὰ τοῦτο ἀνθρωπόμορφον τοῦ Διὸς τὸ δεῖκηλον πεποιήκασιν, ὅτι νοῦς ἦν καθ' ὃν ἐδημιούργει, καὶ λόγοις σπερματικοῖς ἀπετέλει τὰ πάντα. » Καὶ πῶς εἰ μὴ οἷόν τε ἦν εἰκόνα τοιαύτην ποιεῖν, οἷαν ὁ λόγος ἐμήνυσεν. ἐμήνυσε δὲ ἄρα τοῦ φαινομένου καὶ ὁρωμένου κόσμου τὰ μέρη, οὐρανὸν, καὶ τὰ ἐν οὐρανῷ, ἀέρα τε, καὶ γῆν, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς· εἰ δὴ οὖν τῶν ὁρωμένων τοῦ κόσμου μερῶν οὐχ οἷόν τε ἦν εἰκόνα συστήσασθαι, καθὸ νοῦς ἦν ὁ Θεὸς, πῶς ἂν τις αὐτοῦ τὴν εἰκόνα δημιουργήσειε; Τίς δ' ἂν ἔχῃ σῶμα ἀνθρώπειον ἐμφερὲς πρὸς τὸν τοῦ Θεοῦ νοῦν; Ἐγὼ μὲν γὰρ οὐδὲ πρὸς τὸν ἀνθρώπινον ἡγοῦμαι· ἐπεὶ ὁ μὲν ἀσώματος καὶ ἀσύνθετος καὶ ἀμερὴς, τὸ δὲ βαναύσων ἀνδρῶν ἔργον, καὶ θνητοῦ σώματος φύσιν ἀπομεμίμηται, καὶ ζώσης σαρκὸς ἐν ἀψύχῳ καὶ νεκρᾷ ὕλῃ κωφὴν καὶ ἄναυδον εἰκόνα καταγέγραπται. Ψυχὴ μὲν οὖν λογικὴ καὶ ἀθάνατος, καὶ νοῦς ἀπαθὴς ἐν ἀνθρώπου φύσει, εὖ μοι δοκεῖ λέγεσθαι εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἀποσώζειν Θεοῦ, καθόσον ἄϋλος καὶ ἀσώματος, νοερά τε καὶ λογικὴ τὴν οὐσίαν συνέστηκεν, ἀρετῆς οὖσα καὶ σοφίας δεκτική. Εἰ δή τις εἴη δυνατὸς ψυχῆς ἄγαλμα καὶ μορφὴν ἐν εἰκόνι τεκτήνασθαι, δύναιτ' ἂν οὗτος καί τι τῶν κρειττόνων. Εἰ δὲ ἄμορφος καὶ ἀειδὴς καὶ ἀσχημάτιστος, οὔτε λόγῳ καὶ ἀκοῇ τὴν οὐσίαν καταληπτὸς ὁ ἀνθρώπινος νοῦς, τίς ἂν μανείη τοσοῦτον, ὡς τὸ ἀνδρεῖκελον ξόανον Θεοῦ τοῦ ἀνωτάτου μορφὴν καὶ εἰκόνα φέρειν ἀποφήνασθαι; Θεοῦ μὲν οὖν φύσις ἔξω πάσης θνητῆς ὕλης φαντάζεται, νῷ διαυγεῖ καὶ σιγῇ ψυχαῖς κεκαθαρμέναις ἐπινοουμένη. Τὸ δέ γε τοῦ ὁρωμένου Διὸς ἐν τῷ δεικέλῳ σχῆμα εἴη ἂν θνητοῦ τὴν φύσιν ἀνδρὸς εἰκών, οὐδὲ τὸν ὅλον ἄνθρωπον,

(83) *Τίς κατέδειξε*. Ita Septuaginta quos habemus. Vulgata, *Quis creavit hæc?* ut in Hebræo. Videntur Septuaginta, quod proprium creationis est, ut ejus vi, quod ante nullum erat, repente cernatur, innuere voluisse. Adde quod καταδεικνύειν etiam *edere* est *in lucemque proferre*, imo et fortassis, *efficere*, quemadmodum ἀποδεικνύειν et ἀποφαίνειν, sed cum propriis casibus.

Digitized by Google

μέρος δέ τι τὸ χεῖρον αὐτοῦ μεμιμημένον, ὅτι μηδὲν ἔχνος ζωῆς καὶ ψυχῆς ἐπάγεται. Πῶς οὖν ὁ ἐπὶ πάντων Θεὸς, καὶ νοῦς ὁ τῶν ὅλων δημιουργικὸς, εἴη ἂν ὁ αὐτὸς ὁ ἐν τῷ χαλκῷ ἢ τῷ νεκρῷ ἐλέφαντι Ζεύς; Ὁ δὲ δὴ τῶν ὅλων δημιουργικὸς νοῦς, πῶς ποτε ἄρα αὐτὸς ἦν ἐκεῖνος ὁ Ζεὺς, ὁ τοῦ ἐξ Ἀλκμήνης Ἡρακλέος πατὴρ, καὶ τῶν λοιπῶν ἐκ Διὸς μυθευομένων ἀνδρῶν, οἳ, τὸν θνητὸν βίον κοινῶς ἅπασιν ἀνθρώποις καταστρέψαντες, οἰκείας φύσεως ἀνεξάλειπτα τοῖς μετ' αὐτοὺς μνημεῖα καταλελοίπασι; Φοινίκων μὲν οὖν οἱ πρῶτοι θεολόγοι, ὡς ἐν τῷ πρώτῳ συγγράμματι παρεστήσαμεν, τὸν Δία παῖδα Κρόνου θνητὸν ἀπὸ θνητοῦ γενόμενον, ἄνδρα Φοίνικα τὸ γένος, ἀπεμνημόνευον· Αἰγύπτιοι δὲ, ἐξοικειούμενοι τὸν ἄνδρα, θνητὸν πάλιν αὐτὸν ὡμολόγουν, κατὰ τοῦτό γε Φοίνιξιν ὁμοφωνοῦντες. Ἀλλὰ καὶ Κρῆτες, τάφον τοῦ Διὸς παρ' ἑαυτοῖς δεικνύντες, τρίτοι ἂν εἶεν τοῦ αὐτοῦ μάρτυρες. Καὶ Ἀτλάντιοι δὲ, καὶ πάντες οἱ πρὸ τούτου δεδηλωμένοι, κατ' οἰκείαν ἱστορίαν ἐξοικειούμενοι τὸν Δία, πάντες ὁμοῦ θνητὸν ἀπεφήναντο, πράξεις αὐτοῦ θνητὰς καὶ ἀνθρωπείους, ἀλλ' οὐ σεμνάς τινας, οὐδὲ φιλοσόφους, αἰσχρουργίας δὲ ἀπάσης καὶ ἀκολασίας ἔμπλεως ἀναγράψαντες. Τοῖς δὲ ἐπὶ τὸ σεμνότερον τοὺς μύθους τρέπειν ἐπηγγελμένοις τοτὲ μὲν ὁ Ζεὺς θερμή τις ἦν καὶ πυρώδης δύναμις, τοτὲ δὲ τὸ πνεῦμα· νῦν δ' οὐκ οἶδ' ὅπως αὐτοῖς ὁ τῶν ὅλων δημιουργικὸς νοῦς ἀνεπέφανται. Πευστέον τοιγαροῦν, τίνα ἂν εἴποιεν τὸν τούτου πατέρα, καὶ τοῦ πατρὸς τὸν προπάτορα; Ἐπεὶ κατὰ πάντας τοὺς θεολόγους Ζεὺς Κρόνου παῖς ὁμολογεῖται, καὶ τάδε προκείμενα τοῦ Ὀρφέως ἔπη ὑπερμενέος Κρονίωνος ἐμνημόνευσε· Κρόνος δὲ Οὐρανοῦ. Δεδόσθω τοίνυν αὐτοῖς εἶναι Ζεὺς ὁ ἐπὶ πάντων Θεὸς, καὶ ὁ νοῦς ὁ τὰ πάντα δημιουργήσας. Τίς οὖν ὁ τούτου πατήρ; Κρόνος. Τίς δ' ὁ προπάτωρ; Οὐρανός. Εἰ δὴ (84) πρῶτος ὁ Ζεὺς ὡς ἂν δημιουργὸς ἁπάντων, χρῆν δή που δευτέρους καταλέγεσθαι, καὶ μετ' αὐτὸν τοὺς ὑπ' αὐτοῦ πεπσιημένους. Εἴτε γὰρ χρόνος τις εἴη ὁ Κρόνος Οὐρανοῦ πεφυκὼς γένημα, ὅτι δὴ ἅμα οὐρανῷ συνυπέστη χρόνος· εἴη τε αὐτὸς ὁ Κρόνου πατὴρ Οὐρανὸς, καὶ χρόνος μετὰ τοῦτον· ἀλλὰ πρό γε τούτων ὁ τῶν ὅλων αἴτιος, καὶ οὐρανοῦ καὶ χρόνου δημιουργὸς Θεός. Εἰ δὲ τοῦτο, οὐκ ἂν γένοιτο ὁ Ζεὺς τρίτος ἐξ Οὐρανοῦ. Πῶς οὖν παρὰ πᾶσιν Αἰγυπτίοις καὶ Φοινιξὶν, Ἕλλησί τε καὶ φιλοσόφοις τρίτος ἐξ Οὐρανοῦ γενεαλογεῖται ὁ τῶν ὅλων δημιουργικὸς νοῦς; Πεφώραται δὴ τοῦ φιλοσόφου τὰ πλάσματα, καὶ ὅτι μᾶλλον φωραθήσεται ἐξ ὧν ἐπιφέρει λέγων ὧδε.

istarum mundi, quæ sub aspectum cadunt, imago conflari nulla potuit; quomodo tandem ipsiusmet Dei, qua mens est, effigiem architectari quisquam possit? Quid porro cum divina mente similitudinis corpus etiam humanum habet? Ego, ne cum humana quidem habere quidquam existimo; cum hæc incorporea sit ac simplex, nullasque partes habeat, illud contra, vilium ac sordidorum artificum opus, mortalis corporis naturam imitetur, viventisque carnis surdam ac mutam in mortua inanique materia speciem figuramque repræsentet. Ac mihi quidem merito dici videatur, animum illum rationis immortalitatisque participem, ac mentem eam, quæ hominis in natura pati nihil possit, divinam imaginem similitudinemque retinere; quatenus uterque ab omni corporis et materiæ concretione sejunctus, naturam essentiamque sortitus est plane spiritalem, ac ratione constantem, quæque virtutem possit sapientiamque suscipere. Quare, si quis animi simulacrum ac speciem fingendo architectari posset, idem quoque posset superiorum cœlestiumque mentium imaginem aliquam fabricari. At vero cum humana mens ejusmodi sit, quæ nullam formam, speciem, figuramque nullam habeat, adeoque nec visu percipi ejus essentia, nec oratione vel auditione comprehendi queat, quis usque eo insania vecordiaque laborabit, humanum ut simulacrum prapotentis supremique Numinis figuram et imaginem repræsentare contendat? Natura enim divina ab omni materia semota cogitari debet, atque ejusmodi, quam cum silentio defæcatæ mentis, et animorum ab omni labe purgatorum intelligentia contempletur. At Jovis illius, quem cernimus, figuratum arte simulacrum, aliud certe nihil quam hominis natura ipsa mortalis effigiem continet, imo ne totum quidem atque integrum hominem, sed tantum partem ejus alteram eamque deteriorem imitatur, cum nullum omnino vitæ animæque vestigium exhibeat. Quomodo igitur deus ille rerum omnium moderator, ac mens illa hujus universitatis effectrix, Jupiter iste, qui vel ex ære, vel ex ebore mortuo fingitur, esse poterit? **107** Deinde mens eadem rerum molitrix universarum qui tandem Jupiter ille fuerit, Herculis ex Alcmena pater, ac cæterorum omnium, quos a Jove procreatos esse fabulantur, quique mortalem hanc vitam cum eodem, quo vulgus hominum exitu terminassent, propriæ naturæ posteris nullo unquam delenda tempore monimenta reliquerunt? Enimvero principes Phœnicum theologi, Jovem, ut primo libro demonstravimus, Saturni filium, proindeque mortalem ex mortali satum, ac genere Phœnicem esse perhibebant. Eumdem Ægyptii cum suum esse vellent, mortalem similiter fatebantur, et cum Phœnicibus hac in parte sentiebant. Cretenses præterea, qui Jovis apud se tumulum ostendebant, tertios ejusdem rei testes citare possimus. Quin etiam Atlantii, omnesque demum, quos Jovem ætate præcessisse constat, quique suis eum historiis sibi vindicarunt, mortalem ipsum fuisse uno simul ore prodiderunt, resque ab eo gestas mortalium sane hominumque proprias, easque nihil vel augusti, vel philosopho digni continentes, sed omnis potius turpitudinis libidinisque plenas conscripserunt. Jam vero qui graviorem et honestiorem in speciem sese fabulas mutare profitentur, iis Jupiter modo calida quædam

(84) *Εἰ δή.* Uterque ms., εἰ δέ, rectius.

Digitized by Google

et ignea vis est, modo spiritus; nunc autem quemadmodum ipsi mentem rerum effectricem omnium eumdem esse velint, haud equidem intelligo. Quærendum enim ex illis fuerit, quem istius patrem, quem avum fuisse dicant? Nam Jovem quidem Saturni filium esse communi consensu theologi omnes confitentur; quæque nunc in manibus habemus Orphei carmina, præpotentis Saturni meminere; Saturnum autem Cœli. Demus igitur istis Jovem et deum rerum universarum moderatorem esse, et vero mentem eam quæ cuncta condiderit. Quis ergo illius pater? Saturnus. Avus autem, quis? Cœlus. Atqui si primus Jupiter est, utpote rerum omnium architectus, alios profecto secundum ipsum recensere oportuit, utpote ab eo fabricatos. Etenim sive Tempus Saturnus fuerit, et quidam suapte natura Cœli fetus, quippe quod una cum cœlo tempus esse cœperit: sive Cœlum ipsum vere Saturni patrem, ac secundum eum Tempus fuisse malint: sane tamen his etiam prior Jupiter ille esse debuit, quem ipsi deum rerum auctorem omnium, adeoque Cœli Saturnique seu Temporis procreatorem esse volunt. Quod si ita est, non jam tertius a Cœlo Jupiter fuerit. Quomodo igitur ab omnibus non Ægyptiis tantum ac **108** Phœnicibus, verum etiam Græcis atque philosophis mens ista, rerum omnium architecta, in numinum suorum genealogia non nisi a Cœlo tertia recensetur? Atque his rationibus philosophi nostri commentum manifeste licet teneatur, idem tamen iis ipsis, quæ postea subjicit, clarius arguetur.

CAPUT XI.

Validissima Græcorum dogmatum confutatio.

« Porro, Junonem, inquit, Jovis uxorem esse finxerunt, quod ætheriam scilicet aeriamque vim Junonem appellarent; æther enim subtilissimus ac tenuissimus aer est. » Enimvero, æthera Jovis esse mentem Orphei carmina paulo ante declarabant: nunc autem, quid æther ille sit interpretis nostri definit oratio, dum tenuissimum aerem illum esse pronuntiat. Atqui corpus sane aer est, multoque magis æther, ex quo manifeste Jovis mentem, licet tenuissimum, corpus tamen esse convincitur. Ecquis vero capere unquam ac persuadere sibi possit, corpus atque mentem rem unam et eamdem esse, quorum naturæ ex diametro, quod aiunt, inter sese opponantur? Deinde nescio quo pacto carminum istorum oblitus ille fuerit, quorum expressa hæc est apertaque sententia:

... Mens verax, nullique obnoxius æther
Regius interitu, qui cuncta movetque regitque
Consilio. Vox nulla potest, sonitusve, nec ullus
Hancce Jovis sobolem strepitus, nec fama latere.

Quibus æthera Jovis esse mentem perspicue declaratur. Iste autem rursus ætheriam aeriamque vim Junonem esse tradit, moxque distinctione utens ita subjungit: « Ac vis quidem, inquit, aeris universi, Ἥρα, hoc est Juno, appellatione ab aere ducta, nominatur; ejus autem aeris, quem infra lunam modo illuminari, modo tenebris obscurari videmus, Latona symbolum est, quippe quæ ληθώ quædam, id est oblivio, sit, partim quod animis illis, quos infra lunam procreari contingit, divini numinis oblivio comitetur. Itaque mater Apollinis ac Dianæ, a quibus noctis illuminatio derivatur, eadem Latona nuncupari solet, » quibus aliud nihil significari tradit quam aerem luna inferiorem solis ac lunæ parentem esse, quippe, qui Latona sit. At enim, quomodo tandem aer parens eorum esse possit, quæ illuminationis causæ sunt, præsertim cum efficiatur ipse potius, quam efficiat? **109** Sol enim atque luna variam ac multiplicem in aere mutationem ac vicissitudinem efficiunt. Jam vero

(85) *Νοῦς δ'*. Versus integritas postulat, ut supra, νοῦς δέ γε, vel δέ τε.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Ἔλεγχος ἰσχυρὸς τῶν Ἑλληνικῶν δογμάτων ἐνταῦθα.

« Τὴν δὲ Ἥραν σύνοικον τῷ Διὶ πεποιήκασι, τὴν αἰθέριον καὶ ἀέριον δύναμιν Ἥραν προσειπόντες· ἔστι γὰρ καὶ ὁ αἰθὴρ ἀὴρ ὁ λεπτομερέστατος. » Ἀνωτέρω μὲν ἐδήλου τὰ ἔπη τὸν νοῦν τοῦ Διὸς εἶναι τὸν αἰθέρα· νυνὶ δὲ ὁ λόγος τί ποτέ ἐστι ὁ αἰθὴρ διορίζεται, ἀέρα λέγων εἶναι αὐτὸν λεπτομερέστατον· σῶμα δὲ ὁ ἀὴρ, καὶ πολὺ πρότερον ὁ αἰθήρ. Ὁ δὴ νοῦς ἄρα τοῦ Διὸς ἐλήλεγκται σῶμα τυγχάνων, εἰ καὶ τὸ πάντων λεπτομερέστατον. Καὶ πῶς ἂν ταὐτὸν ἐπινοηθείη σῶμα καὶ νοῦς κατὰ διάμετρον τοῖς φύσεσι διεστῶτα; Εἶτ' οὐκ οἶδ' ὅπως τῶν ἐπῶν ἐπιλελησμένος διαρρήδην φησάντων·

C *Νοῦς δ'* (85) *ἀψευδής, βασιλήϊος, ἄφθιτος αἰθήρ,*
Ὃ δὴ πάντα κυκλεῖ καὶ φράζεται· οὐδέ τις αὐδὴ,
Οὔτ' ἐνοπὴ, οὔτε κτύπος, οὐδὲ μὲν ὅσσα,
Ἡ λήθει Διὸς υἷα ὑπερμενέα Κρονίωνα (86).

Δι' ὧν σαφῶς ὁ αἰθὴρ νοῦς ἀνείρηται ὢν τοῦ Διός. Ὁ δὲ τὴν Ἥραν πάλιν τὴν αἰθέριον καὶ ἀέριον δύναμιν εἶναί φησιν. Ἔπειτα διαιρῶν ἐπιλέγει· « Καὶ τοῦ μὲν παντὸς ἀέρος ἡ δύναμις Ἥρα τοὔνομα ἀπὸ τοῦ ἀέρος κεκλημένη· τοῦ δὲ ὑπὸ σελήνην φωτιζομένου καὶ σκοτιζομένου ἀέρος ἡ Λητὼ σύμβολον· ληθὼ γὰρ αὐτὴν εἶναι διὰ τὴν κατὰ τὸν ὕπνον ἀναισθησίαν· καὶ ὅτι ψυχαῖς ὑπὸ σελήνην γινομέναις λήθη ξυνομαρτεῖ τοῦ Θείου· καὶ διὰ τοῦτο καὶ μήτηρ Ἀπόλλωνός τε καὶ Ἀρτέμιδος τῶν αἰτίων φωτισμοῦ τῇ νυκτί. » Καὶ ἐν τούτοις ἡλίου καὶ σελήνης μητέρα D φησὶν εἶναι τὸν ὑπὸ σελήνην ἀέρα· τοῦτον γὰρ εἶναι τὴν Λητώ. Καὶ πῶς ἂν ὁ ἀὴρ γένοιτο μήτηρ τῶν αἰτίων φωτισμοῦ, μᾶλλον αὐτὸς γινόμενος ἢ ποιῶν; ἥλιος γὰρ καὶ σελήνη ἄλλοτε ἄλλως τὸν ἀέρα μεταβάλλουσι. Πάλιν δὲ προϊὼν ἑξῆς λέγει· « Καὶ τὸ μὲν ἡγεμονικὸν τῆς χθονίας δυνάμεως, Ἑστία κέκληται, ἧς ἄγαλμα παρθενικὸν ἐφ' ἑστίας πυρὸς ἱδρύμενον· καθὸ δὲ γόνιμος ἡ δύναμις, σημαίνουσιν αὐτὴν γυναικὸς εἴδει πρὸ μαστοῦ. Τὴν δὲ Ῥέαν προσ-

(86) *Ὑπερμενέα Κρονίωνα*. Melius, ὑπερμενέος Κρονίωνος, ut supra.

Digitized by Google

εἶπον τὴν τῆς πετρώδους καὶ ὀρείου γῆς δύναμιν· A
τὴν δὲ Δήμητραν τὴν τῆς πεδινῆς καὶ γονίμου. Δη-
μήτηρ δὲ τὰ μὲν ἄλλα κατὰ τὰ αὐτὰ ἔχει τῇ Ῥέᾳ·
διενήνοχε δέ, ὅτι ἡ αὐτὴ κυεῖ τὴν Κόρην ἐκ Διός, τοῦ-
τέστι τὸν κόρον ἐκ τῶν φρυγανωδῶν σπερμάτων.
Διὸ καὶ κατέστεπται τὸ βρέτας αὐτῆς τοῖς στάχυσι,
μήκωνές τε περὶ αὐτὴν τῆς πολυγονίας σύμβολον. »
Κάνταῦθα πάλιν σκόπει, τίνα τρόπον τὴν Ῥέαν μη-
τέρα θεῶν λεγομένην, καὶ αὐτοῦ τοῦ Διός, κάτω που
περὶ πέτρας καὶ γῆν καταβέβληκε, καὶ πάντα φύρων
τὴν αὐτὴν εἶναί φησι τῇ Δήμητρι, πλὴν « ὅτι διενή-
νοχε, καθὸ, φησὶν, ἡ Δημήτηρ ἐκ Διὸς κυεῖ τὴν Κό-
ρην· ὥςπερ οὖν ἡ πεδιὰς γῆ τὸν κόρον ἐκ τῶν φρυ-
γανωδῶν σπερμάτων. » Ἰδοὺ σοι πάλιν ὁ Ζεὺς εἰς τὰ
φρυγανώδη σπέρματα μεταβέβληται. Τούτοις ἑξῆς B
ἐπισυνάπτει λέγων· « Ἐπεὶ δὲ καὶ τῶν εἰς γῆν βαλ-
λομένων σπερμάτων ἦν τις δύναμις, ἣν ἥλιος περὶ
τὸ κάτω ἡμισφαίριον ἰὼν ἔλκει κατὰ τὰς χειμερινὰς
τροπὰς, Κόρη μὲν ἡ δύναμις ἡ σπερματοῦχος, Πλού-
των δὲ ὁ ὑπὸ γῆν ἰὼν ἥλιος, καὶ τὸν ἀφανῆ περινο-
στῶν κόσμον, καὶ τὰς χειμερίους τροπάς· ὃς ἁρπά-
ζειν λέγεται τὴν Κόρην, ἣν ποθεῖ ἡ Δημήτηρ κρυ-
πτομένην ὑπὸ γῆν. Τῶν δὲ ἀκροδρύων, καὶ ὅλως τῶν
φυτευτικῶν ἡ δύναμις, Διόνυσος ὀνομάζεται. Ὅρα
δὲ καὶ τούτων τὰς εἰκόνας. Σύμβολα γὰρ ἡ Κόρη
φέρει τῆς προβολῆς τῶν κατὰ τοὺς καρποὺς ὑπὲρ τὴν
γῆν ἐκφύσεων· ὁ δὲ Διόνυσος κοινὰ μὲν πρὸς τὴν
Κόρην ἔχει τὰ κέρατα, ἔστι δὲ θηλύμορφος, μηνύων
τὴν περὶ τὴν γένεσιν τῶν ἀκροδρύων ἀῤῥενόθηλυν
δύναμιν. Πλούτων δὲ ὁ Κόρης ἅρπαξ κύων (87) μὲν C
ἔχει τοῦ ἀφανοῦς πόλου σύμβολον· τὸ δὲ σκῆπτρον τὸ
κολοβὸν σημεῖον τῆς τῶν κάτω βασιλείας· ὁ δὲ κύων
αὐτοῦ δηλοῖ τὴν κύησιν τῶν καρπῶν, εἰς τρία διῃρη-
μένην, εἰς τὴν καταβολὴν, καὶ τὴν ὑποδοχὴν, καὶ τὴν
ἀνάδοσιν. Οὐ γὰρ παρὰ τὸ τὰς κῆρας ἔχειν πρὸς
βορρᾶν, ὅ δηλοῖ τὰς ψυχὰς, κέκληται κύων, ἀλλὰ παρὰ
τὸ κυεῖν, ἡ χορηγὸς (88) ὁ Πλούτων, ὅταν ἁρπάσῃ τὴν
Κόρην. Ἄττις δὲ καὶ Ἄδωνις τῇ τῶν καρπῶν εἶεν
ἀναλογίᾳ προσήκοντες. Ἀλλ' ὁ μὲν Ἄττις τῶν κατὰ
τὸ ἔαρ προφαινομένων ἀνθῶν, καὶ πρὶν τελεσιογονῆ-
σαι (89) διαῤῥεόντων. Ὅθεν καὶ τὴν τῶν αἰδοίων
ἀποκοπὴν αὐτῷ προσανέθεσαν, μὴ φθασάντων ἐλθεῖν
τῶν καρπῶν εἰς τὴν σπερματικὴν τελείωσιν· ὁ δὲ
Ἄδωνις τῆς τῶν τελείων καρπῶν ἐκτομῆς σύμβολον.
Ὁ δὲ Σεληνὸς σύμβολον τῆς πνευματικῆς κινήσεως, D
οὐκ ὀλίγα συμβαλλομένης τῷ παντί. Σύμβολα δέ ἐστι
τὸ μὲν φλαῦρον καὶ στιλπνὸν κατὰ τὴν κεφαλὴν τῆς
οὐρανίου περιφορᾶς, ἡ δὲ περικειμένη κόμη τοῖς
κάτω μέρεσιν αὐτοῦ ὑπόδειγμα τῆς προσγείου περὶ
τὸν ἀέρα παχύτητος. Ἐπεὶ δὲ τῆς καὶ μαντικῆς δυ-
νάμεώς τις μέτοχος ἦν δύναμις, Θέμις μὲν κέκληται
ἡ δύναμις, τῷ τὰ τεθειμένα καὶ ἑκάστῳ κείμενα λέ-

ita deinceps iste prosequitur : « Id quod est, inquit, A
in terrena vi princeps atque primarium, Vesta no-
minatur, cujus simulacrum virginea specie juxta
focum excitari collocarique solet : quatenus autem
fecunda vis illa est, eamdem uberumtenus muliebri
forma expressam voluerunt. Et Opem quidem
lapidosi ac montani, Cererem vero planè ejusdem-
que feracis soli vim appellarunt. Nam Ceres cum
cætera plane omnia cum Ope communia habeat,
tum hoc ab illa differt, quod ipsa Κόρην, Proserpi-
nam ex Jove, hoc est κόρον, recentem et tenellum
ex cremiorum ac cæterorum hujusmodi virgulto-
rum seminibus ramum educat : quæ causa etiam
est, quamobrem ipsius effigies spicis coronetur, ac
papaveribus, quæ magnæ fecunditatis symbola B
sunt, ambiatur. » Hic rursum videsis, amabo,
quemadmodum iste Opem illam, quæ, cum cætero-
rum numinum, tum ipsius Jovis mater appellatur,
deorsum in saxa terramque abjecerit, omniaque
miscens atque confundens, eamdem illam fecerit
quam Cererem, hoc tantum discrimine, quod Ce-
res, inquit, Proserpinam ex Jove pariat, quomodo
scilicet planum terræ solum ex cremiorum virgul-
torumque seminibus recens ac novellum germen
educit. Ecce tibi Jupiter in cremiorum etiam ac
virgultorum semina commutatus. Verum, quæ sub-
jungat, audiamus : « Et quoniam, inquit, eorum
seminum, quæ terræ committuntur, vis quædam et
efficacitas est, quam sol ad inferius hemisphærium
progrediens, circa hiemale solstitium secum una C
deferat, Proserpina quidem vis illa est seminum
conservatrix, Pluto vero sol, qui circa brumæ sol-
stitium, sub terram commeans, latentem et igno-
tum orbem circumeundo peragrat. Atque his Pro-
serpinam rapuisse propterea dicitur, quam Ceres
sub terra absconditam summo desiderio prosequa-
tur. At vero fructuum vim, non eorum modo qui-
bus ligni simile putamen est, sed etiam omnium
omnino qui ex plantis oriuntur, Bacchum appel-
lant. Ac mihi tu eorum imagines contemplare.
Nam Proserpina quidem symbola fert exsistentium
supra terram a semente germinum : Bacchus au-
putationi asperserim. Est autem id, quod sequitur, Apollinis oraculum, quo ipsa quoque deorum suas in regiones distributio continetur.

Ἐργάζευ, φίλε, τήνδε θεόσδοτον ἐς τρίβον ἐλθών,
Μηδ' ἐπιλήθεο τῶν μακάρων θυσίας ἐναρίζων,
Πὴ μὲν ἐπιχθονίοις, πὴ δ' οὐρανίοις, ποτὲ δ' αἰθρης]
Αὐτοῖσιν βασιλεῦσι, καὶ ἠέρος ὑγροπόροιο,
Ἠδὲ θαλασσαίοις καὶ ὑποχθονίοισιν ἅπασι.
Πάντα γὰρ ἐνδέχεται φύσεως μεστώμασι [a], τῶνδε.]
Ζώων δ' ὡς θέμις ἐστὶ τελευτῆσαι καθαγισμούς
Λείσω· δέλτοις δὲ χαράσσετε χρησμὸν ἐμοῖο.
Τρεῖς μὲν ἐπιχθονίοις, τρεῖς δ' οὐρανίοισι θεοῖσι·
Φαιδρὰ μὲν οὐρανίοις, χθονίοις δ' ἐναλίγκια χροιῇ.
Τῶν χθονίων διάειρε τριχῇ θυσίας ἐναρίζων,
Νερτερίων κατάθαπτε, καὶ εἰς βόθρον αἷμα λαλλε.
Χεῦε μέλι νύμφαις Διονύσοιό [b] τε δῶρα·
Ὅσσοι δ' ἀμφὶ γαῖαν πωτώμενοι αἰὲν ἔασι,
Τοῖσδε φόνου πλήσας πάντη πυριπληθέα βωμὸν,
Ἐν πυρὶ βάλλε δέμνις, θύσας, ζώοιο ποτανοῦ,
Καὶ μέλι φυρήσας δηΐῳ (30) ἀλφίτῳ ἐνθεν.
Ἀτμούς τε λιβάνοιο, καὶ οὐλοχύτας ἐπίβαλλε,
Εὖτε δ' ἐπὶ ψαμάθοισιν ἴῃς, γλαυκὴν ἅλα χεύας,
Κἀκ κεφαλῆς (31) θυσίαζε, καὶ ἐς βαθὺ κῦμα θαλάσσης]
Ζῶον ὅλον προΐαλλε. Τελευτήσας τάδε πάντα
Ἐς πλατὺν ἠερίων χορὸν ἔρχεο οὐρανιώνων.
Ἀστραίοις δ' ἤπειτα καὶ αἰθερίοις ἐπὶ πᾶσιν
Αἷμα μὲν ἐκ λαιμῶν κρουνώμασιν ἀμφὶ θυηλὰς
Ἀμιτάζει (32), τὰ δὲ γυῖα θεοῖς ἐν δαιτὶ πονεῖσθαι·
Ἄκρα μὲν Ἡφαίστῳ δόμεναι, τὰ δὲ λοιπὰ πάσασθαι,]
Ἀτμοῖσιν λαροῖσιν ἐνιπλήσαντες ἅπαντα
Ἥρα ῥευσταλέον· ἐπὶ δ' εὐχὰς πέμπετε τοῖσδε.] »

Sed quo quæque tibi mactanda animantia ritu,
Ante canam; puris responsum incide tabellis.
Terna quidem laribus, totidemque sacrare memento
Cœlitibus; verum hoc discrimine; candida nempe
Cœlitibus, larium sit concolor hostia terræ.
Quæ laribus fient, in ternas divide partes,
At quæ dis Erebi, terra sepelito sub alta,
Fumantemque cavis scrobibus demitte cruorem.
Fundito mel nymphis, et mollia dona Lyæi.
Quæ circumvolitant humiles vaga numina terras,
His circum exundans succensa altaria sanguis
Impleat, et sacros avis integra cedat in ignes;
Sed prius infuso subigens tunsa hordea melle
Hæc thuri admisto, et salsas superinjice fruges.
146 Dum vitrei maris ad tenues facturus arenas
Veneris, infuso glauci prius æquoris haustu
In caput excussam macta, totumque profundos

Porricito in fluctus volucrem. Quæis rite peractis,
Ad magnos exinde choros vestigia flecte
Cœlituum; sacer æthereis honor omnibus idem,
Effusum scatebris ad farrea liba cruorem
Stagnare, et nota deis apponere membra,
Summa quidem flammis imponere; cætera mensis,

Tu liquidas gratis imple suffitibus auras
Interea, et castis urge pia numina votis. »

Καὶ μετ' ὀλίγα ἐπεξηγεῖται τὸν χρησμὸν ἑρμηνεύων ὧδε· « Αἱ δὲ θυσίαι ἔχουσι τὸν τρόπον τοῦτον, κατὰ τὴν προῤῥηθεῖσαν διαίρεσιν τῶν θεῶν ἐκδεδομέναι. Ὄντων γὰρ ὑποχθονίων καὶ ἐπιχθονίων θεῶν, καὶ τῶν μὲν ὑποχθονίων καὶ νερτερίων καλουμένων, τῶν δ' ἐπιχθονίων καὶ χθονίων κληθέντων θεῶν· κοινῶς μὲν τούτοις ἱερεῖα τετράποδα μέλανα θύειν παρακελεύεται· περὶ δὲ τὸν τρόπον τῆς θυσίας ἐξαλλάττει· τοῖς μὲν γὰρ ἐπιχθονίοις σφάζειν ἐπὶ βωμῶν, τοῖς δ' ὑποχθονίοις ἐπὶ βόθρων παρακελεύεται, καὶ μέντοι καὶ θάπτειν τούτοις θύσαντας τὰ σώματα. Ὅτι γὰρ κοινὰ τούτων καὶ τὰ τετράποδα, αὐτὸς ἐρωτηθεὶς ἐπήγαγε·

Tum ille paucis interjectis hanc istius oraculi subjicit explicationem: « Sacrificiorum, inquit ejusmodi ritus est, ad eam, quæ superius allata est, numinum partitionem accommodatus. Nam quod ex diis aliqui subterranei sint, alii terrarum incolæ; ac subterranei quidem inferi, quemadmodum terrarum incolæ, terrestres præterea nominentur; victimas quadrupedes easque nigri coloris omnibus ex æquo immolari, dissimilem tamen sacrificii ritum esse jubet. Terrestribus enim hostiam altari impositam jugulari præcipit, subterraneis autem in fovea, sic nimirum ut cadaver integrum terra quasi sepultum obruatur. Nam quadrupedes quidem cum illis omnibus esse communes, sequentibus versibus ita declarat,

Ξυνὰ πέλει χθονίων καὶ ἐπιχθονίων (33) τάδε μούνων,
Τετράποδα· χθονίοις ἀρνῶν νεοπηγέα γυῖα.

Terrarumque Erebique deis communia solis
Quadrupedum agnorum juvenilia corpora sunto.

[a] Ἰσ. μεστώματα. [b] Ἰσ. νύμφῃσι, Διοννύσ.

(30) Δηΐῳ. Quid sit δήϊον illud ἄλφιτον, nescio. Nec versus constat. Forte legi possit, φυρήσας ἅμα, vel σὺν δίῳ, tuncque δῖον ἄλφιτον vocabitur, ut ἱερόν, ab Homero.

(31) Κἀκ κεφαλῆς. Non dubito, quin κακκεφαλῆς legendum sit; quæ vox aut cum præcedenti χεύας, aut cum sequenti θυσίαζε, construi potest. Ego posterius secutus sum, quod aptius cum sequentibus convenire videretur.

(32) Ἀμιτάζει. Alter e manuscr. λιμνάζοιφ, alter λιμνάζοι. Præstat, opinor, λιμνάζειν, non modo quod in legibus sanciendis, quales sunt istæ sacrorum, infinitivus a Græcis eodem fere loco habeatur, quo apud Latinos imperativus, sed etiam quod tres infinitivi consequantur.

(33) Καὶ ἐπιχθονίων. Ita omnes. At sensus, meo judicio, postulat ὑποχθονίων. Hic enim versus ab eo profertur, ut probet, non χθονίων et ἐπιχθονίων (qua de re nemo dubitat, cum χθονίους et ἐπιχθονίους promiscue usurpari paulo ante dixisset), sed χθονίων et ὑποχθονίων communes esse quadrupedes. At non satis video quamobrem χθονίοις iterum sequente versu inculcetur.

Digitized by Google

Aeriis autem numinibus immolandas volucres, totasque flammis concremandas, earumque sanguinem circum altare fundendum esse monet; at marinis, volucres quidem, sed quæ atro colore sint, ac medios in fluctus vivæ adhuc spirantesque porriciantur; sic enim ait:

Omnibus hisce deis volucris, sed nigra marinis.

Diis quidem omnibus, si terrestres excipias, volucres assignans, solisque marinis **147** atras; cæteris igitur candidas. Jam vero cœlestibus ætheriisque numinibus summas duntaxat candidarum victimarum partes consecrandas, quod superest, comedendum esse docet: hoc enim ex solo victimarum genere vesci fas tibi esse, non ex alio. Cæterum, quos in ipsa divisione cœlites nominarat, eosdem hic astræos vocat. Ecquid porro necesse fuerit sacrificiorum istorum symbola explicare, prudenti homini satis per sese nota? Enimvero quadrupedes quidem eæque terrestres diis terrestribus immolantur; simili enim simile delectatur: pecus autem sane terrestre est, eoque Cereri placet, atque in cœlo frugum ipsarum ex terræ visceribus eductionem una cum sole parturit. Eædem nigri coloris esse debent, quod terra natura sua obscura sit; numero tres, quod ternarius corpoream terrenamque naturam repræsentet. Jam terrestribus quidem sursum, hoc est, altaribus impositæ hostiæ mactantur, quod ii supra terram degere consueverint; subterraneis autem, in foveis ac sepulcris, ubi volutantur. At vero numinibus reliquis, quod omnia perpetuo ferantur cursu, volucres immolantur: nam marina quidem aqua nec motum unquam intermittit, et nigrum ad colorem accedit, quo fit, ut ejus numina similes victimæ deceant: aeria vero, candidæ, quod aer pellucidæ naturæ cum sit, lumine facile perfundatur. Præterea cœlestibus ætheriisque diis summæ animantium partes, utpote omnium levissimæ offeruntur; et cum iis in sacrificii societatem homines vocantur, quod ipsi bonorum auctores sint, reliqui depulsores malorum. » Hactenus egregius divinæ sapientiæ mystes in iis quæ *De oraculorum philosophia* scripsit.

A Τοῖς δὲ ἀερίοις πτηνὰ θύειν παραχελεύεται ὁλοκαυτοῦντας, καὶ τὸ αἷμα ἐπὶ τῶν βωμῶν περιάγοντας· τοῖς δὲ θαλασσίοις, πτηνὰ μὲν, ζῶντα δὲ ἀφιέναι εἰς τὰ κύματα, μέλανα τὴν χρόαν ὄντα. Φησὶ γάρ·

Τοῖς δὲ (34) *θεοῖς τὰ πετεινὰ, θαλασσαίοις δὲ [κελαινά.*

Πᾶσι μὲν λέγων τοῖς θεοῖς πλὴν τῶν χθονίων τὰ πετεινὰ, μόνοις δὲ τοῖς θαλασσίοις τὰ κελαινά· οὐκοῦν τοῖς ἄλλοις λευκά. Τοῖς οὐρανίοις δὲ καὶ αἰθερίοις τὰ ἄκρα τῶν ἱερείων λευκῶν ὄντων ἀφιεροῦν, τὰ δὲ λοιπὰ μέρη ἐσθίειν· ἐκ μόνων γὰρ τούτων βρωτέον σοι, ἐκ δὲ τῶν ἄλλων μή. Οὓς δὲ εἴρηκεν ἐν τῇ διαιρέσει οὐρανίους, τούτους ἐνταῦθα ἀστραίους. Ἆρ' οὖν δεήσει ἐξηγήσασθαι τῶν θυσιῶν τὰ σύμβολα τῷ εὐσυνέτῳ δῆλα; Τετράποδα μὲν γὰρ τοῖς χθονίοις καὶ χερσαῖα· τῷ γὰρ ὁμοίῳ χαίρει τὸ ὅμοιον· χθόνιον δὲ τὸ πρόβατον, καὶ διὰ τοῦτο Δήμητρι φίλον, καὶ ἐν οὐρανῷ τὴν ἔκφανσιν ἐκ τῆς γῆς τῶν καρπῶν μεθ' ἡλίου λοχεύει· μέλανα (35) δέ· τοιαύτη γὰρ ἡ γῆ φύσει σκοτεινή· τρία δέ· τοῦ γὰρ σωματικοῦ καὶ γεώδους τὰ τρία σύμβολα (36). Τοῖς μὲν οὖν ἐπιχθονίοις ἄνω ἐπὶ βωμὸν δεῖ θῦσαι· ἐπὶ γὰρ τῆς γῆς ἀναστρέφονται οὗτοι· τοῖς δ' ὑποχθονίοις ἐν βόθρῳ καὶ ἐν ταφῇ, ἔνθα διατρίβουσι· τὰ πτηνὰ δὲ τοῖς ἄλλοις, ὅτι πάντα θεῖ· καὶ γὰρ τὸ ὕδωρ ἀκίνητον τῆς θαλάσσης, μέλαν δέ· διὸ καὶ τὰ τοιαῦτα ἱερεῖα πρόσφορα· τοῖς δὲ ἀερίοις λευκά· πεφώτισται γὰρ καὶ ὁ ἀὴρ φύσεως ὢν διαφανοῦς· οὐρανίοις δὲ καὶ αἰθερίοις τὰ ἐπὶ τῶν ζώων κουφότερα, ἅπερ ἐστὶν ἄκρα, οἷς κοινωνεῖν τῆς θυσίας δεῖ· δοτῆρες γὰρ οὗτοι ἀγαθῶν· οἱ δὲ ἄλλοι τῶν κακῶν κωλυτῆρες. » Τοιαῦτα μὲν τὰ ἀπὸ τῆς ἐκ *λογίων Φιλοσοφίας* τοῦ θαυμαστοῦ θεοσόφου.

CAPUT X.

Deos non esse, quotquot animalium sacrificiis delectantur.

Nunc autem, quæ idem habet in suo *De abstinentia a rebus animatis* opere, cum superiori oratione committe. Ibi enim recto plane sanoque adductus consilio, nec Deum præpotentem, nec secundas ab eo cœlestes divinasque virtutes, ullo prorsus aut suffitus aut sacrificii genere colendas esse, universe ante omnia profitetur. Deinde progressus ulterius, vulgi opiniones ita refellit evertitque, ut eos pro diis habendos esse neget, quotquot animalium sacrificiis delectentur: cum enim mactare **148** animantia, res sit omnium iniquis-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Ὅτι οὐκ ἂν εἶεν θεοὶ, ταῖς διὰ ζώων θυσίαις χαίροντες.

Φέρε δὲ, αὐτοῦ τὰς ἐναντίας τούτου φωνὰς σύγκρινον, ἃς τέθειται ἐν οἷς ἐπέγραψε *Περὶ τῆς τῶν ἐμψύχων ἀποχῆς*. Ἔνθα δὴ ὀρθῷ λογισμῷ κινούμενος, πρῶτον ἁπάντων ὁμολογεῖ μὴ δεῖν τὸ καθόλου μηδὲν μήτε θυμιᾶν, μήτε θύειν τῷ ἐπὶ πᾶσι Θεῷ· ἀλλὰ μηδὲ ταῖς μετ' αὐτὸν θείαις καὶ οὐρανίαις δυνάμεσιν. Εἶτα δὲ ἐπεξιὼν τὰς τῶν πολλῶν ὑπολήψεις, ἀνασκευάζει, μὴ χρῆναι φάσκων θεοὺς ὑπολαμβάνειν τοὺς ταῖς διὰ ζώων θυσίαις χαίροντας· εἶναι γάρ φησι πάντων ἀδικώτατον τὸ ζωοθυτεῖν, καὶ ἀνόσιον καὶ μυσαρὸν, καὶ βλαβερὸν, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ

(34) *Τοῖς δέ.* Malim conjuncte, τοῖσδε.

(35) *Λοχεύει· Μέλαινα δέ.* Ita recte distinguit alter e manuscr.; sed idem χολεύει pro λοχεύει perperam legit. Arietem porro, signorum in zodiaco principem, innuit.

(36) *Τὰ τρία σύμβολα.* An quod ternarius numerus solidum aliquid, communique vinculo nexum videatur?

Digitized by Google

θεοῖς προσφιλές. Ταῦτα λέγων, δῆλος ἂν εἴη τὸν ἑαυτοῦ Θεὸν ἀπελέγχων· προστάττειν γὰρ ἀρτίως ἔφησε τὸν χρησμὸν μὴ μόνον τοῖς ὑποχθονίοις θεοῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀερίοις, οὐρανίοις τε καὶ αἰθερίοις ζῶα θύειν. Καὶ ὁ μὲν Ἀπόλλων τοιαῦτα· ὁ δὲ τὸν Θεόφραστον μαρτυρόμενος, θεοῖς μὲν οὔ φησιν ἁρμόζειν τὴν διὰ ζώων θυσίαν, δαίμοσι δὲ μόνοις· ὥστε κατὰ τὸν αὐτοῦ καὶ Θεοφράστου λόγον δαίμονα εἶναι, ἀλλ' οὐ θεὸν τὸν Ἀπόλλωνα· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς παρὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι νενομισμένους θεοὺς, οἷς τὰς διὰ ζώων θυσίας πανδημεὶ πάντες ἄρχοντές τε καὶ ἀρχόμενοι κατά τε πόλεις καὶ χώρας ἐκτελοῦσι· τούτους γὰρ οὐδ' ἄλλο τι τυγχάνειν ἡγεῖσθαι χρὴ κατὰ τοὺς εἰρημένους ἢ δαίμονας. Εἰ δὲ ἀγαθοὺς εἶναί φασιν αὐτοὺς, καὶ πῶς, εἴπερ ἀνόσιος ἦν καὶ μυσαρὰ καὶ ἐπιβλαβὴς ἡ δι' αἱμάτων θυσία, ἀγαθοὶ ἂν εἶεν οἱ τοῖς τοιοῖσδε χαίροντες; Εἰ δὲ καὶ μὴ μόναις ταῖς τοιαύταις δὴ θυσίαις, καθ' ὑπερβολὴν δὲ ὠμότητος καὶ ἀπανθρωπίας φανεῖν ἀνδροκτασίαις καὶ ἀνθρωποθυσίαις ἡδόμενοι, πῶς οὐκ ἂντικρυς εἶεν ἂν μιαιφόνοι, καὶ πάσης ὠμότητος καὶ ἀπανθρωπίας οἰκεῖοι, καὶ οὐδὲν ἄλλο ἢ πονηροὶ δαίμονες; Τούτων δὲ ἡμῖν τὴν ἀπόδειξιν εἰληχότων, οἶμαι τῆς ἡμετέρας ἐκ τῶν δηλουμένων ἀναχωρήσεως τὸ εὔλογον ἀποδεδόσθαι. Μὴ γὰρ εἶναι δσιον, μηδ' εὐσεβὲς, μὴ ὅτι τὴν τοῦ Θεοῦ σεβάσμιον προσηγορίαν, καὶ τὴν ἀνωτάτω τιμὴν ἐπὶ τὰ πονηρὰ πνεύματα καταβάλλειν, ἀλλὰ μηδὲ τοῦ παρ' ἀνθρώποις τὴν βασίλειον ἐπειμένου ἀξίαν λῃσταῖς καὶ τυμβωρύχοις περιτιθέναι. Ὅθεν ἡμεῖς μόνον τὸν ἐπὶ πάντων σέβειν δεδιδαγμένοι Θεὸν, τιμᾷν τε κατὰ τὸ προσῆκον καὶ τὰς ἄμφ' αὐτὸν θεοφιλεῖς τε καὶ μακαρίας δυνάμεις, οὐδὲν μὲν γεῶδες καὶ νεκρὸν, οὐδὲ λύθρους καὶ αἵματα, οὐδέ τι τῆς φθαρτῆς καὶ ὑλικῆς οὐσίας ἐπαγόμεθα· νῷ δὲ πάσης κεκαθαρμένῳ κακίας καὶ σώματι τὸν ἐξ ἁγνείας καὶ σωφροσύνης κόσμον, πάσης λαμπρότερον ὄντα στολῆς περιβεβλημένῳ, δόγμασί τε ὀρθοῖς καὶ θεοπρεπέσι καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις διαθέσει γνησίᾳ τὴν ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παραδοθεῖσαν εὐσέβειαν μέχρι καὶ θανάτου φυλάττειν εὐχόμεθα. Ἀλλὰ γὰρ τούτων ἡμῖν προδιηρθρωμένων, ὥρα πρὸς τὰς ἀποδείξεις τῶν εἰρημένων χωρεῖν. Πρῶτα δὲ πάντων διελθεῖν εὔλογον, δι' ὧν ὁ προειρημένος συγγραφεὺς, ἐν οἷς ἐπέγραψε *Περὶ τῆς τῶν ἐμψύχων ἀποχῆς*, μήχρῆναι φησι μήτε τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ, μήτε ταῖς μετ' αὐτὸν θείαις δυνάμεσι γεώδες μηδὲν, μήτε θυμιᾷν, μήτε θύειν· ἀλλότρια γὰρ τὰ τοιαῦτα ἢ κατὰ τὴν πρέπουσαν εὐσέβειαν.

sima, quamque ut impietatis et exitii plenam detestari omnes exsecrarique debeant; longe profecto abesse, diis ut placere queat. Quæ dum ille pronuntiat, suum ab ipso Deum reprehendi ac redargui nemo non videt; cum oraculo juberi paulo ante dixerit, uti non subterraneis modo terrestribusque diis, sed etiam aeriis, cœlestibus, ætheriisque numinibus animantes immolentur. Et Apollo quidem ista præcipit: contra vero philosophus laudato etiam Theophrasti testimonio, diis animalium sacrificia convenire negat, sed tantum dæmonibus; ex quo utique sequitur Apollinem utriusque sententia non deum esse, sed dæmonem; nec Apollinem modo, sed etiam quotquot apud gentes universas putantur dii, quibus passim omnes tam principes quam populi per urbes perque pagos ex animalibus sacrificia faciunt. Nam istos quoque, si utrumque philosophum audiamus, aliud esse nihil existimare nos oportet, quam dæmones. Enimvero si bonos eosdem esse dixerint, quandoquidem infecta sanguine sacrificia, impietatis, horroris, et exitii plena sunt, quibus ista placeant, boni esse qui possint? Quod si non ejusmodi tantum sacrificiis, verum etiam ad crudelitatis omnis et immanitatis cumulum, virorum pariter ac mulierum cædibus delectatos eos esse ostendemus; quid superest, nisi ut iidem et parricidiis infames, et omni diritate teterrimi, denique nihil aliud nisi pessimi dæmones luce palam habeantur? Jam vero cum ita se rem habere probatum a nobis ac demonstratum fuerit, simul etiam omnibus constare debere arbitror nostræ ab isto cultu discessionis æquitatem. Nefas enim impiumque foret non dicam venerandum illud Dei nomen, honoremque summum ad improbos spiritus abjicere: sed vel eum ipsum, qui homini regia dignitate præstanti debeatur, latronibus ac sepulcrorum effossoribus tribuere. Nos igitur, qui unum illum hujus universi præsidem ac moderatorem Deum colere, et convenienti ritu, adeoque ipsi charissimarum beatarumque virtutum exemplo venerari didicimus, nec terreni quidquam aut mortui, nec saniem aut cruorem, nec id genus alia corruptioni obnoxia, et in materiam immersa obtrudimus; sed potius hoc in votis habemus unum, ut mente ab omni improbitate sincera, corpore castitatis ac temperantiæ cultu, qui longe omnem vestium ornatum superat, decorato, sana Deoque digna doctrina, quodque omnium præcipuum est, puro integroque animi sensu, traditam a Servatore nostro pietatem **149** ad mortem usque tueamur. Sed enim his ita breviter indicatis, tempus est, ut ad eorum confirmationem accedamus. Ac primum quidem ea persequi operæ pretium fuerit, quibus idem Porphyrius, in iis quæ de rerum animatarum abstinentia scripsit, neque summo Numini, neque secundis ab eo divinisque virtutibus terrestris quidquam aut adolendum, aut immolandum esse defendit, quod ejusmodi cultus omnino sit a sanctitate religionis alienus.

Digitized by Google

CAPUT XI.

Nihil eorum, quæ terra profert, summo rerum omnium Deo neque adolendum, neque sacrificandum esse.

« Ac Deo quidem, inquit ille, rerum omnium principi, nihil eorum quæ sensus attingit (quemadmodum sapiens quidam præcipit), neque adolentes, neque consecrantes : nihil enim ex materia conflatum est, quod idem non ei, qui ab omni materia sejunctus est, impurum continuo fuerit. Quare ne ipsa quidem eum deceat oratio, sive quæ cum voce conjungitur, sive quæ latet interius, si perturbatione aliqua mentis inquinetur ; sed potius casto silentio, sanctisque cogitationibus de illo susceptis, eum religiose veneremur. Æquum enim vero est, ut vitæ cum Deo similitudine conjuncti, sublimem ipsi ac cœlestem instituti nostri rationem, velut sanctissimum sacrificium offeramus, quæ simul etiam et hymni loco sit, et salutem nostram contineat. Sic ergo summi Numinis contemplatione, animo ab omni perturbatione vacuo suscepta, hujusmodi sacrificium peragitur. »

CAPUT XII.

Ne divinis quidem virtutibus terreni quidquam vel adolendum, vel sacrificandum esse.

« Ejusdem vero soboli, diis inquam illis, qui sola quoque mente cognoscuntur, ipsos etiam rationis et orationis hymnos repræsentemus : rerum enim earum primitiæ, quas nobis singuli largiuntur, et quibus nostram alunt conservantque naturam, sacrificium cuique acceptissimum fuerit. Quemadmodum igitur manipulorum ac pomorum agricola, sic etiam nos rectarum **150** de ipsis cogitationum primitias iis offeramus, simulque gratias cum pro rebus illis, quas eorum beneficio contemplamur, tum vero pro eo, quod versando nobiscum, seseque nobis videndos objiciendo, ac salutis nostræ causa facem nobis quasi præferendo, suo nos aspectu vere suaque contemplatione pascant. » Hæc Porphyrius, quibus plane gemina atque affinia

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Ὅτι οὐδὲν τῶν ἀπὸ γῆς χρὴ τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ οὔτε θυμιᾶν οὔτε θύειν.

«Θεῷ (37) μὲν τῷ ἐπὶ πᾶσιν, ὥς τις ἀνὴρ σοφὸς ἔφη, μηδὲν τῶν αἰσθητῶν μήτε θυμιῶντες, μήτ' ἐπονομάζοντες. Οὐδὲν γὰρ ἔνυλον (38), ὃ μὴ τῷ ὕλῳ εὐθύς ἐστιν ἀκάθαρτον. Διὸ οὐδὲ λόγος τούτῳ ὁ κατὰ φωνὴν οἰκεῖος· οὐδ' ὁ ἔνδον, ὅταν πάθει ψυχῆς ᾖ μεμολυσμένος· διὰ δὲ σιγῆς καθαρᾶς, καὶ τῶν περὶ αὐτοῦ καθαρῶν ἐννοιῶν θρησκεύσωμεν (39) αὐτόν. Δεῖ ἄρα συναφθέντας καὶ ὁμοιωθέντας αὐτῷ, τὴν αὐτῶν ἀναγωγὴν (40) θυσίαν ἱερὰν προσάγειν τῷ Θεῷ, τὴν αὐτὴν δὲ καὶ ὕμνον οὖσαν (41), καὶ ἡμῶν σωτηρίαν. Ἐν ἀπαθείᾳ ἄρα τῆς ψυχῆς, τοῦ Θεοῦ δὲ θεωρίᾳ ἡ θυσία αὕτη τελεῖται. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Ὅτι οὐδὲ ταῖς θείαις δυνάμεσι τῶν ἀπὸ γῆς τι θυμιᾶν, ἢ θύειν προσήκει.

« Τοῖς δὲ (42) αὐτοῦ ἐκγόνοις, νοητοῖς δὴ θεοῖς, ἤδη καὶ τὴν ἐκ τοῦ λόγου ὑμνῳδίαν προσθετέον· ἀπαρχὴ (43) γὰρ ἑκάστῳ ὧν δέδωκεν ἡ θυσία, καὶ δι' ὧν ἡμῶν τρέφει, καὶ εἰς τὸ εἶναι συνέχει τὴν οὐσίαν (44). Ὡς οὖν γεωργὸς δραγμάτων ἀπάρχεται καὶ τῶν ἀκροδρύων (45), οὕτως ἡμεῖς ἀπαρξώμεθα αὐτοῖς ἐννοιῶν, τῶν περὶ αὐτῶν καλῶν, εὐχαριστοῦντες (46) ὧν ἡμῖν δεδώκασι τὴν θεωρίαν· καὶ ὅτι ἡμᾶς διὰ τῆς αὐτῶν θέας ἀληθινῶς τρέφουσι, συνόντες καὶ φαινόμενοι, καὶ τῇ ἡμετέρᾳ σωτηρίᾳ ἐπιλάμποντες. » Ταῦτα μὲν οὖν οὕτως· ἀδελφὰ δὲ αὐτῷ καὶ συγγενῆ περὶ τοῦ πρώτου καὶ μεγάλου Θεοῦ ἐν τῷ *Περὶ θυσιῶν*, ὁ παρὰ τοῖς πολλοῖς φιλόμενος αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ Τυανεὺς Ἀπολλώνιος τοιάδε γράφειν λέγεται.

(37) *Θεῷ*. Hic Porphyrii locus habetur II *De animal. abstin.*, pag. 185 novæ editionis ; quem etiam laudat Cyrill. Alexandrin. tom. II, lib. I *contra Julianum*, fol. 36 cod. Græci, at Herveti 577, et Euseb. noster repetit *De demonstrat.*, c. 4.

(38) *Οὐδὲν γὰρ ἔνυλον*, etc. Vide quam bene interpres Porphyrii : quippe, inconcretæ, et sine materia naturæ, nihil inveniri potest quod non sit impurum et ejus majestatis indignum.

(39) *Θρησκεύσωμεν*. Porphyr., θρησκεύομεν.

(40) *Αὐτῶν ἀναγωγήν*. Cyrillus, ἑαυτῶν ἀναγωγήν.

(41) *Ὕμνον οὖσαν*. Cyrill., ὑμνοῦσαν, male.

(42) *Τοῖς δὲ*, etc. Continuanda hæc cum præcedentibus ; sunt enim Porphyrii verba.

(43) *Ἀπαρχή*. Melius quam Porphyr., ἀπαρχῆς.

(44) *Τὴν οὐσίαν*. Recte, quod perperam apud Porphyr., εἰς τὴν θυσίαν.

(45) *Ἀκροδρύων*. Ego *pomorum* verti, quo nomine, ἡ ὀπώρα, genus omne arboreorum fructuum, maximeque autumnalium, intelligitur. Itaque δράγματα simul et ἀκρόδρυα conjunxit, quæ sub idem fere tempus colligantur. Ita Cantici canticorum IV, 13 : *Emissiones tuæ, paradisus malorum punicorum, cum pomorum fructibus.* Septuag., μετὰ καρποῦ ἀκροδρύων. Expendendus Plutarchi locus, in *Alexandro*, p. 678 : Αὐτῆς μὲν οὖν καὶ ὄψων ἐγκρατὴς ἦν ὥστε καὶ τὰ σπανιώτατα πολλάκις τῶν ἀπὸ θαλάττης αὐτῷ κομιζομένων ἀκροδρύων καὶ ἰχθύων, ἑκάστῳ διαπεμπόμενος τῶν ἑταίρων, ἑαυτῷ μόνῳ μηδὲν καταλιπεῖν. Sunt qui testaceos pisces intellexerint, quod putamine quodam, uti nuces, ac cætera id genus ἀκρόδρυα, tecti videantur. Liceat igitur, opinor, nuces aliosque similes fructus ὄστρεα nominare. Certe Plutarcho verba non deerant, quibus pisces illos, si pisces erant, appellaret, ὄστρεα, ὀστρακόδερμα, λεπυρώδη sive λεπυριώδη, et si quæ alia Quid quod si ἀκρόδρυα pisces essent, nunquam præmissa illa singulari piscium forma, genus ipsum, hoc est ἰχθύας, nude subjungere!? Ergo hic etiam retineatur propria vocis hujus acceptio : tantum, si cui nova hæc maris et ἀκροδρύων conjunctio videbitur, levi mutatione legat, κομιζομένων ἰχθύων καὶ ἀκροδρύων. Tametsi Amiotus quidem reddidit ἀπὸ θαλάττης, *des pays voisins de la mer*, erediderim tamen, significari tantum fructus illos mari advectos esse, undecunque tandem adveherentur. Quod ex pressius p. 693 his verbis conceptum est, ἤκόν τινες ὀπώραν Ἑλληνικὴν ἀπὸ θαλάσσης τῷ βασιλεῖ κομίζοντες· ὁ δὲ θαυμάσας τὴν ἀκμὴν καὶ τὸ κάλλος, etc. En ὀπώρα, ἀντὶ τῶν ἀκροδρύων· et ἀκμή quam eleganter, quod vulgo dicimus, *la fraicheur!*

(46) *Καλῶν εὐχαριστοῦντες*. Distingue sic, καλῶν· εὐχαριστοῦντες ὧν, etc., qui locus ita clarius et significantius reddi possit, *simulque gratias, cum pro rebus illis, quas eorum beneficio contemplamur.*

Digitized by Google

sunt quæ de principe summoque Deo Apollonium illum Tyaneum, multorum ore decantatum, in suo *De sacrificiis* opere scripsisse ferunt, hunc in modum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

CAPUT XIII.

Ἔτι περὶ τοῦ μὴ χρῆναι τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ τῶν ἀπὸ γῆς τι προσφέρειν.

Iterum, nihil eorum, quæ terra gignit, summo Numini offerendum esse.

« Οὕτως (47) τοίνυν μάλιστα ἄν τις, οἶμαι, τὴν προσήκουσαν ἐπιμέλειαν ποιοῖτο τοῦ Θείου, τυγχάνοι τε αὐτόθεν ἵλεώ τε καὶ εὐμενοῦς αὐτοῦ παρ' ὄντινα οὖν μόνος ἀνθρώπων· εἰ Θεῷ μὲν, ὃν δὴ πρῶτον ἔφαμεν, ἑνί τε ὄντι κεχωρισμένῳ πάντων, μεθ' ὃν γνωρίζεσθαι τοὺς λοιποὺς ἀναγκαῖον, μὴ θύοι τι τὴν ἀρχὴν, μήτε ἀνάπτοι πῦρ, μήτε καθόλου τι τῶν αἰσθητῶν ἐπονομάζοι· [δεῖται γὰρ οὐδενὸς, οὐδὲ παρὰ τῶν κρειττόνων ἥπερ (48) ἡμεῖς· οὐδ' ἔστιν ὃ τὴν ἀρχὴν ἀνίησι γῆ φυτὸν, ἢ τρέφει ζῶον, ἢ ἀὴρ, ὃ μὴ (49) πρὸς αὐτόν γέ τι μίασμα·] μόνῳ δὲ χρῷτο πρὸς αὐτὸν αἰεὶ τῷ κρείττονι λόγῳ· [λέγω δὲ τῷ μὴ διὰ στόματος ἰόντι (50)·] καὶ παρὰ τοῦ καλλίστου (51) τῶν ὄντων, διὰ τοῦ καλλίστου τῶν ἐν ἡμῖν αἰτοίη τἀγαθά· νοῦς δέ ἐστιν οὗτος, ὀργάνου μὴ δεόμενος. » Οὐκοῦν κατὰ ταῦτα οὐδαμῶς τῷ μεγάλῳ καὶ ἐπὶ πάντων Θεῷ θυτέον. Τούτων ὧδε ἐχόντων, θέα δὴ λοιπὸν ὁποῖα περὶ τοῦ ζωοθυτεῖν ὁ πρότερος ἱστορεῖ συγγραφεὺς, μάρτυρα τοῦ λόγου τὸν Θεόφραστον ἀνακαλούμενος.

« Equidem, inquit, sic existimo, justis cum veris que religionis officiis Numen colere, sibique per sese propitium illud ac secundum præ cæteris hominibus habere posse, si Deo quidem illi, quem principem diximus, quique et unus est, et longo a reliquis intervallo sejunctus, secundum quem utique cæteros cognosci necesse est, nihil unquam sacrificarit, ignem non accenderit, nec eorum, quæ sensibus usurpantur, quidquam plane consecrarit (utpote qui rei nullius indigeat, non modo nostræ, sed nec eorum etiam, a quibus plurimum naturæ dignitate superamur : cumque adeo nihil sit eorum quæ a terra vel aere quoquo modo procreentur, animalque nullum, ab utroque nutritum, quod, si tanti naturam Numinis attendamus, non labis genus aliquod videatur), sed tantum excellentem illam ac præstantem orationem ei semper obtulerit (eam autem intelligo, quæ nequaquam ore profertur), atque ab eo, qui rerum omnium est optimus, eo quod similiter in nobis optimum est interprete, bona postularit. Illud autem mens est, quæ nullius operam instrumenti desiderat. » Hæc igitur si audimus, nihil plane summo illi ac rerum omnium moderatori Deo sacrificandum est. Quæ cum ita sint, vide porro, cujusmodi sint, quæ de animantium sacrificiis prior ille scriptor commemorat, et Theophrasti testimonio atque auctoritate confirmat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

CAPUT XIV.

Ὅτι παράνομόν ἐστι, καὶ βλαβερὸν, καὶ ἀνόσιον, τὸ θύειν ζῶα θεοῖς, καὶ ὅτι κατάραις ὑποβεβλημένον.

Iniquum, exitiosum, et impium esse, adeoque diris obnoxium, animantia diis sacrificare.

151 « Πόρρω (52) δὲ τῶν περὶ τὰς θυσίας ἀπαρχῶν τοῖς ἀνθρώποις προϊουσῶν (53) παρανομίας ἡ τῶν δεινοτάτων θυμάτων παράληψις ἐπεισήχθη ὠμότητος πλήρης· ὡς δοκεῖν τὰς πρόσθεν ἡμῖν ἐλεγχθείσας (54) ἀρὰς νῦν τέλος εἰληφέναι, σφαξάντων τῶν ἀνθρώπων, καὶ τοὺς βωμοὺς αἱμαξάντων, ἀφ' οὗ λιμῶν τε καὶ πολέμων πειραθέντες, αἱμάτων ἥψαντο. Τοιγαροῦν τὸ δαιμόνιον (55), ὥς φησιν ὁ Θεόφραστος, τούτων ἑκατέρων νεμεσῆσαν, ἐπιθεῖναι τὴν πρέπουσαν ἔοικε τιμωρίαν· καθὸ οἱ μὲν ἄθεοι γεγόνασι τῶν ἀνθρώπων· οἱ δὲ κακόφρονες μᾶλλον, ἢ κακόθεοι λεχθέντες ἂν ἐν δίκῃ, διὰ τὸ φαύλους καὶ μηδὲν ἡμῶν βελτίους ἡγεῖσθαι τὴν φύσιν εἶναι τοὺς θεούς. Οὕτως οἱ μὲν ἄθυτοι φαίνονται γενέσθαι τινὲς, οἱ δὲ κακόθυτοι, καὶ παρανόμων ἁψάμενοι θυμάτων (56). » Πάλιν δὲ ὁ αὐ-

151 « Gliscente paulatim, inquit, in sacrificiorum suorum primitiis hominum scelere, invecta tandem est indignissimarum victimarum plena crudelitatis usurpatio, sic ut denuntiatæ nobis antea diræ, nunc demum exitum sortitæ videantur, posteaquam homines et jugulare et aras cruentare cœperunt, ex quo semel famis ac bellorum necessitate compulsi, cædibus ac sanguine manus infecissent. Itaque Numen, ut ait Theophrastus, utriusque rei indignitate commotum, justas ab hominibus pœnas expetiit ; quod alii quidem athei exstiterint, alii male sentientes verius quam in deos impii, quippe qui vulgarem, nihiloque nostra meliorem deorum esse naturam arbitrati sint ; quo factum etiam fuerit, ut illi nullum omnino sacrificium fecerint, hi vero

(47) *Οὕτως.* Hunc locum repetit lib. III *De demonstr.*, c. 5.

(48) *Ἥπερ.* Melius quam in *Demonstr.*, οἵπερ.

(49) *Ὃ μὴ.* In *Demonstr.*, sic ᾧ οὐ πρόσεστί τι μίασμα.

(50) *Ἰόντι.* Demonstr. ἰέντι.

(51) *Καὶ παρὰ τοῦ κάλλ.* Hinc emendandum in *Demonstr.*, ubi vitiose legitur, παρὰ δὲ τοῦ καλλίστου τῶν ὄντων, διὰ τοῦ καλλίστου τοῦ ἐν ἡμῖν δόντι τὰ ἀγαθά.

(52) *Πόρρω.* Verba sunt Porphyrii, ex eodem II *Περὶ ἀποχ.*, p. 130 novæ edit., antiq. 22.

(53) *Προϊουσῶν.* Melius, quam ut Porphyr. προεχουσῶν.

(54) *Πρόσθεν ἡμῖν ἐλεγχθείσας.* Porphyr., πρόσθε λεχθείσας καθ' ἡμῶν. Alter e manuscr., προσενεχθείσας καθ' ἡμῶν. Quæ lectiones nostræ omnino præstant.

(55) *Τοιγαροῦν τὸ δαιμόνιον.* Quid secutus sit Porphyr. interpres, non satis intelligo, dum ita vertit : *Proinde*, ait Theophrastus, *quia horum et illorum numini quidam succensuerunt, videtur conveniens pœna illis imposita*, etc.

(56) *Ἁψάμενοι θυμάτων.* His subdit Porphyrius, Thous, populos ἐν Θράκης μεθορίοις οἰκήσαντας, quod nullis omnino sacrificiis uterentur, ἀναρ-

Digitized by Google

improba fecerint, victimis usi nefariis. » Quibus ista subjungit : « Quæ cum ita se habeant, jure Theophrastus interdicit, ne a quoquam, si modo veram pietatem ac religionem colere velit, res animatæ diis immolentur ; id quod aliis plerisque rationibus ipse confirmat. » Itemque paulo post : « Et sane, inquit, ea tantum sacrificare par est, quorum sacrificium nulli perniciem afferat : nihil enim est, quod æque ac sacrificium ab omni aliorum detrimento vacare debeat. Nam si quis nihilominus animantes quam fructus ipsos nobis a Deo nostros in usus concessas ac donatas esse dixerit, cogitet enimvero exitium illis ab sese afferri, quippe quibus animum eripiat. Abstinendum igitur ab earum sacrificio est, præsertim cum θυσία, hoc est sacrificium vel ipso nomine, ὁσία, id est sancti aliquid purique sonet ; sanctus autem nemo sit, qui alienis ex rebus, seu fructus illæ, seu plantæ sint, invito domino usurpatis, gratias habeat. Nam sanctum id esse qui possit, quod cum eorum, qui rebus suis spoliantur, injuria fiat? Quod si ne fructibus quidem alienis sacrificium a quoquam fieri sancte potest : qui rem alicui longe præstantiorem eripuerit, is profecto non nisi impie sacrificare poterit, cum indignitas et injuria hoc ipso gravior sit futura. Terræ autem fructibus anima certe quidem plurimum antecellit, qua proinde animantes ab eo, qui sacrificium facere velit, spoliari, nefas utique fuerit. » Ac rursus : « Animantibus igitur in sacrificiis parcendum est. » Iterumque : « Quod ergo neque sanctum, neque facile parabile fuerit, sacrificandum id non erit. » Ac deinceps : « Itaque si animantium quoque primitias consecrare diis oportebit, propter aliquam ex tribus hisce causis ejusmodi sacrificium fieri oportebit, cum nullum omnino nisi harum ex aliqua fieri soleat. An vero sese honore **152** Numen, ac non potius dedecore affici a nobis interpretetur, si vel ipso primitiarum genere injuriam aliis inferamus? Atqui eas sane animantes, a quibus læsi nunquam simus, immolari a nobis sine ipsarum injuria non posse agnoscimus : nullam igitur ex iis, quæ supersunt, per honoris divini speciem immolari deinceps oportebit. Sed ne habendæ quidem Numini gratiæ causa. Nam qui acceptis

A τὸς προστίθησι καὶ ταῦτα· « Ὧν δὴ (57) τοῦτον ἐχόντων τὸν τρόπον, εἰκότως ὁ Θεόφραστος ἀπαγορεύει μὴ θύειν τὰ ἔμψυχα τοὺς τῷ ὄντι εὐσεβεῖν ἐθέλοντας, χρώμενος καὶ τοιαύταις ἄλλαις αἰτίαις. » Καὶ ἐπιλέγει· « Καὶ μὴν (58) θύειν δεῖ ἐκεῖνα, ἃ θύοντες οὐδένα πημανοῦμεν· οὐδὲν γὰρ ὡς τὸ θῦμα ἀδλαβὲς εἶναι χρὴ πᾶσι. Εἰ δὲ λέγοι τις, ὅτι οὐχ ἧττον τῶν καρπῶν καὶ τὰ ζῶα ἡμῖν εἰς χρῆσιν ὁ Θεὸς δέδωκεν· ἀλλ' οὖν γε (59) ἐπιθυομένων τῶν ζώων φέρει τινὰ βλάβην αὐτοῖς, ἅτε τῆς ψυχῆς νοσφιζομένων. Οὐ θυτέον οὖν ταῦτα (60)· ἡ γὰρ θυσία ὁσία τίς ἐστι καὶ κατὰ τοὔνομα· ὅσιος δὲ οὐδεὶς, ὃς ἐκ τῶν ἀλλοτρίων ἀποδίδωσι χάριτας, κἂν καρποὺς λάβῃ, κἂν φυτὰ, μὴ ἐθέλοντος (61). Πῶς γὰρ ὅσιον, ἀδικουμένων τῶν ἀφαιρεθέντων ; Εἰ δὲ οὐδὲ καρπῶν ὁ ἀφ-

B ἁμένος ἀλλοτρίων (62) ὁσίως οὐ θύει, τά γε τούτων τιμιώτατα (63) παντελῶς οὐχ ὅσιον ἀφαιρουμένους τινῶν θύειν· τὸ γὰρ δεινὸν αὐτὸ γίνεται (64) μεῖζον. Ἡ ψυχὴ δὲ πολλῷ τιμιώτερον τῶν ἐκ γῆς φυομένων, ἣν ἀφαιρεῖσθαι θύοντα ζῶα οὐ προσῆκε. » Καὶ ἐπιλέγει· « Ἀφεκτέον (65) ἄρα τῶν ζώων ἐν ταῖς θυσίαις· » καὶ πάλιν φησί· « Τὸ τοίνυν μήθ' ὅσιον, μήτ' εὐδάπανον οὐ θυτέον. » Καὶ ἑξῆς· « Ὥστε καὶ τῶν ζώων (66) εἰ ἀπαρκτέον αὐτὰ θεοῖς, τινὸς ἕνεκα θυτέον· καὶ γὰρ ἃ θύομεν, τούτων τινὸς ἕνεκα (67) θύομεν. Ἆρ' οὖν τιμῆς ἠγήσαιτ' ἄν τις τυγχάνειν ἡμῶν, ἢ Θεὸς (68), ὅταν ἀδικοῦντες εὐθὺς διὰ τῆς ἀπαρχῆς φαινόμεθα, ἢ μᾶλλον ἀτιμίαν οἰήσαιτ' ἂν τὸ τοιοῦτο ὁρᾶν ; Ἐν τῷ δέ γε θύειν ἀναιροῦντες τὰ μηδὲν ἀδικοῦντα τῶν

C ζώων ἀδικεῖν ὁμολογοῦμεν. Ὥστε τιμῆς μὲν ἕνεκα οὐ θυτέον τῶν λοιπῶν ζώων οὐδέν· οὐ μὴν οὐδὲ τῶν εὐεργεσιῶν αὐτοῖς χάριν ἀποδιδόντας. Ὁ γὰρ τὴν δικαίαν ἀμοιβὴν τῆς εὐεργεσίας καὶ τῆς εὐποιΐας τὸ ἀντάξιον ἀποδιδοὺς οὐκ ἐκ τοῦ κακῶς τινα δρᾶν ὀφείλει ταῦτα παρέχειν· οὐδὲν γὰρ μᾶλλον ἀμείβεσθαι δόξει, ἢ κἂν εἰ τὰ τοῦ πέλας ἁρπάσας τις στεφανοίη τινὰς ὡς χάριν ἀποδιδοὺς καὶ τιμήν. Ἀλλ' οὐδὲ χάριν τινὸς ἕνεκα τῶν ἀγαθῶν· ὁ γὰρ ἀδίκῳ πράξει (69) τὸ παθεῖν εὖ θηρεύων ὕποπτός ἐστι μηδὲ εὖ παθὼν χάριν ἕξειν. Ὥστε οὐδὲ ἐλπιζομένης εὐεργεσίας θυτέον ἐστὶ τοῖς θεοῖς τὰ ζῶα· καὶ γὰρ δὴ τῶν μὲν ἀνθρώπων λάθοι τις ἂν ἴσως τινὰ τοῦτο πράττων· τὸν δὲ Θεὸν ἀμήχανον καὶ λαθεῖν. Εἰ τοίνυν θυτέον μὲν

πάστους ἐξ ἀνθρώπων γεγονέναι, quorum ne tenuissimum quidem vestigium superesset. Atque illi sunt quos ἀθέους vocabat. Contra, Bassaros (Bassara Lydiæ oppidum fuit, unde Baccho *Bassarei* cognomentum), æstu quodam ac furore superstitionis abreptos, taurorum immolationi, καὶ τὴν τῶν ἀνθρωποθυσιῶν βορὰν addidisse ; quos propterea κακόφρονας appellabat, quod pravam de diis deorumque sensu opinionem imbibissent. Hos mutuis inde vulneribus periisse tradit.

(57) *Ὧν δή*. Eod. loco p. 138 novæ edit.

(58) *Καὶ μήν*. Porphyr. p. 140.

(59) *Ἀλλ' οὖν γε*. Porph., ἀλλ' ὅτι γε.

(60) *Οὖν ταῦτα*. Porph. delet οὖν, quia prius ὅτι γε, non οὖν γε.

(61) *Μὴ ἐθέλοντος*. Porph., μὴ ἐκ θέλοντος, quod rectius videtur. Quod sequitur, πῶς γὰρ ὅσιον, ἀδικουμ.. emendatum a nobis est, cum in excuso Euseb. legeretur, πῶς γὰρ ὅσιον, οὐκ ἀδικ., quæ negatio sensum tollebat, nec in Porphyrio, nec in

D utroque manusc. legebatur.

(62) Ib. *καρπῶν ὁ ἀφ᾽ἁμενος ἀλλοτρίων*. Porph., καρποὺς ὁ ἀφελόμενος ἄλλων.

(63) *Τιμιώτατα*. Porph., τιμιώτερα.

(64) *Αὐτὸ γίνεται*. Porph., οὕτω γίνεται.

(65) *Ἀφεκτέον*. Porphyr., p. 142.

(66) *Ὥστε καὶ τῶν ζώων*. Porph., pag. 162.

(67) *Τίνος ἕνεκα*. Legend., ex Porph., τούτων τινὸς ἕνεκα. Illud vero τούτων ad tria illa refertur, quæ tanquam solas immolandorum animalium causas, paulo ante protulerat, quas ordine ac sigillatim hic refellit.

(68) *Ἄν τις τυγχάνειν ἡμῶν ἢ Θεός*. Porphyr. delet τις et ἤ, recte.

(69) *Ὁ γὰρ ἀδίκῳ πράξει*, etc. Interpr. Porphyr. sic : *Qui enim injuste agendo, cavet supplicium, formidolosus est, neque bene meritus a quoquam gratiam habiturus est*, sensu, ni fallor, plane contrario.

Digitized by Google

τούτων τινὸς (70) ἕνεκα, οὐδενὸς δὲ τούτων χάριν αὐτὸ πρακτέον, δῆλον ὡς οὐ θυτέον ἐστὶ τὰ ζῶα τὸ παράπαν τοῖς θεοῖς. Καὶ πάλιν ἐπιλέγει· « Τοῖς μὲν γὰρ (71) ἡ φύσις καὶ πᾶσα τῶν ἀνθρώπων ἡ τῆς ψυχῆς αἴσθησις δρωμένοις συνηρέσκοντο (72). A beneficiis referenda gratia par esse velit, is profecto per alienam injuriam hoc facere non debeat : secus enim, perinde gratiam reponere videatur, ut si quis rebus iis, quibus e vicinis aliquem per vim spoliasset, alterum deinde vel beneficii vel honoris causa donaret. Postremo, nec animo quoque boni ab ipso quidquam impetrandi. Quisquis enim maleficio beneficium aucupatur, eum ne accepto quidem beneficio gratiam habiturum merito suspicere. Quare nec spe beneficii animantia diis sacrificanda erunt. Nam ut hominum forte quempiam mactando animante latere possis, Deum certe quidem latere nunquam poteris. Si ergo sacrificium omne causarum istarum ex aliqua fieri debet, nec tamen ex iis ulla cædi animalium suffragatur, sequitur profecto nullum unquam animal diis immolare fas esse. Ac rursus aliquot interjectis : « Isto enim, inquit, sacrificiorum genere cum natura universa, tum communis ipse hominum omnium animi sensus delectabatur.

Ταύρων (73) *δ' ἀκράτοισι φόνοις οὐ δεύετο βωμός,*
Ἀλλὰ μύσος τοῦτ' ἔσκεν ἐν ἀνθρώποισι μέγιστον,
Θυμὸν ἀποῤῥήσαντας (74) *ἐέδμεναι ἦῖα γυῖα.* » B

Taurorumque cruor non ullum altare rigabat,
Infandique omnes tum criminis instar habebant,
Ante avulsa anima dein pinguia membra vorare. »

Καὶ μεθ' ἕτερα· « Ὅταν δὲ νέος (75) θεοὺς χαίρειν πολυτελείαις γνῷ, καὶ, ὥς φασι, ταῖς τῶν βοῶν καὶ ἄλλων ζώων θοίναις, πότ' ἂν ἐκὼν (76) σωφρονήσειε ; πῶς δέ, κεχαρισμένα θύειν ἡγούμενος τοῖς θεοῖς ταῦτα, οὐκ ἐξεῖναι ἀδικεῖν οἰήσεται αὐτῶν (77), μέλλοντι διὰ τῶν θυσιῶν ἐξωνεῖσθαι τὴν ἁμαρτίαν ; Πεισθεὶς δὲ ὅτι τούτων χρείαν οὐκ ἔχουσιν οἱ θεοὶ, εἰς δὲ τὸ ἦθος ἀποβλέπουσι τῶν προσιόντων, μεγίστην θυσίαν λαμβάνοντες τὴν ὀρθὴν περὶ αὐτῶν τε καὶ τῶν πραγμάτων διάληψιν, πῶς οὐ σώφρων καὶ δίκαιος, καὶ ὅσιος ἔσεται ; θεοῖς δὲ ἀρίστη μὲν ἀπαρχὴ, νοῦς καθαρὸς, καὶ ψυχὴ ἀπαθής· οἰκεῖον δὲ καὶ τὸ μετρίων μὲν ἀπάρχεσθαι τῶν ἄλλων, μὴ παρέργως δὲ, ἀλλὰ σὺν πάσῃ προθυμίᾳ· ἐοικέναι γὰρ δὴ τὰς τιμὰς ταῖς ἐπὶ τῶν ἀγαθῶν C προεδρίαις, ὑπαναστάσεσί (78) τε καὶ κατακλίπεσιν, οὐ συντάξεων δόσεσι. » Σαφῶς δὴ διὰ τούτων κατὰ τοὺς Ἕλληνας καὶ τοὺς τούτων φιλοσόφους ὡμολογήθη, ὅτι οὐδὲν ἔμψυχον θυθεὶη ἂν εὐλόγως τοῖς θεοῖς· ἀνόσιον γὰρ καὶ ἄδικον καὶ ἐπιβλαβὲς εἶναι τὸ πρᾶγμα, οὐκ ἀλλότριόν τε μύσους. Οὐκ ἦν ἄρα θεὸς, οὐδέ τις ἀψευδὴς καὶ ἀγαθὸς δαίμων ὁ τὰς δι' αἱμάτων λοιβάς τε καὶ κνίσσας μικρῷ πρόσθεν εἰσπραττόμενος χρησμῳδός· οὐδ' ἐκεῖνοι πάντες, οἷς ὁ χρησμὸς θύειν ζῶα παρεκελεύσατο· πλάνον ἄρα καὶ ἀπατεῶνα, καὶ πονηρὸν ἀντικρυς δαίμονα χρὴ φάναι τὸν καταψευσάμενον, καὶ θεοὺς τοὺς μὴ ὄντας ἀνειπόντα, καὶ προστάξαντα μὴ μόνον τοῖς χθονίοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς οὐρανίοις καὶ ἀστραίοις ζωοθυτεῖν. Τίνας οὖν εἰ μὴ θεοὺς τοὺς εἰρημένους ἅπαντας προσήκει ἂν ὑπο- D

Iterumque post alia quædam : « Ubi autem intellexerit adolescens, magnis sumptibus, adeoque boum, ut loquuntur isti, ac cæterorum animantium epulis deos ipsos delectari, qui fieri queat, ut frugi ac temperans esse velit ? Idemque si acceptas esse diis hujusmodi victimas putaverit, quomodo in animum inducat, scelerate facere sibi non licere, qui sacrificiis maleficia redimere se posse videat ? Contra vero, si deos nihil istis omnibus indigere sibi persuaserit, sed in eorum potius, a quibus adeuntur, mores intueri, magnique sacrificii habere loco rectam de se ipsis deque rerum veritate sententiam, fierine poterit, quin et temperans, et justus, et sanctus evadat ? Enimvero cum sincera mens, et animus ab omni cupiditate vacuus optimæ deorum primitiæ sint, non alienum tamen ab iisdem fuerit, alia quædam ipsis modicæ ac facilis impensæ libare, si tamen id non dicis causa, sed omni studio et prolixa voluntate fiat : siquidem isti deorum honores, solemnibus apud viros **153** bonos præsidendi, assurgendi, ac discumbendi rationibus similes putandi sunt, non vectigalium pensionibus. » Ex his profecto manifeste liquet, vel ipso Græcorum hominum, quique apud ipsos exstitere philosophorum sensu, nihil animati diis sacrificari jure posse : rem quippe nefariam, inquam, ac perniciosam esse, atque exsecrationi proximam. Deus igitur fatidicus iste non erat, imo nec verax bonusque dæmon, qui cruentas paulo ante libationes

(70) *Τούτων τινός*. Porph. τούτων non habet. Quæ tamen vox necessaria est, quia Theophrastus aliqua duntaxat ex illis tribus causis sacrificandum esse docuerat.

(71) *Τοῖς μὲν γάρ*. Porphyr. p. 172, lin. 1. Fructuum autem sacrificia intelligit, quæ sola primis illis temporibus in usu fuerant.

(72) Porphyr., συνηρέσκετο.

(73) *Ταύρων*. Empedoclis versus isti sunt, ut diserte Porphyrius. Sed pro ἀκράτοις legit ἀκρίτοις, hoc est, vel promiscuis, vel injustis : quasi miseræ animantes, indicta causa damnatæ jugularentur. Ἄκριτος quoque *rigidum nimis austerumque* significat. Plutarch., *Pomp.*, 674, B, ἡ τε σεμνότης, οὐκ ἄκριτον, ἀλλ' εὐχαριν ἔχουσα τὴν ὁμιλίαν.

(74) Ἀποῤῥήσαντας, etc. Porphyr., ἀποῤῥέσαντας ἐέλμεναι, utique vitiosius. Conjiciebam ἀποῤῥαίσαντας, quod postea in altero e manusc. et Mont. reperi. Posset etiam ἀποῤῥήξαντας. Sequitur ἦῖα γυῖα, quomodo leg. omnes. Vix tamen, credo, reperias ἦῖα, quod adjectivi loco sumatur ; sunt enim τὰ ἦῖα proprie, τὰ ἐφόδια, τὰ καθ' ὁδὸν βρώματα. Crediderim legi posse ἠέα, ab ἠΰς, hoc est *bona*, quæ tamen *pinguia* dicere malui.

(75) Ib. C. 10. Ὅταν δὲ νέος. Porphyr. p. 252, sub libri II finem.

(76) *Πότ' ἂν ἐκών*. Melius, quam Porphyr., πάντ' ἂν ἐκών. Legi possit, πῶς ἄν. Vereor ut interpres satis ad Porphyrii mentem, *quis modus animum volenti ad omnia sapienter adhibere ?*

(77) Legè αὐτῷ, ut Porphyr.

(78) Ὑπαναστάσεσι, etc. Male enim excus. Porphyr., ἐπαναστάσεσι, καὶ κατακλήσεσι, et v. 2 δείπτει pro δόσεσι. Quæ sequuntur Eusebii sunt.

Digitized by Google

carnium que nidorem exigebat; adeoque nec illi omnes, quibus animantes immolare jubebat. Fraudulentum illum ergo atque impostorem, malumque omnino dæmonem appellare decet, qui mentiri palam, ac deos, qui dii non essent, pronuntiare ausus sit, animaliumque sacrificia uti non terrestribus modo, sed etiam cœlitibus sidereisque imperare. Sed enim, quales tandem, si minus deos, existimare omnes istos oporteat, ex eodem rursus auctore discemus, hunc in modum scribente.

CAPUT XV.

Dæmonibus istorum sacrificia fieri, non diis.

« Noverat autem, utpote cui religio curæ esset, diis quidem animati prorsus immolari nihil, sed tantum dæmonibus, seu boni illi sint, seu mali; simulque noverat, quorum interesset sacrificium iis facere, quibusque tantum rebus eos uti oporteret, qui ipsorum opem atque auxilium implorarent. » Ac deinceps: « Porro non diis, inquit, sed dæmonibus cruenta sacrificia ab iis oblata esse, qui virtutes hoc in universo degentes agnoverant, id vero theologorum ipsorum fide ac testimonio comprobatur: illudque præterea, ex iisdem noxios alios esse, aliosque bonos, qui nihil incommodi allaturi nobis essent. » Hæc ille. At cum ex dæmonibus alios quidem bonos, alios vero malos esse dicat, videamus porro, quibus tandem argumentis deos ab istis celebratos, non bonos, sed malos fuisse dæmones constare certo possit. Equidem vel hac ipsa ratione confici rem existimo. Quidquid bonum est, prodesse solet, nocere vero, contrarium: atqui, si quotquot seu dii, seu dæmones passim et ubique prædicantur, illi ipsi, inquam, istorum omnium ore jactati, atque a gentibus culti universis, Saturnus, Jupiter, Juno, **154** Minerva, idque genus cæteri, adeoque virtutes illæ quæ sub aspectum non cadunt, quique per simulacra vim suam exserunt dæmones, eos, inquam, omnes si non modo brutarum animantium, verum etiam hominum cædibus ac sacrificiis delectari, sicque miserorum hominum animis exitium afferre ostendetur; quam tu diriorem ista perniciem cogitare possis? Nam si animalium ratione carentium sacrificia exsecratione digna malique ominis philosophi esse dixerunt, si detestanda, si injusta, atque nefaria, ipsisque adeo facientibus exitiosa, proindeque diis prorsus indigna: quid de jugulandorum hominum consuetudine sentiendum erit? profecto impietatem ac scelus omne ab ea longe multumque superari. Quod si ita est, quis illam jure bonis dæmonibus, ac non potius teterrimis spiritibus, omniumque perniciem et interitum molientibus placere dicat? Age itaque omnium ponamus ante oculos, quam longe lateque, priusquam ipsi evangelica Servatoris nostri doctrina obsisteret, tota hominum vita grassa-

a ἰσ. ἦ.

(79) *Οἶδε.* Theologus ille videlicet, quem laudat eo loco Porphyr. l. II, p. 189, ubi habetur ὅτι, pro ὁ τῆς, quæ lectio probari etiam potest pro ἅτε δή.

(80) *Ἀλλ' ἤτοι.* Porphyr., Καὶ ἄλλοις ἤτοι, mendose, ut videtur.

(81) *Καὶ των ἄχρι τινὸς αὐτῶν δεομ.* Porphyr., αὐτοῦ, nempe θύειν. Forte legend. sit, καὶ ἄχρι τίνος, τῶν αὐτῶν δεομένων. Norat enim Theologus, non modo quorum esset illis sacrificare, sed etiam

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Ὅτι τὰ θυόμενα παρ' αὐτοῖς, δαίμοσιν, ἀλλ' οὐ θεοῖς θύεται.

« Οἶδε (79) δὲ ὁ τῆς εὐσεβείας φροντίζων, ὡς θεοῖς μὲν οὐ θύεται ἔμψυχον οὐδέν, δαίμοσι δέ, ἀλλ' ἤτοι (80) ἀγαθοῖς, ἢ καὶ φαύλοις· καὶ τίνων ἐστὶ τὸ θύειν τούτοις, καὶ τῶν ἄχρι τινὸς αὐτῶν δεομένων (81). » Καὶ αὖθις ἑξῆς φησιν· « Ὅτι δὲ (82) οὐ θεοῖς, ἀλλὰ δαίμοσι τὰς θυσίας τὰς διὰ τῶν αἱμάτων προσῆγον οἱ τὰς ἐν τῷ παντὶ δυνάμεις καταμαθόντες, τοῦτο πεκίστωται παρ' αὐτῶν τῶν θεολόγων. Καὶ μὴν ὅτι τούτων οἱ μὲν κακοποιοί, οἱ δὲ ἀγαθοί, καὶ οὐκ ἐνοχλήσουσιν (83) ἡμῖν. » Ταῦτα μὲν ὁ δεδηλωμένος. Ἐπεὶ δὲ τῶν δαιμόνων ἔφησε τοὺς μὲν ἀγαθοὺς, τοὺς δὲ φαύλους εἶναι, φέρε, πῶς ἴδωμεν, ὅτι οὐδὲ ἀγαθοὶ δαίμονες, φαῦλοι δὲ οἱ νενομισμένοι αὐτῶν θεοὶ πάντες ἁλίσκονται; Λάβοις δ' ἂν καὶ τούτου τὴν ἀπόδειξιν ὧδε. Τὸ ἀγαθὸν ὠφελεῖ, βλάπτει δὲ τὸ ἐναντίον. Εἰ δὲ φανεῖεν οἱ κατὰ πάντα τόπον ἀνηγορευμένοι εἴτε θεοὶ εἴτε δαίμονες, αὐτοὶ δὴ οἱ παρὰ πᾶσιν αὐτοῖς βεβοημένοι, καὶ πρὸς τῶν ἐθνῶν ἁπάντων προσκυνούμενοι, ὅ τε Κρόνος, καὶ ὁ Ζεὺς, Ἥρα τε καὶ Ἀθηνᾶ καὶ οἱ παραπλήσιοι, αἵ τε ἀφανεῖς δυνάμεις, καὶ οἱ δαίμονες οἱ διὰ τῶν ξοάνων ἐνεργοῦντες, οὐ μόνον ζώων ἀλόγων σφαγαῖς καὶ θυσίαις, ἀλλὰ καὶ ἀνδροκτασίαις καὶ ἀνθρωποθυσίαις χαίροντες, καὶ ταύτῃ τὰς ψυχὰς τῶν ἀθλίων ἀνθρώπων λυμαινόμενοι· τίνα χείρονα ταύτης βλάβην ἐπινοήσειας; Εἰ γὰρ ἡ διὰ τῶν ζώων ἀλόγων θυσία ἐπάρατος καὶ κακόθυτος πρὸς τῶν φιλοσόφων ἐλέχθη, μυσαρά τε καὶ ἄδικος καὶ ἀνόσιος, καὶ οἷα ἀβλαβὴς τοῖς θύουσι, καὶ διά γε ταῦτα πάντα θεῶν ἀναξία, τί χρὴ νομίζειν τὴν τῶν ἀνθρώπων σφαγήν; ἢ παντὸς αὖτη γένοιτ' ἂν ἀσεβεστάτη καὶ ἀνοσιωτάτη. Πῶς οὖν ἀγαθοῖς δαίμοσιν, οὐχὶ δὲ τοῖς παμμίαροις καὶ πανωλέθροις πνεύμασιν εἰκότως ἂν λεχθείη προσφιλής; Φέρε οὖν ἐλέγξωμεν καὶ ἀποδείξωμεν, ὁπόσον ἡ τῆς πολυθέου πλάνης λύμη τοῦ βίου τῶν ἀνθρώπων πρὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εὐαγγελικῆς διδασκαλίας ἐκράτει. Λελύσθαι γὰρ αὐτὴν καὶ καθῃρῆσθαι οὐκ ἄλλοτε ἢ κατὰ τοὺς Ἀδριανοῦ χρόνους, φωτὸς δίκην ἤδη διαλαμπούσης ἐπὶ πάντα τόπον τῆς τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας. Οἷς οὐχ ἡμεῖς, ἀλλ' αὐτῶν πάλιν τῶν μὴ τὰ ἡμέτερα φρονούντων μαρτυρήσασιν αἱ φωναὶ διαῤῥήδην, τῶν πρὸ τούτου χρόνων τοσαύτην κατηγοροῦσαι μοχθηρίαν, ὥστε ἤδη τοὺς

ἄχρι τίνος, supple, τὸ θύειν ἐστίν. Id est: *quatenus progredi sacrificando debeant*: solos videlicet fructus offerendo, ab animatis abstinendo.

(82) *Ὅτι δέ.* Porph., ib. p. 229.

(83) *Καὶ οὐκ ἐνοχλ.* Porphyr., οἱ οὐκ ἐνοχ., recte. Subdit autem, quod ad sensus integritatem pertinet, ἡμῖν ἀπαρχομένοις ἐκ μόνων, ὧν αἰσθόμεθα, καὶ τρέφομεν ἢ τὸ σῶμα, ἢ τὴν ψυχήν.

Digitized by Google

δεισιδαίμονας πέρα καὶ τῶν τῆς φύσεως ὅρων χωρεῖν, ὑπὸ τῶν ἀλεθρίων πνευμάτων ἐξοιστρουμένους καὶ δαιμονῶντας ἀντικρυς· ὡς καὶ τοῖς τῶν φιλτάτων αἵμασι, καὶ ἄλλαις μυρίαις ἀνθρωποθυσίαις ἱλεοῦσθαι νομίζειν τὰς μιαιφόνους δυνάμεις. Καί τις πατὴρ τὸν μονογενῆ παῖδα, καὶ μήτηρ τὴν ἀγαπητὴν θυγατέρα προσίθυνον τῷ δαίμονι· καὶ κατέσφαττον οἱ φίλτατοι, ὡς τι τῶν ἀλόγων καὶ ἀλλοτρίων θρεμμάτων, τοὺς προσήκοντας, ἔθυόν τε τοῖς δὴ θεοῖς κατὰ πόλεις καὶ χώρας τοὺς συνοίκους καὶ πολίτας, τὴν φιλάνθρωπον καὶ συμπαθῆ φύσιν ἐπὶ τὸ ἀνηλεὲς καὶ ἀπάνθρωπον ἀκονήσαντες, καὶ τὸν μανιώδη καὶ δαιμονιακὸν ὡς ἀληθῶς ἐπιδεικνύμενοι τρόπον. Εὕροις δ' οὖν πᾶσαν ἐξετάζων Ἑλληνικήν τε καὶ βάρβαρον ἱστορίαν, ὅπως οἱ μὲν υἱεῖς, οἱ δὲ θυγατέρας, οἱ καὶ σφᾶς αὐτοὺς τῶν δαιμόνων καθιέρουν θυσίαις. Ἐγὼ δὲ καὶ τούτων τὸν καὶ πρότερον παρίστημι μάρτυρα ἐν τοῖς αὐτοῖς, ἐν οἷς τὴν τῶν ἀλόγων θρεμμάτων θυσίαν, ὡς ἀνοσίαν καὶ ἀδικωτάτην, ἀπηγόρευσε, ταῦτα φάσκοντα πρὸς ῥῆμα.

retur idololatriæ pestis. Nec enim ante Adriani tempora dissipari purgarique potuit, cum jam lucis instar locis in omnibus Christi doctrina splenderet. Atque id, quemadmodum et superiora, non nostris, sed illorum ipsorum, qui a nobis tantopere dissentiunt, testimoniis ostendemus, quæ palam ac diserte eo progressam esse coarguunt priorum temporum impietatem, ut jam superstitiosi homines exitialium spirituum æstro perciti, planeque diabolicam in rabiem acti, ipsos etiam naturæ fines ac limites transilirent, cruorisque avidas potestates necessariorum suorum sanguine, aliisque hominum cædibus infinitis conciliari placarique censerent. Itaque pater unigenam filium, materque filiolam charissimam dæmonibus immolabant; et familiares propinquosque suos, perinde ac brutas alienasque pecudes, homines amicissimi jugulabant: adeoque per urbes passim atque pagos, diis videlicet egregiis domesticos quique suos popularesque mactabant, humanam sensuque cognatam naturam, ad trucem immanemque crudelitatem acuentes, ac furioso vereque a dæmonibus invecto more sævientes. Enimvero, seu Græcam, seu Barbaram historiam excutias, occurret tibi continuo, quemadmodum alii filios, filias alii, alii denique semetipsos dæmonum sacrificiis devoverent. Quorum ego testem in 155 primis eumdem ipsum produco Porphyrium, qui eodem opere, quo expertissima rationis animalium sacrificia tanquam nefaria et iniquissima prohibet, sic ad verbum loquitur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙϚ'.

Περὶ τῆς παλαιᾶς ἀνθρωποθυσίας, ἐκ τοῦ Πορφυρίου καὶ τῶν ἄλλων.

« Καὶ ὅτι ταῦτα (84) οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ πλήρους οὔσης τῆς ἱστορίας λέγομεν, αὐτάρκη καὶ ταῦτα παραστῆσαι. Ἐθύετο γὰρ καὶ ἐν Ῥόδῳ μηνὶ Μεταγειτνιῶνι ἕκτῃ ἱσταμένου ἀνθρωπος τῷ Κρόνῳ· ὃ δὴ ἐπιπολὺ κρατῆσαν ἔθος μετεβλήθη· ἕνα γὰρ τῶν ἐπὶ θανάτῳ δημοσίᾳ κατακριθέντων, μέχρι τῶν Κρονίων συνεῖχον· ἐνστάσης δὲ τῆς ἑορτῆς, προαγαγόντες τὸν ἄνθρωπον ἔξω πυλῶν, ἀντικρὺ τοῦ Ἀριστοβούλης ἴδους, οἴνου ποτίσαντες ἔσφαττον. Ἐν δὲ τῇ νῦν Σαλαμῖνι, πρότερον δὲ Κορωνείᾳ (85) ὀνομαζομένῃ, μηνὶ κατὰ Κυπρίους Ἀφροδισίῳ ἐθύετο ἄνθρωπος τῇ Ἀγραύλῳ τῇ Κέκροπος καὶ νύμφης Ἀγραυλίδος. Καὶ διέμενε τὸ ἔθος ἄχρι τῶν Διομήδους χρόνων· εἶτα μετέβαλεν, ὥστε τῷ Διομήδει τὸν ἄνθρωπον θύεσθαι. Ὑφ' ἕνα δὲ περίβολον ὅ τε τῆς Ἀθηνᾶς νεὼς, καὶ ὁ τῆς Ἀγραύλου καὶ Διομήδους. Ὁ δὲ σφαγιαζόμενος, ὑπὸ τῶν ἐφήβων ἀγόμενος, τρὶς περιέθει τὸν βωμόν· ἔπειτα ὁ ἱερεὺς αὐτὸν λόγχῃ ἔπαιε κατὰ τοῦ στομάχου, καὶ οὕτως αὐτὸν ἐπὶ τὴν νηθεῖσαν πυρὰν ὠλοκαύτιζον. Τοῦτον δὲ τὸν θεσμὸν Δίφιλος (86) ὁ τῆς Κύπρου βασιλεὺς κατέλυσε, κατὰ τοὺς Σελεύκου χρόνους τοῦ θεολόγου (87)

CAPUT XVI.

De antiqua hominum immolandorum consuetudine, ex Porphyrio et aliis.

« Atque id a nobis, inquit, non temere, sed plena exemplorum suffragante historia memorari, satis, quæ subjicio, comprobabunt. Nam apud Rhodios primo quidem ad diem Julii sextum, hominem Saturno immolabant; deinde vero morem antiquissimum ita mutarunt, ut ex iis unum, qui morte damnati publice forent, vinctum usque ad Saturnalia custodirent, eumque ad solemnis festi diem extra portas eductum, vinoque madidum, e regione sedis Optimi Consilii jugularent. Salamine, ut quidem hodie vocant, quæ prius Coronea dicebatur, mense Martio, quem Aphrodisium Cyprii nominant, Agraulo Cecropis nymphæque Agraulidis filiæ hominem quoque mactabant. Qui mos cum ad Diomedis usque tempora propagatus esset, ita deinceps mutatus est, ut Diomedi hominem illum immolarent, cum Palladis, Agraulī, ac Diomedis templum uno eodemque ambitu teneretur. Atque is, quem ad sacrificium destinarant, primum quidem adolescentium manibus ter circum altare cursim agebant; deinde a sacerdote ad stomachum

(84) *Καὶ ὅτι ταῦτα.* Ex eod. l. II, *Περὶ ἀποχ.*, p. 224 novæ edit. Eumdem laudat Cyrillus Alexandrin. tomo III, lib. II *cont. Julian.* p. 75 cod. Græci; Latini, a. l. 4. p. 598, colum. 2, sed quædam subinde resecat.

(85) *Κορωνείᾳ.* Cyrill. et Porphyr., Κορωνίδι. Stephani *Epitom.*, Κορώνην Salaminis partem esse ait; Κορωνείας vero nomen aliis urbibus tribuit; ex quibus tamen unam in Cypro collocat, ubi et Salamis.

(86) *Δίφιλος.* Alter ex manuscrip., Διάφιλος. Porphyr., Δίφιλος. Cyrillus ista præterit. Non dubito, quin legendum sit Δίφιλος, quod usitatissimum nomen est: Διάφιλος rarum, Διάφιλος vix auditum.

(87) *Σελεύκου τοῦ θεολόγου.* Ille ipse, credo, est quem Suidas Alexandrinum grammaticum vocat, ad distinctionem alterius Emiseni. Eumdem *Homerici* cognomentum habuisse tradit, atque in omnes fere poetas commentarios edidisse, ac præter alios plerosque, centum de diis scripsisse libros. Unde verisimile est, eum Theologi nomen accepisse.

Digitized by Google

hasta percussus exstructo rogo cremabatur. Hanc vero legem Diiphilus, qui apud Cyprios circa Seleuci Theologi tempora regnabat, tandem abrogavit, ejusque loco bovis sacrificium instituit, quem hominis vice dæmon libenter accepit. Adeo nihil inter utrumque sacrificii genus interest. Similem quoque hominum immolandorum consuetudinem apud Heliopolim Ægypti Amosis sustulit, Manetho teste in eo, quem de priscis moribus ac pietate scripsit. Ac Junoni quidem ejusmodi sacrificium fiebat, lectis ante probatisque hominibus, eodem plane ritu, quem in puris illis vitulis summa quæsitis diligentia, certisque notis insignibus, observabant. Tres autem uno die mactabantur, quorum in locum Amosis totidem cereas hominum imagines suffici jussit. Præterea in insulis Chio ac Tenedo discerptum hominem Baccho Omadio, ut refert Euelpis Carystius, itemque Lacedæmone alium, Apollodoro **156** teste, Marti immolare consueverant. Jam Phœnices, ubi gravius sive bello, sive fame, sive etiam æstu laborarent, necessariorum suorum aliquem Saturno communibus addictum suffragiis immolabant, cujusmodi exemplorum plena est Phœnicum historia, quam Phœnicia lingua a Sanchuniathone conscriptam Philo Byblius in octo digestam libros Græco sermone donavit. Ister etiam auctor est, in eo, quod de Cretensium sacrificiis edidit, volumine, pueros olim Saturno immolari a Curetibus solitos fuisse. At vero Pallas, is qui collecta in unum Mithræ mysteria optime concinnavit, solemnia passim apud omnes ferme populos hominum sacrificia, Adriano imperante funditus exterminata esse tradit. Nam prius quidem et Laodiceæ Syriæ quotannis virgo Palladi mactabatur, nunc autem cerva; et Carthaginenses in Libya hoc sacrificii genere utebantur, quod ab Iphicrate aliquando sublatum est. Dumatii vero Arabiæ populi singulis item annis puerum sub ara, quæ simulacri loco ipsis erat, immolatum sepeliebant. Imo Græcos passim universos, antequam in hostem moverent,

A γενόμενος, τὸ ἔθος εἰς βουθυσίαν μεταστήσας. Προσήκατο δὲ ὁ δαίμων ἀντ' ἀνθρώπου τὸν βοῦν. Οὕτως ἰσάξιόν ἐστι τὸ δρώμενον. Κατέλυσε δὲ καὶ ἐν Ἡλίου πόλει τῆς Αἰγύπτου τὸν τῆς ἀνθρωποκτονίας νόμον Ἄμωσις (88), ὡς μαρτυρεῖ Μάνεθως ἐν τῷ περὶ ἀρχαϊσμοῦ καὶ εὐσεβείας. Ἐθύοντο δὲ τῇ Ἥρᾳ, καὶ ἐδοκιμάζοντο καθάπερ οἱ ζητούμενοι καθαροὶ μόσχοι καὶ συσφραγιζόμενοι. Ἐθύοντο δὲ τῆς ἡμέρας τρεῖς, ἀνθ' ὧν κηρίνους ἐκέλευσεν ὁ Ἄμωσις τοὺς ἴσους ἐπιτίθεσθαι (89). Ἔθυον δὲ καὶ ἐν Χίῳ τῷ Ὠμαδίῳ Διονύσῳ ἀνθρωπον διασπῶντες, καὶ ἐν Τενέδῳ, ὥς φησιν Εὔελπις (90) ὁ Καρύστιος· ἐπεὶ καὶ Λακεδαιμονίους (91) φησὶν ὁ Ἀπολλόδωρος τῷ Ἄρει θύειν ἄνθρωπον. Φοίνικες δὲ ἐν ταῖς μεγάλαις συμφοραῖς ἢ πολέμων, ἢ λοιμῶν, ἢ αὐχμῶν, ἔθυον τῶν φιλτάτων

B τινὰ ἐπιψηφίζοντες Κρόνῳ· καὶ πλήρης τε ἡ Φοινικικὴ ἱστορία τῶν θυσάντων, ἣν Σαγχουνιάθων μὲν τῇ Φοινίκων γλώττῃ συνέγραψε, Φίλων δὲ ὁ Βύβλιος εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν δι' ὀκτὼ βιβλίων ἡρμήνευσεν. Ἴστρος (92) δὲ ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν Κρητικῶν θυσιῶν φησι, τοὺς Κουρῆτας τὸ παλαιὸν τῷ Κρόνῳ θύειν παῖδας. Καταλυθῆναι δὲ τὰς ἀνθρωποθυσίας σχεδὸν τὰς παρὰ πᾶσί φησι Πάλλας, ὁ ἄριστα περὶ τῶν τοῦ Μίθρα συναγαγὼν μυστηρίων, ἐπὶ Ἀδριανοῦ (93) τοῦ αὐτοκράτορος. Ἐθύετο γὰρ καὶ ἐν Λαοδικείᾳ τῇ κατὰ Συρίαν τῇ Ἀθηνᾷ κατ' ἔτος παρθένος, νῦν δὲ ἔλαφος. Καὶ μὴν καὶ οἱ ἐν Λιβύῃ Καρχηδόνιοι ἐποίουν τὴν θυσίαν, ἣν Ἰφικράτης (94) ἔπαυσε. Καὶ Δουμάτιοι δὲ (95) τῆς Ἀραβίας κατ' ἔτος ἕκαστον ἔθυον παῖδα, ὃν ὑπὸ βωμὸν

C ἔθαπτον, ᾧ χρῶνται ὡς ξοάνῳ. Φλαρχος δὲ κοινῶς πάντας τοὺς Ἕλληνας, πρὶν ἐπὶ πολεμίους ἐξιέναι, ἀνθρωποκτονεῖν ἱστορεῖ. Καὶ παρίημι Θρᾷκας καὶ Σκύθας, καὶ ὡς Ἀθηναῖοι τὴν Ἐρεχθέως καὶ Πραξιθέας θυγατέρα ἀνεῖλον. Ἀλλ' ἔτι γε νῦν τίς ἀγνοεῖ, κατὰ τὴν Μεγάλην πόλιν τῇ τοῦ Ἀσσιερίου Διὸς ἑορτῇ, σφαζόμενον ἄνθρωπον; » Καὶ πάλιν φησίν· « Ἀφ' οὗ μέχρι νῦν οὐκ ἐν Ἀρκαδίᾳ μόνον τοῖς Λυκαίοις, οὐδ' ἐν Καρχηδόνι τῷ Κρόνῳ κοινῇ πάντες ἀνθρωποθυτοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ περίοδον, τῆς τοῦ νομίμου χά-

(88) Ἄμωσις. Hunc Ἄμωσιν plerique, Ἀμασιν nonnulli vocant. Georgius Syncellus, Eusebiomastix, addit Ἀμῶς Africano dici. Verum apud Euseb. nostrum infra l. x, tit. 10, p. 49, Ἄμωσιν Africanus aliquoties nominat, ex Apione. Itemque Tatianus tit. xi, pag. 493, ex Ptolemæo sacerdote Ægyptio. Ex utroque Clemens Alexandrin. tit. xiii, pag. 497. At Josephus ibid. tit. xiii, p. 501, Θμούθωσιν appellavit ex Manethone, qui tamen hic Ἄμωσιν vocat.

(89) Ἐπιτίθεσθαι. Forte, ὑποτίθεσθαι, id est, *suffici ac substitui vivorum loco.*

(90) Εὔελπις. Qui sit, nondum liquet; Porphyrius Carystium facit. Est autem Κάρυστος oppidum in Eubœa.

(91) Λακεδαιμονίους. Locus hic Apollodori non occurrit, sed opera ejus plurima perierunt.

(92) Ἴστρος. Istri hujus infra quoque meminit l. x. Suidas, Macedo fuerit an Cyrenæus, dubitat: Callimachi servum ac discipulum facit, interpretem Athenæus. Multa versu et soluta oratione scripsit, ut refert idem Suidas. Clemens Alexandr. *Strom.* i, p. 236, opus ei tribuit, Περὶ τῆς Αἰγυπτίων ἀποικίας. Et l. ii, p. 326, alterum Περὶ ἰδιότητος ἄθλων. Plutarch. opusc. *De Pythiæ oracul.*, pag. 403, Ἀλύριον, Ἡρόδοτον, Φιλόχορον, et Ἴστρον nominat, qui τὰς ἐμμέτρους μαντείας συναγαγεῖν μάλιστα φιλοτιμηθέντες, tamen ἄνευ μέτρου χρησμοὺς

D γεγραφότες ἦσαν.

(93) Ἐπὶ Ἀδριανοῦ. Idem infra p. 164, et orat. *De laudibus Constantini.*

(94) Ἰφικράτης. Illene Atheniensis imperator, Pharnabazi Persæ, et Agesilai Lacedæmonii æqualis, reique militaris usu gloriaque clarissimus? Quo de multa inter cæteros Plutarchus, et Diodor. Sicul. lib. xv. Verum, quid ipsi cum Carthaginiensib. negotii fuerit, non reperio. Sane hanc apud illos ἀνθρωποθυσίας κατάλυσιν, Geloni Syracusano principi tribuunt.

(95) Καὶ Δουμάτιοι δέ. In priori edit. legebatur, ἣν Ἰφικράτης ἔπαυσε καὶ Δουμάτης. Οἱ δὲ τῆς Ἀραβ. Quibus nihil depravatius. Veriorem ex Porphyrio lectionem repræsentavimus, quam etiam habet Montac. Nisi tamen Δουμάθιοι, cum aspiratione legendum potius est, vel Δουμάνθιοι. Quæ enim Stephani *Epitomæ.* Δοῦμαθα est, eadem a Ptolemæo Δούμανθα vocatur, et in Arabia Deserta collocatur. Glauco tamen, apud eumd. Stephan., urbis hujus πολίτας Δουμαθηνούς appellare mavult.

Digitized by Google

ρι· μνήμης, ἐμφύλιον ἀεὶ αἷμα βαίνουσι πρὸς τοὺς βωμούς. » Ταῦτα μὲν οὖν ἐκ τῆς προδηλωθείσης κείσθω γραφῆς· ἐκ δὲ τοῦ πρώτου συγγράμματος τῆς Φίλωνος Φοινικικῆς ἱστορίας παραθήσομαι ταῦτα. Magna in Urbe, hominem circa Jovis Latiaris inquit, ad ætatem usque nostram, non tantum vel in Arcadia Lycæo Jovi, vel Carthagine Saturno populus universus homines immolat, ad usurpationem veteris fixæque legibus memoriæ, aras civili semper ac domestico cruore perfundunt. » Hactenus ex Porphyrio. Jam ex primo Philonis de Phœnicum historia volumine hæc pauca subjiciam.

« Ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς ἐν ταῖς μεγάλαις συμφοραῖς τῶν κινδύνων ἀντὶ τῆς πάντων φθορᾶς τὸ ἡγαπημένον τῶν τέκνων τοὺς κρατοῦντας ἢ πόλεως ἢ ἔθνους εἰς σφαγὴν ἐπιδιδόναι λύτρον τοῖς τιμωροῖς δαίμοσι. Κατεσφάττοντο δὲ οἱ διδόμενοι μυστικῶς. Κρόνος τοίνυν, ὃν οἱ Φοίνικες Ἰσραὴλ προσαγορεύουσι, βασιλεύων τῆς χώρας, καὶ ὕστερον μετὰ τὴν τοῦ βίου τελευτὴν εἰς τὸν τοῦ Κρόνου ἀστέρα καθιερωθείς, ἐξ ἐπιχωρίας νύμφης Ἀνωβρὲτ λεγομένης υἱὸν ἔχων μονογενῆ, ὃν διὰ τοῦτο Ἰεοὺδ ἐκάλουν, τοῦ μονογενοῦς οὕτως ἔτι καὶ νῦν καλουμένου παρὰ τοῖς Φοίνιξι, κινδύνων ἐκ πολέμου μεγίστων κατειληφότων τὴν χώραν, βασιλικῷ κοσμήσας σχήματι τὸν υἱὸν, βωμόν τε κατασκευασάμενος κατέθυσε. » Ταῦτα μὲν οὖν τοῦτον εἶχε τὸν τρόπον. Εἰκότως ἄρα ὁ θαυμάσιος Κλήμης ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας *Προτρεπτικῷ*, αὐτὰ δὴ ταῦτα ἐπιμεμφόμενος, τοιάδε καὶ αὐτὸς τὴν πλάνην τῶν ἀνθρώπων ἀπολοφύρεται λέγων· « Φέρ' οὖν δή, καὶ τοῦτο προσθῶμεν, ὡς ἀπάνθρωποι καὶ μισάνθρωποι δαίμονες εἶεν ὑμῖν οἱ θεοί, καὶ οὐχὶ μόνον ἐπιχαίροντες τῇ φρενοβλαβείᾳ τῶν ἀνθρώπων, πρὸς δὲ καὶ ἀνθρωποκτονίας ἀπολαύοντες· νυνὶ μὲν τὰς ἐν σταδίοις ἐνόπλους φιλονεικίας, νυνὶ δὲ τὰς ἐν πολέμοις ἀναρίθμους φιλοτιμίας, ἀφορμὰς σφίσιν ἡδονῆς ποριζόμενοι, ὅπως ὅτι μάλιστα ἔχοιεν ἀνθρωπείων ἀναίδην ἐμφορεῖσθαι φόνων. Ἤδη δὲ κατὰ πόλεις καὶ ἔθνη οἱονεὶ λοιμοὶ ἐπισκήψαντες, σπονδὰς ἀπῄτησαν ἀνημέρους. Ἀριστομένης γοῦν ὁ Μεσσήνιος τῷ Ἰθωμήτῃ (96) Διὶ τριακοσίους ἀπέσφαξε· τοσαύτας ὁμοῦ καὶ τοιαύτας καλλιερεῖν οἰόμενος ἑκατόμβας· ἐν οἷς καὶ Θεόπομπος ἦν ὁ Λακεδαιμονίων βασιλεὺς, ἱερεῖον εὐγενές. Ταῦροι δὲ τὸ ἔθνος, οἱ περὶ τὴν Ταυρικὴν Χερρόνησον κατοικοῦντες, οὓς ἂν τῶν ξένων παρ' αὐτοῖς ἕλωσι, τούτων δὴ τῶν κατὰ θάλατταν ἐπταικότων, αὐτίκα μάλα τῇ Ταυρικῇ καταθύουσιν Ἀρτέμιδι. Ταύτας σου [a] τὰς θυσίας ἐπὶ σκηνῆς τραγῳδεῖ ὁ Εὐριπίδης. Μόνιμος (97) δὲ ἱστορεῖ ἐν τῇ *Τῶν θαυμασίων συναγωγῇ* ἐν Πέλλῃ τῆς Θετταλίας Ἀχαιὸν ἄνθρωπον Πηλεῖ καὶ Χείρωνι καταθύεσθαι. Δυκτίους (98) γὰρ, Κρητῶν δὲ ἔθνος εἰσὶν οὗτοι, Ἀντικλείδης ἐν *Νόστοις* (99) ἀποφαίνεται ἀνθρώπους ἀποσφάττειν τῷ Διΐ. Καὶ Λεσβίους Διονύσῳ τὴν ὁμοίαν προσάγειν

« Apud veteres, inquit, in more positum erat, ut in summis reipublicæ calamitatibus, penes quos aut civitatis aut gentis imperium esset, ii liberorum suorum charissimi, ultoribus dæmonibus jugulati, sanguine quasi pretio, publicum exitium interitumque redimerent. Qui vero tum ad sacrificium devovebantur, eos mysticis quibusdam cerimoniis jugulabant. Enimvero Saturnus, quem Phœnices Israelem nominant, quemque post obitum in astrum ejusdem nominis consecrarunt, cum iis in locis regnaret, ac filium unicum ex nympha quadam indigena, quam Anobretten vocabant, suscepisset, eumque propterea Ieudem appellatum, quod ea vox apud Phœnices unigenam **157** etiamnum significet; cumque teterrima belli clades universam in regionem incubuisset, illum ipsum regio cultu ornatum ad aram abs sese prius erectam et instructam immolavit. » Quæ cum ita se haberent, jure sane ac merito Clemens, vir plane singularis, in ea, quam gentilibus inscripsit, *Cohortatione*, eadem ista carpens, hominum illorum cæcitatem his verbis lamentatur: « Nunc autem, inquit, superioribus illud etiam adjungamus, quam immanes dii vestri dæmones fuerint, quamque capitali hominum odio flagraverint, qui eorum non vecordia modo insaniaque delectarentur, sed etiam carnificina cædibusque fruerentur. Quippe modo enim armatas in stadio et ambitiosas commissiones, modo infinitas belli contentiones honoris causa gloriæque susceptas, voluptatis sibi materiam ac segetem accersebant, ut sic indignum in modum humano cruore satiari possent. Jam vero per urbes passim ac populos tanquam teterrimæ pestes grassati, crudeles dirasque libationes expetebant. Sane Aristomenes ille Messenius Ithomitæ Jovi trecentos jugulavit, ratus egregie sese tot tamque lectis hecatombis litasse, quorum e numero Theopompus erat, Lacedæmoniorum rex, illustris utique nobilisque victima. Tauri vero populi, qui circa Tauricam Chersonesum habitant, quotquot apud se peregrinos eo tum errore, tum vi tempestatis appulsos interciperent, e vestigio Tauricæ Dianæ immo-

[a] Ἰσ. σοι.

(96) *Ἀριστομένης τῷ Ἰθωμίτῃ.* Melius, vel Ἰθωμαΐῳ, vel Ἰθωμήτῃ, ut Stephan., et alii, vel etiam, ut Pausanias, Ἰθωμάτῃ, aut Ἰθωμάτᾳ, quod Doricum, planeque Messenicum est: ab Ithoma, Messeniæ monte, ubi oppidum ejusdem nominis, situ operaque munitissimum.

(97) *Μόνιμος.* De hoc scriptore, ejusque *Ἀνθρωποθυσίᾳ* nihil legi. Forte in Achillis immaturo fato rapti memoriam, Peleo ejus parenti, et Chironi nutritio scelus hoc institutum fuerit.

(98) *Δυκτίους.* Recte; perperam enim apud Clement., habetur Λυκίους.

(99) *Ἀντικλείδης ἐν Νόστοις.* Suidas, Ἀντικλείδης, inquit, οὗτος ἔγραψε περὶ νόστων.

Digitized by Google

labant, quibus sacrificiis tragica sæpius Euripidis theatra personarunt. Scribit etiam Monimus in suo *De rebus admirabilibus* commentario, Pellæ oppido Thessaliæ, hominem Achivum Peleo et Chironi nactari consuevisse. A Lyctiis vero Cretæ insulæ populis Jovi homines jugulari solitos, auctor est Anticlides, in eo, quem *Reditus* inscripsit, opere. Itemque Baccho similem a Lesbiis oblatam esse victimam ex Dosida cognoscimus. Phocæenses quoque, ne præteriti a nobis videantur, hominem integrum Tauricæ Dianæ cremabant, ut testis est Pythocles libro *De concordia* tertio. Adde his et Erechtheum Atticum, et Romanum Marium, qui suas ambo filias immolarunt, Persephonæ quidem Erechtheus, ut apud Demaratum primo *Rerum tragicarum* libro legimus; Averruncis autem Marius, ut ex quarto Dorothei *Rerum Italicarum* libro constat. Perhumanos scilicet ac misericordes exemplis istis habemus dæmones. Quidni vero similem in modum religiosa sanctaque habeantur dæmonum mancipia, seu quæ boni ominis causa servatores illos appellant, **158** seu quæ salutem a salutis insidiatoribus deprecantur. Enimvero dum istis litare sese opinantur, homines ab sese jugulari non cogitant. Atqui non locus profecto hostiam ex parricidio facit: nec si Dianæ quis aut Jovi potius in loco sacro, quam si aliis id genus dæmonibus, vel ad aram, vel in triviis hominem, seu iracundiæ, seu pecuniæ cupiditate commotus jugularit, sacram victimam appellet licet. Parricidium omnino est tale sacrificium. Quid igitur causæ est, vos, o homines animantium omnium sapientissimi, quamobrem cum immanes feras adeo fugere, ac sicubi vel in ursum vel in leonem inciderimus, illico declinare soleamus,

Ut quis cæruleum si forte aspexerit anguem,
Continuo resilit, membrisque pavore solutis,
Aerii sese montis valle abdit in alta:

vos, qui exitiales ac pestiferos dæmones insidiari hominibus, eorumque succensos odio, nihil nisi

A θυσίαν Δωσίδας (1) λέγει. Φωκαεῖς (2) δὲ, οὐδὲ γὰρ αὐτοὺς ἀποπέμψομαι (3), τούτους Πυθοκλῆς ἐν τρίτῳ *Περὶ ὁμονοίας* τῇ Ταυροπόλῳ Ἀρτέμιδι ἄνθρωπον ὁλοκαυτεῖν ἱστορεῖ. Ἐρεχθεὺς δὲ ὁ Ἀττικὸς, καὶ Μάριος (4) ὁ Ῥωμαῖος τὰς αὐτῶν ἐθυσάτην θυγατέρας· ὧν ὁ μὲν τῇ Φερεφάττῃ, ὡς Δημάρατος ἐν πρώτῃ *Τραγῳδουμένων*, ὁ δὲ τοῖς Ἀποτροπαίοις ὁ Μάριος (5), ὡς Δωρόθεος ἐν τῇ τετάρτῃ Ἰταλικῶν ἱστορεῖ. Φιλάνθρωπόν γε ἐκ τούτων καταφαίνονται οἱ δαίμονες· πῶς δὲ οὐχ ἀνόσιοι ἀλόγως (6) οἱ δεισιδαίμονες, οἱ μὲν σωτῆρες ἐπιφημούμενοι, οἱ δὲ σωτηρίαν αἰτούμενοι παρὰ τῶν ἐπιβούλων σωτηρίας; Καλλιερεῖν γοῦν τοπάζοντες αὐτοῖς, σφᾶς αὐτοὺς λελήθασιν ἀποσφάττοντες ἀνθρώπους. Οὐ γὰρ οὖν παρὰ τὸν τόπον ἱερεῖον γίνεται ὁ φόνος· οὐδ' εἰ Ἀρτέμιδί τις καὶ Διὶ ἐν ἱερῷ δῆθεν χωρίῳ μᾶλλον ἢ ὀργῇ καὶ B φιλαργυρίᾳ (7), ἄλλοις ὁμοίως δαίμοσιν ἐπὶ βωμοῖς ἢ ἐν ὁδοῖς ἀποσφάττοι τὸν ἄνθρωπον ἂν ἱερὸν ἱερεῖον ἐπιφημίσας· ἀλλὰ φόνος ἐστὶ καὶ ἀνδροκτασία ἡ τοιαύτη θυσία. Τί δὴ οὖν, ὦ σοφώτατοι τῶν ἄλλων ζώων ἄνθρωποι, τὰ μὲν θηρία πεφεύγαμεν (8) τὰ ἀνήμερα, κἂν που περιτύχωμεν ἢ ἄρκτῳ ἢ λέοντι, ἐκτρεπόμεθα,

Ὡς δ' ὅτε τίς (9) τε, δράκοντα ἰδὼν, παλίνορ- C *[σος ἀπέστη,*
Οὔρεος ἐν βήσσῃς, ὑπό τε τρόμος ἔλλαβε γυῖα,
[α,
Ἂψ τ' ἀνεχώρησε,

δαίμονας δ' ὀλεθρίους καὶ ἀλιτηρίους, ἐπιβούλους τε καὶ μισανθρώπους καὶ λυμεῶνας ὄντας προαισθόμε-

(1) *Δωσίδας.* Ignotus mihi est hic auctor. Tantum apud Suid. reperio *Δωσιάδης*, ὄνομα κύριον. Ignotus et Pythocles, qui sequitur.

(2) *Φωκαεῖς.* Hervet., *Phocenses*, credo operarum errore. Φώκαια, *Phocæa*, urbs in Ionia, cujus cives Φωκαεῖς, interdum etiam Φωκαιεῖς, ut Πλαταιεῖς, *Phocæenses*, aut *Phocæi*. Horatius *Epod.*, od. 16:

Phocæorum
Velut profugit execrata civitas.

Φωκίς, *Phocis*, Achaiæ regio; incolæ Φωκεῖς, *Phocenses*. Thucydid. scholiastes, l. I, p. 11, Φωκεῖς, inquit, οἱ τῆς Ἑλλάδος, ἀπὸ Φωκίδος πόλεως· Φωκαεῖς, οἱ τῆς Ἰωνίας, ἀπὸ Φωκαίας πόλεως. Haud scio num recte Phocidem urbem dixerit, quam cæteri omnes regionem aguoscunt: tametsi Pompon. Mela Phocidem Ioniæ urbem nominet, librariorum, opinor, vitio, cum *Phocæam*, ut Græci omnes, scribere debuissent.

(3) *Ἀποπέμψομαι.* Clemens, παραπέμψομαι, quod malim.

(4) Ἐρεχθεὺς καὶ Μάριος. Vide Vales. ad Euseb. *De laud. Constantini*, c. 13.

(5) *Ὁ Μάριος.* Fallor, ni glossema est illud ὁ Μάριος. Nec vero ante dixit, ὁ μὲν τῇ Φερεφάττῃ ὁ Ἐρεχθεύς. Quid quod barbara est hæc loquendi ratio? Quid quod face opus non erat, ut posteriorem hunc Marium esse videremus, qui Dorotheum, in *Iterum Italicar.* libris citari audiremus?

(6) *Πῶς δὲ οὐχ ἀνόσιοι*, etc. Alter ex manusc., πῶς δὲ οὐχ ἀνόσιοι ἀλόγως. Clemens, πῶς δὲ οὐχ δσιοι ἀναλόγως. Forte, πῶς δὲ εἰ κἂν δσιοι ἀναλόγως. Utraque interrogatio ironica est. Et bene ἀναλόγως, videtur enim quædam ἀναλογία dæmones inter ac disidæmones intercedere; cui ut quoquo modo servirem, δεισιδαίμονας hoc loco *dæmonum mancipia* quam *superstitiosos* vertere malui.

(7) *Ἡ ὀργῇ καὶ φιλαργυρίᾳ.* Hervetus, *quam iræ et avaritiæ, et aliis similibus dæmonibus*, etc. Pessimi sane dæmones ira et pecuniæ sitis, sed aliam Clementis hoc loco mentem esse arbitror; alioqui scribendum fuit, καὶ ἄλλοις ὁμοίως. Corruptus D locus est, qui, ut sanetur, primum ex Clemente ὁμοίως pro ὁμοίως reponendum videtur: nam similibus quidem, non tamen similiter, in loco sacro pietatis causa, et in triviis, impellente vel iracundia vel avaritia, homines jugulantur. Deinde, post ἄνθρωπον, distinguendum. Postremo legi possit, ἀποσφάττοι ἂν τὸν ἄνθρωπον, ἱερὸν ἂν ἱερεῖον ἐπιφημίσαι. Quorum verborum sententiam reddidi; tunc enim, ἐπιφημίσαι ἄν, erit proprie, *appellare jure possit*; vel sola metathesi τοῦ ἄν, sic, ἀποσφάττοι ἂν τὸν ἄνθρωπον, ἱερὸν ἱερεῖον ἐπιφημίσας· ut ἀπὸ κοινοῦ intelligatur, ἱερεῖον γίνεται ὁ φόνος.

(8) *Πεφεύγαμεν.* Rectius, opinor, Clemens, πεφεύγομεν, tametsi præteritum illud aoristorum more pro præsenti usurpari possit, vel per verbum *solet* explicari.

(9) *Ὡς δ' ὅτε τις.* Homer. *Ἰλιάδ. Γ*, v. 33. Notum et illud *Æneid.* II, *Improvisum aspris.* Sed malui Græcam sententiam fidelius reddere.

Digitized by Google

νοι καὶ συνιέντες, οὐκ ἐντρέπεσθε (10), οὐδὲ ἀποστρέφεσθε; »

Τοσαῦτα καὶ ὁ Κλήμης. Ἔχω δέ σοι καὶ ἄλλον παραστῆσαι μάρτυρα τῆς τῶν ἀθέων καὶ ἀπανθρώπων δαιμόνων μιαιφονίας, Διονύσιον τὸν Ἁλικαρνασσέα, ἄνδρα τῆς Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας ἀκριβῆ τὴν γραφὴν ἅπασαν ἐκθέμενον. Γράφει δ' οὖν καὶ οὗτος τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω αἰτῆσαί ποτε ἀνθρωποθυσίας· τοὺς δ' αἰτηθέντας καρπῶν μὲν ἁπάντων καὶ βοσκημάτων τὸ λάχος ἀποθῦσαι τοῖς θεοῖς, ὅτι δὲ μὴ καὶ ἀνθρώπους, παντοίαις περιστῆναι συμφοραῖς. Οὐδὲν δὲ οἷον (11) καὶ τοῦ συγγραφέως ἀκοῦσαι ὧδέ πη διεξιόντος· « Ὀλίγον δὲ (12) κατέμεινεν ἐν Ἰταλίᾳ τῶν Ἀβοριγίνων προνοίᾳ. Πρῶτον μὲν οὖν τῆς οἰκαφθορίας ταῖς πόλεσιν ἐδόκει αὐχμῷ ἡ γῆ κακωθεῖσα ἄρξαι, ἡνίκα οὔτ' ἐπὶ τοῖς δένδρεσι καρπὸς οὐδεὶς ὡραῖος διέμεινεν, ἀλλ' ὠμοὶ κατέῤῥεον· οὔτε ὁπόσα σπερμάτων ἀνέντα βλαστοὺς ἀνθήσειεν, οὐ στάχυος ἀκμῆς τοὺς κατὰ νόμον ἐξεπλήρου χρόνους· οὔτε πόα κτήνεσιν ἐφύετο διαρκής· τῶν τε νομάτων τὰ μὲν οὐκ ἔτι πίνεσθαι σπουδαῖα (13) ἦν, τὰ δ' ὑπελίμπανε θέρους, τὰ δ' εἰς τέλος ἀπεσβέννυτο. Ἀδελφὰ δὲ τούτοις ἐγίνετο περὶ προβάτων καὶ γυναικῶν γονάς· ἢ γὰρ ἐξημβλοῦτο τὸ ἔμβρυον, ἢ κατὰ τοὺς τόκους διεφθείρετο· ἔστι δ καὶ τὰς φερούσας συνδιαλυμηνάμενα. Εἰ δέ τι διαφύγοι τὸν ἐκ τῶν ὠδίνων κίνδυνον, ἔμπηρον, ἢ ἀτελὲς, ἢ διὰ ἄλλην τινὰ τύχην βλαφθὲν, τρέφεσθαι χρηστὸν οὐκ ἦν. Ἔπειτα καὶ τὸ ἄλλο πλῆθος τὸ ἐν ἀκμῇ μάλιστα ἐκακοῦτο νόσοις καὶ θανάτοις παρὰ τὰ εἰκότα συχνοῖς. Μαντευομένοις δὲ αὐτοῖς τίνα θεῶν ἢ δαιμόνων παραβάντες τάδε πάσχουσι, καὶ τί ποιήσασιν αὐτοῖς λωφῆσαι τὰ δεινὰ ἐλπὶς, ὁ θεὸς ἀνεῖλεν, ὅτι τυχόντες ὧν ἐβούλοντο οὐκ ἀπέδοσαν ἃ ηὔξαντο, ἀλλὰ προσοφείλουσι τὰ πλείστου ἄξια. Οἱ γὰρ Πελασγοὶ, ἀφορίας αὐτοῖς γενομένης ἐν τῇ γῇ πάντων χρημάτων, ηὔξαντο τῷ Διὶ καὶ τῷ Ἀπόλλωνι, καὶ τοῖς Καβείροις, καταθύσειν δεκάτας (14) τῶν προσγενησομένων ἁπάντων. Τελεσθείσης δὲ τῆς εὐχῆς, ἐξελόμενοι καρπῶν τε καὶ βοσκημάτων ἁπάντων τὸ λάχος, ἐπέθυσαν τοῖς θεοῖς, ὡς δὴ κατὰ τούτων μόνων εὐξάμενοι. Ταῦτα δὲ Μυρσίλος ὁ Λέσβιος ἱστόρηκεν, ὀλίγου δεῖν τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασι γράφων, οἷς ἐγὼ νῦν, πλὴν ὅσον

A ipsorum pestem interitumque moliri sentitis atque agnoscitis, non moveamini tamen, nec vestros ipsi hostes aversemini? »

Hæc Clemens. Ego vero, quem tibi producam, alium præterea impiorum atque immanium dæmonum carnificinæ testem habeo, Dionysium Halicarnassensem, virum, qui accurate in primis historiam Romanorum perscripsit universam. Refert igitur ipse quoque, Jovem et Apollinem aliquando humanas hostias exegisse, eos vero, a quibus exegerant, tametsi frugum pariter ac pecorum omnium iis decimas obtulissent, quod tamen hominibus pepercissent, nihil non calamitatis subiisse. Verum auctorem ipsum rem his verbis narrantem audire præstat: « Exiguæ tamen, inquit, Pelasgorum in Italia B reliquiæ, Aboriginum cura studioque resederunt. Ac per civitates quidem in familiarium exitium vis mali tum primum grassari cœpit, cum, terra immodico æstu laborante, nec pomi genus ullum ad justam usque maturitatem arbori hæreret suæ, sed acerba passim omnia deciderent; nec sata prorsus ulla, tametsi jam educto germine florem ostendissent, tempus roborandæ maturandæque spicæ necessarium attingerent: nec jumentis satis herbæ proveniret: adeoque fontes aut ejusmodi aqua fluerent, quæ bibi secure non posset, aut deficerent per æstatem, aut penitus hausti arescerent. Affinis gemina erat pecudum æque ac mulierum feturæ pestis. Nam vel abortivi fetus ejiciebantur, vel in ipso partu interibant, idque cum certo nonnunC quam matrum ipsarum exitio. Quod si qui forte nascendi periculum evitarent, trunci tamen, aut inchoati, aut alio **159** quocunque vitio affecti, eoque minus ad alendum idonei nascebantur. Reliqua vero justæ aut florentis ætatis multitudo morbos necesque gravissimas ferebat, ac longe, quam antea, crebriores. Qui cum oraculum consuluissent, cujus ob dei vel dæmonis offensionem ista paterentur, quibusque religionis officiis urgentis calamitatis leniendæ ac mitigandæ spes esset, hoc abs deo responsi tulere; cum votorum ipsi compotes evasissent, sua tamen diis vota minime reddidisse, quæ enim pretio reliquis anteirent, eorum adhuc esse debitores. Cum enim Pelasgi etiam an-

D

(10) *Οὐκ ἐντρέπεσθε.* Clemens, οὐκ ἐκτρέπεσθε, melius; nam et præcessit τὸ ἐκτρεπόμεθα, et sequitur οὐδὲ ἀποστρέφεσθε. Quid quod minus erga dæmones convenit illa pudoris verecundiæque significatio?

(11) *Οὐδὲν δὲ οἷον.* Vulgo, *nihil vetat*, malui tamen, *præstat*; nam præterquam quod οὐδὲν οἷον sæpe ὑποχοριστικόν est, ut οὐχ ἥκιστα, pro μάλιστα, videtur etiam idem significare quod Gallice dicimus, *Il n'y a rien de tel que*, etc. Demosth. *in Midiam*, οὐδὲν γὰρ οἷον ἀκούειν αὐτοῦ τοῦ νόμου. Quod reddere malim, *Nihil enim tanti fuerit, quanti legem ipsam audire*, quam, ut vulgo, *nihil enim vetat*. Gall. *Car il n'y a rien de tel que d'entendre la loi même.*

(12) *Ὀλίγον δέ.* Locus exstat lib. I, p. 18 edition. Græco-Lat.

(13) *Πίνεσθαι σπουδαῖα Ad potum idonea*, quomodo σπουδαῖος οἶνος, σπουδαῖον μέλι, σπουδαῖα σπέρματα. Quod vulgarius, infra l. x, p. 677, πίνεσθαι χρηστόν dixit, πίνεσθαί τε οὐκέτι χρηστὸν ἦν τὸ ἐκ ποταμοῦ κομισθὲν ὕδωρ. Et hic, p. 159, τρέφεσθαι χρηστόν, cujus loco, τρέφεσθαι σπουδαῖον dici quoque possit.

(14) *Καταθύσειν δεκάτας.* Non absimile decimarum genus iis Dodonæus Jupiter imperarat, supra p. 16, eos ad petendum Latium cohortatus. Oraculi verba: Στείχετε μαιόμενοι Σικελῶν Σατόρνιον αἶαν (ita legend., non Σατορνίαν. Eam vero Latii partem intelligit, quam Siculi jam insederant).

Ἠδ' Ἀβοριγίνων κοτυλὴν, οὐ νῆσος ὀχεῖται.
Οἷς ἀναμιχθέντες, δεκάτην ἐκπέμψατε Φοίβῳ·
Καὶ κεφαλὰς Κρονίδῃ, καὶ τῷ Πατρὶ πέμπετε [φῶτα.

Digitized by Google

tea rerum omnium sterilitate premerentur, Jovi, Apollini, et Cabiris eorum, quæ sibi nascerentur, omnium decimas voverant; ideoque rei votorum effecti, eximias fructuum ac pecorum universorum decimas diis consecrarant, quasi suis eas tantum, nihilque præterea votis inclusissent. Atque hæc totidem pene verbis a Myrsilo Lesbio commemorantur, nisi quod Tyrrhenos ipse populos istos, non Pelasgos appellat, cujus rei causa postmodum a nobis afferetur. Cæterum cum de relati oraculi mente nullo modo conjicere possent, dubiis animique pendentibus, e senioribus unus aliquis eam solerter assecutus, eos gravissime falli denuntiavit, si immerito sibi succensere deos putarent: nam rerum quidem ac fortunarum primitias rite atque uti æquum erat persolutas omnes diis fuisse; at natorum per id tempus hominum sortem, quæ maximi omnium ab iis fieret, etiam tum deberi. Quare si eorum præterea justam dii quoque partem acciperent, tum demum oraculum felicem exitum habiturum. Hanc senis orationem probare alii, alii contra suspectam habere, quasi fraude doloque compositam. Mox tamen auctorem e turba quempiam secutis, placuit denuo, hominumne decimas expeteret, numen consulere: quod ubi sic faciendum missis consultoribus respondisset, continuo seditio exoritur, quod inter eos de decimandi ratione convenire non posset. Ac primo quidem inter ipsos civitatum principes turbari cœptum, mox cætera quoque multitudo de principibus male suspicatur. Ergo nullo ordine tumultuari, sedesque mutare, sed uti par erat homines deorum stimulis ac pœnis agitatos. Quo factum, ut ædes integræ funditus delerentur, parte eorum alio commigrante, cum propinqui discedentium nefas putarent, et divelli a necessariis, et cum inimicissimis residere. Primum igitur isti omnes, relicta Italia, partim in Græciam, partim in **160** barbaras plerasque regiones dissipati sunt: secundum quos alii deinceps eamdem subiere fortunam, cum id ipsum quotannis eveniret. Nec enim desinebant civitatum moderatores lectas subinde adolescentium primitias eximere, partim ut sese numinum religione solverent, partim quod ab iis, qui effugissent, novas seditiones metuerent. Multi quoque odio ac simultate per

οὐ Πελασγοὺς καλεῖ τοὺς ἀνθρώπους, ἀλλὰ Τυῤῥηνούς· τὴν δ' αἰτίαν (15) ὀλίγον ὕστερον ἐρῶ. Ὡς δὲ ἀπενεχθέντα τὸν χρησμὸν ἔμαθον, οὐκ εἶχον τὰ λεγόμενα συμβαλεῖν. Ἀμηχανοῦσι δὲ αὐτοῖς τῶν γεραιτέρων τις λέγει, συμβαλὼν τὸ λόγιον, ὅτι τοῦ παντὸς ἡμαρτήκασιν, εἰ οἴονται τοὺς θεοὺς ἀδίκως αὐτοῖς ἐγκαλεῖν· χρημάτων μὲν γὰρ ἀποδεδόσθαι τὰς ἀπαρχὰς αὐτοῖς ἁπάσας ὀρθῶς τε καὶ σὺν δίκῃ· ἀνθρώπων δὲ γονῆς τὸ λάχος, χρῆμα παντὸς μάλιστα θεοῖς τιμιώτατον, ὀφεῖλεσθαι· εἰ δὲ δὴ καὶ τούτων λάβοιεν τὴν δικαίαν μοῖραν, τέλος ἕξειν σφίσι τὸ λόγιον. Τοῖς μὲν δὴ ὀρθῶς ἐδόκει λέγεσθαι ταῦτα· τοῖς δ' ἐξ ἐπιβουλῆς συγκεῖσθαι ὁ λόγος. Εἰσηγησαμένου δέ τινος τὴν γνώμην τὸν θεὸν ἐπέρεσθαι, εἰ αὐτῷ φίλον ἀνθρώπων δεκάτας ἀπολαμβάνειν, πέμπουσι τὸ δεύτερον θεοπρόπους· καὶ ὁ θεὸς ἀνεῖλεν οὕτω ποιεῖν. Ἐκ δὲ τούτου στάσις αὐτοὺς καταλαμβάνει περὶ τοῦ τρόπου τῆς δεκατώσεως [a]. Καὶ ἐν ἀλλήλοις οἱ προεστηκότες τῶν πόλεων τότε πρῶτον ἐταράχθησαν· ἔπειτα καὶ τὸ λοιπὸν πλῆθος δι' ὑποψίας τοὺς ἐν τέλει ἐλάμβανεν. Ἐγίνοντο δὲ οὐδενὶ κόσμῳ αἱ ἐπαναστάσεις (16-17)· ἀλλ' ὥσπερ εἰκός, οἵστρῳ καὶ θεοβλαβείᾳ ἀπελαυνομένων (18), καὶ πολλὰ ἐφέστια ὅλα ἐξηλείφθη, μέρους αὐτῶν μεθισταμένου· οὐ γὰρ ἐδικαίουν οἱ προσήκοντες τοῖς ἐξιοῦσιν ἀπολείπεσθαι τῶν φιλτάτων, καὶ ἐν τοῖς ἐχθίστοις ὑπομένειν. Πρῶτον μὲν δὴ οὗτοι πάντες, μεταστάντες ἐξ Ἰταλίας, εἰς τε τὴν Ἑλλάδα καὶ τὴν βάρβαρον πολλὴν ἐπλανήθησαν· μετὰ δὲ τοὺς πρώτους ἕτεροι τὸ αὐτὸ ἔπαθον, καὶ τοῦτο διετέλει γινόμενον ἐπὶ ἔτη. Οὐ γὰρ ἀνίεσαν οἱ δυναστεύοντες ἐν ταῖς πόλεσι, τῆς ἀνδρουμένης αἰεὶ νεότητος ἐξαιρούμενοι τὰς ἀπαρχὰς, τοῖς τε θεοῖς τὰ δίκαια ὑπουργεῖν ἀξιοῦντες καὶ στασιασμοὺς ἐκ τῶν διαλαθόντων δεδιότες. Ἦν δὲ πολὺ καὶ τὸ πρὸς ἔχθραν, σὺν προφάσει εὐπρεπεῖ ἀπελαυνόμενοι [b] ὑπὸ τῶν διαφόρων. Ὥστε πολλαὶ αἱ ἐπαναστάσεις [c] ἐγίνοντο, καὶ ἐπὶ πλεῖστον γῆς τὸ Πελασγικὸν γένος διεφορήθη. » Καὶ μετὰ βραχέα φησί· « Λέγουσι δὲ (19) καὶ τὰς θυσίας ἐπιτελεῖν τῷ Κρόνῳ καὶ τοὺς παλαιοὺς, ὥσπερ ἐν Καρχηδόνι τέως (20) ἡ πόλις διέμεινε, καὶ παρὰ Κελτοῖς εἰς τόδε χρόνου γίνεται, καὶ ἐν ἄλλοις τισὶ τῶν πρὸς Ἑσπερίων ἐθνῶν ἀνθρωφονοῦσιν. Ἡρακλέα τε παῦσαι τὸν νόμον τῆς θυσίας, βουληθέντα τόν τε βωμὸν ἱδρύσασθαι τὸν ἐπὶ τῷ Σατορνίῳ (21), καὶ κατάρξασθαι θυμάτων ἀγνῶν ἐπὶ

[a] D., δεκατεύσεως. [b] Dion. ἀπελαυνόμενον. [c] *Isocr.* μεταναστάσεις.

(15) *Τὴν δ'αἰτίαν.* De causa illa pluribus disputat Dionys., pag. 20, 21, 22, 23. Concludit, meo judicio, verissime, gentes fuisse duas, Pelasgos atque Tyrrhenos, sic tamen ut cum Pelasgi, ab Hellenibus patria pulsi, Tyrrhenorum in solo consedissent, non tantum generis utriusque facta permistio sit, verum etiam nominis ejusdem secuta communio, ut Tyrrheni omnes ab aliis, ab aliis Pelasgi promiscue dicerentur. Sic ante, Phrygum, Teucrorum, atque Trojanorum fuerat; sic etiamnum viget Francorum Gallorumque commune nomen.

(16-17) *Ἐπαναστάσεις.* Conjiciebam μεταναστάσεις. At uterque manuscr. ἀπαναστάσεις habet, non modo hic, sed etiam pag. sequente. Quæ vox et idem significat, et leviori mutatione sufficitur.

(18) *Θεοβλαβείᾳ ἀπελαυνομένων.* Dion., ἀπελαυνόμεναι, quod diuriusculum videtur. Genus hoc hominum iidem Græci ποινήλατον significanter vocare solent.

(19) *Λέγουσι δέ.* Idem Dionys. eod. lib., p. 30.

(20) *Τέως.* Melius quadraret ἕως.

(21) *Ἐπὶ τῷ Σατορνίῳ.* Collem Capitolinum intelligit, quem Saturnium antiquitus vocabant. Idem pag. 27 diserte: Λόφον ἐπιτήδειον εὑρόντες, τριστάδιῳ δὲ μάλιστα μήκει τοῦ Παλαντίου διειργόμενον, ὃς νῦν μὲν Καπιτωλῖνος ὀνομάζεται, ὑπὸ δὲ τῶν τότε ἀνθρώπων Σατόρνιος ἐλέγετο, ὥσπερ ἂν εἴποι τις Ἑλλάδι φωνῇ, *Κρόνιος.*

Digitized by Google

καθαρῷ πυρὶ ἁγιαζομένων. Ἵνα δὲ μηδὲν ᾖ τοῖς ἀνθρώποις δέους ἐνθύμιον, ὡς πατρίων ἠλογήκει (22) θυσιῶν διδάξαι τοὺς ἐπιχωρίους ἀπομειλισσομένους τὴν τοῦ θεοῦ μῆνιν, ἀντὶ τῶν ἀνθρώπων, οὓς συμποδίζοντες, καὶ τῶν χειρῶν ἀκρατεῖς ποιοῦντες, ἔρριπτον εἰς τὸ τοῦ Τιβέρεως ῥεῖθρον, εἴδωλα ποιοῦντες ἀνδρείκελα, κεκοσμημένα τὸν αὐτὸν ἐκείνοις τρόπον, ἐμβάλλειν εἰς τὸν ποταμὸν, ἵνα τὸ τῆς ὀττείας ὅ τι δή ποτε ἦν ἐν ταῖς ἁπάντων ψυχαῖς παραμένον ἐξαιρεθῇ, τῶν εἰκόνων τοῦ παλαιοῦ πάθους ἔτι σωζομένων. Τοῦτο δὲ καὶ μέχρις ἐμοῦ ἔτι διετέλουν Ῥωμαῖοι δρῶντες, ἔτι « μικρὸν ὕστερον ἐαρινῆς ἰσημερίας, ἐν μηνὶ Μαΐῳ ταῖς καλουμέναις εἰδοῖς, διχομηνίδα βουλόμενοι ταύτην εἶναι τὴν ἡμέραν · ἐν ᾗ προθύσαντες ἱερεῖα τὰ κατὰ τοὺς νόμους οἱ καλούμενοι Ποντίφικες, ἱερέων οἱ διαφανέστατοι, καὶ σὺν αὐτοῖς αἱ τὸ ἀθάνατον πῦρ διαφυλάττουσαι παρθένοι, στρατηγοί τε καὶ τῶν ἄλλων πολιτῶν, οὓς παρεῖναι ταῖς ἱερουργίαις θέμις, εἴδωλα εἰς μορφὴν ἀνθρώπων εἰκασμένα τριάκοντα τὸν ἀριθμὸν ἀπὸ τῆς ἱερᾶς γεφύρας βάλλουσιν εἰς τὸ ῥεῦμα τοῦ Τιβέρεως, Ἀργείους αὐτὰ καλοῦντες. » Τοσαῦτα μὲν δὴ ταῦτα. Καὶ ὁ Διόδωρος δὲ τὰ ὅμοια τούτοις ἐν εἰκοστῇ βίβλῳ τῆς *Ἱστορικῆς Βιβλιοθήκης* ἱστορεῖ, μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος τελευτὴν, ἐπὶ τοῦ πρώτου Πτολεμαίου, περὶ Καρχηδονίων ὑπὸ Ἀγαθοκλέους (23) τοῦ Σικελίας τυράννου πολιορκουμένων, ταῦτα πρὸς λέξιν γράφων· « Ἠτιῶντο (24) δὲ καὶ τὸν Κρόνον αὐτοῖς ἐναντιοῦσθαι, καθόσον ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις θύοντες τούτῳ τῷ θεῷ τῶν υἱῶν τοὺς κρατίστους, ὕστερον ὠνούμενοι λάθρα παῖδας, καὶ θρέψαντες ἔπεμπον ἐπὶ τὴν θυσίαν, καὶ ζητήσεως γενομένης, εὑρέθησάν τινες τῶν καθιερουργημένων ὑποβολιμαῖοι γεγονότες. Τούτων δὲ λαβόντες ἔννοιαν, καὶ τοὺς πολεμίους πρὸς τοῖς τείχεσιν ὁρῶντες στρατοπεδεύοντας, ἐδεισιδαιμόνουν ὡς καταλελυκότες τὰς πατρίους τῶν θεῶν τιμάς. Διορθώσασθαι δὲ τὰς ἀγνοίας σπεύδοντες, διακοσίους μὲν τῶν ἐπιφανεστάτων παίδων προκρίναντες, ἔθυσαν δημοσίᾳ· ἄλλοι δ', ἐν διαβολαῖς ὄντες, ἑκουσίως ἑαυτοὺς ἔδοσαν, οὐκ ἐλάττους ὄντες τριακοσίων. Ἦν δὲ παρ' αὐτοῖς ἀνδριὰς Κρόνου χαλκοῦς, ἐκτετακὼς τὰς χεῖρας ὑπτίας ἐκτεταμένας ἐπὶ τῆς γῆς, ὥστε τὸν συντιθέντα τῶν παίδων ἀποκωλύεσθαι (25), καὶ πίπτειν εἴς τι χάσμα πλῆρες πυρός. »

honestam causam ac speciem ab adversa factione pulsi, multæque propterea migrationes, quæ Pelasgam gentem varias in terras longe lateque deportarunt. » Ac paucis interjectis, « Ferunt etiam, inquit, Saturno veteres (quemadmodum et Carthagine dum superstes esset, et apud Gallos etiamnum, aliosque nonnullos Occidentis populos fieri solet) homines immolasse : qui mos sublatus ab Hercule fuerit, cum ipse princeps et aram in colle Saturnio erigere, et purarum hostiarum primitias puro igni consecrare voluisset. Atque is, ut ipsos omni metu ac religione solveret, si qua forte sese, tanquam patriis sacris neglectis, obligatos putarent, hanc eos placandi numinis rationem docuit, ut in locum hominum, quos manibus ante pedibusque revinctis in Tiberim projiciebant, hominum simulacra eodem ornata cultu, eodemque ritu in fluvium mittenda sufficerent; uti si quid adhuc religionis in cujusquam animo resideret, totum id funditus, retenta vel specie tenus sacrificii veteris usurpatione, tolleretur. Atque hunc morem etiamnum Romani servant, paulo post vernum æquinoctium, Maiis, quas appellant, Idibus, sic nimirum ut eo die dimidiatus lunæ orbis appareat. Tum vero solemnibus hostiis rite mactatis, pontifices (quod summum apud eos sacerdotium est) simulque vestales virgines, quibus immortalis ignis credita custodia est una cum prætoribus cæterisque civibus, quos quidem sacris interesse fas est, triginta id genus hominum in speciem conformatas imagines (Argeos ipsi vocant) in Tiberim fluvium de Sacro ponte dejiciunt. » Hactenus Dionysius. Nec absimilia sunt, quæ a Diodoro Siculo narrantur, libro *Historicæ Bibliothecæ* vicesimo, ubi post Alexandri Macedonis obitum, circa Ptolemæi primi tempora, de Carthaginensibus ab Agathocle Siciliæ **161** tyranno obsessis ad verbum ita scribit: « Iratum, inquit, sibi præterea Saturnum esse hac de causa dictitabant, quod cum ipsi antea liberorum suorum florem immolarent, deinceps non nisi pueros quosdam furtim coemptos atque abs sese educatos ad sacrificium submitterent. Itaque hac de re quæstione habita, nonnullos ex iis, qui sacro ac solemni ritu cæsi erant, supposititios fuisse repererunt. Quæ cum secum ipsi reputarent, hostiumque castra mœnibus suis imminere cernerent, magna illis injecta religio est, quasi patrios deorum honores sustulissent. Atque hunc errorem ut mature procurarent, primum quidem eximios communibusque lectos suffragiis adolescentes omnino ducentos publice immolarunt : deinde vero alii præterea, qui violatæ religionis suspecti vulgo essent, ultro sese ac sponte obtulerunt, trecentis haud pauciores. Erat autem apud eos simulacrum Saturni æreum, supinis ac pendentibus in terram manibus, ut impositus ipsis adolescens subjectam in foveam ignique plenam volveretur ac rueret. »

Τοιαῦτα δὴ καὶ οὗτος διὰ τῆς οἰκείας *Ἱστορίας* παρέδωκεν. Εἰκότως ἄρα καὶ ἡ παρ' Ἑβραίοις Γραφὴ καταμέμφεται τοῖς τὰ τοιαῦτα ζηλώσασι τῶν ἐκ

Hæc suis in *Historiis* Diodorus. Quamobrem jure sane ac merito Hebræorum litteris carpuntur illi atque reprehenduntur, qui ex circumcisorum numero

a ὅσων τι D.

(22) *Ἠλογηκόσι.* Dion., qui paulo ante om. δέους.

(23) *Ἀγαθοκλέους.* Fuse Diodor. Sicul. l. XIX ab initio, et lib. XX.

(24) *Ἠτιῶντο*, etc. Diodor. l. XX, p. 756 D. edit. Græco L., post luculentam illam Agathoclis de Carthaginiensibus victoriam.

(25) *Συντιθέντα τ. π. ἀποκωλύεσθαι.* Facilis erat conjectura, legendum esse, ἐπιτεθέντα, et ἀποκυλίεσθαι, quod utrumque postea in Diodoro reperi.

Digitized by Google

cum essent, iisdem tamen sese flagitiis inquinarent, *Et immolabant filios suos et filias suas dæmoniis. Et infecta est terra in sanguinibus, et contaminata est in operibus eorum* [23]. Ac mihi quidem persuadeo, manifeste quemvis ex superioribus intelligere, primum illum eumdemque vetustissimum simulacra erigendi morem, omnibusque communem gentibus numinum seu verius idolorum fictionem, a dæmonibus, nec ab iis sane, qui boni vocantur, sed omni scelere flagitioque teterrimis profectam esse atque institutam. Ut prophetici hujus oraculi veritas liquido constet, *Omnes dii gentium dæmonia* [24], nec non illius apostolici, *Quæ immolant, dæmoniis immolant, et non Deo* [25]. Enimvero, si boni vestigium in iis ullum esset, quamobrem bonorum appellationem jure sortirentur, eos utique natura sua cum benignos, ac salutis omnium cupidos, tum vero amantes justitiæ, hominumque studiosos ac defensores esse oporteret. Cujusmodi si essent, qui fieri posset, ut hominum cædibus ad delectationem voluptatemque fruerentur? fruerentur autem? imo, uti non hominum genus a nefario scelere suis ipsi oraculis deterrerent? Sed illi profecto hominibus ipsis longe pejores ac deteriores sint, necesse est, quippe cum homines pœnis legibus constitutis parricidas istos saniorem ad mentem revocarint. **162** Neque enim unus aliquis deorum is fuit, sed hominum, per quem effectum est, ut pestifera hominum immolandorum eaque tam diuturna consuetudo tolleretur. Verumtamen improborum dæmonum totum id fuisse, clarius etiam intelliges, si de infanda illa effusaque scortandi libidine, cujus etiamnum apud Heliopolim Phœniciæ, atque alios plerosque populos usus est, tecum ipse cogitaveris. Adulteria siquidem, corruptelas, aliaque id genus incesta flagitia, sic tanquam nomen aliquod in deorum suorum cultu repræsentanda esse defendunt, adeoque turpitudinis indignissimæ suas quoque primitias ipsis offerendas, fœdi videlicet infamisque commercii fructum iis, perinde ut eximium quoddam grati animi monimentum consecrando. Sunt enim humanarum hostiarum isthæc affinia. Quod si ab homine temperante ac moderato alienum est, non modo cædibus, verum etiam dictu fœdis libidinibus, nefariisque mulierculorum speciem venalem habentium stupris delectari: longe profecto dicendum est, seu deos, seu bonos etiam dæmones ab iis expetendis ac probandis abesse. Sin autem quispiam forte erit, qui ista quidem ad improbos dæmones perti-

περιτομῆς, φάσκουσα· « Καὶ ἔθυον τοὺς υἱοὺς αὐτῶν, καὶ τὰς θυγατέρας αὐτῶν τοῖς δαίμοσι· καὶ ἐφονοκτονήθη ἡ γῆ ἐν τοῖς αἵμασι, καὶ ἐμιάνθη ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις αὐτῶν. » Ἀλλὰ γὰρ ἥγοῦμαι διὰ τούτων ἀπελελέγχθαι σαφῶς, δαιμονικήν τινα γεγονέναι τὴν παλαιτάτην καὶ πρώτην τῶν ξοάνων ἵδρυσιν, καὶ πᾶσαν τὴν εἰδωλικὴν τῶν ἐθνῶν θεοποιίαν, καὶ δαιμόνων οὐκ ἀγαθῶν, ἀλλὰ τὰ πάντα μοχθηροτάτων καὶ φαύλων. Ὡς ἐπαληθεύειν τὸ φάσκον ἐν προφητείαις λόγιον· « Πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια· » τό τε ἀποστολικὸν, δι' οὗ φησιν, ὅτι « Ἃ θύουσι, δαιμονίοις καὶ οὐ Θεῷ θύουσιν· » ἢ εἴ τι γε ἦν ἀγαθὸν ἐν αὐτοῖς, ὡς διὰ τοῦτο καὶ τῆς τῶν ἀγαθῶν μεταλαχεῖν προσηγορίας, εὐεργετικὸν ἂν ἦν, καὶ πάντων σωτήριον, φίλον τε δικαιοσύνης καὶ ἀνθρώπων κηδεμονικόν. Τοιοῦτον δὲ ὄν, πῶς δὲ οὐκ ἀπεῖργε διὰ χρησμῶν τὸ ἀνθρώπινον γένος τοιαῦτα πράττειν; Ἦπου χεῖρον ἦν καὶ φαυλότερον ἀνθρώπων, οἵτε νόμων τιμωρίαις ἐξάντες τοὺς μιαιφόνους κατέστησαν (26). Οὐ γὰρ θεός τις ἦν, ἀλλ' ἄνθρωπος (27), ὁ τῆς ἀνθρωποθυσίας τὴν χρόνιον καὶ μακρὰν παραλύσας νόσον. Ὅτι δὲ φαύλων ἦν καὶ πονηρῶν ταῦτα δαιμόνων, εἴη ἔτι μᾶλλόν σοι συμφανὲς, εἰ λογίσαιο τὰ τῆς ἐπιῤῥήτου καὶ ἀκολάστου πορνείας αὐτῶν τῆς ἐν Ἡλίου πόλει τῆς Φοινίκης εἰσέτι νῦν ἐπιτελούμενα, καὶ παρὰ πλείστοις ἄλλοις ἀνθρώπων. Μοιχεία; γοῦν καὶ φθοραὶ, καὶ παρανόμους ἑτέρας μίξεις ἐπὶ τιμῇ θεῶν, ὥσπερ τι χρέος ὀφειλόμενον, χρῆναί φασιν ἐκτελεῖν, καὶ τῆς μοιχιδίου καὶ πορνικῆς πράξεως τοῖς θεοῖς ἀπάρχεσθαι, τῆς ἀκλεοῦς ταύτης καὶ ἀσέμνου ἐμπορίας, ὥσπερ τι χαριστήριον ἀγαθὸν τοὺς καρποὺς αὐτῆς [a] ἀνατιθέντας· ὅμοια γὰρ ταῦτα τεῖ; ἀνθρωποθυσίαις. Εἰ δὴ οὖν οὐδὲ σώφρονος ἀνδρὸς οἰκεῖον τὸ χαίρειν φόνοις, αἰσχροῤῥημοσύναις τε καὶ παρανόμοις γυναικῶν μίξεσιν, ἐπὶ μισθῷ τὴν ὥραν ἀπεμπολούσαις, πολλοῦ δεῖ φάναι θεῶν ἢ δαιμόνων εἶναι ἀγαθῶν τὸ ἀποδέχεσθαι τὰ τοιαῦτα. Εἰ δὲ δὴ λέγοι τις, φαύλων μὲν ὁμολογουμένως εἶναι ταῦτα δαιμόνων, πλὴν ἀλλ' ἑτέρους εἶναι τοὺς ἀγαθοὺς, οὓς δὴ μάλιστα σέβειν αὐτοὺς οἷα σωτῆρας· πευστέον ποῦ ἄρα ἦσαν αὐτοῖς οἱ ἀγαθοὶ σωτῆρες, εἰ δὴ καὶ τούτους ἔσεβον, ὥστε μὴ τοὺς πονηροὺς τοιαῦτα δρῶντας κατὰ τῶν προσφύγων ἀπερύκειν. Ποῦ δὲ οἱ ἀγαθοὶ δαίμονες, τοὺς [b] βλαπτικοὺς μὴ ἀπελαύνειν, καὶ τοῖς θεραπεύουσι συμμαχεῖν; Τί δὲ καὶ περιφρόνουν παρορῶντες τὸ λογικὸν καὶ θεοφιλὲς ἀνθρώπων γένος, τῇ τῶν φαύλων δαιμόνων ὠμότητι κατατρυχόμενον; Οὐχὶ δὲ ἄντικρυς τοῖς πᾶσι προεκήρυττον ἀμεταστρεπτὶ φεύγειν, καὶ ἀποτρέπεσθαι πάντα θεὸν ὀνομαζόμενον, ὡς οὐ θεὸν, ἀλλὰ φαῦλον

[23] Psal. xxxv, 37. [24] Psal. xcv, 5. [25] I Cor. x, 20.

[a] *Isc.* αὐτοῖς. [b] *Isc.* ὡς τοὺς.

(26) *Ἐξάντεις κατέστησαν.* Id est, ὑγιαίνοντας ἀπέφηναν, εἰ τὴν ὑγίειαν ἀποκατέστησαν. Hesych., Ἐξάντης, ὁ τῆς νόσου ἔξω ὤν. Corrupta sunt quæ apud illum sequuntur: *Ἐξαντῶν*, ἀντιάζων τῆς κόῤῥης καὶ τὸ ὑπόγονον, οἷον ὑπογενειάζων, ἢ οὕτως ἐξαντῶν κατὰ τῆς ὑγείας αὐτοῦ, ἐξορκῶν, τὸν ὑγιαίνοντα γὰρ ἐξάντη ἔλεγον. Forte legi possit, *Ἐξαντῶν*, ἀντιάζων τῆς κόῤῥης καὶ τοῦ γενείου, vel τοῦ ὑπὸ γένειον, οἷον ὑπογενειάζων· ἢ οὕτως· *Ἐξαντῶν*, κατὰ τῆς ὑγείας ἐξορκῶν· hoc est, *per salutem aut sanitatem adjurans; nam istud κατὰ terrentis est, διὰ obtestantis esset*, etc. Zenobius centur. 5, parœm. 93, proverbialiter usurpari ait, Ἐξάντης λεύσσω τοὐμὸν κακὸν ἄλλον ἔχοντας, additque: Ἐξάντης τὸν ὑγιῆ δηλοῖ, καὶ τὸν ἔξω ἀτης. Eadem Suidas.

(27) *Ἀλλ' ἄνθρωπος.* Supra pag. 156 et infra 164, id sub Adriano potissimum contigisse refert.

Digitized by Google

δαίμονα, ᾧ τὰ ὠμὰ, καὶ ἀπάνθρωπα, καὶ παράνομα, καὶ αἰσχρὰ φίλα τυγχάνει; Καὶ εἴτε τις ἦν πάλαι πρότερον ἐν Ῥόδῳ νενομισμένος θεὸς, χαίρων ἀνθρωποθυσίαις, τοῦτον ὁ ἀληθὴς Θεὸς, εἴ τις ἦν ἄρα, τὴν πρᾶξιν ἐπισχὼν, οὐ θεὸν, ἀλλὰ φαῦλον ἡγεῖσθαι δαίμονα τοῖς πᾶσι προεκήρυξεν; Εἴτε ἐν Σαλαμῖνι τῇ πρότερον Κορωνείᾳ ὀνομαζομένῃ, ἐν ᾗ ἐν μηνὶ κατὰ Κυπρίους Ἀφροδισίῳ ἐθύετο ἄνθρωπος· καὶ τοῦτον ὃν[a] ὁ ἀληθὴς Θεὸς ἀπέφηνεν ἀλιτήριον εἶναι δαίμονα, παύσας ὡς ἀσεβὲς καὶ ἀνόσιον τὸ γινόμενον; Εἰ δὲ καὶ ἐν Ἡλίου πόλει τῆς Αἰγύπτου τὸν τῆς ἀνθρωποκτονίας νόμον Ἄμωσις ἔλυσε, πολὺ κρείττονα τοῦ Θεοῦ τὸν ἄνθρωπον ὁ ἀληθὴς Θεὸς ἐδίδαξεν ἂν γεγονέναι· οὐ γὰρ Θεὸς, δαίμων δὲ πάλιν κἀκεῖνος ἦν ὁ κατάρχων τῆς ἀνθρωποκτονίας. Οὐκ ἂν δὲ ὁ ἀληθὴς Θεὸς καὶ τὸν τῆς Ἥρας δαίμονα οὐχὶ μιαρὸν ἡγεῖσθαι δεῖν ἐνομοθέτησεν, ᾧ τῆς ἡμέρας ἑκάστης τρεῖς ἀνθρώπους θύεσθαι παρέστησεν ἡ ἱστορία. Τί δ' ἂν γένοιτο δαιμονικώτερον ἀληθῶς τοῦ καλουμένου Ὠμαδίου Διονύσου, ᾧ φασιν ἐν Χίῳ ἄνθρωπον μελιστὶ διασπῶντας θύειν· ἢ τοῦ ἐν Τενέδῳ ὡσαύτως, ὃν καὶ αὐτὸν διὰ τῆς ἀνθρωποθυσίας ἱλάσκοντο; Ἀπηγόρευσε δ' ἂν ὁ ἀληθὴς Θεὸς καὶ τῷ Ἄρει τῷ βροτολοιγῷ καὶ φιλοπολέμῳ δαίμονι θύειν ἄνθρωπον· ἐνομοθέτησε δ' ἄν, μήτε τῶν οἰκείων, μήτε ἀλλοτρίων τὰ φίλτατα κατασφάττειν αὐτῷ. Εἰ δὲ καὶ τῇ Ἀθηνᾷ κατ' ἔτος παρθένος, ὡς φασιν, ἐθύετο ἐν Λαοδικείᾳ τῇ κατὰ Συρίαν, καὶ ταύτην εἰπεῖν πονηρὸν δαίμονα οὐκ ἂν ἐφυλάξατο ὁ ἀληθὴς Θεός· ὡς καὶ τὸν ἐν Αἰβύῃ τοῖς ὁμοίοις χαίροντα, καὶ τὸν ἐπὶ τῆς Ἀραβίας· ᾧ καὶ αὐτῷ κατ' ἔτος ἕκαστον ἔθυον παῖδα, ὃν καὶ ὑπὸ βωμὸν ἔθαπτον.

nere omnia fatebitur, sed tamen alios præterea bonos esse dicet, quos tanquam generis humani vindices præcipuo cultu venerari oporteat: quærendum ex eo fuerit, ubi tandem essent boni vindices, quos ea religione venerarentur, cum tantam improborum istorum vesaniam suorum a clientum corporibus minime propulsarent. Ubi, inquam, boni dæmones, qui nec carnifices illos arcerent, nec cultoribus suis opem auxiliumque ferrent? Cur enim hominum genus, quod et ratione præditum, et Numini charum est, improborum dæmonum crudelitate confici negligenter adeo patiebantur? Imo, quidni omnibus palam et aperte denuntiabant, uti cuicunque ex iis, quos vulgo deos nominabant, vel immanitas, vel scelus ac flagitium placeret, eum utpote non deum aliquem, sed improbum dæmonem exsecrati constanter ac perpetuo fugerent? Quidni, inquam, seu quis olim Dei loco a Rhodiis habitus humanas victimas expetebat, verus eum Deus, si quem ipsi verum habebant, represso maleficio, non Deum, sed malum dæmonem existimandum ab omnibus esse declarabat? Seu quis idem ejusmodi Salamine fuit (quam veteres Coroneam vocabant), ubi mense qui apud Cyprios Aphrodisius est, hominem immolabant; eum quoque verus istorum Deus, ut impium morem abrogaret, pestiferum dæmonem esse statuebat? **163** Nam, si apud Heliopolim Ægypti, solemnem hominis immolandi consuetudinem Amosis antiquavit, hominem utique Deo longe meliorem esse, verus eorum Deus docere debuisset: nec enim Deus iste quoque, sed dæmon profecto fuit, quisquis hujus hominum cædis auctor fuit. Nec verus item Deus, illum Junonis dæmonem, cui tres olim singulis diebus homines mactari solitos ex historia cognoscimus, flagitiosum unquam atque sceleratum haberi vetuisset. Quod porro magis dæmonem sapiat, quam illa vel Omadii Bacchi crudelitas, cui membratim homines a Chiis discerptos esse ferunt; vel alterius apud Tenedios, quem similiter hominum cæde placabant? Edixisset præterea verus iste Deus, uti ne quis, Marti illi bellorum humanique cruoris sitientissimo hominem immolaret, adeoque nec sibi aliisque charissima quæque jugularet. Palladi quoque, si quod vulgo jactatur, virgo quotannis Laodiceæ Syriæ immolari solebat, ea ne malus dæmon haberetur, verus profecto Deus non cavisset: itemque ne alter, qui hoc sacrorum genere delectabatur in Libya, alterque præterea, cui mactatum quotannis in Arabia puerum sub aram sepelire mos erat.

A B C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Ὅτι μετὰ τὴν εὐαγγελικὴν διδασκαλίαν, ἡ παλαιὰ ἀνθρωποθυσία κατελύθη.

Τούτους ἅπαντας, καὶ τούς γε αἰσχρορρήμονοῦντας, καὶ γυναικῶν παρανόμοις διαφθοραῖς, τῇ τε ἄλλῃ τῇ προκατειλεγμένῃ μανίᾳ χαίροντας, προεφώνησεν ἂν ὁ ἀληθὴς καὶ ἀγαθὸς εἴτε Θεὸς εἴτε δαίμων μηδαμῶς ἡγεῖσθαι θεούς. Τοῦτο δὲ οὐδεὶς τῶν πώποτε, ἢ μόνος ὁ παρ' Ἑβραίοις τιμώμενος, ὡς ἂν μόνος καὶ ἀληθὴς Θεὸς πεποιηκὼς μνημονεύεται. Μόνος γὰρ οὗτος διὰ τοῦ προφήτου καὶ θεολόγου Μωϋσέως προεκήρυξε τοῖς πᾶσι μὴ σέβειν ὡς ἀγαθοὺς δαίμονας τοὺς φαύλους· ἔμπαλιν δὲ ἀποτρέπεσθαι καὶ ἀπελαύνειν, ὡς ἂν πονηρὰ τυγχάνοντας πνεύματα· καὶ μὴν καὶ καθαίρειν (28) αὐτῶν τούς

CAPUT XVII.

Post evangelicæ doctrinæ prædicationem, hominum immolandorum consuetudinem esse sublatam.

Istos, inquam, omnes eosque similiter, qui tam obscœna loquebantur, quique flagitiosis ac nefariis mulierum corruptelis ac stupris, totoque hoc commemoratæ superius libidinis furore tenebantur, verus certe quidem bonusque sive Deus, sive dæmon, a quoquam deorum in numero censeri omni ratione vetuisset. Atqui, præter eum, qui ab Hebræis colebatur, utpote qui unus esset verusque Deus, a nullo prorsus alio factum id unquam fuisse legimus. Solus ille solus prophetæ ac theologi Moysis ore denuntiavit universis, non modo ne improbos dæmones tanquam bonos colerent, sed potius

[a] γρ. ἂν.

(28) *Καθαίρειν*. Malim omnino καθαιρεῖν, *evertere, diruere*. Jussit enim Moyses templa illa non purgari, sed everti. Atque ita leg. alt. ex manuscr.

Digitized by Google

tanquam sceleratos spiritus abominati ejicerent; jussitque præterea eorum templa expiari, exsecrandas profanasque religiones, memoriam quasi deorum universam, 164 honoresque solemnes ex hominum funditus societate deleri. Merito sane, nec enim improbos ab iis, qui bonorum cura providentiaque regebantur, conciliari placarique fas erat. Tibi vero, seu Philarchus ille est, seu quicunque alius, qui Græcos passim universos, priusquam in hostem moverent, homines immolare solitos esse scribit, qua dæmonis tyrannide oppressi ille tenerentur, hujus etiam fide testimonioque constabit. Quin etiam Afros illos, et Thraces, et Scythas, quotquot similibus ritibus uterentur, simili dæmonum furore actos pronuntiare ac probare liceat. Quibus Athenienses, ipsosque adeo cives Magnæ Urbis adjunge, cum circa Magni Jovis ferias homines ipsi quoque jugularent. Imo vero, si universam eorum, quæ paulo ante commemoravimus, seriem sub aspectum unum subjeceris, invenies totam prope fictorum a gentibus numinum molitionem illis ipsis spiritibus hominum carnificibus, sceleratisque dæmonibus esse tribuendam. Etenim si evidentibus certisque testimoniis, apud Rhodios, Salaminos, ac cæteros insulares, itemque apud Heliopolitanos Ægypti, Chios, Tenedios, Lacedæmonios, Arcadas, Phœnices, Libyæ, Syriæ et Arabiæ populos, adeoque apud Athenienses ipsos, qui Græcorum omnium principes ac veluti capita etiamnum haberi solent, nec non apud Carthaginienses, Afros, Thraces atque Scythas, hominum olim sacrificia diabolico furore usurpata esse ostendimus, impiosque ritus ad Servatoris usque nostri tempora propagatos: quidni tandem jure meritoque concludas, illos tum populos improbis omnes dæmonibus mancipatos fuisse, nec ante genus humanum tantorum acerbitate malorum vexari desiisse, quam Servatoris nostri doctrina passim illuxisset? Nam illa quidem ad imperium Adriani viguisse, ac sublata deinceps fuisse constat ex historia, quo nimirum tempore salutaris hujus doctrinæ vis apud omnes jam late populos gentesque regnaret. Neque vero hoc istis effugium superest, ut non nisi malis dæmonibus litatum humanis victimis esse dicant, cum maximis præsertim quibusque diis mactatos homines fuisse ex illorum historiis habeamus. Testes enim eæ sunt, Junoni ac Minervæ, Saturno, Marti atque Baccho, Jovique adeo cæterorum omnium principi, nec non ipsi Phœbo, Apollini, inquam, Illi, qui tantum gravitate reliquis ac sapientia anteibat, genus id hostiarum placuisse, quos utique,

A τε νεὼς, καὶ τὰς ἀνιέρους καὶ ἀτελέστους θρησκείας, καὶ πάμπαν ἐξ ἀνθρώπων ἀφανίζειν τὴν ὡς περὶ θεῶν αὐτῶν μνήμην, καὶ τὴν ἀπονεμομένην αὐτοῖς τιμὴν ἐνομοθέτησεν. Οὐδὲ γὰρ τοὺς φαύλους ἀπομείλίσσεσθαι ὅσιον ἦν τοὺς τοῖς ἀγαθοῖς μεμελημένους. Εἴτε δὲ καὶ Φίλαρχος, εἴτε ὁστισοῦν ἱστορεῖ πάντας τοὺς Ἕλληνας, πρὶν ἐπὶ τοὺς πολέμους ἐξιέναι, ἀνθρωποκτονεῖν, καὶ τοῦτον μάρτυρα τῆς Ἑλλήνων δαιμονικῆς ἐπιληψίας μὴ ὄκνει παραλαμβάνειν· μὴ παρίδῃς μηδὲ τοὺς κατὰ τὴν Ἀφρικὴν, τούς τε Θρᾳκας καὶ τοὺς Σκύθας τὰ ὅμοια πράττοντας, ταῖς αὐταῖς τῶν δαιμόνων ὑπῆχθαι μανίαις ἀποφαίνεσθαι· καὶ Ἀθηναίους, καὶ τοὺς κατὰ τὴν Μεγάλην πόλιν, εἰ δὴ καὶ οὗτοι κατὰ τοῦ Μεγάλου Διὸς ἑορτὰς ἀνθρώπους ἔσφαζον. Ἀλλὰ γὰρ συναγαγὼν ὁμοῦ τὸν πάντων τῶν προειρημένων κατάλογον, εὕροις ἂν, σχεδὸν εἰπεῖν, πᾶσαν τὴν τῶν ἐθνῶν θεοποιίαν τούτοις αὐτοῖς τοῖς ἀνθρωποκτόνοις πνεύμασι καὶ τοῖς πονηροῖς δαιμονίοις ἀνακειμένην. Εἰ γὰρ ἐν Ῥόδῳ, καὶ ἐν Σαλαμῖνι, καὶ ταῖς ἄλλαις νήσοις, ἔν τε Ἡλίου πόλει τῇ κατ' Αἴγυπτον, ἔν τε Χίῳ, καὶ Τενέδῳ, καὶ Λακεδαίμονι, καὶ Ἀρκαδίᾳ, Φοινίκῃ τε καὶ Λιβύῃ, καὶ πρὸς τούτοις ἅπασιν ἐν Συρίᾳ καὶ Ἀραβίᾳ, καὶ παρά γε τοῖς Πανέλλησιν Ἀθηναίοις (29), καὶ ἐπὶ τούτων τοῖς κορυφαιοτάτοις, κατά γε[a] Καρχηδόνα, καὶ τὴν Ἀφρικὴν, καὶ παρὰ Θρᾳξὶ καὶ Σκύθαις ἀποδέδεικται τὰ τῆς δαιμονικῆς ἀνθρωποκτονίας κατὰ τοὺς παλαιοὺς χρόνους ἐπιτελούμενα, καὶ μέχρι τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παρατείναντα· πῶς οὐκ εὐλόγως τὰς πάντας εἴποις ἂν τότε τοῖς πονηροῖς δαίμοσι δεδουλῶσθαι, οὐ πρότερόν τε παῦλαν τῶν τοσούτων γενέσθαι τῷ βίῳ κακῶν, ἢ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν καταλάμψαι διδασκαλίαν; Ὅτι δὴ μέχρι τῶν Ἁδριανοῦ χρόνων διαμεῖναι ταῦτα· λελύσθαι δ' ἐξ ἐκείνου παρέστησεν ὁ τῆς ἱστορίας λόγος. Οὗτος δὴ μάλιστα ἦν ὁ χρόνος, καθ' ὃν ἡ σωτήριος εἰς πάντας ἀνθρώπους ἤκμασε διδασκαλία. Καὶ μὴν οὐδὲ δυνατὸν αὐτοῖς εἰπεῖν, ὡς τοῖς πονηροῖς δαίμοσιν ἔθυον· αὐτοὺς γὰρ μάλιστα τοὺς μεγίστους θεοὺς ἡ ἱστορία τὰς ἀνθρωποθυσίας ἐδήλωσεν ἐπιτελεῖσθαι. Θύεσθαι γὰρ ἔφησε τῇ Ἥρᾳ καὶ τῇ Ἀθηνᾷ, Κρόνῳ τε καὶ Ἄρει, καὶ Διονύσῳ, καὶ αὐτῷ γε τῷ ἐπὶ πάντων Διΐ, καὶ τῷ Φοίβῳ, τῷ δὴ σεμνοτάτῳ πάντων καὶ σοφωτάτῳ Ἀπόλλωνι· τούτους δὲ (30) καὶ οὐδὲ ἄλλους τοὺς μεγίστους τε καὶ ἀγαθοὺς σωτῆρας θεοὺς ἀναγορεύουσιν. Αὐτοὶ δ' ἆρα εἶεν ἂν οἱ πονηροὶ δαίμονες. Εἰ γὰρ οἵδε τοιαύταις ἀνθρωποθυσίαις καὶ ἀνθρωποκτονίαις ἔχαιρον, πῶς οὐκ ἂν αὐτοὺς εἰκότως τῇ τῶν πονηρῶν πνευμάτων μιαιφονίᾳ καταριθμήσειας; εἴτε αὐτοὶ χαίρειν λέγοιντο τοῖς τοιούτοις, εἴτε συγχωρεῖν, καὶ περιορᾷν ἑτέροις γινόμενα. Τί γὰρ χρὴν ὅλως

[a] *Ισ.* τε.

(29) *Πανέλλησιν Ἀθηναίοις.* Ita mss. ambo, nisi quod habent ἔτι pro ἐπί, recte. Alter vero, παρ' Ἕλλησιν, pro Πανέλλησιν. Montac., παρ' Ἕλλησι, καὶ ἔτι τοῖς τούτων κορυφαιοτάτοις Ἀθηναίοις. Recte: malim tamen, καὶ παρά γε τοῖς Πανέλλησι, καὶ ἔτι τούτων τ. κ. Ἀθηναίοις. Isthuc enim Πανέλληνες ad Philarchum pertinet, qui paulo ante πάντας τοὺς Ἕλληνας hac impietate laborasse narrabat. Itaque vertendum erit, *Imo et apud Græcos universos, ipsosque adeo Athenienses, qui eorum principes*, etc.

(30) *Τούτους δέ.* Alt. e manuscr. legit, Τούτους δὲ, καὶ οὐκ ἄλλους, τοὺς μεγίστους θεοὺς, ἀγαθοὺς, καὶ σωτῆρας ἀναγορεύουσιν. Recte.

Digitized by Google

ἐπιτρέπειν ἀνθρώποις ἱλάσκεσθαι τὰ πονηρὰ πνεύματα ; Τί δὲ τοσοῦτον πλανᾶσθαι, ὡς θεραπεύειν καὶ κολακεύειν τοὺς φαύλους ; Τί δὲ τοῖς πονηροῖς καταδουλοῦσθαι ; δέον ἀγαθοὺς ὄντας καὶ θεοὺς, πορρωτάτω τῆς ἀνθρώπων διατριβῆς, πᾶν ὅ τι φαῦλον καὶ πονηρὸν δυνάμει κρείττονι καὶ θειοτέρᾳ ἀπελαύνειν. Ἡ πατὴρ μὲν ἀγαθὸς οὐκ ἂν ὑπὸ φαύλοις ἀνδράσι φθειρόμενον περιΐδοι ἂν τὸν αὐτοῦ παῖδα· οὐδὲ τὸν οἰκέτην σώφρων δεσπότης ὑπὸ τοῖς ἐχθροῖς ἀγόμενον περιόψεται· οὐδέ γε στρατηγὸς (31), πολέμου παρόντος τοὺς οἰκείους διασώσασθαι, τοῖς πολεμίοις αἰχμαλώτους ἀνήσει· οὐδὲ ποιμὴν τὰ θρέμματα τοῖς λύκοις· θεοὶ δὲ ἄρα καὶ ἀγαθοὶ δαίμονες ὑπὸ τοῖς μοχθηροῖς καὶ φαύλοις ἀνήσουσι τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ;

A non alios, ipsi cum maximos bonosque deos, tum servatores etiam ac vindices appellare solent. **165** Sed nimirum improbi dæmones erant isti quoque. Nam si humano etiam cruore tantopere delectabantur, quidni similiter verum sit eos in eamdem cum sceleratis ac tinctis sanguine dæmonibus classem conjicere? Nec sane interest, gauderentne ipsi hoc sacrificiorum genere, an aliis isto ritu fieri paterentur. Enimvero, decuitne mortalibus, uti nefarios spiritus placarent, ullo modo permittere ! Decuitne tantum in iis errorem dissimulare, ut cultu et obsequio improbos delinirent? Decuitne, cum impiorum sese tyrannidi subjicerent, ferre leviter ? cum illos potius, si quidem et boni et dii forent,

B longissime oporteret ab humana societate, quidquid pravi malique esset, potentiori ac diviniori Numine propulsare? Quid enim? Pater, si modo bonus fuerit, nunquam a perditis hominibus male filium haberi patiatur : æquus prudensque dominus servum ab inimicis vexari abducive numquam ferat : imperator suorum in bello salutem defendere ac tueri si poterit, in hostium eos potestatem venire non sinat : pastor ne oves quidem suas lupis objiciat : et dii tamen bonique dæmones humanum genus gravissimo teterrimorum dæmonum jugo oppressos jacere patientur? Et sexcenti

Καὶ οἱ τρισμύριοι φύλακες (32) *μερόπων ἀνθρώπων,*

Custodes hominum, quos lingua diremit,

οἱ δὴ ποιμένες καὶ σωτῆρες, βασιλεῖς τε καὶ πατέρες, καὶ κύριοι, τοῖς ἐχθροῖς καὶ πολεμίοις, καὶ ἀγρίοις θηρσὶν ἀνηλεῶς οὕτως καὶ ὠμῶς ἄγειν καὶ φέρειν τὰ φίλτατα παραδώσουσι ; Οὐχὶ δὲ προπολεμήσουσιν ὑπερασπίζοντες τῶν προσφύγων, καὶ τοὺς μὲν ἐχθροὺς καὶ πονηροὺς δαίμονας τῆς ἀνθρώπων ἀγέλης, μακρὰν ὥσπερ τινὰς ὠμοβόρους καὶ ἀγρίους C θῆρας ἀποδιώξουσι, διδάξουσι δὲ πάντα ἄνθρωπον μυρίων θεῶν καὶ δαιμόνων ἀγαθῶν πλήθει προσφιλούμενον, ἐπιθαρσοῦντα τοῖς οὐ μόνον κρείττοσιν, ἀλλὰ καὶ πλείοσιν καὶ μεγίστοις θεοῖς καθωπλισμένον, σμικρὰ, μᾶλλον δὲ τὸ μηδὲν ἐπιστρέφεσθαι τῆς τῶν πονηρῶν δαιμόνων ἀσθενείας ; Ὅτε δὲ τοῦτο μὴ ἔπραττον, συνήργουν δ' ἔμπαλιν τοῖς πονηροῖς αὐτοὶ, διὰ τῶν χρησμῶν τὰς δηλωθείσας ἀνιέντες ἀνθρωποθυσίας, χαίροντές τε αἰσχρορρημοσύναις ἁπάσαις καὶ ταῖς τούτων ἀκολούθοις πράξεσιν, ἔργῳ, φασὶ, δῆλον, ὡς οὐδέν τι καὶ αὐτοὶ φαύλων δαιμόνων τὴν φύσιν διέλαθον[a]· μᾶλλον δὲ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς ὑπῆρχον προαιρέσεως καὶ γνώμης· καὶ ἔτι μᾶλλον εἰπεῖν, ὡς οὐδὲ ὅλως θεός τις ἦν, οὐδέ τις ἀγαθὸς δαίμων, ὁ πάλαι πρὸς τῶν ἐθνῶν ἁπάντων κατὰ πόλεις τε καὶ D χώρας προσκυνούμενος. Πῶς γὰρ ἂν γένοιτό ποτε τῷ ἀγαθῷ τὸ φαῦλον φίλον ; εἰ μὴ καὶ φαυλὸς, καὶ σπάνους κρᾶσιν δύνασθαι μίαν φαίη τις ἂν γενέσθαι. Πόσῳ δὲ κρείττων ὁ παρ' ἀνθρώποις λογισμὸς τῶν νενομισμένων θεῶν, μηδὲ φαύλοις δαίμοσι χρῆναι

pastores, inquam, illi, vindices, reges, parentes, ac domini, quos longe charissimos habeant, eos infensissimis hostibus, ac truculentis belluis omni crudelitate ac diritate vexandos cruciandosque tradent? Imo, non pugnabant ipsi pro clientibus ! non suis eos armis ac defensione tegent ! non infestos ac sceleratos dæmones procul ab hominum grege, tanquam immanes et crudivoras arcebunt feras ! Denique non cunctos homines edocebunt, qui cum sexcentis diis bonisque dæmonibus amore benevolentiaque conjuncti sint, iis parvi admodum, imo nihili plane improborum dæmonum imbecillitatem faciendam esse, quippe quos non modo potentioribus, verum etiam pluribus iisque maximis numinibus consecratos, eorum ope ac præsidio confidere nitique oporteat ! Jam vero cum ab eo tantum abfuerint, ut suam ipsi quoque sceleratis operam navarent, partim responsis hominum sacrificia permittendo, partim obscœnitate verborum, quæque ipsi comitantur libidinibus ac stupris ad voluptatem fruendo ; res plane ipsa loquitur, nihil prorsus ab improborum dæmonum deflexisse natura, sed unam potius, et eamdem atque ipsos voluntatem ac mentem habuisse : **166** proindeque nullum omnino sive deum, sive bonum dæmonem fuisse, quisquis olim ab universis gentibus per urbes passim atque pagos hoc nomine coleretur. Nam ei, qui bonus sit,

[a] γρ. διήλαττον.

(31) *Στρατηγός*, etc. Manuscr. alter, πολέμου στρατηγὸς τοὺς οἰκείους παρὼν διασώσαθαι. Vera lectio, si παρὼν mutetur in παρόν.

(32) *Τρισμύριοι φύλακες*. Mont., τρισμακάριοι. Utrumvis legatur, crediderim illos Hesiodi versus respici, quos vulgo Christiani etiam doctores, ut Lactantius *Institut.* II, 15, ad persuadendum angelorum tutelam, afferre solent. Exstant in Ἔργ. A, vers. 121.

Τοὶ μὲν δαίμονές εἰσι, Διὸς μεγάλου διὰ βουλὰς,
Ἐσθλοὶ, ἐπιχθόνιοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων,
Οἱ ῥα φυλάσσουσί τε δίκας, καὶ σχέτλια ἔργα.

Synesius l. *De Provident.*, p. 99 D : Ἔστι μὲν γὰρ τῇδε καὶ ἡρώων φῦλον ἱερὸν, ἐπιμελὲς ἀνθρώπων, καὶ τὰ σμικρὰ ὠφελεῖν δυνάμενον, καὶ τὸ πρεσβύτερον ἀγαθόν. Consule P. Petavii notam, qui ex Platonis et Plutarchi verbis merito conjicit, aliter olim versus istos lectos esse quam vulgo concepti habeantur.

Digitized by Google

malum quomodo placeat? nisi forte lucem cum tenebris conjungi ac misceri posse quis dixerit. Quantum vero fictitiis numinibus humana ratio præstitit, quæ ne improbis quidem dæmonibus sacrificium ullum fieri voluit? Nam id sane vetat idem ipse Porphyrius eo libro, in quo ab animalium sacrificiis abstinendum esse docet, ubi hunc in modum loquitur.

A θύειν παρακελευόμενος; Λέγει δ' οὖν ὁ πρόσθεν εἰρημένος συγγραφεὺς, ἐν οἷς ἔφυσε μὴ δεῖν ζωοθυτεῖν, ὅτι μηδὲ φαύλοις δαίμοσι θυτέον, τοῦτον τὸν τρόπον.

CAPUT XVIII.

Nullum improbis dæmonibus sacrificium faciendum esse.

« Quamobrem, inquit, vir æquus ac prudens sibi ab isto sacrificiorum genere cavendum putabit, quo pravorum dæmonum gratiam aucupetur. Animum ipse potius omni ratione ac studio purgare conabitur, certus eos nunquam puræ ac sinceræ mentis hominem aggredi, propter morum ac naturæ dissimilitudinem. Quod si forte a civitatibus istos etiam deliniri placarique necesse sit, nihil ad nos. Nam illis quidem opes, quæque foris sunt, quæque ad corpus omnino pertinent, bona videri solent, ut mala, quæ contraria: qui vero animi curam ac rationem habeant, oppido pauci. » Ac deinceps.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Ὅτι μὴ δεῖ τοῖς πονηροῖς δαίμοσι θύειν.

« Διὸ συνετὸς (33) ἀνὴρ καὶ σώφρων εὐλαβηθήσεται τοιαύταις χρῆσθαι θυσίαις, δι' ὧν ἐπισπάσεται πρὸς ἑαυτὸν τοὺς τοιούτους· σπουδάσει δὲ καθαίρειν τὴν ψυχὴν παντοίως· καθαρᾷ γὰρ ψυχῇ οὐκ ἐπιτίθεται διὰ τὸ αὐτοῖς ἀνόμοιον. Εἰ δὲ ταῖς πόλεσιν ἀναγκαῖον καὶ τούτους ἀπομειλίττεσθαι, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. Ταύταις γὰρ καὶ πλοῦτος, καὶ τὰ ἐκτὸς, καὶ τὰ σωματικὰ, ἀγαθὰ εἶναι νενόμισται, καὶ τὰ ἐναντία, κακά· ὀλίγον δὲ ἐν αὐταῖς τὸ τῆς ψυχῆς ἐπιμελούμενον. » Τούτοις ἑξῆς ἐπάγει λέγων.

CAPUT XIX.

Præpotenti uni Deo addictum esse oportere.

« Nobis autem, inquit, omnibus hoc viribus laborandum erit, nihil ut rebus istis, quas illi suppeditant, egeamus: sed potius ut animo simul ac cæteris, ad Dei quidem, et eorum, qui Deo propinquiores sunt, imitationem ac similitudinem, quantum in nobis erit, aspiremus (id quod partim cupiditatum vacuitate, partim sincera et enucleata de iis, quæ vere sunt, existimatione, partim vitæ ipsius ad eorum exemplar conformatione assequemur); improborum autem sive hominum, sive dæmonum, atque omnino quisquis mortale quidquam et cum materia conjunctum amet, ejus dissimiles esse studeamus. **167** At vero qui a nobis hoc loco philosophus delineatur, a rerum exteriorum commercio et societate sejunctus, ab eo nec dæmones sollicitatum, nec vates aut animalium exta consultum iri, jure ac merito pronuntiamus. Quorum enim causa instituta divinatio est, iis ultro sibi carendum statuerit. Nec enim in matrimonii sese vincula conjiciet, ut de ejus successu divinum interpellet; nec mercaturam factitabit; nec de servitio, nec de opum amplificatione, nec de reliquo humanæ vitæ fastu consulet. Quibus autem de rebus ipse quæsiturus est, nec vates ullus, nec animantium exta certi quidquam aperient. Unus ille per seipsum, ut diximus, ad Deum, qui sedem veris in visceribus suis fixit, ultro accedet, eoque totus confluens, indidem æternæ vitæ præceptiones hauriet.

Hac igitur ex Porphyrii disputatione liquido constat, quibus tandem et vaticinationes, et aruspicinam, et illas omnes, quas vulgus admiratur rerum obscurarum prædictiones assignare oporteat. Hæc ille omnia fastum inanemque pompam nominans, tanquam improborum dæmonum arte ac vi-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Ὅπως ἀνακεῖσθαι δεῖ τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ.

« Ἡμεῖς δὲ κατὰ δύναμιν οὐ δεησόμεθα ὧν οὗτοι παρέχουσιν· ἀλλ' ἔκ τε ψυχῆς ἔκ τε τῶν ἄλλων πᾶσαν σπουδὴν ποιούμεθα [a], Θεῷ μὲν καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ὁμοιοῦσθαι· (δ δὴ γίνεται δι' ἀπαθείας καὶ τῆς περὶ τῶν ὄντως ὄντων διηρθρωμένης διαλήψεως, καὶ πρὸς αὐτὰ καὶ κατ' αὐτὰ ζωῆς (33') ·) πονηροῖς δὲ ἀνθρώποις καὶ δαίμοσι, καὶ ὅλως παντὶ τῷ χαίροντι τῷ θνητῷ καὶ ὑλικῷ ἀνομοιοῦσθαι. Ὃν δὲ ἡμεῖς (34) ὑπογράφομεν φιλόσοφον ἀφιστάμενον τῶν ἐκτὸς, εἰκότως φαμὲν μὴ ἐνοχλήσειν δαίμοσι, μηδὲ μάντεων δεήσεσθαι; μηδὲ σπλάγχνων ζώων. Ὧν γὰρ ἕνεκα αἱ μαντεῖαι, τούτων οὗτος μεμέληκεν ἀφίστασθαι. Οὔτε γὰρ εἰς γάμον καθίησιν, ἵνα περὶ γάμου τῷ μάντει ἐνοχλήσῃ· οὐκ εἰς ἐμπορίαν, οὐ περὶ οἰκέτου, οὐ περὶ κλοπῆς [b], καὶ τῆς ἄλλης παρὰ ἀνθρώποις δοξοκοπίας. Περὶ ὧν δὲ ζητεῖ, μάντις μὲν οὐδεὶς, οὐδὲ σπλάγχνα ζώων μηνύσει τὸ σαφές· αὐτὸς δὲ δι' ἑαυτοῦ, ὡς ἐλέγομεν, προσιὼν τῷ Θεῷ, ὃς ἐν τοῖς ἀληθινοῖς αὐτοῦ σπλάγχνοις ἵδρυται, περὶ τοῦ αἰωνίου βίου λήψεται τὰς ὑποθήκας, ὅλως (35) ἐκεῖ συῤῥεύσας. »

Σαφέστατα δὴ διὰ τούτων ὁ λόγος ἐξέφηνε, τίνων ἡγεῖσθαι χρὴ τὰ μαντεῖα, καὶ τὰς διὰ τῆς θυτικῆς ἐρωτήσεις, τάς τε παρὰ τοῖς πολλοῖς θαυμαζομένας περὶ τῶν ἀδήλων προγνώσεις. Ταῦτα γὰρ πάντα δοξοκοπίας ὀνόματα [c], ὡς ἂν ὑπὸ δαιμόνων πονηρῶν ἐνεργουμένας [d] ἀποβάλλει. Τὸν γοῦν περὶ φαύλων

[a] *Ισ.* ποιησόμεθα. [b] Por. προκοπῆς. [c] *γρ.* ὀνομάσας. [d] *Ισ.* ἐνεργούμενα.

(33) *Διὸ συνετός.* Porphyrii locus est, II *De abstinent.*, p. 204.

(33') *Καὶ πρὸς αὐτὰ, καὶ κατ' αὐτὰ ζωῆς.* Porph., καὶ τῆς πρὸς αὐτὰ ταῦτα ζωῆς.

(34) *Ὃν δὲ ἡμεῖς.* Multa prætermittit Eusebius; quæ sequuntur leges p. 218.

(35) *Ὅλως.* Malim ὅλος cum Porphyr. et manuscr.

Digitized by Google

δαιμόνων διεξιὼν λόγον, καὶ φάσκων τὸν συνετὸν ἄνδρα καὶ σώφρονα μήποτε τούτοις ἑαυτὸν ἐπιδοῦναι, μηδ' ἐπισπάσασθαι εἰς ἑαυτὸν διὰ τῶν θυσιῶν τοὺς τοιούτους· ἐξῆς ἐπισυνάπτει, λέγων, τὸν φιλόσοφον μηδὲ μαντείων δεήσεσθαι, μηδὲ σπλάγχνων ζώων, καὶ τῶν παραπλησίων, ὡς ἂν τῆς δαιμονικῆς ὄντων κακοτεχνίας. Εἰ δὴ οὖν κατὰ ταῦτα εὐλάβητέον τῷ συνετῷ καὶ σώφρονι τοιαύταις χρῆσθαι θυσίαις, δι' ὧν ἐπισπάσεται πρὸς ἑαυτὸν τοὺς δαίμονας· (αὗται δ' ἦσαν αἱ δι' αἱμάτων ἐκχύσεως καὶ δι' ἀλόγων ζώων σφαγῆς·) οὐδεὶς ἂν ἐνδίκως ῥηθείη σώφρων καὶ συνετὸς τῶν πάλαι ζωοθυτούντων τοῖς δαίμοσι, καὶ πολὺ μᾶλλον τῶν ἀνθρωποθυτούντων. Ἥλω δὲ τὰ πανταχοῦ πάντα, σχεδὸν εἰπεῖν, ἔθνη πρόσθεν ἢ τὸν ἡμέτερον Χριστὸν εἰς ἀνθρώπους ἀναδειχθῆναι, τοὺς φαύλους ἡλεούμενα δαίμονας ταῖς κατὰ πάντα τόπον ἐπιτελουμέναις ἀνθρωποθυσίαις. Οὐδεὶς ἄρα τούτων συνετὸς ἦν καὶ σώφρων. Ὁ μὲν οὖν κοινὸς καὶ ἀνθρώπινος λογισμὸς, ἑπόμενος ὀρθῷ λόγῳ, παντὶ τῷ συνετῷ καὶ σώφρονι διαῤῥήδην κηρύττει μὴ χρῆσθαι θυσίαις ἐπὶ θεραπείᾳ τῶν πονηρῶν δαιμόνων· σπουδάζειν δὲ καθαίρειν τὴν ψυχὴν παντοίως. Καθαρᾷ γὰρ ψυχῇ μὴ ἐπιτίθεσθαι, διὰ τὸ αὐτοῖς ἀνόμοιον· ὁ δὲ θεὸς αὐτοῖς ὁ Ἀπόλλων (πάλιν γὰρ ἀνθρώποις τοῦτον παραβλητέον, καὶ δεικτέον ὅσον τοῦ ὀρθοῦ λείπεται λογισμοῦ,) προστάττει τῷ πονηρῷ δαίμονι θύειν, οὐχ ἁλλως, ἢ δηλαδὴ φίλος ὢν αὐτῷ· κακῷ δὲ τὸ ὅμοιον φίλον. Τούτου δὲ μάρτυς ὁ καὶ πρόσθεν, ἐν οἷς ἐπέγραψε τῆς ἐκ Λογίων Φιλοσοφίας, ὧδε ἱστορῶν κατὰ λέξιν.

A ribus fieri solita repudiat. Siquidem ubi de pravis dæmonibus disseruit, æquumque ac sapientem virum nunquam, aut iis sese dediturum, aut sacrificiis eosdem sibi conciliaturum affirmavit, subdit continuo, philosophum neque divinationibus, neque extispiciis, neque id genus aliis opus habiturum, quippe quæ a dæmonum fraude omnia maleficioque profecta sint. Si ergo sapientibus et æquis hominibus, quemadmodum ille præcipit, ab ejusmodi sacrificiis, quibus dæmonum gratiam aucupentur, omni provisione cavendum est; nec alia sint ea sacrificia, quam quæ fuso sanguine et animalium cæde fieri consueverant: sequitur profecto, neminem prorsus eorum, qui animantes olim, multoque minus qui homines dæmonibus immolarent, sapientem et æquum nominari jure posse. Atqui gentes propemodum universas, priusquam noster ille Christus in hominum sese vitam ac societatem intulisset, improbos dæmones solemnibus passim hominum sacrificiis placavisse, manifeste satis ostendimus. Restat igitur, nullum ut apud eas vel prudentem vel æquum sanumque fuisse concludamus. Enimvero cum humanus ipse communisque sensus, rectæ rationis ductum secutus, quisquis et sapiens et æquus esse velit, ei penitus ab eo sacrificiorum genere, quibus improbi dæmones delinuantur, abstinendum aperte denuntiet, contraque mentem omni studio purgare jubeat, quod nunquam ab iis, propter **168** morum dissimilitudinem, purus ac sincerus animus invadatur: tum vero contra deus Apollo (rursus enim cum hominibus componendus ille est, ut, quantum a rectæ sanæque rationis judicio distet, ostendamus,) improbo dæmoni litari jubet, aliud profecto nihil, quam ejus amicitiam secutus: mali autem, non nisi simile, amicum est. Atque hujus etiam rei testem habemus eumdem Porphyrium, qui in suis *De oraculorum philosophia* libris ad verbum ita scribit.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

Ὡς ὁ Ἀπόλλων τῷ πονηρῷ δαίμονι προστάττει θύειν.

« Σπεύδοντος γοῦν τοῦ προφήτου αὐτοπτῆσαι τὸ θεῖον, καὶ ἐπειγομένου, ὁ Ἀπόλλων ἀδύνατον ἔφη τὸ ζητούμενον, πρὶν λύτρα τῷ πονηρῷ δαίμονι δοῦναι. Λέγει δὲ ὧδε·

Λύτρα δίδου γαίης πατέρης[a] οἰκήτορι σεμνῷ,
Πρώτα χοάς, μετέπειτα πυρὴν ἠδ' αἷμα κελαινὸν,
Οἶνον παμμέλανος, ὀΐων θ' ἅμα λευκὰ ῥέεθρα.

Καὶ σαφέστερον εἶπε περὶ τῶν αὐτῶν·

Οἶνον καὶ γάλα βάλλε, καὶ ὕδατος ἀγλαὸν εἶδος,
Καὶ ξύλα καρπὸν ἔχοντα διογνήτων ἀκυλαίων (36)·
Σπλάγχνα δὲ πατθέμενος λιπαροῖς ἅμα νάμασι σπένδε.

Μετὰ ποίας δὲ εὐχῆς ἐρωτηθείς, ἤρξατο μὲν, οὐ μὴν ἐπλήρωσεν, οὕτως εἰπών·

Δαῖμον ἀλιτροσύων ψυχῶν διάδημα λελογχὼς,
Ἠερίων ὑπένερθε μυχῶν, χθονίων τ' ἐφύπερθεν.»

C

CAPUT XX.

Quemadmodum improbo dæmoni litare Apollo jubeat.

« Vate, inquit, suis numen ipsum oculis intueri studiosius ac vehementius cupiente, Apollo respondit fieri hoc nullo modo posse, donec sacrificii justo quasi pretio factum improbo dæmoni satis esset. Responsum autem sic habet:

Tu patriæ indigeti pretium, sacra ferre memento
Libamenta, deinde pyram, nigrumque cruorem
Purpureumque merum, atque ovium spumantia lacte
Pocula.

Atque iterum hac ipsa de re clarius,

Vinum, lacque simul fundens, lymphamque nitentem,
Illignasque nuces Jove nata ex arbore mittens,

D

Rite solo posita, et pingui perfusa liquore
Viscera libato.

Idem vero consultus præterea, quemadmodum preces nuncupandæ forent, eas duntaxat inchoavit his verbis:

Dæmon, aberrantes animas qui sorte perenni
Obscuroisque regis supraque infraque recessus.»

[a] Is. πατρίης.

(36) Ἀκυλαίων. Me tantum legere memini ἄκυλος vel ἄκυλον

Hæc deus egregius, vel potius dæmon, fraudis ac doli architectus; quibus plane contraria naturalis ratio statuit, dum et animum purgare jubet, et sacrificiis improborum dæmonum gratiam opemque captare vetat, quod puram illi sinceramque mentem aggredi propter morum dissensionem minime soleant. Quod si prudentem eum, **169** si æquæ mentis hominem esse merito judicarunt, qui a dæmonum sacrificiis religiose abstineret: qui suis oraculis ad improbis etiam litandum hortatur, qui tandem et qualis haberi debeat, tibi statuendum relinquo. Cæterum hinc retro superiora repetenti tibi certo evidenterque constabit, cujusmodi natura moribusque fuerint, tum qui humanis victimis delectarentur, tum qui humanum genus eorum tyrannidi ex omni memoria manciparant. Nam si erit fortasse quispiam, qui hanc immolandorum hominum consuetudinem omni scelere purgabit, atque a veteribus sanctissime observatam esse defendet: erit sane, quamobrem continuo posteros eorum universos reprehendat, quorum nullus hoc tempore ad priscam majorum suorum pietatem adhærescit.

A Ταῦτα μὲν ὁ θαυμάσιος θεὸς, μᾶλλον δὲ τὸ πολυπλανὲς δαιμόνιον· τὰ δὲ τοῦ κατὰ φύσιν λογισμοῦ τἀναντία, καθαίρειν τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ μὴ θυσίαις ἐπισπᾶσθαι τοὺς πονηροὺς δαίμονας, παρακελευόμενα· καθαρᾷ γὰρ ψυχῇ μὴ ἐπιτίθεσθαι διὰ τὸ αὐτοῖς ἀνόμοιον. Εἰ δὲ δή συνετὸς εἶναι καὶ σώφρων ἀνὴρ ὀρθῶς ἐκρίθη τε εὐλαβὴς καὶ μὴ θύων δαίμοσιν· ὁ τοῖς πονηροῖς θύειν διὰ τοῦ χρησμοῦ παραινῶν τίς ἂν εὐλόγως καὶ ποδαπὸς (37) νομισθείη, σὲ καταλείπω σκοπεῖν. Ἐντεῦθεν δὲ ἀναδραμόντι προφανὲς ἔσται, ποῖοί τινες ὑπῆρχον τὴν τοῦ τρόπου φύσιν οἱ ταῖς ἀνθρωποθυσίαις χαίροντες, ἢ οἱ τούτοις πᾶν τὸ ἀνθρώπινον γένος πάλαι πρότερον καταδεδουλωμένοι. Εἰ δὲ λέγοι τις μὴ φαῦλον εἶναι τὸν τῆς ἀνθρωποθυσίας τρόπον, ὀρθότατα δ' ὑπὸ τῶν B παλαιῶν τελεῖσθαι, ὥρα τοῖς νῦν καταμέμφεσθαι πᾶσιν, ὅτι μηδεὶς ὁμοίως τοῖς πατράσιν εὐσεβεῖ.

CAPUT XXI.

Neminem ab omni ævo fuisse, præter unicum Servatorem Dominumque nostrum, qui totum genus humanum a dæmonum impostura liberarit.

Sin autem sano maturoque judicio, ab immani ac ferina crudelitate abhorrendum sibi ævi nostri homines putárunt; nullius profecto mentis fuit, quisquis e veteribus improbos dæmones hominum cæde placavit. Sed enim vel cæcus, ut aiunt, manifeste videat, nec deos, nec vero bonos dæmones eos C fuisse, quotquot a cunctis olim gentibus deorum loco et nomine censebantur: sed potius ab eo, quod bonum est, longissimo intervallo disjunctos, atque ejusmodi, quos jure et Dei hostes, et impios propterea dixeris, qui genus vitamque hominum universam pessundederint. Atque istorum fugam odiumque nemo prorsus ex omni memoria, præter unum assertorem Dominumque nostrum Jesum Christum, Dei Filium, cunctis hominibus denuntiavit, quippe qui salutari Evangelio patrii morbi medicinam Græcis pariter ac barbaris omnibus attulit, simulque ab acerbissima vetustissimaque servitute libertatem, ad quam contento cursu properare omnes Evangelicæ demonstrationis urget oratio, magna palam voce, quæque a nemine non exaudiri D possit, inclamans: *Spiritus Domini super me, eo quod unxerit Dominus me: ad annuntiandum mansuetis misit me, ut mederer contritis corde, et prædicarem captivis indulgentiam, et clausis apertionem*[26]. Iterumque: **170** *Educere ex vinculis compeditos, et de domo carceris sedentes in tenebris.* Hæc enim divina sane Hebræorum oracula superioribus retro sæculis cecinerunt, quibus futurum aliquando

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Ὡς οὐδεὶς ἄλλος τῶν ἐξ αἰῶνος ἢ μόνος ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν τὸ πᾶν ἀνθρώπων γένος τῆς δαιμονικῆς ἠλευθέρωσε πλάνης.

Εἰ δ' ἐμφρόνως οἱ καθ' ἡμᾶς τῆς ἀπηνοῦς καὶ ἀγρίας ὠμότητος τὴν ἀποστροφὴν ἐποιήσαντο, τῶν παλαιῶν οὐδεὶς ἦν ἄρα σοφὸς, τοὺς πονηροὺς δαίμονας ταῖς ἀνθρωποκτονίαις μειλισσόμενος. Ἀλλὰ γὰρ καὶ τυφλῷ, φασὶ, δῆλον, ὡς οὔτε θεοὶ ἂν εἶεν οὔτε δαίμονες ἀγαθοὶ οἱ πάλαι πρὸς τῶν ἐθνῶν ἁπάντων θεολογούμενοι· πορρώτατω δὲ τοῦ ἀγαθοῦ ἐξῳκισμένοι. Διὸ καὶ ἐνδίκως θεομάχοι τινὲς καὶ ἀσεβεῖς λεχθεῖεν, τὸν πάντα λυμηνάμενοι βίον, ὧν ἐξ αἰῶνος οὐδεὶς ἢ μόνος ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ πᾶσιν ἀνθρώποις τὴν φυγὴν προεκήρυξεν, εὐαγγελιζόμενος ὁμοῦ πάντας Ἕλληνάς τε καὶ βαρβάρους θεραπείαν τῆς πατρικῆς νόσου, καὶ τῆς πικρᾶς καὶ παλαιοτάτης δουλείας ἐλευθερίαν· ἐφ' ἣν σπεύδειν ὁ τῆς εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως παρορμᾷ λόγος, μεγάλῃ τῇ φωνῇ πᾶσιν εἰς ἐξάκουστον βοῶν· *Πνεῦμα Κυρίου* (38) *ἐπ' ἐμέ, οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέστειλέ με, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν· ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν·* καὶ πάλιν· *Ἐξαγαγεῖν* (39) *ἐκ δεσμῶν πεπεδημένους, καὶ ἐξ οἴκου φυλακῆς καθημένους ἐν σκότει.* Ταῦτα γὰρ ἄνωθεν ἐκ παλαιοῦ τὰ θεῖα ὡς ἀληθῶς παρ' Ἑβραίοις ἐθέσπιζε λόγια, τὴν ἡμῶν τῶν πάλαι τυφλῶν τὰς ψυχὰς, καὶ δαιμόνων πονηρῶν πολυπλόκοις δεσμοῖς πεπεδημένων ἀπολύτρωσιν εὐαγγελιζόμενα. Ὅθεν εἰκότως τοὺς τῆς διανοίας ὀφθαλμοὺς πρὸς τοῦ σωτηρίου λόγου κατενεγασθέντες, σώφρονές τε καὶ εὐλαβεῖς καὶ συνετοὶ γε-

[26] Isa. LXI, 1 seqq.

(37) *Ποδαπός*. Scribe ποταπός. Sed perinde est. Hesych., *ποδαπὸν*, ποταπὸν, ὁποῖον.

(38) *Πνεῦμα Κυρίου*. Septuaginta, quos habemus, nonnihil variant; et post ἀπέσταλκέ με, legunt, ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τῇ καρδίᾳ, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν.

(39) *Ἐξαγαγεῖν*, etc. Septuag. Ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν δεδεμένους, ἐξ οἴκου φυλακ., etc. Vulgata, *Educere de conclusione vinctum, de domo*, etc.

Digitized by Google

νόμενοι, καὶ πάντων ἐλεύθεροι κακῶν, οὔτε θύσομεν, οὔτε δουλεύσομεν τοῖς τῶν ἐθνῶν νενομισμένοις θεοῖς, οἳ δὴ καὶ ἡμῶν τὸ πρὶν κατετυράννουν· ἀχθέντες δὲ καὶ προσαχθέντες, ὑπὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διδασκαλίας, τῷ μόνῳ καὶ ἀληθεῖ Θεῷ, τῷ δὴ καὶ δεσπότῃ καὶ τροφεῖ, σωτῆρί τε καὶ εὐεργέτῃ, καὶ ἔτι ποιητῇ καὶ δημιουργῷ, καὶ παμβασιλεῖ τῶν ὅλων, μόνον τοῦτον ἀληθῆ Θεὸν ἡγησόμεθα, καὶ μόνῳ τὸ προσῆκον ἀπονεμοῦμεν σέβας, μόνον γεραίροντες, καὶ μόνον αὐτὸν εὐσεβοῦντες, οὐχ ᾗ (40) τοῖς δαίμοσι φίλον, ἀλλ' ᾗ τῷ πρὸς αὐτοῦ καταπεμφθέντι πάντων ἀνθρώπων Σωτῆρι διὰ τῆς εὐαγγελικῆς αὐτοῦ διδασκαλίας παραδέδοται. Ταύτῃ δὲ θεοσεβοῦντες διώξομεν καὶ ἀπελάσομεν ἑαυτῶν, πολλοῦ δεῖ φοβηθησόμεθα, τοὺς πονηροὺς δαίμονας, δι' ἁγνείας (41) καὶ καθαροῦ τρόπου, βίου τε σώφρονος καὶ παναρέτου, τοῦ δὴ πρὸς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διωρισμένου. Καθαρᾷ γὰρ μὴ δύνασθαι ψυχῇ πλησιάζειν διὰ τὸ ἀνόμοιον, ὡμολόγηται. Ἀλλ' οὐδὲ μαντείας καὶ χρησμῶν δεησόμεθα, οὐδὲ σπλάγχνα ζώων διερευνήσομεν, οὐδέ τι τῶν διὰ δαιμονικῆς κινήσεως ἐνεργουμένων πολυπραγμονήσομεν. Ὧν γὰρ ἕνεκα ταῦτα τοῖς πολλοῖς σπουδάζεται, τούτων ἡμῖν ἀφίστασθαι μελετᾷν ὁ τοῦ Χριστοῦ λόγος διεστείλατο· μόνων δὲ ἐκείνων ἐφίεσθαι προὔτρεψε, περὶ ὧν ἀληθῶς μάντις μὲν οὐδεὶς οὐδὲ σπλάγχνα ζώων μηνύσει τὸ σαφές· αὐτὸς δὲ μόνος ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὁ ἐν τοῖς ἀληθινοῖς ἐνοικῶν σπλάγχνοις, τῶν οἵων τε αὐτὸν, δι' ἄκρων ψυχῆς καθαρότητα, ἔνδον ἐν ἑαυτοῖς χωρεῖν. Περὶ ὧν φησί που ἐν τοῖς ἱεροῖς γράμμασιν· *Ἐνοικήσω* (42) *ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός.* Ταῦτα μὲν οὖν τὰ ἀπὸ τοῦ περὶ θυσιῶν τόπου ἀπελεγκτικὰ τῆς τῶν δαιμόνων μοχθηρίας. Ἄκουε δ' οἷα περὶ τῶν αὐτῶν αὖθις ὁ *τῆς περὶ τῶν ἐμψύχων ἀποχῆς* συγγραφεὺς ἱστορεῖ, διαῤῥήδην ὁμολογῶν τοὺς πονηροὺς δαίμονας ἐν σχήμασι πλείοσιν ἐντυπουμένους, καὶ παντοίαις μορφαῖς χαρακτηρίζοντας (43), λανθάνειν καὶ ἐξαπατᾷν τοὺς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων. « Ἀγαθῶν γὰρ, φησὶν, ὑποδυόμενοι πρόσωπα, καὶ προσεταιριζόμενοι τὰ πλήθη, διὰ τοῦ τὰς ἐπιθυμίας τῶν ἀνθρώπων ἐκκαίειν, τοὺς ἀνωτάτω θεοὺς ἑαυτοὺς ἐπινομίζεσθαι βούλονται. » Τοσοῦτόν τέ φησιν αὐτοὺς ἰσχῦσαι, ὡς ἀπατῆσαι καὶ τοὺς σοφωτάτους τῶν Ἑλλήνων ποιητὰς καὶ φιλοσόφους, οὓς καὶ ὁμολογεῖ τῆς τοῦ πλήθους γεγονέναι διαστροφῆς αἰτίους· ὅτι γε (44) ἐξ αὐτῶν πᾶσα γοητεία συνέστη, καὶ τὰ πρὸς ἡδονὴν ἀνθρώποις δι' αὐ-

feliciter annuntiabant, ut cæcæ quondam mentes nostræ, atque intricatis sceleratorum dæmonum vinculis impeditæ constrictæque solverentur. Quare nos, utpote qui et mentis oculos jam salutaris doctrinæ radiis collustratos habeamus, et ad veram aliquando temperantiam, religionem, sapientiamque traducti, omniumque malorum acerbitate liberati simus, istis nunquam, quibus divinitatem gentes affinxere, quique nos etiam antea tyrannide sua oppressos tenebant, neque sacrificium faciemus in posterum, neque serviemus : sed propius tandem ad solum verumque Deum, Servatoris nostri præceptis, sic tanquam manu deducti, Deum, inquam, illum, hujus universitatis Dominum simul atque nutritium, cujus providentia ac benignitate rerum salus omnium continetur, quique eas ut molitus unus atque architectatus est, sic easdem summo deinceps regit imperio, unum eum quoque verumque Deum esse credemus, uni justos honores tribuemus, unum sacro cultu omnique religionis officio prosequemur, idque non jam dæmonum ritu, sed eo tantum, quem nos evangelica voce missus ab eodem humani generis assertor edocuit. Atque hoc genere pietatis exculti, tantum aberit, ut improborum dæmonum metu terreamur, ut eos potius integritate mentis, morum innocentia, vita denique castiore, atque ad omnem virtutem Servatoris nostri præceptis instituta procul abigamus atque expellamus. Illis enim ad puros sincerosque animos, propter dissimilitudinem aditum patere nullum, profani etiam hominis confessione liquet. Nihil etiam divinatione, deorumve responsis indigebimus, nec animantium exta rimabimur, nec ad eorum omnino quidquam, quæ sensibus dæmonum arte solent ac præstigiis illudere, curiosius attendemus. Nam quorum causa genus hoc rerum vulgus hominum tanto studio consectatur, ab iis omni cura et animi provisione abstinendum nobis ac fugiendum Christi doctrina præcipit; sic ad ea tantum expetenda cohortatur, quorum certi plane verique nihil nec divinorum natio, nec animalium exta indicare possint : sed unum illud Dei Verbum, quod in veris eorum, qui propter summam animi puritatem ipsum capere interius complectique possunt, visceribus ac præcordiis habitat. De quibus in sacris litteris sic alicubi loquitur, « Inhabitabo in illis, et inambulabo inter eos : et ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi

(40) *Οὐχ ᾗ.* Ita reposuimus ex altero manusc., cui consentit Montac., cum ante perperam legeretur οὐχί.

(41) *Ἁγνείας.* Facilis erat emendatio, pro ἀγνοίας, quod habet vetus editio.

(42) *Ἐνοικήσω.* Locum hunc sumit Apostolus, partim ex Levitico, partim ex Ezechiele propheta. Nam Levit. XXVI, 11 : *Ponam*, inquit, *tabernaculum meum in medio vestri.* Septuag., Θήσω τὴν σκηνήν μου ἐν ὑμῖν, pro quo brevius et Ἑλληνικώτερον Apostol., Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, *Ambulabo inter vos, et ero Deus vester, vosque eritis populus meus.* Quæ cum litteratenus de tabernaculo fœderis eo loco dicerentur, Ezechiel. XXXVII, 27, ad Christi Ecclesiam allegorice referens, ubi de uno rege Christo multa præmisit : *Et erit*, inquit, *tabernaculum meum in eis; et ero eis Deus, et ipsi erunt mihi populus.* Ubi notandum obiter, quod in Levit. dictum erat, בתוככם, *in medio vestri;* apud Ezechiel. dici עליהם, quod proprie est, *super illos :* quasi novum quoddam et singulare tegendi simul et habitandi genus significare vellet. Ita Paulus hunc locum ab historia simul et allegoria transtulit ad mores.

(43) *Χαρακτηρίζοντας.* Videtur addend. ἑαυτούς. Nam infra dicuntur a Porphyrio, χαρακτηρίζουσι τὸ πνεῦμα αὐτῶν αἱ μορφαί. Forte etiam pro ἐντυπουμένους legi debeat ἐκτυπουμένους, quia infra habetur ἐκτυπούμενοι.

(44) *Ὅτι γε.* Scribe ὅτι τε melius, ut paulo post, ὅπως τε.

Digitized by Google

populus [37]. » Sed hactenus istum Porphyrii de sacrificiis **171** locum, ad improbitatem dæmonum coarguendam persecuti simus. Nunc vero audi sis, quemadmodum ab itsdem præterea plerosque mortalium varia et multiplici formarum larvarumque specie clam in errorem ac fraudem impelli, citato sæpius opere *De rerum animatarum abstinentia*, idem ipse palam et aperte fateatur. « Bonorum enim, inquit, vultum mentientes, blandeque multitudinem inflammandis hominum cupiditatibus illicientes, summorum ipsi deorum loco haberi censerique volunt. Et quidem eos tantum ait versutia potuisse, ut sapientissimos quoque Græcorum et poetas et philosophos deceperint, quos etiam vulgo errandi causam præbuisse confitetur. Quin etiam asserit, illorum ex præceptis universam præstigiarum artem esse conflatam, ab illis omnes voluptatis illecebras in hominum vitam profluxisse, eosdem, improbi dæmones cum sint, divinitatem affectare, adeoque principem eorum virtutem maximum Numen videri. » Quæ omnia Porphyrius hunc in modum exsequitur.

CAPUT XXII.

Quænam præstigiarum dæmonis ratio sit.

« Quæcunque, inquit, animæ conjunctum sibi adhærentemque perpetuo spiritum usque adeo non superant, ut ab eo potius in plerisque omnibus superentur, eæ proinde si quando sese spiritus iracundia, et cupiditatum æstus atque impetus effuderit, miserandum in modum jactari solent. Et ejusmodi animæ, dæmones quidem ipsæ quoque, sed improbi ac malefici jure nominentur : qui omnes, perinde ut ii, qui contraria sub virtute censentur, nec oculis, nec alio quovis humano sensu attingi omnino possunt. Neque enim aut solidum corpus, aut eamdem omnes formam, sed plures inter seque distinctas figuras præ se ferunt. Porro suo singulæ spiritu certis propriisque notis expresso imagines modo apparent, modo evanescunt, modo vultum speciemque mutant, ii saltem, qui deteriores sunt. Jam vero spiritus ille, quatenus quidem corporeus est, mutationi quoque et corruptioni est obnoxius : quod autem ad animas idem sic alligatus constrictusque sit, ut suam eæ propterea speciem paulo diutius retineant, non est quidem ille sempiternus (ejus enim continuo defluere aliquid ac mutari verisimile est) ; **172** cæterum ut bonarum spiritus modicæ cujusdam ac justæ temperationis et magnitudinis est, quemadmodum et earum corpus, si quando nobis appareant ; sic maleficarum nulla spiritus est corporisve proportio. Atque genus hoc dæmonum, ut in locis terræ vicinioribus

[37] II Cor. vi, 16.

(45) *Ὅσαι δὲ ψυχαί.* Porphyr. l. II *De abstin.*, p. 31 edition. Florent., at novæ p. 195.

(46) *Ἐναντίας δυνάμεως.* Meliores illos intelligit, de quibus proxime ante disputavit.

(47) *Ἀλλ' ἐν σχήμασι πλείοσιν.* Ita ex Porphyr., melius quam, ut ante legebatur, ἀλλ' ἢ ἐν σχήμ. Porro distinctionem secuti sumus quam alter ex manusc. habet, quod perspicuum sensum efficiat. Nam si post ἐκτυπούμεναι cum excuso Porphyr. distinguamus, necessario reponendum fuerit ἐκτυπούμενοι, vel potius ἐκτυπουμένας, ut vel referatur ad πάντες, vel subaudiatur μορφάς. Ea distinctio in causa est, quamobrem in eod. excuso consequenter legatur, αἱ δὲ χαρακτ.

(48) *Τὸ δὲ ὑπό.* Malim τῷ δέ cum Porphyr.

(49) *Τρέπεσθαι.* Hinc emendandus excus. in quo perperam legitur τρέφεσθαι.

(50) *Τὰ τῶν ἀγαθ.* Porphyr., τὸ τῶν ἀγ. Quam lectionem secutus sum ; recte, opinor : subintelligitur enim πνεῦμα, cujus ex temperatione ac symmetria corporum etiam temperatio et symmetria consequatur.

(51) *Οἱ πλέον*, recte ; non ut excus. οὐ, quod miras offundit huic loco tenebras.

(52) *Οὐδέν τι.* Hinc etiam excusum corrige, qui legit οὐδὲν οὖν, tanquam initium aliquod esset novæ periodi.

(53) *Ἐστερημένον τε*, etc. Excusus opportune mutuam hic rependet vicem ; legit enim, ut videtur, optime, ἐστερημένον τε τῆς φυλακῆς, τῆς ἀπὸ τοῦ κρείττονος δαιμονίου. Manuscriptus uterque lectionem eamd. tuetur, nisi quod δαιμονίας pro δαιμονίου sufficit. Utramvis sequare, gemina sententia est. Consule hic, si placet, Porphyrianum interpretem.

(54) *Ταῦτα δέ.* Porphyr., p. 199 nov. edit. ista pertexit. Dæmonum autem artes intelligit, quibus id agerent, ut ab hominibus iidem omnino et malo-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Τίς ὁ τρόπος τῆς δαιμονικῆς ἐνεργείας.

« Ὅσαι δὲ ψυχαὶ (45) τοῦ συνεχοῦς πνεύματος οὐ κρατοῦσιν, ἀλλ' ὡς τὸ πολὺ κεχράτηνται, διὰ τοῦτο ἄγονταί τε καὶ φέρονται λίαν, ὅταν αἱ τοῦ πνεύματος ὀργαί τε καὶ ἐπιθυμίαι τὴν ὁρμὴν λάβωσιν. Αὗται δὲ αἱ ψυχαὶ δαίμονες μὲν καὶ αὐταί, κακοεργοὶ δ' ἂν εἰκότως λέγοιντο· καί εἰσιν οἱ σύμπαντες οὗτοί τε, καὶ οἱ τῆς ἐναντίας δυνάμεως (46) ἀόρατοί τε, καὶ τελείως ἀναίσθητοι αἰσθήσεσιν ἀνθρωπίναις. Οὐ γὰρ στερεὸν σῶμα περιβέβληνται, οὐδὲ μορφὴν πάντες μίαν, ἀλλ' ἐν σχήμασι πλείοσιν (47)· ἐκτυπούμεναι δὲ καὶ χαρακτηρίζουσαι τὸ πνεῦμα αὐτῶν αἱ μορφαί, τοτὲ μὲν ἐπιφαίνονται, τοτὲ δὲ ἀφανεῖς εἰσιν· ἐνίοτε δὲ καὶ μεταβάλλουσι τὰς μορφάς, οἵ γε χείρους. Τὸ δὲ πνεῦμα, ᾗ μέν ἐστι σωματικὸν, παθητικὸν ἐστι καὶ φθαρτόν· τὸ δὲ ὑπὸ (48) τῶν ψυχῶν οὕτως ἔχεσθαι, ὥστε τὸ εἶδος αὐτῶν διαμένειν πλείω χρόνον, οὐ μήν ἐστιν αἰώνιον· (καὶ γὰρ ἀπορρεῖν αὐτοῦ τι συνεχῶς εἰκός ἐστι καὶ τρέπεσθαι [49]). Ἐν συμμετρίᾳ μὲν οὖν τὰ τῶν ἀγαθῶν (50) ὡς καὶ τὰ σώματα τῶν φαινομένων· τῶν δὲ κακοποιῶν ἀσύμμετρα. Οἱ πλέον (51) τῷ παθητικῷ νέμοντες τὸν περίγειον τόπον, οὐδὲν ὅ τι (52) τῶν κακῶν οὐκ ἐπιχειροῦσι δρᾶν. Βίαιον γὰρ ὅλως καὶ ὑπουλον ἔχοντες ἦθος, ἐστερημένον τε (53) τῆς ἀπὸ τοῦ κρείττονος φυσικῆς εὐδαιμονίας, σφοδρὰς καὶ αἰφνιδίους, οἷον ἐνέδρας, ὡς τὸ πολὺ ποιοῦνται τὰς ἐμπτώσεις· πῇ μὲν λανθάνειν πειρώμενοι, πῇ δὲ βιαζόμενοι. » Καὶ ἐξῆς ἐπιλέγει

« Ταῦτα δὲ (54) καὶ τὰ ὅμοια ποιοῦσι, μεταστῆσαι

Digitized by Google

μᾶς ἐθέλοντες ἀπὸ τῆς ὀρθῆς ἐννοίας τῶν θεῶν, καὶ ἀφ' ἑαυτοὺς ἐπιστρέψαι. Πᾶσι γὰρ τοῖς οὕτως ἀνοσιολόγως καὶ ἀκαταλλήλως γινομένοις αὐτοὶ χαίρουσι, καὶ ὥσπερ ὑποδύντες τὰ τῶν ἄλλων θεῶν πρόσωπα, τῆς ἡμετέρας ἀβουλίας ἀπολαύουσι, προσεταιριζόμενοι (55) τὰ πλήθη, διὰ τοῦ τὰς ἐπιθυμίας τῶν ἀνθρώπων ἐκκαίειν ἔρωσι καὶ πόθοις πλούτων, καὶ δυναστειῶν καὶ ἡδονῶν, κενοδοξίας τε αὖ· ἐξ ὧν στάσεις καὶ πόλεμοι φύονται, καὶ τὰ συγγενῆ τούτων. Τὸ δὲ πάντων δεινότατον, ἐπαναβαίνουσιν ἐκ τῶνδε, καὶ τὰ ὅμοια ἀναπείθουσι καὶ περὶ τῶν μεγίστων θεῶν, μέχρι τοῦ καὶ τὸν ἄριστον Θεὸν τούτοις τοῖς ἐγκλήμασιν ὑπάγειν· ᾧ δὴ καὶ τεταράχθαι (56) φασὶ πάντ' ἄνω καὶ κάτω. Πεπόνθασι δὲ τοῦτο οὐκ ἰδιῶται μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ διατριβόντων οὐκ ὀλίγοι. Ἡ δ' αἰτία δι' ἀλλήλων γέγονε. Καὶ γὰρ τῶν φιλοσοφούντων οἱ μὴ ἀποστάντες τῆς κοινῆς φορᾶς εἰς τὰ αὐτὰ τοῖς πλήθεσι συνέβησαν. Καὶ πάλιν αὖ τὰ πλήθη, σύμφωνα ταῖς αὐτῶν δόξαις παρὰ τῶν δοκούντων σοφῶν ἀκούοντα, ἐπερρώσθη φρονεῖν ἔτι μᾶλλον περὶ τῶν θεῶν τὰ τοιαῦτα. Τὸ μὲν γὰρ ποιητικὸν καὶ προσεξέκαυσε τὰς ὑπολήψεις τῶν ἀνθρώπων, τῷ χρῆσθαι φράσει πρὸς ἔκπληξιν καὶ γοητείαν πεποιημένῃ, κήλησίν τε ἐμποιῆσαι, καὶ πίστιν περὶ τῶν ἀδυνατωτάτων πεποιημένην (57)· δέον ἐμπέδως πεπεῖσθαι, ὅτι οὔτε τὸ ἀγαθὸν βλάπτει ποτὲ, οὔτε τὸ κακὸν ὠφελεῖ. Οὐ γὰρ θερμότητος, ὥς φησι Πλάτων, τὸ ψύχειν, ἀλλὰ τοῦ ἐναντίου· οὐδὲ ψυχρότητος τὸ θερμαίνειν, ἀλλὰ τοῦ ἐναντίου· οὕτως οὐδὲ τοῦ δικαίου τὸ βλάπτειν. Δικαιότατον δή που φύσει πάντων τὸ Θεῖον· ἐπεὶ οὐδ' ἂν ἦν Θεῖον. Οὐκοῦν ἀποτετμῆσθαι δεῖ ταύτην τὴν δύναμιν καὶ μοῖραν τῶν ἀγαθοεργῶν δαιμόνων. Ἡ γὰρ βλάπτειν πεφυκυῖά τε καὶ βουλομένη ἐναντία τῇ ἀγαθοεργῷ· τὰ δ' ἐναντία περὶ τὸ αὐτὸ οὐκ ἂν ποτε γένοιτο. »Καὶ αὖθις· « Διὰ μέντοι (58) τῶν ἐναντίων καὶ ἡ πᾶσα γοητεία ἐπιτελεῖται· τούτους γὰρ μάλιστα, καὶ τὸν προεστῶτα αὐτῶν ἐκτιμῶσιν οἱ τὰ κακὰ διὰ τῶν γοητειῶν διαπραττόμενοι. Πλήρεις γάρ εἰσι πάσης φαντασίας, καὶ ἀπάτησαι ἱκανοὶ διὰ τῆς τερατουργίας. Διὰ τούτων (59) φίλτρα καὶ ἐρωτικὰ κατασκευάζουσιν οἱ κακοδαίμονες· πᾶσα γὰρ ἀκολασία, καὶ πλούτων ἐλπὶς καὶ δόξης, διὰ τούτων, καὶ μάλιστα ἡ ἀπάτη. Τὸ γὰρ ψεῦδος τούτοις οἰκεῖον· βούλονται γὰρ εἶναι θεοὶ, καὶ ἡ προεστῶσα αὐτῶν δύναμις δοκεῖν Θεὸς εἶναι ὁ μέγιστος. Οὗτοι οἱ χαίροντες λοιδῇ τε κνίσσῃ τε, δι' ὧν αὐτῶν τὸ πνευματικὸν καὶ σωματικὸν πιαίνεται. Ζῇ γὰρ τοῦτο ἀτμοῖς καὶ ἀναθυμιάσεσι, ποικίλως διὰ τῶν ποικίλων, καὶ

A cupiditatis explendæ causa libentius frequentiusque versatur, nihil plane sceleris est, quod moliri non soleat. Nam quod impotenti admodum ac subdolo ingenio sit, quodque melioris ac divinioris dæmonis providentia careat, vehementes ac repentinos ut plurimum impetus habet insidiisque persimiles, partim ut facilius lateat, partim ut vi, quod sibi propositum est, extorqueat. » Et paucis interjectis : « Atque his, inquit, aliisque similibus machinandis hoc sequuntur, uti nos a recta sanaque de diis opinione dimotos ad sese traducant. Nam cum istis omnibus, in quibus nihil cohærentis et consentanei sit, præcipue delectentur, tum vero quasi aliorum deorum induti personam, vecordia fruuntur nostra, hocque veluti lenocinio multitudi-
B nem illiciunt, dum hominum cupiditates inflammant, partim amoribus, partim divitiarum, imperiorum, voluptatum appetentia, partim denique æstu inanis gloriæ : unde seditiones, bella, atque id genus cætera nasci solent. Quodque omnium longe indignissimum est, gradum ex his porro faciunt, ac similia facile de summis quoque diis persuadent, usque eo, ut Deum etiam optimum iisdem criminibus probrisque subjiciant : quo uno præsertim omnia sursum ac deorsum acta confusaque esse aiunt. Enimvero non idiotas modo, sed etiam philosophorum non paucos hic morbus invasit; atque ita quidem, ut sibi mutuo errandi occasionem præberent. Nam ut qui ex philosophis sese minus communi ab æstu
C subducerent, in eamdem cum imperita multitudine sententiam opinionemque descendebant : sic multitudo rursus, cum ex iis, qui sapientes habebantur, cogitationibus suis consentaneas disputationes audiret, haustum semel de diis errorem magis in dies magisque confirmabat. Siquidem poesis ipsa quoque novis hominum opiniones facibus accendebat, cum dictione ad admirationem præstigiasque comparata, nec ad titillandos modo permulcendosque sensus, verum etiam ad fidem rerum, quæ verisimilitudinem prorsus omnem excluderent, faciendam potentissima uteretur. Sed verum profecto erat, hoc sibi constanter in animum inducere, nec a bono detrimenti, nec a malo adjumenti quidquam proficisci posse. Ut enim, quod ait Plato, nec fri-
D gefacere caloris est, sed contrarii; nec frigoris calefacere, **173** sed contrarii; sic neque nocere, justi esse potest. Deus autem certe natura sua res omnes æquitate ac justitia superat, alioqui ne Deus

rum et bonorum auctores haberentur, itaque facilius divinitatis opinionem impetrarent. Cæterum quidquid eo loco philosophetur Porphyrius, vere ac pie creditur, hujus vitæ calamitates divinæ providentiæ non permittenti modo, sed etiam ut plurimum inferenti, atque has scelerum nostrorum pœnas expetenti esse tribuendas.

(55) *Προσεταιριζόμενοι*, etc. Adi Euseb. nostrum l. IV *De Demonstr.*, c. 9, ubi de Lucifero gemina philosophatur, quem gravia licet omnia gentibus interminatum, potentiorem deinde ad eas subigendas voluptatis illecebram excogitasse demonstrat.

(56) *Ὧ δὴ καὶ τεταράχθαι*, etc. Porphyr., ὃ δὴ καὶ τετάρακται, φασὶ, πάντ' ἄνω κάτω. Vitiosum quidem est ὃ δή, at sequentia magis placent hoc sensu; quo quidem, omnia, quod aiunt, sursum ac deorsum acta sunt, atque confusa.

(57) *Πεποιημένην*. Non dubito quin legendum sit, quomodo Porphyrius, δυναμένῃ.

(58) *Διὰ μέντοι*. Porphyr., p. 203.

(59) *Διὰ τούτων*. Malelicorum, an dæmonum? Si malelicorum, οἱ κακοδαίμονες sunt mali dæmones; sin dæmonum, οἱ κακοδαίμονες miseri erunt. Sane his in rebus mutuam sibi dæmones et malefici operam navant.

Digitized by Google

quidem esset. Quare vim istam, atque has nocendi partes a benignis ac beneficis dæmonibus removere omnino decet. Quod enim ad nocendum tam a natura, quam a voluntate comparatum sit, id cum benefico pugnare necesse est : contrariis autem pugnantibusque rebus nulla esse potest circa unum idemque consensio. » Et rursus. « Infestorum, inquit, dæmonum artibus genus omne præstigiarum efficitur : illosque propterea, illorumque principem malefici homines maxime venerantur. Quippe abundant enim isti vanis fictisque rerum imaginibus, eoque ad concinnandas insolentibus machinis fallacias aptissimi sunt. Horum igitur opera, amatorias illecebras nefarii dæmones moliuntur : a quibus scilicet cum impotentia voluptatum, spesque divitiarum et gloriæ proficiscitur, tum in primis doli fraudisque omnis artificium. Horum enim proprium mendacium est, cum et omnes dii esse velint, et princeps eorum virtus summi Numinis existimationem affectet. Illi enimvero sunt, qui et libationibus et nidore carnium delectantur, quo utroque spirituum corporumque genus saginatur. Vitam enim ut vaporibus exhalationibusque sustentat, idque modo pro eorum diversitate diverso, ita vires sanguinis carniumque nidore confirmat. » Sic igitur istos ingenue confitentes audivimus, præceptas hominum de improbis dæmonibus, perinde ac si dii bonique forent, opiniones vehementius non a Græcis modo poetis accensas fuisse, verum etiam ab iis qui philosophiæ studia professi, æquiore ac propensiore erga deos anima viderentur, utpote qui non diis ipsis quoque, sed improbis dæmonibus colendis, præcipitem in errorem suum multitudinem egerint. Enim vero disertis verbis Porphyrius fatetur, illam cum ex iis, qui sapientes habebantur, cogitationibus suis consentaneas disputationes audiret, in eis de nefariis dæmonibus sic tanquam de diis opinione magis in dies magisque confirmatam esse. Atque hæc non auctoritate sane testimonioque nostrorum arguuntur, sed ipsorum qui res suas penitus, ac longe quam nos certius enucleatiusque perviderant. Siquidem ille ipse scriptor, qui non perfunctorie ac leviter fuerat in ea, quæ vulgus latebat, superstitione versatus, improbos dæmones asserit deos esse velle, bonorumque apud homines existimationem expetere ; ac virtutem eorum principem summi Numinis famam et nomen ambire.

A δυναμοῦται ταῖς ἐκ τῶν αἱμάτων καὶ σαρκῶν θυσίαις (60). » Διὰ δὴ τούτων ἀκηκόαμεν ὁμολογούντων, ὅτι μὴ μόνον οἱ παρ' Ἕλλησι ποιηταὶ προσεξέκαυσαν τὰς ὑπολήψεις τῶν ἀνθρώπων, τὰς περὶ τῶν φαύλων δαιμόνων ὡς περὶ θεῶν καὶ ἀγαθῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ διατριβόντων οἱ περὶ θεοὺς δοκοῦντες σπουδαίως ἔχειν, οἳ καὶ αὐτοὶ οὐ θεοὺς, ἀλλὰ πονηροὺς δαίμονας περιέποντες, τὰ πλήθη καὶ τοὺς ἔθνους εἰς τὴν οἰκείαν πλάνην ἐξετραχήλισαν. Ὡμολόγησε γοῦν σαφῶς ὁ λόγος, ὡς ἄρα παρὰ τῶν δοκούντων σοφῶν ἀκούοντα περὶ θεῶν τὰ πλήθη σύμφωνα ταῖς αὐτῶν δόξαις, ἐπερρώσθη φρονεῖν ἔτι μᾶλλον, ὡς περὶ θεῶν, περὶ τῶν μοχθηρῶν δαιμόνων. Καὶ ταῦτα οὐκ ἐξ ἡμῶν κατηγορεῖται, ἀλλ' ὑπ' αὐτῶν τῶν ἀκριβέστατα τὰ οἰκεῖα μᾶλλον ἢ ἡμεῖς εἰδότων. Ὅ γέ τοι αὐτὸς συγγραφεὺς, οὐ παρέργως ὁμιλήσας τῇ τοὺς πολλοὺς λανθανούσῃ δεισιδαιμονίᾳ, φησὶ τοὺς πονηροὺς δαίμονας βούλεσθαι εἶναι θεοὺς, καὶ ἀγαθῶν δόξαν ἔχειν παρὰ ἀνθρώποις, ἥ τε προεστῶσα (61) αὐτῶν δύναμις δοκεῖν Θεὸς εἶναι ὁ μέγιστος.

174 Quænam porro sit virtus illa princeps, idem ipse declarat, improborum dæmonum principes Serapin atque Hecaten esse dicens, cum Beelzebud iis omnibus præesse Scriptura divina testetur. Audi vero præterea, quemadmodum hac de re in suis de hausta ex oraculis philosophia libris disserat.

C Τίς οὖν ἄρα ἡ προεστῶσα αὐτῶν τυγχάνει δύναμις, ὁ αὐτὸς πάλιν διασαφήσει, τοὺς ἄρχοντας τῶν πονηρῶν δαιμόνων λέγων εἶναι τὸν Σάραπιν καὶ τὴν Ἑκάτην (62). Ἡ δὲ θεία Γραφὴ, τὸν Βεελζεβούλ. Ἄκουε δ', ὅπως καὶ περὶ τούτου γράφει ἐν τοῖς περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας.

CAPUT XXIII.

De improbis dæmonibus, et quinam sint eorum principes : quodque omnium animalium specie homines aggrediantur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Περὶ τῶν πονηρῶν δαιμόνων, καὶ τίνες εἰσὶν αὐτῶν οἱ ἄρχοντες· καὶ ὅτι πᾶσι ζώοις ὁμοιούμενοι οἱ πονηροὶ δαίμονες προσίασι τοῖς ἀνθρώποις.

« Improbos dæmones, inquit, Sarapi subditos esse haud temere suspicamur : quippe hanc ad opinionem non ejus tantum symbolis et insignibus adducti, sed etiam quod quæcunque vim eos vel conciliandi habent vel averruncandi, ad Plutonem omnia referuntur, quemadmodum libro primo ostendimus. Atqui idem prorsus qui Pluto deus iste est, eoque maxime dæmonibus imperat, certaque sym-

D «Τοὺς δὴ πονηροὺς δαίμονας οὐκ εἰκῇ ὑπὸ τὸν Σάραπιν ὑποπτεύομεν· οὐδ' ἐκ τῶν συμβόλων μόνον ἀναπεισθέντες, ἀλλ' ὅτι τὰ μειλίγματα καὶ τὰ τούτων ἀποτρόπαια πρὸς τὸν Πλούτωνα γίνεται, ὡς ἐν τῷ πρώτῳ ἐδείκνυμεν. Ὁ αὐτὸς δὲ τῷ Πλούτωνι ὁ θεὸς, καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα δαιμόνων ἄρχων, καὶ σύμβολα ἴδιοις πρὸς τὴν τούτων ἕλκυσιν. Οὗτος γοῦν καὶ τοῖς ἐκτὸς ἐδήλωσεν, ὡς πᾶσι ζώοις ὁμοιούμενοι προσίασι τοῖς

(60) *Θυσίαις*. Porphyr., κνίσσαις, quod malui.

(61) *Ἥ τε προεστῶσα*. Delui, opinor, τήν τε περιεστῶσαν αὐτῶν δύναμιν δοκεῖν Θεὸν εἶναι τὸν μέγιστον· præcedit enim, φησὶ τοὺς πονηροὺς, etc.

(62) *Σάραπιν καὶ τὴν Ἑκάτην*. Supra p. 126, c. 11, solius Hecates meminit. De Serapide Porphyrius initio tituli sequentis. De Hecate vero paginæ sequenti.

Digitized by Google

ἀνθρώποις· ὅθεν καὶ παρ' Αἰγυπτίοις, καὶ παρὰ Φοίνιξι, καὶ ὅλως παρὰ τοῖς τὰ θεῖα σοφοῖς ἡμάντισιν ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐπιῤῥήσσονται, καὶ ζῶα προσουδίζεται πρὸ τῆς θρησκείας τῶν θεῶν· ἐξελαυνόντων τῶν ἱερέων τούτους διὰ τοῦ δοῦναι πνεῦμα ἢ αἷμα ζώων, καὶ διὰ τῆς τοῦ ἀέρος πληγῆς, ἵνα, τούτων ἀπελθόντων, παρουσία τοῦ Θεοῦ γένηται. Καὶ οἶκος δὲ πᾶς μεστὸς, καὶ διὰ τοῦτο προκαθαίρουσι καὶ ἐκβάλλουσι τούτους, ὅταν θεὸν κατακαλῶσι. Καὶ τὰ σώματα τοίνυν μεστὰ ἀπὸ τούτων· καὶ γὰρ μάλιστα ταῖς ποιαῖς τροφαῖς χαίρουσι. Σιτουμένων γὰρ ἡμῶν προσίασι καὶ προσιζάνουσι τῷ σώματι, καὶ διὰ τοῦτο αἱ ἀγνεῖαι, οὐ διὰ τοὺς θεοὺς προηγουμένως, ἀλλ' ἵν' οὗτοι ἀποστῶσι. Μάλιστα δὲ αἵματι χαίρουσι καὶ ταῖς ἀκαθαρσίαις, καὶ ἀπολαύουσι τούτων εἰσδύνοντες τοῖς χρωμένοις. Ὅλως γὰρ ἡ ἐπίτασις τῆς πρός τι ἐπιθυμίας καὶ ἡ τοῦ πνεύματος τῆς ὀρέξεως ὁρμὴ ἀλλαχόθεν οὐ σφοδρύνεται ἢ ἐκ τῆς τούτων παρουσίας, οἳ καὶ εἰς ἀσήμους φθόγγους καὶ φύσας ἀναγκάζουσι τοὺς ἀνθρώπους ἐμπίπτειν διὰ τῆς συναπολαύσεως τῆς μετ' αὐτῶν γινομένης. Ὅπου γὰρ πνεύματος πλείονος ὁλκὴ, ἢ τῆς γαστρὸς ἐξ ἡδυπαθείας πεπλησμένης, ἢ τῆς προθυμίας δι' ἡδονῆς ἐπίτασιν ἐκφυσώσης, καὶ πολὺ τὸ ἔξωθεν σπώσης, ἐκεῖ παρουσία τῶν τοιούτων πνευμάτων σοι δηλούσθω. Ἄχρι τούτων τολμᾷ φύσις ἀνθρώπου εὑρίσκειν τὰς περὶ αὐτῆς [a] συνεστώσας παγίδας· καὶ γὰρ ὁ Θεὸς ὅταν εἰσκριθῇ, πολυπλασιάζεται τὸ πνεῦμα. » Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῶν πονηρῶν δαιμόνων, ὧν φησιν ἄρχοντα εἶναι τὸν Σάραπιν· καὶ τὴν Ἑκάτην δὲ τούτων ἄρχειν ὁ αὐτὸς διδάσκει, λέγων οὕτως· « Μή ποτε οὗτοί εἰσιν, ὧν ἄρχει ὁ Σάραπις, καὶ διὰ τούτων] [b] σύμβολον ὁ τρικάρηνος κύων, τουτέστιν ὁ ἐν τοῖς τρισὶ στοιχείοις, ὕδατι, γῇ, ἀέρι πονηρὸς δαίμων; οὓς καταπαύει ὁ Θεὸς, ὁ ἔχων ὑπὸ χεῖρα. Ἄρχει δ' αὐτῶν καὶ ἡ Ἑκάτη (63), ὡς συνέχουσα τὸ τρίστοιχον. » Καὶ πάλιν φησίν· « Ἐν χρηστήριον ἔτι παραθεῖς, ὅπερ αὐτὴ ἡ Ἑκάτη πεποίηται, καταπαύσω τὸν περὶ ταύτης λόγον.

« Πάνυ δέ με θράττει, πῶς, ὡς κρείττους παρακαλούμενοι, ἐπιτάττονται ὡς χείρους· καὶ δίκαιον εἶναι ἀξιοῦντες τὸν θεράποντα, τὰ ἄδικα αὐτοὶ κελευσθέντες, δρᾷν ὑπομένουσι· καὶ καθαρῷ μὲν μὴ ὄντι ἐξ ἀφροδισίων οὐκ ἂν καλοῦντι ὑπακούσαιεν, αὐτοὶ δὲ ἄγειν εἰς παράνομα ἀφροδίσια τοὺς τυχόντας οὐκ ὀκνοῦσι. Καὶ ἀπὸ ἐμψύχων μὲν ἀποχῆς κελεύουσι δεῖν εἶναι τοὺς ὑποφήτας, ἵνα μὴ τοῖς ἀπὸ τῶν σωμάτων ἀτμοῖς χραίνωνται· αὐτοὶ δὲ ἀτμοῖς θυσιῶν τοῖς ἀπὸ ζώων μάλιστα δελεάζονται, καὶ νεκροῦ μὲν ἀθιγῆ δεῖν εἶναι τὸν ἐπόπτην, διὰ νεκρῶν δὲ τὰ πολλὰ ζώων αἱ θεαγωγίαι ἐκτελοῦνται. Πολλῷ δὲ τούτων ἀλογώτερον τὸ μὴ δαίμονι, εἰ τύχοι, ἢ ψυχῇ τεθνηκότος, αὐτῷ δὲ τῷ βασιλεῖ Ἡλίῳ ἢ Σελήνῃ, ἤ τινι τῶν κατ' οὐρανὸν ἀνθρώπων [b] τῷ τυχόντι ὑποχείριον, ἀπειλὰς προσφέροντα ἐκφοβεῖν, ψευδόμενον ἵν' ἐκεῖνοι ἀληθεύσωσι. Τὸ γὰρ λέγειν (21), ὅτι τὸν οὐρανὸν προσαράξει, καὶ τὰ κρυπτὰ τῆς Ἴσιδος ἐκφανεῖ, καὶ τὸ ἐν Ἀβύδῳ (22) ἀπόῤῥητον δείξει, καὶ τὴν βάριν στήσει (23), καὶ τὰ μέλη τοῦ Ὀσίριδος διασκεδάσει τῷ Τυφῶνι, τίνα οὐχ (24) ὑπερβολὴν ἐκπληξίας μὲν τῷ ἀπειλοῦντι, ἃ μήτε εἶδε, μήτε δύναται, καταλείπει, ταπεινότητος δὲ τοῖς δεδοικόσιν οὕτω κενὸν φόβον καὶ πλάσματα, ὡς κομιδῇ παῖδες ἀνόητοι; Καίτοι καὶ Χαιρήμων ὁ ἱερογραμματεὺς ἀναγράφει ταῦτα, ὡς καὶ παρ' Αἰγυπτίοις θρυλλούμενα· καὶ ταῦτά φασιν εἶναι καὶ τὰ τοιαῦτα βιαστικώτατα. Αὐταὶ δὲ αἱ εὐχαί, τίνα ἔχουσι λόγον, τὸν ἐξ Ἰλιάδος ἀναφανέντα λέγουσαι, καὶ ἐπὶ τῷ λωτῷ καθήμενον, καὶ ἐπὶ πλοίου ναυτιλλόμενον, καὶ καθ' ὥραν τὰς μορφὰς ἀμείβοντα, καὶ κατὰ ζῳδίων μετασχηματιζόμενον; Οὕτω γάρ φασιν αὐτο-

[a] γρ. ἀξιῶν, sine οὓς. [b] γρ. ἀνθρωπον.

CAPUT X.

Quibus artibus egregia numina præstigiatoribus subjiciantur.

« Me quidem tum vehementer, inquit, angi sentio, ubi mecum ipse reputo, qui fieri possit, ut quorum veluti augustiorum ac diviniorum opem imploremus, ii tamen perinde ut humiliores ac deteriores obediant: quique clientes ipsi suos æquitatem colere velint, eosdem injustis imperiis obsequi non pudeat: adeoque cum eorum vota precesque repudient, qui ad sese minus abs re venerea puri accesserint, obvios quosque tamen nefandam in venerem agere non erubescant. Porro vates illi quidem interpretesque suos rebus animatis abstinere jubent, ne corporeis exhalationibus inficiantur: sacrificiorum tamen, quæ ex animantibus fieri solent, vaporibus maxime capiuntur, ac mortuum **198** quidem ab sacrorum suorum inspectoribus tangi nefas esse statuunt; cæsis tamen victimis deorum evocationes partem maximam peraguntur. Quodque omnium absurdissimum est, non jam vulgari cuipiam dæmoni, aut defuncti animæ, sed ipsimet soli siderum principi, lunæ, reliquisque diis cœlestibus, homo cuivis e populi fæce obnoxius minas intentat, atque ut eos ad vera dicenda compellat, falsum vanumque terrorem ostendit. Nam futurum denuntiare, uti vel cœlum ipsum quatiat, vel Isidis arcana patefaciat, vel quod Abydi occultum latet, dictuque nefas est, in lucem proferat, vel Ægyptiacæ navis cursum inhibeat, vel in Typhonis gratiam Osiridis membra disjiciat: quidnam obsecro, vel summum ad stuporem atque vecordiam ista, quæ neque novit, neque efficere potest, comminanti, vel numinibus quæ fictitius et inanis iste terror leviculorum ousionum more per-

(21) *Τὸ γὰρ λέγειν.* Hæc ipsa laudat Jamblich. lib. *De mysteriis.* Audi hoc furore furentem, apud Statium *Thebaid.* IV, Tiresiam:

Testor, ait, divos, quibus hunc sacravimus ignem,
Lævaque convulsæ dedimus carchesia terræ:
Jam nequeo tolerare moram. Cassusne sacerdos
Audior? An, rabido jubeat si Thessala cantu,
Ibitis, et Scythicis quoque medicata pruinis
Colchis aget, trepido pallebunt Tartara motu?
Spernite ne, monec: et nobis sævire facultas.
Scimus enim, et quidquid dici noscique timetis,
Et turbare Hecaten, etc.

(22) *Τὸ ἐν Ἀβύδῳ.* Abydenum hoc secretum adhuc me latet.

(23) *Τὴν βάριν στήσει.* Baris Ægyptiacæ navis genus est, quod tametsi latius pateret, præcipue tamen, et κατ' ἐξοχήν, eam significabat, quæ quotannis Isidi publice dicabatur.

(24) *Οὐκ* delendum monet Vigerus.

Digitized by Google

cellat, summam ad humilitatem reliquum fecit? Et tamen hæc omnia Chæremon sacer ille scriba, tanquam Ægyptiorum pridem omnia ore jactata, conscripsit, quæ quidem uti ejusdem quoque generis cætera, ad vim diis afferendam potentissima esse dictitant. Jam vero preces atque vota, quid tandem rationis habent, quibus eumdem solem aut limosa ex palude emergere, aut loto insidere, aut navigio provehi, aut singulis horis formam commutare, ac varios per singula zodiaci signa vultus induere commemorant? Quippe talem a nobis eum videri pronuntiant, neque intelligunt proprium sese illi cogitationis suæ vitium et errorem affingere. Qui si ad symbolicam orationem confugerint, quasi ejusmodi notis variæ solis facultates adumbratæ habeantur; notarum ergo suarum vim illi nobis et significationem aperiant. Enimvero, si quemadmodum in defectionibus contingit, aliquam sol ipse qui oculos in eum intenderent, omnino videretur. Jam, quorsum tot significatione carentia nomina? quorsum ex iisdem barbara pleraque congruentibus ac singulorum propriis anteponunt? Nam si numen dum vocem exaudit, ejus ad significationem respicit, profecto cuicuimodi nomen fuerit, si modo eadem sententia manserit, satis per sese rem illa totam aperiet. Nec enim is, opinor, quem evocant, Ægyptius erat genere; nec, si erat, lingua tamen Ægyptiaca, vel omnino humana voce utebatur. Quippe, aut enim præstigiatorum artes istæ sunt, et quædam earum, quas ipsi patimur, quæque tamen ab iis Deo tribuuntur, mutationum involucra; aut aliter

199 Hæc ille, quibus iterum, quæ sequuntur, ad Ægyptium eadem cum animi fluctuatione perscribit. « Sin autem, inquit, ex diis alii nihil omnino patiuntur, alii pati aliquid aliquando possunt; quibus etiam veretra se per istos erigere, obscenaque carmina solemni ritu canere dictitant: inanes utique deorum evocationes fuerint, quibus se aut eorum opem implorare, aut iracundiam placare, aut expiationes instituere profitentur, multoque proinde magis ea, quibus ipsis necessitatem imponi volunt. Quod enim pati non potest, idem nec demulceri quoque, nec cogi potest. » Idemque deinceps: « Perperam, inquit, ab iis sapientia colitur, qui aut inveniendi fugitivi servi, aut emendi agri, aut nuptiarum interdum, aut mercaturæ gratia, divinam mentem sollicitare ac fatigare solent. Sin autem, cum eidem sapientiæ non remisse negligenterque studeatur, qui tamen ipsi dant operam, ii cæteris quidem in rebus verissima omnia, de felicitate vero securi nihil, fideque digni respondeant: sequitur omnino neque deos illos, neque bonos etiam dæmones, sed eum potius fuisse, quem impostorem vocamus. » Atque hæc ex citata Porphyrii epistola producta sufficiant. Jam vero non alios ab initio maleficæ artis magistros, quam ipsamet egregia numina fuisse constat. Qui enim isthæc homines aliter nosse potuissent, nisi dæmones iis res ipsi suas aperuissent, et quibus quique vinculis constringantur, indicassent? Neque vero nostram hanc orationem esse putes; quippe qui nihil istorum a nobis aut intelligi aut expeti fateamur. Tantum ergo partim ad coarguendam istorum vecordiam, partim ad nostram, qui nos eorum communioni ac societati subduximus, defensionem, idem a nobis testis producatur, qui et sapiens a suis habetur, et omnes religionis patriæ rationes accurate non modo novit, sed etiam exposuit. Ille igitur in laudata oraculorum collectione, ad verbum habet, quæ sequuntur.

A πτεῖσθαι ἀγνοοῦντες ὅτι τὸ ἴδιον πάθος τῆς αὐτῶν φαντασίας ἐκείνῳ προσάπτουσιν. Εἰ δὲ συμβολικῶς λέγεται ταῦτα, τῶν ἐκείνου δυνάμεων ὄντα σύμβολα, τὴν ἑρμηνείαν τῶν συμβόλων εἰπάτωσαν· δῆλον γάρ, ὡς, εἰ τοῦ ἡλίου ἦν τὸ πάθος, καθάπερ ἐν ταῖς ἐκλείψεσι, πᾶσιν ἂν ὤφθη ταυτὸν τοῖς εἰς αὐτὸν ἀτενίζουσι. Τί δὲ καὶ τὰ ἄσημα βούλεται ὀνόματα, καὶ τῶν ἀσήμων τὰ βάρβαρα πρὸ τῶν ἐκάστῳ οἰκείων; Εἰ γὰρ πρὸς τὸ σημαινόμενον ἀφορᾷ τὸ ἀκοῦον, αὐτάρκης ἡ αὐτὴ μένουσα ἔννοια δηλώσαι, κἂν ὁποιονοῦν ὑπάρχῃ, τοὔνομα. Οὐ γάρ που καὶ ὁ καλούμενος Αἰγύπτιος ἦν τῷ γένει· εἰ δὲ καὶ Αἰγύπτιος, ἀλλ' οὔτι γε Αἰγυπτίᾳ χρώμενος φωνῇ, οὐδ' ἀνθρωπείᾳ ὅλως χρώμενος. Ἦ γὰρ γοήτων ἦν πάντα τεχνάσματα ταῦτα, καὶ προκαλύμματα διὰ τῶν ἐπιφημιζομένων τῷ Θείῳ τῶν περὶ

B ἡμᾶς γινομένων παθῶν, ἢ λελήθαμεν ἐναντίας ἐννοίας ἔχοντες περὶ τοῦ Θείου, ἢ αὐτὸ τῷ ὄντι διάκειται. » mutationum istarum subiret, idem ab omnibus

C

D

Ταῦτ' εἰπών, πάλιν ἀπορεῖ πρὸς τὸν Αἰγύπτιον λέγων· « Εἰ δὲ οἱ μὲν ἀπαθεῖς, οἱ δὲ ἐμπαθεῖς, οἷς διὰ τούτων φασὶ φαλλοὺς ἱστάναι, καὶ ποιεῖσθαι αἰσχρορρημοσύνας, μάταιοι αἱ θεῶν κλήσεις ἔσονται, προσκλήσεις αὐτῶν ἐπαγγελλόμεναι, καὶ μήνιδος ἐξιλάσεις, καὶ ἐκθύσεις, καὶ ἔτι μᾶλλον αἱ λεγόμεναι ἀνάγκαι θεῶν. Ἀκήλητον γὰρ καὶ ἀδίαστον, καὶ ἀκατανάγκαστον τὸ ἀπαθές. » Καὶ πάλιν ἑξῆς ἐπιλέγει· « Μάτην αὐτοῖς ἡ σοφία ἐξήσκηται, περὶ δραπέτου εὑρέσεως, ἢ χωρίου ὠνῆς, ἢ γάμου, εἰ τύχοι, ἢ ἐμπορίας, τὴν θεῖον νοῦν ἐνοχλήσασιν. Εἰ δ' οὐ παρεῖται μὲν, οἱ δὲ συνόντες περὶ μὲν τῶν ἄλλων τἀληθέστατα λέγουσι, περὶ δὲ εὐδαιμονίας οὐδὲν ἀσφαλὲς, οὐδ' ἐχέγγυον· οὐκ ἦσαν ἄρα οὔτε θεοὶ, οὔτ' ἀγαθοὶ δαίμονες, ἀλλ' ἡ ἐκεῖνος ὁ λεγόμενος πλάνος. » Ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ τοσοῦτον καὶ ἀπὸ ταύτης προκείσθω τῆς Πορφυρίου γραφῆς. Καὶ μὴν καὶ διδάσκαλοι τῆς κακοτέχνου γοητείας αὐτοί γε πρῶτοι οἱ γενναῖοι θεοὶ κατέστησαν. Πόθεν γὰρ ἀνθρώποις ταῦτα παρῆν εἰδέναι, ἢ τῶν δαιμόνων αὐτῶν τὰ περὶ ἑαυτῶν ἐξειπόντων, καὶ τοὺς καταδέσμους κατ' ἀλλήλων ἐξηγορευκότων; Μηδὲ τοῦτον δὲ ἡμέτερον εἶναι τὸν λόγον ἡγοῦ· οὐδὲν γὰρ τούτων ἡμεῖς ὁμολογοῦμεν οὔτε ἐπίστασθαι, οὔτε θέλειν, πλὴν εἰς ἔλεγχον τῆς αὐτῶν ἀτοπίας, καὶ ἡμετέραν ὁμοῦ τῆς τούτων ἀναχωρήσεως ἀπολογίαν, ὁ τούτων ἡμῖν παρήχθω μάρτυς, σοφὸς ὢν ἐν τοῖς γνωρίμοις, καὶ πάντα ἀκριβῶς τὰ οἰκεῖα εἰδώς τε καὶ ὑποτιθέμενος. Αὐτὸς οὖν ἐν τῇ δηλωθείσῃ τῶν λογίων συναγωγῇ ταῦτα λέγει πρὸς λέξιν.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'

Ὅτι οἱ δαίμονες, οὓς δὴ θεοὺς ὑπειλήφασιν, ἀνθρώπους ἐδίδαξαν τὰς οἰκείας περιεργίας.

« Οὐ μόνον δὲ τὴν πολιτείαν αὐτῶν αὐτοὶ μεμηνύκασι καὶ τὰ ἄλλα τὰ εἰρημένα, ἀλλὰ καὶ τίσι χαίρουσι, καὶ κρατοῦνται, ὑπηγόρευσαν, καὶ μὴν καὶ τίσιν ἀναγκάζονται. Τίνα δὲ δεῖ θύειν, καὶ ἐκ ποίας ἡμέρας ἐκτρέπεσθαι· τό τε σχῆμα τῶν ἀγαλμάτων ποδαπὸν δὴ ποιεῖν· αὐτοί τε ποίοις σχήμασι φαίνονται, ἔν τε ποίοις διατρίβουσι τόποις, καὶ ὅλως ἐν οὐδέν ἐστιν, ὃ μὴ παρ αὐτῶν μαθόντες οἱ ἄνθρωποι, οὕτως αὐτοὺς ἐτίμησαν. Πολλῶν δ' ὄντων ἃ τούτων ἐστὶ παραστατικά, ὀλίγα ἐκ τῶν πολλῶν παραθήσομεν, ἵνα μὴ ἀμάρτυρον τὸν λόγον καταλίπωμεν. »

A

CAPUT XI.

Dæmones ipsos, qui deorum loco habeantur, quo superstitionum ritu secum agi vellent, homines docuisse.

« Neque tantum, inquit, proprias instituti sui rationes, aut cætera, quæ superius a nobis commemorata sunt, verum quibus ipsi rebus aut delectentur aut vinciantur, imo quibus etiam cogantur, indicarunt. Quibus item hostiis rem sacram fieri, **200** quos dies caveri, quam in formam ac speciem simulacra configurari oporteat; quonam ipsi ore habituque appareant, quibus in locis assidui sint. Denique nihil omnino est, quod non ab iis homines ita didicerint, uti ex eorum præceptis doctrinaque duntaxat solemnes postea in iis colendis ritus adhiberent. Quæ cum argumentis pluribus iisdemque certissimis illustrari possint, nos tamen e multis pauca modo proferemus, ne omni orationem hanc testimonio et auctoritate spoliatam reliquisse videamur. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ.

Ὅτι καὶ τὰ ἀγάλματα μαγικῶς αὐτοὶ κατασκευάζειν ἐδίδαξαν.

« Ὅτι δὲ καὶ τὰ ἀγάλματα αὐτοὶ ὑπέθεντο πῶς χρὴ ποιεῖν, καὶ ἐκ ποίας ὕλης, δηλώσει τὰ τῆς Ἑκάτης, ἔχοντα τοῦτον τὸν τρόπον·

B

CAPUT XII.

Eosdem magicarum artium, quibus simulacra conflarentur, doctores fuisse.

« Et quidem ipsa quoque simulacra, quemadmodum quave ex materia conformari deberent, ab iisdem traditum fuisse vel ex sequenti Hecates responso intelligetur.

Ἀλλὰ τέλει ξόανον κεκαθαρμένον, ὡς σε διδάξω.
Πηγάνου ἐξ ἀγρίοιο δέμας ποίει, ἠδ' ἐπικόσμει
Ζώοισιν λεπτοῖσι κατοικιδίοις σκαλαβώταις·
Σμύρνης καὶ στύρακος, λιβάνοιό τε μίγματα τρίψας
Σὺν κείροις ζώοισι, καὶ ἀθρόοισιν ὑπὸ μήνην
Ἀδξουσαν τέλει, αὐτὸς ἐπευχόμενος τήνδ' εὐχήν.

Εἶτ' ἐξέδωκεν εὐχήν, ἐδίδαξέ τε πόσους ληπτέον σκαλαβώτας·

Purum absolve mihi simulacrum, quale docebo
Sylvestri e ruta sacrum mihi perfice corpus:
Accedat tenuis mediisque penatibus errans
Stellio, quem styracis, myrrhæ, thurisque Sabæi
Pulvere, crescentis commisce ad lumina Phœbes:
Dumque instas operi, simul hæc mihi concipe vota.

Tum ipsam quoque voti formulam præscribit simulque docet, quot ejusmodi animalcula admiscere oporteat.

Ὅσσαι μορφαί μοι, τόσσοις ζώοις σε κελεύω,
Καὶ σφόδρα ταῦτα τέλει· δάφνης δέ μοι αὐτογε-
[νέθλου
Οἶκου ἐμοῦ χώρημα ποίει· καὶ ἀγάλματι πολλὸν
Κείνῳ ἐπευχόμενος, δεῖ ὕπνον ἐμέ τοι ἀναβρήσεις.

C *Quot mihi sunt formæ, tot misce animalcula dextra*
Sedulus, atque ultro nascentis brachia lauri
In nostram contexe domum: sic multa precatus
Effigiem, somni tandem me tempore cernes.

Καὶ πάλιν ἄλλοτε ἄγαλμα αὐτοῖς ἐξέδωκε τοιοῦτον. »

Eademque alibi simile quoddam simulacri genus indicavit. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Ὅτι καὶ τὰς μορφὰς τῶν ξοάνων αὐτοὶ κατέδειξαν.

« Καὶ περὶ τῶν σχημάτων, ὅπως φαντάζονται, αὐτοὶ μεμηνύκασιν· ἀφ' ὧν καὶ τὰ ἀγάλματα οὕτω καθιδρύθη. Λέγει γοῦν ὁ Σάραπις, ἰδὼν τὸν Πᾶνα, περὶ ἑαυτοῦ·

201 CAPUT XIII.

Ipsas quoque simulacrorum figuras ab iis delineatas fuisse.

« Imo vero, quænam præterea simulacri configurandi ratio esse debeat, ita tradiderunt, ut eam in statuendis imaginibus fictores postea diligenter expresserint. Et Sarapis quidem ita, cum Pana vidisset, de seipso loquitur.

Φαιδρὴ μὲν κατὰ δῶμα θεοῦ καταλάμπεται αὐγή.
Ἦλθε γάρ, ἠρτιβόλησε μέγας θεός· εἶδον ἐμεῖο
Κάρτος ἀραιμάκετον, λαμπηδόνα φλογμοτύραννον,
Βόστρυχον ἐκ κεφαλῆς νεάτης, χαροποῖσι μετ-
[ώποις
Ἀμφὶς ἑλισσόμενον, πλοχμοῖς θ' ἱεροῖσι γενείου.

D *Læta meos lux irradiat complexa penates,*
Venit quippe ingens, subiitque ad limina numen,
Invictum robur nostrum, flammaque potentem
Splendorem aspexit: crinem a cervicibus altis,
Qui circum flagranti errans lascivit in ore
Sacratique pilis menti se advolvere gestit.

Καὶ ὁ Πὰν περὶ ἑαυτοῦ ὕμνον ἐδίδαξεν ἔχοντα οὕτως·

Imo Pan ejusmodi quoque de seipso hymnum edocuit,

Εὔχομαι βροτὸς ἐὼν Πανὶ συμφύτῳ θεῷ,
Δισσοκέρατι, δισσόποδι, τραγοσκελεῖ, τρυφῶντι.

Oro mortalis satus Pana cognatum deum,
Bicornem, bipedem, hircino crure, lascivientem.

Καὶ τὰ ἀκόλουθα. Καὶ ἡ Ἑκάτη δὲ περὶ ἑαυτῆς οὕτως φησίν·

Et quæ sequuntur. Hecate præterea de se ipsa hunc in modum cecinit,

Ἤδη μοι σύ γε πάντα ποίει· ξόανον δὲ ἐν αὐτῷ

Cuncta mihi molire manu, frugumque potentis

[2] Ισ. ξοάνῳ.

Digitized by Google

Effigiem Cereris conflata ostendat imago.
Candida vestis eat, pedibus sese aureus indat
Calceus : at zonam sine labe volumina circum
Plurimus anguis agat, summoque a vertice pendens,
Ultima producto stringat vestigia lapsu,
Ac pulchre implicitis circum undique flexibus erret.

Et materiam ipsa præscribit,

Aut secto ex ebore, aut Pario de marmore surgat. »

202 CAPUT XIV.

Eosdem ad magicam artem impellere.

« Jam ipsi quoque dii sæpissime, dum quæ pronuntiant, ea quibusdam interim signis, ostentisque portendunt, adeoque singularem cujusque ortus rationem statumque cognoscunt, summos profecto sese magos, si tamen ita loqui fas est, summosque genethliacos esse declarant. Ac rursus Apollinem suis in responsis hunc in modum loqui testatur,

Mercurium ac solem simul appellare memento
Luce sacra soli : tum lunam, ubi venerit ejus
Nota dies, Saturnum exin, natamque Dione,
Vocibus arcanis, quas maximus ille magorum
Septisonæ dominus reperit, notissimus idem
Omnibus.

Hic vero cum ab iis, qui præsentes intererant, succlamatum esset, Ostanem intelligis, Apollo subjecit,

Magna quemque deum, ac septena voce vocabis.

Idem præterea, quæ sequuntur, addit. Has quidem, inquit, proprias Hecate notas habet, ceram triplici ex colore, albo, nigro, rubroque constantem, quæque Hecates, flagellum, lampadem, gladiumque gestantis imaginem præferat, quam circum draco volvatur. Cœlum vero marina sidera pro foribus affixa repræsentant. Hæc enim ipsi quoque dii, consequentibus versiculis nota ac testata esse voluerunt. Sic namque Pan loquitur,

Hos procul repellite,
Cera tum coloribus
In focum ternis eat.
Albus accedat nigro,
Igneus simul flagret,
Qualis e pruna micat,
Terror inferum canum,
Tetra sit forma Hecates ;
Lampas in manu ardeat,
Ultor horreat mucro,
Hanc draco circum ambiens
203 *Flexibus nectat vagis,*
Ac ferum implicet caput.
Clavis adsit mobilis,
Et potens vis dæmonum
Plurimus flagri sonor. »

Hæc illa sunt, iisdemque gemina, quibus oraculorum philosophiam, quasi arcana deorum responsa continentem, eximius Græcorum philosophus, idemque theologus singularis, ac reconditorum mysteriorum interpres illustravit, seu verius insidias abs scelerata dæmonum arte ac versutia hominum generi comparatas palam enuntiavit. Enimvero, quid tandem homines ad aliquem hujus vitæ fructum

A Μορφή μοι πέλεται Δημήτερος ἀγλαοκάρπου·
Εἶμαι παλλεύκοις, περὶ ποσσὶ δὲ χρυσοπέδιλοις·
Ἀμφὶ δὲ τῇ ζώνῃ [a] δολιχοὶ προθέουσι δράκοντες,
Ἴγνεσιν ἀχράντοισιν ἑφερπύζοντες, ἄνωθεν
Αὐτῆς ἐκ κεφαλῆς ἀρτώμενοι ἐς πόδας ἄκρους,
Σπειρηδὸν περὶ πᾶσαν ἑλισσόμενοι κατὰ κόσμον.

Ὕλη δὲ, φησὶν,

Ἢ Παρίοιο λίθου, ἢ εὐξέστου ἐλέφαντος (25). »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

Ὅτι καὶ μαγεύειν προτρέπουσιν.

« Ἐμφαίνουσι δὲ πολλαχοῦ οἱ θεοὶ ἅπερ λέγουσι προσημαίνοντες, τῷ ἑκάστου γινώσκειν τὴν γενέσεως σύστασιν, εἶναι αὐτοὺς, εἰ οὕτω χρὴ φάναι, ἄκρους τε μάγους, καὶ ἄκρους γενεθλιαλόγους. Καὶ πάλιν ἐν χρησμοῖς ἔφη τὸν Ἀπόλλωνα εἰπεῖν·

Κλῃΐζειν Ἑρμῆν ἠδ' Ἥλιον κατὰ τωὐτὰ
Ἡμέρῃ Ἡελίου· μήνην δ' ὅτε τῆσδε παρείη
Ἡμέρη, ἠδὲ Κρόνον, ἠδ' ἐξείης Ἀφροδίτην,
Κλήσεσιν ἀφθέγκτοις, ἃς εὗρε μάγων ὄχ' ἄριστος
Τῆς ἑπταφθόγγου βασιλεὺς, ὃν πάντες ἴσασιν.

Ὀστάνην λέγεις, εἰπόντων, ἐπήγαγεν·

Καὶ σφύδρα, καὶ καθ' ἕκαστον ἀεὶ θεὸν ἑπτακι-
[φώνῃ [b].

Ὁ δ' αὐτὸς καὶ ταῦτα παρατίθησιν. Ἔστι δὲ σύμβολα μὲν τῆς Ἑκάτης κηρὸς τρίχρωμος ἐκ λευκοῦ, καὶ μέλανος, καὶ ἐρυθροῦ συνεστὼς, ἔχων τύπον Ἑκάτης φερούσης μάστιγα καὶ λαμπάδα, καὶ ξίφος, περὶ ἣν εἰλήσθω δράκων. Οὐρανοῦ δὲ ἀστέρες οἱ θαλάττιοι, πρὸ τῶν θυρῶν πεπατταλευμένοι. Ταῦτα γὰρ οἱ θεοὶ C αὐτοὶ μεμηνύκασι διὰ τούτων. Λέγει δὲ ὁ Πάν·

Τούσδε δ' αὖ ἐλαύνετε (26),
Κηρὸν ἐν πυρὸς μένει
Θέντες αἰόλου χροός·
Λευκὸς ἔστω καὶ μέλας,
Καί [c] τε πῦρ φαεσφόρον
Ἀνθρακος πεφλεγμένου,
Δεῖμα νερτέρων κυνῶν.
Γλύμμα δεινὸν Ἑκάτης,
Λαμπὰς ἔστω πρὸς χέρας,
Καὶ ξίφος τὸ πολυτμον,
Καὶ δράκων περισταλὴς
Ἄμμασι κόρην κρατῶν,
Δεινὸν ἀμφὶ κρᾶτα θεὶς,
Αἰόλη (27) τε κλεὶς ὁμοῦ,
Καὶ τὸ δαιμόνων κράτος
Μάστιγος ψόφος πολύς. »

D Διὰ τούτων καὶ τῶν τούτοις ὁμοίων ὁ γενναῖος Ἑλλήνων φιλόσοφος, ὁ θαυμαστὸς θεολόγος, ὁ τῶν ἀπορρήτων μύστης, τὴν ἐκ λογίων φιλοσοφίαν ὡς ἀπόῤῥητα θεῶν περιέχουσαν λόγια παραφαίνει, ἀντικρυς τῆς πονηρᾶς καὶ δαιμονικῆς ἀληθῶς δυνάμεως ἐξαγορεύων τὰς κατ' ἀνθρώπων ἐνέδρας. Τί γὰρ ἂν εἴη βιωφελὲς ἀνθρώποις ἐκ τῆς κακοτέχνου γοητείας; τί δ' ἂν ἔχοι θεοφιλὲς ἡ τῶν ἀψύχων ξοάνων περιερ-

[a] γρ. Ἀμφίθετος ζώνη. [b] γρ. ἑπτάκις φωνεῖν. [c] Ἰσ. τό.

(25) Ἐλέφαντος. Ita manuscr., optime, pro λίθου, quod ante legebatur.

(26) Ἐλαύνετε. Ita legendum putavi cum altero manuscr cum prius ἐλαύνεται legeretur.

(27) Αἰόλη. *Mobilem* verti, quod proprium clavis epitheton videbatur. Hesych. : Αἰολὸς, inquit, ἢ εὐκίνητος, ἀπὸ τοῦ αἰολεῖν, ὅ ἐστι κινεῖν, etc. Posset etiam idem esse quod πολύχρωμος.

Digitized by Google

γία; Ποίας δ' εἰκὼν ἐνθέου γένοιτ' ἂν δυνάμεως ἡ A ex maleficis præstigiis auferre possint? Quidnam
τῶν τοιῶνδε σχημάτων μόρφωσις; Τί δ' οὐ μᾶλλον Deo gratum habeat vecors et stolida inanimum
φιλοσοφεῖν, ἢ μαγεύειν καὶ τὰ ἀπειρημένα διώκειν simulacrorum superstitio? Cujusnam porro divinæ
συμβουλεύειν ἐχρῆν, τοῦ κατ' ἀρετὴν καὶ φιλοσοφίαν potestatis imagines censeri debeant, effigies hoc
τρόπου πρὸς εὐδαίμονα καὶ μακάριον βίον αὐτάρκους genere configurationis expressæ? An non colendæ
τυγχάνοντος; Ὁ δὲ, ἐπιτείνων τὸν οἰκεῖον ἔλεγχον, philosophiæ potius, quam magicarum ac prohibi-
προστίθησι τοῖς εἰρημένοις καὶ ταῦτα. tarum artium studia consectandi, auctores illos
atque hortatores esse oportuit? Cum præsertim vitæ ratio ex virtutis ac philosophiæ præceptis in-
stituta, ad bene beateque vivendum satis esse possit? Cæterum idem ipse rerum suarum ulterius
confutatione producta, superioribus, quæ consequuntur, adjungit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Ὅτι καὶ τὰς ἀψύχους ὕλας φιλοῦσιν.

« Ὅτι δὲ φιλοῦσι τὰ σύμβολα τῶν χαρακτήρων, ἡ B
Ἑκάτη παραβάλλουσα πρὸς ἃ φιλοῦσιν οἱ ἄνθρωποι,
μεμήνυκε διὰ τούτων·

Τίς βροτὸς οὐ πεπόθηκε χαρακτῆρας ὑπάσασθαι,
Χρυσοῦ, καὶ χαλκοῦ, καὶ ἀργύρου αἰγλήεντος;
Τίς δὲ τὰ δ' οὐ φιλέει, τῶν δὴ καθύπερθεν ἐφε-
[στὼς,
Εἰς ἓν ἀγειρόμενος εἶρω πολυμοιρέα φώτων;

Οὐ μόνον δ' ὅτι φίλοι οἱ χαρακτῆρες δεδήλωκεν, ἀλλ' ὅτι καὶ, ὅπερ ἔφαμεν, αὐτοῖς [a] περιγράφονται, καί εἰσιν οἷον ἐν ἱερῷ χωρίῳ τῇ ὑποκειμένῃ εἰκόνι· οὐ γὰρ ἐπὶ γῆς ὀχεῖσθαι, ἀλλ' ἐπὶ γῆς ἱερᾶς ἐδυνήθησαν· ἱερὰ δὲ ἡ εἰκόνα φέρουσα θεοῦ, ἧς ἀρθείσης λέληται τὸ κρατοῦν ἐπὶ γῆς τὸ θεῖον. » Διὰ γοῦν τούτων ἡγοῦμαι σαφῶς ἐληλέγχθαι, ὡς ἄρα περίγειοί τινες καὶ φιλοπαθεῖς δαίμονες ἥλωσαν αὐτῶν ὄντες C οἱ θεοί· διό μοι δοκῶ σώφρονι λογισμῷ τὴν ἀποστροφὴν αὐτῶν πεποιῆσθαι. Ὁρᾷς γοῦν ὡς κρατεῖν αὐτοὺς ἔν τισι γῆς χωρίοις τοὺς κατὰ μαγείαν φασὶ τύπους, καὶ τοὺς τοιούσδε χαρακτῆρας· δέον, εἴπερ ἄρα θεῖόν τι ἦν ἀληθῶς, μηδ' ἀλλαχῆ πη ἐπιβαίνειν ἢ ἐν μόνῃ ψυχῆς διανοίᾳ, καὶ ταύτῃ παντὸς ῥύπου καὶ πάσης κηλίδος κεκαθαρμένῃ, σωφροσύνῃ τε καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς κεκοσμημένῃ. Τούτων γὰρ ἐν ἀνθρώπου ψυχῇ, ὡς ἐν ἀληθῶς ἱερῷ χωρίῳ, προϋποκειμένων, εἰκότως ἂν ἐπέλθοι θείου Πνεύματος παρουσία· καὶ οὐκέτι χρεία τῆς κακοτέχνου γοητείας, τῶν εἰς ὑποδοχὴν (28) τοῦ θείου κατὰ τὴν ἐνάρετον καὶ φιλόθεον ψυχὴν προηυτρεπισμένων. Ὥστε διαῤῥήδην ἐξ ἁπάντων τούτων περιγείους τινὰς ἁλίσκεσθαι, φιλοπαθεῖς τε καὶ φιλοσωμάτους ὑπάρχειν δαίμονας, τοὺς περὶ ὧν ἄρτι ἐλέγομεν. Ἀλλὰ γὰρ ἐξῆς τούτοις, ἄκουε οἷα ὁ αὐτὸς συγγραφεύς φησι περὶ τοῦ ἐκλελοιπέναι αὐτῶν τὰ βούμενα χρηστήρια.

CAPUT XV.

Eosdem inanima quoque materia delectari.

« Eosdem, inquit, præterea characterum etiam B
notis delectari, Hecate instituta cum iis, quas vulgo
homines expetunt, comparatione, hunc in modum
pronuntiat,

Cui non mortali jucundus in ære character,
Argentove nitens, aut fulvo impressus in auro?
Cui non chara homini, quæ cœlitus ipse gubernans,
[*Diversas hominum soleam connectere sortes?*

Neque tantum istos sibi characteres placere, verum etiam iis sese, uti jam diximus, circumscribi, subjectaque imagine, sacro veluti domicilio, contineri declaravit. Nec enim terra, nisi sacra fuerit, deos ferre ac sustinere queat: sacra autem illa est, quæ divinam capit imaginem: eaque sublata, id, quod in terris numen retinebat, illico dissolvitur. » **204** His equidem evidenter confectum existimo, aliud C nihil quam terrestres quosdam et cupiditatibus irretitos dæmones fuisse, quos isti deorum loco habuerunt: eoque mihi sane videor ab eorum cultu, maturo in primis sanoque consilio, descivisse. Vides enim ipse, uti eos quibusdam in terræ locis, magicarum figurarum, atque id genus characterum vinculis detineri fateantur: cum, si vere divini quidquam haberent, nusquam ipsos alibi, quam in mente non tantum ab omnibus sordibus omnique labe purgata, sed etiam temperantiæ, æquitatis, cæterarumque virtutum ornamentis instructa, sedem utique ac domicilium deligere oporteret. Ubi enim illæ semel hominis animum tanquam aliquod sacrarium occuparint, eodem sese merito divinus ille D spiritus insinuabit: nec mentibus iis, quæ jam ad honestam sese ac religiosam vitæ morumque rationem conformarint, præstigiarum maleficiis ad excipiendum numen opus præterea fuerit. Maneat igitur, his omnibus testimoniis certo liquidoque comprobatum, de quibus adhuc a nobis disputatum est, eos non alios esse, quam dæmones, terræ et cupiditatibus corporumque amoribus illigatos. Nunc vero, cujusmodi ea sint, quæ de oraculorum ipsorum, quæ ab iis usque adeo jactata sunt, defectione idem Porphyrius deinceps attexuit, mecum attende.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙϚ'.

Περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων ἔχρησεν αὐτὸς ὁ Ἀπόλλων.

« *Ἀμφὶ δὲ* (29) *Πυθὼ οἱ Κλαρίην τε μαντεύματα*
[*Φοίβου*

[a] γρ. αὐτοί.

(28) *Τῶν εἰς ὑποδοχήν.* Alter e manuscr. præclaram huic loco navat operam; legit enim, ταῖς εἰς ὑποδοχὴν τοῦ θείου, κατὰ τὴν ἐνάρετον καὶ φιλόθεον ποδέξιν, προηυτοεπισμέναις ψυχαῖς· mentibus illis, quæ sese jam ad excipiendum numen, honestæ ac religiosæ vitæ rationibus compararint.

(29) *Ἀμφὶ δέ.* Corruptum locum manuscripti fœdius lacerant. Non incommode οἱ mutetur in σοι,

CAPUT XVI.

De oraculorum defectione Apollinem ipsum cecinisse.

« *Pythia quod spectat, Clariique oracula Phœbi,*

Dicam equidem. et sancta verum te voce docebo.
Sexcenta ex imis scatuere oracula terris,
Fonteseque. et rapida sensus vertigine torquens
Halitus. Ast eadem vasta dein labe dehiscens
Hausit terra sinu, pressitque annosa vetustas.
Nunc tantum Didymis, arvi qua cæca profundi
Antra jacent, Soli Mycaleia lympha superstes,
205 *Quique ad Pythonis campos, atque alta virentis.*
Sub juga Parnassi, nitidas fons egerit undas :
Et lapidosa Claros, Phœbeæ ora aspera vocis.

Idem Nicæensibus ita respondit,
Pythiacæ nequeunt revocari oracula vocis,
Quæ cani jamdudum ævi longinqua vetustas
Sustulit, ac muta clausere silentia clavi.
Vos Phœbi interea notis incumbite sacris. »

A Αὐδήσει φάτις ἠμετέρη θεμιτώδεσιν ὁμφαῖς.
Μυρία μὲν γαίης μαντήϊα θέσκελα νώτῳ
Ἐβλύσθη, πηγαί τε καὶ ἄσθματα διιήεντα·
Καὶ τὰ μὲν ἂψ χθονίοισιν ὑπὸ κόλποισιν ἔδυτο
Αὐτὴ γαῖα χανοῦσα, τὰ δ' ὤλεσε μυρίος αἰών.
Μούνῳ δ' Ἠελίῳ φαεσιμβρότῳ εἰσέτ' ἔασιν
Ἐν Διδύμων γυάλοις Μυκαλήϊον ἔνθεον ὕδωρ (30),
Πυθῶνός (31) τ' ἀνὰ πέζαν ὑπὸ Παρνάσσιον αἶπος·
Καὶ κρανὴ Κλαρίη (32), τρηχὺ στόμα Φοιβάδος [ὁμφῆς.

Νικαεῦσι δὲ χρῶν ἔφη·
Πυθῶνος δ' οὐκ ἔστιν ἀναρρῶσαι λάλον ὁμφήν
Ἤδη γὰρ δολιχοῖσιν ἀμαυρωθεῖσα χρόνοισιν,
Βέβληται κληῖδας ἀμαιτεύτοιο σιωπῆς.
Ῥέξατε δ' ὡς ἔθος ἐστὶ θεόπροπα θύματα [Φοίβῳ. »

His equidem commodum subjecero, quæ in opusculo de eadem oraculorum defectione Plutarchus habet. « Ubi Ammonius finem dicendi fecit, Quin tu, inquam, aliquid nobis, Cleombrote, hoc de oraculo commemora. Ingens quippe olim fuit residentis ibi numinis existimatio, quæ tamen extabuisse nunc paulatim videtur. Hic tacente Cleombroto, oculosque dejiciente, Nihil vero est, inquit Demetrius, quamobrem de uno illo sciscitemur, aut de responsorum ejus defectione quæstionem præcipue moveamus, cum uno alterove duntaxat exceptis, cætera omnia defecisse videamus. Itaque communi consilio causam rimari præstiterit, cur usque adeo cuncta conciderint. Nam alia commemorare quid attinet, cum ipsam quoque nunc Bœotiam oraculis illis, quibus antea tantopere vocalis erat, sic tanquam defluentibus undis admodum exhaustam esse, totaque passim regione divinationem exaruisse. Nam si Lebadiam unam excipias, nusquam alibi consulentibus ejus hoc tempore Bœotia copiam facit : loca cætera partim altum silentium, partim vasta solitudo occupavit. » Idem præterea de dæmonum suorum interitu hunc in modum loquitur.

B Τούτοις κατὰ καιρὸν ἐνταῦθα προσήκει καὶ τὰ Πλουτάρχου προσθεῖναι, ἀφ' οὗ πεποίηται συγγράμματος περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων. « Παυσαμένου (33) δὲ τοῦ Ἀμμωνίου, μᾶλλον, ἔφην ἐγὼ, περὶ τοῦ μαντείου δίελθε ἡμῖν, ὦ Κλεόμβροτε. Μεγάλη γὰρ ἦν πάλαι δόξα τῆς ἐκεῖ θεότητος, τὰ δὲ νῦν ἔοικεν ἀπομαραίνεσθαι. Τοῦ δὲ Κλεομβρότου σιωπῶντος καὶ κάτω βλέποντος, ὁ Δημήτριος οὐδὲν ἔφη δεῖν περὶ τῶν ἐκεῖ πυνθάνεσθαι, καὶ διαπορεῖν (34) τὴν ἐνταῦθα τῶν χρηστηρίων ἀμαύρωσιν· μᾶλλον δὲ, πλὴν ἑνὸς ἢ δυοῖν, ἁπάντων ἐκλελῦφεν ὁρῶντας, ἀλλὰ κοινῇ (35) σκοπεῖν, δι' ἣν αἰτίαν οὕτως ἐξησθένηκε ταῦτα. Τὰ γὰρ ἄλλα τί δεῖ λέγειν, ὅπου γε τὴν Βοιωτίαν, ἕνεκεν χρηστηρίων πολύφωνον οὖσαν ἐν τοῖς πρὶν χρόνοις, νῦν ἐπιλέλοιπε κωμῳδῆ, καθάπερ νάματα, καὶ πολὺς ἔσχε μαντικῆς αὐχμὸς τὴν χώραν.
C Οὐδαμοῦ γὰρ ἀλλαχόθι νῦν ἡ περὶ Λεβάδειαν ἡ Βοιωτία παρέχει τοῖς χρῄζουσιν ἀρύσασθαι μαντικῆς· τῶν δ' ἄλλων τὰ μὲν σιγῇ, τὰ δὲ παντελὴς ἐρημία κατέσχεν. » Ἔτι πρὸ τούτοις ὁ αὐτὸς περὶ τοῦ καὶ θνήσκειν τοὺς αὐτῶν δαίμονας ταῦτά φησι.

nulla alia mutatione, nisi malis ἀμφὶ δέ σοι Πυθώ, etc. Perinde autem in μαντεύματα prima corripitur, ut supra in τύμπανα videbamus. Legi tamen posset, Ἀμφὶ δὲ Πυθῶ, καὶ Κλαρίην, μαντεύματα Φοίβου.

(30) *Μυκαλήϊον ὕδωρ.* Ergo, ἀπὸ τῆς Μυκάλης, non tantum ὁ Μυκαλεύς, et ὁ Μυκαλήσιος, sed etiam ὁ Μυκάλειος, sive Μυκαλήϊος. Sed quomodo hæc aqua in Didymis? Est enim Micale in Caria urbis montisque nomen, Didyma vero in Ionia. Et vero Mycalen inter atque Posidium promontorium (ultra quod Didymæum oraculum fuit) septem stadiorum fretum interceptum erat, ut auctor est Strabo lib. XIV. Nodum solvit optime Pausanias i *Heliac.*, pag. 153 extrema : Τῷ δὲ Ἀλφειῷ, inquit, τὸ αὐτὸ πάσχει καὶ ὕδωρ ἄλλο ἐν Ἰωνίᾳ. Τούτου δὲ τοῦ ὕδατος, πηγὴ μέν ἐστιν ἐν Μυκάλῃ τῷ ὄρει, διεξελθὸν δὲ θάλασσαν τὴν μεταξὺ, ἀνεισιν αὖθις κατὰ Βραγχίδας, πρὸς λιμένι ὀνομαζομένῳ Πανόρμῳ. Recte igitur cum Alpheo fluvio comparatur, qui juxta Elidem in Arcadia ortus, per Adriaticum mare defluere, ac rursus in Arethusam, qui Siciliæ fons est, erumpere dicitur.

(31) *Πυθῶνος*, etc. Castaliam, seu Castalium fontem intelligit. Pausanias in *Phocic.*, 324 : Ἐκ δὲ τοῦ γυμνασίου, τὴν ἐς τὸ ἱερὸν (Delphicum) ἀνιόντι, ἐστὶν ἐν δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ τὸ ὕδωρ τῆς Κασταλίας, καὶ πιεῖν ἡδύ. Ἐν Pytho, seu Delphi. Parnassum dat paulo post ibid. Panyassis quidam poeta, qui de Hercule :

Παρνησσὸν νιφόεντα θεοῖς διὰ κοσμοῦσι περήσας,
Ἵκετο Κασταλίης Ἀχελωΐδος ἄμβροτον ὕδωρ.

D Et Plinius lib. IV, c. 3 : *Oppidum Delphi, sub monte Parnasso, clarissimum in terris oraculo Apollinis; fons Castalius, amnis Cephissus*, etc.

(32) *Κρανὴ Κλαρίη.* Forte Κλαρίαν seu Κλαρίην, fontem ipsum appellat, ut Castalia fons erat Castalius. Geographi certe omnes, omnesque historici Κλάρον, non Κλαρίαν, vel urbem vel montem appellant. Κρανὴν autem, credo quod ex salebroso specu fons ille, seu lacuna fatidica prorumperet. Plin. lib. II, c. 103, *Colophone*, inquit, *in Apollinis Clarii specu, lacuna est, cujus potu mira reddunter oracula.*

(33) *Παυσαμένου.* Plutarch. *De oracul. def.*, p. 411 D.

(34) *Καὶ διαπορεῖν.* Hic omnino distinguendum videtur, et post ἀμαύρωσιν, virgula tantum adhibenda, hoc sensu : Nihil vero est, quamobrem de unis illis sciscitemur atque disputemus, cum hic etiam exstincta esse oracula, vel potius uno alterove duntaxat exceptis, cætera passim omnia deficere videamus.

(35) *Ἀλλὰ κοινῇ.* Plutarch., ἀλλ' ἐκεῖνο.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Περὶ τοῦ καὶ θνήσκειν τοὺς δαίμονας, οὓς δὴ ὡς θεοὺς τιμῶσιν.

« Τὸ μὲν ἐφεστάναι (36) τοῖς χρηστηρίοις, εἶπε, μὴ θεοὺς, οἷς ἀπηλλάχθαι τῶν περὶ γῆν προσήκει, ἀλλὰ δαίμονας ὑπηρέτας θεῶν, οὐ δοκεῖ μοι κακῶς ἀξιοῦσθαι· τὸ δὲ τοῖς δαίμοσι τούτοις, μονονουχὶ ῥάβδην λαμβάνοντας ἐκ τῶν ἐπῶν τοῦ Ἐμπεδοκλέους, ἁμαρτίας, καὶ ἄτας, καὶ πλάνας θεηλάτους ἐπιφέρειν, τελευτῶντας δὲ καὶ θανάτους ὥσπερ ἀνθρώποις ὑποτίθεσθαι, θρασύτερον ἡγοῦμαι καὶ βαρβαρικώτερον. Ἠρώτησεν οὖν ὁ Κλεόμβροτος τὸν Φίλιππον, ὅστις εἴη, καὶ πόθεν ὁ νεανίας· πυθόμενος δὲ τοὔνομα καὶ τὴν πόλιν, Οὐδὲ αὐτοὺς, ἔφη, λανθάνομεν, ὦ Ἡρακλέων, ἐν λόγοις γεγονότες ἀτόποις. Ἀλλ' οὐκ ἔστι περὶ πραγμάτων μεγάλων μὴ μεγάλαις προσχρησάμενον ἀρχαῖς, ἐπὶ τὸ εἰκὸς τῇ δόξῃ προελθεῖν. Σὺ δὲ σεαυτὸν λέληθας, ὁ δίδως (37) ἀφαιρούμενος. Ὁμολογεῖς γὰρ εἶναι δαίμονας· τῷ δὲ μὴ φαύλους ἀξιοῦν εἶναι, μηδὲ θνητοὺς, οὐκ ἔτι δαίμονας φυλάττεις. Τίνι γὰρ τῶν θεῶν διαφέρουσιν, εἰ καὶ κατ' οὐσίαν τὸ ἄφθαρτον, καὶ κατ' ἀρετὴν τὸ ἀπαθὲς καὶ ἀναμάρτητον ἔχουσι; Πρὸς ταῦτα τοῦ Ἡρακλέωνος σιωπῇ διανοουμένου, πρὸς αὐτὸν ὁ Φίλιππος· Ἀλλὰ φαύλους μὲν δαίμονας οὐκ Ἐμπεδοκλῆς μόνον, ὦ Ἡρακλέων, ἀπέλιπεν, ἀλλὰ καὶ Πλάτων, καὶ Ξενοκράτης, καὶ Χρύσιππος, καὶ Δημόκριτος εὐχόμενος εὐλόγων εἰδώλων (38) τυγχάνειν, δῆλος ἦν ἕτερα δυστράπελα καὶ μοχθηρὰ (39) γινώσκων, ἔχοντα προαιρέσεις τινὰς καὶ ὁρμάς. Περὶ δὲ τοῦ θανάτου τῶν τοιούτων ἀκήκοα λόγον ἀνδρὸς οὐκ ἄφρονος, οὐδὲ ἀλαζόνος. Αἰμιλιανοῦ γὰρ τοῦ ῥήτορος, οὗ καὶ ἡμῶν ἔνιοι διακηκόασιν, Ἐπιθέρσης ἦν πατὴρ, ἐμὸς πολίτης καὶ διδάσκαλος γραμματικῶν. Οὗτος ἔφη, ποτὲ πλέων εἰς Ἰταλίαν, ἐπιδῆναι νηὸς ἐμπορικὰ χρήματα καὶ συχνοὺς ἐπιβάτας ἀγούσης. Ἑσπέρας δ' ἤδη περὶ τὰς Ἐχινάδας νήσους ἀποδῆναι τὸ πνεῦμα, καὶ τὴν ναῦν διαφερομένην πλησίον γενέσθαι Παξῶν. Ἐγρηγορέναι δὲ τοὺς πλείστους καὶ πίνειν, ἐπεὶ δεδειπνηκότες ἦσαν (40)· ἐξαίφνης δὲ φωνῆς ἀπὸ νήσου τῶν Παξῶν ἀκουσθῆναι, Θαμοῦν (41) τινος βοῇ καλοῦντος, ὥστε θαυμάζειν· ὁ γὰρ Θαμοῦς Αἰγύπτιος ἦν κυβερνήτης, οὐδὲ τῶν ἐμπλεόντων γνώριμος

CAPUT XVII.

De interitu dæmonum, quos deorum loco venerantur.

« Equidem quod oraculis, inquit, non jam deos, qui a rebus terrenis secreti esse debeant, sed dæmones potius deorum administros præesse statuat, id mihi perperam facere non videtur. In eosdem tamen dæmones, tantum non impetu 206 quodam arreptis Empedoclis hanc in rem versibus, lapsus, calamitates, erroresque divinitus immissos congerere, postremo eorum etiam perinde atque hominum interitus commemorare, id vero cum audacius esse, tum barbariam nimium olere sentio. Cleombrotus igitur, quis tandem, et cujas esset adolescens, ex Philippo quærit, simulque nomen ac civitatem ut audivit, ne ipsi quidem, mi Heracleo, nos in absurdas incidisse disputationes ignoramus, inquit: sed fieri profecto non potest, ut qui rerum in magnarum tractatione, magnis quoque principiis usus non fuerit, is aliquam ad verisimilitudinem opinando perveniat. Verumtamen idem abs te dari simul ac negari non sentis. Nam qui dæmones esse confiteris, idem sane cum improbos illos ac mortales esse non vis, ne dæmones quidem amplius esse defendis. Si enim eos et ab interitu natura, et virtus ab omni perturbatione ac peccato vindicat, quid jam ipsos inter ac deos intererit? Hæc secum Heracleone silentio reputante, Atqui non Empedocles tantum, inquit ad eum Philippus, dæmonum improbitatem, o Heracleo, sed etiam Plato, Xenocrates, et Chrysippus, testatam reliquere. Quin ipse quoque Democritus, cum ut æqua sibi contingerent idola precaretur, palam utique alia se quædam iniqua pariter et improba, nec non privatis agitata cupiditatibus agnoscere profitebatur. Mortem eorum quod attinet, memini me aliquem ejusmodi sermonem audire, viri nec insulsi nec arrogantis. Æmilianus rhetor, quem nonnulli quoque vestrum audiere, Epithersem parentem habuit, quo et populari, et in grammaticis præceptore sum usus. Is narrabat, cum in Italiam aliquando navi opibus vectoribusque refertissima navigaret, sub vesperam ad Echinadas insulas ven-

(36) *Τὸ μὲν ἐφεστάναι.* Supra noster 184 jam loci hujus principium attulit, quem hic pertexit uberius.

(37) *Ὁ δίδως.* Ita Plutarch., et bene, cum δίδους perperam legeretur.

(38) *Εὐλόγων εἰδώλων.* Plut., sub initium *Pauli Æmilii*: Δημόκριτος μὲν γάρ, inquit, εὔχεσθαί φησι δεῖν, ὅπως εὐλόγων εἰδώλων τυγχάνωμεν, καὶ τὰ σύμφορα καὶ τὰ χρηστὰ μᾶλλον ἡμῖν ἐκ τοῦ περιέχοντος, ἢ τὰ φαῦλα καὶ τὰ σκαιὰ συμφέρηται. Quam tamen ejus precationem, ut superstitione plenam, et philosopho indignam repudiat. Vide sequentia. Porro hunc locum docte et accurate Xylander illustrat, ex Tullio, epist. 16, lib. xv, *Ad familiar.*, et lib. I *De natura deor.*; ubi Orator hæc inter cætera sect. 121: *Mihi quidem etiam Democritus nutare videtur in natura deorum. Tum enim censet imagines divinitate præditas, inesse universitati rerum: tum animantes* (f. *animatas*) *imagines, quæ vel prodesse nobis soleni;* (εὔλογα hæc εἴλωλα sunt) *vel nocere* (hæc δυστράπελα); *tum ingentes quasdam imagines, tantasque, ut universum mundum complectantur extrinsecus. Quæ quidem omnia sunt patria Democriti quam Democrito digniora.* Vide et sect. 107 et 108 ejusdem Plutarch. in *Sympos.* quam imagines istæ nihili fierent, ostendit his verbis: τῶν δὲ Δημοκριτείων, inquit, εἰδώλων, ὥσπερ Αἰγιέων, ἢ Μεγαρέων, ἀριθμὸς οὐδείς, οὐδὲ λόγος. Quo de loco, vide infra p. 224 in not.

(39) *Μοχθηρά*, etc. Plutarch. ita melius, μοχθηρὰς γινώσκων ἔχοντα προαιρέσεις τινὰς καὶ ὁρμάς.

(40) *Ἐπεὶ δεδειπνηκότες ἦσαν.* Plut., brevius, Πίνειν ἔτι, δεδειπνηκότας.

(41) *Θαμοῦν.* Plut., Θαμοῦν, et deinde Θαμοῦς constanter. Non abludit nomen urbis Ægyptii celeberrimæ, quæ Θμουῖς olim dicebatur. Et Plato regem Ægyptium agnoscit in *Phædro* Θαμοῦν nomine.

Digitized by Google

tum omnem subito concidisse, jactatamque navim a Paxis non procul abfuisse. Hic vero vigilantibus plerisque, ac cœna confecta bibentibus, cujusdam repente vocem ex eadem insula Thamnum inclamantis exauditam esse : quæ res omnibus admirationem movit, cum Thamnus ille Ægyptius esset navis gubernator, quem pauci navigantium de nomine noverant. Et illum quidem semel iterumque vocatum siluisse, tertio demum vocanti respondisse. Tum alterum majori quam antea voce, Ubi ad Palodes veneris, magnum Panem interiisse nuntia. Quo audito cunctos vehementer attonitos hæsisse narrabat, cumque inter sese quærerent, præstaretne dicto audientes esse, **207** an potius rem totam negligere, Thamnum ita statuisse, si quidem aspiraret ventus, locum silentio prætervehi, sin ibidem malacia contingeret, quæ audierat nuntiare. Ergo cum eo provectus esset, aura concidente sedatoque mari, Thamnum ex puppi, conversis ad terram oculis, rem uti audierat inclamasse, Magnum videlicet Panem obiisse. Quam ejus vocem, ingentem illico eumque admiratione mistum, non unius, sed multorum simul gemitum excepisse. Rem porro, quippe quæ præsentes plurimos testes habuisset, Romæ brevi admodum tempore vulgatam, adeoque Thamnum ipsum a Tiberio Cæsare evocatum fuisse: ac Tiberium quidem eam narranti fidem habuisse, ut ex rerum antiquarum peritis, qui tum frequentes aderant, ecquem ipsi Panem illum esse sentirent, diligenter sciscitaretur, eos autem Mercurii Penelopesque filium suspicatos esse. Cæterum ex iis, qui disputationi huic intererant, testes Philippus nonnullos habebat, qui Æmilianum senem audierant. Hic subjecit Demetrius, insularum, quæ Britanniæ adjacent, plerasque desertas passim occurrere, quarum nonnullæ dæmonum, aut heroum insulæ nominentur. Porro se visendi studio, regi aliquando in desertarum proximam naviganti comitem adjunxisse, quam pauci admodum incolerent, sed qui Britannis sacri omnes erant, et ab omni direptione injuriaque tuti. Ubi primum eo appulsum esset, fœdam repente coortam in cœlo tempestatem, crebra simul prodigia, ventorum procellas, igneosque turbines contigisse. Quorum vis ubi remisisset, dixisse insulares, aliquem ex heroibus exstinctum esse. Quemadmodum enim, inquiebant, lucerna dum ardet, nihil detrimenti afferre solet, nec tamen sine multorum molestia exstinguitur : sic ingentes animæ benigno quidem et innoxio fulgore collucent; at easdem, si quando exstingui ac perire contigerit, tum sæpe ventos ac procellas, uti nunc, excitare, sæpe auras pestilentiæ veneno inficere consueverunt. Illic porro insulam quamdam esse, ubi vinctum Saturnum altoque somno consopitum Briareus custodiat : novum enim hoc somni vinculum adversus eum excogitatum fuisse. Eidem vero

A ἦν πολλοῖς ἀπ' ὀνόματος. Ὡς μὲν οὖν κληθέντα, σιωπῆσαι, τὸ δὲ τρίτον ὑπακοῦσαι τῷ καλοῦντι· καὶ ἐκεῖνον ἐπιτείναντα φωνὴν εἰπεῖν· Ὑπόταν γένῃ κατὰ τὸ Παλῶδες, ἀπάγγειλον ὅτι Πὰν ὁ μέγας τέθνηκεν. Τοῦτο ἀκούσαντας ἔφη πάντας ἐκπλαγῆναι, καὶ διδόντας ἑαυτοῖς λόγον, εἴτε ποιῆσαι βέλτιον ἦν τὸ προστεταγμένον εἴτε μὴ πολυπραγμονεῖν, ἀλλ' ἐᾶν, οὕτω γνῶναι τὸν Θαμνοῦν· εἰ μὲν εἴη πνεῦμα, παραπλεῖν ἡσυχίαν ἔχοντα, νηνεμίας [a] καὶ γαλήνης περὶ τὸν τόπον γενομένης, ἀνειπεῖν, ἃ ἤκουσεν. Ὡς οὖν ἐγένετο κατὰ τὸ Παλῶδες, οὔτε πνεύματος ὄντος, οὔτε κλύδωνος, ἐκ πρύμνης βλέποντα τὸν Θαμνοῦν πρὸς τὴν γῆν, εἰπεῖν, ὥσπερ ἤκουσεν, ὅτι Πὰν ὁ μέγας τέθνηκεν, ὀφθῆναι [b] δὲ παυσάμενον αὐτὸν, καὶ γενέσθαι μέγαν οὐχ ἑνὸς

B ἀλλὰ πολλῶν στεναγμὸν, ἅμα θαυμασμῷ μεμιγμένον. Οἷα δὲ πολλῶν ἀνθρώπων παρόντων, ταχὺ τὸν λόγον ἐν τῇ Ῥώμῃ σκεδασθῆναι, καὶ Θαμνοῦν γενέσθαι μετάπεμπτον ὑπὸ τοῦ Τιβερίου Καίσαρος· οὕτω δὲ πιστεῦσαι τῷ λόγῳ τὸν Τιβέριον, ὥστε διαπυνθάνεσθαι καὶ ζητεῖν περὶ τοῦ Πανός· εἰκάζειν δὲ τοὺς περὶ αὐτὸν φιλολόγους συχνοὺς ὄντας τὸν ἐξ Ἑρμοῦ καὶ Πηνελόπης γεγενημένον. Ὁ μὲν οὖν Φλιππος εἶχε τῶν παρόντων ἐνίους μάρτυρας, Αἰμιλιανοῦ τοῦ γέροντος ἀκηκοότας· ὁ δὲ Δημήτριος ἔφη τῶν περὶ τὴν Βρετανίαν νήσων εἶναι πολλὰς ἐρήμους σποράδας, ὧν ἐνίας δαιμόνων καὶ ἡρώων ὀνομάζεσθαι· πλεῦσαι δὲ αὐτὸς ἱστορίας καὶ θέας ἕνεκα πομπῇ τοῦ βασιλέως εἰς τὴν ἔγγιστα κειμένην τῶν ἐρήμων, ἔχουσαν οὐ

C πολλοὺς ἐποικοῦντας, ἱεροὺς δὲ καὶ ἀσύλους πάντας ὑπὸ τῶν Βρετανῶν ὄντας. Ἀφιγμένου δὲ αὐτοῦ νεωστὶ, σύγχυσιν μεγάλην περὶ τὸν ἀέρα, καὶ διοσημίας πολλὰς γενέσθαι, καὶ πνεύματα καταῤῥαγῆναι, καὶ πεσεῖν πρηστῆρας. Ἐπεὶ δ' ἐλώφησε, λέγειν τοὺς νησιώτας ὅτι τῶν κρειττόνων τινὸς ἔκλειψις γέγονεν. Ὡς γὰρ λύχνος ἀναπτόμενος, φάναι, δεινὸν οὐδὲν ἔχει, σβεννύμενος δὲ πολλοῖς λυπηρός ἐστιν· οὕτως αἱ μεγάλαι ψυχαὶ τὰς μὲν ἀναλάμψεις εὐμενεῖς καὶ ἀλύπους ἔχουσιν, αἱ δὲ σβέσεις αὐτῶν καὶ φθοραὶ, πολλάκις μὲν, ὡς νῦν, πνεύματα καὶ χαλάζας τρέφουσι (42), πολλάκις δὲ λοιμικοῖς πάθεσι τὸν ἀέρα φαρμάττουσιν. Ἐκεῖ μέντοι μίαν εἶναι νῆσον, ἐν ᾗ τὸν Κρόνον καθεῖρχθαι φρουρούμενον ὑπὸ τοῦ Βριάρεω καθεύδοντα· δεσμὸν γὰρ αὐτῷ τὸν ὕπνον μεμη-

D χανῆσθαι. Πολλοὺς δὲ περὶ αὐτὸν εἶναι δαίμονας ὑπηδοὺς καὶ θεράποντας. » Τοσαῦτα δὲ ὁ Πλούταρχος. Ἐπιτηρῆσαι δὲ ἄξιον τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ φησι τὸν θάνατον γεγονέναι τοῦ δαίμονος. Οὗτος δὲ ἦν ὁ κατὰ Τιβέριον, καθ' ὃν ὁ ἡμέτερος Σωτὴρ, τὰς σὺν ἀνθρώποις ποιούμενος διατριβὰς, πᾶν γένος δαιμόνων ἐξελαύνειν τοῦ τῶν ἀνθρώπων ἀναγέγραπται βίου· ὥστε ἤδη τινὰς τῶν δαιμόνων γονυπετεῖν αὐτὸν, καὶ ἱκετεύειν μὴ τῷ περιμένοντι αὐτοὺς ταρτάρῳ παραδοῦναι. Ἔχεις οὖν καὶ τῆς τῶν δαιμόνων καθαιρέσεως τὸν χρόνον, οὐκ ἄλλοτε ἐξ αἰῶνος ἱστορηθείσης· ὥσπερ οὖν καὶ τῆς ἀνθρωποθυσίας τῶν ἐθνῶν τὴν κατάλυ-

[a] add. δέ. [b] *Isc.* οὐ φθῆναι.

(42) *Χαλάζας τρέφουσι.* Plutarch., ζάλας τρέπουσι.

Digitized by Google

σιν οὐκ ἄλλοτε ἢ μετὰ τὸ προελθὸν εἰς πάντας ἀνθρώπους κήρυγμα τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας γεγενημένην. Ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν ἀπὸ τῆς νεωτέρας ἱστορίας ἐληλέγχθω.

famulos administrosque dæmones præsto esse quam plurimos. » Hactenus Plutarchus. Sed operæ pretium fuerit, tempus observare, quo dæmonis istius interitum contigisse narrat. Id enim imperante Tiberio **208** factum est, quo tempore dæmones a Servatore nostro inter homines agente jam tum ex humana vita pelli ejicique cœpisse divina scribit historia : cum etiam genu flexo nonnulli jam eum obsecrarent, uti ne exspectantibus sese inferis addiceret. Ergo certum quoque ac definitum tempus habes exterminatorum dæmonum, quos ante illud nunquam ex omni memoria fugatos esse legimus : quemadmodum nec ante sublatam fuisse ostendimus communem apud gentiles mactandorum hominum consuetudinem, quam evangelicæ doctrinæ prædicatio universum orbem complevisset. Atque hæc coarguendæ dæmonum fraudi ex recentiorum historiis deprompta sufficiant.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Περὶ τῶν παρὰ τοῖς παλαιοῖς Ἕλλησι μνημονευομένων χρηστηρίων.

Ἀλλ' ἐπεὶ μὴ τοῖς πᾶσι γνώριμα τυγχάνει τὰ εἰρημένα, εὖ μοι δοκεῖ ἐντεῦθεν ἐπὶ τὰ πᾶσι πρόδηλα τοῖς φιλολόγοις μεταβῆναι, καὶ τοὺς παλαιτάτους τῷ χρόνῳ χρησμοὺς ἐξετάσαι, ἀνὰ στόμα πάντων Ἑλλήνων φδομένους, κἀν ταῖς κατὰ πόλιν διατριβαῖς τοῖς ἐπὶ παιδείᾳ φοιτῶσι παραδιδομένους... Ἄνωθεν τοίνυν ἀναλαβὼν τὰς παλαιὰς ἱστορίας, ἐπίσκεψαι οἷα ὁ Πύθιος Ἀθηναίοις χρᾷ λοιμῷ πιεσθεῖσι διὰ τὴν Ἀνδρόγεω τελευτήν. Ἐλοίμωξαν δὲ πάντες Ἀθηναῖοι δι' ἑνὸς ἀνδρὸς θάνατον, τῆς δ' ἐκ τῶν θεῶν ἐπικουρίας τυχεῖν ἠξίουν· τί ποτ' οὖν ὁ σωτὴρ αὐτοῖς καὶ θεὸς παραινεῖ; Τάχα που τις οἰήσεται δικαιοσύνης τοῦ λοιποῦ καὶ φιλανθρωπίας ἐπιμέλεσθαι, καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, ἢ μετανοεῖν ἐπὶ τῷ πλημμελήματι, καί τι τῶν ὁσίων καὶ εὐσεβῶν ἐκτελεῖν, ὡς ἂν τῶν θεῶν τούτοις ἱλασκομένων. Ἀλλὰ τούτων μὲν ἦν οὐδέν. Τί γὰρ δὴ καὶ μέλον ἦν τούτων τοῖς θαυμασίοις θεοῖς, μᾶλλον δὲ τοῖς παμπονήροις δαίμοσι; Πάλιν οὖν τὰ αὐτοῖς συγγενῆ καὶ οἰκεῖα, τὰ ἀνηλεῆ καὶ ὠμὰ καὶ ἀπάνθρωπα, λοιμὸν ἐπὶ λοιμῷ φασι, καὶ θανάτους ἐπὶ θανάτῳ. Κέλευει γοῦν ὁ Ἀπόλλων ἔτους ἑκάστου πέμπειν αὐτοὺς τῶν ἰδίων παίδων ἄρρενας ἑφήβους ἑπτά, καὶ θηλειῶν ἰσαρίθμους παρθένους, ἀνθ' ἑνὸς δέκα καὶ τέσσαρας ἀναιτίους καὶ ἀπράγμονας, οὐκ εἰσάπαξ, ἀλλὰ καὶ κατὰ πᾶν ἔτος τυθησομένους ἐν Κρήτῃ παρὰ τῷ Μίνωϊ. Ὥστε καὶ μέχρι τῶν τοῦ Σωκράτους χρόνων πλέον ἢ πεντακοσίοις ὕστερον ἔτεσιν ὁ δεινὸς οὗτος καὶ ἀπανθρωπότατος δασμὸς μνήμην παρ' Ἀθηναίοις διεφύλαττε. Τοῦτο δὲ ἦν ἄρα τὸ καὶ Σωκράτει τὴν ἀναβολὴν τοῦ θανάτου πεποιημένον. Τίθησί γοῦν ὁμοῦ, καὶ ἀπελέγχει τὸν χρησμὸν εὖ μάλα τις τῶν νέων (43) ἀνδρικῷ λογισμῷ, γοήτων φορὰν (44) ἐν οἰκείῳ συγγράμματι πεποιημένος. Οὗ καὶ αὐτοῦ τῶν φωνῶν, ἀλλὰ μὴ τῶν ἐμῶν ἄκουε, πρὸς τὸν χρησμῳδὸν ὧδέ πως ἀποτεινομένου.

CAPUT XVIII.

De oraculis priscorum Græcorum prædicatione celebratis.

Nunc vero, quoniam ista non omnibus usque adeo nota sunt, libet inde ad ea progredi, quæ antiquitatis studiosum fugiant neminem, ac vetustissimi ævi oracula diligenter excutere, quæ Græcorum passim omnium ore jactata, iis etiam, qui disciplinæ causa cunctis in urbibus conveniunt, inculcari solent. Tu ergo veteres ab ultimis usque temporibus historias repetens, expende sis cujusmodi Atheniensibus, gravi ab Androgeo interitu pestilentia laborantibus responsum olim Pythius ediderit. Quippe Athenienses, hominis ob unius mortem, universi hac lue vexati, deorum opem votis ac precibus implorabant. Quid igitur iis consilii et Servator et Deus? uti æquitatem videlicet atque humanitatem, cæterasque virtutes in posterum colerent; aut criminis adducti pœnitentia sacri aliquid ac religiosi obirent, quibus rebus deorum offensio procurari solet. Nihil minus. Quorsum enim ista præclaris numinibus, vel potius consceleratis dæmonibus curæ sint? Rem igitur affinem sibi rursus et cognatam, hoc est ab omni misericordiæ sensu alienam, et immanitate teterrimam, pestem peste, mortibus mortem cumulari volunt. Jubet nimirum Apollo, suis e liberis mares ab iis septem quotannis impuberes mitti, feminasque virgines totidem; pro uno quatuordecim, insontes omnes nulliusque facinoris conscios, idque non semel tantum, sed **209** annis singulis apud Minoem immolandos. Atque apud Athenienses acerbissimi ac dirissimi tributi memoria, ad ætatem usque Socratis annos deinceps amplius quingentos servabatur. Nam id etiam in causa fuit, quamobrem ad aliquot dies mortem Socrati distulerint. Ejusmodi responsum a recentiore quodam, qui longam maleficorum seriem singulari libro texuit, non producitur modo, sed etiam peracri ac robusta disputatione luculente admodum

(43) *Τις τῶν νέων.* Œnomaus ille est, quem infra, p. 213, cap. 1, nominatim appellat, homo acer ac vehemens, qui cum in fraudem ab oraculo quodam inductus esset, oraculorum istorum vanitatem omnium in oculis defigere statuit.

(44) *Γοήτων φοράν.* Ita omnes. At pag. 213, c. 2, alter ex manusc. habet φθοράς. Utrumque tamen repudiandum videtur et mutandum in φωράς. Quæ vox, præstigiatorum investigationem et quasi deprehensionem significat. Quomodo legit Theodoret. lib. VI *De Græcor affection.*, p. 86. 22, ubi de Œnomao : Καὶ τὸ μὲν ξύγγραμμα, inquit, φωρὰν γοήτων ὠνόμασε, id est, *ac suum illud opus, Præstigiatorum deprehensionem inscripsit.* Erit igitur hic, γοήτων φορὰν ἐν οἰκείῳ συγγράμματι πεποιημένος, qui peculiari libro præstigiatorum deprehensionem instituit; et pag. 213, τὰ κατὰ τῆς τῶν γοήτων φορᾶς, in sua illa *Præstigiatorum deprehensione* persequitur, et p. 254, ubi eadem quæ Theodoretus.

Digitized by Google

coarguitur. Audi ergo non meam, sed illius orationem adversus oraculi hujus auctorem nunc in medium invehentis.

CAPUT XIX.

Adversus Apollinem, quod septem adolescentes puellasque totidem in Cretam jugulandos ab Atheniensibus mitti jusserit.

«Quid autem, inquit, nonne Athenienses, Androgeo cædis auctores, ac propter eam pestilentia laborantes, sese criminis admissi pœnitere fatebantur? aut si ne id quidem, nonne tamen verius fuit, hanc ut iis pœnitentiam imperares, quam ut hoc responsi dares,

Tum vos dira fames, atque inclementia pestis
Deseret, ac tristes melior Deus exuet iras:
Cum vestro e numero, scelerisque piacula vestri,
Quæ sors cunque petet, seu mas seu femina cedat,
Corpora pontus aget magni Minois ad urbem.

Mitto enim vos ob unum Androgeo Athenis defunctum vehementius commoveri, tot aliis et ubique gentium et quotidie morientibus, obdormiscere. Enimvero, quod probe scires, Minoem per id tempus, et maris imperium tenere, et ingenti potestate præditum esse, et ab universa Græcia coli adeoque amantissimum æquitatis ac legislatorem optimum, quin etiam ab Homero et magni Jovis socium, et apud inferos judicem habitum ac prædicatum esse: idcirco has tibi pœnas in hominis gratiam exigendas putasti. Verum ista quoque nihilominus quam vos ipsi prætereo: non tantum **210** cædis auctoribus prætermissis, innocentes vobis certum ad exitium ablegatos esse; verum etiam ad ejusmodi virum ablegatos, quem communem hominum omnium judicem creare statueratis, qui tamen ne hac quidem in causa veram sententiam ferre potuisset. At quot tandem a vobis juvenes Athenas eorum in locum summitti oporteret, quos ut parentaretis Androgeo, nefarie jugulastis? » Porro, quam multis Apollo responsorum ambiguitate necem attulerit, replicata Heraclidarum historia, idem scriptor sequenti oratione coarguit.

CAPUT XX.

Pluribus Apollinem responsorum ambiguitate mortis causam fuisse.

« Et quoniam, inquit, hanc semel attigimus disputationem, age, huc quoque spectantem Heraclidarum historiam persequemur. Iis enim cum aliquando per Isthmum in Peloponnesum irrumpere molientibus, frustra conatus laborque cessisset, Aristomachus Aridæi filius, quod pater in eadem irruptione occidisset, ad te venit de suscipiendo itinere consulturus: eadem enim, qua pater ante suus, cupiditate tenebatur. Hoc autem ab te responsi tulit,

Per liquidas fauces palmam tibi numina monstrant.

Is vero per Isthmum similiter irruptione tentata, pugnando occubuit. Tum infelix Temenus ejusdem filius eo proficiscitur, ex infortunatorum stirpe tertius, qui tibi eadem quæ Aristomacho patri spon-

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Πρὸς τὸν Ἀπόλλω κελεύσαντα δὶς ἑπτὰ παῖδάς τε καὶ κόρας σφαγησομένους ἐκπέμπεσθαι τοῖς Κρησὶν ὑπὸ Ἀθηναίων.

« Τί δ' οὐκ Ἀθηναῖοι, τὸν Ἀνδρόγεων ἀποκτείναντες, καὶ λοιμώξαντες ἐπὶ τούτῳ, εἶπον ἂν μετανοεῖν; ἢ μὴ λεγόντων, οὗ σε προσῆκον ἦν εἰπεῖν. μετανοεῖτε, μᾶλλον, ἢ·

Λοιμοῦ καὶ λιμοῦ τέλος ἔσσεται, ἦν περ ἑαυτῶν
Σώματ' ἀπὸ κλήρου ἄρρεν καὶ θῆλυ νέμητε
Μίνωϊ, εἰς ἄλα δῖαν ἀποστέλλοντες, ἀμοιβὴν
Τῶν ἀδίκων ἔργων· οὕτω θεὸς ἵλαος ἔσται.

B Ἐῶ γὰρ τὸ, Ἀνδρόγεω μὲν Ἀθήνησιν ἀποθανόντος, ὑμᾶς ἀγανακτεῖν, τῶν δὲ τοσούτων καὶ πανταχόθεν[a] καὶ πάντοτε, καθεύδειν. Καίτοι εἰδὼς, ὅτι ἐθαλασσοκράτει τότε ὁ Μίνως, καὶ μέγα ἐδύνατο, καὶ πᾶσα ἡ Ἑλλὰς αὐτὸν ἐθεράπευε, καὶ ἦν καὶ διὰ τοῦτο[b] δικαιότατος, καὶ νομοθέτης ἀγαθὸς, καὶ Ὁμήρῳ ἐδόκει Διὸς μεγάλου εἶναι ὀαριστὴς, καὶ ἀποθανὼν, ἐν ᾅδου δικαστὴς· καὶ σὺ διὰ τοῦθ' ὑπὲρ αὐτοῦ τὰς δίκας ταύτας εἰσεπράττου. Ἀλλὰ παραλείπω γε οὐδὲν ἧττον ταῦτα ὑμῶν· καὶ ὅτι, τοὺς φονεῖς ἐάσαντες, τοὺς οὐδὲν αἰτίους πέμπειν ἐκελεύετε ἀποθανουμένους· καὶ τοῦτ' ἐπ' ἀνδρα, ὃν ἀναδεικνύναι ἐμέλλετε κοινὸν ἀνθρώπων δικαστὴν, ὃς οὐδ' αὐτὸ τοῦτο ἠπίστατο δικάσαι. Καίτοι πόσους ὑμεῖς οἱ θεοὶ ἀντὶ τούτων τῶν κορῶν[c] δίκαιοι πέμπειν ἐστὲ Ἀθηναίοις, C οὓς ἀδίκως ὑπὲρ Ἀνδρόγεω ἀπεκτείνατε; » Ὁ δ' αὐτὸς οὗτος συγγραφεὺς, ὁπόσοις ὁ Ἀπόλλων διὰ τῆς τῶν χρησμῶν ἀμφιβολίας θανάτου αἴτιος γέγονε, τὴν ἀμφὶ τοὺς Ἡρακλείδας, ἀναλαβὼν ἱστορίαν, εὐθύνει λέγων οὕτως.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

Ὡς πολλῶν θανάτου γέγονεν αἴτιος ὁ Ἀπόλλων διὰ τῆς τῶν χρησμῶν ἀμφιβολίας.

« Ἐπεὶ δέ πως ἐπεμνήσθην τοῦδε τοῦ λόγου, φέρε, D τὰ καθήκοντα διέλθω τοῦ κατὰ τοὺς Ἡρακλείδας διηγήματος. Οὗτοι γάρ ποθ' ὡρμημένοι κατὰ τὸν Ἰσθμὸν, εἰσβαλεῖν εἰς Πελοπόννησον, ἐσφάλησαν. Ἀριστόμαχος οὖν ὁ Ἀριδαίου, ἐπειδὴ ὁ Ἀριδαῖος ἐτεθνήκει ἐν τῇ εἰσβολῇ, ἔρχεται ἀκουσόμενος παρὰ σοῦ περὶ τῆς ὁδοῦ· ἐπεθύμει δὲ ὥσπερ καὶ ὁ πατήρ. Σὺ δ' αὐτῷ λέγεις·

Νίκην σοι φαίνουσι θεοὶ δι' ὁδοῖο στενύγρων.

Καὶ ὃς κατὰ τὸν Ἰσθμὸν ὥρμησεν ἐπιχειρεῖν, καὶ μάχῃ τελευτᾷ. Τούτου δὲ υἱὸς ὢν ὁ Τήμενος κακοδαιμόνων, ἦκεν ἐκ κακοδαιμόνων τρίτος· σὺ δ' αὐτῷ παρεγγυᾷς, ἃ καὶ Ἀριστομάχῳ τῷ πατρὶ, καὶ ὅσα

[a] γρ. πανταχόθι. [b] Ἰσ. ἐπὶ τούτῳ. [c] Ἰσ. κούρων.

Digitized by Google

ἄλλα. Κἀκεῖνός σοι, ἔφη (44), πεισθείς, ἀπέθανεν ἐν τῇ εἰσβολῇ. Καὶ σὺ ἔφης· Οὐ κατὰ γῆν λέγω στενυγρὴν, ἀλλὰ κατὰ τὴν εὐρυγάστορα. Ἐπειδὰν χαλεπὸν ἦν εἰπεῖν κατὰ τὴν θάλασσαν, κἀκεῖνος ᾔει κατὰ τὴν θάλασσαν, δόξαν ἐμποιήσας[a], ὅτι κατὰ γῆν εἰσίοι, καὶ μέσον στρατοπεδεύεται ναυβάτου καὶ τοπαίου, καὶ διακοντίζει Κάρνον ἱππότην Φυλάνδρου τὸν Αἰτωλόν· εὖ, ἐμοὶ δοκεῖ, ποιῶν. Καὶ ἐπειδὰν συνεκύρησε νόσος πλησία, καὶ ἀπέθανεν Ἀριστόδημος, πάλιν ἐπανεχώρουν, καὶ ὁ Τήμενος ἐλθὼν ἀπεμέμφετο τῇ ἀποτυχίᾳ· καὶ ἤκουσεν, ὅτι ποινὴν ἀνεμάξατο τοῦ θείου ἀγγέλου, καὶ τὸ ὑπὲρ τῆς εὐχῆς Ἀπόλλωνι Καρνίῳ ποίημα τὸ διὰ τοῦ χρησμοῦ λέγον·

A denti obsecutus, simili quoque, dum irrumpere nititur, morte perit. Hic tu, Non per terram, inquis, angustam humidamque dico, sed per late patens mare. Quoniam molestum erat, per mare nominatim dicere, idque si diceres, futurum videbas uti maritimum iter ille susciperet; hanc ei mentem injecisti, ut terrestri itinere sibi proficiscendum putaret. Itaque nautam inter ac terrestrem medius, castra metatur, et Carnum equitem Ætolum genere, Phylandri filium jaculo trajicit. Nec injuria, ut mihi quidem videtur. Cum autem repentinus continuo morbus ingruisset, eoque sublatus Aristodemus fuisset, iisque propterea reversis, iterum Temenus de infesto casu quereretur, hoc responsum accepit, eas sibi sese ob interemptum nuntium divinum pœnas expetitas fuisse; simulque carmen audivit, quo votum Apollini Carnio nuncupare conceptis 211 oraculi verbis jubebatur,

Ἄγγελον ἡμέτερον κτείνας ἀνεμάξαο ποινήν. B *Legati hos nostri solvis pro sanguine pœnas.*

Τί οὖν, φησὶν ὁ Τήμενος; τί χρὴ ποιεῖν; καὶ πῶς ἂν ἀπασαίμην ὑμᾶς;

Quid ergo rerum, inquit Temenus, fieri abs me oportet? aut qua vestram offensionem ratione procurabo?

Εὔχεο Καρνίῳ τελέειν σέβας Ἀπόλλωνι.

Carnio supplex Phœbo sacra concipe vota.

Ὦ μιαρώτατε καὶ ἀναισχυντότατε μάντι. Εἶτ' οὐκ ἠπίστασο, ὅτι διαμαρτήσεται τῆς στενυγρῆς ὁ τὴν στενυγρὴν ἀκούσας; Ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἐπιστάμενος χρᾷς, ἔπειτα περιορᾷς διαμαρτάνοντα. Ἀλλ' ἀμφίβολος ἡ στενυγρὴ, ὅπως νικήσαντι μὲν αἴτιος εἶναι δοκῇς νίκης, ἡττηθέντι δὲ μηδὲν αἴτιος εἶναι ἥττης, ἔχῃς δὲ ἀποφυγεῖν ἐπὶ τὴν εὐρυγάστορα. Ἀλλ' ἦκεν ἄνθρωπος ἐπὶ τὴν εὐρυγάστορα, καὶ οὐκ ἔτυχεν. Εὕρηται πάλιν εἰς ἀποφυγὴν, Κάρνος ἄγγελος ἀποθανών. Καίτοι πῶς, ὦ κράτιστε, ὁ κηδόμενος οὕτω C τοῦ Κάρνου, ἄλλοις μὲν αὐτὸν θεοφορεῖσθαι ἐκέλευες, ἑαυτῷ δὲ οὔ; καὶ δέον σώζειν ἕνα ὄντα Κάρνον, αὐτόν τε περιεῖδες, καὶ ἐναποθανόντι αὐτῷ Ὁμηρικὴν νόσον ἐνέβαλες[b] εἰς τὸ πλῆθος, καὶ εὐχὰς ἐπὶ τῇ νόσῳ ἀφηγοῦ; Εἰ δ' εὐχόμενος οὐδὲν ἤνυεν, ἄλλο τι ἂν ἐξεύρητο ἄκος τῷ σῷ σοφίσματι, καὶ οὐδέποτ' ἂν ἐλήσατε οἱ μὲν ἐρωτῶντες, σὺ δὲ σοφιζόμενος· ἵνα καὶ νικῶσι καὶ ἡττωμένοις ᾖς ἀφώρατος κακουργῶν. Ἱκανὸν γὰρ τὸ πάθος καὶ ἡ ἐπιθυμία παραδυκολῆσαι, ὡς μηδ' εἰ χιλιάκις σφαγεῖεν, ἀπιστεῖν σοι ποιῆσαι. » Τούτοις ἄξιον ἐπισυνάψαι τὰ περὶ Κροῖσον. Λυδίας οὗτος ἐβασίλευεν, ἄνωθεν ἐκ παλαιῶν εἰς αὐτὸν ἥκουσαν παραλαβὼν τὴν ἀρχήν· εἶτά τι πλέον τῶν προγόνων κατορθώσειν ἐλπίσας, τοὺς θεοὺς εὐσεβεῖν διενοήθη· καὶ διὰ πείρας ἐλθὼν, ἁπάντων τὸν ἐν D Δελφοῖς Ἀπόλλω προκρίνει, κἄπειτα κρατῆρσι καὶ πλίνθοις χρυσαῖς, ἀναθημάτων τε μυρίων πλήθει κοσμήσας τὸ ἱερὸν, τῶν πανταχοῦ γῆς ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πλουσιώτατον ἀπέφηνεν, οὐδ' ὅσα πρὸς θυσίας ἐξήρκει παραλιπὼν τῇ μεγαλοψυχίᾳ. Ἐπειδὰν οὖν τὰ τοσαῦτα προδεδάνειστο τῷ θεῷ, ταῖς τῆς εὐσεβείας εἰκότως ὁ Λυδὸς ἐπιθαρσῶν μεγαλουργίαις, στρατεῦσαι ἐπὶ Πέρσας διανοεῖται, αὐξῆσαι τὴν ἀρχὴν εἰς μέγα, τῇ τοῦ Θεοῦ συμμαχίᾳ προμηθούμενος. Τί οὖν

Carni nuntii cædem. At quomodo tamen, deorum optime, tu qui Carni salutem usque adeo caram habebas, aliorum causa divino eum afflari spiritu voluisti, noluisti sua? quomodo Carnum duntaxat unum servari cum oporteret, eum interire passus es, ac propter ejusdem interitum, et Homericam illam in exercitum pestilentiam immisisti, et certas averruncando morbo preces indixisti? Quibus ille profecto si nihil egisset, alius continuo sophismati vestro color, alia species inventa esset, finemque nullum unquam fecissetis, consulendi quidem illi, tu vero cavillandi, ut ne seu vincerent, seu vincerentur, præstigiarum in te quidquam deprehendi, fraudisque posset. Quippe satis omnino virium ad illos in ejusmodi errorem inducendos vehementior cupiditatis æstus habuisset, qui nunquam eos fidem tibi, vel si centies jugulandi forent, non habere pateretur. » His æquum subjungere fuerit, quæ Crœso postea contigerunt. Regnabat is in Lydia, quod a majoribus imperium acceperat, longa jam ac perpetua serie propagatum. Idem in amplioris, quam illi nacti essent, ac secundioris fortunæ spem

[a] *Isc.* ἐνεποίησας. [b] *Isc.* ἐνέβαλλες.

(44) Delendum ἔφη monet Vigerus.

Digitized by Google

erectus, præcipua deos religione colere statuerat. Itaque vi ac numine omnium explorato, Delphicum Apollinem cunctis anteposuit, sicque paulo post aureis cum pateris, tum lateribus, nec non infinita donariorum multitudine templum ejus exornavit, ut opibus ac divitiis, longe quotquot toto passim orbe visebantur, brevissimo tempore superarit, ne omisse quidem iis, usque eo magnificentiæ progressus est, quæ ad sacrificia peragenda cumulate sufficerent. Tot igitur tantisque sumptibus numinis in gratiam ante factis, Lydus imperator tam egregiis fretus (nec sane immerito) pietatis suæ **212** monimentis, expeditionem adversus Persas molitur, ea spe, uti summum imperio suo decus auxilio numinis adjungeret. Quid autem præclarus vates? Ille ipse qui Delphis colebatur, Pythius ille, ille Amicitiæ Præses, clientem suum adeo religiosum, quique ad unum se confugerat, non ditione tantum aliena non auget, sed etiam exuit evertitque sua; non prudens opinor ac sciens, sed rerum futurarum ignorantiæ (nec enim præscius futuri deus, utpote qui ne deus quidem esset, nec alia vis ulla homine major, responsum unquam suum veteratorie partem in utramque flexisset), unoque hoc fere versiculo:

Crœsus Halyn superans, magnam pervertet opum vim,

tantum illud tamque diuturnum Lydiæ regnum, quod a majoribus ad religiosum hominem hæreditario jure devenerat, funditus exscindit, cum ejusmodi fructu, regis deorum amantissimi eximiam erga se voluntatem pietatemque compensans. Atque id quam acrem et iracundam a laudato scriptore, nec injuria, orationem expresserit, accipe.

CAPUT XXI.

Eumdem Apollinem responsi ambiguitate causam fuisse cur imperio suo Crœsus exciderit.

« Tu nimirum, inquit ille, qui, quæcunque arena æstimari debent, omnia pervides, boni nosti nihil: nidorem quippe durioris, coctæque testudinis tuam in mentem subire, notitia est non pluris quam arenæ pretio æstimanda: et quanquam ne vera quidem illa fuit, tamen et superbo congruebat et impudenti, quique cum ob inanes istas cognitiones supercilium tolleret, tum Crœso Lydio illi mancipio, uti ne se parvi penderet, persuadere conaretur. Is enim hunc in modum explorata responsi tui certitudine, paulo post ex te quæsiturus erat, num in Persas expeditionem adornaret, teque adeo in furoris cupiditatisque suæ causa consiliarium adhibiturus. Te vero nihil puduit, hoc ei responsi dare,

Crœsus Halyn superans, magnam pervertet opum vim.

Non perperam id quidem, quod utrumque sus-

A ὁ θαυμάσιος (45) χρησμῳδός; αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ ἐν Δελφοῖς, ὁ Πύθιος, ὁ Φίλιος, τὸν ἱκέτην, τὸν εὐσεβῆ, τὸν πρόσφυγα, οὐχ ὅπως τῆς ἀλλοτρίας τυχεῖν ἀρχῆς, ἀλλὰ καὶ τῆς οἰκείας ἐκπεσεῖν παρασκευάζει, οὗτι ἐκὼν, ἔμοιγε δοκεῖ, ἀγνοίᾳ δὲ μᾶλλον τοῦ ἀποβησομένου (μὴ γὰρ τὸ μέλλον εἰδὼς ὁ θεὸς, ἐπεὶ μηδὲ θεὸς ἦν, μηδέ τις ἀνθρώπου κρείττων δύναμις, ἐπὶ θάτερα σοφιστικῶς τὸν χρησμὸν ἠρμόσατο), καὶ μονονουχὶ φήσας·

B Κροῖσος, Ἅλυν διαβὰς, μεγάλην ἀρχὴν κατα-
[λύσει,

τὴν ἐκ προγόνων διαδοχῆς εἰς τὸν εὐσεβῆ κατελθοῦσαν τῆς Λυδίας ἀρχὴν, μεγάλην οὖσαν καὶ πολυχρύσιον, καταστρέφει, τῆς ἄγαν περὶ αὐτὸν σπουδῆς τοῦτον ἀποδοὺς τῷ θεοφιλεῖ τὸν καρπόν. Ἐπὶ τούτοις ὁ συγγραφεὺς οἷα οὐκ ἀλόγως διαγανακτεῖ, ἄκουε.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Ὡς καὶ τῷ Κροίσῳ τῆς οἰκείας ἀρχῆς ἐκπεσεῖν δι' ἀμφιβόλου χρησμοῦ κατέστη αἴτιος.

« Ἔοικας δή ὡς ἀληθῶς τὰ μὲν ὅσα ψάμμου ἄξιά (46) ἐστιν εἰδέναι, καλὸν δὲ μηδὲν εἰδέναι. Τὸ γοῦν ὀσμὴν εἰς φρένας σὰς ἐλθεῖν κρατερίνοιο χελώνης (46*) ἐψομένης, C ψάμμου ἄξιον ἐπίστημά ἐστιν· οὐκ ἀληθὲς μὲν δὴ (47) οὐδ' αὐτὸ, ἀλλὰ προσοικός γε ὅμως τῷ ἀλαζόνι καὶ ἀναιδεῖ, καὶ ἐπὶ τοῖς κενοῖς οἰδήμασι [a] τὴν ὀφρὺν ἐπαίροντι, καὶ τὸ Λύδιον ἀνδράποδον τὸν Κροῖσον πείθοντι μὴ καταφρονεῖν αὐτοῦ· ὃς μετ' ὀλίγον ἐπὶ τῇ πείρᾳ, ἔμελλεν ἐρωτᾷν σε, εἰ στρατεύει ἐπὶ Πέρσας, καὶ σύμβολον [b] ποιεῖσθαι ὑπὲρ τῆς αὐτοῦ μανίας καὶ πλεονεξίας. Ὃ οὐκ ὤκνησας εἰπεῖν·

adeo in furoris cupiditatisque suæ causa consiliarium adhibiturus. Te vero nihil puduit, hoc ei responsi dare,

Ὅτι, Ἅλυν διαβὰς, μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει.

D Ἐκεῖνο μέντοι εὖ ποιῶν, ὅτι σοι οὐδὲν ἔμελλεν,

[a] *γρ.* εἰδήμασι. [b] *γρ.* σύμβουλον.

(45) *Τί οὖν ὁ θαυμάσιος.* Affinia Theodoret. lib. cit., p. 139, 52: Καὶ ταῦτα ὁ Πύθιος δέδρακεν, inquit, πολυτάλαντα παρ' ἐκείνου δεξάμενος δῶρα. Δυοῖν τοίνυν θάτερον· ἢ ἀλαζών ἐστιν, ἢ ἀχαρίστος· ἢ γὰρ ἃ μὴ οἶδεν, εἰδέναι βρενθύεται, ἢ ἐπιστάμενος, ἐκὼν γε ἀδικεῖ τοὺς θεραπεύειν ἐσπουδακότας. Adi Herodot. lib. I, p. 28, ubi regia plane donaria leguntur, quibus Delphici Apollinis templum Crœsus ornabat; et p. 42, ubi suam Apollini vanitatem ac perfidiam objicit, legatosque suos quærere nominatim jubet: Εἰ ἀχαρίτοισι νόμος εἶναι τοῖσι Ἑλληνικοῖσι θεοῖσι. Leges ibidem improbi dæmonis apologiam.

(46) *Ὅσα ψάμμου ἄξια.* Subobscure videtur illud αἰνίττεσθαι Apollonis ejusdem responsum, quod infra pag. 204 dimidiatum; apud Herodot. lib. I, pag. 20, integrum citatur, et apud Suidam v' Κροῖσος,

Οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμόν, etc.

Quod proœmium repetit Œnomaüs infra, p. 230, leviter immutatum.

(46*) *Κρατερίνοιο χελώνης.* Herodot. ibid. responsum illud conceptum refert, quo quid certo die apud Crœsum fieret, Pythius indicabat.

(47) *Οὐκ ἀληθὲς μέν ὃν.* Aliter Herodoto persuasum: Ὁ δὲ (Crœsus), ὡς τὸ ἐκ Δελφῶν ἦκουσεν, inquit loco citato, αὐτίκα προσεύχετό τε, καὶ προσεδέξατο, νομίσας μούνον εἶναι μαντήϊον τὸ ἐν Δελφοῖσι, ὅτι οἱ ἐξευρήκεε τὰ αὐτὸς ἐποίησε, etc., cum responso plane congruentia.

Digitized by Google

ά τι ἄτοπον πείσεται ὑπ' ἀμφιβόλου χρησμοῦ ἐπαρθείς ἐπ' ἀλλοτρίαν ἀρχήν· οὐδ' εἰ πικροί τινες ἄνθρωποι καὶ κακοήθεις, δέον ἐπαινεῖν σε ἐπὶ τῷ ἐκτραχηλίσαι μαινόμενον ἄνθρωπον, καὶ προσκαλοῖεν, ὡς οὐδὲ ἰσόρροπον φωνὴν ἀφέντα [a], ἵν' ὀκνήσειεν καὶ βουλεύσαιτο ὁ Λυδός· ἀλλὰ καταλῦσαι καθ' ἕνα τρόπον νοεῖσθαι πρὸς τῶν Ἑλλήνων, οὐ τὸ τῆς οἰκείας ἀρχῆς ἐκπεσεῖν, ἀλλ' αὖ τὴν ἀλλοτρίαν περιποιήσασθαι. Ὁ μὲν γὰρ ἡμίμηδος, ἢ ἡμιπέρσης Κῦρος, ἢ ὁ μητρόθεν μὲν ἐκ τυραννικοῦ, πατρόθεν δὲ ἐξ ἰδιωτικοῦ γένους ἡμίονος (48) ὢν ἐν τῷ αἰνίγματι, παρεμφαίνει μὲν τὴν ἐκτυφὼν μοῦσαν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἄμαντιν μαντικήν, εἴπερ οὐκ ἤδη (49) μὴ οὐ συνήσοντά τοῦ αἰνίγματος ὁ μάντις. Εἰ δ' οὐχ ὑπὸ ἀγνοίας, ἀλλ' ὑπὸ τρυφῆς καὶ παιδιᾶς ἐπαίζε, βαβαὶ οἷα τὰ θεῖα παίγνιά ἐστιν! Εἰ δ' οὐδὲ τοῦτο, ἀλλ' ὅτι ἐχρῆν οὕτω γενέσθαι, ἀνιερώτατος μὲν οὗτος λόγων σοφιστικῶν· τί δ' ὅμως, εἰ οὕτως ἐχρῆν γενέσθαι, σὺ ὁ δύστηνος ἐν Δελφοῖς καθεζῇ τὰ κενὰ καὶ μάταια ᾄδων; Τί δέ σου ὄφελος ἡμῖν; τί δὲ μαινόμεθα οἱ πανταχόθεν τῆς γῆς ἐπὶ σὲ ἥκοντες; τί δὲ σὺ κνηφίας (50); » Τοιαῦτα τῆς Οἰνομάου παῤῥησίας τὰ κατὰ τῆς τῶν γοήτων φορᾶς, κυνικῆς οὐκ ἀπηλλαγμένα πικρίας· οὐδὲ γὰρ δαίμονος, μὴ ὅτι θεοῦ, τοὺς παρ' Ἕλλησι θαυμαζομένους χρησμοὺς εἶναι βούλεται, γοήτων δ' ἀνδρῶν πλάνας καὶ σοφίσματα ἐπὶ ἀπάτῃ τῶν πολλῶν ἐσκαιωρημένα· ὧν ἐπείπερ ἅπαξ ἐμνήσθημεν, οὐδὲν ἂν γένοιτο ἐμποδὼν τοῦ καὶ ἑτέρων ἐλέγχων ἐπακοῦσαι καὶ πρώτου γε, δι' οὗ φησιν ὁ αὐτὸς ἑαυτὸν ὑπὸ τοῦ Κλαρίου Ἀπόλλωνος ἠπατῆσθαι, γράφων ὧδε·

A que deque haberes, seu quid inepte moliretur, ad invadendum alienum imperium ambiguo incitatus oraculo: **213** seu contumeliosi forte malitiosique nonnulli, cum tibi ob furiosum hominem consilio tuo præcipitem actum, laus ab iis prædicatioque deberetur, hoc insuper crimini tibi darent, quod ne vocem quidem protulisses in utramque significationem æqualiter propendentem, uti Lydus ille justam dubitandi atque amplius quærendi causam haberet: sed tuum illud καταλῦσαι, hoc est, evertere, uno duntaxat apud Græcos sensu usurpetur, nec jam de imperio deturbari suo, sed alienum præterea suam in potestatem redigere significet. Nam Cyrus ille quidem semimedus aut semiperses, seu mavis ejusmodi qui matrem si spectes, tyrannico, sin patrem, privato genere satus esset; ille, B inquam, hoc in ænigmate muli nomine adumbratus, non modo stolidum musæ tumorem ac fumum indicat, sed etiam divinationem divinationis expertem, si quidem vates vim ænigmatis ab illo capi non posse nesciret. Sin autem cum id probe sciret, ei tamen hunc in modum, quæ sua cum petulantia est, tum malitia, ludere placuit; Papæ! quales dii ludos agunt! Denique, si ne id quidem, sed tantum quod ita rem evenire oportuerit; primum certe, profanum ille admodum sese probat, qui verbis ad ludificandum compositis abutatur: deinde, esto, rem ita evenire oportuerit; quid tu Delphis tamen, infortunate, sessitas, rebus vanis ac futilibus occinendis occupatus? Quid porro te nobis C opus? quæ nos intemperiæ tenent, quotquot ad te tibi tot sacrificiorum nidorem? » Hæc Œnomaus universo ex orbe concurrimus? quorsum denique summa libertate adversus ipsum præstigiatorum afflatum, quæ sane aliquid Cynicæ dicacitatis habent: utpote qui ne dæmonis quidem, nedum ut dei, quæ Græci tantopere suspiciunt, oracula esse velit, sed maleficorum hominum fraudes potius ac versutas argutias, ad vulgus in errorem inducendum malitiose comparatas. Et quoniam semel eorum meminimus, juverit aliorum insuper confutationes audire, atque illius in primis, quo se ipsum idem Œnomaus ab Apolline Clario deceptum fuisse testatur his verbis:

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Ὡς ἐπλάνων διὰ τῶν χρησμῶν παίζοντες τοὺς ἐρωτῶντας.

« Ἀλλὰ δὴ ἔδει τι καὶ ἡμᾶς τῆς κωμῳδίας μετασχεῖν, καὶ μὴ σεμνύνεσθαι ὡς οὐκ ἐμπεσόντας εἰς τὴν κοινὴν παραπληξίαν, καὶ τὴν ἐμπορίαν εἰπεῖν ἣν καὶ (50') αὐτὸς περὶ σοφίας ἐνεπορευσάμεθα ἐκ τῆς Ἀσίας, ὦ Κλάριε, παρὰ σοῦ (51). Ἔστιν ἐν Τραχῖνος (52) αἴῃ κῆπος Ἡρακλῆος πάντ' ἔχων θάλλοντα, πᾶσι δρεπόμενος πανημαδὸν (53),

CAPUT XXII.

Quemadmodum eos a quibus consulebantur illudentes, responsis suis in fraudem impellerent.

« Sed nimirum, inquit, nos etiam in comœdiæ partem vocari oportebat, ne nobis ipsi nimium placeremus, quod nobis communem hanc vesaniam declinare licuisset: easque adeo merces exponere, quas **214** ipsi quoque hac in sapientiæ negotiatione ex Asia tuo, Clarie, beneficio reportavimus. Herculeus quidam in Trachiniæ regione hortus est, in quo passim omnia germinant, quique cum omnium manibus,

[a] *Isc.* ἀφέντι.

(48) *Ἡμίονος.* Ita responderat Pythius apud Herod.: *Ἀλλ' ὅταν ἡμίονος βασιλεὺς Μήδοισι γένηται, Καὶ τότε, Λυδὲ ποδαβρὲ, πολυψήφιδα παρ' Ἕρμον Φεύγειν, μηδὲ μένειν, μηδ' αἰδεῖσθαι κακὸς εἶναι.*

(49) *Ἤδη.* Ita γρ., et recte pro ἤδη.

(50) *Τί δὲ σὺ κνηφίας;* Ita omnes, nisi quod inus, σοὶ pro σύ legit. Mihi quidem τὸ *κνηφίας* gnota vox est. Quod sufficerem, aliud præter τί δέ κνίσσας, occurrit nihil; et ἀκολουθία οὐκ ἀπροσκόνυσος.

(50') *Αὐτός.* Lege αὐτοί. EDIT.

(51) *Παρὰ σοῦ.* Nulla hic erat ante distinctio, quam tamen sententia maximam postulare videbatur. Oraculum enim, opinor, sequitur, quod bonum Œnomaum in errorem induxerat.

(52) *Ἐν Τραχῖνος.* Scriptum erat Τριχῆνος, et paulo post, Τριχῆνα. Sed alter manuscriptus habet Τραχῖνα. Quæ mihi lectio rectior visa est. V. infra p. 200.

(53) *Πανημαδόν.* Rara vox, si proba est, quæ πανῆμαρ, credo, significat. Quid si πανήδαμον, quod Hesychio est διὰ βίου?

Digitized by Google

. . . . *nullo non tempore passim*
Carpatur, tamen haud unquam decrescere visus,
Æternis augetur aquis.

Ego igitur, ut audivi, continuo stolidus ac vecors, ab Hercule vana spe inflari ipse quoque ac propter Trachiniæ nomen, Hesiodicum aliquem Herculei horti passim germinantis sudorem, facilem vero solutamque vitam, propter florentis horti mentionem, animo somniare. Deinde, quærenti porro, num opem Superi laturi mihi essent, laturos unus e vulgo etiam jurejurando confirmavit. Certo enim se de Callistrato quodam, mercatore Pontico, qui simile abs te beneficium accepisset, audiisse. Quod ego postquam rescivi, quam id me graviter tulisse existimas, cum ab eo me hac possessione virtutis occupatum ac superatum putarem? Sed tamen hoc in molestiæ sensu, in mercatorem istum inquirere cœpi, num ab Hercule blandius aliquanto, ac suavius ipse quoque habitus fuisset: quem ego nonnullo etiam labore vexari, et lucri cupiditate ductum, suaviorem aliquam ex eo lucro vitam sperare deprehendi. Quare, cum nostris geminas mercatoris istius rationes viderem, et oraculum et Herculem deinceps valere jussi, indignum ratus similem istorum subire fortunam, quorum præsentes quidem labores, mensas vero non nisi spe tenus viderem. At videlicet, neque latro, neque miles, nec amator, nec amasia, neque adulator, neque rhetor, neque sycophanta suum aliquod non habet oraculum. Nam ut cuique cupiditas inest, ita vel sibi laboriosum aliquid existimat, vel aliquid voluptatis exspectat. » Quibus ille commemoratis pergit deinceps ostendere, quemadmodum iterum ac tertio consultos abs sese vates egregios, nihil omnium nosse, sed tantum orationis ambiguæ tenebris ignorantiam suam occultare compererit. Sic ergo loquitur.

A *Οὐδ' ὀλιζοῦται,*
Βέβριθε δ' ὑδάτεσσιν διηνεκέσσιν.

Εἶτ' ἐγὼ ἀκούσας ὁ βάκηλος, καὶ αὐτὸς ὑπὸ τοῦ Ἡρακλέος ἐφυσήθην, καὶ τοῦ Ἡρακληΐου κήπου θάλλοντος Ἡσιόδειόν τινα (54) ὀνειροπολῶν ἱδρῶτα διὰ τὴν Τραχῖνα, καὶ ῥηϊδίην αὖθις ζωὴν, διὰ τὸν θάλλοντα κῆπον. Εἶτά μοι ἐπερομένῳ, εἰ μοι συναίρονται οἱ θεοὶ, εἴς τις ἐκ τῶν πολλῶν λέγει, ἐπομνύμενος αὐτοὺς τοὺς συναιρομένους θεούς· ἢ μὴν περὶ [a] σοῦ ἀκηκοέναι αὐτὸς, τοῦτο Καλλιστράτῳ ὠδομένον Ποντικῷ τινι ἐμπόρῳ. Ἐγὼ οὖν, ὡς ἤκουσα, πῶς οἴει, ἠγανάκτησα, ὡς δὴ τῆς ἀρετῆς ὑπ' αὐτοῦ ἀποστεροῦμενος; Ἀλλὰ καίπερ ὅμως [b] δυσφορῶν ἐνεσκοπούμην τὸν ἔμπορον, εἴ τι κἀκεῖνος ἐθλίφθη ὑπὸ τοῦ Ἡρακλέους· ἐφαίνετο δὴ οὖν κἀκεῖνος πόνον τινὰ πονεῖν, καὶ κέρδους ἐφίεσθαι, καὶ βίον τινὰ ἡδὺν ἐκ τοῦ κέρδους προσδοκᾷν. Ὡς δ' ὁ ἔμπορος, ὡς ἐγὼ, ἐφαίνετο, οὐκ ἔτι τὸν χρησμὸν ἐδεχόμην, οὐδὲ τὸν Ἡρακλέα, ἀλλ' ἀπηξίουν τῶν αὐτῶν κοινωνεῖν, εἴς τε τοὺς παρόντας πόνους αὐτῶν ἀποβλέπων, καὶ τὰς ἐν ἐλπίδι φάτνας (55). Ἀλλ' οὐδ' ὁ ληστὴς ἄμοιρος ἐφαίνετο τοῦ χρησμοῦ, οὐδ' ὁ στρατιώτης, οὐδ' ἐρῶν ἀνὴρ, οὐδ' ἐρῶσα γυνὴ, οὐδὲ κόλαξ, ἢ ῥήτωρ, ἢ συκοφάντης. Ἑκάστῳ γὰρ ὡς ἐπιθυμεῖ ἡγεῖσθαι μὲν τὸν πόνον, προσδοκᾶσθαι δὲ τὴν εὐφροσύνην. » Ταῦτα ἐκθέμενος, εὐθὺς ἐπισυνάπτει ἑξῆς, ὡς καὶ δεύτερον ἐρωτήσας καὶ τρίτον, οὐδὲν εἰδότας ἔγνω τοὺς θαυμασίους, μόνῳ δὲ τῷ τῆς ἀσαφείας σκότῳ τὴν σφῶν ἄγνοιαν ἐπικρύπτοντας. Λέγει δ' οὖν.

CAPUT XXIII.

Eosdem orationis obscuræ tenebris ignorantiam suam occultare solitos.

« Cum jam in cursu, inquit, mea mihi mercatura esset, mihique tantum homo **215** desideraretur, qui velut hospitem ad sapientiam manu deduceret, nec usquam ejus facilis mihi copia fieret; petebam abs te, uti ejusmodi quoque aliquem indicares. Tu vero . . . . . Quid ais rerum? si fictor aut pictor esse vellem, earumque artium magistros quærerem, satisne mihi tuum istiuc . . . . . audisse foret? num potius, qui sic mihi responderet, eum furere dicerem? Verum id assequi forte

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Ὅτι τῷ τῆς ἀσαφείας σκότῳ τὴν σφῶν ἄγνοιαν ἐπικρύπτουσιν.

« Ἐπεὶ δέ μοι τὰ τῆς ἐμπορίας ἤδη πρὸ ὁδοῦ ἦν, ἀνδρὸς δὲ ἔδει τοῦ ξεναγωγήσοντος ἐπὶ τὴν σοφίαν, ἄπορος δὲ ἐφαίνετο οὗτος, σὲ ἐδεόμην καὶ τούτου γενέσθαι ἐνδείκτην, Ἔν τε τοῖσιν εὐπελέεσσιν (56), ... ἠδ' Ἀχαιοῖς, χρέος θήσεται. Τὸ δ' ἐκτεκμαρθὲν οὐδὲ μικρὸν ἕξεται (57). Τί φῄς; εἰ δ' ἀγαλματοποιός τις ἢ ζωγράφος ἐπεθύμουν γενέσθαι, καὶ διδασκάλους ἐζήτουν, ἆρά μοι ἤρκει ἀκοῦσαι, Ἔν τε τοῖσιν εὐπελέεσσιν; ἀλλ' οὐκ ἂν μαίνεσθαι εἶπον τὸν λέγοντα; Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἴσως οὐχ ἱκανὸς εἶ εἰδέναι,

[a] *Isocr. παρά.* [b] *Isocr. οὕτως.*

(54) *Ἡσιόδειόν τινα.* Tralatitium illud Hesiodi significat:
Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
Ἀθάνατοι· μακρὸς δὲ, καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν,
Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον· ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηται,
Ῥηϊδίη δ' εἶπειτα πέλει, χαλεπὴ περ ἐοῦσα.
Porro hinc etiam liquet, legendum Τραχῖνα, cum ex hoc nomine, τραχὺ et asperum aliquid sonante, illum Œnomaus Hesiodi sudorem, καὶ τρυχὴν οἶμον ominaretur.

(55) *Φάτνας.* *Mensas* reddere malui quam *stabula* vel *præsepia.* Hesych., *φάτνη·* καὶ ἡ τράπεζα, καὶ ἡ τῶν κτηνῶν, καὶ εἴ τι τῶν τοιούτων. Eadem Suidas habet, tametsi quod ait Œnomaus, παροιμιώδές τι præ se ferre, et equos longo fessos itinere, et stabuli quietem ac pabulum anhelantes respicere videatur.

(56) *Ἔν τε τοῖσιν εὐπελ.* Ad supplendum hoc oraculum, opus sit plus quam Œdipo.

(57) *Οὐδὲ μικρὸν ἕξεται.* E manuscr. alter, οὐδέ μιν σκομφύξεται, et supra, σκομφιέζεται. Alter, οὐδὲ μὴν σκομφυέζεται. Montac., οὐδὲ μίαν σκομφυέζεται, et in margine, σκομφίζεται. Multa, et mala, καὶ οὐδὲν ὑγιές.

Digitized by Google

ἀσάφειαν γὰρ ἔχει πολλὴν τὰ ἀνθρώπεια ἤθη· ὅπου δέ μοι ἐκ Κολοφῶνος ἄμεινον πορεύεσθαι, οὐκ ἔθ' οὕτως ἀφανὲς τῷ Θεῷ· Ἐκ ταυστρόφοιο λάας σφενδόνης ἰεὶς ἀνὴρ, χῆνας ἐράριζε βουλαῖσιν, ἀσπέτους, ποιηβόρους. Τοὺς δὲ ἀσπέτους, ποιηβόρους χῆνας τίς μοι μηνύσει· ὅ τί ποτε λέγουσι; τίς δὲ τὴν ταυόστροφον σφενδόνην; Ὁ Ἀμφίλοχος, ἢ ὁ Δωδωναῖος, ἢ σὺ ἐν Δελφοῖς, εἰ γενοίμην; Οὐκ ἀπάγξῃ που ἀπελθὼν τῇ ταυστρόφῳ σφενδόνῃ μετὰ τοῦ ἀδιανοήτου ποιήματος; » Ἀλλὰ γὰρ τούτων ὧδε ἐληλεγμένων, ὥρα συνιδεῖν αὖθις ἄνωθεν, ὅπως τοὺς παλαιτάτους χρησμοὺς τοὺς ἐν Δελφοῖς ὁ αὐτὸς ἀπελέγχει, τοὺς δὴ μάλιστα ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς ἱστορίαις θαυμαζομένους. Πολὺς ἦν ὁ Περσῶν στρατὸς ὡπλισμένος κατὰ Ἀθηναίων· οὐδ' ἦν τις αὐτοῖς ἄλλη σωτηρίας ἐλπὶς, ἢ μόνος ὁ θεός. Οἳ δὴ, τοῦτον ὅστις ἦν[a] εἰδότες, τὸν πάτριον ἀρωγὸν ἐπεκαλοῦντο. Ὁ ἐν Δελφοῖς Ἀπόλλων ἦν οὗτος. Τί οὖν ὁ θαυμαστὸς οὗτος; Ἆρά γε τῶν οἰκείων ὑπερεμάχει; Ἆρα λοιβῆς καὶ κνίσσης ἐμέμνητο, καὶ ὧν αὐτῷ συνήθως ἐτέλουν τὰς ἑκατόμβας ἐπιθύοντες; Οὐμενοῦν. Ἀλλὰ τί φησιν; φεύγειν, καὶ φεύγειν ξύλινον τεῖχος παρασκευασαμένους (οὕτω τὸ ναυτικὸν δηλῶν), δι' οὗ μόνου φησὶν αὐτοὺς σωθήσεσθαι, τῆς πόλεως ἐμπρησθείσης. Ὦ μεγάλης θεοῦ βοηθείας. Εἶτα πολιορκίαν οὐ μόνον τῶν ἄλλων κατὰ πόλιν οἰκοδομημάτων, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τῶν τοῖς θεοῖς ἀφιερωμένων προλέγειν δῆθεν προσποιεῖται. Τοῦτο δὲ καὶ δίχα χρησμοῦ τοῖς πᾶσιν ἐκ τῆς τῶν πολεμίων ἐφόδου προσδοκᾶν ἦν. Εἰκότα δῆτα ποιῶν ὁ συγγραφεὺς, διαπαίζει πάλιν τὴν Ἑλληνικὴν ἀπάτην ἐξελέγχων ἐν τούτοις.

A ob nimiam morum humanorum obscuritatem non poteras: quo me quidem Colophone proficisci satius esset, in hoc non usque adeo cæcutiebat deus. *Gyrovaga*, inquit, *lapides funda excutiens, anseres prudenter interfice, immensos, herbivoros.* Immensos autem illos, atque herbivoros anseres, quos isti tandem intelligant; quis edisseret? quis fundam porro ingenti gyro circumactam? Utrum Amphilochus, an Dodonæus aliquis? an tu ipse Delphis, si me illic sisterem? Quin tu malum hac tua gyrovaga funda gulam tibi frangis, cum tuo isto inexplicabili carmine? » Sed age jam horum consultatione præmissa, vetustissima Delphorum oracula, quæque Græcis præsertim historiis ad miraculum usque celebrantur, e superiore memoria repetamus, B eaque ab eodem quemadmodum redarguantur, videamus. Persarum ingens adversus Athenienses exercitus in armis erat. Hi cum nullam sibi spem salutis nisi in uno deo reliquam viderent, quem ipsi non satis noverant, tutelarem tamen ac patrium defensorem invocabant. Nimirum is Apollo Delphicus erat. Quid ergo hic numen egregium? An pro suorum salute dimicavit? An libaminum, aut nidoris, an cæterorum meminit, quæ suum in honorem, immolandis more institutoque majorum hecatombis, ab iis fiebant? Nihil minus. Quid ergo jubet? fugere: sed ita fugere, uti ligneo muro (ita nempe classem vocabat) ad fugam uterentur: atque hanc unam, inflammata jam urbe, salutis expediendæ rationem esse dicebat. Præclarum enimvero numinis auxilium. Deinde non aliorum tan- C tum urbis ædificiorum, sed eorum quoque scilicet, quæ sacra diis erant, pestem se fingit exoidiumque prædicere. Atqui satis id vel ex ipsa hostium impressione, citra ullum oraculum, exspectari potuit. Itaque jure profecto noster ille scriptor hunc rursus Græcorum errorem lepide ac facete his verbis illudit:

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ'.

Ὅτι μηδὲν δυνάμενοι βοηθεῖν ἐν ταῖς τῶν πολέμων συμφοραῖς, δι' ἀμφιβόλων χρησμῶν ἐσοφίζοντο καὶ ἠπάτων τοὺς πρύσφυγας.

« Ἀλλὰ τὰ μὲν τοιαῦτα ἴσως ἐθελοκάκου τινός ἐστιν· ἐκεῖνα δεῖ μᾶλλον εἰς τὴν κρίσιν προάγειν, τὰ πρὸς Ἀθηναίους. Καὶ δὴ λεγέσθω τὰ πρὸς Ἀθηναίους.

216 CAPUT XXIV.

Cum nihil belli temporibus opis ferre possent, suos ab iis clientes fuisse responsorum ambiguitate delusos.

« At ista forte, inquit, malitiosi prævaricatoris fuerint, adeoque præstiterit, quid ab eodem Athenienses responsi tulerint, in quæstionem ac disceptationem vocare. Age ergo, cujusmodi tandem illud sit, videamus.

Ὦ μέλεοι (58), τί κάθησθε; πόλιν φύγετ' ἔσχατα [γαίης·

Quid, stolidi, hæretis? misera quin cedite urbe?

Οὔτε γὰρ ἡ κεφαλὴ μένει ἔμπεδος, οὔτε τὸ σῶμα, D Οὐ χέρες, οὐδὲ πόδες νέατοι. Κατὰ γάρ μιν ἔρ- [ρῳψε[b]

Ut cui non solidum caput ægro in corpore surgat, Non palmas, imosve pedes sua robora firment.

Πῦρ τε καὶ ὀξὺς Ἄρης, Συριηγενὲς ἅρμα διώκων·

Numque illam flammæ Syriosque in prælia currus

[a] γρ. *add.* οὐκ [b] Ισ. ἐρείψει.

(58) Ὦ μέλεοι. Vide Theodoret. lib. x *De Græcor. affectionib.* Pythiæ responsum hoc est, Aristonices nomine, ut scribit Herodot. lib. VII, p. 487, ubi Athenienses Græciæ σωτῆρας appellat, quod, frementibus licet oraculorum minis atque terroribus, invadentem hostem fortiter excepissent. Magna in oraculo diversitas. In primo versu λιπὼν φεὺγ' pro πόλιν φύγετ'. Secundus apud Herodot. additur:

Δώματα, καὶ πόλιος τροχοειδέος ἄκρα κάρηνα.

Tertius, qui Herodoto quartus:

Οὔτε πόδες νέατος, οὔτ' ὦρ χέρες, οὔτε τι μέσσης.

Hinc quintus sequitur:

Λείπεται, ἀλλ' ἄζηλα πέλει, κατὰ γάρ μιν ἐρείπει,

recte, non ἔρρωψε, ut hic. Quartus, Herodoto sextus, habet συριηγενές, melius quam συριγενές. Quintus, Herodoto septimus:

Πολλὰ δὲ κἄλλ' ἀπολεῖ πυργώματα, νοὺ τὸ σὸν [οἶον.

Post δείματι παλλόμενοι, addit:

. . . Κατὰ δ' ἀκροτάτοις ὀρόφοισι
Αἷμα μέλαν κέχυται προϊδὸν κακότητος ἀνάγ- [κας.
Ἀλλ' ἴτον ἐξ ἀδύτοιο, κακοῖς δ' ἐπικίδνατε θυμόν.

Digitized by Google

Sternet agens Mavors, atque altas funditus arces
Eruet, ac superum templis incendia mittet,
Qui nunc fortassis magno terrore subacti
Expresso sudore fluxni.

Ecce tibi quid Atheniensibus oraculi fuderit: numquid in eo vel tenuissimum est divinationis vestigium? Quippe, Tu enim (dicat aliquis) id oraculi scilicet, si aliud nihil fuerit, carpere ac traducere audeas. At si, quæ auxilium flagitantibus subjunxit, addideris, tum quale demum illud sit, intelligetur. Addamus ergo,

Jam magnum placare Jovem Jove nata Minerva
Haud precibus votisque potest.
Quod tamen indomita cognovi ex Virgine, pandam.

Ut reliquis victor potiatur,
Lignea securo consistere mœnia vallo,
Optatamque tibi sobolique afferre salutem
Juppiter indulsit natæ. Tu, ne pedes hostis
Neve eques hic stantem inveniat, dare terga memento:
Namque infesta tibi trahet obvius agmina ductor.
217 *Divina o Salamis, matrum tu pignora perdes,*
Sive Ceres dispersa ierit, seu venerit ipsa.

Jovem hercle tu nobis Jove dignum, o Jovis fili; dignam Minerva Minervam fingis, o Minervæ frater: et ista voluntatum studiorumque pugna, patrem admodum ac filiam, imo deos omnino decet. Quin etiam Olympius iste tuus, qui nisi adductum Susis infinitum exercitum admoveret, urbi uni expugnandæ par esse non posset, magni aliquid est videlicet, atque ejusmodi, penes quem sit orbis potestas universi. Nam illud quidem quam vero simile, ut cui ad evertendam unicam Europæ urbem vires defuerint, idem ex Asia vim tantam populorum in Europam agere concitareque potuerit. Tu autem, o noster audax (dicant homines illi, quibus Jovem Olympium exorare Minerva non potest), qui ubi causæ nihil est, usque adeo præceps in adeundis periculis esse soles, hunc ad casum non ingemiscis? An vero lapidibus lignisque Jupiter, non hominibus succensebat, ut homines quidem pesti subduceres, is autem ædificia ascititio quodam igne

A *Πολλὰ δὲ τῇδ' ἀπολεῖ πυργώματα καὶ κατα-*
[*ψει* [a].
Πολλοὺς δ' ἀθανάτων νηοὺς μαλερῷ πυρὶ δώσει,
Οἱ που νῦν ἱδρῶτι ῥεύμενοι ἑστήκασιν
Δείματι παλλόμενοι.

Ἰδοὺ δή σοι τὸ πρὸς Ἀθηναίους λόγιον· ἦπου τι μαντικὸν ἔνεστι; Σὺ γὰρ οὕτως ἐθάρρεις αὐτῷ, νὴ Δία, φαίη τις ἄν. Εἰ δὲ προσθείης ἃ, δεομένων βοηθεῖν, αὐτοῖς ἐπιλέγεται γνωσθήσεται. Ἰδοὺ δὴ προσκείσθω·

Οὐ δύναται (58') *Παλλὰς Δί' Ὀλύμπιον ἐξιλάσα-*
[*σθαι,*
Αἰσσομένη πολλοῖσι λόγοις.
Σοὶ δὲ τόδ' αὖτις ἔπος ἐρέω, ἀδάμαντι (59) *πε-*
[*λάσσας·*

B *Τῶν ἄλλων γὰρ ἀλισκομένων,*
Τεῖχος Τριτογενεῖ (60) *ξύλινον διδοῖ εὐρύοπα Ζεύς,*
Μοῦνον ἀπόρθητον τελέθειν τέκος σε, τέκνα τ' ὀπ-
[*σει·*
Μηδὲ σύ γ' ἱππόσυνήν τε μένειν, καὶ πεζὸν ἰόντα,
Νῶτον ἐπιστρέψας· ἔτι τοί ποτε κάντιος ἔσσει,

Ὦθεὶ Σαλαμὶς (61) *ἀπολεῖς δὲ σὺ τέκνα γυναικῶν,*
Ἤ που σκιδναμένης δημήτερος, ἢ συνιούσης.

Ἄξιός τέ σοι ὁ Ζεὺς τοῦ Διός, ὦ υἱὲ τοῦ Διός· ἀλλὰ καὶ ἡ Ἀθηνᾶ τῆς Ἀθηνᾶς ἀδελφή· ἥ τε σπουδὴ αὕτη καὶ ἡ ἀντισπουδία ἐπιπρέπει τῷ πατρὶ καὶ τῇ θυγατρί, μᾶλλον δὲ τοῖς θεοῖς· ὃ τε Ὀλύμπιος οὗτος ὁ τὴν μίαν ταύτην πόλιν ἐξελεῖν ἀσθενῶν, εἰ μὴ ἀπὸ Σούσων ἐπαγάγῃ αὐτῇ τὸν ἄπειρον ἐκεῖνον στρατὸν, μέγας τις ἄρα ἦν, καὶ τὴν τοῦ παντὸς κυρίαν ἔχων, καὶ πιθανὸς ἅμα, ἐκ μὲν τῆς Ἀσίας εἰς τὴν Εὐρώπην κινῶν ἔθνη τοσαῦτα, ἐν δὲ τῇ Εὐρώπῃ μίαν πόλιν ἀνατρέψαι ἀδύνατος ὤν. Καὶ σὺ δὲ ὁ τολμηρὸς ἅμα, καὶ ἐπὶ τῷ μηδενὶ ῥιψοκίνδυνος, οὐκ οἰμώζεις; (εἶπον ἄν ἄνθρωποι, ὑπὲρ ὧν ἡ Παλλὰς οὐ δύναται Δί' Ὀλύμπιον ἐξιλάσασθαι·) Ἢ οὐ τοῖς ἀνθρώποις ἐμήνιεν ὁ Ζεὺς, ἀλλὰ τοῖς λίθοις καὶ τοῖς ξύλοις· κἄπειτα σὺ μὲν τοὺς ἀνθρώπους ἔσωζες, ὁ δὲ τὰ οἰκοδομήματα ἐνεπίμπρα τῷ [b] πυρί; οὐ γὰρ ἦν αὐτῷ κεραυνὸς τηνικαῦτα. Ἢ μήτι μᾶλλον ἡμεῖς τολμηροί τέ ἐσμεν καὶ ῥιψοκίνδυνοι, οὐκ ἐπιτρέποντες ὑμῖν οὕτω φληναφεῖν. Πῶς δὲ, ὦ

[a] *Ισ. κατερείψει.* [b] *γρ.* ἐπακτῷ.

(58') *Οὐ δύναται.* Herodot. ibid. secundum versum implet, καὶ μήτιδι πυκνῇ. Quartum vero sic: . . . . . *Ὅσα Κέκροπος οὖρος·*
tum quintus sequitur:
Ἔντος ἔχει, κενθμὼν τε Κιθαιρῶνος ζαθέοιο.
Post πεζὸν ἰόντα, addit Herodot.:
Πολλὸν ἀπ' ἠπείρου στρατὸν, ἠσυχος· ἀλλ' ὑπο-
Tum sequitur: [*χωρεῖν.*
Νῶτον ἐπιστρέψας, ἔτι τοί ποτε κάντιος ἔσσῃ·
id est, *si forte adversus adhuc eris.* Sed alter e manuscr. ἔσται pro ἔσσῃ, quod etiam malui, præsertim quod Œnomaus infra p. 218 hanc vocem repetat. Porro quæ necessaria non putabat, resecuit Œnomaus.

(59) *Ἀδάμαντι.* Interpres Herodoti, *adamanti propinquans*, vel, *adamante*, ut Nicephori Synesiani interpres vertit, pag. 368. Ego, Minervam intellexi, cujus hic res agebatur. Ἀδάμας, quasi ἀδάμαστος, Minerva, non tantum διὰ τὸ ἐν πολέμοις ἄμαχον, quo modo Hesychius τὸ *ἀδάμας* explicat, ἀθαμβὴς et ἰσχυρός, sed etiam quod virgo et innupta persisteret, et cognomento *Παρθένος* in Atheniensi arce coleretur.

(60) *Τριτογενεῖ.* Alter e manuscr., Τριτογενείᾳ, recte, κατὰ συνίζησιν. Porro Theodoretus hæc cum præcedentibus pugnare contendit: Τούτῳ γε, inquit (nempe τῷ, *οὐ δύναται Πάλλας*) ἀντικρὺς ἐναντίον τὸ ἐφεξῆς. Εἰπὼν γὰρ ὡς ὁ Ζεὺς οὐ πεῖθεται πεπτωκυίᾳ τῇ Ἀθηνᾷ, ὥσπερ μεταβληθεὶς ἔφη πάλιν, Τεῖχος, Τριτογ., etc. Responderet fortasse callidus vates, ita placari Jovem non potuisse, ut a Persis urbi parceretur; hoc Minervæ tamen indulsisse, ut ligneo muro salutem quæreretur.

(61) *Ὦ θεὶ Σαλαμίς.* Themistocles apud Plutarch. ex illo Salaminis epitheto bene ominari jubet. Τῷ δὲ χρησμῷ, inquit Plut., πάλιν ἐδημαγώγει, λέγων μηδὲν ἄλλο δηλοῦσθαι ξύλινον τεῖχος, ἢ τὰς ναῦς. Διὸ καὶ τὴν Σαλαμῖνα θείαν, οὐχὶ δειλὴν, οὐδὲ σχετλίαν καλεῖν τὸν θεὸν, ὡς εὐτυχήματος μεγάλου τοῖς Ἕλλησιν ἐπώνυμον ἐσομένην. Simile huic oraculum Pandosenis editum: Πανδοσίη τριπόλωνε, το-

Digitized by Google

μάντι (62), ὅτι μὲν ἡ θεία Σαλαμὶς ἀπολεῖ τέκνα γυναικῶν ἤδεις· πότερα σκιδναμένης Δημήτερος ἢ συνιούσης, οὐκ ἔτ' ἤδεις; Πῶς δὲ οὐδὲ τοῦτο ἤδεις, ὅτι τὰ τέκνα τῶν γυναικῶν εἴποι μὲν ἄν τις εἶναι καὶ τὰ οἰκεῖα, εἴποι δ' ἂν καὶ τὰ πολέμια, αἰσθόμενος τοῦ κακοτεχνήματος; Περιμένειν δὲ δεῖ τὸ ἀποβησόμενον· ἐν γὰρ δή [a] τι τούτων ἀποβήσεσθαι. Ἡ γάρ τοι Σαλαμὶς ἡ θεία οὐδὲ ἠττωμένων ἀφήρμοσεν ἄν, ὡς εἰς οἶκτον οὕτως ἐπιφωνουμένη· ἥ τε μέλλουσα τῶν νηῶν μάχη, ἤτοι που σκιδναμένης Δημήτερος ἢ συνιούσης, καταπέπλασται τῇ ποιητικῇ σεμνολογίᾳ, ἵνα γένηται μάντευμα ἀφώρατον τῷ σοφισμῷ, καὶ μὴ εὐθὺς καταφανὲς ᾖ, ὅτι ἐν χειμῶνι μάχη ναυτικὴ οὐ συνίσταται. Ἤδη δὲ οὐδὲ ἡ τραγῳδία ἀφανὴς, οὐδὲ θεοὶ ἐπικυκλούμενοι (63), ὁ μὲν ἱκετεύων, ὁ δὲ οὐ κατακαμπτόμενος· χρήσιμοι τῷ μέλλοντι, καὶ τῇ τοῦ πολέμου παραδόξῳ ῥοπῇ, ὁ μὲν σωζομένοις, ὁ δ' ἀπολλυμένοις. Εἴτε γὰρ σώζοιντο, ἰδοὺ αἱ τῆς Παλλάδος λιταὶ προμεμήνυνται, ἱκαναὶ οὖσαι κάμψαι τὴν τοῦ Διὸς ὀργήν· εἴτε καὶ μὴ, οὐδὲ τοῦτο τῷ μάντει ἀκατασκεύαστον· οὐ γὰρ δύναται Παλλὰς τὸν Δία ἐξιλάσασθαι· πρός τε τὰς ἡμικάκους τύχας ὁ τεχνίτης ἐκέρασε τὸ λόγιον, ὡς δὴ τοῦ Διὸς τῇ μὲν τὴν ἑαυτοῦ πρόθεσιν ἐκτελέσαντος, τῇ δὲ τὴν δέησιν τῆς θυγατρὸς οὐ περιφρονήσαντος. Τά τε πυργώματα ὅτι πολλὰ ἀπολεῖται, εἰ μετὰ ναρθήκων, ἀλλὰ μὴ μετὰ σιδήρου καὶ πυρὸς ἐπῆεσαν, τάχα ἂν ψεῦδος ἦν, ὁπότε καὶ μετὰ ναρθήκων ἔπραξαν ἄν τι πάντως οἱ τοσοῦτοι. Ἀλλ' ἐγὼ, φησὶν, ἐξεῦρον τὸ ξύλινον τεῖχος, τὸ μόνον ἀπόρθητον. Συμβούλευμά σοί γε (64), ἀλλ' οὐ μάντευμα, οὐκ ἀπεοικὸς τῷ

A consumeret? nec fulmen ei tum suppetebat. Nisi tamen audaciores ipsi sumus, nimiumque sine causa præcipites, qui ne vos quidem libere nugas agere patiamur. At quomodo tamen, bone vates, futurum noveras, ut mulierum fetus divina Salamis perderet, idem utrum id sementis, an messis tempore futurum esset, ignorabas? Imo cur ne hoc quidem noveras, fetus illos mulierum, uti suos ac proprios, sic etiam hostium liberos, a quolibet, qui ludificationem subodoraretur, intelligi omnino posse? At exitus nimirum exspectandus est; prorsus enim alterutrum eveniat oportet. Nam ista quidem divina Salamis, utri tandem vincerentur, semper utique cum oracuło congrueret, quasi ad commiserationis B sensum ejusmodi carmine vocaretur: navalis autem pugna sub sementis messisve tempus futura, specie verborum plane poetica fingebatur, ne responsi vanitas, his verborum argutiis tecta deprehendi posset; neve id omnes continuo viderent, navalem pugnam committi sub hyemem non solere. Jam vero ne ipsius quidem tragœdiæ finis, aut invectorum Numinum ratio obscura est. Supplex alterum, alterum minus exorabile fingitur: utrumque in futuri casum, et ancipitem bellorum inclinationem opportune, alterum quidem, si salvi forent, alterum vero, si perirent. Nam si ab exitio liberarentur, eo tibi ante Minervæ preces insinuatæ erant, **218** quæ ad frangendam Jovis iracundiam satis haberent virium; sin autem, ne id quidem vati non provisum: Nec enim Jovem, inquit, exorare Mi- C nerva potest. Ita suum isthuc oracuło in tristis lætæque sortis exitum bonus artifex temperavit; uti Jupiter et satis consilio fecisse suo, nec tamen omnino filiæ observantiam repudiasse videretur. Nam arces quidem plurimas exscindendas esse, id si modo ferulis, non autem ferro ignique armati urbem invaderent, falsum esset fortassis: tametsi aliquid tanta solis etiam instructa ferulis multitudo potuisset. At ligneum, inquit, murum inveni, qui unus expugnari non possit. Consilium das Apollo, non divinas: et consilium quidem alteri huic geminum,

Φεύγειν μηδὲ μένειν, μηδὲ δεῖσθαι (65) *κακὸν [εἶναι.*

I, fuge, rumpe moras; nec probro ignavia detur.

Ὁ γοῦν ἐπιλυσάμενος (66) ἐκεῖνος τὸ αἴνιγμα οὐ χείρων ἦν σου κατιδεῖν, ὅτι ἡ τῶν Ἀθηναίων πόλις πρόφασις ἦν τῷ Πέρσῃ τῆς ὁδοῦ, καὶ ἡ πᾶσα ἔλασις ἐπὶ ταύτην πρώτην τε καὶ ἐξοχωτάτην ἐγένετο. Ἐπεὶ καὶ ὁ ἄμαντις ἐγὼ, τοῦτ' αἰσθόμενος, καὶ τὸν D Ἀθηναῖον ἄν, οὐ μόνον τὸν Λυδὸν (67), ἐκέλευον φεύγειν νῶτα ἐπιστρέψαντα·

Et vero, qui tuum hoc ænigma solvit, is nihilo sane minus quam tu id videbat, Athenas Persam excivisse, in eamque urbem utpote omnium principem ac celeberrimam impetum belli universum incumbere. Nam ego ipse, qui nihil divinando possum, ubi rem sensissem, non Lydo tantum, sed etiam Atheniensi, ut tergo verso fugeret, omnino auctor essem. Etenim

[a] *γρ.* δεῖ.

λύν ποτε λαὸν ὀλέσσῃς, ut est apud Steph. *De urb.*, v° *Πανδοσία*. Quod oraculum Alexandro Ætolo, circa illud Brettiorum oppidum, pestem creavit.

(62) *Πῶς δὲ, ὦ μάντι.* Gemina Theodor.: Ἠγνόησε γάρ που, ὡς ἔδειξε, τοὺς τεθνηξομένους, εἴτε Πέρσαι εἶεν, εἴτε Ἀθηναῖοι. Διὰ τοῦτο γυναικῶν ἐμνήσθη μόνον, τὸ δὲ τούτων ἔθνος ἐσίγησε. Καὶ τὸ *σκιδναμένης δὲ Δημήτερος, ἢ συνιούσης*, ἀγνοοῦντός ἐστι παντελῶς τὸν τῆς νίκης καιρόν. Equidem posteriorem hunc versum de sementis messisve temporibus accipio, vere, autumno, vel adulta jam æsta.e. Nam in semente jactatur Ceres, in messe colligitur. Nec Œnomaus aliter accipit infra.

(63) *Οὐδὲ θεοὶ ἐπικυκλ.* Γρ. οὐδ' οἱ θεοὶ ἐπισχυκλούμενοι. Forte legendum ἐπεισκυκλούμενοι, vel ἐπικεκλημένοι· prius tamen illud malim.

(64) *Σοί γε.* Malim σύ γε, quemadmodum etiam altero in manuscr. reperi, licet τὸ *σοί* additum insuper fuerit.

(65) *Μηδὲ δεῖσθαι.* Clarum est legendum μηδ' αἰδεῖσθαι, quemadmodum est in manuscr. et apud Herodotum, qui etiam κακός habet, non κακόν. Est enim versus hic tertius ex iis quibus Crœso respondit oraculum, quos supra exscripsimus ad p. 213.

(66) *Ὁ γοῦν ἐπιλυσάμενος.* Themistoclem innuit. Lege Herodot. lib. VII, ubi varias intricati oraculi explicationes recenset.

(67) *Τὸν Λυδόν.* Crœsum.

Digitized by Google

Adversum huic etiam sese inferat hostis,
Quippe ingens equitum ac peditum vis ingruit.

Mari vero non terra fugam suaderem. Ridiculum enim foret, homines et classe instructos, et mari proximos, non collectis undequaque vasis, et quicquid ad manum commeatus esset in naves comportato, salutem expedire, terra, quibus ea placeret, libenter relicta. » Ejusmodi ergo sunt, quæ Atheniensibus Apollo respondit : quæ vero Lacedæmoniis, frivola plane risuque digna. Quippe, civitati universæ aut obsidionem, aut exstincti regis luctum imminere denuntiat. Atqui pronum id ac proclive cuivis erat conjicere, alterutrum prorsus eventurum : nec ob futuri eventus ignorantiam, hac ambiguitate verborum illudere, digna erat Numine divinatio. Auxilium ferre videlicet oportuit, ac sese tempori Græcorum assertorem probare, Græcisque potius tanquam domesticis amicis de hostibus ac barbaris victoriam comparare. Sin minus id poterat, uti saltem, ne quid ipsi paterentur, neve hostium in potestatem venirent, efficere. At is ne hoc quidem ; imo nec cujusmodi sit iis futurus adversi Martis exitus intelligit. Ergo quemadmodum hoc etiam in oraculum Œnomaus invehatur, accipe.

Ἔτι γάρ ποτε κάρτιος ἔσται·
Πολλὴ γὰρ ἱππόσυνη, καὶ πεζὸς ἐπέρχεται.

Ὅτι δὲ ναυσὶν, ἀλλ' οὐ κατ' ἤπειρον· καὶ γὰρ ἦν γελοῖον ἔχοντας ναυτικὸν, καὶ ἐπὶ θαλάσσης κατοικοῦντας, μὴ αὐ πασσυδὶ σκευωρησαμένους, καὶ τροφὰς ὅσας εἶχον συνεμβαλλομένους σώζεσθαι, παραδόντας τοῖς βουλομένοις τὴν γῆν. » Ταῦτα μὲν οὖν τὰ πρὸς Ἀθηναίους· ἀσθενῆ δὲ σφόδρα καὶ καταγέλαστα τὰ πρὸς Λακεδαιμονίους. Ἤτοι γὰρ, φησὶν, πᾶσα ἡ πόλις πολιορκηθήσεται, ἢ ἀπολωλότα τὸν βασιλέα πενθήσει. Τοῦτο δ' ἐξ ἅπαντος εἰκὸς ἦν παντί τῳ στοχάζεσθαι, τὸ ἤτοι τόδε, ἢ τόδε συμβήσεσθαι· ἀλλ' οὐ δήπου θεοῦ ἦν μάντευμα ὧδέ πως ἀμφιβάλλειν ἀγνοίᾳ τοῦ μέλλοντος, βοηθεῖν δέον, καὶ σωτῆρα τῶν Ἑλλήνων ἐν καιρῷ παραφαίνεσθαι, καὶ μᾶλλον τὴν κατὰ τῶν ἐχθρῶν καὶ βαρβάρων νίκην τοῖς Ἕλλησιν, ὡς ἂν οἰκείοις φίλοις προξενεῖν· εἰ δὲ μὴ τοῦτο δυνατὸς ἦν, κἂν τὸ μὴ παθεῖν αὐτοὺς, μηδ' ἁλῶναι παρέχειν. Ὁ δὲ, οὐδὲ τοῦτο, ἀλλ' οὐδ' ὅπως αὐτοῖς τὰ τῆς ἥττης περιστήσεται γινώσκειν [a]. Διὸ καὶ πρὸς ταῦτα οἷά φησιν ὁ ἔλεγχος, ἄκουε.

219 CAPUT XXV.

Responsum Lacedæmoniis editum.

« At ejusdem, inquies, consilii Lacedæmoniis auctorem esse non decuit. Recte. Nec enim, improbe sophista, noras, idemne Spartæ quod Atticæ periculum immineret. Itaque metuebas ne, cum iis fugam suasisset, fugerent illi quidem, Persæ vero nequaquam ingruerent. Et quoniam respondendum aliquid erat, hoc responsi tamen Lacedæmoniis dedisti:

Nobilis o Spartæ cives, aut inclyta vobis
Urbs Persarum armis penitus subversa jacebit :
Aut si eadem steterit, magno regem Hercule natum
Tristia confectum plangent Lacedæmonis arva.

En iterum ab omni ratione divinationis aliena conjunctio ; quam tamen omittamus licet, ne si eadem tibi de re insultatum a nobis fuerit, non graves tibi solum ac molesti, sed etiam angusti egentesque videamur. Expendamus ergo reliqua. Te omnes unum tanto in periculo aspectabant : unum et futurorum interpretem, et rerum gerendarum auctorem consulebant. At nimirum, cum illi te fide maxime dignum putarent, tum eos tu bardos omnes ac stolidos esse intelligebas ; adeoque statum ejusmodi rerum esse, quo perfacile non in Delphicas modo vel Dodonæas argutiarum et captionum officinas, verum etiam in auguria, in divinationes per farinam expressas, et in eorum, qui ventriloqui nominantur ineptias, præcipites agi homines improvidi stultique possent. Quippe non dii modo per id tempus, sed etiam feles, cornices, vanæque adeo insomniorum imagines fidem impetrant. Neque vero oh-

[a] *γρ.* γινώσκει.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ'.

Τὰ πρὸς Λακεδαιμονίους.

« Ἀλλ' οὐ δεῖ Λακεδαιμονίοις, φήσεις, ταύτὸν παραινεῖν. Ἀληθῆ λέγεις. Οὐ γὰρ ἠπίστασο, ὦ σοφιστὰ, εἰ χωρήσει τὰ τῆς Σπάρτης ὥσπερ τὰ τῆς Ἀττικῆς. Ἐδεδοίκεις οὖν μὴ σὺ μὲν κελεύσῃς αὐτοὺς φεύγειν, κἄπειτα οἱ μὲν φεύγοιεν, οἱ δὲ μὴ ἐπέλθοιεν. Ἐπεὶ οὖν ἔδει τι λέγειν, οὕτως εἶπας τοῖς Λακεδαιμονίοις·

Ὑμῖν, ὦ Σπάρτης (68) *οἰκήτορες εὐρυχόροιο,*
Ἢ μέγα ἄστυ ἐρικυδὲς ὑπ' ἀνδράσι Περσείδῃσι
Πέρσεται· ἢ τὸ μὲν οὐχί, ἀφ' Ἡρακλέος δὲ γενέ- [θλης
Πενθήσει βασιλῆα (69) *φθίμενον Λακεδαίμονος* [οὖρος.

Πάλιν ὁ ἀμαντευτότατος σύνδεσμος· ἀλλ' ἐῶμεν αὐτὸν, ὡς μὴ, δὶς περὶ τοῦ αὐτοῦ σοι ἐπιπηδῶντες, ἐπαχθεῖς ἅμα καὶ ἄποροι δοκῶμεν εἶναι. Τὰ δὲ λοιπὰ ἐκσκοπῶμεν. Εἰς σὲ μὲν ἀπέβλεπον ἅπαντες ἐν τηλικούτῳ κινδύνῳ· σὺ δ' αὐτοῖς καὶ τῶν μελλόντων μηνυτὴς, καὶ τῶν ποιητέων ἦσθα σύμβουλος. Καὶ σὲ μὲν ἐκεῖνοι πιστὸν, σὺ δ' αὐτοὺς ἐπέπεισο ἠλιθίους εἶναι· καὶ ὁ καθεστὼς καιρὸς ὅτι ἱκανὸς ἦν ἄγειν, καὶ τραχηλίζειν τοὺς ἀβελτέρους οὐ μόνον εἰς Δελφικὰ καὶ Δωδωναῖα σοφιστήρια, ἀλλ' ἤδη καὶ ἐπὶ τὰ ὀρνιθομαντεῖα, καὶ ἀλευρομαντεῖα, καὶ τοὺς ἐγγαστριμύθους. Πιστοὶ δὲ οὐ μόνον οἱ θεοὶ τηνικαῦτα, ἀλλ' ἤδη καὶ αἱ γαλαῖ, καὶ αἱ κορῶναι, καὶ τὰ καθύπνια παραπταίσματα. Οὔκουν ἄδηλον, ὅτι οὔτ' ἂν ἀμφότερα μᾶλλον ἐδέξαντο, ἢ τὸ ἕτερον, οὔτ' ἂν τὸ μεῖζον ἀντὶ τοῦ μείονος· μεῖον δὲ εἶναι ἕνα ἀντὶ πάντων πεσεῖν τὸν βασιλέα. Μετὰ μὲν δὴ τῆς πόλεως πιπτούσης, οὐδεμία οὐδ' αὐτῷ ἀποφυγή· εἰ δ' αὐτὸς ἄλλῃ

(68) *Ὑμῖν, ὦ Σπάρτης.* Herodot. lib. VII, p. 520. Spartam vocat εὐρύχορον, a regionis potius quam urbis amplitudine. Fuit enim Laconica totius Peloponnesi magnitudine ac nobilitate princeps.

(69) *Βασιλῆα.* Leonidam.

Digitized by Google

πη τάττοιτο, τάχα ἂν τι καὶ παράδοξον γένοιτο. Λείπεται δὴ τοὺς ταῦτα λογιζομένους, τὸν μὲν βασιλέα πέμψαι προσπολεμήσοντα, αὐτοὺς δὲ, οἴκοι μένοντας ἔξω κινδύνων, καραδοκεῖν. Τῷ μὲν οὖν μετ' ὀλίγον ἐναντίῳ ἱσταμένῳ πρὸς τὸν ἄπειρον ὄχλον ὅλεθρος προφανής· ἡ δὲ Σπάρτη ἀνοχὰς εἶχε τοῦ φόβου, καὶ παραδόξους ἐλπίδας. Μηδὲν δὲ ἧττον ἀφώρατον εἶναι τὸ σόφισμα, καὶ διαφυγούσης, καὶ ἁλούσης. Τί δήποτε; Ὅτι οὐκ εἴρητο, μὰ Δία, εἰ ὁ βασιλεὺς ἀποθάνῃ, ἡ πόλις σωθήσεται, ἀλλ' ὅτι, ἢ μόνος ἀπολεῖται, ἢ ἡ σύμπασα πόλις· τοῦτο δὲ ἐν ἑκατέρῳ ἀνεύθυνον, καὶ μόνου αὐτοῦ ἀπολουμένου, καὶ μὴ μόνου. Οὗτος δὲ τύφου καὶ ἀφροσύνης καρπός. » Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ταυτί[a]. Οὐκ ἄξιον δὲ παρελθεῖν καὶ ἅπερ Κνιδίοις ἔχρησε πάλιν εὐχομένοις, καὶ τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ συμμαχίαν αἰτοῦσιν. A scurum erat, eos nec utrumque potius quam alterutrum, nec pro leviori gravius subituros esse; simulque levius hoc demum fore, si rex pro omnibus unus interiret. Jam vero id etiam facile occurrebat; in communi totius urbis excidio, effugium regi patere nullum; idem autem si alio quopiam amandaretur, aliquid forte præter opinionem eventurum. Reliquum igitur est, ut regem, hæc secum ipsi reputantes, ad bellum gerendum emittant, domi vero interea residentes, procul a discrimine, rei totius exitum operiantur. Regi porro infinitam hostium multitudinem paulo post excipienti, certum interitum imminere, nemo non videbat, cum induciis quibusdam interim ab omni metu vacuis Sparta frueretur, seseque inopinati cujusdam eventus spe B sustentaret. **220** Enimvero seu eadem caperetur seu manus hostium effugeret, tectam manere cavillationis fraudem. Cur autem? Nec enim salvam, Hercule, si rex periret, civitatem futuram dixerat, sed tantum, aut Regem unum, aut civitatem universam esse perituram. Quod sane dictum, utrovis exitu, sive solus ipse periret, sive non, sibi semper constaret. Atque hic demum est vanitatis stultitiæque fructus. » At de Lacedæmoniis hactenus. Jam quid tandem ipse Cnidiis opem quoque suam implorantibus responsi dederit, non abs re fuerit attexere.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚϚ'.

Τὸ αὐτὸ Κνιδίοις.

« Ἔπαθον δὲ καὶ οἱ Κνίδιοι (70) τούτῳ προσεοικὸς, Ἁρπάγου (71) ἐπ' αὐτοὺς στρατεύσαντος. Τὸν γὰρ Ἰσθμὸν τὸν αὐτόθι διακόπτειν ἐπιχειροῦντες, καὶ τὴν πόλιν νησοποιεῖν, τὰ μὲν πρῶτα τοῦ ἔργου εἶχοντο, ἐπεὶ δὲ αὐτοῖς[b] ἀπῆντα ἡ ἐργασία, ἀπαγορεύοντες ἤδη ἐχρῶντο. Σὺ δὲ αὐτοῖς εἶπας· *Ἰσθμὸν μὴ* (72) *πυργοῦτε, μηδ' ὀρύσσετε· Ζεὺς γάρ κ' ἔθηκε νῆσον, αἴ κ' ἐβούλετο·* καὶ οἱ βλάκες ἐπείσθησαν, καὶ ἀποτραπόμενοι παρέδωκαν ἑαυτοὺς τῷ Ἁρπάγῳ. Τὸ δὲ ῥαδιούργημα! Ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἦν βέβαιος ἀποφυγὴ ὀρύξασι, τούτου μὲν ἔπαυσας· ὡς δὲ μὴ κελεύων ἔργου ἔχεσθαι, ἐπαγγέλλῃ τὴν ἀποφυγήν, τούτῳ δὲ οὐ τὸ λῴτον εἶναι μὴ ὀρύξασι προσετίθεις· ἀλλ' ὅτι οὐ δοκεῖ τῷ Διὶ νῆσον αὐτὴν εἶναι. Ἐν μὲν οὖν τῇ ἀποτροπῇ ἀμφότερα ἰσόρροπα, ἐν δὲ τῇ προτροπῇ τὸ διαφεύξασθαι προεῖχεν. Οὗ δὴ ἀσφαλὲς ἦν τῷ σοφιστῇ τὸ ἀνατρέπειν. Οὕτως τε οὐδὲν εἰπὼν, ὧν ἕνεκα ἦσαν ἀφιγμένοι, ἀπέπεμψας οἰομένους ἀκηκοέναι τι. » Ταῦτα δὲ ἡγοῦμαι τὸ ἀδρανὲς τῶν τε χρώντων καὶ τῶν χρωμένων ἀπελέγχειν αὐτάρκως, καὶ ὅτι μηδὲν ἀληθὲς[c] ἔνθεον ἔστιν εὑρεῖν ἐν τοῖς δηλουμένοις. Τὸ δὲ κακότροπον τοῦ ἤθους εἴτε τῶν πονηρῶν δαιμόνων, εἴτε τῶν τὰ μαντεῖα καθυποκρινομένων ἀνδρῶν, ἴδοις ἄν, εἰ μάθοις ὡς καὶ εἰς τὸν κατ' ἀλλήλων πόλεμον τοὺς χρωμένους αὐτοῖς ἠρέθιζον, εἰρήνης καὶ φιλίας δίον αὐτοὺς εἶναι βραβευτάς. Τοτὲ μὲν οὖν Λακεδαιμονίους ὡς ἂν οἰκείους καὶ φίλους, ὁ ἐν Δελφοῖς πάλιν κατὰ Μεσσηνίων παροξύνει, τοτὲ δ' αὖ Μεσσηνίοις κατὰ Λακεδαιμονίων χρᾷ, εἰ πάλιν οὗτοι δι' ἀνθρωποθυσίας ἱλάσοιντο τοὺς δαίμονας. Ἄκουε δὲ καὶ τὰ περὶ τούτων.

CAPUT XXVI.

Responsum Cnidiis editum.

« Nec sane dissimilis (inquit ille) Cnidiorum, Harpago adversus eos movente, fortuna conditioque fuit. Isthmum enim illum, qui tum inibi erat, tollere ac rescindere, atque urbem insulam efficere aggressi, ubi rem fausto licet initio, minus postea vidissent ex voto cedere, abjectis demum animis, C oraculum consuluere. Tu vero ad eos: *Isthmum neu munite, neu suffodite: Jupiter enim, si voluisset, insulam fecisset.* Tibi porro vecordes ac stolidi homines fidem habuere, seseque Harpago, a suscepto deterriti consilio, dedidere. Istuc autem quam veteratorie! Nam quod, ne suffosso quidem Isthmo, certum eos receptum habituros videas, affectum opus inhibes: idemque simul, utpote nequaquam ejus instituendi auctor, effugiendi spem ostendis aliquam. Neque tamen, si a suffodiendo abstinuerint, lætiorem exitum polliceris: hoc unum affers, Jovi urbem insulam fieri non placere. Occurrebat nimirum, si dehortarere, parem in utramque partem responsi vim; sin autem hortarere, expressam ni- D mium consecuturæ salutis significationem futuram. Quare, dehortari modo, tutum in primis ac securum sophistæ visum est. Atque hunc in modum, nihil prorsus ad ea respondens, quorum te ipsi causa convenerant, miseros dimisisti, qui sese tamen abstulisse aliquid putabant. » His equidem existimo, tam respondentium, quam consulentium imbecillitatem, quamque oracula isthæc omnia divinæ facultatis vacua sint, abunde coargui. Jam maleficas et fraudulentas artes, seu malorum dæmo-

[a] *γρ.* ταύτῃ. [b] *add.* οὐκ. [c] *Ισ.* ἀληθῶς.

(70) *Οἱ Κνίδιοι.* Fuse Herodot. lib. I, pag. 80. Lacedæmoniorum coloni fuere, illamque Asiæ regionem tenuere, quæ Triopium ad mare vergebat.

(71) *Ἁρπάγου.* Fuit is et Cyri servator infantis et fortissimus imperator.

(72) *Ἰσθμὸν μή.* Herodot. *Ἰσθμὸν δὲ μή.* Scarii duo sunt.

Digitized by Google

ram ejusmodi scholam ullam, quæ cum superstitiosum errorem convelleret, tum unius præpotentis Dei cognitionem doceret, universis hominibus, Græcisque pariter ac barbaris, superius retro ævum aperuit? Ecquis porro clarissimorum olim ex omni ætatum memoria sapientum, seu barbarus ille, seu Græcus fuerit, ejusmodi unquam fatum sortitus est, ut profectæ abs sese doctrinæ lucem ad extremos usque orbis universi fines propagaret, Deique apud eos, qui sacris initiati suis essent, nomen sibi et opinionem compararet? Quod si tot ac tanta nullo unquam tempore, vel fieri quisquam vidit, vel facta audivit; eorum ergo causa nexus ille causarum necessi asque non fuit. Quod enim eamdem jam olim, eadem recurrente siderum conversione, ortus plerisque fatique rationem invideret, prorsus erat nihil. Sed quo tamen fato, Servator noster Deus post adventum suum orbe toto consecratus est; quos Græci pridem ac barbari deos habuerant, sublati sunt? nec aliter quam novi Numinis doctrina sublati? Quodnam porro fatum, cunctos homines Deum rerum esse molitorem omnium docuit, fatum esse nullum profiteri coegit? Qui fieri potuit, ut ex hominum ore simul et cogitatione fatum fati vi tolleretur? Quid eorum multitudo tanta, qui genera certaminum omnia, pro **254** Christianæ pietatis doctrinæque defensione, cum superioribus retro sæculis subiere, tum ætate quoque nostra subeunt? Uno videlicet omnes eodemque fato nati sunt, quod et illos eidem instituto doctrinæque manciparit, et eamdem ab illis sententiam ac voluntatem expresserit; illos denique non ad amplectendam solum eamdem vitæ morumque rationem, sed etiam ad eosdem omnino cruciatus religionis propugnandæ gratia sustinendos impulerit. Ecquæ tandem, si recta modo sit, ratio ferat, uti juvenes simul atque senes, nullamque adeo non ætatem, mares item pariter ac feminas, tot barbarorum genera, servos æque ac liberos, eruditos simul et ab omni doctrina imparatos, non in aliquo terrarum angulo, non certis quibusdam sub astris sideribusque natos, sed orbe passim universo, coactos esse dicas recentem quemdam ritum patriis omnibus anteferre, mortem præpotentis unius Dei causa libenter sustinere, rectissimis de animorum immortalitate dogmatis informari, et philosophiam expressam operibus, non verbis adumbratam profiteri? Vel cæcus profecto videat disciplinæ hæc et institutionis esse, non ullius necessitatis, adeoque manifesta voluntatis jure utentis suo, liberæque facultatis argumenta. Possem equidem sexcentis aliis hancce quæstionem rationibus illustrare, plerisque tamen hoc loco prætermissis, hactenus allatis contentus ero. Quod superest, juvat nonnulla tibi, utpote propria, et tuis illis sapientibus philosophis legenda contemplandaque relinquere, ut intelligas, quantum numinibus tuis oraculorum cantoribus homo non sapientia tantum, sed etiam integritate præstiterit, qui cum egregia vaticinia mendacii et vanitatis argueret, tum ipsum quoque Pythium ob ea, quæ de fato edidit,

A σθέντα τε μέχρι καὶ τῶν ἐσχατιῶν, καὶ Θεοῦ δόξ[α] παρὰ τοῖς αὐτῷ καθωσιωμένοις κτήσασθαι; Εἰ δ[ὲ] ταῦτα ἐξ αἰῶνος οὔτ' ἦν, οὔτε γέγονεν, οὔτε ἀκοαὶ ἤκουσται· οὐκ ἦν ἄρα εἱρμὸς αἰτιῶν καὶ ἀνάγκη τ[ῶν] τούτων αἴτιον. Πάλαι γὰρ ἂν διὰ τῆς αὐτῆς ἀνακλήσεως καὶ περιφορᾶς τῶν ἄστρων οὐδεὶς ἦν φθόνος καὶ ἄλλους τῆς αὐτῆς τυχεῖν γενέσεώς τε καὶ εἱμαρμένης. Ἐκ ποίας δὲ ἄρα εἱμαρμένης ὁ μὲν ἡμέτερος Σωτὴρ Θεὸς ἐπιφανεὶς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἀνηγόρευται· οἱ δὲ πάλαι νενομισμένοι παρά τε Ἕλλησι καὶ βαρβάροις θεοὶ καθῄρηνται; καὶ οὐκ ἄλλως καθῄρηνται ἢ διὰ τῆς τοῦ νέου Θεοῦ διδασκαλίας; Πῶς δ' αὐτῶν [a] εἱμαρμένη Θεὸν δημιουργὸν ἁπάντων πᾶσιν ἀνθρώποις κατήγγειλεν, εἱμαρμένην δὲ μὴ εἶναι φάναι ἐξηνάγκασε; Καὶ πῶς ἡ εἱμαρμένη μὴ εἶναι
B ἐαυτὴν λέγειν τε καὶ φρονεῖν ἐδιάσατο; Τί δὲ αἱ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εὐσεβοῦς ἕνεκα διδασκαλίας τοιούτοις ἄθλοις ἐκπαλαι ἠγωνισμένοι, καὶ εἰσέτι δὴ διαθλοῦντες; μιᾶς ἄρα καὶ τῆς αὐτῆς ἔτυχον μοίρας, ὡς ὑφ' ἑνὶ λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ δουλωθῆναι, μίαν γνώμην καὶ προαίρεσιν ἐνδείξασθαι, καὶ ψυχῆς ἀρετὴν μίαν, ἕνα τε καὶ τὸν αὐτὸν ἀναδέξασθαι βίον, καὶ λόγον ἀγαπῆσαι τὸν αὐτὸν, τάς τε αὐτὰς ἀγαπητικῶς ὑπομεῖναι [b] πάσας δι' ἔνστασιν εὐσεβείας; Καὶ τίς ἂν ὀρθὸς τοῦτο συγχωρήσειε λόγος, νέους κατὰ ταὐτὰ καὶ πρεσβύτας, καὶ πᾶν μέτρον ἡλικίας, ἀῤῥένων τε καὶ θηλειῶν γένη, φύσεις τε βαρβάρων ἀνδρῶν, ἀστῶν ὁμοῦ καὶ ἐλευθερίων, λογίων τε καὶ παιδείας ἀμετόχων, οὐκ ἐν γωνίᾳ γῆς, οὐδ' ὑπὸ τοῖσδε γεγενημένων τοῖς ἄστροις, καθ' ὅλης δὲ τῆς ἀνθρώπων οἰκουμένης,
C εἱμαρμένης ἀνάγκῃ φάναι βεβιασμένους, τόνδε πρὸ τῶν πατρίων ἁπάντων προτιμῆσαι λόγον, καὶ τὸν ὑπὲρ εὐσεβείας ἑνὸς τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ θάνατον ἀγαπητικῶς ἐλέσθαι, τά τε περὶ ψυχῆς ἀθανασίας εὖ μάλα δόγματα παιδεύεσθαι, καὶ φιλοσοφίαν οὐ τὴν ἐν λόγοις, τὴν δὲ δι' ἔργων προτιμῆσαι; Ταῦτα γὰρ ἂν εἴη τὰ καὶ τυφλῷ δῆλα, ὡς οὐδεμιᾶς ἀνάγκης, μαθήσεώς τε [c] καὶ διδασκαλίας οἰκεῖα τυγχάνει, αὐθεσίου γνώμης καὶ προαιρέσεως ἐλευθέρας ἐναργῆ τυγχάνοντα παραδείγματα. Γένοιτο δ' ἂν καὶ ἄλλα τοῦ προβλήματος παραστατικὰ μυρία· ὧν τὰ πολλὰ παρεὶς, αὐτὸς μὲν τοῖς εἰρημένοις ἀρκεσθήσομαι· σοὶ δὲ τὸ σὸν ἀνάγνωσμα τῶν σοφῶν σου φιλοσόφων καταλείψω σκοπεῖν, ὡς ἂν μάθοις ὅσον ἄρα τῶν χρησμῳδῶν σου θεῶν σοφώτερος ἦν καὶ βελτίων ἄνθρωπος
D ὁ τοὺς θαυμασίους χρησμοὺς ψευδεῖς ἀπελέγχων, καὶ τὸν Πύθιον αὐτὸν, ἐφ' οἷς ἔχρησε περὶ εἱμαρμένης, ἐπιῤῥαπίζων. Ἄκουε δ' οὖν αὖθις τοῦ τὴν τῶν *Γοήτων φορὰν* τὸ οἰκεῖον ἐπονομάσαντος σύγγραμμα, ὡς εὖ μάλα νεανικῷ φρονήματι τὸν πλάνον τῶν πολλῶν, καὶ αὐτοῦ γε τοῦ Ἀπόλλωνος ἐπανορθοῦται, δι' ὧν γράφει τάδε κατὰ λέξιν.

rum esse molitorem omnium docuit, fatum esse nullum profiteri coegit? Qui fieri potuit, ut ex hominum ore simul et cogitatione fatum fati vi tolleretur? Quid eorum multitudo tanta, qui genera certaminum omnia, pro **254** Christianæ pietatis doctrinæque defensione, cum superioribus retro sæculis subiere, tum ætate quoque nostra subeunt? Uno videlicet omnes eodemque fato nati sunt, quod et illos eidem instituto doctrinæque manciparit, et eamdem ab illis sententiam ac voluntatem expresserit; illos denique non ad amplectendam solum eamdem vitæ morumque rationem, sed etiam ad eosdem omnino cruciatus religionis propugnandæ gratia sustinendos impulerit. Ecquæ tandem, si recta modo sit, ratio ferat, uti juvenes simul atque senes, nullamque adeo non ætatem, mares item pariter ac feminas, tot barbarorum genera, servos æque ac liberos, eruditos simul et ab omni doctrina imparatos, non in aliquo terrarum angulo, non certis quibusdam sub astris sideribusque natos, sed orbe passim universo, coactos esse dicas recentem quemdam ritum patriis omnibus anteferre, mortem præpotentis unius Dei causa libenter sustinere, rectissimis de animorum immortalitate dogmatis informari, et philosophiam expressam operibus, non verbis adumbratam profiteri? Vel cæcus profecto videat disciplinæ hæc et institutionis esse, non ullius necessitatis, adeoque manifesta voluntatis jure utentis suo, liberæque facultatis argumenta. Possem equidem sexcentis aliis hancce quæstionem rationibus illustrare, plerisque tamen hoc loco prætermissis, hactenus allatis contentus ero. Quod superest, juvat nonnulla tibi, utpote propria, et tuis illis sapientibus philosophis legenda contemplandaque relinquere, ut intelligas, quantum numinibus tuis oraculorum cantoribus homo non sapientia tantum, sed etiam integritate præstiterit, qui cum egregia vaticinia mendacii et vanitatis argueret, tum ipsum quoque Pythium ob ea, quæ de fato edidit,

[a] *Isc.* αὐθις. [b] *Isc. deest* βασάνους. [c] *Isc.* δέ.

Digitized by Google

sponsa vellicaret. Audi ergo, quemadmodum philosophus ille, qui suum ipse opus, *Maleficorum imitam* inscripsit, quamque acriter ac strenue, cum vulgi, tum ipsius quoque Apollinis fabulas ineptias ie castiget. Sic enim ad verbum scribit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

255 CAPUT VII.

Ὡσαύτως καὶ αὐτῶν Ἑλλήνων οἱ φιλόσοφοι τὰς τῶν θεῶν αὐτῶν περὶ εἱμαρμένης δόξας ὀρθοτέροις ἀπήλεγξαν λογισμοῖς, ἀπὸ τῶν Οἰνομάου.

Quemadmodum ipsi quoque Græcorum philosophi, deorum ipsorum de fato sententias sanioribus argumentis confutarint, ex Œnomai scriptis.

« Σὲ οὖν ἐν Δελφοῖς καθῆσθαι μὴ δυνάμενον, μηδ' βούλοιτο σιωπᾷν. Ὁ δ' Ἀπόλλων ἆρα ὁ τοῦ Διὸς ὑὸς νυνὶ βούλεται, οὐχ ὅτι βούλεται, ἀλλ' ὅτι ὑπ' ἀνάγκης εἰς τὸ βουληθῆναι τέτακται. Δοκῶ δέ μοι τὰ οἰκεῖα πάντα παρεὶς, ἐπειδὴ εἰς τοῦτον τὸν λόγον, οὐκ οἶδ' ὅπως, ὑπῆχθην, οἰκεῖόν τι καὶ ἀξιοζήτητον ζητήσειν πρᾶγμα. Ἀπόλωλε γάρ, τό γ' ἐπὶ τοῖς σοφοῖς, ἀπὸ τοῦ ἀνθρωπίνου βίου, ἀπόλωλεν, εἴτε οἰκακά τις τοῦτό, εἴτε ἕρμα, εἴτε κρηπῖδα ὀνομάζει, τῆς ἡμετέρας ζωῆς ἡ ἐξουσία· ἣν ἡμεῖς μὲν αὐτοκράτορα τῶν ἀναγκαιοτάτων τιθέμεθα· Δημόκριτος δέ (68) γε, εἰ μή τι ἠπάτημαι, καὶ Χρύσιππος, ὁ μὲν δοῦλον, ὁ δὲ ἡμίδουλον ἐπινοεῖ τὸ κάλλιστον τῶν ἀνθρωπίνων ἐπιδείξαι [a]. Ἀλλὰ τούτων μὲν λόγος τοσοῦτον, ὅσον ἂν τις ἀξιώσειεν ἄνθρωπος ὢν ἀνθρωπίνοις [b]. Εἰ δ' ἤδη καὶ τὸ θεῖον ἡμῶν καταστρατεύεται, παπαί! οἷα πεισόμεθα. Ἀλλ' οὐκ εἰκὸς, οὐδὲ δίκαιον, ἀπὸ γοῦν τούτων τεκμαιρομένοις ἡμῖν.

« Te igitur Delphis considere, ac ne si velis quidem, silere tamen posse. Nunc enimvero vult aliquid Apollo Jovis filius, non quod ita velit, sed quod uti velit, necessitate adigatur. Placet vero, cæteris omnibus prætermissis, quando semel, nescio quo pacto hanc in orationem incidi, quæstionem cum hujus loci propriam, tum scitu dignissimam excutere. Sublata nimirum funditus, quantum est in nostris sapientibus, ex humana vita, est sublata, inquam, facultas illa, quam ejusdem vitæ seu columen mavis, seu denique fundamentum appelles licet: nos summæ quoque necessitatis dominam pronuntiamus. Democritus certe quidem, et Chrysippus, nisi memoria fallit, justam alter esse, alter dimidiam, humanæ naturæ dotis unius omnium longe pulcherrimæ, servitutem, certis ab sese rationibus confectum arbitrantur. Verum istorum eatenus sane ratio valeat, quatenus humanis tantum homines utentur armis. Sin autem nos ipsum quoque numen oppugnabit, quinam, dii boni! calamitatis nostræ modus est futurus? At id neque consentaneum profecto, neque verum fuerit, si ex iis quæ sequuntur, conjecturæ aliquid capere liceat.

Ἐχθρὲ περικτιόνεσσι (69), *φίλ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν,*
Εἴσω τὸν προβόλαιον ἔχων (70) *πεφυλαγμένος ἦσο.*

Finitimas exose plagas, charissime divis,
Hastam intus cohibens, tectusque sedere memento.

Τί γὰρ, φησὶν ὁ Ἀργεῖος, εἰ βουλοίμην ἐξεστί μοι, καὶ δύναμαι, εἰ μοι δόξαι, ἧσθαι καὶ πεφυλάχθαι; Ἔξεστιν, εἴποις ἄν, καὶ δύνασαι· ἢ πῶς ἂν σοι τοῦτ' ἐγὼ προσέταττον;

Quid enim, dicat Argivus, licetne, si voluero? sedere possum, et cavere, si libeat? Tu vero, licere omnino ac posse respondebis: alioqui hoc te imperaturum nunquam fuisse:

[a] *γρ.* ἀποδεῖξαι. [b] *γρ.* ἀνθρώπους.

(68) *Δημόκριτος δέ.* Huc pertinent illa Tullii, ex fragm. *De fato: Hinc Democritus*, inquit, *auctor atomorum, accipere maluit necessitate omnia fieri, quam a corporibus individuis naturales motus avellere.* Idem, pluribus interjectis, de utroque sic loquitur: *Ac mihi quidem videtur*, inquit, *cum duæ sententiæ fuissent veterum philosophorum: una eorum qui censerent omnia ita fato fieri, ut id fatum vim necessitatis afferret, in qua sententia Democritus, Heraclitus, Empedocles, Aristoteles fuit; altera eorum quibus viderentur, sine ullo fato, esse animorum motus voluntarii: Chrysippus, tanquam arbiter honorarius, medium se ferre voluisse. Sed applicat se ad eos potius, qui necessitate motus animos liberatos volvit. Dum autem verbis utitur suis, delabitur in eas difficultates, ut necessitatem fati confirmet invitus.* Hoc in Ciceronis loco, viri docti, Victorium i *Variar.* 17, auctorem secuti, malunt *medium ferire*, quam *medium se ferre*, quo modo a Platone, dictum, μέσον τέμνειν. Sed vereor, ut hoc loquendi genus vel ipsa Latinitas ferat, nedum ut disertissimi hominis oratio. Viam secare, ὁδὸν ταμεῖν, poetis, etiam Virgilio, placuit. *Viam*, aut *medium ferire*, hoc sensu, quis orator, quis poeta dixit? Ciceroni quidem *medium tenere* tam familiare est, quam quod maxime. Et *medium se ferre* κυρώτατον est. In quo tamen, si mutandum esset aliquid, *sedere* potius quam *ferire* reponerem. Nam et arbitrii sedere est.

(69) *Ἐχθρὲ περικτιόνεσσι.* Herodot. I, VII, p. 491, tertium huic oraculo versum addit,

Καὶ κεφαλὴν κεχύλαξο· κάρη δὲ τὸ σῶμα σαώσει.

Græciæ Xerxes imminebat; infestos Argivi Lacedæmonios patiebantur: Delphicum oraculum consulunt, quid facto sit opus: quiescere jubet oraculum. Ἐχθρός, igitur, περικτιόνεσσιν Argivus, hoc est Lacedæmoniis, qui paulo ante sex Argivorum millia ceciderant.

(70) *Εἴσω τὸν προβόλαιον ἔχων.* Interpres Herodoti, *interius tutamen habens.* Malui, *hastam intus cohibens*, ut etiam Camerarius intellexit, et irruentem, si forte, hostem, quasi feram aliquam, pressa intentaque hasta, venatoris instar exspectans. Nam προβόλαιος, opinor, non absimilis προβολίῳ. Sequitur πεφυλαγμένος ἦσο· Valla, *impune maneto.* Πεφυλαγμένως ἔχειν vigilantiæ ac sollicitudinis est, non impunitatis. Quod extremo versu, de tegendo capite admonet, Argos, credo, primariam urbem ac metropolim intelligit.

Digitized by Google

Chironis magni soboles germana, Caristæ,

Desere Peliacum montem, Euboeaque tumentis
Alta subi: sacram hic fatum est tibi ponere sedem.
Ergo age, rumpe moras.

Ain' tu serio? Aliquid, o Apollo, vere hominis in potestate est? licet mihi pro arbitrio velle Pelium relinquere? Atqui ex multis sapientibus audieram, si mihi fatum esset, in Euboeæ promontorium venire, et sacrum ibi domicilium excitare, me prorsus et venturum, et excitaturum esse, seu dixeris, seu non, imo velim, nolim. Sin autem id me quoque velle oporteat, quod abs me necessitas uti vel invitus velim, extorqueat: tu fide nimirum, Apollo, dignior es. Tibi ergo me dicto audientem esse præstat.

I, Pariosque mone, Telesicles, numine nostro,

Insula in Aeria sublimem a sedibus urbem
Condere te jussum.

Faciam vero (dicet fortasse protervior quispiam, aut quisquis suggillare te volet), ut jubeas nihil: id enim fatum mihi est. Cæterum Aeria illa insula Thasus est, in quam auctore Archilocho filio meo Parii commeabunt; hæc enim insula prius Aeria vocabatur. Tu autem ut in ulciscendo gravis et acerbus es, nunquam, opinor, hominem tam ingratum atque audacem feras: qui nisi eum rei admonere voluisses, nec id unquam ipse nuntiasset, nec Archilochus ejusdem filius Pariorum coloniam eo deduxisset, nec Parii Thasum habuissent. Equidem, istuene dicas, nec tamen, quod dicis, intelligas, C nescio: sed tamen quoniam et longiorem sermonem otium nostrum patitur, nec is alienus est futurus; dic, amabo (satis enim forte pauca de multis attigisse fuerit): Num aliquid ego tuque sumus? Sumus, inquies. Hoc autem qui scimus? aut quo nobis argumento nos id scire persuasimus? Non fateris, alio nullo perinde hoc effici, ac sensu quodam perceptioneque nostra? Jam animantes quoque nos esse, quemadmodum nobis consistit? quemadmodum ex animantibus, ut mihi quidem loquendum videtur, homines; ex hominibus circulatorem alterum, alterum circulatoris exagitatorem: ut vero loqueris, deum alterum, alterum hominem? itemque vatem alterum, alterum sycophantam? Et habeas id tu quidem per me licet, victus fuero. A D nobis vero hanc impræsentiarum disputationem haberi, qua tandem ratione cognoscimus? Quid ais? Numquid præclare de nostra percipiendi vi, ex

A Χείρωνος (71) φίλε τέκνον ἀγακλυτοῖο, Κάρι-
[στε (72),
Πήλιον ἐκπρολιπών, Εὐβοίας ἄκρον ἱκέσθαι,
Ἔνθ' ἱερὴν χώραν κτίζειν σοι θέσφατόν ἐστιν.
Ἀλλ' ἴθι, μηκέτι μέλλε.

Ἦ γὰρ ὡς ἀληθῶς ἐπ' ἀνθρώπῳ τί ἐστιν, ὦ Ἄπολλον; καὶ βουληθῆναι Πήλιον ἐκπρολιπεῖν κύριός εἰμι ἐγώ; Καὶ μὴν ἤκουον παρὰ πολλῶν σοφῶν, ὅτι, εἰ μοι πέπρωται Εὐβοίας ἄκρον ἱκέσθαι, καὶ ἱερὰν χώραν κτίζειν, καὶ ἵξομαι καὶ κτιῶ, εἴτε λέγοις, εἴτε μή, καὶ εἴτε βουλοίμην, εἴτε μή. Εἰ δέ με δεῖ καὶ βουληθῆναι, ὅ τι μοι ἀνάγκη ἐστί, καὶ εἰ μὴ βουλοίμην, βουληθῆναι· ἀλλὰ σὺ, ὦ Ἄπολλον, πιστεύεσθαι δικαιότερος. Ἔοικα δή σοι μᾶλλον προσέξειν.

B Ἄγγελον Παρίοις (73), Τελεσίκλεες, ὥς σε πο-
[λεῖν,
Νήσῳ ἐν Ἀερίῃ κτίζειν εὐδείελον ἄστυ.

Ἀγγελῶ νὴ Δία, (φήσει τάχα που τις τετυφωμένος, ἢ σε ἐλέγχων,) κἂν μὴ κελεύσῃς· πέπρωται γάρ. Καὶ ἔστι Θάσος μὲν ἡ Ἠερία νῆσος· ἤξουσι δ' ἐπ' αὐτὴν Πάριοι, Ἀρχιλόχου τοῦ ἐμοῦ υἱοῦ φράσαντος, ὅτι ἡ νῆσος αὕτη πρὶν Ἠερία ἐκαλεῖτο. Σὺ οὖν, δεινὸς γὰρ ἐπεξελθεῖν, οὐκ ἀνέξῃ, οἶμαι, αὐτοῦ, οὕτως ὄντος ἀγρίστου καὶ θρασέος, ὃς, εἰ μὴ σὺ μηνῦσαι αὐτῷ ἐβουλήθης, οὐκ ἂν ποτε ἤγγειλεν, οὐδ' ἂν Ἀρχίλοχος ὁ υἱὸς αὐτοῦ Παρίους ἐξενάγησεν, οὐδ' ἂν οἱ Πάριοι θάσον ᾠκησαν. Οὐκ οἶδ' οὖν εἰ σὺ λέγεις μὲν ταῦτα, οὐκ οἶσθα δέ, ἃ λέγεις. Ἀλλ' ἐπεὶ σχολὴν ἄγειν ἐάσαμεν, καὶ μακρὰν διαλέγεσθαι, ὁ δὲ λόγος οὐ πάμπαν C ἐκεῖνό μοι λέγε (ἴσως καὶ ὀλίγα ἐκ πολλῶν ἀρκεῖ)· Ἆρά γέ τί ἐσμεν ἐγώ τε καὶ σύ; φαίης ἄν. Τοῦτο δὲ ὁπόθεν ἴσμεν; τὸ [a] πόθ' ἆρα τοῦτο εἰδέναι ἐκρίναμεν; ἢ οὐκ ἄλλο ἱκανὸν οὕτως, ὡς ἡ συναίσθησίς τε καὶ ἀντίληψις ἡμῶν αὐτῶν; Τί δ' ὅτι ζῶά ἐσμεν, πῶς ποτ' ἆρα ἐξεύρομεν; πῶς δ' ὅτι καὶ ζώων, ὡς μὲν ἐγὼ εἰποιμι, ἀνθρωποι· καὶ ἀνθρώπων ὁ μὲν γόης, ὁ δὲ γόητος ἀπελεγκτής· ὡς δ' ἄν σοι [b], ὁ μὲν ἄνθρωπος, ὁ δὲ θεὸς, καὶ ὁ μὲν μάντις, ὁ δὲ συκοφάντης; Καὶ ἔστω γε σοὶ οὕτως ἔχων [c], ἐάνπερ ἔχωγε ἐλῶ. Πῶς δ' ὅτι διαλεγόμεθα ἐν τῷ παρόντι ἐγνώκαμεν; Τί φῄς; Ἆρ' οὐκ ὀρθῶς ἐκρίναμεν τὴν ἡμῶν αὐτῶν ἀντίληψιν, τῷ πάντων ἐγγυτάτῳ πράγματι αὐτῷ; Δηλονότι. Οὐ γὰρ ἦν ἄλλο αὐτοῦ οὔτε ἀνώτερον, οὔτε πρεσβύτερον, οὔτε πιστότερον. Ἐπεὶ εἰ μὴ οὕτως ἔξει, μήτε ἆρα ὡς σέ τις εἰς Δελφοὺς παραγενέσθω λοιπὸν, ὄνομα Ἀλκμαίων, ἀπεκτονὼς τὴν μητέρα, καὶ οἴκοθεν ἐλαυνόμενος, καὶ εἰκαδε ἐπιθυμῶν· οὐ

[a] γρ. τῷ. [b] Ισ. σύ. [c] γρ. ἴχον.

(71) *Χείρωνος*. Hoc oraculum alibi nondum occurrit. Lectorum abutuntur otio, qui Herodotum et Platonem citant, apud quos de illo μηδὲ γρύ.

(72) *Κάριστε*. Stephanus Κάρυστον scribit, ab eoque Carystum in Euboea conditum fuisse tradit, quam Theodoridas Chironiam appellat, haud dubie, quod Chironis filius Carystus esset.

(73) *Ἄγγελον Παρίοις*. Idem oraculum profert Stephanus, v. Θάσος, ubi et de antiquo insulæ nomine, *Aeria*: Ὅτι δὲ καὶ Ἀερία ἡ Θάσος, inquit, δῆλον ἐκ τοῦ χρησμοῦ, τοῦ δοθέντος τῷ τοῦ Ἀρχιλόχου. Adde, πατρί. Alioqui filium perperam inseret. Porro Herodotus, lib. II, et pluribus lib. VI, Thasum urbem, a Phœnicibus Europam quæreatibus conditam, atque a Thaso, expeditionis, ut videtur, principe dictam esse tradit. Quomodo igitur a Pariis, duce Archilocho, uti etiam apud Strabon. lib. X legimus, condita fuit? Forte instauratores ejus Parii, non primi conditores fuere; quod de aliis plerisque urbibus dici potest, quarum vel instauratio, vel amplificatio notior quam conditus.

Digitized by Google

γὰρ οἶδεν, οὔτ' εἰ ἔστι τι αὐτὸς τοπαράπαν, οὔτε εἰ ἔκοθεν ἐλαύνεται, οὔτ' εἰ οἰκαδε ἐπιθυμεῖ. Ἀλλ' εἰ καὶ μαίνεται ὁ Ἀλκμαίων, καὶ ὑπονοεῖ τὰ μὴ ὄντα, ὅ γε Πύθιος οὐ μαίνεται· μηδὲ λέγε οὕτως·

A hoc ipso potissimum, quod in manibus est, negotium statuimus? Omnino. Nec enim aliud eo vel superius, vel antiquius, vel fide dignius esse queat. Secus enim, desinat in posterum Alcmæon té nescio quis, interfecta matre, domo pulsus, ejusque tamen cupidus, Delphis convenire. **257** Quippe, nec utrum aliquid ipse omnino sit, nec utrum domo pellatur, nec utrum ejusdem cupidus sit, intelligit. At enim furat Alcmæon licet, quæque nulla sunt, animo sibi fingat; non furit quidem Pythius. Imo cave tu quoque id ei occinas,

Νόστον δίζηαι πατρίην ἐς γαῖαν ἰκέσθαι
Ἀμφὶ Ἀρκαδίῃ.

Tu reditum in patriam votis flagrantibus urges,
Versus Arcadiam.

Οὐδὲ γὰρ οἶσθά πως εἴ σέ τις ἐρωτᾷ ἀμφὶ Ἀρκαδίης, οὐδ' εἰ σὺ εἶ ὁ ἐρωτώμενος, καὶ λέγειν ἔχων περὶ ὧν τις ἐρωτᾷ. Μηδὲ Χρύσιππος ἄρα ὁ τὴν ἡμιδουλείαν εἰσάγων, ὅ τι ποτέ (74) ἐστιν αὐτὸ τοῦτο, ἀπαντάτω εἰς τὴν στοάν, μηδ' οἰέσθω ἀπαντήσεσθαι τοὺς βλενοὺς ἐκείνους, ὡς αὐτὸν ἀκουσομένους τὸν Οὔτιν· μηδὲ διατεινέσθω περὶ μηδενὸς καταστάς, πρὸς μὲν Ἀρκεσίλαον παρόντα, πρὸς δὲ Ἐπίκουρον οὐ παρόντα· τί γάρ ἐστιν ὁ Ἀρκεσίλαος, τί δὲ ὁ Ἐπίκουρος, ἢ τί ἡ στοά, ἢ τί οἱ νέοι, ἢ τίς ὁ Οὔτις, οὔτ' οἶδεν, οὔτε οἷός εἰδέναι· πολὺ γὰρ πρότερον οὐδ' εἰ αὐτός τί ἐστιν οἶδεν. Ἀλλ' οὐκ ἀνέξεσθε οὔτε ὑμεῖς, οὔτε ὁ Δημόκριτος, εἰ λέγοι τις ταῦτα· οὐ γὰρ εἶναι πιστότερον μέτρον οὗ λέγω· οὐδ' εἰ δοκεῖ καὶ ἄλλα τινὰ εἶναι, τούτῳ γοῦν παρισωθείη· ἢ παρισωθείη μὲν ἄν, ὑπερβάλλοι δὲ οὐκ ἄν. Οὐκοῦν φήσειεν ἄν τις, ὦ Δημόκριτε, καὶ σὺ, ὦ Χρύσιππε, καὶ σὺ, ὦ μάντι, ἐπειδὴ ἀγανακτεῖτε εἴ τις ἐθελήσαι παρελέσθαι τὴν ὑμῶν αὐτῶν ἀντίληψιν· οὐ γὰρ ἔτι τὰς πολλὰς ἐκείνας βίβλους εἶναι· φέρε καὶ ἡμεῖς ἀναγανακτήσωμεν. Τί δή ποτε; ἔνθα μὲν ἂν ὑμῖν δοκῇ, ἔσται τοῦτο καὶ πιστότατον καὶ πρεσβύτατον· ἔνθα δ' ἂν μὴ δοκῇ, καταδυναστεῦσαι (75) τι λεληθὸς αὐτοῦ εἱμαρμένη πεπρωμένη, διαφοράν ἑκάστῳ ὑμῶν ἔχουσα, τῷ μὲν ἐκ Θεοῦ, τῷ δὲ ἐκ τῆς τῶν μικρῶν ἐκείνων σωμάτων τῶν φερομένων κάτω, καὶ ἀναπαλλομένων ἄνω, καὶ περιπλεκομένων, καὶ διαλυομένων, καὶ διισταμένων, καὶ παρατιθεμένων ἐξ ἀνάγκης; Ἰδοὺ γὰρ ᾧ τρόπῳ ἡμῶν αὐτῶν ἀντειλήμμεθα, τούτῳ καὶ τῶν ἐν ἡμῖν αὐθαιρέτων καὶ βιαίων. Οὐ λέληθε δὲ ἡμᾶς ὅσον τὸ μεταξὺ τοῦ βαδίζειν καὶ τοῦ ἄγεσθαι, οὐδὲ ὅσον τοῦ αἱρεῖσθαι καὶ τοῦ ἀναγκάζεσθαι. Ὧν δὲ ἕνεκα ταῦτα προσήνεγκα τῷ λόγῳ; ὅτι σε ἐκπέφευγεν, ὦ μάντι, ὧν κύριοί ἐσμεν ἡμεῖς, καὶ ὁ τὰ πάντα εἰδὼς, ταῦτά γε οὐκ ἂν εἰδείης, ὧν τὰ πείσματα ἀνῆπται ἐκ τῆς ἡμετέρας βουλήσεως. Αὗτη δέ γε ἐφαίνετο οὐκ ὀλίγων οὖσα πραγμάτων ἀρχή· ὃν δὲ ἡ ἀρχὴ, ἥτις ἦν τῶν μετὰ ταῦτα αἰτία, ἐκπέφευγεν, ἦπού γε τὰ μετὰ τὴν ἀρχὴν εἰδείη ἂν οὗτος. Ἀναίσχυντος δηλαδὴ [a] ὁ Λαΐῳ προμαντευόμενος, ὅτι αὐτὸν ἀποκτενεῖ ὁ φύς. Ἤμελλε γάρ που ὁ φὺς κύριος ἔσεσθαι τῆς ἑαυτοῦ βουλήσεως· καὶ οὔτε τις Ἀπόλλων, οὔτε τις αὐτοῦ ὑπέρτερος ἐξικνεῖσθαι ἱκανὸς, οὐδὲ μιᾷ δυνάμει, ὧν οὐκ ἔστιν οὔτε ὕπαρξις, οὔτε γενέσεως ἀνάγκη.

B Nam ne ipse quidem intelligis, tene quisquam de Arcadia consulat, is ne porro sis, qui consulitur, habeasne, quod eam in rem, qua de alius consulit, respondeas. Desinat etiam Chrysippus, is qui dimidiatam invehit servitutem, cum id ipsum prorsus ignoret, in Porticum ventitare, nec eodem blenuos illos bardosque venturos putet, Neminis audiendi causa: nec jam fixo gradu, aut præsente cum Arcesila, vel cum Epicuro absente luctetur: quando is, quid aut Arcesilas, aut Epicurus, imo quid aut Porticus, quid adolescentes, quid Nemo ipse sit, nec intelligit, nec intelligere omnino potest; nam quod multo prius est, sitne ipsemet aliquid, ne hoc quidem novit. At orationem istam neque vos scilicet, neque Democritus ferat: quod alia certior, ea quam protuli, hujus æstimandæ rei ratio nulla esse possit; aut si aliæ præterea sint, cum illa tamen æquari nequeant; aut si etiam æquari possint, eam certe quidem superare non possint. Jam vero, dicat aliquis, o Democrite, tuque o Chrysippe, tuque, adeo bone vates, si quis communem illum vobis sensum ac notionem eripere conaretur, indignaremini, nec enim id jam esset, ingentem istam nescio quam librorum supellectilem eripere: indignemur igitur etiam nos. Quid enim? ubi vobis ita visum erit, certissimum hoc videlicet idemque antiquissimum argumentum erit; ubi autem secus existimabitis, tum eo potentius erit occultum nescio quid, fatalis, inquam, illa necessitas, quade ne vobis quidem inter vos ipsos convenit; cum alius eam ex divino Numine, alius ex minimis illis corpusculis pendere velit, quæ modo deorsum ferantur, modo contra vibrentur sursum, atque ejusmodi sint, ut inter sese paulo ante commissa, paulo post dirimantur; ac vicissim disjuncta prius cum essent, necessario postmodum conjungantur? Etenim quo nos ipsi modo sentimus atque cognoscimus, eodem plane de rebus iis, quæ aut volentibus nobis aut invitis eveniunt, statuimus. Neque nos profecto latet, quantum inter eum qui sponte incedat, et eum qui agatur, quantum inter eum qui optet ac deligat, et eum qui cogatur, intersit. Quorsum autem hæc oratio pertinet? **258** Fugit te nimirum, bone vates, quænam arbitrii nostri potestatisque

[a] *γρ.* δή.

(74) *Ὅ τι ποτέ.* Addendum videtur, οὐκ εἰδώς, aut aliquid simile; alioqui pendebit sententia.

(75) *Καταδυναστεῦσαι.* Alterius ms. lectio καταδυναστεύσει, opportune suppleat quidquid hoc loco mutilum videri posset. Theodoretus vero, lib. VI *De curand. Græc. affect.*, ubi disputationis hujus particulam inserit, in præsenti legit, ἐκεῖ καταδυναστεύει.

Digitized by Google

sint, tuque ille, qui cuncta nosti, ne illa quidem nosti, quæ nostra ex voluntate sunt quibusdam quasi funibus catenisque suspensa. Atqui rerum illam caput ac principium esse constat, sane non paucarum : quem autem eorum, quæ postea consequantur, principium et causa lateat, is videlicet, quæ ex eodem fonte oriuntur, intelligat. Impudens ergo fuit, quisquis Laio prædixit, eum a filio interfectum iri. Dominus enim voluntatis suæ filius iste futurus erat; nec ullus aut Apollo, aut Apolline superior, res eas vi ulla rimari scrutarique potest, quæ nec sint ipsæ, nec ullam ortus sui necessitatem habeant. Nam illud quidem omnium maxime ridiculum est, quod iidem et aliquid in hominum esse potestate, et seriem tamen nexumque causarum esse defendant. Quippe hunc enim, ut eorum sapientissimi dictitant, cum Euripidis narratione congruens. Nam ut Laius prolem suscipere vellet, id quidem in Laii potestate situm fuisse, quod tamen Apollo non viderit : si vero susciperet, tum ejus, qui nasceretur, manibus ipsum inexorabili necessitate periturum : itaque vatem ex futuri necessitate, ejus præsentiendi vim ac facultatem hausisse. Atqui non minus sane filius voluntatis suæ dominus, quam pater, erat : adeoque tam integra parentis ei liberaque cædes, quam filii procreatio parenti fuit. Atque hujusmodi sunt divinationes vestræ omnes. Nec melioris notæ fuit, quod hunc in modum Euripideus Apollo respondit,

Tua omnis alto sanguine natabit domus.

Quippe oculos sibi videlicet filius suis ipse manibus effossurus erat, partim maternarum nuptiarum, partim ejus quam sibi ænigmatis solutione peperisset tyrannidis indignitate stimulatus : deinde mutuæ liberorum ejusdem cædes, ob alterius regno pulsi exsilium, alterius regnandi cupiditatem, simulque ob exsulis nuptias Argis contractas, septemque ducum ridiculorum classem ac dimicationem, consecuturæ. Enimvero, cum in varia imperia, diversasque provincias disjuncti ac divisi essent, qui tandem vel ea nosse potuisti, vel series illa nexusque causarum eadem inter sese colligare? Nam si Œdipus sui quoque juris cum esset, regnum occupare noluisset; aut si voluisset quidem ac simul occupasset, idem tamen Jocastam uxorem non optasset; aut si ea insuper uxore ducta, nequaquam tamen ægritudinis molestiæque vi actus in furorem atque insaniam fuisset; quomodo reliqua deinceps consecuta essent? quomodo

A Ἐκεῖνο γὰρ δὴ τὸ καταγελαστότατον ἁπάντων. τὸ μίγμα, καὶ ἡ σύνοδος, τοῦ καὶ ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις τι εἶναι, καὶ εἱρμὸν οὐδὲν ἧττον εἶναι. Προσεοικέναι γὰρ αὐτὸν, ὡς λέγουσιν οἱ σοφώτεροι, τῷ Εὐριπιδείῳ λόγῳ. Τεκνῶσαι μὲν γὰρ ἐθελῆσαι τὸν Λάϊον, κύριον εἶναι τὸν Λάϊον, καὶ τούτῳ [a] ἐκπεφευγέναι τὴν Ἀπολλωνίαν δῆτα· τεκνώσαντι δ' αὐτῷ ἐπεῖναι ἀνάγκην ἄφυκτον ὑπὸ τοῦ φύντος αὐτὸν ἀποθανεῖν. Οὕτως οὖν τὴν ἐπὶ τῷ μέλλοντι ἀνάγκην παρέχειν τῷ μάντει τὴν τοῦ γενησομένου προαίσθησιν. Ἦν δέ που καὶ ὁ φὼς τῆς ἰδίας βουλήσεως κύριος, ὥσπερ ὁ φύσας· καὶ ὡς ἐκεῖνος τοῦ τεκνῶσαι καὶ μὴ, οὕτως οὗτος τοῦ ἀποκτεῖναι καὶ μή. Τοιαῦτα δὲ ὑμῶν τὰ μαντεύματα πάντα· καὶ ὁ Εὐριπίδειος (76) Ἀπόλλων τοῦτ' ἐκεῖνο ἦν ὃ ἔλεγεν, τό·

B *Καὶ πᾶς σὸς οἶκος βήσεται δι' αἵματος.*

Ὅτι πήρωσις μὲν ἔσται αὐτοχειρία τοῦ φύντος ἐπὶ γάμῳ μητρὸς, καὶ τυραννίδι ἣν παρέλαβεν ἐπ' αἰνίγματος λύσει· παίδων δὲ ἀλληλοκτόνοι σφαγαὶ ἐπὶ φυγῇ μὲν ἐκ τῆς ἀρχῆς τοῦ ἑτέρου, τοῦ δὲ ἑτέρου πλεονεξίᾳ καὶ γάμῳ τοῦ φυγάδος ἐν Ἄργει, καὶ σὺν στρατηγῶν ἑπτὰ καταγελάστων, καὶ συμβολῇ. Ὧν ἐπὶ πολλὰς ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας διαιρουμένων, πῶς ἂν ἦ σοι ἐξεπίστασθαι, ἢ ὁ εἱρμὸς συνδεῖν δύναιτο; Εἰ γὰρ αὖ (77) κύριος ὢν μὴ ἐβουλήθη τυραννεῖν ὁ Οἰδίπους· ἢ τοῦτο βουληθεὶς καὶ πράξας, γαμεῖν τὴν Ἰοκάστην οὐ προεῖλετο· ἢ γήμας μὴ ἐτετύφωτο, μηδ' ἦν δύσθυμος καὶ δυσάρεστος, πῶς ἂν τὰ καθ' ἕκαστα ἐπράχθη; πῶς δ' ἂν τῶν ὀφθαλμῶν ἥψατο; πῶς δ' ἂν C τοῖς παισὶν ἐπηράσατο τὴν Εὐριπίδου καὶ τὴν σὴν ἀράν; τά τε ἑξῆς τούτων τίνα ἂν τρόπον ἐγεγόνει, μὴ προτέρων αἰτιῶν γιγνομένων; ἢ σὺ τί περὶ τῶν μελλόντων λέγειν ἠδύνασο; Πάλιν δ' αὖ, εἰ συμβάντες οἱ παῖδες ἅμα ἐβασίλευον· ἢ εἰ συνθέμενοι παρὰ μέρος ἔμενον ἐπὶ τοῖς συγκειμένοις· ἢ εἰ ὁ ἀπελαθεὶς ἔγνω

[a] *Ισ.* τοῦτο.

(76) *Καὶ ὁ Εὐριπίδειος.* Trajecta nonnihil oratio; simplicior futura, si diceret, καὶ τοῦτ' ἐκεῖνο ἦν, ὃ ἔλεγεν ὁ Εὐριπίδειος Ἀπόλλων. Sed isthæc amant Attici, ac sæpe cum aliquo perspicuitatis periculo. Cujusmodi sunt apud Aristidem maxime quamplurima, quæ in errorem aliquando solertissimos interpretes induxerunt. Tale est, φέρε εἰπεῖν, illud ex *Panathenaico* : Ἔπειτα, εἰ μὲν μὴ, πολλῶν καὶ καλῶν, καὶ μεγάλων ὄντων οὐμενοῦν οὔτε ἀπαριθμῆσαι ῥᾴδίων, οὔτε μετρῆσαι δυνατῶν, τῶν εἰς τοσοῦτον τὴν πόλιν ἠρκότων, ἓν τι καὶ τοῦτο, τὸ τῶν λόγων ἦν ἀγαθὸν, οὐκ ἂν ἴσως ἥρμοττε παρακινδυνεύειν, ἀλλ' ἐᾶν ὅπως ποτ' εἶχε τὰ τῆς δόξης αὐτῇ. Hæc Canterus ita reddit : *Deinde, si nec magna, nec multa essent, facileque sub numerum et mensuram caderent ea, quæ tantum decus attulerunt civitati; in iisque numerarentur etiam orationes, non esset quod audacius periclitaremur, aut urbis laudes tractaremus.* Quæ vereor, ne plane sint auctoris menti contraria. Offensionis causa, τὸ μή, quod ille cum πολλῶν ὄντων contexuit, cum, ut existimo, ad ἕν τι quod sequitur, referri debuerit. Ita, quod negandum esset, affirmatur; quod affirmandum negatur. Equidem ita malim : *Deinde, siquidem in multis, iisque præclaris, et ingentibus, quæque nec facile numerari, nec pro dignitate æstimari possint, quæque urbem ad eam amplitudinem provexerunt; hoc etiam eloquentiæ bonum minime censeretur : absurdum fortassis esset, temere certaminis hujus aleam subire, salusque foret, quæ ad ipsius laudem pertinent, cuicumodi sint, intacta relinquere.*

(77) *Εἰ γὰρ αὖ.* Quid si εἰ γὰρ αὐτοῦ? alioqui enim κύριος, non sui magis, quam alterius, potentem ad dominum significat.

Digitized by Google

μὴ εἰς Ἄργος, ἀλλ' εἰς Λιβύην, ἢ Περραιβαίους ἀπελθεῖν· ἢ εἰσελθὼν ἐπὶ τὸ Ἄργος, ἔγνω ταριχοπωλεῖν, καὶ μὴ πλουσίαν λαβεῖν γυναῖκα, ἀλλὰ χερνῆτίν τινα, ἢ κάπηλιν· ἢ εἰ ὁ Ἄδραστος μὴ ἔδωκε τὴν θυγατέρα αὐτῷ· ἢ εἰ ὁ μὲν ἔδωκεν, ὁ δ' οὐκ ἐπεθύμησε (78) τῆς οἰκαδε ὁδοῦ· ἢ εἰ ἐπιθυμήσας ἐκράτησεν ἑαυτοῦ· ἢ εἰ μὴ προσέσχεν αὐτῷ δεομένῳ συμμαχίας ὁ Ἄδραστος· ἢ εἰ τῷ Ἀδράστῳ μήτε ὁ Ἀμφιάραος, μήτε ὁ Τυδεὺς, μηδὲ τῶν ἄλλων ταξιάρχων ἕκαστος ἠκολούθουν· ἢ εἰ οἱ μὲν συνηκολούθουν, ὁ δὲ ἐλθὼν οὐκ ἐμάχετο τῷ ἀδελφῷ, ἀλλ' ἢ συμβὰς ἐβασίλευσεν ἅμα αὐτῷ, ἢ μὴ βουλομένῳ ἀνεχώρησε, πεισθεὶς Εὐριπίδῃ λέγοντι·

A aut oculos sibi eruisset, aut illas Euripidis tuasque diras suis ipse liberis imprecatus fuisset? cætera **259** denique, ubi priores deessent causæ, qua tandem ratione fieri potuissent? quid tu ipse, quod de futuro pronuntiares, habuisses? Præterea, si Œdipi liberi, aut simul conjunctis animis regnare, aut inito de mutua vicissim in regnum successione pacto, stare placuisset: itemque si pulsus alter, non jam Argos, sed vel in Libyam, vel ad Perrhæbæos migrare statuisset; aut si Argos appulsus, salsamentarium agere decrevisset, adeoque non locupletem aliquam et opulentam uxorem, sed pauperculam quamdam, et victum manuum labore quæritantem, vel addictam cauponariæ ducere voluisset: aut si filiam Adrastus suam ei negasset, aut si dedisset ille quidem, alius tamen vel patriæ desiderium abjecisset, vel eo commotus licet, se ipsum animumque vicisset: aut si vel auxilium implorantem Adrastus repulisset, vel Adrasto se comitem ac socium, neque Amphiaraus, neque Tydeus, neque ducum aliorum quisquam adjungere voluisset: aut si eorum societate impetrata, reversus in patriam, manus cum fratre non conseruisset, sed potius vel facta pace in regni cum eo societatem venisset, vel eidem repugnanti ultro cessisset, Euripidi obsecutus hunc in modum præcipienti:

Ἀσύνετος δ' ἦλθες καὶ σὺ, πρεσβήσων πάτραν·
ἢ εἰ οὗτος μὲν μὴ, ὁ δ' ἕτερος, τῶν Εὐριπιδείων ἀκούσας σοφιστευμάτων ἐκείνων τῶν ἄλλων·

B *Vesanus etiam patriæ oppressor venis;*
aut si non ille quidem, sed frater potius regno se abdicasset, aliis hisce ejusdem poetæ præstigiis fascinatus,

Εἶθ' ἥλιος μὲν νύξ τε δουλεύειν βροτοῖς,
Σὺ δ' οὐκ ἀνέξῃ δωμάτων ἔχειν ἴσον;

Hominibus ergo solque noxque serviant,
Parem ipse quemquam ferre non possis domi.

Πῶς ἂν συστάντες ἐμάχοντο, καὶ Λαΐου πᾶν δῶμα ἔδῃ δι' αἵματος; Ἀλλὰ μὴν, φήσεις, γέγονε ταῦτα. Γέγονεν. Ἀλλὰ σὺ ποίᾳ ὁδῷ εἰσῆλθες εἰς τὴν τούτων εἴδησιν; Ἢ οὐχ ὁρᾷς, ὡς πυκνὰ διακέκοφε τὸ ὅλων δρᾶμα ἡ ἐν ἡμῖν τοῖς [a] τὸ δρᾶμα συμπληροῦσα δύναμις; Οὕτω δὴ καὶ ἣν βούλει ὑπόθεσιν λαβὼν, διατεμῶ τὸν εἱρμὸν ὑμῶν, ἀποφανῶ τε ἀδύνατον ὄντα. Ἀλλὰ σὺ τὰ τῆς ὑποθέσεως ἔσχατα εἰδέναι λέγεις· ἡ δὲ ὑπόθεσις ἐκ διακοπῆς εἱρμοῦ δυνάμεως ὅλη συντέτακται. Ἢ ὃ λέγω οὐ συνιεῖς [b]; Ἀλλὰ καθ' ἑκάστην ὑπόθεσιν, ὦ μάντι, τὰ ζῶα, ἢ ὀλίγας πολλάκις ἀρχὰς ποιούμενα (79), ἢ πολλὰς ἐν αὐτῇ. Αἱ δὲ ἀρχαὶ ἀεὶ, τὰ μέχρις αὐτῶν διακόψασαι, αὐτὰ ἄλλα (80) προάγουσι πράγματα· τὰ δ' ἐπὶ τοσοῦτον προχωρεῖν δύνανται, ἐφ' ὅσον ἐὰν μὴ (81) ἄλλη ποθὲν ἐπιστᾶσα ἀρχὴ, τὰ μετ' αὐτὴν μὴ τοῖς ἔμπροσθεν ἀκολουθεῖν, ἀλλ' ἑαυτῇ κελεύσῃ. Εἶη δ' ἂν ἀρχὴ, καὶ ὄνος, καὶ κύων, καὶ ψύλλα· οὐ γὰρ παραιρήσει οὐδὲ τῆς ψύλλης, μὰ τὸν Ἀπόλλω, τὴν ἐξουσίαν· ἀλλ' ὁρμήσει τινὰ ἰδίαν ὁρμὴν ἡ ψύλλα, ἡ, καὶ τοῖς ἀνθρωπίνοις πράγμασιν ἐνίοτε συμπλακεῖσα, ἀρχὴν ἑαυτὴν παρέξεταί τινος ὁδοῦ. Σὺ δὲ χρώμενος οὐκ αἴσθῃ τῷ γένει τούτῳ.

Quomodo tandem aut prælium inter se ambo commisissent, aut sanguine obruta Laii domus universa periisset? Verumtamen hæc, inquis, omnia reipsa contigere. Omnino. Sed quæro nunc, qua tu ad rerum istarum præsensionem aspirare via potueris. Non vides quam sæpe totam fabulam interceperit ea, quæ vere fabulam in nobis potestas implet? Ego vero, quodcunque tu argumentum delegeris, eadem facilitate nexum hunc vestrum incidam, nec ullo modo stare posse convincam. Dices argumenti novissima explorata tibi ac perspecta esse: atqui ex hujus quoque nexus interrupta vi argumentum illud universum aptum est. An forte, quid dicam, non intelligis? Exsistunt nimirum, bone vates, ab ipsis animantibus in quovis argumento initia quædam, pauciora nonnunquam, interdumque plura. Ubi autem ea rerum ad sese pertinentium connexionem ac seriem intercluserint, ipsarum quoque rationes naturamque mutant. Eædem porro eatenus duntaxat progredi poterunt, dum principium aliud aliunde nullum ingruet, quod secum, non autem cum superioribus sequentia cohærere jubeat. **260** Fingamus ergo aliquod ejusmodi principium esse asinum, canem, pulicem; neque enim, per Apollinem, suam vel pulici facultatem et instinctum eripias: suo ipse quoque ac proprio ferretur impetu, adeoque rebus nonnunquam humanis implicitus, cujusdam sese viæ ducem principiumque constituet. Tu autem hoc ubi te quoque animalium genere consuli non intelligis.

[a] *Isc.* αὐτοῖς. [b] *Isc.* συνίης.

(78) *Ὃ δ' οὐκ ἐπεθύμ.* De Polynice ista dicuntur, non de Œdipo, qui nescio quo pacto in versionem irrepserit.

(79) *Ποιούμενα.* Subauditur ἐστίν, aut al. simile.

(80) *Αὐτὰ ἄλλα.* Legebatur, opinor in alt. ms., αὐταὶ ἄλλα, sed postremum elementum abrasum est. Utrumque, meo judicio rectum; sed tamen αὐτὰ magis probatur.

(81) *Ἐὰν μή.* Malim, ἂν μή.

Digitized by Google

O Locre, Herculeam ferro Trichina ruisti :
Juppiter ipse graves ultra pro crimine pœnas

A *Τριχῖν' ἐξεῖλες* (82) *πόλιν Ἡρακλῆος θείου,*
Ὦ Λοκρέ· σοὶ δὲ Ζεὺς ἄλλας [a] *δῶκ' ἠδ' ἔτι δώσει.*

Quid ais? Non decretum id fati a vobis erat, uti everteretur? num hujus auctores excidii fuimus, ac non potius vestra illa necessitas? Injuriosus es, o Apollo, nec verum est pœnas abs te nobis, qui nihil peccávimus, irrogari. Nam vester quidem ille Jupiter (illa, inquam, necessitatis vestræ necessitas), quorsum in nos, ac non potius, quando pœnas libet exigere, in se ipsum animadvertat, qui ejusmodi esse necessitatem ostenderit? Quorsum vero nobis minatur? quorsum ipsi, quasi ea res potestatis nostræ fuerit, fame contabescimus? Cæterum ejusdem civitatis aliquid aut a nobis instaurabitur, aut non : utrum autem eveniat, in fatis jam est. Desine ergo, B Jupiter famis architecte, gravius irasci. Est enim id, quod ut esset, fatum fuit, atque id tuus iste nexus perficere jussus est : nos vero, si cum eo committamur, nulli sumus. Tu quoque, Apollo, frustra vaticinari desine. Erit enim id profecto, quod futurum est, ut maxime tacueris. Nos autem, Jupiter, tuque Apollo, quid agamus, qui nullo modo impositæ a vobis non tam legis, quam necessitatis causa simus? Quid nobis cum vestris illis pœnis ac furiis, quas ipsi profecto, ob ea, quibus per vim obstricti sumus, ferre merito ac sustinere debeatis?

Τί φῄς; οὐ γὰρ ἐπέπρωτο ὑφ' ὑμῶν ἐξαιρεθῆναι αὐτήν; καὶ τί αἴτιοι ἡμεῖς, ἀλλ' οὐχ ἡ ὑμετέρα ἀνάγκη; Οὐ δίκαια ποιεῖς, ὦ Ἄπολλον, οὐδ' ὀρθῶς ἐπετιμᾷς τοῖς οὐδὲν ἀδικοῦσιν ἡμῖν. Ὁ δὲ Ζεὺς οὗτος, ἡ τῆς ὑμετέρας ἀνάγκης ἀνάγκη, τί ἡμᾶς τίννυται, ἀλλ' οὐκ (εἴπερ ἄρα) ἑαυτὸν, ὅτι τοιαύτην κατέδειξεν εἶναι τὴν ἀνάγκην; Τί δὲ καὶ ἀπειλεῖ ἡμῖν; ἢ τί ἡμεῖς, ὡς ὄντες τούτου κύριοι, λιμώττομεν; Ἀλλὰ καὶ εἴ τι [b] ἀνοικισθήσεται πρὸς ἡμῶν, ἢ οὔ· ὁπότερον δ' ἂν ᾖ, τοῦτο πέπρωται. Ἄῤῥαξον δή, ὦ Ζεῦ λιμοποιὲ, τοῦ θυμοῦ· ἔστι γὰρ ὃ πέπρωται, καὶ τοῦτο προστέτακται ποιεῖν ὁ σὸς εἱρμός· ἡμεῖς δὲ πρὸς τοῦτον οἷόν ἐσμεν. Παῦσαι δὲ καὶ σὺ, ὦ Ἄπολλον, μάταια χρησμῳδῶν· ἔσται γὰρ, ὃ δὴ ἔσται, κἂν σὺ σιωπᾷς. Ἡμεῖς δὲ, ὦ Ζεῦ καὶ Ἄπολλον, τί πάθωμεν, οὐδὲν ὄντες ἔτιοι τῆς ὑμετέρας νομοθετήσεως, τουτέστιν ἀναγκοθετήσεως; Τί δ' ἡμῖν καὶ ταῖς ὑμετέραις ἄταις, ἃς αὐτοὶ ἔχειν δίκαιοί ἐστε, ὑπὲρ ὧν ἡμεῖς ἠναγκάσθημεν;

Ne vos, Oetæi, cæco mens improba motu
Abripiat.

Atqui non festinamus, Apollo, sed agimur; nec amentia, sed necessitate vestra. Jam vero, Lycurgum, Apollo, quid est, quamobrem ita prædices, C qui non sponte sua, vel inductione animi probus erat, sed plane invitus? si tamen probus quisquam invitus esse potest. Perinde omnino agitis, ac si quis elegantes ac formosos laudaret præmiisque afficeret, turpes vituperaret ac puniret. Merito quippe vobis improbi objiciant, virtutem sibi per vos minime colere licuisse, imo vobis cogentibus sese improbos fuisse. Probos vero, si nimium sibi placuerint, nemo ferat : imo non jure succlamet nemo : Audi 261 sis, Chrysippe, tuque, o Cleanthes, vosque circuli ejusdem cæteri (vobis enim probitatem attribuitis); equidem virtutem laudo, vos tamen etiam virtute præditos non laudo. Quin Epicurum illum, quem tu, Chrysippe, adeo vehementer inse- D ctaris, si rem tuis ex decretis definio, ab omni crimine liberum pronuntiem. Quid enim ageret, qui non sponte sua vel ad vitæ mollitiem, vel ad improbitatem adhæresceret, quo tu eum nomine criminari soles?

Οἰταῖοι, μὴ σπεύδετ' ἀτασθαλίῃσι νόοιο.

Ἀλλ' οὐ σπεύδομεν, ὦ Ἄπολλον, ἀλλ' ἐλαυνόμεθα, οὐδὲ ἀτασθαλίαις, ἀλλὰ τῇ ὑμετέρᾳ ἀνάγκῃ. Τὸν δὲ Λυκοῦργον ἐκεῖνον πῶς, ὦ Ἄπολλον, ἐπαινεῖς, ὃς οἷός ἦν ἀγαθὸς, οὔτε ἑκὼν, οὔθ' ἑλόμενος, ἀλλὰ ἄκων; εἰ περ που καὶ γίνεταί τις ἀγαθὸς ἄκων. Ἔοικε δὲ ὃ νῦν ποιεῖτε, ὡς εἴ τις τοὺς μὲν καλοὺς τὰ σώματα ἐπαινοίη καὶ γεραίροι, τοὺς δὲ αἰσχροὺς ψέγοι καὶ κολάζοι. Δίκαια γὰρ εἴποιεν ἂν πρὸς ὑμᾶς οἱ πονηροὶ, ὅτι, Οὐκ ἐπετρέψατε ἡμῖν, ὦ θεοὶ, ἀγαθοῖς γίνεσθαι· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ἐδιάσασθε εἶναι πονηρούς· οἵ τε ἀγαθοὶ, εἰ ἐξηγκωνισμένοι περιπατοίεν, οὐκ ἐπιτρέψει τις αὐτοῖς, ἀλλὰ φήσει· Ὦ Χρύσιππέ τε καὶ Κλεάνθες, καὶ ὅσοι τούτου τοῦ χοροῦ, (ὑμεῖς γὰρ πεποίησθε εἶναι ἀγαθοί·) ἐγὼ μὲν ἀρετὴν ἐπαινῶ, ὑμᾶς δὲ τοὺς ἐναρέτους οὐκ ἐπαινῶ. Ἀλλὰ καὶ τὸν Ἐπίκουρον, ὃν σὺ πολλὰ, ὦ Χρύσιππε, ἐβλασφήμησας, ἐγὼ τό γε ἐπὶ σοὶ ἀφίημι τῶν ἐγκλημάτων. Τί γὰρ πάθῃ, ὃς οὐχ ἑκὼν ἦν μαλακὸς, οὐδὲ ἄδικος, ὥσπερ πολλάκις αὐτὸν ἐλοιδόρησας;

In placidos hominum inclinant pia numina mores,
Horum etiam cultu, et sacro lætantur honore.

Mihi quidem plane persuadeo, nunquam vos ita locuturos esse, nisi homines ad ea quæ sequuntur, non vi ulla, sed voluntate sua duci credideretis. Quæ porro voluntatis nostræ sint, nemo unquam, neque

Εὐτάκτων θνητῶν βιοτῇ θεοὶ ἵλαοί εἰσιν,
Εὐσεβέων θ' ἁγίας θυσίας τιμάς τε δέχονται.

Δοκεῖτε δέ μοι οὐκ ἂν ταῦτα λέγειν, μὴ πεπεισμένοι, ὅτι οὐκ ἄκοντες, ἀλλὰ βουλόμενοι χωροῦσιν, ἐφ' ἃ χωροῦσιν. Ἃ δ' ἂν βουληθῶσιν, οὔτε θεὸς, οὔτε ἄνθρωπος (83) σοφιστὴς, οὕτω προειλεγμένων, τολμῇ

[a] *γρ.* ἄττας. [b] *Ισ.* ἤ τι.

(82) *Τριχῖν' ἐξεῖλες.* Vide supra.

(83) *Οὔτε ἄνθρωπος*, etc. Voces aliquot prætermissas ita supple, *neque homo, ut etiam sophista fuerit, his jam ita demonstratis, necessitati*, etc. Nisi malumus, οὕτω προειλεγμένος, aut προειλεγμένων, ut ad deum et hominem referatur, non ad res ipsas. Utrumlibet optetur, ἔλλειψις Attica est, eaque non infrequens.

Digitized by Google

σει λέγειν, ὅτι ὑποτέτακται. Ἢ λόγους μὲν οὐκέτι πρὸς αὐτὸν ποιησόμεθα, σκῦτος δέ τι τῶν εὐτόνων λαβόντες, ὡς ἐπ' ἀνάγωγον παῖδα τὰς πλευρὰς εὖ μάλα καταξανοῦμεν αὐτοῦ. » Τοσαῦτα πρὸς τὸν χρησμῳδὸν ὁ Οἰνόμαος ἀπετείνατο. Σὺ δ' ἀλλ' εἰ μὴ τῷ τοιῷδε χαίρεις, λαβὼν ἀνάγνωθι τὰ ἐκ τῶν ἄλλων φιλοσόφων περὶ εἱμαρμένης, οὐ μόνον τῶν προπαρατεθέντων χρησμῶν ἀνατρεπτικά, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων καθόλου περὶ τοῦ δόγματος ἐπινοουμένων. Ἐπειδὴ γὰρ μὴ μόνον ἀμαθεῖς καὶ ἰδιῶται, ἤδη δὲ καὶ ἐπὶ παιδείᾳ, καὶ φιλοσοφίᾳ μέγα φρονήσαντες πλείους κατεσύρησαν ὁμόσε τῷ δόγματι, ἡγοῦμαι δεῖν ἀναγκαίως τὰς αὐτῶν φιλοσόφων πρὸς σφᾶς αὐτοὺς ἀντιῤῥήσεις ἐκθέσθαι, εἰς ἀκριβῆ τοῦ προβλήματος διάσκεψιν. Πρῶτα δὴ οὖν σοι παραναγνώσομαι ἀπὸ τοῦ Διογενιανοῦ τὰ περὶ εἱμαρμένης, ὧδέ πως τῷ Χρυσίππῳ ἀντειρημένα.

A Deus, neque homo necessitati assignare audeat. Aut si quis tamen erit ejusmodi, non jam verbis cum eo contendamus, sed arrepta (ut in contumaces pueros fieri solet), duriore scutica, plagis ei latera egregie concidamus. » Atque illa sunt, quibus in bonum vatem Œnomaus invehitur. Qui si tibi satis non est, perlege quæ a cæteris philosophis de fato dicuntur, quæque non producta modo superius oracula, sed etiam quidquid usquam huic dogmati statuendo excogitari solet, funditus evertunt. Nam cum non rudes solum et imperiti, sed etiam qui doctrinarum ac sapientiæ studio maxime gloriantur, hac simul opinione trahi jam soleant, mutuas philosophorum ipsorum pugnas, quo propositæ quæstionis veritas accurate dispiciatur, oculis subjicere necessarium arbitror. Primum igitur, ex Diogeniani operibus, quæ ab eo contra Chrysippum de fato disputantur, recitabo. Ita habent.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Ὅτι περὶ τοῦ αὐτοῦ ἀπὸ τῶν Διογενιανοῦ τοῦ Περιπατητικοῦ, πρὸς Χρύσιππον, ἅμα μὲν βουλόμενον σώζειν τὴν παρ' ἡμᾶς αἰτίαν, ἅμα δὲ πάντα καθειμάρθαι λέγοντα· καὶ ὅτι οὐδὲ τὰ παρ' Ὁμήρῳ περὶ τῆς εἱμαρμένης λεγόμενα συνῆκεν.

CAPUT VIII.

De eodem ex Diogeniano Peripatetico adversus Chrysippum, qui simul et causam nobis rerum vindicare conabatur, et fato tamen omnia fieri contendebat : quodque non ceperit quæ ab Homero de fato dicuntur.

262 « Ἄξιον δὲ ἐπὶ τούτοις ἅπασι παραθέσθαι καὶ τὰ δοκοῦντα Χρυσίππῳ τῷ Στωϊκῷ περὶ τοῦ λόγου τοῦδε. Οὗτος γὰρ ἐν τῷ πρώτῳ *Περὶ εἱμαρμένης* βιβλίῳ, βουλόμενος δεικνύναι τὸ δὴ πάνθ' ὑπὸ τῆς ἀνάγκης τῆς εἱμαρμένης κατειλῆφθαι, μαρτυρίοις ἄλλοις τε τισὶ χρῆται, καὶ τοῖς οὑτωσὶ παρ' Ὁμήρῳ ποιητῇ λεγομένοις·

C

. . . . Ἀλλ' ἐμὲ μὲν κὴρ (84)
Ἀμφέχανε στυγερὴ, ἥπερ λάχε γειρόμενόν περ.

Καί·

. . . Ὕστερον (85) αὖτε τὰ πείσεται, ὅσσα οἱ Αἶσα
Γειρομένῳ ἐπέκλωσε λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ.

Καί·

Μοῖραν δ' οὔτινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀν-
[δρῶν (86).

Οὐ θεωρῶν, ὅτι τὰ ἀλλαχοῦ πάλιν παρὰ τῷ ποιητῇ λεγόμενα τούτοις ἀντικρὺς ἠναντίωται· οἷς καὶ αὐτὸς ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ χρῆται, βουλόμενος συνιστᾶν τὸ καὶ παρ' ἡμᾶς πολλὰ γίνεσθαι· οἷον τό·

Αὐτοὶ γὰρ (87) σφετέρῃσιν ἀτασθαλίῃσιν ὄλοντο.

Καὶ τὸ,

Ὦ πόποι (88), οἷον δή νυ θεοὺς βροτοὶ αἰτιόωνται!
Ἐξ ἡμέων γάρ φασι κακ' ἔμμεναι, οἱ δὲ καὶ αὐ-
[τοὶ
Σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσι.

D

Quo in genere non vidit, alia pleraque apud eumdem poetam exstare loca, quæ cum istis omnino pugnent. Quibus tamen, sequente libro, ad probandam in plurimis voluntatis nostræ vim ac potestatem, ipsemet abutitur. Cujusmodi illud est :

Illos quippe animi pravus male perdidit error.

Itemque quod sequitur :

Proh quanta in superos mortales crimina fingunt!
Nos illi causasque vocant, fontesque malorum :
Cum mentis vitio, sibi præter fata dolores
Sponte creant.

(84) Ἀλλ' ἐμὲ μὲν κὴρ. Homer. *Iliad.* Ψ', v. 19.
(85) Ὕστερον. *Iliad.* Υ', 28.
(86) *Iliad.* Ζ', v. 488.
(87) Αὐτοὶ γάρ. *Iliad.* Δ', 409. Sed pro αὐτοὶ γάρ, legitur, κεῖνοι δέ. At *Odyss.* Α', 7, αὐτῶν γάρ.
(88) Ὦ πόποι. *Odyss.* Α', 32, ubi Eustathius, cum Diogeniano præclare consentiens, ex malis, quæ vitam hominum infestam habeant, alia divinæ voluntati (quam fati nomine intelligit) citra ullam eorum culpam attribuit, alia hominum ipsorum vel socordia, vel improbitate, non tamen præter divinæ Providentiæ consilium evenire docet. Observat idem præterea, τῶν παλαιῶν ἀκριβεστέρους, ὑπέρμορον quam ὑπὲρ μόρον legere maluisse. Quod autem addit ὑπέρμορον, vel ὑπὲρ μόρον, explicari etiam posse, ὑπὲρ τὸ καθῆκον, quod μόρος interdum ἀντὶ τοῦ καθήκοντος, usurpetur : ut alibi forte locum id habeat, hunc tamen sensum hoc loco poetæ verba non ferunt. Illud enim ὑπέρμορον intexuit, ut culpam in deos immerito conferri ostenderet.

Digitized by Google

His enim profecto atque similibus, non omnia fato fieri docetur. Imo ne hoc quidem videre potuit, Homerum dogmati suo, nequaquam superioribus illis versibus suffragari. Nec enim is omnia, sed aliqua tantum fato assignanda esse ponit. Nam illud quidem :

. . . . Me fatum absorbuit atrox,
Quod me vitales nascentem eduxit in auras,

mortem solum, non omnia fato contingere significat : recte id quidem, omni enim animanti, ex quo nascitur, continuo mori fatum est. Quod sequitur :

Exin cuncta feret, quæ nexerit olim **263**
Parca sibi, matris cum primum exiret ab alvo,

eumdem plane sensum habet. Nec enim quæcunque deinceps futura essent, ea fato futura pronuntiat omnia, sed eorum nonnulla duntaxat necessitati tribuit. Nam illa vocis hujus, *quæcunque*, distinctio, quid tandem aliud, nisi hoc ipsum, indicat? Nobis porro, uti non omnia, sic pleraque vi necessitatis ingruere certum est. Illud etiam :

Nemo hominum sese fato subduxerit unquam,

optime dictum est. Quis enim ea quæ animantibus omnibus necessario eveniunt, declinare possit? Tantum igitur abest, ut Homerus Chrysippo rerum omnium rationes in fato collocanti suffragetur, ut etiam cum eo pugnet; cum ille multa sæpe ac diserte juris arbitriique nostri fecerit, nusquam vero necessitati omnia conceptis verbis assignarit. Cæterum poetæ fortassis, qui non jam rerum nobis earumque naturæ veritatem pollicetur, sed multiplices ac varias hominum perturbationes, morumque ac sententiarum rationes congerit, pugnantia sæpe loqui licebat : philosophum quidem neque pugnantia loqui, neque poetarum in eum finem testimoniis abuti deceat. » Et nonnullis interjectis : « Aliud, inquit, fato rebus in omnibus statuendo, potens in primis ac solidum argumentum esse Chrysippus arbitratur, ipsam nominum ejusmodi rationem. Nam πεπρωμένην quidem, perinde ac πεπερασμένην quamdam, hoc est, omni ex parte cumulatam perfectamque administrationem, appellatam esse vult : εἱμαρμένην vero quasi εἰρομένην, hoc est, omni ex divina voluntate, aut alia quavis ex causa nexam atque aptam. Quin etiam Μοῖρας (Parcas) ex eo dictas opinatur, quod unicuique nostrum una earum aliqua μεμέρισται, attributa sit. Imo nec aliunde τὸ χρεών appellatum esse, quam quod fato ipso debeatur. Jam Parcarum numerum, tribus illis temporibus, quibus omnia volvuntur ac perficiuntur, accommodat. Et Lachesin quidem ita nominatam esse, quod suam cuique sortem λαγχάνῃ, attribuat : Atropon vero, κατὰ τὸ ἄτρεπτον, quod ea sors nec mutari nec declinari possit : Clotho denique, παρὰ τὸ

A Ταῦτα γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτα τῷ πάντα γίνεσθαι καθ' εἱμαρμένην ἠναντίωται. Οὐ μὴν οὐδ' ἐκεῖνο συνιδεῖν ἠδυνήθη, τὸ μηδαμῶς τὸν Ὅμηρον μηδ' ἐν ἐκείνοις τοῖς ἔπεσι συμμαρτυρεῖν αὐτῷ τῷ δόγματι. Οὐ γὰρ τὸ πάντα γίνεσθαι καθ' εἱμαρμένην, ἀλλὰ μᾶλλον τό τινα κατ' ἐκείνην συμβαίνειν ἐξ αὐτῶν ὑποβάλλων εὑρεθήσεται. Τὸ γάρ·

. . . . . *Ἀλλ' ἐμὲ μὲν κὴρ*
Ἀμφέχανε στυγερὴ, ἥτις λάχε γεινόμενόν περ,

οὐχ ὅτι πάντα κατὰ τὴν κῆρα συμβαίνειν λέγοιτο ἄν, ἀλλ' αὐτὸ τὸ τεθνήξεσθαι. Καὶ γὰρ, ὡς ἀληθῶς, παντὶ γεννητῷ ζώῳ θανεῖν καθείμαρται. Ἀλλὰ αὖν καὶ τό·

. . . . *Ὕστερον αὖτε τὰ πείσεται, ὅσσα οἱ Αἶσα*
Γείνομένῳ ἐπέκλωσε λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ,

B τὸ αὐτὸ βούλεται. Οὐ γὰρ, ὅτι πάντα αὐτῷ καθ' εἱμαρμένην τὰ μετὰ ταῦτα συμβήσεται, λέγει, ἀλλ' ὅτι κατ' ἀνάγκην αὐτῷ τινα συμβήσεται. Ἡ γὰρ τοῦ, ὅσσα, διαστολὴ, τί ποτε ἕτερον ἢ τοῦτο σημαίνει; Πολλὰ δὲ κατ' ἀνάγκην ἡμῖν, εἰ καὶ μὴ πάντα, ἐπίκειται. Καὶ τό·

Μοῖραν δ' οὔτινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀν-
[δρῶν,

ἄριστα εἴρηται. Τίς γὰρ ἂν δύναιτο τὰ κατ' ἀνάγκην παντὶ ζώῳ συγκυροῦντα διαφυγεῖν; Ὥστ' οὐχ ὅπως σύμψηφον ἂν ἔχοι τὸν Ὅμηρον Χρύσιππος ἐν τῷ πάντα καθ' εἱμαρμένην γίνεσθαι νομίζειν, ἀλλὰ καὶ ἐναντιούμενον, εἴ γε ἐκεῖνος μὲν, ὅτι πολλὰ γίνεται C παρ' ἡμᾶς, σαφῶς καὶ πολλάκις εἴρηκε, τὸ δ' ὅτι κατὰ ἀνάγκην πάντα συμβαίνει, οὐδαμοῦ ῥητῶς λέγων ἂν εὑρεθείη. Καὶ τῷ ποιητῇ μὲν, ἅτε οὐ τὴν ἀλήθειαν ἡμῖν τῆς τῶν ὄντων φύσεως ὑπισχνουμένῳ, ἀλλὰ μεμιγμένῳ πάθη τε καὶ ἤθη, καὶ δόξας παντοίας ἀνθρώπων, ἁρμόττον ἂν εἴη καὶ τὰ ἐναντία λέγειν πολλάκις· φιλοσόφῳ δὲ οὐδὲ τὰ ἐναντία λέγειν, οὐδὲ ποιητῇ δι' αὐτὸ τοῦτο χρῆσθαι μάρτυρι. » Καὶ μεθ' ἕτερά φησι· « Τεκμήριον δὲ ἄλλο ἰσχυρὸν φέρειν Χρύσιππος οἴεται τῆς ἐν ἅπασιν εἱμαρμένης, τὴν θέσιν τῶν τοιούτων ὀνομάτων. Τήν τε γὰρ πεπρωμένην (89) πεπερασμένην τινά φησιν εἶναι καὶ συντετελεσμένην διοίκησιν, τήν τε εἱμαρμένην εἱρομένην τινὰ, εἴτε ἐκ Θεοῦ βουλήσεως, εἴτε ἐξ ἧς δήποτε αἰτίας. D Ἀλλὰ καὶ τὰς Μοίρας ὠνομάσθαι ἀπὸ τοῦ μερίσθαι καὶ κατανενεμῆσθαί τινα ἡμῶν ἑκάστῳ. Οὕτω δὲ καὶ τὸ χρεὼν εἰρῆσθαι, τὸ ἐπιβάλλον καὶ καθῆκον κατὰ τὴν εἱμαρμένην. Τόν τε ἀριθμὸν τῶν Μοιρῶν τοὺς τρεῖς ὑποβάλλει χρόνους, ἐν οἷς κυκλεῖται τὰ πάντα, καὶ δι' ὧν ἐπιτελεῖται· καὶ Λάχεσιν μὲν κεκλῆσθαι παρὰ τὸ λαγχάνειν ἑκάστῳ τὸ πεπρωμένον· Ἄτροπον δὲ κατὰ τὸ ἄτρεπτον καὶ ἀμετάβατον τοῦ μερισμοῦ· Κλωθὼ δὲ παρὰ τὸ συγκεκλῶσθαι καὶ συνείρεσθαι τὰ πάντα, καὶ μίαν αὐτῶν τεταγμένην τινὰ εἶναι διέξοδον. Ταῦτα γὰρ καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια φλυαρῶν, ἀποδεικνύναι τὴν ἐν ἅπασιν ἀνάγκην νομίζει. Ἐμοὶ δὲ

(89) *Πεπρωμένην*. Theodoret., VI *De Græcor. affection.*, locum hunc, præterito Diogeniani nomine, totidem pene verbis conceptum habet.

Digitized by Google

bus tenebatur, manibus aufugisset, in fuga ipsa cursuque contingeret, ut in suos ipse dominos incideret. Quare nemo ista fato jure tribuerit. Porro certa rerum quarumdam principia sunt humanæ rationi prorsus obscura, quæ quod earum causa ignoretur, antipathia quadam evenire creduntur. Cujusmodi ea sunt quæ amuletis quibusdam fieri inveterata opinio est, cum idonea similisque vero causa vis illorum effectricis assignari nulla possit. Tales quoque sunt cantiones, cæteræque id genus præstigiæ. Nam istorum omnium ignotas esse causas nemo non fatetur, eademque propterea ἀναιτιολόγητα, hoc est, ejusmodi quorum explicari causa non possit, vulgo dicuntur. Ad hæc pleraque statuit utramque in partem promiscue contingentia, quæ, prout res tulerit, eveniant, quæ fati quoque necessitati subducenda putat omnia. Ea porro in utramque partem contingentia vocantur, quæ tam non fieri possunt, quam fieri, quemadmodum ex eo, quod additur, prout res tulerit, intelligitur. Exempli causa partem corporis aliquam movere, cervices temere huc illuc ve convertere, digitum extendere, tollere supercilia, stare cum ante sederes, aut cum prius movereris, quiescere, aut tacere, cum ante loquereris: aliaque sexcenta: quibus in omnibus cum vim quamdam agnoscas contrariis suscipiendis idoneam, tum vero fati nullam invenias; quod quæ fato fiunt, id suscipere, in quo simul etiam contrario locus est, nullo modo possint. Jam vero deliberandi certe consulendique facultate præditus homo frustra non est, esset que tamen, si quidquid agit, ageret necessitate. Enimvero 272 uni hoc, quod oculis ipsis tenetur, homini præ cæteris animantibus eximium ac singulare natura donavit, uti non quomodo illis usu venit, oblatas sensibus impulsiones consequatur, sed in iis, quæ subinde contingunt, rationis judicium adhibere possit. Quo dum ipse utitur, si quæ sensu et cogitatione percepit, eadem excussa diligentius, cujusmodi visa erant, ejusmodi re ipsa esse comperiat, in phantasiæ judicio acquiescit, eaque persequitur. Sin eadem aliter se habere intelligat, non hæret in præcepta cogitatione diutius, quod eorum falsitatem ratio adhibita consultatione deprehenderit. Atqui de rebus tantum iis, quæ fieri a nobis possunt, consultationem instituimus; quas si quando neglecta deliberatione fecerimus, pœnitentia sæpe ducti temeritatis ipsi nos ac stultitiæ accusamus. Imo, si alios quoque nullo ad res agendas consilio accedere videamus, eos, quasi peccarint, reprehendere solemus, hosque aut illos consulere volumus, quippe qui res illas nostra in potestate sitas esse sentiamus. Cæterum quam vana sit eorum de fato sententia, vel ex eo manifeste quivis intelligat, quod ne ipsi quidem ejus assertores decretis placitisque suis obtemperare possint. Nam et hortatores se doctoresque profitentur, aliisque auctores sunt, ut disciplina erudiri sese informarique patiantur, adeoque graviter eos ac vehementer increpant, qui officio

Digitized by Google

functi suo non fuerint, utique quod sua ipsi sponte ac voluntate peccaverint. Quid quod volumina relinquunt ipsi plurima, quibus juniores institui velint? quam illi profecto docendi ambitionem omitterent, si et veniam iis, qui inviti atque imprudentes offendunt, absolvi dari, et qui consulto peccant, eos pœna dignos pronuntiari cogitarent, quod iis peccare vel non peccare integrum fuisset. Quare et fati necessitatem evertunt ipsi quoque, et liberam arbitrii potestatem nobis a natura inesse confirmant : quemadmodum sane pleraque juris nostri non sunt, ut quæ vel natura vel casu fiunt, sed quæ nihilo verius assignari fato possint, ut superioribus argumentis demonstratum est. Atque his a nobis magna ex multitudine in epitomen ideo contractis, quod plurima nostris in litteris de arbitrii nostri facultate habeantur (quibus producta philosophorum testimonia consentiunt, dum et sacrarum ad paginarum, quibus utimur, auctoritatem accedunt, et istas de fato non tralatitias vulgi tantum, sed egregiorum etiam fatidicorumque numinum opiniones falsi coarguunt). **273** totaque vi disputationis partim in præclara oracula vehementius asperiusque collata, partim adversus eximios philosophos, non aliis, quam eorum ipsorum, quos usque adeo norunt, sententiis verbisque contexta. Juvat eorum deinceps, quos astrologos nominant, adversus istos Chaldæorum sectatores, qui sic artis nefariæ præstigias, tanquam doctrinæ partem aliquam profitentur, rationes expendere. Quas quidem ex homine Syro, qui summam Chaldaicæ doctrinæ perfectionem et absolutionem adeptus erat, hoc loco proferemus. Bardesanes is fuit, quem in suis, quos ad disciplinæ socios scripsit, *Dialogis*, hunc in modum philosophari memorant.

A

CAPUT X.

Ex mathematicis etiam disciplinis, fati vanitatem coargui posse. Ex Bardesanis scriptis.

« Naturæ legibus, inquit, generatur homo, alitur, crescit, generat, comedit, bibit, dormit, senescit, moritur : atque id omni non homini tantum, sed etiam experti rationis animanti commune est. Verum animantes cæteræ, quod præter sensum nihil habeant, quodque totæ maris ac feminæ congressione generentur, naturæ quoque in omnibus propemodum impetu rapiuntur. Leo carne vescitur; idem, si lædis, ulciscitur : itaque leones omnes et carne vescuntur, et ulciscuntur, si lædis. Oves herba vescuntur, carnes ne attingunt quidem, nec, si læseris, ulciscuntur : ac toti ovium generi instinctus iste communis est. Scorpius et terram comedit, et illos etiam, a quibus nihil ipse læsus fuerit, venenato stimulo vulnerat; qua improbitate genus omne scorpiorum laborat. Formica id a natura habet, ut hiemem imminere præsentiat, eoque totam æstatem assiduo labore terens, alimenta reponat sibi : quod ab omnibus formicis fieri videmus. Apis cum in elaborando melle versari, tum etiam eodem ali solet : quare id studium omnibus in apibus cernitur. Possem equidem alia pleraque animantium genera producere, quæ quod peculiaris naturæ vim et impetum deserere nequeant, eo ipso nobis plurimum admirabilitatis habere viderentur. Sed futurum id satis existimavi, si vulgarium et quotidianorum exemplo docerem, animantes quidem cæteras, prout

B

C

D

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Ὡς καὶ ἀπὸ τῆς μαθηματικῆς θεωρίας ὁ περὶ εἱμαρμένης ἐλέγχεται λόγος, ἐκ τῶν Βαρδισάνου (98).

« Κατὰ φύσιν ὁ ἄνθρωπος γεννᾶται, τρέφεται, ἀκμάζει, γεννᾷ, ἐσθίει, πίνει, κοιμᾶται, γηρᾷ, ἀποθνήσκει· καὶ τοῦτο παντὸς ἀνθρώπου, καὶ παντὸς ἀλόγου ζώου. Καὶ τὰ μὲν ἄλλα ζῶα ψυχικὰ ὄντα, καὶ διόλου κατὰ συμπλοκὴν γεγενημένα, διόλου σχεδὸν κατὰ φύσιν φέρεται. Λέων σαρκοφαγεῖ, καὶ ἀμύνεται, εἴ τι ἀδικηθῇ· καὶ διὰ τοῦτο πάντες οἱ λέοντες σαρκοφαγοῦσι καὶ ἀμύνονται. Καὶ ἀμνάδες χορτοφαγοῦσι, καὶ κρεῶν οὐχ ἅπτονται, καὶ ἀδικούμεναι οὐκ ἀμύνονται· καὶ ὁ αὐτὸς τρόπος πάσης ἀμνάδος. Σκορπίος γῆν ἐσθίει, καὶ τοὺς μὴ ἀδικήσαντας ἀδικεῖ, κέντρῳ ἰοβόλῳ πλήσσων. Καὶ ἡ αὐτὴ κακία πάντων σκορπίων. Μύρμηξ κατὰ φύσιν οἶδε χειμῶνος παρουσίαν, καὶ δι' ὅλης θερείας κάμνων ἀποτίθεται ἑαυτῷ τροφάς· καὶ ὁμοίως πάντες μύρμηκες ἐργάζονται. Μέλισσα μέλι γ-ωργεῖ, ἐξ οὗ καὶ τρέφεται· καὶ ἡ αὐτὴ γεωργία πάσαις μελίσσαις. Καὶ ἦν πολλὰ εἴδη ἐκθέσθαι ἡμῖν τῶν ζώων, ἅτινα, τῆς φύσεως μὴ δυνάμενα ἐκστῆναι, πολὺν θαυμασμὸν παρασχεῖν ὑμῖν ἐδύνατο· ἀλλ' αὐτάρκη ἡγησάμην ἐκ τῶν παρακειμένων τὴν ἀπόδειξιν ποιήσασθαι, ὅτι τὰ μὲν ἄλλα ζῶα κατὰ τὴν κοινότητα, καὶ τὴν διαφοράν, κατὰ φύσιν δοθεῖσαν ἑκάστῳ, ἐξ ἀνάγκης ἠδέως φέρεται. Ἄνθρωποι δὲ, μόνοι τὸ ἐξαίρετον ἔχοντες, τόν τε νοῦν καὶ τὸν ἐκ τούτου προφερόμενον λόγον, κατὰ μὲν τὴν κοινότητα ἔπονται τῇ φύσει (ὡς προεῖπον), κατὰ δὲ τὸ ἐξαίρετον οὐ κατὰ φύσιν πολιτεύονται. Οὐδὲ γὰρ

(98) *Ἐκ τῶν Βαρδισάνου.* Alter ex mss., Βαρδησάνου, per η, quæ communior scriptura est. S. Epiphanius hæresi XXXVI, quæ alias LVI, Βαρδησιάνην vocat, ejusque sectatores Βαρδησιανιστάς. Notior is est quam ut luce indigeat. Fragmentum hic habes elegantissimi et accuratissimi operis, quod adversus Abidam astrologum, vir Syriaca Græcaque lingua disertissimus elaboravit, ut scribit Epiphanius. Librum inscripserat Antonino, ut Euseb. noster *Histor.* lib. IV, c. ult, auctor est. Antoninum porro, non Pium, sed Verum intellige, ut monet Epiphanius. Eumdem Hieronymus lib. *De scriptor. eccle-*

siast., vir masculæ dictionis judex acerrimus, non prædicat modo, sed etiam miratur. At cum ille vehemens adeo fuerit fati oppugnator, quemadmodum apud B. Augustinum, hæresi XXXV, irrepserit nescio, hunc ad Valentini errores, *addidisse de suo, ut fato ascriberet conversationes hominum.* Sed manuscripti codd. clausulam istam expungunt. Huic porro Bardesanis disputationi gemina illa est quam in simili causa bene longam Cæsarius instituit, tomo I *Bibliothecæ Patrum*, novæ edit. Græco-Lat. p. 610, dialogo II, responsione ad quæst. 109.

Digitized by Google

μία βρῶσις ἡ τῶν ἁπάντων· ἄλλοι μὲν κατὰ τοὺς λέοντας τρέφονται, ἄλλοι δὲ κατὰ τὰς ἀμνάδας· οὐχ ἓν [a] ἔχοντες σχῆμα φορημάτων, οὐκ ἔθος ἓν, οὐχ εἷς νόμος πολιτείας ἐν αὐτοῖς, οὐ μία κίνησις ἐπιθυμίας τῶν πραγμάτων· ἀλλ' ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὴν ἰδίαν θέλησιν αἱρεῖται ἑαυτῷ βίον, τὸν πλησίον μὴ μιμούμενος, πλὴν ἐν οἷς βούλεται. Τὸ γὰρ ἐλεύθερον αὐτοῦ οὐχ ὑπόκειται δουλείᾳ· καὶ εἴ ποτε ἑκὼν δουλεύσει, καὶ τοῦτο τῆς ἐλευθερίας αὐτοῦ ἐστι, τὸ δύνασθαι δουλεύειν ἑκόντα. Πόσοι τῶν ἀνθρώπων, καὶ μάλιστα τῶν Ἀλαναίων (99), ὡς τὰ ἄγρια ζῶα, κρεοβοροῦσιν ἄρτου μὴ γευόμενα, καὶ οὐ διὰ τὸ μὴ ἔχειν, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ θέλειν; Ἄλλοι κρεῶν οὐ γεύονται, ὡς τὰ ἥμερα ζῶα· ἄλλοι ἰχθυοφαγοῦσι μόνον· ἕτεροι δὲ ἰχθύων οὐ γεύονται, οὐδ' ἂν λιμώσσωσιν. Οἱ μὲν ὑδροποτοῦσιν, οἱ δὲ οἰνοποτοῦσιν, οἱ δὲ σίκερα πίνουσι. Καὶ ἁπλῶς πολλὴ διαφορὰ βρωμάτων καὶ ποτμάτων ἐν τῇ ἀνθρωποτήτι, μέχρι καὶ ἐν τῇ τῶν λαχάνων καὶ ὀπωρῶν βρώσει διαφερόμενοι. Ἀλλὰ καὶ οἱ μὲν, ὡς σκορπίοι, καὶ ὡς ἀσπίδες, μὴ ἀδικηθέντες ἀδικοῦσιν· οἱ δὲ, ὡς τὰ ἄλογα ζῶα, ἀδικούμενοι ἀμύνονται· ἕτεροι δὲ, ὡς λύκοι, ἁρπάζουσι, καὶ, ὡς γαλαῖ, κλέπτουσιν· ἄλλοι δὲ, ὡς ἀμνάδες καὶ μηκάδες, ὑπὸ τῶν ὁμοπαθῶν ἐλαύνονται, καὶ τοὺς ἀδικοῦντας οὐκ ἀδικοῦσι. Καὶ οἱ μὲν λέγονται ἀγαθοὶ, οἱ δὲ κακοὶ, οἱ δὲ δίκαιοι. Ὅθεν ἔστι νοεῖν μὴ πάντως κατὰ φύσιν ἄγεσθαι τὸν ἄνθρωπον (ποίαν γὰρ αὐτοῦ ἐροῦμεν φύσιν;) ἀλλὰ πῇ μὲν φέρεται κατὰ φύσιν, πῇ δὲ κατὰ προαίρεσιν. Διὸ τὸν ἔπαινον, καὶ τὸν ψόγον, καὶ τὴν καταδίκην ἔχει ἐν τοῖς κατὰ προαίρεσιν· ἐν δὲ τοῖς κατὰ φύσιν ἔχει τὴν ἀνεγκλησίαν οὐ κατὰ ἔλεος, ἀλλὰ κατὰ λόγον.» Καὶ ἑξῆς φησι· « Νόμους ἔθεντο διαφόρους οἱ ἄνθρωποι ἐν ἑκάστῃ χώρᾳ, τινὰς γεγραμμένους, τινὰς δὲ ἀγράφους, ἐξ ὧν διηγήσομαι, ὡς οἶδα, καὶ ὧν μέμνημαι, ἀρξάμενος ἐκ τῆς τοῦ κόσμου ἀρχῆς. Νόμος ἐστὶ παρὰ Σήραις (1) μηδένα φονεύειν, μήτε πορνεύειν, μήτε κλέπτειν, μήτε ξόανα προσκυνεῖν. Καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ μεγίστῃ χώρᾳ οὐ ναόν ἐστιν ἰδεῖν, οὐ γυναῖκα πορνικὴν, οὐ μοιχαλίδα ὀνομαζομένην, οὐ κλέπτην ἑλκόμενον ἐπὶ δίκην, οὐκ ἀνδροφόνον, οὐ πεφονευμένον. Οὐδενὸς γὰρ τὸ αὐτεξούσιον ἠνάγκασεν ὁ τοῦ πυριλαμπέος Ἄρεος ἀστὴρ μεσουρανῶν ἄνδρα σιδήρῳ ἀνελεῖν· οὐ Κύπρις σὺν Ἄρει τυχοῦσα, ἀλλοτρίᾳ γυναικὶ μιγῆναί τινα παρ' ἐκείνοις πάντως πάσῃ ἡμέρᾳ μεσουρανοῦντος τοῦ Ἄρεος, καὶ πάσῃ ὥρᾳ καὶ ἡμέρᾳ γεννωμένων τῶν Σηρῶν. Παρὰ Ἰνδοῖς καὶ Βάκτροις εἰσὶ χιλιάδες πολλαὶ τῶν λεγομένων Βραχμάνων (2), οἵτινες κατὰ παράδοσιν τῶν προγόνων καὶ

eas vel inter se communione conjunxit, vel dissimilitudine natura distinxit, ejus ductum necessario 274 quidem, sed tamen jucunde sequi: homines vero, qui proprium aliquid soli ac singulare, hoc est mentem, quæque proficiscitur ex mente, rationem habeant, ut in iis, quæ ad communionem pertinent, eamdem naturam sequantur, quemadmodum jam ante dixi; in iis tamen, quæ peculiari ex jure ac facultate pendent, ad communem illam naturam minus adhærescunt. Nec enim eodem omnes utuntur cibo, cum alii leonum, ovium alii ritu vescantur: non cultus idem omnibus, non mos, non vitæ lex et ratio placet, non earumdem omnes rerum cupiditate ducuntur: suo quisque vivit arbitrio, nec vicinum quisquam, nisi quatenus visum fuerit, æmulatur. Est enim ea libertate præditus, quæ servitutem pati non possit. Quod si volens aliquando libensque serviat, hoc ipsum libertatis ejus est, quod servire libere possit. Quam multi homines, Alanæorum præsertim ex genere, crudis ferarum more carnibus vescuntur, panem ne attingunt quidem, non penuria, sed voluntate? Alii perinde ac cicures animantes carnibus abstinent. Alii solis utuntur piscibus, quos alii, ut maxime fames urgeat, gustare non possunt. Alii aquam, vinum alii, alii siceram bibunt. Denique magna est in hominum genere cibi potusque diversitas, quam in olerum etiam ac pomorum usu videre licet. Nonnulli præterea, quomodo scorpii aspidesque solent, nulla injuria lacessiti lædunt, illatas alii brutarum animantium ritu persequuntur injurias. Sunt qui rapacitate lupos, feles et catos furacitate imitentur: sunt contra, qui tanquam oves aut capreæ a similibus impune vexentur, acceptasque injurias patienter ferant. Itaque alii boni, improbi alii, alii justi vocantur. Atque hinc nemo non intelligit, hominem rebus in omnibus natura minime ferri (quam enim aut cujusmodi propriam ejus naturam esse dicemus?), sed partim natura, partim voluntate. In iis ergo, quæ voluntatis sunt, modo laude, modo vituperio, modo pœna dignus est; at in iis, quæ naturæ vitio fiunt, omni reprehensione carere debet; atque id judicium non misericordia, sed ratio dictat.» Hæc ille, quibus idem, quæ sequuntur, adjungit. « Varias, inquit, leges singulis in regionibus, partim scriptas, partim non scriptas homines tulerunt, e quibus eas, quæ notæ mihi sunt, quæque in memoriam ab orbis conditu subeunt, hoc loco proferam. Apud Seras lex est, qua cædes,

[a] *Ισ. del.* ἓν.

(99) *Ἀλαναίων*. De Alanæis nihil legi. Simile vero est non alios esse quam Alanos, quorum Josephus, Lucianus, alii plerique meminerunt.

(1) *Παρὰ Σήραις*. An Seræ a Seribus alii? Seres quidem a Cæsario nominantur: Σῆρες, inquit, οἱ τὸ ἄκρον τῆς Χέρσου οἰκοῦντες, νόμον ἔχοντες τὸ πατρῷον ἔθος, μὴ ἑταιρίζεσθαι, μηδὲ συλᾶν, μὴ μοιχᾶσθαι, μὴ ξοάνοις προσκυνεῖν, ἢ ποτνιᾶσθαι δόλιμοσι, μηδ' ὅλως ἐν αὐτοῖς ὑπάρχειν εἴδωλον, ἢ ἑταῖραν, ἢ μοιχαλίδα, οὐ συλώτην, οὐ φονέα, οὐ λωποδύτην, etc. Eusebianis prorsus affinia. Eosdem S. Epiphanius, pag. 1091, ubi etiam de diversis diversarum gentium ritibus, Σηρούς appellat.

(2) *Βραχμάνων*. Cæsarius Βραγμανούς vocat; sed τὸ χ, credo, in γ, succisa tibiæ parte, decurtatum est: Νόμος, inquit, παρὰ Βακτριανοῖς, ἤτοι Βραγμανοῖς (atqui latius Bactriani patent, nec alterum pro altero promiscue sumitur), ἢ ἐκ προγόνων παιδεία (lege, ἡ ἐκ προγόν. παιδεία) μὴ μεθύειν (interpres legit, μὴ θύειν), μηδὲ ἀψύχων ἀπογεύεσθαι (novum plane genus ἀποχῆς, et Pythagoreæ illi ἀντικειμένης. Lege cum nostro, μηδ' ἐμψύχων)· οὐκ

Digitized by Google

scortatio, furtum, et simulacrorum cultus omnis prohibetur. **275** Quare in amplissima regione non templum videas, non meretricem, non adulteram, non furem in jus raptum, non homicidam, non occisum. Nullius adhuc liberæ voluntati, flammivomi stella Martis, medio licet in cœlo volvatur, hominis ferro necandi necessitatem imposuit. Neminem apud eos congressa cum Marte Venus ad uxoris alienæ congressionem impulit; tametsi nullo non die Mars ille medium in cœlum evadat, nulla non hora quotidie nascantur Seres. Apud Indos et Bactros, multa sunt eorum millia, quos Brachmanas vocant. Ii tam majorum, quam legum traditione, ab omni cæde cultuque simulacrorum abstinent, animantium nihil gustant, sicci nunquam et sobrii non sunt, quod vino, siceraque parcant, dumque uni Deo vacant, nullius unquam sceleris communione polluuntur. Cæteri autem Indi cædibus interea, stupris, ebrietati, colendisque simulacris dediti sunt, ac fato cunctis propemodum in rebus obsequuntur. Imo vero eodem in Indiæ climate, genus quoddam reperitur Indorum, qui allatos casu peregrinos ubi ceperint, eosdem postmodum hostiarum more jugulatos devorent. Ita, nec istos ab hac vel

A νόμων, οὔτε φονεύουσιν, οὔτε ξόανα σέβονται, οὐκ ἐμψύχου γεύονται, οὐ μεθύσκονταί ποτε, οἴνου καὶ σίκερος μὴ γευόμενοι, οὐ κακίᾳ τινὶ κοινωνοῦσι προσέχοντες τῷ Θεῷ· τῶν ἄλλων Ἰνδῶν φονευόντων, καὶ ἑταιρευόντων, καὶ μεθυσκομένων, καὶ σεβομένων ξόανα, καὶ πάντα σχεδὸν καθ' εἱμαρμένην φερομένων. Ἔστι δὲ ἐν τῷ αὐτῷ κλίματι τῆς Ἰνδίας φυλή τις Ἰνδῶν (3), οἵτινες τοὺς ἐμπίπτοντας ξένους ἀγρεύοντες, καὶ τούτους θύοντες ἐσθίουσι. Καὶ οὔτε οἱ ἀγαθοποιοὶ τῶν ἄστρων κεκωλύκασι τούτους μὴ μιαιφονεῖν, καὶ μὴ ἀθεμιτογαμεῖν, οὔτε οἱ κακοποιοὶ ἠνάγκασαν τοὺς Βραχμᾶνας κακουργεῖν. Παρὰ Πέρσαις (4) νόμος ἦν γαμεῖν τὰς θυγατέρας, καὶ τὰς μητέρας. Καὶ οὐ μόνον ἐν τῇ χώρᾳ ἐκείνῃ, καὶ ἐν ἐκείνῳ τῷ κλίματι, τούτους τοὺς ἀνοσίους γάμους οἱ

B Πέρσαι ἐποίησαν, ἀλλὰ καὶ ὅσοι αὐτῶν τῆς Περσίδος ἐξεδήμησαν, οἵτινες καλοῦνται Μαγουσαῖοι (5), τὴν αὐτὴν ἀθεμιστίαν διαπράττονται, παραδιδόντες τοὺς αὐτοὺς νόμους, καὶ τὰ ἔθη τοῖς τέκνοις κατὰ διαδοχήν, ἐξ ὧν εἰσι μέχρι νῦν πολλοὶ ἐν Μηδίᾳ, καὶ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ἐν Φρυγίᾳ, καὶ ἐν Γαλατίᾳ. Καὶ οὐ δήπου Κύπρις, ἐν ὀρίοις καὶ οἴκοις Κρόνου, σὺν Κρόνῳ ἐφομαρτοῦντος τοῦ Ἄρεος, ἐν ταῖς τῶν πάντων γενέσεσιν εὑρίσκετο. Παρὰ Γήλοις (6) νόμος ἐστὶ τὰς γυναῖ-

οἴνου ἁπλοῦ ἢ νόθου μετέχειν (causæ nihil erat quamobrem interpres hic hæreret. Vinum ἁπλοῦν, hoc loco, γνήσιον, ex vite ἄκρατον· at νόθον, factitium, et quasi adulterinum, aut spurium), Θεὸν τὸν ἐμὸν δεδοικότας. Καίτοι τῶν παρακειμένων αὐτοῖς Ἰνδῶν, μιαιφονούντων, καὶ οἰνοφλυγούντων, καὶ μονιῶν ἀγρίων ἢ συῶν δίκην θηλυμανούντων, καὶ

C τῷ πάθει κραδαινομένων. De Brachmanis eorumque moribus et institutis, accurate Strabo lib. XV. Inter cætera eos ait διατρίβειν ἐν ἅλσει, λιτῶς ζῶντας, ἐν στιβάσι καὶ δοραῖς, ἀπεχομένους ἐμψύχων, καὶ ἀφροδισίων, ἀκροωμένους λόγων σπουδαίων. Hic ἀνταγωνίσται Indi quidam alii, Pramnæ nomine, de quibus ibid. Strabo. Epiphanius pag. 1091, num. 10, philosophiæ sectas apud Indos LXXII numerat, interque cæteras, Brachmanorum et Pseudobrachmanorum.

(3) *Φυλή τις Ἰνδῶν.* Idem Cæsarius : Ἐν δὲ τοῖς ἑσπερίοις κλίμασιν, ἐνδοτέρῳ τῶν ἐκεῖσε Ἰνδῶν, ξενοβόροι τινὲς ὑπάρχοντες, τοὺς ἐπήλυδας ἀναιροῦντες ἐσθίουσι, καὶ οὐδεὶς τῶν ἀγαθοποιῶν ἀστέρων τῆς μιαιφονίας αὐτοὺς ἀπωσθῆναι ἴσχυσε μέχρι τήμερον. De priscorum Indorum moribus plura vide apud Herodot. lib. III; Diodor. Sicul., lib. II; Arrian. *Expedit. Alexand.*, lib. VI, et *De reb. Indicis* lib. singulari; Strabon. lib. XV, qui omnium copiosissime hoc in argumento versati sunt. De hac tamen in vorandis hospitibus immanitate, nihil. Imo, quod ἀντικρυς cum illa pugnat, de illorum φιλοξενίᾳ sic Diodorus pag. 126 : Εἰσὶ δὲ παρ' Ἰνδοῖς, καὶ ἐπὶ τοὺς ξένους ἄρχοντες τεταγμένοι, καὶ φροντίζοντες, ὅπως μηδεὶς ξένος ἀδικῆται· τοῖς δ' ἀρρωστοῦσι ξένων ἰατροὺς εἰσάγουσι, καὶ τὴν ἄλλην ἐπιμέλειαν ποιοῦνται, καὶ τελευτήσαντα θάπτουσιν. Ἔτι δὲ τὰ καταλειφθέντα τοῦ ξένου χρήματα τοῖς προσήκουσιν ἀποδιδόασιν. Verum Cæsarius ξενοβόρους illos ἑσπέρια κλίματα tenuisse signanter habet. Dirius etiam illud est, quod scribit Herodot. lib. III, Indos, Callatias dictos, defunctorum parentum corporibus saginari. Locus insignis est, ex quo quam suæ quibusque leges placeant, nemo non intelligat : Δαρεῖος, inquit, καλέσας Ἑλλήνων τοὺς παρεόντας, εἴρετο ἐπὶ πόσῳ ἂν χρήματι βούλοιντο τοὺς πατέρας ἀποθνήσκοντας κατασιτέεσθαι. Οἱ δὲ ἐπ' οὐδενὶ ἔφασαν ἔρδειν ἂν τοῦτο. Δαρεῖος δὲ μετὰ ταῦτα, καλέσας

D Ἰνδῶν τοὺς καλεομένους Καλλατίας, οἳ τοὺς γονέας κατεσθίουσι, εἴρετο παρεόντων τῶν Ἑλλήνων, ἐπὶ τίνι χρήματι δέξαιντ' ἂν, τελευτέοντας τοὺς πατέρας κατακαλεῖν πυρί· οἱ δὲ ἀμβώσαντες μέγα, εὐφημεῖν μιν ἐκέλευον. Tum concludit, Οὕτω μὲν νῦν ταῦτα νενόμισται· καὶ ὀρθῶς μοι δοκέει Πίνδαρος ποιῆσαι, νόμον πάντων βασιλέα φήσας εἶναι.

(4) *Παρὰ Πέρσαις.* Has Persarum ἀῤῥητομιξίας, plurimorum scriptorum auctoritate damnat Brissonius in erudito *De Persis* commentario. Theodoret. lib. IX *De Græcor. affectionibus*, pag. 128, Zaradam impiarum legum auctorem facit, quem Plato, ni fallor, Zarasdam alicubi nominat. Cæsarius loco cit. Chaldæis et Babyloniis idem scelus tribuit, μητρογαμεῖν, ἀδελφοφθορεῖν, καὶ ταῖς σφῶν παισὶν ἐπιμαίνεσθαι. Theophilus *ad Autolycum* lib. III, Epicurum et Stoicos ejusdem flagitii reos agit : Ἐπίκουρος δὲ καὶ αὐτὸς, inquit, σὺν τῷ ἀθεότητα διδάσκειν, συμβουλεύει καὶ μητράσι καὶ ἀδελφαῖς συμμίγνυσθαι, καὶ πέρα τῶν νόμων τῶν τοῦτο κωλυόντων. Subdit aliquid de Solonis legibus; et paulo post : Πρὸς τί οὖν Ἐπίκουρος, καὶ οἱ Στωϊκοὶ δογματίζουσιν, ἀδελφοκοιτίας, καὶ ἀῤῥενοβασίας ἐπιτελεῖσθαι; ἐξ ὧν διδασκαλιῶν μεστὰς βιβλιοθήκας ἐποίησαν. Similia doctissime Tiraquellus affatim persequitur, ad leg. 7 connubial.; carptim autem ad *Genial. dier.* lib. I, cap. 2 et 24. De Ægyptiis vide supra, pag. 48; de Persis, pag. 11, et infra, 279

(5) *Μαγουσαῖοι.* Idem repetit pag. 278, ac diserte Magusæos illos Persas fuisse docet. Epiphanius pag. 1094, num. 12, inter Persicarum sectarum ἀρχηγούς eosdem numerat; et num. 13, repudiato cæterorum idolorum cultu, solem tamen, lunam ignemque venerari scribit. Cave confundas cum Magusæis, seu Magusanis, Petrææ ac Felicis Arabiæ populis, nisi forte hi etiam ab illis prosemminati sunt : nam hic vides, Magusæos Persas, variis se populis ac gentibus insevisse.

(6) *Παρὰ Γήλοις.* Cæsarius, loco citato, Bardesanem κατὰ πόδας sequitur, nisi quod Γήλας, non Γήλους, vocat : Θάτερος, inquit, παρὰ Γήλαις νόμος, γυναῖκας γεωργεῖν, καὶ οἰκοδομεῖν, καὶ τὰ ἀνδρῶν πράττειν, ἀλλὰ καὶ κοινωνεῖν οἷς ἂν βούλωνται τῶν ἐπηλύδων. Οὐ μυρίζονται δὲ, οὐδὲ φυκίοις τὴν ὄψιν

Digitized by Google

κας γεωργεῖν, καὶ οἰκοδομεῖν, καὶ πάντα τὰ ἐργατικὰ πράσσειν, καὶ κοινωνεῖν οἷς ἂν βούλωνται· καὶ μὴ ἐγκαλεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν, μήτε καλεῖσθαί τινα μοιχαλίδα, τῷ πάσας ἐργατικὰς εἶναι, καὶ πᾶσι κοινωνεῖν, μάλιστα δὲ τοῖς ξένοις. Καὶ οὔτε μυρίζονται Γήλισσαι γυναῖκες, οὐχ ἱμάτια βαπτὰ φοροῦσιν, ἀνυπόδητοι δέ εἰσι πᾶσαι· καίτοι τῶν Γήλων ἀνδρῶν κοσμουμένων ἐν φορήμασι μαλακοῖς καὶ ἐν διαφόροις χρώμασι, καὶ χρυσοφορούντων, καὶ μυριζομένων· καὶ οὐ κατά τινα ἄλλην μαλακίαν, εἰσὶ γὰρ ἀνδρεῖοι, καὶ πολεμικώτατοι, καὶ κυνηγετικώτατοι. Καὶ οὐ πᾶσαι αἱ τῶν Γήλων γυναῖκες ἔλαχον ἐν Αἰγοκέρωτι, ἢ ἐν Ὑδρηχόῳ, κακοδαιμονοῦσαν τὴν Κύπριν· οὔθ' οἱ ἄνδρες αὐτῶν πάντες ἔχουσιν ἐν Κριῷ σὺν Ἄρει τὴν Παφίην, ἔνθα τοὺς ἀνδρείους καὶ σπατάλους οἱ Χαλδαΐζοντες λέγουσι. Παρὰ Βάκτροις (7) αἱ γυναῖκες παντὶ κόσμῳ διαφέροντι, καὶ παντὶ μύρῳ χρῶνται, ὑπηρετούμεναι ὑπὸ παιδίσκων, καὶ νεανίσκων μᾶλλον, ἢ οἱ ἄνδρες· προερχόμεναι μετὰ πολλῆς φαντασίας ἔφιπποι, κοσμοῦσαι πολλῷ χρυσῷ καὶ λίθοις βαρυτίμοις τοὺς ἵππους. Καὶ οὐ σωφρονοῦσιν, ἀλλ' ἀδιαφόρως κοινωνοῦσι τοῖς δούλοις καὶ τοῖς ξένοις· ἄδειαν ἔχουσαι τοιαύτην, καὶ ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν μὴ ἐγκαλούμεναι, σχεδὸν κυριεύουσιν αὐτῶν. Καὶ οὐ πάντως ἐν πάσῃ γενέσει τῶν ἐν Βακτρίᾳ γυναικῶν μεσουρανεῖ μετὰ Διὸς καὶ Ἄρεος ἐν ἰδίοις δροις ἡ φιλόγελως Ἀφροδίτη. Ἐν δὲ τῇ Ἀραβίᾳ (8) καὶ τῇ Ὑσροηνῇ οὐ μόνον αἱ μοιχαλίδες φονεύονται, ἀλλὰ καὶ αἱ ὑποπτευόμεναι οὐκ ἀφίενται ἀτιμώρητοι. Παρὰ Πάρθοις (9) καὶ Ἀρμενίοις οἱ φονεῖς ἀναιροῦνται, ποτὲ μὲν ὑπὸ τῶν δικαστῶν, ποτὲ δὲ ὑπὸ τῶν συγγενῶν τῶν φονευομένων. Καὶ ἐάν τις φονεύσῃ γυναῖκα αὐτοῦ, ἢ ἀδελφὸν ἄτεκνον, ἢ ἀδελφὴν ἄγαμον, ἢ υἱὸν, ἢ θυγατέρα, οὐκ ἐγκαλεῖται ὑπό τινος νόμου τοιούτου ὑπάρχοντος ἐν ταῖς χώραις ἐκείναις· παρ' Ἕλλησι δὲ καὶ Ῥωμαίοις μείζονι τιμωρίᾳ ὑποβάλλονται οἱ τῶν οἰκείων καὶ συγγενῶν φονευταί. Ἐν Ἄτροις ὁ κλέπτων τι ὁβολοῦ ἄξιον λιθάζεται· παρὰ Βάκτροις ἄλλα κλέπτων ἐμπτύεται· παρὰ Ῥωμαίοις πληγαῖς αἰκίζεται· τοιοῦτοι γὰρ οἱ νόμοι. Ἀπὸ Εὐφράτου ποταμοῦ, καὶ μέχρι τοῦ Ὠκεανοῦ, ὡς ἐπὶ ἀνατολὰς, ὁ λοιδορούμενος ὡς φονεὺς, ἢ ὡς κλέπτης, οὐ

A cædium immanitate, vel indignitate nuptiarum benefica sidera revocare, nec ad scelus Brachmanas adigere malefica potuerunt. Apud Persas lex erat, qua non filias tantum aut sorores, sed ipsas quoque matres secum matrimonio jungere licebat. Nec in ea regione tantum, eove duntaxat in climate, incestas illas Persæ nuptias contrahebant; sed etiam quotquot eorum e Perside alio commigrarunt, quos Magusæos vocant, iisdem flagitiis obstricti manent, posterisque suis hæreditario quasi jure leges et consuetudines easdem relinquunt. Atque hujus nationis plurimi etiamnum, in Media, Ægypto, Phrygia, Galatia reperiuntur. Neque tamen Venerem, opinor, quisquam dixerit, in omnium ac singulorum ortu, sic in finibus ædibusque Saturni constitisse, ut Mars B cum eodem Saturno comitaretur. Apud Gelos cautum lege est, uti mulieres terram colant, domos ædificent, ac reliquis hujusmodi operibus vacent, imo quibuscum ipsæ voluerint, impune consuescant. Ita, nec reprehendi a viris, nec adulteræ vocari solent, quod omnes pariter et in similium artium occupatione versentur, et cum omnibus promiscue, ac præsertim cum peregrinis conjungantur. Præterea nec unguentorum Gelissis mulieribus, nec tinctarum vestium usus est: imo nudis quoque pedibus incedunt **276** omnes; cum interea viri non mollia tantum ac delicata, sed etiam et colore distincta multiplici, et auro collucentia vestimenta ferre, atque unguentis perfundi consueverint. Quod ipsi tamen pro sua quadam insitaque animorum ignavia non utique faciant, cum et fortissimi sint, et bellorum venationisque peritissimi. Nec feminæ apud illos, aut in Capricorno, aut in Aquario infaustam omnes Venerem infestamque sortitæ sunt: nec rursus viri omnes eamdem in Ariete cum Marte conjunctam habent, quo utriusque situ, fortes simul ac delicatos nasci Chaldæorum sectatores autumant. Apud Bactros, mulieres omni cultus ac mundi elegantia, omnique unguentorum genere uti solent, adeoque pluribus, quam viri, ancillarum ac puerorum obsequiis officiisque coli. Prodeunt in equis, quos multo auro gemmisque pretiosissimis phaleratos habent,

νοθεύονται, etc. Οἱ δὲ ἄνδρες στιβάζονται ἐσθῆτι μαλακῇ, καὶ ἀνθοβάφῳ περιβολῇ, et cætera. De stellarum in eorum ortu concurrentium diversitate. Epiphanius loco jam laudato, num. 10, Γηλούς nominat, itidem ut Bardesanes et Ptolemæus; sed hoc iis singulare tribuit, ut apud ipsos οἱ τὰ φαῦλα δρῶντες, πρὸς τῶν νόμων αὐτῶν ἐπαινοῦνται. Gelas Plinius lib. VI, cap. 16, inter alios Hyrcani maris accolas numerat, quos Græci Cadusios appellarint. Gelas tamen a Cadusiis Strabo distinguit lib. XI; ambos tamen ad Hyrcani seu Caspii maris orientalem, et Tauri montis septentrionalem plagam constituit. Theophanes, qui Pompeii castra secutus erat, apud eumdem Strabonem, eodemque libro, Amazonas inter et Albanos collocat Γήλας καὶ Λήγας, quos Zonaras tomo II, minus, ut opinor, recte, Γέλλας καὶ Λίγυας nominat. Denique Cedrenus pag. 127, Cæsarii locum suntómως afferens, Γηλαίους, non, ut est apud Ortelium, *Gellæos;* multo minus, ut est apud interpretem, *Agelæos*, vocat. Itaque Γῆλοι, vel, ut alii Γηλοί, Γῆλαι, Γέλλαι, Γελαῖοι, apud diversos auctores prorsus iidem, licet Γέλλαι et Γελαῖοι corruptum nomen videatur. D Feminæ autem Γήλισσαι dicebantur. At Γελῶοι, de quibus supra pag. 233, qui Γελαῖοι sæpius, et aliquando Γελλαῖοι, Latinis *Gelani* et *Gelenses*, interdumque *Gellenses*, in Sicilia sunt. Nam Γελώους frustra Stephanus repudiat. Γελῶνοι denique in Sarmatia, partim Europæa, partim Asiatica.

(7) *Παρὰ Βάκτροις.* Cæsarius loco cit. de Bactrianis mulieribus nihil; at Susianis eadem attribuit: Ἐν δὲ Σούσοις, inquit, τῆς Βαβυλῶνος, αἱ γυναῖκες παντὶ μύρῳ διαφέροντι, καὶ κόσμῳ χρῶνται, ὑπηρετούμεναι, καὶ φαιδρῶς προϊοῦσαι, σὺν βλωσυρίᾳ, καὶ διαχύσει πολλῇ.

(8) *Ἐν δὲ τῇ Ἀραβίᾳ.* Lege Tiraquellum, ad leg. illam 7 connub. hæc et similia pluribus exsequentem.

(9) *Παρὰ Πάρθοις.* Cruentæ hujus et impiæ consuetudinis mentionem alibi non reperio. Multa de Parthorum moribus in historicis commentariis Strabo scripserat, ut lib. *Geograph.* XI, significat.

Digitized by Google

ingenti specie atque pompa : eædem usque adeo intemperantia laborant, ut cum servis etiam atque peregrinis promiscue consuescant : nec ullam propterea virorum offensionem aut reprehensionem extimescunt, utpote quibus ipsæ prope dominentur. Neque tamen, opinor, in Bactrianarum omnium mulierum ortu, Venus illa jocorum ac deliciarum amans, cœlo in medio, ac suis in finibus, cum Jove simul ac Marte congreditur. In Arabia et Osroene, cum adulterii crimen in mulieribus capitale est, tum ipsa quoque suspicio pœnam habet. In Parthia simul et Armenia, vulgares quidem homicidæ nonnunquam a judicibus, interdum a cæsorum propinquis morte puniuntur. Si quis vero aut uxorem, aut fratrem liberis orbum, aut sororem innuptam, aut filium, aut filiam occiderit, accusat nemo : hoc enim ut liceat certa populorum istorum lege cautum est : cum apud Græcos et Romanos acerbiores adversus propinquorum et affinium interfectores pœnæ constitutæ sint. Apud Atros, qui vel obolare quidpiam furatus erit, lapidatur ; apud Bactros levioris furti reus conspuitur, apud Romanos verberatur. Ejusmodi quippe leges ab iis sancitæ sunt. Ab Euphrate fluvio ad Oceanum usque versus Orientem, quibus vel homicidii vel furti crimen impingitur, non graviter admodum ac moleste ferunt : at quibus mascula Venus objicitur, ii voluntaria sæpe morte turpitudinis suspicionem ulciscuntur : cum apud Græcos, amores suos habere, ne sapientibus quidem ipsis probro detur. In eodem Oriente, quibus oblatum stuprum fuerit, ii, comperta re, a fratribus, aut parentibus, aut cognatis non occiduntur modo, sed **277** etiam sepulcri honore spoliantur. Apud Gallos autem adolescentes publice ac secure nubunt, nec turpe facinus, cui patriæ legis patrocinetur auctoritas, arbitrantur. Neque tamen fieri profecto potest, ut quotquot in Galliis eo sese flagitio tam projecta cum impudentia contaminant, ii suo in ortu Vesperum omnes, in Saturni ædibus Martisque finibus cum Mercurio Occidentem sortiti sint. In Britannia plures viri uxorem unicam ; in Parthia virum unicum plures uxores habent ; quæ tamen caste omnes vivunt, eique, quod ita lege sancitum est, obtemperant. Amazones contra nullum apud se virum patiuntur, sed brutarum animantium ritu, semel quotannis circa vernum æquinoctium, patriis egressæ finibus, rem cum finitimis habent, qui tempus illud solemnis cujusdam festi loco ducunt. Revertuntur postmodum concepto

A πάνυ ἀγαναχτεῖ· ὁ δὲ ὡς ἀρσενοκοίτης λοιδορούμενος ἑαυτὸν ἐκδικεῖ μέχρι καὶ φόνου· παρ' Ἕλλησι δὲ καὶ οἱ σοφοὶ ἐρωμένους ἔχοντες οὐ ψέγονται. Ἐν τῇ αὐτῇ Ἀνατολῇ ὑβριζόμενοι, ἐὰν γνωσθῶσιν, ὑπὸ ἀδελφῶν, ἢ πατέρων, καὶ συγγενῶν φονεύονται, καὶ ταφῆς προδήλου οὐκ ἀξιοῦνται. Παρὰ δὲ Γάλλοις οἱ νέοι γαμοῦνται μετὰ παῤῥησίας, οὐ ψόγον τοῦτο ἡγούμενοι διὰ τὸν παρ' αὐτοῖς νόμον. Καὶ οὐ δυνατόν ἐστι πάντας τοὺς ἐν Γαλλίᾳ, οὕτως ἀθέως ὑβριζομένους, λαχεῖν ἐν ταῖς γενέσεσι Φωσφόρον μεθ' Ἑρμοῦ ἐν οἴκοις Κρόνου καὶ ὁρίοις Ἄρεος δύνοντας. Ἐν Βρεττανίᾳ πολλοὶ ἄνδρες μίαν γυναῖκα ἔχουσιν· ἐν δὲ τῇ Παρθίᾳ πολλαὶ γυναῖκες ἕνα ἄνδρα, καὶ πᾶσαι σωφρονοῦσι πειθόμεναι αὐτῷ κατὰ τὸν νόμον. Αἱ δὲ Ἀμαζόνες πᾶσαι ἄνδρας οὐκ ἔχουσιν, ἀλλ' ὡς τὰ

B ἄλογα ζῶα, ἅπαξ τοῦ ἔτους περὶ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν, ὑπερβαίνουσαι τοὺς ἰδίους ὅρους, κοινωνοῦσι τοῖς πλησιοχώροις ἑορτήν τινα ταύτην ἡγουμένοις. Ἐξ ὧν συλλαμβάνουσαι ὑποστρέφουσι, καὶ ἀναγκαίως ἐν ἑνὶ καιρῷ ἀποκυΐσκουσι κατὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον· καὶ τοὺς μὲν γεννωμένους ἄῤῥενας ῥίπτουσι, τὰς δὲ θηλείας ἀνατρέφουσι. Πολεμικαί τέ εἰσι, καὶ γυμνασίων προνοούμεναι. Ἑρμῆς μετὰ Ἀφροδίτης ἐν οἴκοις Ἑρμοῦ ποιεῖ πλάστας, καὶ ζωγράφους, καὶ τραπεζίτας· ἐν οἴκοις δὲ Ἀφροδίτης μυρεψοὺς, ἢ χωνασκοὺς, καὶ ὑποκριτὰς ποιημάτων. Καὶ παρὰ Ταΐνοις (10), καὶ Σαρακηνοῖς, καὶ ἐν τῇ ἀνωτέρᾳ Λιβύῃ, καὶ παρὰ Μαύροις, καὶ παρὰ τοῖς παρὰ τὸ στόμα τοῦ Ὠκεανοῦ Νομάσι, καὶ ἐν τῇ ἐξωτέρᾳ Γερμανίᾳ, καὶ

C ἐν τῇ ἀνωτέρᾳ Σαρματίᾳ, καὶ ἐν τῇ Σκυθίᾳ, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἐξ ἀρκτικῶν μερῶν τοῦ Πόντου ἔθνεσι, καὶ ὅλῃ τῇ Ἀλανίᾳ, καὶ Ἀλβανίᾳ, καὶ Ὠτηνῇ, καὶ Σαυνίᾳ, καὶ ἐν Χρυσῇ οὐκ ἔστιν ἰδεῖν οὐ τραπεζίτην, οὐ πλάστην, οὐ ζωγράφον, οὐκ ἀρχιτέκτονα, οὐ γεωμέτρην, οὐ φωνασκὸν, οὐχ ὑποκριτὴν ποιημάτων, ἀλλ' ἐστέρηται ὁ τῆς τοῦ Ἑρμοῦ καὶ τῆς Ἀφροδίτης ἐνεργείας τρόπος ἐν ὅλῳ τῷ κύκλῳ τούτῳ τῆς οἰκουμένης. Οἱ Μῆδοι πάντες τοῖς μετὰ σπουδῆς τρεφομένοις κυσὶ τοὺς νεκροὺς ἔτι ἐμπνέοντας παραβάλλουσι· καὶ

D οὐ πάντες σὺν τῇ Μήνῃ τὸν Ἄρεα ἐφημερινῆς [a] γενέσεως ἐν Καρκίνῳ ὑπὸ γῆν ἔχουσιν. Ἰνδοὶ τοὺς νεκροὺς καίουσι, μεθ' ὧν συγκαίουσιν ἑκούσας τὰς γυναῖκας· καὶ οὐ δήπου πᾶσαι αἱ καιόμεναι ζῶσαι Ἰνδῶν γυναῖκες ἔχουσιν ὑπὸ γῆν ἐπὶ νυκτερινῆς γενέσεως σὺν Ἄρει τὸν Ἥλιον ἐν Λέοντι, ὁρίοις Ἄρεος. Γερμανῶν οἱ πλεῖστοι ἀγχονιμαίῳ μόρῳ ἀποθνήσκουσι, καὶ οὐ πάντως τὸ πλῆθος τῶν Γερμανῶν τὴν σελήνην καὶ τὴν ὥραν μεσολαβουμένας ὑπὸ Κρόνου καὶ Ἄρεος ἔχει. Παντὶ ἔθνει, καὶ πάσῃ ἡμέρᾳ, καὶ παντὶ τόπῳ (11) τῆς γενέσεως γεννῶνται ἄνθρω-

[a] *Ἰσ.* ἐφ' ἡμερινῆς.

(10) *Παρὰ Ταΐνοις*, etc. Hac de re ita Cæsarius : Παρὰ δὲ Ἠλείοις, καὶ Σαρακηνοῖς καὶ τοῖς ἐν τῇ ἀνωτέρᾳ Λιβύῃ, καὶ Μαύροις, κατὰ τοὺς ἠϊόνας καὶ ὄχθας τοῦ Ὠκεανοῦ ποταμοῦ οἰκοῦσι, καὶ ἐν τῇ ἐξωτέρᾳ Γερμανίᾳ, καὶ ἐν τῇ ἀνωτέρᾳ Σαρματίᾳ, καὶ ἐν Σκυθίᾳ, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἐξωτικοῖς μέρεσι, τοῦ Πόντου ἔθνεσιν, οὐχ οἷόν τε εὑρεῖν κολλυβιστὴν, ἢ πλάστην, ἢ ζωγράφον, οὐκ ἀρχιτέκτονα, οὐ φωνασκὸν, οὐχ ὑποκριτὴν ποιημάτων, ὡς παρ' ἡμῖν. Hic Taïnûn mentio nulla, sed eorum in locum suffecti sunt Ἠλεῖοι. De prioribus ita Stephanus, Τάϊννοι (sic enim scribit) ἔθνος ἀπὸ τῶν Σαρακηνῶν, πρὸς μεσημβρίαν, ὡς Οὐλπιανὸς ἐν Ἀραβικοῖς, καὶ Οὐράνιος ἐν Ἀραβικῶν δευτέρῳ. Nec satis noti, quos Eleos Cæsarius nominat. Forte τοὺς ἀπὸ τῆς Ἠλίδος intelligit, quam Stephanus, πρὸς τῇ Αἰγυπτίᾳ Ὀλυμπίᾳ urbem esse ait

(11) *Παντὶ τόπῳ*. Longe malim τρόπῳ, præcessit enim παντὶ ἔθνει, quod etiam fere locum includit. Deinde quis ita loquatur, παντὶ τόπῳ γενέσεως γεννῶνται ἄνθρωποι.

Digitized by Google

ποι· κρατεῖ δὲ ἐν ἑκάστῃ μοίρᾳ τῶν ἀνθρώπων νόμος καὶ ἔθος, διὰ τὸ αὐτεξούσιον τοῦ ἀνθρώπου. Καὶ οὐκ ἀναγκάζει ἡ γένεσις τοὺς Σῆρας μὴ θέλοντας φονεύειν, ἢ τοὺς Βραχμᾶνας κρεοφαγεῖν, ἢ τοὺς Πέρσας ἀθεμίτως μὴ γαμεῖν, ἢ τοὺς Ἰνδοὺς μὴ καίεσθαι, ἢ τοὺς Μήδους μὴ ἐσθίεσθαι ὑπὸ κυνῶν, ἢ τοὺς Πάρθους μὴ πολυγαμεῖν, ἢ τὰς ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ γυναῖκας μὴ σωφρονεῖν, ἢ τοὺς Ἕλληνας μὴ γυμνάζεσθαι γυμνοῖς τοῖς σώμασιν, ἢ τοὺς Ῥωμαίους μὴ κρατεῖν, ἢ τοὺς Γάλλους μὴ γαμεῖσθαι, ἢ τὰ ἄλλα βάρβαρα ἔθνη, ταῖς ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων λεγομέναις Μούσαις κοινωνεῖν. Ἀλλ', ὡς προεῖπον, ἕκαστον ἔθνος, καὶ ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων χρῆται τῇ ἑαυτοῦ ἐλευθερίᾳ, ὡς βούλεται καὶ ὅτε βούλεται, καὶ δουλεύει τῇ γενέσει καὶ τῇ φύσει, δι' ἣν περίκειται σάρκα, πῇ μὲν ὡς βούλεται, πῇ δὲ ὡς μὴ βούλεται. Πανταχῇ γὰρ καὶ ἐν παντὶ ἔθνει εἰσὶ πλούσιοι καὶ πένητες, καὶ ἄρχοντες καὶ ἀρχόμενοι, καὶ ἐῤῥωμένοι καὶ νοσοῦντες, ἕκαστος κατὰ τοὺς τῆς γενέσεως αὐτοῦ κλήρους. Ταῦτα, ὦ Βαρδισάνη, ἄκρως ἡμᾶς πέπεικε, φημὶ αὐτῷ. Οἱ δὲ ἀστρονόμοι φασὶ τὴν γῆν ταύτην μεμερίσθαι εἰς ἑπτὰ κλίματα, καὶ ἄρχειν ἑκάστου κλίματος ἕνα τῶν ἑπτὰ ἀστέρων· καὶ τοὺς διαφόρους νόμους μὴ τοὺς ἀνθρώπους τεθεικέναι ἑαυτοῖς, ἀλλ' ἑκάστου ἄρχοντος πλεονάζειν τὸ θέλημα ἐν τῇ ἰδίᾳ χώρᾳ, ὃν νόμον νενομίκασιν οἱ κρατούμενοι. Ἀπεκρίνατο (12) οὐκ ἀληθὴς ἡ ἀπόκρισις αὕτη, ὦ Φίλιππε. Εἰ γὰρ καὶ διῄρηται ἡ οἰκουμένη εἰς μέρη ἑπτά, ἀλλ' οὖν γε ἐν μιᾷ μερίδι εὑρίσκομεν πολλὰς διαφορὰς νόμων. Οὐδὲ γὰρ ἑπτὰ νόμοι εἰσὶ κατὰ τοὺς ἑπτὰ ἀστέρας, οὐδὲ δώδεκα κατὰ τὰ ζώδια, οὐδὲ τριακονταὲξ, κατὰ τοὺς δεκανοὺς (13), ἀλλὰ μυρίοι. Μνημονεύειν τε ὀφείλετε ὧν προεῖπον, ὅτι καὶ ἐν ἑνὶ κλίματι, καὶ ἐν μιᾷ χώρᾳ τῶν Ἰνδῶν εἰσιν ἀνθρωποφάγοι Ἰνδοὶ, καί εἰσιν οἱ ἐμψύχων ἀπεχόμενοι· καὶ ὅτι οἱ Μαγουσαῖοι οὐκ ἐν Περσίδι μόνῃ τὰς θυγατέρας γαμοῦσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν παντὶ ἔθνει, ὅπου ἂν οἰκήσωσι, τοὺς τῶν προγόνων φυλάσσοντες νόμους, καὶ τῶν μυστηρίων αὐτῶν τὰς τελετάς. Ἀλλὰ καὶ πολλὰ βάρβαρα ἔθνη κατελέξαμεν, τά τε ὄντα ἐν μεσημβρίᾳ, καὶ δύσει, καὶ ἀνατολῇ καὶ ἄρκτῳ, τουτέστιν ἐν διαφόροις κλίμασι, μὴ μετέχοντα Ἑρμαϊκῆς ἐπιστήμης. Πόσοι, νομίζετε, σοφοὶ ἄνδρες παρήγαγον τοὺς κακῶς κειμένους νόμους; πόσοι δὲ νόμοι ὑπὸ τῆς ἀπορίας κατελύθησαν; πόσοι βασιλεῖς, κρατήσαντες ἐθνῶν, παρήγαγον τοὺς πρὸ αὐτῶν νόμους, καὶ ἔθεντο τοὺς ἰδίους; καὶ οὐδεὶς τῶν ἀστέρων ἀπώλεσε τὸ ἴδιον κλίμα. Χθὲς οἱ Ῥωμαῖοι, τῆς Ἀραβίας κρατήσαντες, τοὺς τῶν βαρβάρων νόμους ἤλλαξαν. Ἕπεται γὰρ τὸ αὐτεξούσιον τῷ αὐτεξουσίῳ. Τὸ δὲ δυνάμενον πεῖσαι καὶ τοὺς ἀπίστους ἐκθήσομαι ὑμῖν. Ἰουδαῖοι πάντες οἱ διὰ Μωσέως δεξάμενοι νόμον, τοὺς γεννωμένους ἄῤῥενας παῖδας ἐν τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ αἱμάσσουσι περιτέμνοντες, οὐκ ἀστέ-

A fetu, eodemque necessario tempore, prout lex naturæ fert, simul omnes pariunt : sed projectis maribus, solas suscipiunt aluntque feminas. Sunt autem bellicosæ omnes, et in omni exercitationis genere præcipuo studio curaque versantur. Jam Mercurium ferunt suis in ædibus cum Venere congredientem fictores, pictores, nummularios; at in Veneris ædibus, unguentarios, phonascos, histriones efficere. Atqui apud Tainos et Saracenos, ac tam in superiore Libya, quam apud Mauros, nec non apud Nomadas illos, qui Oceani ostium accolunt, simulque tam in exteriore Germania, quam in Sarmatia superiore, Scythia quoque, ac cæteris omnibus, quæ ad septentrionales Ponti partes habitant gentibus; insuper tota passim Alania, Albania, Otene, B Saunia, et aurea Chersoneso, neque nummularium ullum videas, neque fictorem, neque pictorem, neque architectum, neque geometram, neque phonascum, neque histrionem : sed ambitu illo terrarum universo, vis ista Mercurii Venerisque nulla est. Medi omnes canibus, quos ingenti alunt studio, adhuc spirantia moribundorum corpora objiciunt; neque tamen omnes lunam atque Martem in Cancro, diurni ortus præsides sub terram habuere. Indi et mortuorum cadavera, et illorum uxores ultro sese offerentes comburunt : neque tamen, quotquot apud illos vivæ mulieres comburuntur, Solem omnes Leonis in ædibus, Martisque finibus, sub terram cum eodem Marte conjunctum, ortu nocturno sortitæ sunt. Germani plerique, fractis laqueo cervicibus C **278** moriuntur : nec tamen Germanorum utique multitudo tanta, lunam horamque nascendi a Saturno Marteque interceptam habere potuit. Enimvero quotidie, omnique nascendi genere, apud omnes populos, nascuntur homines; vincunt ubique tamen hominum ipsorum leges, mores, liberumque voluntatis arbitrium. Itaque nec Seres ad homicidia, nec Brachmanes ad esum carnium, nec Persæ ad incestis nuptiis abstinendum, nec Indi ad rogum fugiendum, nec Medi ad canum dentes evitandos, nec Parthi ad uxorum multitudine abstinendum, nec Mesopotamiæ mulieres ad intemperantiam, nec Græci ad repudiandas nudorum corporum exercitationes, nec Romani ad imperium abjiciendum, D nec Galli ad fugiendum muliebrium nuptiarum turpitudinem, nec reliquæ nationes barbaræ, ad Musarum (quas Græci vocant) consuetudinem, ortus sui conditione, invitæ nolentesque coguntur. Sed quemadmodum ante diximus, singulæ nationes, hominesque singuli, sua ipsi libertate, ubi quotiesque libuerit, utuntur : tametsi partim nascendi conditioni, partim naturæ quisque suæ, quæ suo quemque corpore induit, libens nonnunquam atque volens, interdum nolens et invitus obtemperet. Quippe ubi-

(12) *Ἀπεκρίνατο.* Aliena, credo, vox. Quid enim est, ἀπόκρισις ἀπεκρίνατο; ea si aberit, clarus integerque locus.

(13) *Κατὰ τοὺς δεκανούς.* Utique. Duodecim enim in zodiaco signa : signi cujusque partes a genethliacis triginta constitutæ : ac tres in decurias tributæ, quarum principes, decani, Romanæ ex militiæ usu nominati; omnes proinde triginta sex.

Digitized by Google

que terrarum, atque apud omnes omnino populos, divites pariter et inopes, principes, principibusque subditi, valentes, morbisque vexati reperiuntur, prout ortus cujusque sors et ratio tulerit. Hæc, inquam, o Bardesane, hujus mihi sententiæ veritatem abunde persuadent. At enim astronomi Terram aiunt in septem climata divisam esse, quibus singulis singuli planetæ præsint : ita diversas illas ab hominibus positas et constitutas leges non fuisse, sed principiis cujusque sideris voluntatem sua in regione dominari, quam loco legis habuerint, qui ejus imperio ac ditione teneantur. Verum id, Philippe, falso respondetur. Nam ut demus orbem terrarum septem in partes distributum esse; magnum vel una tantum in parte legum discrimen agnoscimus. Nec enim uti planetæ septem, septem quoque leges; nec pro signorum zodiaci numero duodecim; nec, quot ipsi decanos ponunt, sex tantum et triginta, sed prorsus infinitæ numerantur. Quippe, meminisse vos eorum quæ supra diximus, oportebit : Eodem in climate, unoque Indiarum in tractu, Indos alios esse, qui carnibus vescantur humanis, alios, qui ab omni rerum animatarum esu abstineant : Magusæos non in
279 Perside tantum filias uxores ducere, sed etiam ubicunque degant, acceptas a majoribus leges, eosdemque mysteriorum ritus ac cæremonias retinentes. Multas quoque recensuimus barbaras nationes, ad meridiem, occasum, orientem, septentrionem incolentes, hoc est in varia climata dissipatas, apud quas nullum exstet Mercurianæ artis doctrinæque vestigium. Jam vero, quam multos exstitisse viros sapientes putatis, qui leges perperam constitutas immutarint? Imo quam multæ leges, vel consilii, vel rerum inopia conciderunt? quam multi reges, debellatis victisque nationibus novas ipsi propriasque leges, antiquatis prioribus, imposuerunt? Neque tamen suo climate planetarum ullus excidit. Romani subacta nudiustertius Arabia, barbarorum leges sustulerunt. Imperium enim rerum potestas omnium licentiaque consequitur. Sed juvat illud afferre, quod vel incredulis fidem faciat. Judæi omnes qui a Moyse legem acceperunt, infantes masculos ante octavum ab ortu diem circumcisione cruentant. Qua quidem in re nec sideris præsentiam illius exspectant, nec certi climatis vim ac jura declinant, nec alterius regionis legibus agi se patiuntur. Itaque seu in Syria, seu in Gallia, seu in Italia, seu in Græcia, seu in Parthia, verbo ubicunque versentur, morem eumdem retinent. Id autem nascendi conditionem profecto non sequitur, cum una Judæi passim omnes eademque teneri non possint. Iidem, ubicunque degant, septimo quoque die ab omni prorsus opere vacant omnes; adeoque ne iter quidem suscipiunt, aut igni utuntur. Ita Judæus nemo

A ρος παρουσίαν ἀναμένοντες, οὐ κλίματος ἐξουσίαν ἐκτρεπόμενοι (14), οὐχ ὑπὸ νόμου ἀλλοτρίας χώρας ἀγόμενοι· ἀλλ' εἴτε ἐν Συρίᾳ τυγχάνουσιν, εἴτε ἐν Γαλλίᾳ, εἴτε ἐν Ἰταλίᾳ, εἴτε ἐν Ἑλλάδι, ἢ ἐν Παρθίᾳ, ἢ ὅπου ἂν ὦσι, τοῦτο ποιοῦσιν. Ὅπερ οὐκ ἔστι κατὰ γένεσιν· οὐ γὰρ δύνανται πάντες Ἰουδαῖοι μίαν γένεσιν ἔχειν. Ἀλλὰ καὶ δι' ἡμερῶν ἑπτὰ πάντες, ὅπου ἂν ὦσιν, ἀργοῦσιν ἐκ παντὸς ἔργου· καὶ οὔτε ὁδεύουσιν, οὔτε πυρὶ χρῶνται. Οὔτε ἀναγκάζει ἡ γένεσις Ἰουδαῖον, οὗ κτίσαι οἶκον, οὐ καταλῦσαι, οὐκ ἐργάσασθαι, οὐ πωλῆσαι, οὐκ ἀγοράσαι ταῖς ἡμέραις τοῦ Σαββάτου, καίτοι ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ γεννώντων Ἰουδαίων καὶ γεννωμένων, καὶ νοσούντων, καὶ ἀποθνησκόντων· ταῦτα γὰρ οὐκ ἔτι ἐστὶ τοῦ αὐτεξουσίου. Ἐν τῇ Συρίᾳ καὶ ἐν τῇ Ὑσροηνῇ ἀπεκόπτοντο πολλοὶ τῇ Ῥᾳ· καὶ ἐν τούτῳ μιᾷ ῥοπῇ ὁ βασιλεὺς Ἄβγαρος ἐκέλευσε τῶν ἀποκοπτομένων τὰ αἰδοῖα ἀποκόπτεσθαι καὶ τὰς χεῖρας· καὶ ἔκτοτε οὐδεὶς ἀπεκόψατο ἐν τῇ Ὑσροηνῇ. Τί δὲ ἐροῦμεν περὶ τῆς τῶν Χριστιανῶν αἱρέσεως, ἧς ἡμεῖς οἱ δοξασταὶ πολλοὶ ὄντες καὶ ἐν διαφόροις ἀνέστημεν κλίμασιν, ἐν παντὶ ἔθνει καὶ κλίματι, οἵτινες πολλοὶ ὄντες, ἑνὶ ὀνόματι κεκλήμεθα; Καὶ οὔτε οἱ ἐν Παρθίᾳ Χριστιανοὶ πολυγαμοῦσι, Πάρθοι ὑπάρχοντες, οὔθ' οἱ ἐν Μηδίᾳ κυσὶ παραβάλλουσι τοὺς νεκρούς· οὐχ οἱ ἐν Περσίδι γαμοῦσι τὰς θυγατέρας αὐτῶν, Πέρσαι ὄντες· οὐ παρὰ Βάκτροις καὶ Γάλλοις φθείρουσι τοὺς γάμους· οὐχ οἱ ἐν Αἰγύπτῳ θρησκεύουσι τὸν Ἄπιν, ἢ τὸν κύνα, ἢ τὸν τράγον, ἢ αἴλουρον. Ἀλλ' ὅπου εἰσὶν, οὔτε ὑπὸ τῶν κακῶς κειμένων νόμων καὶ ἐθῶν νικῶνται· οὐχ ἡ (15) ὑπὸ τῶν ἀρχῶν πρυτανευομένη γένεσις αὐτοὺς ἀναγκάζει τοῖς ἀπειρημένοις κακοῖς ὑπὸ τοῦ διδασκάλου αὐτῶν χρῆσθαι. Νόσῳ δὲ, καὶ πενίᾳ, καὶ πάθεσι, καὶ ταῖς νομιζομέναις ἀτιμίαις ὑπόκεινται. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἐλεύθερος ἡμῶν ἄνθρωπος δουλεύειν οὐκ ἀναγκάζεται, κἂν ἀναγκασθῇ, ἀνθίσταται τοῖς ἀναγκάζουσιν· οὕτως οὐδὲ ὁ φαινόμενος ἡμῶν δοῦλος ἄνθρωπος τῆς ὑποταγῆς ἐκφεύγειν ῥᾳδίως δύναται. Εἰ γὰρ πάντα ἐδυνάμεθα, ἡμεῖς ἂν ἦμεν τὸ πᾶν, ὥς τε, εἰ μηδὲν ἐδυνάμεθα, ἄλλων ἦμεν, ὡς προεῖπον, ὄργανα, καὶ οὐχ ἑαυτῶν. Θεοῦ δ' ἐπινεύσαντος πάντα δυνατὰ καὶ ἀνεμπόδιστα· τῇ γὰρ ἐκείνου βουλήσει οὐδὲν ἀντιστῆναι δύναται· καὶ γὰρ τὰ δοκοῦντα ἀνθίστασθαι, αὐτοῦ χρηστοῦ ὄντος, καὶ συγχωροῦντος ἑκάστῃ φύσει ἔχειν τὴν ἰδιότητα καὶ τὸ αὐτεξούσιον τοῦ θελήματος, ἀνθίσταται. » Τοσαῦτα καὶ ὁ Σῦρος. Ἵνα δὲ ἔτι μνησθεὶς, περιγράψω τὸν λόγον. Ἐπειδὰν γὰρ τὰ μὲν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν γραμμάτων αὐτάρκως παρατέθειται, λείπει δὲ τὰ ἀπὸ τῶν ἱερῶν γραμμάτων, ὧν δὴ καὶ μάλιστα ἡμῖν δεῖ εἰς τὴν τῆς *Εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως Προπαρασκευὴν*, εὖ ἂν ἔχοι καὶ τάδε ἐποπτεῦσαι, ὡς ἂν κατὰ μηδὲν ὁ λόγος ἐλλείποι τῶν εἰς τὸ πρόβλημα θεωρουμένων. Ὅθεν δὴ καὶ τάδε σοι σαφῆ καταστήσω. Οὐ μὴν οἷός τ' ἂν εἴης γυμνῶν ἐπαΐειν τῶν ἱερῶν λογίων, τὰ πολλὰ συνεσκιασμένως

(14) *Ἐκτρεπόμενοι*. Malebam ἐντρεπόμενοι, sed libri omnes reclamabant. Montac. suggerit ἐντρεπόμενοι. etc., *veriti, religiose observantes*. Nec tamen ἐκτρεπόμενοι sensu caret : quasi dicat, Judæos etiam eo sub climate degentes, quod ab illo circumcidendi more alienum sit, ipsum tamen constanter ac perpetuo retinere.

(15) *Οὐχ ἡ*. Melius οὔθ' ἡ.

Digitized by Google

προεννηνεγμένων· διόπερ ἐγώ σοι τὸν ἑρμηνέα τοῦτον [a] παραστήσομαι. Σὺ δ' εἰ μὴ τοῖς κρείττοσι βασκαίνειν [b], οἶσθά που τὸν ἄνδρα, Χριστοῦ μὲν θιάσοις εἰσέτι δεῦρο χορεύοντα δι' ὧν ἀπολέλοιπε πόνων· οὐ μὴν οὐδὲ τοῖς ἐκτὸς ἀγνῶτα, δι' ἣν ἐπιδέδεικται καὶ πρὸς τὰ τῶνδε μαθήματα φιλοτιμίαν. Σκέψαι δ' οὖν ὅσα τε καὶ ὁποῖα ἐν τοῖς εἰς τὴν Γένεσιν ἐξηγητικοῖς ὁ θαυμάσιος Ὠριγένης περὶ τῆς προκειμένης ὑποθέσεως διείληφε, καὶ ὅπως ἐφώδευσε τὸν περὶ εἱμαρμένης λόγον.

A Sabbati diebus ad domum vel ædificandam, vel demoliendam, ad laborandum, vendendum, emendum, ortus necessitate adigitur : cum tamen eo ipso die passim generent atque nascantur, ægrotent passim morianturque Judæi : quod ista nequaquam ex libertate pendeant. In Syria quondam et Osroene plerosque Opis in honorem abscindi moris erat : verum cum repente jussisset rex Abgarus, ut quibus abscissa verenda essent, iis etiam manus abscinderentur, nemo se deinceps tota Osroene abscidit. Quid porro de Christianorum instituto dicemus, cujus nos sectatores et plurimi et diversis in terræ partibus exstitimus, qui tamen in omni cum genere tum climate uno omnes eodemque nomine appellati sumus ? **280** Enimvero nec in Parthia Christiani, Parthi licet, pluribus utuntur uxoribus, nec in Media defunctorum corpora canibus objiciunt, nec in Perside, Persæ licet, filias uxores ducunt ; nec apud Bactros aut Gallos nuptiarum honestatem et jura contaminant ; nec in Ægypto Apin, canem, hircum felemve colunt. Ita, ubicunque degant, nec legum morumque sceleratorum improbitate vincuntur, nec ad flagitium ullum, præceptoris sui legibus interdictum, nascendi conditionis ex principum astrorum imperio nutuque descriptæ vi adiguntur ; idem tamen, morbis, egestati, calamitatibus et contumeliis, ut vulgo appellantur, obnoxii sunt. Quemadmodum enim homo ille noster, quem liberum esse volumus, aut in servitutem non cogitur, aut si urgetur interdum, vim afferentibus resistit, ita noster hic homo, qui sub aspectum cadit, servus ipse cum sit, obsequendi necesssitatem haud facile declinare potest. Quippe, si nostræ cuncta potestatis essent, nihil non essemus ; quemadmodum si positum ac situm in nobis esset nihil, aliorum, ut ante dixi, administri essemus, non juris nostri. At annuente Deo, fieri cuncta possunt, impediri nihil. Ejus enim voluntati res obsistere nulla potest, cum ea quæ nonnunquam videntur obsistere, id eatenus modo faciant, quatenus suam ipse naturæ cuilibet prærogativam integramque voluntatis libertatem pro sua benignitate concessit. » Atque hactenus Syrus ille. Ego vero, postquam unius adhuc testimonium produxero, huic disputationi finem imponam. Quandoquidem enim abunde profanis adhuc e litteris hausimus, solaque divinarum auctoritas superest, quæ certe quidem ad hanc præsertim *Evangelicæ demonstrationis Præparationem* desideratur, æquum sane opportunumque fuerit, in eas quoque diligenter intueri, nihil ut omnino desideretur, quod ad susceptæ quæstionis disceptationem pertineat. Itaque ex illis etiam hujus tibi veritatis argumenta producere statui. Sed quoniam sacrorum oraculorum, si nude ponerentur, sensum mentemque capere non posses, quod fere umbris quibusdam involuta proferantur, eorum interpretem adducam in medium. Tu vero, nisi forte sublimioribus illis mentibus invides, hominem probe nosti, qui ut hic adhuc inter Christi cœtus, operum, quæ sui tanquam vicaria reliquit, usu et tractatione versatur, ita nec hominibus a nostris etiam ritibus alienis, propter summam, qua in eorum quoque disciplinas incubuit, contentionem, ignotus est. Vide igitur, quemadmodum quibusque verbis Origenes **281** vir ille singularis hac tota de re suis *in Genesin Commentariis* statuat, istamque de fato disputationem qua ratione pertractet.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Ὡς καὶ ἀπὸ τῆς τῶν θείων Γραφῶν ἐξηγήσεώς τε καὶ μαρτυρίας, ἐκ τῶν Ὠριγένους.

CAPUT XI.

Divinarum quoque Scripturarum auctoritate ac testimonio fati vim omnem refutari. Ex Origene.

« Περὶ τοῦ εἰς σημεῖα γεγονέναι τοὺς φωστῆρας, οὐκ ἄλλους ἡλίου καὶ σελήνης, καὶ τῶν ἄστρων τυγχάνοντας, τῶν σφόδρα ἀναγκαιοτάτων ἐστὶ διαλαβεῖν· οὐ μόνον ἐθνῶν τῶν τῆς Χριστοῦ πίστεως ἀλλοτρίων σφαλλομένων εἰς τὸν περὶ τῆς εἱμαρμένης τόπον, τῇ τῶν καλουμένων πλανωμένων ἀστέρων ἐπιλογῇ (16) πρὸς τοὺς ἐν τῷ ζωδιακῷ πάντων αὐτοῖς νομιζομένων συμβαίνειν τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τῶν περὶ ἕκαστον ἀνθρώπων, τάχα δὲ καὶ ἀλόγων ζώων· ἀλλὰ γὰρ καὶ πολλῶν τῶν πεπιστευκέναι ὑπολαμβανομένων περισπωμένων, μὴ ἄρα ἠνάγκασται τὰ ἀνθρώπων πράγματα, καὶ ἀμήχανον ἄλλως γενέσθαι, ἢ ὡς οἱ

B « Quod hic habetur, inquit, luminaria, quæ sane alia non sunt, quam sol, luna cæteraque sidera, tanquam signa quædam esse constituta, id vero ut diligenter explicetur, in primis necessarium est. Nec enim gentes illæ modo, quæ a Christi fide alienæ sunt, ad eum, qui de fato instituitur, locum offendunt, quod quæ in terris eveniunt omnia, quæque singulos ad homines, imo quæ ad brutas quoque fortassis animantes pertinent, ea stellarum, quas errantes vocant, cum iis, quæ ad zodiacum adhærescunt, sideribus complexione quadam et comparatione fieri arbitrentur : sed eorum etiam

[a] Ἴσ. τούτων. [b] Ἴσ. βασκαίνεις.

(16) Ἐπιλογῇ. Verti, perinde ac si legeretur ἐπιπλοκῇ, quæ vox habetur infra, pag. 283, παρὰ τὴν τούτων πρὸς ἀλλήλους ἐπιπλοκήν.

Digitized by Google

permulti, qui Christianæ fidei sectatores ac professores habentur, anguntur animis, ne humanæ res adeo necessitate teneantur, ut aliter, quam varius astrorum situs et collocatio jubeat, fieri non possint. Qua quidem ex opinione consequens illud est, ut funditus voluntatis nostræ vis facultasque tollatur, simulque proinde laus omnis ac vituperatio, rerumque vel approbatione dignarum vel reprehensione, discrimen. Hæc porro sublata si semel erunt, evanescat pariter necesse est, quidquid de judicii divini æquitate jactatur, concidant vel intentatæ sceleratis pœnarum ac suppliciorum minæ, vel promissa melioris sanctiorisque vitæ professoribus gloriæ ac felicitatis præmia ; nihil enim istorum deinceps cum ratione fiet. Imo, si quis cætera, quæ ex ejusdem sententiæ vi efficiuntur, spectare volet, non inanis profecto solum, ac supervacanea fides nostra futura sit, sed ne ipse quidem adventus Christi, totaque illa seu legis, seu prophetarum œconomia, et apostolorum in excitandis constabiliendisque Christi Dei Ecclesiis, suscepta contentio, vel nihilum profecerit. Nisi tamen, ipsius etiam Christi non modo nascendi rationem, sed quidquid præterea vel egerit, vel tulerit, eam in conversionis astrorum necessitatem projecta hominum istorum temeritas illigabit : perinde videlicet, quasi is ab sideribus vim illam rerum admirabilium, non a Deo cunctorumque Parente acceperit. Cujus ex **282** orationis impietate illud sequitur, ut quotquot divinam fidem amplectunctur, ad illam siderum omnes impulsione rapiantur. Ego vero quæsierim ex iis perlibenter, quid tandem secutus hac in mundi molitione Deus fuerit, ut ex ea virorum, qui in eo degunt, multitudine, alii nulla sua culpa muliebris veneris turpitudinem paterentur ; alii ferino plane ritu, quod tales ipsos efficeret universi hunc in modum a Deo constituti impetus atque conversio, teterrimis sese dirissimisque sceleribus, ut homicidiis ac piraticis prædationibus dederent ? Quanquam quid attinet hanc a nobis, de rebus iis quæ vel hominibus eveniunt, vel ab iisdem peccantur, quæque prorsus infinitæ sunt, disputationem institui, quos præsertim dogmatis istius assertores egregii, dum ab omni culpa liberant, malorum quæque scelerate fiunt omnium Deo causam assignant? Quorum si nonnulli, ut Dei causam tueri videantur, bonum quemdam alterum esse dicent, eumque rerum istarum fontem esse ac principium negabunt, quod uni duntaxat rerum creatarum molitori similia tribuenda velint; primum, ne sic quidem, quod ipsi volunt, justus ut ille sit, efficient. Quomodo enim quem tot malorum parentem fatentur ipsi quoque, justum eumdem esse jure meritoque defendant ? Deinde quid sentiant ipsi de se, quærendum ex illis est. Utrum sese astrorum conversione obligatos esse, an liberos, atque ejusmodi, apud quos

ἀστέρες κατὰ τοὺς διαφόρους σχηματισμοὺς ἐπιτέλουσιν. Ἕπεται δὲ τοῖς ταῦτα δογματίζουσιν ἐξ ὧν τὸ ἐφ' ἡμῖν ἀναιρεῖν· διόπερ καὶ ἔπαινον καὶ ψόγον, καὶ πράξεις ἀποδεκτὰς, πάλιν τε αὖ ψεκτάς. Ἆρα εἰ οὕτως ἔχει, τὰ τῆς κεκηρυγμένης τοῦ Θεοῦ κρίσεως οἴχεται, καὶ ἀπειλαὶ πρὸς τοὺς ἡμαρτηκότας, ὡς κολασθησομένους· τιμαί τε αὖ πρὸς τοὺς τὰ κρείττοσιν ἑαυτοὺς ἐπιδεδωκότας, καὶ μακαριότητος [a]· οὐδὲν γὰρ ἔτι τούτων εὐλόγως ἔσται γενόμενον, καὶ εἰ τὰ ἀκόλουθά τις ἑαυτῷ, ἐφ' οἷς δογματίζει, βλέποι, καὶ ἡ πίστις ἔσται ματαία, ἥ τε Χριστοῦ ἐπιδημία οὐδὲν ἀνύουσα, καὶ πᾶσα ἡ διὰ νόμου καὶ προφητῶν οἰκονομία, κἀματοί τε ἀποστόλων ὑπὲρ τοῦ συστῆσαι τὰς διὰ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας· εἰ μὴ ἄρα καὶ Χριστὸς κατὰ τοὺς οὕτω τολμῶντας, ὑπὸ τὴν ἀνάγκην τῆς τῶν ἄστρων κινήσεως τὴν γένεσιν ἀνειληφέναι γενόμενος, πάντα πεποιήκοι τε καὶ πάθοι, οὐ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τῶν ὅλων αὐτῷ τὰς παραδόξους δυνάμεις δωρησαμένου, ἀλλὰ τῶν ἀστέρων. Οἷς ἀθέοις καὶ ἀσεβέσι τυγχάνουσι λόγοις ἀκολουθεῖ καὶ τὸ τοὺς πιστεύοντας ὑπὸ τῶν ἀστέρων ἀγομένους πιστεύειν εἰς Θεὸν λέγεσθαι. Πυθοίμεθα δ' ἂν αὐτῶν, τί ὁ Θεὸς βουλόμενος τοιοῦτον ἐποίει κόσμον, ἵν' οἱ μὲν ἐν αὐτῷ ἄνδρες ὄντες τὰ γυναικῶν πάσχωσιν, οὐδαμῶς ἑαυτοῖς αἴτιοι τῆς ἀσελγείας γεγενημένοι· ἕτεροι δὲ, ἀγρίων ζώων κατάστασιν εἰληφότες, τῷ τὴν φορὰν τοῦ παντὸς τοιούτους αὐτοὺς πεποιηκέναι, διὰ τὸ τὸν Θεὸν οὕτω κεκοσμηκέναι τὸ πᾶν, ἐπιδιδόασιν αὐτοὺς ὠμοτάτοις καὶ σφόδρα ἀπανθρώποις πράγμασιν, ἀνδροφονίαις καὶ πειρατείαις; Καὶ τί δεῖ λέγειν ἡμᾶς περὶ τῶν συμβαινόντων ἐν ἀνθρώποις, καὶ ἁμαρτανομένων ὑπ' αὐτῶν μυρίων ὅσων τυγχανόντων, οὕστινας οἱ τῶν γενναίων προϊστάμενοι τούτων λόγων ἀπολύοντες παντὸς ἐγκλήματος, τῷ Θεῷ προσγράφουσι πάντων τῶν κακῶν καὶ ψευκτῶς [b] πραττομένων τὴν αἰτίαν; Ἐὰν δέ τινες (17) αὐτῶν, ὡς ἀπολογούμενοι περὶ Θεοῦ, ἕτερον μὲν εἶναι λέγωσι τὸν ἀγαθὸν, οὐδενὸς τούτων ἔχοντα τὴν ἀρχὴν, τῷ δὲ Δημιουργῷ πάντων τὰ τοιαῦτα προσάπτωσι· πρῶτον μὲν, οὐδ' ὡς βούλονται, δυνήσονται ἀποδεικνύναι, ὅτι ἐστὶ δίκαιος· πῶς γὰρ ὁ τοσούτων κακῶν κατ' αὐτοὺς πατὴρ εὐλόγως χρηματίζοι δίκαιος; δεύτερον δὲ, περὶ αὐτῶν τί ποτε φήσουσιν, ἐξεταστέον; Πότερον ὑπόκεινται τῇ φορᾷ τῶν ἀστέρων, ἢ ἠλευθέρωνται, καὶ ἐν τῷ βίῳ τυγχάνοντες, οὐδὲν ἐνεργούμενον εἰς ἑαυτοὺς ἔχουσιν ἐκεῖθεν; Εἰ μὲν γὰρ φήσουσιν ὑποκεῖσθαι τοῖς ἄστροις, δῆλον, ὅτι τὰ ἄστρα τὸ νοῆσαι αὐτοῖς τοῦτο ἐχαρίσατο, καὶ ὁ Δημιουργὸς ὑποβεβληκὼς ἔσται διὰ τῆς τοῦ παντὸς κινήσεως τὸν λόγον τὸν περὶ τοῦ ἀνωτέρω ἀναπεπλασμένου Θεοῦ, ὅπερ οὐ βούλονται· εἰ δὲ ἀποκρινοῦνται, ὅτι ἔξω τῶν νόμων τυγχάνουσι τοῦ Δημιουργοῦ τῶν κατὰ τοὺς ἀστέρας, ἵνα μὴ ἀπόφασις ᾖ τὸ λεγόμενον ὑπ' αὐτῶν ἀναπόδεικτος, πειραθήτωσαν ἡμᾶς προσάγειν ἀναγκαστικώτερον, διαφορὰν παριστάντες νοῦ τινος ὑποκειμένου γενέσει καὶ εἱμαρμένῃ καὶ ἑτέρου ἀπὸ τού-

[a] *γρ.*, μακαριότητες. [b] *Ισ.* ψεκτῶς.

(17) *Ἐὰν δέ τινες.* Εἰς τοὺς Μανιχαίους αἰνίττεται, qui mundum hunc non boni, sed mali Dei opus esse jactabant.

Digitized by Google

των ἐλευθέρου. Δῆλον γάρ ἐστι τοὺς τοιούτους (18), ὅτι, λόγον ἀπαιτηθέντες διδόναι αὐτοῖς, οὐδαμῶς δυνήσονται. Πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις καὶ εὐχαὶ παρέλκουσι μάτην παραλαμβανόμεναι. Εἰ γὰρ κατηνάγκασται τάδε τινὰ γενέσθαι, καὶ οἱ ἀστέρες ποιοῦσιν, οὐδὲν δὲ παρὰ τὴν τούτων πρὸς ἀλλήλους ἐπιπλοκὴν δύναται γενέσθαι, Θεὸν ἀλογίστως ἀξιοῦμεν τάδε τινὰ ἡμῖν δωρήσασθαι. Καὶ τί ἐπὶ πλεῖον μηκύνειν λόγον δεῖ, παριστάντα τὸ ἀσεβὲς τοῦ καθημαξευμένου ἀδασανίστως παρὰ τοῖς πολλοῖς περὶ εἱμαρμένης τόπου; Αὐτάρκη γὰρ εἰς ὑπογραφὴν καὶ τὰ εἰρημένα. Πόθεν δὲ ἐξετάζοντες τὸ, « Ἔστωσαν εἰς σημεῖα οἱ φωστῆρες, » ἐπὶ ταῦτα ἐληλύθαμεν, ἑαυτοὺς ὑπομνήσωμεν. Οἱ μανθάνοντες περί τινων ἀληθῆ, ἤτοι αὐτόπται τῶν πραγμάτων γενόμενοι, ἀποφαίνονται τάδε τινὰ ὑγειῶς, τὸ πάθος καὶ τὴν ἐνέργειαν τῶν πεπονθότων ἢ ἐνεργησάντων θεασάμενοι, ἢ ἀπαγγελλόντων τῶν οὐδαμῶς αἰτίων τοῖς γεγενημένοις ἀκούσαντες, τάδε τινὰ γινώσκουσιν (19) (ὑπεξῃρήσθω δὲ νῦν τοῦ λόγου τὸ δύνασθαι τοὺς δεδρακότας ἢ πεπονθότας, διηγουμένους ἃ δεδράκασιν, ἢ πεπόνθασιν, ἐνάγειν εἰς γνῶσιν τῶν πεπραγμένων τὸν μὴ παρατετυχηκότα). Ἐὰν οὖν ὁ διδασκόμενος ὑπὸ τοῦ μηδαμῶς αἰτίου τῶν γινομένων τὸ τάδε τινὰ τοῖσδε γεγονέναι, ἢ συμβῆσεσθαι, μὴ διακρίνων (20), ὅτι οὐ πάντως ὁ διδάσκων περί τινος ὡς γενομένου ἢ ἐσομένου, αἴτιός ἐστι τοῦ τὸ πρᾶγμα τοιόνδε τι τυγχάνειν· οἰήσεται τὸν παραστήσαντα περὶ τοῦ τάδε τινὰ γεγονέναι, ἢ τάδε τινὰ ἔσεσθαι, πεποιηκέναι, ἢ ποιήσειν τὰ περὶ ὧν διδάσκει, οἰήσεται δὲ δηλονότι ἐσφαλμένως. Ὡς εἴ τις, ἐντυχὼν προφητικῇ βίβλῳ προδηλούσῃ τὰ περὶ Ἰούδαν τὸν προδότην, νομίσαι μαθὼν τὸ ἐσόμενον, ὁρῶν αὐτὸ ἀποτελούμενον, τὴν βίβλον αἰτίαν εἶναι τόδε τι γεγονέναι ὕστερον, ἐπεὶ ἀπὸ τῆς βίβλου μεμάθηκε τὰ ὑπὸ τοῦ Ἰούδα πραχθησόμενα ὕστερον· ἢ πάλιν μὴ τὴν βίβλον ὑπολάβοι εἶναι αἰτίαν, ἀλλὰ τὸν πρῶτον γράψαντα αὐτήν, ἢ τὸν ἐνεργήσαντα, φέρε εἰπεῖν τὸν Θεόν. Ὥσπερ δὲ ἐπὶ τῶν περὶ τοῦ Ἰούδα προφητευομένων αὗται αἱ λέξεις ἐξεταζόμεναι ἐμφαίνουσι τὸν Θεὸν ποιητὴν μὴ γεγονέναι τῆς τοῦ Ἰούδα προδοσίας, ἀλλὰ μόνον δεδηλωκέναι προεγνωκότα τὰ ἀπὸ τῆς τούτου κακίας πραχθησόμενα παρὰ τὴν αὐτοῦ αἰτίαν· οὕτως εἴ τις ἐμβαθύναι τῷ λόγῳ τοῦ προειδέναι τὰ πάντα τὸν Θεὸν, καὶ τοῖς ἐν οἷς οἷον ἐνετύπωσε τῆς ἑαυτοῦ προγνώσεως τοὺς λόγους, κατανοήσαι ἂν, ὅτι οὔτε ὁ προγνοὺς πάντως αἴτιος τῶν προεγνωσμένων, οὔτε τὰ τοὺς τύπους τῶν λόγων τῆς προγνώσεως τοῦ προεγνωκότος δεξάμενα. Ὅτι μὲν νῦν ἕκαστον τῶν ἐσομένων πρὸ πολλοῦ οἶδεν ὁ Θεὸς γενησόμενον, καὶ χωρὶς μὲν Γραφῆς αὐτόθεν ἐκ τῆς ἐννοίας τῆς περὶ Θεοῦ δῆλον τῷ συνιέντι ἀξίωμα δυνάhac in vita, nihil omnino motus ille possit ? Obligatos si fatebuntur, hunc illis profecto astra quoque sensum impresserint : adeoque novam de superiore suo fictitioque Deo mentem, hujus conversione mundi, suus ille, quod ipsi negant, architectus injecerit. Sin autem ejus se minime, quas astra volvunt, legibus teneri respondebunt, id ne ab iis temere negari videantur, majori utique vi suffragium illi nostrum extorquere debent, certo discrimine duo inter mentium genera constituto, quarum aliæ ortus fatique necessitatem subire cogantur, aliæ defugiant. Hac enim se quæstione profecto nunquam explicabunt. Ad hæc preces ac vota nuncupare, supervacaneum plane sit. Nam si hæc illave fieri necesse est, hancque astra necessitatem afferunt, **283** nec aliter quam eorum mutua complexio jubeat, fieri quidquam potest, hoc aut illud abs Deo impetrare sine ratione contendimus. Sed quorsum pluribus communis hujus de fato loci, quem inconsiderate vulgus adhuc hominum trivit, impietatem persequimur? Eam quippe superiori oratione informasse satest. Jam vero, cum locum illum expenderemus, « Sint in signa luminaria, » quemadmodum in eam disputationem delapsi fuerimus, nobis in memoriam revocemus. Qui vel aliqua de re veri ex aliis quidpiam intelligunt, vel ipsimet rei gestæ oculati testes fuerunt, ii profecto rem aperire sincere integreque possunt : quippe qui, vel quod passus alter fuerit, vel quod idem perfecerit, aut oculis ipsi suis usurparint, aut aliorum qui tamen rei causam dederint nullam, commemoratione acceperint. (Illud enim sane omittamus, fieri posse, ut qui aliquid vel passi fuerint, vel fecerint, eos etiam, qui præsentes non interfuerint, narratione ipsi sua totius in rei cognitionem adducant.) Si quis ergo, postquam certi aliquid aut evenisse quibusdam, aut eventurum esse, ab illo qui ejus causa non sit, auditione acceperit, non cogitet apud se, quisquis rem quamlibet aut gestam esse, aut gestum iri doceat, non eum continuo ejusdem rei causam esse : is sane, quicunque vel factum aliquid vel futurum esse aperiet, ab eodem aut profectum illud aut profecturum opinabitur, falso tamen opinabitur. Veluti si quis, ubi ex prophetico volumine, quod Judæ proditoris scelus exitiumque prædiceret, futuram totius rei seriem intellexisset, adeoque cum suis factum ipsum oculis intueretur, idem in volumen facinoris causam omnem culpamque conferret : aut, si minus volumen, eum certe, a quo primum conscriptum illud esset, aut vero Deum ipsum, cujus impulsu ac numine prodiisset,

(18) *Δῆλον γάρ ἐστι τοὺς τοιούτους.* Forte delendum fuerit τοὺς τοιούτους. Nisi dicamus, hunc accusativum pro nominativo usurpatum, ut in verborum activorum constructione fieri solet ; v. g. cum dicunt οἶδα γάρ σε, ὅτι τοῦτο ἐποίησας, et similia. Prius tamen illud, apud antiquiores et classicos, vereor, ut facile reperias.

(19) *Τάδε τινὰ γινώσκουσιν.* Hæc omnino παρέλκειν existimo, cum jam paulo ante præcesserit, ἀποφαίνονται τάδε τινὰ ὑγειῶς· aut si hæc quoque retineri placet, scribendum ante fuerit καὶ τὸ πάθος, etc.

(20) *Διακρίνων.* Γρ., διακρίνοι, quod magis prono : alioqui mox post alterum οἰήσεται, aut δέ tollendum videtur, aut sumendum pro δή, quod hoc loco minus placeret.

Digitized by Google

ejusdem perfidiæ auctorem esse sentiret. Quemadmodum enim conceptis ac disertis, si ea diligenter expendas, istius de Juda prophetiæ verbis, Deus omni proditionis ejus culpa liberatur; idque unum ex illis auferri potest, Deum quod nulla sui numinis communione, sola hominis improbitate futurum scelus ante cognoverat, prænuntiasse: ita profecto, quisquis et eam in disputationem, qua Deo rerum omnium antegressa cognitio tribuitur, et in ea, quibus suæ cognitionis signa quædam et formas impresserit, subire altius ac **284** penetrare voluerit, intelliget ipse continuo, non illi utique, qui prænoverit, aut iis ipsis rebus, quæ prænotionis ejus formas quasdam notasque susceperint eorum, quæ prænoverit, causam esse tribuendam. Jam vero, quidquid aliquando futurum est, id omne Deum multo ante futurum prænosse, ut Scripturæ abesset auctoritas, vel ipsamet ex Dei notione is profecto demum intelligat, qui probe vim illam et excellentiam divinæ mentis intelligit. Si tamen sacrarum quoque litterarum testimoniis eam in rem opus est, plenæ sunt exemplorum id genus prophetarum voces; ipsaque adeo Susanna rerum ei cognitionem omnium his verbis asseruit: « Deus æterne, qui absconditorum es cognitor, qui nosti omnia, antequam fiant, tu scis, quoniam falsum testimonium tulerunt contra me [21]. » Ac Regum tertio regis ipsius nomen, resque ab eo gestas, multis ante annis, quam lucem aspicerent, hunc in modum clarissime vates divinus expressit: « Constituitque Jeroboam diem solemnem in mense octavo, quintadecima die mensis, in similitudinem solemni-

μεως νοῦ Θεοῦ· εἰ δὲ δεῖ καὶ ἀπὸ τῶν Γραφῶν τοῦτο παραστῆσαι, πλήρεις μέν εἰσιν αἱ προφητεῖαι τοιούτων παραδειγμάτων· καὶ μετὰ τὴν Σωσάνναν δὲ τοῦ Θεοῦ γινώσκοντος τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν, οὕτω λέγουσαν· « Ὁ Θεὸς (21) ὁ αἰώνιος, ὁ τῶν κρυπτῶν γνώστης, ὁ εἰδὼς τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν, σὺ ἐπίστασαι, ὅτι ψευδῆ μου κατεμαρτύρησαν οὗτοι. » Σαφέστατα δὲ ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Βασιλειῶν καὶ ὄνομα βασιλεύοντος [a] καὶ πράξεις ἀνεγράφησαν, πρὸ πλειόνων ἐτῶν τοῦ γενέσθαι, προφητευόμενα οὕτως· « Καὶ ἐποίησεν Ἱεροβοὰμ ἑορτὴν ἐν τῷ μηνὶ τῷ ὀγδόῳ (22), ἐν τῇ πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ ἡμέρᾳ τοῦ μηνός, κατὰ τὴν ἑορτὴν (23) τὴν ἐν γῇ Ἰούδα (24). Καὶ ἀνέβη ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τὸ ἐν Βαιθὴλ (25), ὃ ἐποίησεν ἐν ταῖς δαμάλεσιν (26), αἷς ἐποίησεν. » Εἶτα μετ' ὀλίγα· « Καὶ ἰδοὺ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ ἐξ Ἰούδα παρεγένετο ἐν λόγῳ Κυρίου ἐν Βαιθὴλ, καὶ Ἱεροβοὰμ εἱστήκει ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον αὐτοῦ ἐπιθῦσαι. Καὶ ἐπεκάλεσεν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον ἐν λόγῳ Κυρίου, καὶ εἶπε· Θυσιαστήριον, θυσιαστήριον, τάδε λέγει Κύριος· Ἰδοὺ υἱὸς τίκτεται τῷ οἴκῳ Δαβὶδ, Ἰωσίας ὄνομα αὐτῷ, καὶ θύσει ἐπὶ σὲ τοὺς ἱερεῖς τῶν ὑψηλῶν τῶν ἐπιθυόντων ἐπὶ σὲ, καὶ ὀστᾶ ἀνθρώπων καύσει ἐπὶ σέ. Καὶ ἔδωκεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τέρας, λέγων· Τοῦτο τὸ τέρας ὃ ἐλάλησε Κύριος λέγων· Ἰδοὺ τὸ θυσιαστήριον ῥήγνυται, καὶ ἐκχυθήσεται ἡ πιότης ἡ ἐπ' αὐτῷ. » Καὶ μετ' ὀλίγα δηλοῦται, ὅτι καὶ τὸ θυσιαστήριον ἐρράγη, καὶ ἐξεχύθη ἡ πιότης (27) ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου κατὰ τὸ τέρας, ὃ ἔδωκεν ὁ ἄνθρωπος ἐν λόγῳ Κυρίου. Καὶ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ γενομένῳ πρὸ πολλοῦ τῆς αἰχμαλωσίας τῆς εἰς Βαβυλῶνα, μεθ' ἣν αἰχμαλωσίαν ὕστερόν ποτε γίνεται Κῦρος ὁ Περσῶν βασιλεὺς

[21] Dan. XIII, 4.

[a] *Ισ.* βασιλεύσοντος.

(21) *Ὁ Θεός.* En ut, Origenis etiam ætate, illa Susannæ historia θεόπνευστος habeatur: non minus certe quidem, quam libri consequentes, ex quibus idem Origenes testimonia producit. Nec ullus hic straminææ novatorum distinctioni locus; dum quos ipsi sacrorum e numero libros expungunt, ex iis si quid a Patribus tanquam e Scriptura proferri videant, Scripturam vocari excipiunt, quæ moribus informandis apta sit, non decretis fidei sanciendis idonea. Ridicule id quidem: hac enim calumnia, nulli non Scripturæ parti fides abrogari queat. Sed tamen, hic etiam ab Origene divinæ scientiæ fides asseritur; quod, opinor, ex decretis illis unum esse, ut duri admodum oris sint, nunquam negabunt.

(22) *Μηνὶ τῷ ὀγδόῳ.* Quem ipse mensem finxerat de corde suo, ut sequenti versu diserte Scriptura loquitur: id est, quem αὐτομάτως, nulloque Judæorum exemplo, per sese instituerat, ut ejus die 15 impiæ consecrationis festum celebratur.

(23) *Κατὰ τὴν ἑορτήν.* Quod tandem festum illud est, cujus exemplum Jeroboamus sequitur? Non placet ἀδιάφορον quoddam intelligi, quod nullam cum ista dedicatione affinitatem habuerit. Addit enim Scriptura, *in similitudinem solemnitatis*, etc. Frustra quoque Encæniorum hic a quibusdam mentio fit, quæ Jeroboamus, tanto illis antiquior, cogitare non potuit. Probabilius alii de Tabernaculorum festo accipiunt, cujus initium ab septimi mensis decimo quinto die ducebatur, Lev. XXIII, 34 et seq. Nec tamen satis video, quam illius similitudinem Jeroboamus expresserit, nisi forte, quod diem octavi mensis decimum quintum delegerit. Nam Tabernaculorum celebritas eo Levitici loco tantum instituitur, *ut discant posteri* (verba Dei sunt) *quod in Tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerem eos de terra Ægypti.* Malim omnino, altaris dedicationem a Salomone celebratam intelligere, quæ octavo die septimi mensis inchoata, ad vicesimum secundum perducta est, quo etiam Tabernaculorum celebritas claudebatur. Lege II Reg. VIII, et Paralipom. VII, ubi vers. 9 de Salomone habetur, *fecitque die octavo collectam, eo quod dedicasset altare septem diebus, et solemnitatem celebrasset diebus septem.*

(24) *Ἐν γῇ Ἰούδα.* Rectius ἐν τῷ Ἰούδᾳ. Ita enim ex Hebr. Septuaginta, et Vulgat. *in Juda.*

(25) *Θυσιαστήριον τὸ ἐν Βαιθ.* Reponendum videtur, ut est apud Septuag., θυσιαστήριον, ὃ ἐποίησεν ἐν Βαιθὴλ, τοῦ θύειν ταῖς δαμάλεσιν, etc. Certe τοῦ θύειν nec omitti potest, nec in particulam ἐν sine flagitio mutari. Porro vulgat. interpr. pro ὃ ἐποίησεν habet, *similiter fecit*, ut in Hebr. כן עשה, id est, opinor, ut *fieri solebat in Juda.* Septuaginta vero subintellexerunt in Hebr. אשר, *quod*, ut alibi passim.

(26) *Ἐν ταῖς δαμάλεσιν.* Ita Septuag. Vulgat. autem in mascul., *vitulis quos.* Vide notas ad pag. 117, ubi de Api Ægyptio, et Israelit. vitulis, plurib.

(27) *Ἡ πιότης.* Ut Septuag., Vulgat. autem, *vinis*; Hebr. חלב, quod cinerem adipemque significat.

Digitized by Google

συνεργήσας τῇ οἰκοδομῇ τοῦ ναοῦ, γενομένῳ (28) κατὰ τοὺς χρόνους Ἔσδρα, ταῦτα περὶ Κύρου ὀνομαστὶ προφητεύεται· « Οὕτω λέγει Κύριος ὁ Θεὸς τῷ Χριστῷ μου Κύρῳ, οὗ ἐκράτησα τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ, ὑπακοῦσαι ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἔθνη, καὶ ἰσχὺν βασιλέων διαῤῥήξω (29)· ἀνοίξω ἔμπροσθεν αὐτοῦ θύρας, καὶ πύλαι οὐ συγκλεισθήσονται. Ἐγὼ ἔμπροσθέν σου πορεύσομαι, καὶ ὄρη (30) ὁμαλιῶ· θύρας χαλκᾶς συντρίψω, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συνθλάσω· καὶ δώσω σοι θησαυροὺς σκοτεινοὺς, ἀπαικρύφους, ἀοράτους ἀνοίξω σοι, ἵνα γνῷς, ὅτι ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς, ὁ καλῶν τὸ ὄνομά σου, Θεὸς Ἰσραήλ. Ἕνεκεν τοῦ παιδός μου Ἰακὼβ καὶ Ἰσραὴλ τοῦ ἐκλεκτοῦ μου ἐγὼ καλέσω σε τῷ ὀνόματί σου, καὶ προσδέξομαί σε (31).» Σαφῶς γὰρ καὶ ἐκ τούτων δεδήλωται, ὅτι διὰ τὸν λαὸν, ὃν εὐηργέτησεν, ὁ Κύριος ὁ Θεὸς μὴ γινώσκοντι αὐτῷ τὴν καθ' Ἑβραίους θεοσέβειαν ἐδωρήσατο ἐθνῶν πλειόνων ἄρξαι. Καὶ ἔστι ταῦτα μαθεῖν καὶ ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων τῶν ἀναγραψάντων τὰ περὶ τὸν προφητευθέντα Κῦρον. Ἔτι δὲ καὶ ἐν τῷ Δανιὴλ, Βαβυλωνίων βασιλευόντων τότε, τῷ Ναβουχοδονόσορ δείκνυνται αἱ ἐσόμεναι βασιλεῖαι μετ' αὐτόν. Δείκνυνται δὲ διὰ τῆς εἰκόνος, χρυσίου μὲν τῆς Βαβυλωνίων ἀρχῆς ὀνομαζομένης, ἀργυρίου δὲ τῆς Περσῶν, χαλκοῦ δὲ τῆς Μακεδόνων, σιδήρου δὲ τῆς Ῥωμαίων. Καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ προφήτῃ τὰ περὶ Δαρεῖον καὶ Ἀλέξανδρον, καὶ τοὺς τέσσαρας διαδόχους (32) Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνων βασιλέως, καὶ Πτολεμαῖον (33) τὸν Αἰγύπτου ἄρξαντα, τὸν ἐπικαλούμενον Λαγῶν (34), οὕτω προφητεύεται· « Καὶ ἰδοὺ τράγος αἰγῶν ἤρχετο ἀπὸ λιβὸς ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς· καὶ τῷ τράγῳ κέρας ἀνὰ μέσα τῶν ὀφθαλμῶν. Καὶ ἦλθεν ἕως τοῦ

tatis, quæ celebratur in Juda. Et ascendit altare, quod fecit in Bethel, ut immolaret vitulis quas fabricatus fuerat [32]. » Et paulo post : « Et ecce vir Dei venit de Juda, in sermone Domini, in Bethel, Jeroboam stante super altare, et thus jaciente. Et exclamavit contra altare in sermone Domini, et ait : Altare, altare, hæc dicit Dominus : Ecce filius nascetur domui David, Josias nomine, et immolabit super te sacerdotes excelsorum, qui nunc in te thura succendunt, et ossa hominum super te incendet. Deditque in illa die signum, dicens : Hoc erit signum, quod locutus est Dominus : Ecce altare scindetur, et effundetur adeps, qui in eo est [33]. » Ac paucis interjectis, altare disruptum, effusumque adipem esse narratur, quod signum in sermone Domini propheta dederat. Similiter apud Isaiam, qui multis ante captivitatem Babylonicam annis vixerat, de Cyro Persarum rege, qui tanto captivitatem illam intervallo secutus est, quippe qui instaurando templo (id quod in Esdræ tempus incidit) operam navarit suam ; ita nominatim prænuntiatum habes : « Hæc dicit Dominus christo meo Cyro, cujus apprehendi dexteram, ut subjiciam ante faciem ejus gentes, et fortitudinem Regum perfringam : aperiam coram eo januas, et portæ non claudentur. Ego ante te ibo, et montes **285** complanabo : portas æreas conteram, et vectes ferreos confringam. Et dabo tibi thesauros absconditos, occultos, invisibiles aperiam tibi, ut scias quia ego Dominus Deus, qui voco nomen tuum, Deus Israel. Propter servum meum

[32] III Reg. XII, 32. [33] III Reg. XIII, 1.

(28) *Γενομένῳ*. Legendi videtur γενομένῃ, ut conveniat cum οἰκοδομῇ.

(29) *Ἰσχὺν βασιλέων διαῤῥήξω*. Vulgat., *dorsa regum vertam*, וחלצי מלכים אפתח. Quæ utrovis modo interpreteris licet, *lumbos dorsa regum solvam*; vel *lumb. reg. retegam, nudabo*. Priorem secuti Septuaginta, per *lumbos*, robur et fortitudinem intellexere ; posteriorem vulgatus maluit, terga enim vertere hosti, nudare est.

(30) *Ὄρη*. Vulgat., *gloriosos*, Hebr. הגדולים ; quæ vox tametsi a recentioribus Hebræis pro *difficili* et *obliqua via* sumatur, cum tamen sit ex radice גדל, quæ *decorem* et *gloriam* sonat, dubium non est quin optime *gloriosos* significet, quos etiam montium nomine Septuaginta intelligunt.

(31) *Καὶ προσδέξομαί σε*. Ita iidem Septuag., Vulgat. autem, *assimilavi te*. Hebr. אסכך. Radix נכך, si recentioribus Hebræis fides est, significat, *subobscure indicare* aut *appellare*, quasi αἰνίττεσθαι πρός τινα. Sed malim Hieronymo credere, qui non semel hanc vocem reddit, *assimilare*, præsertim cum longe sit illustrius, certis tanto ante ac perspicuis characteribus Cyrum informari, quod hic assimilare significat, quam ἀμυδρῶς ὑπομηνύεσθαι. Adde proxime dictum esse, *vocavi te nomine tuo* : quod multo est εναργέστερον, quam obscure tantum appellare ; quæ μείωσις, vim prioris sententiæ mirum quantum infringeret. Septuaginta quod attinet, legisse videntur קנה, quod est, *emere, possidere*, non autem נכך.

(32) *Τέσσαρας διαδόχους*. Hi enim præcipui quatuor, Ptolemæus Lagi filius, qui Ægyptum ; Seleucus Nicator, seu Nicanor, qui Babyloniam, Mediam, ac deinde Syriam ; Antigonus, qui præcipuas Asiæ partes ; et Antipater, qui Macedoniam obtinuit : cujus loco alii Philippum, sive Aridæum Alexandri fratrem sufficiunt.

(33) *Καὶ Πτολεμαῖον*. Non video quamobrem Origenes, post quatuor illos Alexandri successores, Ptolemæi seorsum meminerit, cum unus e quatuor fuerit. Nisi forte, cornu illud robustum et grande, cujus infra mentio, Ptolemæum esse putaverit : in quo longe cum ab interpretum omnium sensu, qui Antiochum Epiphanem, Antiochi Magni filium accipiunt, tum ab historica veritate discederet. Tametsi, quod Septuaginta cornu ἰσχυρόν dixerunt, id Hieronymus *modicum* reddidit, Hebr. secutus, מצעירה, quod vere parvum quid modicumve sonat. Sed cur Septuaginta *robustum* ? Tantum occurrit, litterarum metathesi, עזר, sæpe idem esse quod *roborare* : Inde עזיז, hoc est *robustus, violentus* : et בעזיז *robur*, ac fere *violentum*. Porro Antiochus Epiphanes, initio sane modicus, quippe qui Selenci frater natu minor esset, ac proinde vivo regnanteque fratre delitesceret ; at eo sublato, mirum in modum crevit.

(34) *Ἐπικαλούμενον Λαγῶν*. Repone Λαγῶ, vel Λαγοῦ. Dictus enim est Ptolemæus, non Lagus, sed Lagi, sup. filius ; tametsi Macedones, ut scribit Pausanias in *Atticis* (nec enim id ipsemet ἱστορεῖ) Philippi Alexandri patris filium esse dicerent, cujus mater uterum adhuc gestans Lago nupsisset.

Digitized by Google

Jacob, et Israel electum meum, ego vocabo te nomine tuo, et suscipiam te [34]. » Ex iis enim quivis prorsus intelligat, Cyrum in ejus populi gratiam, quem tot beneficiis affecerat, ut Hebræorum pietatem ac religionem ignoraret, a Deo tamen gentium plurimarum imperium accepisse. Atque id Græcorum etiam, qui res Cyri, quem propheta cecinit, memoriæ prodiderunt, auferre possis. Quin etiam apud Danielem, quo tempore Babylonicum florebat imperium, Nabuchodonosori futurorum deinceps imperiorum oblata species est. Auro quippe Babyloniorum, Persarum argento, Macedonum ære, ferro denique Romanorum significabatur imperium. Ac rursus idem propheta de Dario simul et Alexandro, nec non de quatuor Alexandri Macedonum regis successoribus, ipsoque Ptolemæo, qui Ægypti regnum tenuit, cuique Lagi cognomentum fuit, ejusmodi reliquit oraculum : « Ecce autem hircus caprarum veniebat ab occidente, super faciem totius terræ; et venit usque ad arietem illum cornutum, et hircus habebat cornu inter oculos suos, quem videram stantem ante Ubal, et cucurrit ad eum in impetu fortitudinis suæ. Et vidi eum pervenientem usque ad arietem, et efferatus est in eum, et percussit arietem, et comminuit duo cornua ejus, et non poterat aries resistere ei, cumque eum misisset in terram, conculcavit : et nemo quibat liberare arietem de manu ejus. Hircus autem caprarum magnus factus est nimis : cumque crevisset, fractum est cornu ejus magnum : et orta sunt alia cornua subter illud per quatuor ventos cœli. De uno autem ex eis egressum est cornu unum forte, et factum est grande valde contra meridiem, et occidentem [35]. » Quid hic prophetarum de Christo ipso voces et oracula commemorem? De Bethlehemo, ubi natus, de Nazaretho, ubi educatus est; quemadmodum in Ægyptum secesserit, quæ miracula perfecerit, quomodo **286** Judæ, quem apostolorum in numerum aggregarat, perfidiam proditionemque subierit? Quibus ex omnibus certe quidem illustria divinæ prænotionis argumenta ducuntur. Accedit ipsa quoque Servatoris auctoritas, dum ita loquitur : « Cum videritis circumdatam ab exercitibus Hierusalem, tunc scietis, quia appropinquavit desolatio ejus [36]. » His enim verbis quid deinceps futurum esset, hoc est supremum Hierosolymitani excidii finem exitumque prædixit.

A κριοῦ τὰ κέρατα ἔχοντος, οὗ εἶδον ἐστῶτος ἐνώπιον τοῦ Οὐβάλ (35), καὶ ἔδραμε πρὸς αὐτὸν ἐνώπιον τῆς ἰσχύος αὐτοῦ. Καὶ εἶδον αὐτὸν φθάνοντα ἕως τοῦ κριοῦ, καὶ ἐξηγριώθη πρὸς αὐτὸν, καὶ ἔπαισε τὸν κριὸν, καὶ συνέτριψεν ἀμφότερα τὰ κέρατα αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἦν ἰσχὺς τῷ κριῷ στῆναι ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ ἔῤῥιψεν αὐτὸν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ συνεπάτησεν αὐτόν· καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐξαιρούμενος τὸν κριὸν ἐκ χειρὸς αὐτοῦ. Καὶ ὁ τράγος τῶν αἰγῶν ἐμεγαλύνθη ἕως σφόδρα· καὶ ἐν τῷ ἰσχῦσαι αὐτὸν, συνετρίβη τὸ κέρας αὐτοῦ τὸ μέγα· καὶ ἀνέβη ἕτερα κέρατα ὑποκάτω αὐτοῦ εἰς τοὺς τέσσαρας ἀνέμους τοῦ οὐρανοῦ. Καὶ ἐκ τοῦ ἑνὸς ἐξῆλθεν κέρας ἓν ἰσχυρὸν, καὶ ἐμεγαλύνθη περισσῶς πρὸς τὸν νότον καὶ τὴν δύσιν (36). » Τί δὲ δεῖ λέγειν τὰς περὶ Χριστοῦ προφητείας, οἷον τόπον γενέσεως B αὐτοῦ Βηθλεὲμ, καὶ τόπον ἀνατροφῆς αὐτοῦ Νάζαρα, καὶ εἰς Αἴγυπτον ἀναχώρησιν, καὶ τεράστια, ἃ ἐποίησε, καὶ τίνα τρόπον ὑπὸ Ἰούδα τοῦ εἰς ἀποστολὴν κεκλημένου προεδόθη ; Πάντα γὰρ ταῦτα σημεῖά ἐστι τῆς τοῦ Θεοῦ προγνώσεως. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ, « Ὅταν, φησὶν, ἴδητε κυκλουμένην ὑπὸ στρατοπέδων τὴν Ἱερουσαλὴμ, τότε γνώσεσθε, ὅτι ἤγγικεν ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς. » Προεῖπε γὰρ τὸ ὕστερον συμβεβηκὸς, τὸ τέλος τῆς κατασκαφῆς Ἱερουσαλὴμ

« Jam vero, quoniam hanc in Deo prænoscendi vim certis adhuc argumentis ostendimus, juverit deinceps, quemadmodum astra signorum loco instituta sint, explicare. Statuendum igitur in primis est, ejusmodi sideribus assignatum ac definitum

C « Ἀποδεδειγμένου τοίνυν ἡμῖν περὶ τοῦ προγνώστην εἶναι τὸν Θεὸν, οὐκ ἀκαίρως, ἵνα διηγησώμεθα, πῶς κ ἀστέρες γίνονται εἰς σημεῖα. Νοητέον τοὺς ἀστέρας οὕτω τετάχθαι κινεῖσθαι, ἐναντιοφορούντων τῶν καλουμένων πλανωμένων τοῖς ἀπλανέσιν, ἵνα σημεῖο

[34] Isa. XLV, 1 seqq. [35] Dan. VIII, 5 seqq. [36] Luc. XI, 20.

(35) *Ἐνώπιον τοῦ Οὐβάλ.* Hic et vers. 3 Septuaginta Hebraicam vocem אובל retinuere, qui versu secundo verterant, ἐπὶ τῆς πύλης Οὐλαΐ, quo modo Hieronym. *super portam*, vel, *ante portam Illai*, qui tamen vers. 3, *paludem* reddere maluit. Ergo utrumque vox illa significabat, *paludem* seu *fluvium*, unde fortassis paludes iis in partibus exsisterent, et portam, qua fluvius recta peteretur. Fluvius hic Ulai (quem nescio cur Græcor. Biblior. Regior. interpres vers. 2 in *atrium* mutaverit), Plinio lib. VI, cap. 27, *Eulæus*, affini sane vocabulo.

(36) *Καὶ τὴν δύσιν.* Septuag. interpr., νότον et δύσιν, inserunt καὶ πρὸς ἀνατολήν. Hieronym. item ex Hebr *post meridiem*, addit, et *contra Orientem*, quod utique addendum hic fuerit. Antiochus enim Epiphanes, Ptolemæum Philometorem, Ægypti regem, adeoque totam Ægyptum, quæ πρὸς τὴν Συρίαν, meridionalis est, pertinaci acerbitate vexavit.: tum Orientem versus, in Persidem vicinasque Persidi regiones incubuit. Sed loco τοῦ *πρὸς δύσιν*, idem Hieronym., *et contra fortitudinem*; in Hebr. צבי, quæ vox, cum vulgo illustre aliquid ac votis omnibus expetendum significare dicatur, tum etiam utplurimum Judææ tribuitur. Hieronymus εὐδοξίαν illam hoc loco intellexit, quæ singulari ex fortitudine colligitur, quamque Judæis divina etiam virtute septis attribuit. Quid si duo hæc צבי et צבא, non vocis modo, sed etiam significationis D affinitatem aliquam et communionem, Hieronymo notam habuere? Judæam porro, Antiochus, ut notissimum est, inusitato furore vastavit, atque in ipsomet templo, Jovis Olympii signum collocavit. Quid Septuaginta secuti sint, cum δύσιν, id est, occidentem verterunt, non satis intelligo. Hierosolyma certe quidem, πρός γε τὴν Συρίαν, occidentalior est.

Digitized by Google

ἀπὸ τοῦ σχηματισμοῦ τῶν ἀστέρων, πάντων τῶν περὶ ἕκαστον γινομένων, καὶ τῶν καθόλου λαμβάνοντες γινώσκωσιν; οὐχὶ οἱ ἄνθρωποι (πολλῷ γὰρ μεῖζον ἢ κατὰ ἄνθρωπον τὸ δύνασθαι κατὰ ἀλήθειαν ἐκλαμβάνειν ἀπὸ τῆς κινήσεως τῶν ἀστέρων τὰ περὶ ἑκάστου τῶν ὁτιποτοῦν ἐνεργούντων ἢ πασχόντων), ἀλλ' αἱ δυνάμεις, ἃς ἀναγκαῖον διὰ πολλὰ ταῦτα γινώσκειν, ὡς κατὰ δύναμιν διὰ τῶν ἑξῆς δείξομεν. Συνέντες δὲ οἱ ἄνθρωποι ἔκ τινων τηρήσεων, ἢ καὶ ἐκ διδασκαλίας ἀγγέλων τὴν ἰδίαν τάξιν παραβεβηκότων, καὶ ἐπὶ τῇ τοῦ γένους ἡμῶν ἐπιτριβῇ διδαξάντων περὶ τούτων τινά, ᾠήθησαν τοὺς ἀφ' ὧν τὰ σημεῖα ὁῶνται λαμβάνειν, αἰτίους ὑπάρχειν τούτων, ἃ σημαίνειν ὁ λόγος φησί· περὶ ὧν καὶ αὐτῶν, ὡς ἐν ἐπιτομῇ, κατὰ δύναμιν ἐπιμελέστερον εὐθέως διαληψόμεθα. Προκείσεται τοίνυν ταῦτα τὰ προβλήματα· Πῶς, προγνώστου ὄντος ἐξ αἰῶνος τοῦ Θεοῦ περὶ τῶν ὑφ' ἑκάστου πράττεσθαι νομιζομένων, τὸ ἐφ' ἡμῖν σώζεται· Καὶ τίνα τρόπον οἱ ἀστέρες οὐκ εἰσι ποιητικοὶ τῶν ἐν ἀνθρώποις, σημαντικοὶ δὲ μόνον. Καὶ ὅτι ἄνθρωποι τὴν περὶ τούτων γνῶσιν ἀκριβῶς ἔχειν οὐ δύνανται, ἀλλὰ δυνάμεσιν ἀνθρώπων κρείττοσι τὰ σημεῖα ἔκκειται. Τίς γὰρ ἡ αἰτία τοῦ τὰ σημεῖα τὸν Θεὸν πεποιηκέναι εἰς γνῶσιν τῶν δυνάμεων, τέταρτον ἐξετασθήσεται. Καὶ τοίνυν ἴδωμεν τὸ πρῶτον, ὅπερ εὐλαβηθέντες πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων, οἰόμενοι κατηναγκάσθαι τὰ πράγματα, καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν μηδαμῶς σώζεσθαι, εἰ ὁ Θεὸς προγινώσκει τὰ μέλλοντα, ἀσεβὲς δόγμα ἐτόλμησαν ἀναδέξασθαι μᾶλλον, ἢ προσέσθαι τὸ, ὡς φασιν ἐκεῖνοι, ἔνδοξον μὲν περὶ Θεοῦ, ἀναιροῦν δὲ τὸ ἐφ' ἡμῖν, καὶ διὰ τοῦτο ἔπαινον καὶ ψόγον, καὶ τὸ τῶν ἀρετῶν ἀπόδεκτον, τῶν τε κακιῶν ψεκτόν. Καί φασιν, εἰ ἐξ αἰῶνος ἔγνω ὁ Θεὸς τόνδε τινὰ ἀδικήσειν, καὶ τάδε ποιῆσαι ἀδικήματα, ἀψευδὴς δὲ ἡ γνῶσις τοῦ Θεοῦ, καὶ πάντως ἔσται ἄδικος ποιήσων [a] τάδε τὰ ἀδικήματα, ὁ τοιοῦτος εἶναι προεωραμένος· καὶ ἀμήχανον μὴ ἀδικήσειν αὐτὸν, κατηνάγκασται τὸ [b] ἀδικήσειν αὐτὸν, καὶ ἀδύνατον ἔσται ἄλλο τι πρᾶξαι αὐτὸν ἢ ὅπερ ὁ Θεὸς ἔγνω. Εἰ δὲ ἀδύνατον ἄλλο τι πρᾶξαι αὐτὸν, οὐδεὶς δὲ ἀδύνατον μὴ ποιήσας ψεκτός ἐστι, μάτην αἰτιώμεθα τοὺς ἀδίκους, ἀπὸ δὲ τοῦ ἀδίκου καὶ τῶν ἀδικημάτων ἐπέρχονται καὶ ἐπὶ τὰ ἄλλα ἁμαρτήματα. Εἶτα ἐκ τοῦ ἐναντίου καὶ τὰ [c] νομιζόμενα κατορθώματα· καί φασιν ἀκολουθεῖν τὸ [d] τὸν Θεὸν τὰ μέλλοντα προεγνωκέναι τῷ [e] μὴ δύνασθαι τὰ ἐφ' ἡμῖν σώζεσθαι. Πρὸς οὓς λεκτέον, ὅτι ἐπιβάλλων ὁ Θεὸς τῇ ἀρχῇ τῆς κοσμοποιίας, οὐδενὸς ἀναιτίου [f] γινομένου, ἐπιπορεύεται τῷ νῷ ἕκαστον τῶν ἐσομένων, ὁρῶν, ὅτι, ἐπεὶ τόδε γέγονε, τόδε ἔπεται· ἐὰν δὲ γένηται τόδε τὸ ἑπόμενον, τόδε ἀκολουθεῖ· οὗ ὑποστάντος, τόδε ἔσται· καὶ οὕτω μέχρι τέλους τῶν πραγμάτων ἐπιπορευθείς, οἶδεν ἃ ἔσται, οὐ πάντως ἑκάστῳ τῶν γινωσκομένων αἴτιος τοῦ αὐτὸ συμβῆναι τυγχάνων. Ὥσπερ γὰρ εἴ τις, ὁρῶν τινα διὰ μὲν ἀμαθίαν προπετῆ, διὰ δὲ τὴν προπέτειαν ἀλογίστως ἐπιβαίνοντα ὁδοῦ ὀλισθηρᾶς, καὶ καταλάβοι πεσεῖσθαι ὀλισθήσαντα, οὐχὶ αἴτιος τοῦ ὀλίσθου ἐκείνῳ γίνεται·

esse motum, ut quæ errantia vulgo dicuntur, viam fixis illis atque constantibus plane contrariam teneant. Id quod eo consilio factum est, ut ex vario astrorum situ, eorum, quæ partim singulis, partim in universum eveniunt, signa quædam hauriant, non jam homines certe quidem (ex illa enim siderum conversione, quidquid aut facturi singuli sint, aut passuri, vere ac certo intelligere, operæ est humanas vires longe multumque superantis), sed naturæ illæ superiores, quas pluribus sane de causis eam in cognitionem venire necesse est, uti deinceps pro captu nostro demonstrabimus. Homines autem, quod nonnulla id genus, vel observationibus quibusdam, vel angelorum, qui cum suos ipsi fines transilierint, tum generis in nostri perniciem ista docuerint, informatione didicerint; eorum simul, quorum significationem iis Scriptura tribuit, auctores illos esse putaverunt, a quibus ea se percipere signa credebant. Qua de re summatim quoque paulo post, sed tamen pro nostra facultate diligenter et accurate disputabimus. Atque hæc erunt quæstionis institutæ capita. Qui fieri possit, ut cum ea quæ a quoque fieri censentur omnia, ex omni Deus æternitate prænoverit, sua tamen voluntati nostræ vis potestasque servetur. Quomodo rerum illarum, quæ hominum generi eveniunt, signa quidem sidera sint, causæ vero minime. Quamobrem certam et exquisitam homines earumdem rerum cognitionem habere non possint, sed naturis humanis superioribus proposita signa illa sint. Nam quorsum iisdem ex signis aliquid naturas illas cognitionis haurire voluerit, quarto demum loco quæremus. Ordiamur a primo, in quo dum cautiores esse Græcorum plerique vellent, quodque si Deo futurorum prænotio tribueretur, vim rebus inferri putarent, ac voluntatis nostræ jura violari, nefarium impiumque dogma suscipere temere, 287 quam alterum illud probare maluerunt, quod Deo quidem, ut ipsi loquuntur, gloriæ cederet, verum arbitrii nostri vim et facultatem everteret, simulque proinde omnem cum laude vituperationem, et quidquid aut est complectendum in virtute, aut in vitio reprehendendum. Enimvero, si hunc aut illum Deus injuriosum futurum, si has aut illas injurias illaturum ex æternitate cognovit, nec falli prænotio divina potest: is profecto, quem ejusmodi fore præviderit, et injuriosus omnino futurus est, et tales injurias illaturus: adeoque fieri nullo modo potest, ut ab illis injuriis abstineat, cum et ad eas inferendas necessitate rapiatur, nec aliud ab eo quidquam fieri possit, quam quod futurum Deus esse cognoverit. Jam si aliud prorsus agere nihil potest, nec quisquam jure vituperatur, quod id non fecerit, quod fieri ab eo non potuit, homines injuriosos frustra calumniamur. Deinde vero ab injuriosis et injuriis ad cætera peccatorum genera gradum faciunt. Tum a contrario, de iis quoque rebus, quæ præclare fieri

[a] Ισ. καὶ ποιήσ. [b] Ισ. γὰρ τό. [c] Ισ. κἀπί. [d] Ισ. ὦῳ. [e] Ισ. τό. [f] γρ. ἀναιτίας.

Digitized by Google

honesteque videantur, simili ratione statuunt : tandemque concludunt, si Deo semel futurorum prænotio concedatur, arbitrii nostri potestatem continuo funditus esse tollendam. Quibus hoc modo respondendum erit : Deus, quod nulla res causam non habeat aliquam, dum sub ipsum orbis moliendi principium, futura sigillatim omnia mente percurrit, videt illico, si factum hoc erit, illud proinde secuturum ; quod ubi exstiterit, tertium ex eo quiddam aptum fore ; hoc item si positum erit, et consequens illud futurum : itaque ad rerum finem omnium cognitione perducta, quidquid futurum est intelligit : nec tamen cujuslibet omnino rei, cur hoc illove modo eveniat, causa dicendus est. Quemadmodum enim, si quem imperitia temerarium ac præcipitem esse videas, eaque temeritate impulsum lubrico sese itineri committere, ut eum labente fallenteque vestigio ruiturum intelligas, ipsi tamen prolapsionis causa non es. Ita plane sentiendum est, Deo, quod cujusmodi quisque sit futurus præviderit, causas etiam quamobrem ejusmodi sit futurus, quæque ab eo vel improbe vel præclare gerenda sint, esse perspecta. Atque, ut libere, quod res est, eloquamur, non Dei modo prænotionem rerum causam non esse (nec enim quem peccaturum Deus esse prævidit, eum dum re ipsa peccat, ad facinus quasi manu deducit), sed etiam, quod a communi sensu remotius quidem, sed verum tamen est, id ipsum quod futurum sit, ejusmodi prænotionis causam esse. Neque **288** enim idcirco fit, quod futurum esse cognoscatur, sed quod futurum sit, idcirco futurum esse cognoscitur. Quo quidem in genere, distinctione opus est. Nam si quod omnino futurum dicitur, id ita quis accipiat, perinde ac si quod prævisum est, evenire necesse sit, hoc vero minime damus. Nec enim, quod prævisa Judæ proditio fuerit, Judam propterea necessario proditorem fuisse concedimus. Enimvero, quibus in prophetarum oraculis futurum Judæ scelus exprimitur, iisdem hominis incessitur carpiturque improbitas, atque omnium in oculis indignitas ejus probrumque traducitur. Qui si ad proditionem vi ac necessitate raperetur, nec reliquis apostolis per eam similis esse posset, omni profecto crimine ac probro vacaret. Vide ergo, num id ipsum disertis hisce Prophetæ conceptisque verbis apériat : « Nec sit, qui misereatur pupillis ejus, pro eo quod non est recordatus facere misericordiam. Et persecutus est hominem inopem, et mendicum, et compunctum corde mortificare. Et dilexit male-

A οὕτω νοητέον τὸν Θεὸν, προεωρακότα ὁποῖος ἕκαστος, καὶ τὰς αἰτίας τοῦ τοιοῦτον αὐτὸν ἔσεσθαι καθορᾷν, καὶ ὅτι ἁμαρτήσεται τάδε, ἢ κατορθώσει τάδε. Καὶ εἰ χρὴ λέγειν, οὐ τὴν πρόγνωσιν αἰτίαν τῶν γινομένων (οὐ γὰρ ἐφάπτεται τοῦ προεγνωσμένου ἁμαρτησομένου ὁ Θεὸς, ὅταν ἁμαρτάνῃ), ἀλλὰ παραδοξότερον μὲν, ἀληθὲς δὲ ἐροῦμεν, τὸ ἐσόμενον αἴτιον τοῦ τοιάνδε εἶναι τὴν περὶ αὐτοῦ πρόγνωσιν. Οὐ γὰρ ἐπεὶ ἔγνωσται, γίνεται, ἀλλ' ἐπεὶ γίνεσθαι ἔμελλεν, ἔγνωσται. Διαστολῆς δὲ δεῖται. Εἰ μὲν γὰρ τὸ « πάντως ἔσται » οὕτω τις ἑρμηνεύει, ὡς ἀνάγκην εἶναι γενέσθαι τὸ προεγνωσμένον, οὐ διδόαμεν αὐτῷ. Οὐ γὰρ ἐροῦμεν, ἐπεὶ προέγνωσται Ἰούδαν προδότην γενέσθαι, ὅτι πᾶσα ἀνάγκη ἦν Ἰούδαν προδότην γενέσθαι. Ἐν γοῦν ταῖς περὶ τοῦ Ἰούδα προφητείαις

B μέμψεις καὶ κατηγορίαι τοῦ Ἰούδα ἀναγεγραμμέναι εἰσὶ, παντὶ τῷ παριστᾶσαι τὸ ψεκτὸν αὐτοῦ. Οὐκ ἂν δὲ ψόγος αὐτῷ προσήπτετο, εἰ ἐπάναγκες προδότης ἦν, καὶ μὴ ἀνεδέχετο (37) αὐτὸν ὅμοιον τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις γενέσθαι. Ὅρα δὲ εἰ μὴ ταῦτα δηλοῦται δι' ὧν παραθησόμεθα ῥητῶν οὕτως ἐχόντων· « Μὴ δὲ γενηθήτω οἰκτίρμων τοῖς ὀρφανοῖς αὐτοῦ, ἀνθ' ὧν οὐκ ἐμνήσθη ποιῆσαι ἔλεος. Καὶ κατεδίωξεν ἄνθρωπον πένητα καὶ πτωχὸν, καὶ κατανενυγμένον τῇ καρδίᾳ, τοῦ θανατῶσαι (38)· καὶ ἠγάπησε κατάραν, καὶ ἥξει αὐτῷ· καὶ οὐκ ἠθέλησεν εὐλογίαν, καὶ μακρυνθήσεται ἀπ' αὐτοῦ. » Εἰ δέ τις διηγήσεται τὸ « πάντως ἔσται » κατὰ τὸ σημαίνειν αὐτὸ, λέγων, ὅτι ἔσται μὲν τάδε τινὰ, ἐνεδέχετο δὲ καὶ ἕτερος γενέσθαι, τοῦτο ὡς

C ἀληθὲς συγχωροῦμεν. Τὸν μὲν γὰρ Θεὸν οὐκ ἐνδέχεται ψεύσασθαι, ἐνδέχεται δὲ περὶ τῶν ἐνδεχομένων γενέσθαι καὶ μὴ γενέσθαι φρονῆσαι τὸ γενέσθαι αὐτὰ καὶ μὴ γενέσθαι. Σαφέστερον δὲ τοῦτο ἐροῦμεν οὕτως· Εἰ ἐνδέχεται Ἰούδαν εἶναι ἀπόστολον ὁμοίως Πέτρῳ, ἐνδέχεται τὸν Θεὸν νοῆσαι περὶ τοῦ Ἰούδα, ὅτι μενεῖ ἀπόστολος ὁμοίως Πέτρῳ. Εἰ ἐνδέχεται Ἰούδαν προδότην γενέσθαι, ἐνδέχεται τὸν Θεὸν φρονῆσαι περὶ αὐτοῦ, ὅτι προδότης ἔσται. Εἰ δὲ προδότης ἔσται Ἰούδας, ὁ Θεὸς τῇ προγνώσει αὐτοῦ τῶν προειρημένων ἐνδεχομένων δύο γεγονότων, τοῦ εἶναι (39) ἐν

D αὐτῷ τὸ ἀληθὲς προγινώσκων, προγνώσεται τὸν Ἰούδαν προδότην γενέσθαι· τὸ δὲ περὶ οὗ ἡ γνῶσις, ἐνδέχεται καὶ ἕτερος γενέσθαι. Καὶ λέγοι ἂν ἡ γνῶσις τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἐνδέχεται μὲν τόνδε τόδε ποιῆσαι, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐναντίον. Ἐνδεχομένων δὲ ἀμφοτέρων, οἶδα, ὅτι τάδε ποιήσει. Οὐ γὰρ ὥσπερ ὁ Θεὸς εἴποι ἄν, οὐκ ἐνδέχεται τόνδε τινὰ τὸν ἄνθρωπον πτῆναι, οὕτω χρησμὸν, φέρε εἰπεῖν, περί τινος διδοὺς ἐρεῖ, ὅτι οὐκ ἐνδέχεται τόνδε σωφρονῆσαι. Δύναμις μὲν γὰρ πάντη οὐκ ἔστι τοῦ πτῆναι οὐδαμῶς ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, δύνα-

(37) *Ἀνεδέχετο.* Facilis emendatio est, ἐνεδέχετο. Hoc enim verbum iis maxime de rebus usurpatur, quæ utramque in partem ἐξ ἴσου evenire possunt, ut paulo post sæpius.

(38) *Τοῦ θανατῶσαι.* Supple ἕνεκα. Quod in Vulgata paulo obscurius, *et compunctum corde mortificare.* Itaque post *καρδίᾳ*, et *corde*, adhibenda virgula est : significatur enim, eum hoc animo persecutum esse hominem dolore jam confectum, ut ei vitam eriperet.

(39) *Τοῦ εἶναι.* Subobscurus locus. An mutanda distinctio est, et τοῦ εἶναι cum ἐνδεχομένων ita construendum, ut subintelligas χάριν vel ἕνεκα; An ita potius ordinanda sententia? Ὁ Θεὸς τῇ προγνώσει αὐτοῦ, ἐν αὐτῷ τὸ ἀληθὲς προγινώσκων τοῦ εἶναι τῶν προειρημ. ἐνδεχ. δ. γεγον. An denique, τοῦ *εἶναι* sumitur, pro τοῦ *ὄντος*, vel τοῦ *ἐσομένου πράγματος.* Elige ; postremum hoc malui.

Digitized by Google

μεις δέ ἐστι τοῦ σωφρονῆσαι καὶ τοῦ ἀκολαστῆσαι. Ὧν ἀμφοτέρων δυνάμεων ὑπαρχουσῶν, ὁ μὴ προσέχων λόγοις ἐπιτρεπτικοῖς καὶ παιδευτικοῖς ἑαυτὸν ἐπιδίδωσι τῇ χειρίστῃ· κρείττονι δὲ ὁ ζητήσας τὸ ἀληθὲς, καὶ βιῶσαι βεβουλημένος κατ' αὐτό. Οὐ ζητεῖ δὲ ὅδε μὲν τἀληθῆ, ἐπεὶ ἐπιῤῥέπει ἐπὶ τὴν ἡδονὴν, ὅδε δὲ ἐξετάζει περὶ αὐτῶν, αἱρεθεὶς ὑπὸ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν, καὶ λόγου προτρεπτικοῦ. Πάλιν δ' αὖ ὅδε μὲν αἱρεῖται τὴν ἡδονὴν, οὐχὶ οὐ δυνάμενος ἀντιβλέπειν αὐτῇ, ἀλλ' οὐκ ἀγωνιζόμενος· ὅδε δὲ καταφρονεῖ αὐτῆς, τὸ ἄσχημον ὁρῶν τὸ ἐν αὐτῇ πολλάκις τυγχάνον. Ὅτι μέντοι γε ἡ πρόγνωσις τοῦ Θεοῦ οὐκ ἀνάγκην ἐπιτίθησι τοῖς περὶ ὧν κατεῖληφε, πρὸς τοῖς προειρημένοις καὶ τοῦτο λέξεται, ὅτι πολλαχοῦ τῶν Γραφῶν Θεὸς κελεύει τοὺς προφήτας κηρύσσειν μετάνοιαν, οὐ προσποιησάμενος (40) τὸ ἐγνωκέναι, πότερον οἱ ἀκούσαντες ἐπιστρέψουσιν, ἢ τοῖς ἁμαρτήμασιν ἑαυτῶν ἐμμενοῦσιν. Ὥσπερ ἐν τῷ Ἱερεμίᾳ λέγεται· « Ἴσως ἀκούσονται, καὶ μετανοήσουσιν. » Οὐ γὰρ ἀγνοῶν ὁ Θεὸς, πότερον ἀκούσουσιν ἢ οὔ, φησίν· Ἴσως ἀκούσονται, καὶ μετανοήσουσιν· ἀλλ' οἱονεὶ τὸ ἰσοστάσιον τῶν δυνάμεων γενέσθαι δεικνὺς ἐκ τῶν λεγομένων, ἵνα μὴ, προκατηγγελμένη ἡ πρόγνωσις αὐτοῦ, καταπεσεῖν ποιήσῃ τοὺς ἀκούοντας, δόξαν ἀνάγκης παριστᾶσα, ὡς οὐκ ὄντος ἐπ' αὐτοῖς τοῦ ἐπιστρέψαι, καὶ αὕτη αἰτία γένηται (41) τῶν ἁμαρτημάτων· ἢ πάλιν τοῖς ἐκ τοῦ ἀγνοεῖν τὸ προεγνωσμένον καλὸν δυναμένοις ἐν τῷ ἀγωνίσασθαι, καὶ ἀντετείνειν πρὸς τὴν κακίαν ἐν ἀρετῇ βιῶσαι, αἰτία γένηται ἡ πρόγνωσις ἐκλύσεως, οὐκ ἔτι εὐτόνως ἱσταμένοις κατὰ τῆς ἁμαρτίας, ὡς πάντως ἐσομένου τοῦ προειρημένου. Καὶ οὕτω γὰρ οἷον ἐμπόδιον γένοιτ' ἂν ἡ πρόγνωσις τοῦ ἐσομένου καλοῦ. Πάντα γοῦν χρησίμως ὁ Θεὸς τὰ κατὰ τὸν κόσμον οἰκονομῶν, εὐλόγως ἡμᾶς καὶ πρὸς τὰ μέλλοντα ἐτύφλωσεν. Ἡ γὰρ γνῶσις αὐτῶν ἀνῆκε μὲν ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ ἀθλεῖν κατὰ τῆς κακίας, ἐπέτρεψε δ' ἂν δόξασα κατειλῆφθαι, πρὸς τὸ, μὴ ἀντιπαλαίσαντας ἡμᾶς τῇ ἁμαρτίᾳ, τάχιον αὐτῇ ὑποχειρίους γενέσθαι. Ἅμα δὲ καὶ μαχόμενον (42) ἐγίνετο τῷ καλὸν καὶ ἀγαθὸν γενέσθαι τινὰ τὸ τὴν πρόγνωσιν ἐληλυθέναι εἰς τόνδε τινὰ, ὅτι πάντως ἔσται ἀγαθός. Πρὸς οἷς γὰρ ἔχομεν (43), καὶ σφοδρό-

dictionem, et veniet ei : et noluit benedictionem, et elongabitur ab eo [37]. » Sin autem illud idem quod omnino futurum dicitur, ita quis, prout asseverationis hujus significatio postulat, intelliget, quasi futurum sit illud quidem, cæterum aliter etiam evenire potuisset : id tanquam verum ultro fatemur. Nam ut mentiri Deus fallique non potest, ita quæ fieri æque ac non fieri possunt, eadem ipse futura nosse pariter, aut non futura potest. Verum dilucidius hac de re hunc in modum statuemus. Si Petro similis apostolus Judas esse potest, potest etiam Deus Judam apostolum Petro similem futurum cognoscere. Similiter, si proditor Judas esse potest, potest quoque Deus illum nosse proditorem futurum. Jam si re ipsa proditor Judas erit, Deus sane, qui utrumque illud fieri posse prænovit, ut rei cujusque veritatem in se ipso prænoscit, ita Judam re ipsa proditorem futurum prænoscet, cum interea quod eum in modum cognoscit, aliter ex sese evenire posset. Itaque non immerito divinæ prænotioni ejusmodi oratio tribuatur : Accidere omnino potest, uti hoc ab isto fiat; nec minus tamen, uti contrarium : ego vero, cum fieri utrumque possit, alterum hoc futurum novi. Neque enim Deus, quemadmodum ut certus hic homo volet, fieri non posse pronuntiat, ita perinde ac si aliqua de re oraculum ederet, hunc aut illum temperantem fieri posse negat. Nam cum nulla prorsus ad volandum facultate instructus **289** homo sit, ejusdem tamen potestatis est, vel temperanter vel intemperanter vivere. Ita cum utramque facultatem habeat, qui cohortationes et doctrinæ præcepta negligit, deteriori sese permittit; qui vitæ ad veritatis normam exigendæ studio, in ejus indagatione versatur, is ad meliorem sese adjungit. Cæterum, quod alter de vero indagando minus laboret, voluptatis id cupiditate fit; alter vero, quod ejus studio magnopere teneatur, hoc certo quodam proprioque consilio facit, ad quod partim ipsa notione sensuque communi, partim cohortatione adductus est. Præterea voluptatem alter non eo complectitur, quod adversus eam eonsistere nequeat, sed quod pugnare cum ipsum propterea non eveniat, quod certo futurum aperuerit. Hæc enim τῶν ἀντιμαχομένων ἐστίν.

[37] Psal. cviii, 12.

(40) *Οὐ προσποιησάμενος*. Gallicus etiam idiotismus est, *ne faisant pas semblant*, quod Latinitas minus patitur; aliud enim est, *non simulo me audire*, aliud, *simulo me non audire*, hoc est, *audire me dissimulo*. At Græcis Gallisque perinde est, seu præmittatur negatio, seu consequatur, tametsi longe sæpius præmitti Græce consueverit. Interdum vero, προσποιεῖσθαι, ἐλλειπτικῶς usurpatur, ut apud Demosthen. *Pro coron.* : Ὅρα μὴ τούτων μὲν ἐγθρὸς ᾖς, ἐμοὶ δὲ προσποιῇ, subintelligitur, εἶναι. Ibid. *adversus Æschinem*, qui a liberalibus doctrinis imparatus cum esset, eruditi nomen et famam ambiebat : Τοῖς δὲ ἀπολειφθεῖσι μὲν, ὥσπερ σοὶ, προσποιουμένοις δὲ ὑπ' ἀναισθησίας, τὸ τοὺς ἀκούοντας ἀλγεῖν ποιεῖν, ὅταν λέγωσιν, οὐ τὸ δοκεῖν τοιούτοις εἶναι περίεστιν.

(41) *Αἰτία γένηται*, etc. Αἰτία hic occasio est, ἀφορμή. Porro *aitiav* ait, non absolute τοῦ μὴ ἐπιστρέψαι, sed τῶν ἁμαρτημάτων. Nec enim fieri potest, ut quod mihi Deus certo futurum aperiat, id

(42) Ἅμα δὲ καὶ *μαχόμενον*. Negari non potest, quin hoc durlusculum sit; imo, si absit ὑπερβολή, falsum. Tantum enim abest, ut hæc duo pugnent, ut manifesta potius ἀντιλογία sit, aperiri divinitus, ὅτι πάντως ἔσται ἀγαθός, et tamen illum ipsum οὐκ ἀγαθὸν γενέσθαι. Sed ratio quam subjungit molliorem interpretationem patitur, cum ea tantum futuri cognitione, vim et contentionem animi debilitatum iri significet; quod, τό γε καθόλου, et verissimum est, et sanctorum Patrum ore frequentissimum.

(43) *Πρὸς οἷς γὰρ ἔχομεν*. Integer locus est; tantum dandi casus χρείᾳ, qui sequitur, in rectum mutandus videtur. Per ea vero quæ habemus, intelligit, opinor, τὰ ἡμῖν ἔμφυτα, et semina illa honestatis atque virtutis, quæ nobis cum ratione insita sunt.

Digitized by Google

ea luctarique nolit : calcat eamdem alter, quod adjunctam ei ut plurimum turpitudinem ferre non possit. Ac nullam prorsus a divina prænotione, rebus iis, quas prævidet, necessitatem imponi, cum superioribus argumentis, tum hoc insuper efficitur, quod in sacris passim litteris prophetæ ad pœnitentiam homines cohortari jubeantur, idque perinde, ac si utrum ii meliorem ad frugem sese recepturi, an suis in sceleribus hæsuri porro ac perstituri sint, ignoraret. Sic apud Jeremiam habetur, « Forsitan audient, et agent pœnitentiam. » Neque enim, quod, audituri sint necne, minus intelligat, idcirco hunc in modum ipse loquitur, « Forsitan audient, et agent pœnitentiam, » sed ut illam quodammodo parem in utramque partem, vim facultatum his verbis ostendat : ne qui jam ante prænotionis ejus certitudinem audierint, ii proinde ac si et ea necessitatem inferret, nec meliorem vitam instituere arbitrii foret sui, animos deinceps ac spem omnem abjiciant, adeoque in peccatum ab illa propemodum impellantur. Deinde vero, ne qui dum prævisum eos bonum lateret, pugna cum improbitate suscepta, vitam ex virtutis norma instituere potuissent, eos talis contra prænotio remissiores ac solutiores efficiat, quod dum plane bonum illud futurum putarent, minori propterea cum peccato animi contentione pugnarent. Sic enim ipsa prænotio futurum quoque bonum impediret. Quamobrem qui orbem universum præcipuo rerum bono moderatur Deus, idem nos sapienter omnino futuris in rebus cæcos esse voluit. Earum enim cognitio, uti nostrum adversus improbitatem impetum constantiamque frangeret, ita dum certa fixaque videretur, longe nos citius atque facilius, omni contentione abjecta, sceleris in dominatum ac potestatem adduceret. Imo pugnarent ista secum, ut idem et probus evaderet, et **290** certo probum se futurum esse prænosset. Nam cum præter ea, quæ nobis indita sunt, magno insuper ad virtutem parandam ac vehementi conatu opus habeamus, tum occupata semel ista virtutis certo futuræ præceptaque cognitio, vim exercitationis omnem debilitat. Ita probine futuri simus an improbi, summo utique nostro bono ignoramus. Sed quoniam divino consilio factum esse diximus, ut rebus in futuris cæcutiamus, videnum inde fortassis huic Exodi quæstioni lucis a nobis aliquid afferri possit, « Quis fecit surdastrum ac surdum, videntem et cæcum? Nonne ego Dominus Deus [86]? » Ut cæcum pariter ac bene oculatum hoc sensu fecisse dicatur, in præsentibus oculatum, cæcum in futuris. Nam surdastri quidem surdique rationem ac discrimen exquirere, hujus loci non est. Quanquam, plurima sane, quæ juris nostri non sunt, multorum etiam quæ nostra in potestate sint, causam interdum esse, fatemur ipsi quoque : ac propterea nisi ea, hoc est, in quæ potestatis ac juris habemus nihil, antecederent, ne hæc quidem aut illa secutura esse, quæ nostra tamen ex libertate pendent. Cæterum ita quidem eorum nonnulla, quæ in nobis sita sunt, alia, quæ potestatis nostræ non sunt, antegressa consequuntur; ut iis etiam antegressis, a nobis præter ea, quæ fiunt, fieri quoque alia possint. Quod si erit quispiam, qui voluntatis nostræ vim ac potestatem adeo nulla cum universo conjunctione teneri volet, ut hoc aut illud, quod certa quædam antecesserint, eligi a nobis interdum optarique neget : is profecto se mundi partem esse oblitus erit, ac sese hominum communione, totiusque circumfusi aeris ambitu contineri.

Ac mihi quidem pro loci hujus ratione modice adhuc, quasique compendio demonstrasse videor, nihil omnino rebus iis quas prænoverit, a divina prænotione necessitati afferri. Deinceps id agamus,

A τητος καὶ τάσεως πλείονος χρείᾳ πρὸς τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν γενέσθαι· προκαταληφθεῖσα δὲ ἡ γνῶσις τοῦ πάντως καλὸν καὶ ἀγαθὸν γενέσθαι, ὑπεκλύει τὴν ἄσκησιν. Διόπερ συμφερόντως οὐκ ἴσμεν εἰ ἀγαθοὶ, οὔτε εἰ πονηροὶ ἐσόμεθα. Ἐπεὶ δὲ εἰρήκαμεν, ὅτι ἀπετύφλωσεν ἡμᾶς πρὸς τὰ μέλλοντα ὁ Θεὸς, ζητούμενόν τι ῥητὸν ἀπὸ τῆς Ἐξόδου ὅρα, εἰ δυνάμεθα οὕτω σαφηνίσαι· « Τίς ἐποίησε δύσκωφον, καὶ κωφὸν, καὶ βλέποντα, καὶ τυφλόν; οὐκ ἐγὼ Κύριος ὁ Θεός; » Ἵνα τὸν αὐτὸν καὶ τυφλὸν καὶ βλέποντα πεποιηκὼς ᾖ· βλέποντα μὲν πρὸς τὰ ἐνεστηκότα, τυφλὸν δὲ πρὸς τὰ μέλλοντα. Τὸ γὰρ περὶ τοῦ δυσκώφου, καὶ κωφοῦ, οὐ τοῦ παρόντος καιροῦ διηγήσασθαι. Ὅτι μέντοι γε πολλῶν τῶν ἐφ' ἡμῖν αἴτια πλεῖστα τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἐστι, καὶ ἡμεῖς ὁμολογήσομεν· ὧν μὴ γενο-

B μένων, λέγω δὲ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, οὐκ ἂν τάδε τινὰ τῶν ἐφ' ἡμῖν ἐπράττετο. Πράττει (44) δὲ τάδε τινὰ τῶν ἐφ' ἡμῖν ἀκόλουθα τοῖσδε τοῖς προεγνωσμένοις (45), οὐκ ἐφ' ἡμῖν (46) ἐνδεχομένου τοῦ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς προεγνωσμένοις, καὶ ἕτερα πρᾶξαι, παρ' ἃ πράττομεν. Εἰ δέ τις ζητεῖ τὸ ἐφ' ἡμῖν ἀπολελυμένον εἶναι τοῦ παντὸς, ὥστε μὴ διὰ τάδε τινὰ συμβεβηκότα ἡμῖν ἡμᾶς αἱρεῖσθαι τάδε, ἐπιλέλησται κόσμου μέρος ὤν, καὶ ἐμπεριεχόμενος ἀνθρώπων κοινωνίᾳ καὶ τοῦ περιέχοντος.

C Μετρίως μὲν οὖν ὡς ἐν ἐπιτομῇ οἶμαι ἀποδεδεῖχθαι, τὸ τὴν πρόγνωσιν τοῦ Θεοῦ μὴ εἶναι κατ' ἀναγκαστικὴν τῶν προεγνωσμένων πάντως. Φέρε δὴ, ἀγωνισώμεθα καὶ περὶ τοῦ τοὺς ἀστέρας μηδαμῶς

[86] Exod. IV, 11.

(44) *Πράττει.* Vix dubito quin scripserit Origenes, πράττεται, cum et sensus hoc postulet, et ἀμέσως ante dixerit, ἐπράττετο.

(45) *Τοῖς προεγνωσμένοις.* Quæ vox sequenti versu repetitur. Malui tamen utrobique προγενομένοις, ut habetur in alt. ms. cum modo dictum fuerit, ὧν μὴ γενομένων.

(46) *Οὐκ ἐφ' ἡμῖν.* Expungenda negatio est, alioqui et sententia falsa esset, et ab Origenis mente prorsus aliena : falsa, quia libertatem everteret; aliena, quia libertatem hanc tuetur Origenes.

Digitized by Google

εἶναι ποιητικοὺς τῶν ἐν ἀνθρώποις, σημαντικοὺς δὲ μόνον. Σαφὲς δή, ὅτι, εἰ δὲ τις ὁ σχηματισμὸς τῶν ἀστέρων ποιητικὸς νομίζοιτο τῶνδέ τινων τῶν γινομένων περὶ τῶν ἀνθρώπων (47) (ἔστω γὰρ περὶ τούτου νῦν ζητεῖσθαι τὸν λόγον), οὐκ ἂν ὁ σήμερον, φέρε εἰπεῖν, γενόμενος σχηματισμὸς περὶ τόνδε δύναται νοεῖσθαι πεποιηκέναι τὰ παρεληλυθότα δι' ἕτερον (48). Πᾶν γὰρ τὸ ποιοῦν, πρεσβύτερον τοῦ πεποιημένου. Ὅσον δὲ ἐπὶ τοῖς μαθήμασι τῶν τὰ τοιαῦτα ἐπαγγελλομένων, πρεσβύτερα τοῦ σχηματισμοῦ προλένεσθαι νομίζεται περὶ τοὺς ἀνθρώπους. Ἐπαγγέλλονται γάρ, τόνδε τινὰ τρόπον τὴν ὥραν λαβόντες τοῦδε τοῦ ἀνθρώπου, καταλαμβάνειν πῶς ἕκαστος τῶν πλανωμένων κατὰ κάθετον, ἢ τῇδε τῆς μοίρας τοῦ ζωδίου, ἢ τῶν ἐν αὐτῇ λεπτῶν· καὶ ποῖος ἀστὴρ τοῦ ζωδιακοῦ κατὰ τοῦ ἀνατολικοῦ ἐτύγχανεν ὁρίζοντος, ποῖός τε κατὰ τοῦ δυτικοῦ, καὶ τίς κατὰ τοῦ μεσουρανήματος, καὶ τίς κατὰ τοῦ ἀντιμεσουρανήματος. Καὶ ἐπὰν θῶσι τοὺς ἀστέρας, οὓς νομίζουσι ἑαυτοῖς ἐσχηματικέναι, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τοῦ δεῖνος γενέσεως ἐσχηματισμένους οὕτωσι, τῷ χρόνῳ τῆς ἀποτάξεως [a] τοῦ περὶ οὗ σκοποῦσιν, οὐ μόνον τὰ μέλλοντα ἐξετάζουσιν, ἀλλὰ καὶ τὰ παρεληλυθότα, καὶ τὰ πρὸ τῆς γενέσεως καὶ τῆς σπορᾶς τοῦ περὶ οὗ λόγος γεγενημένου· περὶ πατρὸς, ποταπὸς ὢν τυγχάνει, πλούσιος ἢ πένης, ὁλόκληρος τὸ σῶμα ἢ σεσινωμένος, τὸ ἦθος βελτίων ἢ χείρων, ἀκτήμων ἢ πολυκτήμων, τήνδε τὴν πρᾶξιν ἢ τήνδε ἔχων· τὰ δ' αὐτὰ καὶ περὶ τῆς μητρὸς, καὶ περὶ πρεσβυτέρων ἀδελφῶν, ἐὰν τύχωσιν ὄντες. Ἔστω δὲ ἡμᾶς ἐπὶ τοῦ παρόντος προσίεσθαι αὐτοὺς καταλαμβάνειν τὰ ἐν τῷ τόπῳ ἀληθῆ, περὶ οὗ καὶ αὐτοῦ ὕστερον δείξομεν, ὅτι οὐχ οὕτως ἔχει· πευσώμεθα τοίνυν τῶν ὑπολαμβανόντων καταναγκάσθαι ὑπὸ τῶν ἄστρων τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα, τίνα τρόπον ὁ σήμερον σχηματισμὸς ὁ τοιόσδε δύναται πεποιηκέναι τὰ πρεσβύτερα. Εἰ γὰρ τοῦτο ἀμήχανον, καθ' ὃ δὴ ὅτι (49) εὑρίσκεται τὸ περὶ τῶν πρεσβυτέρων τοῦ χρόνου ἀληθὲς, σαφὲς τὸ μὴ (50) πεποιηκέναι τοὺς ἀστέρας οὕτωσι κινουμένους ἐν οὐρανῷ τὰ παρεληλυθότα καὶ γενόμενα, πρὸ τοῦ οὕτως ἔχειν αὐτούς. Εἰ δὲ τοῦτο τάχα ὁ προσιέμενος ἀληθεύειν αὐτοὺς, ἐπιστήσας (51) τοῖς περὶ τῶν μελλόντων λεγομένοις, ἐρεῖ ἀληθεύειν αὐτοὺς οὐ τῷ ποιεῖν τοὺς ἀστέρας, ἀλλὰ τῷ σημαίνειν μόνον. Ἐὰν δέ τις φάσκῃ τὰ μὲν παρεληλυθότα μὴ ποιεῖν τοὺς ἀστέρας, ἀλλὰ ἄλλους μὲν σχηματισμοὺς τοὺς τῆς ἐκείνων γνώσεως αἰτίους γεγονέναι· τὸν δὲ νῦν σχηματισμὸν σεσημαγκέναι μόνον, τὰ μέντοι μέλ-

ut ne stellas quidem ipsas rerum humanarum ullo modo causas, sed earum tantum signa quædam esse ostendamus. Primum igitur id plane constat, ut certum quemdam stellarum situm, certarum quoque rerum, quæ ad hominem pertineant, causam esse demus (nam de hoc inpræsentiarum instituta quæstio sit), qui tamen hodierna die, verbi gratia, certo cuidam homini earum situs exstiterit, eumdem rerum earum causam esse nullo modo potuisse, quæ in alio quopiam, aliisve pluribus jam ante contigerint. Quidquid enim aliud efficit, eo quod efficitur prius esse debet. Atqui eorum præceptis, qui artem istam profitentur, id quoque fieri posse vulgo putant, ut quæ tali **291** situ priora sunt, de hominibus prædicantur. Quippe sibi enim hoc isti sumunt, ut ubi semel horam unius alicujus hominis singularem certo quodam modo deprehenderint, exploratum ipsi continuo habeant, ecquem ad perpendiculum siderum errantium quodlibet situm in hac illave signi parte, partisque minutis obtineret; simulque quodnam zodiaci astrum in orientali horizonte, quodnam in occidentali versaretur, quænam item medium utriusque hemisphærii cœlum adversa positione occuparent. Atque ubi stellas eas, quarum sibi animo figuram videntur et collationem informasse, hoc illove situ sub alicujus ortum fuisse posuerunt; tum ii vero ex illo ipso tempore, quo editus in lucem is est, cujus fatum rimantur, non futura modo, sed etiam præterita, quæque ejusdem et ortum et satum antecesserint, conjiciunt: qualem ipse patrem habeat; divitem an tenuem, integri corporis, an mutili; bonis an malis moribus; amplane an angusta re familiari; hoc an illud complexum vitæ genus: similiaque tam de matre, quam de fratribus, si qui sint, natu majoribus inquirunt. Nos vero, ut demus interim (quod ipsum tamen falsi postea coarguemus), exquisite ab iis totam illam situs astrorum locique rationem teneri posse, quæramus ex iis tamen, qui rebus humanis vim a sideribus afferri putant, qui tandem hodiernus iste situs rerum tempore superiorum causa esse possit. Nam id si fieri nullo modo potest, profecto etiam, dum iis de rebus veri quidpiam invenitur, plane consequens est, ut præsens hic astrorum in cœlo motus, quæ jam ante contigerunt, quam ejusmodi situm obtinerent, efficere non potuerit. Sin aliquis forte erit, qui ad veritatem iis hoc in genere concedendum, rerum futurarum præsensionibus adducatur; fatendum ipsi

[a] *Isc.* ἀποτέξεως.

(47) *Περὶ τῶν ἀνθράπων.* Rescribendum existimo, περὶ τὸν ἄνθρωπον, vel τοὺς ἀνθρώπους, ut mox περὶ τόνδε.

(48) *Δι' ἕτερον.* Hic quoque alter. ms. secutus sum, ubi περὶ ἑτέρους legitur, qui sensus longe convenientior est. Nec enim de pluribus hic schematismis agit, sed de uno tantum, quem plurium ac præteritorum eventuum causam esse negat, ut ex sequentibus manifeste constat.

(49) *Καθ' ὃ δὴ ὅτι.* Pro καθ' ὅ τι δή, quod forte rescribendum est, clarius certe foret.

(50) *Σαφὲς τὸ μή.* Ita distinguendum fuit τὸ σαφὲς ab ἀληθές, quod præcedit, alioqui ἀσαφέστατος locus hic fuisset.

(51) *Ἐπιστήσας.* Reponendum existimo ἐπιστήσαι, alioqui non solum τὸ *εἰ δέ*, quod periodi est initium, ἀναπόδοτον futurum est; sed etiam τὸ *ἐρεῖ*, quod sequitur, ad genethliacum defensorem, non ad oppugnatorem Origenem pertinebit; cum tamen Origenes non hanc ipsi per sese orationem attribuat, sed eam potius ex illius opinione secuturam velit.

Digitized by Google

tamen, verum ab illis eo prænuntiari tantum, quod illud astra futurum significent, non quod efficiant. Quod si alius præterita non jam a sideribus effici concedet, sed cognitionis eorum causa in priores alias positiones figurasque translata, solam hodierno situi significationem relinquet : sic tamen, ut præsenti siderum suborti certi hujus hominis collocationi, certam futurorum prænotionem deberi velit : afferat ille porro discriminis rationem, quamobrem alia tanquam effecta vi siderum, alia tanquam ab iis modo significata, vere cognosci posse defendat. Quod illi discrimen cum assignare nullum **292** possint, nobiscum deinceps ingenue, nihil eorum quæ ad homines pertineant, a sideribus effici fateantur; sed tantum, uti jam ante diximus, utcunque significari. Quod perinde omnino fuerit, ac si quis non jam ex iisdem sideribus, sed per aliquam prophetiam, ex ipsamet Dei mente res aut præteritas aut futuras intelligeret. Quemadmodum enim superius ostensum a nobis est, quod Deus, quæ a quoque profectura sint, omnia prænoverit, id nihil prorsus voluntatis nostræ potestati officere : ita nec eidem, quæ rerum signa Deus esse voluit, incommodant. Sed voluminis alicujus instar, futurum prophetica dictione complexi, universo quoque cœlo, qui Dei liber quidam est, contineri futura possunt. Itaque hunc in modum intelligi potest, quod in Josephi precatione a Jacobo dicitur, « Legi in tabulis cœli quæcunque accident vobis, et filiis vestris. » Quin etiam illud, « complicabitur cœlum quasi liber [39], » eo fortassis pertinet, ut impressas ipsi rerum futurarum significationes perfectum quasique completum iri demonstret, quemadmodum ipso rerum exitu completa vulgo prophetarum dicuntur oracula. Atque ita signorum ut vice fungerentur, constituta divinitus astra fuerint, juxta illud, « Sint in signa. » Quanquam Jeremias, uti et nobis nos ipse reddat, eoque metu liberet, quem ea nobis afferre possent, quæ ab astris vel significari, vel proficisci quandoque videantur, ita monet, « A signis cœli nolite metuere [40]. » Jam vero, aliud præterea videamus argumentum, quod sideribus efficiendi nullam, sed aliquam tantum, si vel ipsa tamen dari potest, significandi vim relinquat. Docebunt enimvero infiniti rerum ortus, quæ uni duntaxat homini eventura sint (id quod tamen ex hypothesi dictum esse velim, perinde ac si eorum in cognitionem homines venire posse concedamus). Quod enim hic aut ille certi quidpiam subiturus sit, puta jugulandus a latronibus, in quos inciderit ; hoc isti quidem partim ex singulari ejus ortu, partim ex fratrum, si plures nosceret, singulorum natalitiis haberi posse defendunt. Fratris enim cædem latronum manu futuram, singulorum, nec non parentis utriusque, imo conjugis etiam, liberorum, famulorum, ac necessariorum, adeoque

[a] *Isa.* τὸ ποιητ. [39] Isa. xxxiv, 4. [40] Jer. x, 2.

(52) *Παραστησάτω.* Quam argumentum hoc urgeat, non sentio. Responderet enim genethliacus, totum hoc discrimen ex diversa præteriti ac futuri conditione petendum esse.

A λοντα δηλοῦσθαι ἀπὸ τοῦ ἐνεστηκότος σχηματισμοῦ τῆς τοῦ δεῖνος γενέσεως· παραστησάτω (52) τὴν διαφορὰν τοῦ ἀπὸ τῶν ἀστέρων δύνασθαι δεῖξαι, ὅτι τάδε μὲν νενόηται ἀληθῆ ὡς ἀπὸ ποιούντων, τάδε δὲ ὡς ἀπὸ σημαινόντων μόνον. Μὴ ἔχοντες δὲ δοῦναι τὴν διαφορὰν, εὐγνωμόνως συγκαταθήσονται, μηδὲν τῶν κατὰ τοὺς ἀνθρώπους ἀπὸ τῶν ἀστέρων γίνεσθαι, ἀλλ' ὡς προειρήκαμεν, εἰ ἄρα, σημαίνεσθαι· ὡς εἰ μὴ καὶ ἀπὸ τῶν ἀστέρων τις ἐλάμβανε τὰ παρεληλυθότα καὶ τὰ μέλλοντα, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ νοῦ τοῦ Θεοῦ, διά τινος λόγου προφητικοῦ. Ὥσπερ γὰρ προαπεδείξαμεν, ὅτι οὐδὲν λυπεῖ τὸν περὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν λόγον τὸ τὸν Θεὸν εἰδέναι τὰ πραχθησόμενα ἑκάστῳ, οὕτως οὐδὲ τὰ σημεῖα, ἃ ἔταξεν ὁ Θεὸς εἰς τὸ σημαίνειν, ἐμποδίζειν (53) τὸ ἐφ' ἡμῖν· ἀλλὰ παραπλησίως βι-
B βλίῳ περιέχοντι τὰ μέλλοντα προφητικῶς ὁ πᾶς οὐρανὸς δύναται, οἱονεὶ βίβλος ὢν Θεοῦ, περιέχειν τὰ μέλλοντα. Διόπερ ἐν τῇ προσευχῇ τοῦ Ἰωσὴφ δύναται οὕτω νοεῖσθαι τὸ λεγόμενον ὑπὸ τοῦ Ἰακώβ· « Ἀνέγνω γὰρ ἐν ταῖς πλαξὶ τοῦ οὐρανοῦ, ὅσα συμβήσεται ὑμῖν καὶ τοῖς υἱοῖς ὑμῶν. » Τάχα δὲ καὶ τὸ, « Εἰλιγήσεται (53*) ὁ οὐρανὸς ὡς βιβλίον, » τοὺς λόγους τοὺς περιεχομένους, σημαντικοὺς τῶν ἐσομένων δηλαδὴ ἀπαρτισθησομένους, καὶ ἵν' οὕτως εἴπω, πληρωθησομένους, ὥσπερ λέγονται αἱ προφητεῖαι πεπληρῶσθαι
C τῷ ἐκβεβηκέναι. Καὶ οὕτως ἔσται εἰς σημεῖα τὰ ἄστρα γεγονότα, κατὰ τὴν λέγουσαν φωνὴν, « Ἔστωσαν εἰς σημεῖα. » Ὁ δὲ Ἱερεμίας, ἐπιστρέφων ἡμᾶς πρὸς ἑαυτοὺς, καὶ περιαιρῶν φόβον τὸν ἐπὶ τοῖς νομιζομένοις σημαίνεσθαι, τάχα δὲ καὶ ὑπολαμβανομένοις ἐκεῖθεν ἔρχεσθαι, φησίν· « Ἀπὸ τῶν σημείων τοῦ οὐρανοῦ μὴ φοβεῖσθε. » Ἰδωμεν καὶ δεύτερον ἐπιχείρημα, πῶς οὐ δύνανται οἱ ἀστέρες εἶναι ποιητικοὶ, ἀλλ', εἰ ἄρα, σημαντικοί. Ἀπὸ τῶν πλείστων γὰρ ὅσων γενέσεων ἔστι λαβεῖν τὰ περὶ ἑνὸς ἀνθρώπου· (τοῦτο δὲ καθ' ὑπόθεσιν λέγομεν, συγχωροῦντες τὸ ἐπιστήμην αὐτῶν ἀναλαμβάνεσθαι ὑπ' ἀνθρώπων δύνασθαι·) φέρε γὰρ εἰπεῖν, περὶ τοῦ τόνδε πείσεσθαι τόδε, καὶ τεθνήξεσθαι περιπεσόντα λῃσταῖς καὶ ἀναιρεθέντα, φησὶ δύνασθαι λαμβάνειν ἀπό τε τῆς ἰδίας αὐτοῦ γενέσεως, κἂν τύχῃ ἔχων ἀδελφοὺς πλείονας, ἀπὸ τῆς ἑκάστου αὐτῶν. Περιέχειν γὰρ οἴονται τὴν ἑκάστου γένεσιν ἀδελφὸν ὑπὸ λῃστῶν τεθνηξόμενον,
D ὁμοίως καὶ τὴν τοῦ πατρὸς, καὶ τὴν τῆς μητρὸς καὶ τὴν τῆς γαμετῆς, καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ, καὶ τῶν οἰκετῶν, καὶ τῶν φιλτάτων· τάχα δὲ καὶ αὐτῶν τῶν ἀναιρούντων. Πῶς οὖν δυνατὸν τὸν τοσαύταις γενέσεσιν, ἵνα αὐτοῖς τοῦτο συγχωρηθῇ, ἐμπεριεχόμενον γίνεσθαι ὑπὸ τοῦ σχηματισμοῦ τῶν ἀστέρων, τῇδε μᾶλλον τῆς γενέσεως ἢ τῶνδε; Ἀπίθανον γὰρ καὶ τὸ φάσκειν τὸν σχηματισμὸν τὸν ἐν τῇ ἰδίᾳ τοῦδέ τινος γενέσει ταῦτα πεποιηκέναι, τὸν δὲ ἐν τῇ τῶνδε γενέσει μὴ πεποιηκέναι, ἀλλὰ σεσημαγκέναι μόνον. Ἠλίθιον γὰρ τὸ εἰπεῖν, ὅτι ἡ πάντων γένεσις περιεῖχε καθ' ἕκαστον ποιητικὸν [a] τοῦ τόνδε ἀναιρεθῆναι· ὥστε ἐν γενέσει,

(53) *Ἐμποδίζειν.* Malim ἐμποδίζει. Nec enim id ante demonstravit, nisi forte κατ' ἀκολουθίαν.

(53*) *Εἰλιγήσεται.* Vulg. ἑλιγήσεται. EDIT.

Digitized by Google

καθ' ὁπόθεσιν λέγω, πεντήκοντα περιέχεσθαι τὸ τόνδε τινὰ ἀναιρεθῆναι. Οὐκ οἶδα δ' ὅπως δυνήσονται σῶσαι τὸ τῶν μὲν ἐν Ἰουδαίᾳ σχεδὸν πάντων τοιόνδε εἶναι τὸν σχηματισμὸν ἐπὶ τῆς γενέσεως, ὡς ὀκταήμερον αὐτοὺς λαμβάνειν περιτομήν, ἀκρωτηριαζομένους, καὶ ἑλκομένους (54), καὶ φλεγμονῇ περιπεσομένους, καὶ τραύμασι, καὶ ἅμα τῇ εἰς τὸν βίον εἰσόδῳ ἰατρῶν δεομένους· τῶν δὲ ἐν Ἰσμαηλίταις τοῖς κατὰ τὴν Ἀραβίαν, τοιόνδε, ὡς πάντας περιτέμνεσθαι τρισκαιδεκαετεῖς· τοῦτο γὰρ ἱστόρηται περὶ αὐτῶν. Καὶ πάλιν τῶνδέ τινων τῶν ἐν Αἰθίοψι τοῖσδε τὰς κόγχας τῶν γονάτων περιαιρεῖσθαι, καὶ τῶν Ἀμαζόνων τοὺς ἑτέρους τῶν μαστῶν. Πῶς γὰρ ταῦτα ποιοῦσιν οἱ ἀστέρες τοῖσδε τοῖς ἔθνεσιν; Οἶμαι, ὅτι ἐπιστῆσαι μὲν (55) οὐδὲ μέχρι τοῦ στῆσαι δυνησόμεθά τι ἀληθὲς εἰπεῖν περὶ αὐτῶν. Τοσούτων δὲ φερομένων ὁδῶν προγνωστικῶν, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐξώκειλαν οἱ ἄνθρωποι ἐπὶ τὸ τὴν μὲν οἰωνιστικὴν καὶ τὴν θυτικὴν μὴ λέγειν περιέχειν τὸ ποιοῦν αἴτιον, ἀλλὰ σημαίνειν μόνον, καὶ τὴν ἀστεροσκοπικὴν (56)· οὐκ ἔτι δὲ τὴν γενεθλιαλογικήν. Εἰ γὰρ ἐπιγινώσκεται (ἵνα καὶ χαρισώμεθα τὸ γινώσκεσθαι), γίνεται δὲ ἐκεῖθεν ὅθεν ἡ γνῶσις λαμβάνεται, τί μᾶλλον ἀπὸ τῶν ἀστέρων ἢ ἀπὸ τῶν οἰωνῶν ἔσται τὰ γινόμενα; καὶ μᾶλλον [a] ἀπὸ τῶν οἰωνῶν ἢ ἀπὸ τῶν σπλάγχνων τῶν θυομένων, ἢ ἀπὸ τῶν διαττόντων ἀστέρων;

A interfectorum ipsorum fortassis ortu inclusam teneri putant. Quemadmodum 293 ergo fieri potest, ut qui tot aliorum (demus enim hoc interim) natalitiis involvitur, idem astrorum huic potius generationi quam cæteris præsidentium positioni addicatur? Incredibile enim est, positionem, quæ singulari unius cujusdam ortui præfuerit, hujusmodi exitus causam fuisse: quæ cæterorum in natalitiis exstiterit, non fuisse, sed ejus modo significationem aliquam dedisse. Nec minus insulsum fuerit, omnibus ac singulis plurium istorum natalitiis hominis unius cædis causam includere: quasi generationibus ex hypothesi quinquaginta, certi unius hominis occisio comprehensa teneretur. Jam intelligere profecto non possum, qui tandem Judæos omnes ea nasci astrorum positione defendent, ut octavo die circumcidi cunctos oporteat, itaque summa cute truncari, torqueri, ardenti tumore inflammari, lacerari vulneribus, postremo vix natos medicorum arte ac manibus indigere. Ismaelitas contra eos, qui Arabiam tenent, eo situ in lucem edi, ut omnes circa annum decimum tertium circumcidi necesse sit. Id enim hoc de hominum genere commemorant. Præterea qui fiat, ut certis quibusdam apud nonnullos Æthiopiæ populos genuum patellæ, Amazonibus mammarum altera resecetur. Quomodo enim similia certis duntaxat in gentibus, siderum vis efficiat? Equidem sic existimo, veri nihil hoc in genere, in quo vel leviter hærere liceat, excogitari a nobis asseriqué posse. Cæterum, cum tam multæ prænoscendi artes circumferantur, non video, quamobrem in id potissimum homines impegerint, ut augurali et haruspicinæ efficiendi vim negarent, significandi tantum concederent, idem tamen de ea, quæ in stellarum et natalitiorum consideratione versatur, non sentiant. Nam si cognosci futura possunt (hoc enim in præsentia demus) idemque cognitionis illorum est effectionisque principium; cur in stellas potius quam in aves, eorum quæ fiunt causa, conferatur? vel cur avibus eadem potius, quam aut victimarum extis, aut discurrentibus ignibus assignetur?

B

C

« Ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀρκέσει εἰς ἀναίρεσιν τοῦ ποιητικοὺς εἶναι τοὺς ἀστέρας τῶν ἀνθρωπίνων. Ὅπερ δὲ συγκεχωρήκαμεν (οὐ γὰρ ἐλύπει τὸν λόγον), ὡς τῶν ἀνθρώπων δυναμένων καταλαμβάνειν τοὺς οὐρανίους σχηματισμοὺς, καὶ τὰ σημεῖα, καὶ ὧν ἐστι σημεῖα, τοῦτο φέρε νῦν ἐξετάσωμεν εἰ ἀληθές ἐστι. Φασὶ τοίνυν οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ, τὸν μέλλοντα τὰ κατὰ τὴν γενεθλιαλογικὴν ἀληθῶς καταλαμβάνειν, εἰδέναι οὐ μόνον τὸ κατὰ πόστου [b] δωδεκατημορίου ἐστὶν ὁ καλούμενος ἀστὴρ, ἀλλὰ καὶ κατὰ ποίας μοίρας τοῦ δωδεκατημορίου, καὶ κατὰ ποίου ἑξηκοστοῦ. Οἱ δὲ ἀκριβέστεροι, καὶ κατὰ ποίου ἑξηκοστοῦ τοῦ ἑξηκοστοῦ, καὶ τοῦτό φασι δεῖν ποιεῖν ἐφ' ἑκάστου τῶν πλανωμένων, ἐξετάζοντα τὴν σχέσιν τὴν πρὸς τοὺς ἀπλανεῖς. Πάλιν αὖ ἐπὶ τοῦ ἀνατολικοῦ ὁρίζοντος δεήσει, φασὶν, ἰδεῖν οὐ μόνον τὸ δωδεκατημόριον ποῖον ἦν ἐπ' αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τὴν μοῖραν, καὶ τὸ ἑξηκοστὸν τῆς μοίρας, τὸ πρῶτον ἢ τὸ δεύτερον ἑξηκοστόν. Πῶς τοίνυν, τῆς ὥρας πλα-

« Hactenus quidem a nobis, quantum hic locus postulabat, confutata illa sententia est, quæ rerum humanarum effectionem a sideribus pendere statuebat. Quod autem paulo ante, cum nihil susceptæ disputationi officeret, ultro concessimus, cœlestes illas positiones, signa, quorumque signa illa sint omnia, facultatis humanæ viribus intelligi 294 posse: id verumne sit, nunc demum exquiramus. Primum igitur artis hujus magistri docent, qui ad veram ac perfectam rerum genethliacarum cognitionem aspiret, tenendum huic esse non modo quanam in parte duodecima, sed etiam quanam in illius duodecimæ particula, imo ecqua tandem in sexagesima versetur astrum. Addunt vero, qui rem expendunt accuratius, quanam in illius sexagesimæ sexagesima. Quod idem ipsi errantium in siderum quolibet faciendum esse præcipiunt, mutuam singulorum cum iis, quæ fixa vocant, comparationem ac respectum vestigando. Deinde in ipso quoque orientali hori-

D

[a] *Ισ.* καὶ τί μᾶλ. [b] *Ισ.* ποίου.

(54) *Ἑλκομένους.* Ἑλκουμένους, opinor, vera lectio est, quam etiam e manuscript. alter repræsentat; ulcus enim ex circumcisione sequebatur.

(55) *Ἐπιστῆσαι μέν.* Hæc duo verba libenter expunxerim, quæ profecto sensum, absque illis optime cohærentem, interturbant.

(56) *Καὶ τὴν ἀστεροσκοπ.* Manifesta trajectio est. Legendum ergo, οὐκ ἔτι δὲ τὴν ἀστεροσκοπικὴν, καὶ τὴν γενεθλιαλογ. Hic enim eadem est, ἀστεροσκοπικὴ, et γενεθλιαλογικὴ.

Digitized by Google

zonte, non videndum esse modo, quænam duodecima pars in eum subeat, sed etiam quænam illius duodecimæ particula, quæque hujus sexagesima, primane an secunda. Quemadmodum ergo fieri possit, ut cum hora, si latius rem æstimes, duodecimæ partis dimidium complectatur, sexagesimam is teneat, qui horarum divisionis analogiam non teneat? Exempli gratia, nosse qui poterit, certum hunc hominem, hora quarta, parte horæ dimidia, quarta, octava, decima sexta, secunda et trigesima natum esse? Nam propter horæ, non integræ modo, sed etiam definitæ hujus certæque particulæ ignorationem, plurimum sæpe volunt, in ea quæ significantur, varietatis incidere. Et in geminis quidem, ut alterius ortus ab altero, momento sæpe uno punctoque temporis dirimatur, multæ tamen occurrunt tam casuum quam rerum negotiorumque varietates, partim, ut ipsi aiunt, quod stellarum diversus in utroque respectus fuerit, partim quod minus certam illam, quæ in horizontem subiret, partis signi duodecimæ particulam ii tenuerint, qui exploratam sese horam habuisse putaverant. Nam hoc quidem, pars ne horæ tricesima, ortus utriusque intervallum exstiterit, statuere nemo potest. Verum id quoque per nos habeant, ut exquisite horam tenere possint. Exstat sane quoddam ejusmodi theorema, quo zodiacum circulum, perinde ut errantia sidera, ab occasu in ortum ita ferri demonstrant, ut centesimo quoque anno motum hunc suum pars ejus quælibet una conficiat. Qui motus longioris progressu temporis, in signa duodecim varietatis plurimum inferat: cum signum aliud sit quod mente concipitur, aliud quod quasi sensu informatur: sic tamen ut ex eo tantum quod mente concipitur, quodque vix ac ne vix quidem teneri **295** certo potest, fei veritas habeatur. Quanquam id etiam a nobis detur, ut aut signum illud quod mente concipitur, certo teneri queat, aut ex eo saltem quod sensu informatur, verum intelligi. Astrorum certe quidem illorum quæ in situm ejusmodi figuramque concurrunt, quam ipsi contemperationem appellant, exquisite abs sese defendi non posse fatebuntur. Contingit enim sæpissime ut vel infestioris hujus astri vis, quod emersit, alterius felicioris aspectu magis minusve retundatur: vel ut id ipsum quo minus eveniat, proprius quidam ac singularis alterius, quod deterius aliud significet, situs impediat. Ac mihi sane ita persuadeo, quisquis in locorum istorum disquisitione versabitur, pronuntiaturum eum utique, perspectam exploratamque mortalium nemini eorum rationem esse, sed ei duntaxat vim signifi-

τεῖ λόγῳ ἡμισυ δωδεκατημορίου περιεχούσης, δύναταί τις λαβεῖν τὸ ἐξηκοστὸν, μὴ ἔχων τὴν ἀναλογίαν τῆς διαιρέσεως τῶν ὡρῶν, ὥστε, φέρε εἰπεῖν, εἰδέναι, ὅτι γεγέννηται ὁ δεῖνα ὥρᾳ τετάρτῃ, καὶ ἡμίσει ὥρας, καὶ τετάρτῳ, ὀγδόῳ, καὶ ἐκκαιδεκάτῳ, καὶ δυοτριακοστῷ; Παραπολὺ γάρ φασι παραλλάττειν τὰ σημαινόμενα, παρὰ τὴν ἀγνωσίαν, οὐ [a] τῆς ὅλης ὥρας, ἀλλὰ καὶ τοῦ ποστημορίου αὐτῆς. Ἐν γοῦν τοῖς διδύμοις γεννωμένοις πολλάκις τὸ μεταξὺ καὶ ἀκριβὲς ὥρας ἐστὶ, καὶ πολλαὶ παραλλαγαὶ τῶν συμβαινόντων καὶ τῶν πραττομένων ἐπ' αὐτῶν ἅπαντῶσιν, ὡς φασιν ἐκεῖνοι, παρὰ τὴν αἰτίαν τῆς σχέσεως τῶν ἀστέρων, καὶ τὸ μόριον τοῦ δωδεκατημορίου τὸ παρὰ τὸν ὁρίζοντα, οὐ καταλαμβανόμενον ὑπὸ τῶν νομιζομένων τὴν ὥραν τετηρηκέναι. Οὐδεὶς γὰρ δύναται λέγειν, ὅτι τὸ μεταξὺ τοῦδε τῆς γενέσεως πρὸς τὴν τοῦδέ ἐστιν ὥρας τριακοστόν. Ἀλλ' ἔστω συγκεχωρημένον αὐτοῖς τόδε, κατὰ τὸ ἐκλαβεῖν τὴν ὥραν. Φέρεται δὴ θεώρημα, ἀποδεικνύον τὸν ζωδιακὸν κύκλον ὁμοίως τοῖς πλανωμένοις φέρεσθαι ἀπὸ δυσμῶν ἐπὶ ἀνατολὰς δι' ἑκατὸν ἐτῶν μοῖραν μίαν, καὶ τοῦτο τῷ πολλῷ χρόνῳ ἐναλλάττειν τὴν θέσιν τῶν δωδεκατημορίων· ἑτέρου μὲν τυγχάνοντος τοῦ νοητοῦ δωδεκατημορίου, ἑτέρου δὲ τοῦ ὡσανεὶ μορφώματος (57)· ἀλλ' ἐκ τοῦ νοητοῦ ζωδίου, ὅπερ οὐ πάνυ τι δυνατὸν καταλαμβάνεσθαι. Ἔστω δὲ καὶ τοῦτο συγκεχωρημένον, τὸ καταλαμβάνεσθαι τὸ νοητὸν δωδεκατημόριον, ἢ δύνασθαι ἐκ τοῦ αἰσθητοῦ δωδεκατημορίου λαμβάνεσθαι τὸ ἀληθές. Ἀλλὰ τήν γε σύγκρασιν παρ' αὐτοῖς καλουμένην τῶν ἐν τοῖσδε τοῖς σχηματισμοῖς τυγχανόντων, καὶ αὐτοὶ ὁμολογήσουσιν, οὐχ οἷοί τε σῶσαι κατὰ πᾶν, ἀμαυρουμένου τοῦ δηλουμένου· φέρε εἰπεῖν, χείρονος ἀπὸ τοῦδε (58), διὰ τὸ ἐπιβλέπεσθαι αὐτὸν ὑπὸ τοῦδε τοῦ κρείττονος, καὶ ἐπὶ τοσόνδε, ἢ τοσόνδε ἀμαυρουμένου. Πολλάκις πάλιν τῆς ἀμαυρώσεως τῆς τοῦ χείρονος ὑπὸ τῆς ἐπιβλέψεως τῆς τοῦ κρείττονος ἐμποδιζομένης, ἐκ τοῦ ἕτερον οὑτωσὶ ἐσχηματίσθαι, χειρόνων ὄντα σημαντικόν. Καὶ οἶμαι ἐπιστήσαντά τινα τοῖς τόποις, ἀπογνῶναι τὴν περὶ τούτων κατάληψιν, οὐδαμῶς ἀνθρώποις ἐγκειμένην, ἀλλ', εἰ ἄρα, μέχρι τοῦ σημανθῆναι μόνον φθάνουσαν. Εἰ δέ τις ἐν πείρᾳ γεγένηται τῶν πραγμάτων, μᾶλλον εἴσεται τὸ ἐν τῷ στοχάζεσθαι ἀποπτωτικὸν τῶν λεγόντων, καὶ αὐτῶν συγγραφαμένων, ἥπερ νομιζόμενον (59) ἐπιτευκτικόν. Καὶ Ἡσαΐας γοῦν, ὡς οὐ δυναμένων τούτων εὑρίσκεσθαι ὑπὸ ἀνθρώπων, φησὶ πρὸς τὴν θυγατέρα τῶν Χαλδαίων, τῶν ταῦτα μάλιστα παρὰ πάντας ἐπαγγελλομένων· « Στήτωσαν δὴ, καὶ σωσάτωσάν σε οἱ ἀστρολόγοι τοῦ οὐρανοῦ· ἀναγγειλάτωσάν σοι τί μέλλει ἐπὶ σὲ ἔρχεσθαι. » Διὰ γὰρ τούτων διδασκόμεθα μὴ δύνασθαι

[a] *Ισ. add.* μόνον.

(57) *Μορφώματος.* Post hanc vocem membrum alterum deesse credo, quod ita concipi possit, οὐ μὴν λαμβανομένου τ' ἀληθοῦς ἐκ τοῦ μορφώματος. Sensus enim id exigit, et manifeste probant, quæ sequuntur. Vox, μορφώματος repetita, librariorum, ut sæpe fit, oculis imposuit, ut posteriorem prioris loco acciperent.

(58) *Χείρονος ἀπὸ τοῦδε.* Melius, ni fallor, abesset ἀπό, ut χείρονος τοῦδε (nempe ἀστέρος) cum præeunte particip. δηλουμένου construatur. Sin autem, quod minus probo, retinebitur ἀπό, tunc post χείρονος apponenda virgula fuerit, ut ἀπὸ τοῦδε cum ἀμαυρουμένου conjungatur.

(59) *Ἥπερ νομιζομ.* Lege ἥπερ τὸ νομιζ. vel ἢ τὸ νομ.

Digitized by Google

τοὺς πάνυ περὶ :αῦτα φιλομαθεῖς προδηλοῦν, ἃ βεβούληται Κύριος ἑκάστῳ ἔθνει ἐπαγαγεῖν.» Τοσαῦτα καὶ ὁ δηλωθεὶς ἀνήρ. Ἀλλὰ γὰρ ὁ πᾶς ἡμῖν οὗτος εἰς δύο τὰ μέγιστα συναιρεῖται λόγος, εἴς τε τὸ μὴ θεοὺς εἶναι τοὺς κατὰ πόλιν χρᾶν νενομισμένους, καὶ εἰς τὸ μηδὲ ἀγαθοὺς δαίμονας· τοὐναντίον δὲ γόητάς τινας, καὶ πλάνους, καὶ ἀπατεῶνας τυγχάνειν ἐπ' ὀλέθρῳ καὶ διαστροφῇ τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας, τὴν εἰς ἀνθρώπους πλάνην, τήν τε ἄλλην, καὶ δὴ καὶ τὴν περὶ εἱμαρμένης προβεβλημένους· ἀφ' ἧς, μηδενὸς τῶν ἐξ αἰῶνος, πλὴν Ἰησοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τὸ πᾶν τῶν ἀνθρώπων γένος λελυτρωμένου, εἰκότως ἡμῖν ἐν ἀρχαῖς τῆς *Εὐαγγελικῆς Προπαρασκευῆς*, τὰ παρόντα πάντα διὰ σπουδῆς γέγονεν, ὡς ἂν ἔργῳ μάθοιμεν, ἐκ τίνων προγόνων φύντες, καὶ οἵᾳ τὸ πρὶν ἀπάτῃ συνεχομένων, ἐξ ὁπόσης τε καὶ πηλίκης ἀνανεύσαντες, αὐτοί τε ἡμεῖς καὶ ὁ σύμπας τῶν ἀνθρώπων βίος ἀβλεψίας τε καὶ ἀθεότητος, τὴν ἴασιν τῆς μακρᾶς καὶ πολυχρονίου δαιμονικῆς ἐνεργείας διὰ μόνης τῆς τοῦ • σωτηρίου εὐαγγελικῆς εὑράμεθα διδασκαλίας.

A candi aliquam ad summum concedi posse. Qui autem res ipsas experientia ipse sua probaverit, agnoscet ille profecto, id hominum genus in suis illis, quas aut voce aut scripto concipiunt, præsensionibus longe sæpius aberrare, quam quod sibi fingunt verum attingere. Quamobrem Isaias, quod ea certo ab hominibus nullo modo teneri possint, Chaldæorum filiam, qui hanc divinandi artem sibi præ omnibus sumebant, hunc in modum compellat, *stent vero, ac salvent te astrologi cæli; annuntient tibi quod super te venturum est.* Quibus nos sane docuit, ne ab illis quidem ipsis, qui res istas summo et acerrimo studio persequuntur, quid quoque populo facere Dominus statuerit, prænuntiari posse. » Hactenus Origenes. Atque universa B hæc nostra disputatio ad summa duo capita revocari potest : alterum, deos nequaquam eos fuisse, qui per urbes passim oracula fundere videbantur; alterum, ne bonos quidem genios exstitisse; contra vero præstigiatores quosdam, circulatores atque impostores, qui in exitium pestemque veræ pietatis cum alios passim omnes, tum hunc in primis de fati necessitate errorem in hominum genus invexerint. Quo, præter Jesum Servatorem nostrum, cum illud ex omni memoria liberarit nemo, jure sane tractanda hæc omnia sub *Evangelicæ Præparationis* initium suscepimus : **296** ut re ipsa discamus, quibus tandem nati majoribus quamque gravi errore laborantibus quantæque simul ipsi et quam immanis cum vecordiæ tum impietatis ex tenebris, cum genere hominum universo, caput attollere; ac tam late patenti, tamque diuturnæ dæmonum fraudi vexationique remedium, salutaris unius evangelicæ doctrinæ beneficio invenire potuerimus.

• *Isc. del.* τοῦ.

ΠΡΟΠΑΡΑΣΚΕΥΗΣ ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΒΔΟΜΟΝ.

PRÆPARATIONIS EVANGELICÆ LIBER SEPTIMUS.

ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΤΟ ΕΒΔΟΜΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ. C

α'. *Τὰ περὶ τοῦ τῶν ἀρχαίων Ἑβραίων βίου, καὶ ὡς εὐλόγως τὰς ἐνθέους αὐτῶν Γραφὰς τῶν πατρίων λόγων προετιμήσαμεν.*

β'. *Ἀνακεφαλαίωσις τῆς παρὰ τοῖς ἄλλοις ἔθνεσι θεολογίας, καὶ οἷων κακῶν αἰτία συνέστη τῷ βίῳ.*

γ'. *Παράθεσις τοῦ τῶν Ἑβραίων τρόπου, καὶ ὅπως ἐδόξαζον περὶ τοῦ ποιητοῦ καὶ δημιουργοῦ τῶν ὅλων.*

δ'. *Ὅπως ἐφρόνουν περὶ ἀθανασίας ψυχῆς, καὶ περὶ τῆς τῶν σωμάτων οὐσίας.*

ε'. *Ὅπως, φιλόθεοι γεγονότες, τῶν ἀναγράπτων θεοφανειῶν καὶ χρησμῶν ἠξιώθησαν.*

ς'. *Ὡς ἐκτὸς ἦσαν Ἰουδαϊσμοῦ πρόσθεν ἢ Μωσέα γενέσθαι, ἐκ' εὐσεβείᾳ διαλάμψαντες.*

ζ'. *Ὡς αὐτὸς ὁ Μωσῆς Ἑβραίων τῶν πρὸ τῆς ἡλικίας αὐτοῦ τῇ οἰκείᾳ κατεβέβληται γραφῇ τοὺς βίους.*

297 SEPTIMI LIBRI CAPITA.

1. *Vetustissimorum Hebræorum instituta; fureque nos sacras eorum litteras patriis monimentis prætulisse.*
2. *Summa reliquarum gentium theologiæ capita, quamque gravium malorum humanæ societati causa illa fuerit.*
3. *Quinam Hebræorum mores fuerint, quidve de universi auctore ac molitore senserint.*
4. *Quid iidem partim de animæ immortalitate, partim de corporis natura senserint.*
5. *Eosdem suo in Deum amore consecutos esse, uti numinis aspectu et oraculis fruerentur; quod utrumque sacris litteris consignatum est.*
6. *Eosdem ante natum Mosem, necdum Judaicis religionibus informatos, pietatis laude floruisse.*
7. *Hebræorum, qui ante se floruerant, vitas ab ipso Mose proprio ac singulari opere conscriptas fuisse.*

Digitized by Google

8. *Maturo judicio, sanaque ratione susceptam a nobis earum historiam fuisse. Hic autem cursim eorum vita perstringitur, quos ante diluvium, ac deinceps, ad Mosem usque Deus præcipuo amore complexus est.*

298 9. *Hebræorum doctrinæ placita.*

10. *De generali Providentia et universi molitione.*

11. *Quid Hebræi de Deo principe rerum omnium causa senserint.*
12. *Hebræorum de secundo principio theologia.*
13. *Philonis de secundo principio sententia.*
14. *Aristobuli verba in eamdem sententiam.*
15. *De creaturarum ratione præditarum productione.*
16. *De contrariis adversariisque virtutibus.*
17. *De natura hominis.*
18. *Philonis de animo sententia.*
19. *Materiam ortu non carere.*
20. *De eodem ex Origenis in Genesin commentario.*

21. *Ex Philone de eodem argumento.*
22. *Materiam nec ortu carere, nec malorum causam esse.*

A η'. Ὡς εὐλόγῳ κρίσει, καὶ σώφρονι λογισμῷ τὴν περὶ τῶνδε ἱστορίαν παρεδεξάμεθα· καὶ ἐπιδρομὴ τῶν κατὰ τοὺς δηλουμένους βίων, τῶν τε πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ θεοφιλῶν ἀνδρῶν, καὶ τῶν μετὰ ταῦτα μέχρι τῆς Μωσέως γενεᾶς διαρκεσάντων.

θ'. Περὶ τῶν παρ' Ἑβραίοις δογματικῶν θεωρημάτων.

ι'. Περὶ τῆς καθόλου προνοίας, καὶ περὶ τῆς συστάσεως, καὶ δημιουργίας τοῦ κόσμου.

ια'. Ἑβραίων δόξα περὶ τοῦ Θεοῦ, τοῦ δὴ καὶ πρώτου τῶν ὅλων αἰτίου.

ιβ'. Περὶ τῆς τοῦ δευτέρου αἰτίου θεολογίας.

ιγ'. Φίλωνος περὶ τοῦ δευτέρου αἰτίου.

ιδ'. Ἀριστοβούλου περὶ τοῦ αὐτοῦ.

ιε'. Περὶ τῆς τῶν λογικῶν συστάσεως.

ις'. Περὶ ἀντικειμένων δυνάμεων.

ιζ'. Περὶ τῆς ἀνθρώπου φύσεως.

ιη'. Φίλωνος περὶ ψυχῆς.

B ιθ'. Περὶ τοῦ μὴ ἀγέννητον εἶναι τὴν ὕλην.

κ'. Περὶ τοῦ αὐτοῦ ἀπὸ τῶν Ὠριγένους εἰς τὴν Γένεσιν.

κα'. Φίλωνος περὶ τοῦ αὐτοῦ.

κβ'. Ὅτι μὴ ἀγέννητος ἡ ὕλη, μηδὲ κακῶν αἰτία.

CAPUT I.

Vetustissimorum Hebræorum instituta; jureque nos sacras eorum litteras patriis monimentis prætulisse.

Sequitur ut Hebræorum deinceps, quam omnibus patriis ritibus potiorem habuimus philosophiæ religionisque formam, vitæque simul rationes et instituta persequamur. Nam cum id a nobis adhuc effectum sit, ut non inconsiderate ac temere, sed maturo castigatoque judicio, vanam illam ac spuriam omnium tam Græcorum quam barbarorum theologiam, relictam a nobis ac repudiatam fuisse constaret: solvenda modo nobis altera quæstio est, ratioque reddenda, quæ nos ad suscipiendam ac probandam Hebraicarum litterarum doctrinam impulerit. Ac nobis quidem crimini probroque dandum non esse, quod a barbaris utilitatis aliquid mutuemur, opportuniori majorique otio demonstrabimus, dum quidquid usquam apud Græcos, imo apud celeberrimos **299** etiam illorum philosophos non modo haustarum e philosophia disciplinarum, sed etiam quidquid e re communis hominum societatis, ac rerumpublicarum usu fuerit, id omne consarcinatum esse ostendemus. Jam vero, nullum unquam bonum potuisse, cujusmodi ad nos profectum ab

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Τὰ περὶ τοῦ τῶν ἀνέκαθεν Ἑβραίων βίου καὶ ὡς εὐλόγως τὰς ἐνθέους αὐτῶν Γραφὰς τῶν πατρίων λόγων προετιμήσαμεν.

Ἑβραίων πέρι λοιπὸν, καὶ τῆς κατ' αὐτοὺς φιλοσοφίας τε καὶ εὐσεβείας, ἣν τῶν πατρίων ἁπάντων προτετιμήκαμεν, τὸν τοῦ βίου τρόπον ὑπογράψαι καιρός. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἀλόγῳ, κεκριμένῳ δὲ καὶ σώφρονι λογισμῷ τῆς διεψευσμένης ὁμοῦ πάντων Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων θεολογίας τὴν ἀπόδειξιν πεποιημένοι συνέστημεν, ὥρα λοιπὸν τὴν δευτέραν C ἐπιλύσασθαι, τὴν αἰτίαν ἀποδιδόντας τῆς τῶν Ἑβραϊκῶν λόγων μεταποιήσεως. Τὸ μὲν οὖν μὴ φέρειν τινὰ μέμψιν ἡμῖν τὴν ἀπὸ βαρβάρων τοῦ συμφέροντος μετάληψιν ἐπὶ τῆς δεούσης σχολῆς παραστήσομεν, πάντα τοῖς Ἕλλησι, καὶ αὐτοῖς γε τοῖς βοωμένοις αὐτῶν φιλοσόφοις τὰ φιλόσοφα μαθήματα, καὶ τὰ ἄλλως κοινὰ, καὶ ταῖς πολιτικαῖς λυσιτελοῦντα χρείαις, παρὰ βαρβάρων ἐσκευωρῆσθαι ἐπιδείξοντες· τὸ δὲ μηδέν πω μηδ' ὅλως παρά τισιν εὑρῆσθαι τῶν ἐθνῶν, οἷον τὸ παρ' Ἑβραίων ἀγαθὸν ἡμῖν πεπορισμένον, ὧδε ἂν γένοιτο πρόδηλον.

harbarorum ex disciplinis ac legibus corrogatum et prorsus apud ullam gentem ejusmodi unquam inveniri Hebræis est, quivis opinor ex sequentibus intelliget.

CAPUT II.

Summa reliquarum gentium theologiæ capita, quamque gravium malorum humanæ societati causa illa fuerit.

Nam cæteri quidem populi, jam usque a societatis humanæ primordiis, ad consequentia deinceps tempora, dum propterea quod de anima sua constituti haberent nihil, ad solos corporis sensus adhæresceret, ac præter ea quæ cernuntur oculis, aliud omnino nihil esse cogitarent, honesti proinde atque utilis, imo solius boni loco voluptatem corporis habuerunt; adeoque unam illam, perinde ac si præter ipsam aliud nihil, neque boni, neque jucundi ac suavis reperiretur, eademque sola per sese ad beate vivendum satis esset, studio et amore dignam rati, deorum quasi maximam conse-

D

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Ἀνακεφαλαίωσις τῆς παρὰ τοῖς ἄλλοις ἔθνεσι θεολογίας, καὶ οἷων κακῶν αἰτία συνέστη τῷ βίῳ.

Οἱ μὲν δὴ λοιπὸν πάντες ἄνθρωποι, ἄνωθεν ἐκ πρώτης τοῦ βίου συστάσεως, καὶ εἰς τὸν μετέπειτα χρόνον, μόνῃ τῇ τῶν σωμάτων προσανασχόντες αἰσθήσει, τῷ μηδὲν περὶ τῆς ἐν αὐτοῖς ψυχῆς διειληφέναι πλέον τε οὐδὲν τῶν ὁρωμένων ἐν τοῖς οὖσιν ὑπάρχειν ἡγησάμενοι, τὸ καλὸν, καὶ συμφέρον, καὶ μόνον ἀγαθὸν τὴν τῶν σωμάτων ἀνέθηκαν ἡδονήν· μόνην τε ταύτην, ὡς τὸ μόνον οὖσαν ἀγαθὸν, καὶ προσηνὲς, καὶ ἡδὺ, πρὸς ἀπόλαυσίν τε εὐδαίμονος βίου αὐτάρκη, περισπούδαστον ὑποθέμενοι, θεῶν μεγίστην ἡγήσαντό τε καὶ τεθειάκασιν· οὐδὲ τῆς ζωῆς αὐτῆς, εἰ μὴ μετέχοι τῆς τῶν σωμάτων ἡδονῆς, ἐφιέμενοι, καὶ ζῆν οὐ

Digitized by Google

διὰ τὸ ζῆν, διὰ δὲ τὸ ἡδέως ζῆν ἀσπαζόμενοι, τοῦτο καὶ τοῖς ἰδίοις εὐξάμενοι παισὶν, ὡς μόνον ἀγαθὸν παρεῖναι. Ἔνθεν οἱ μὲν, τὰ χορηγὰ τῆς ἐνσάρκου ζωῆς ἥλιον εἶναι καὶ σελήνην, καὶ ἀστέρας ὑποτοπήσαντες, καί πως καὶ πρὸς τὴν ὄψιν τοῦ φωτὸς καταπλαγέντες, πρώτους θεοὺς ἀνηγόρευσαν, μόνους αἰτίους τῶν ὅλων εἶναι ἀποφηνάμενοι· οἱ δὲ, τοὺς ἀπὸ γῆς καρποὺς, τήν τε ὑγρὰν καὶ ξηρὰν καὶ θερμὴν οὐσίαν, τά τε λοιπὰ τοῦ κόσμου μέρη, δι' ὧν αὐτοῖς τὰ σώματα τρεφόμενά τε καὶ πιαινόμενα, τὴν ἔνσαρκον ὁμοῦ ζωήν τε καὶ ἡδονὴν ἐθηρᾶτο, θεῶν πάλιν προσηγορίᾳ τετιμήκασιν· οἱ δὲ, πολὺ πρότερον (60) τούτων, γυμνῇ καὶ ἀκαλύπτῳ κεφαλῇ τὰ σφέτερα πάθη, καὶ τὴν δέσποιναν αὐτῶν ἡδονὴν, ἔρωτα, καὶ πόθον, καὶ Ἀφροδίτην, καὶ αὐτῶν τῶν θεῶν κρατεῖν εἰπόντες, ἀπεθέωσαν· οἱ δὲ τοὺς τῶν ἡδέων χορηγούς τε καὶ εὑρετὰς αὐτοῖς γενομένους ἄνδρας τυράννους τινὰς καὶ δυνάστας, δι' ἃς ἔτυχον ἐξ αὐτῶν εὐπαθείας, ζῶντάς τε ἔτι καὶ μετὰ τελευτὴν ἐθεοποίησαν· οἱ δὲ, μοχθηρῶν πνευμάτων καὶ δαιμόνων γενόμενοι παραπαίγνια, ἔτι μειζόνως τὸ παθητικὸν αὐτῶν μέρος τῆς ψυχῆς συνηύξησαν, τὰ ἡδέα καὶ παρὰ τούτων διὰ τῆς νενομισμένης αὐτῶν θεραπείας ἐκπορίζοντες· οἱ δὲ, μηδενὸς τούτων ἀνασχόμενοι, τὸ ἄθεον, ὡς πολὺ κρεῖττον τῆς τοιᾶσδε θεολογίας, εἰσηγήσαντο· οἱ δὲ, ἔτι τούτων ἁπάντων ἀναιδέστεροι, τὸν φιλόσοφον καὶ τρισευδαίμονα βίον οὐδ' (60*) ἄλλον εἶναι ἢ τὸν ἡδὺν ἀπεφήναντο, τέλος τῶν ἀγαθῶν τὴν ἡδονὴν ὁρισάμενοι. Ταύτῃ δ' οὖν τὸ πάντων ἀνθρώπων γένος, ὡς ἂν δεσποίνῃ πικρᾷ καὶ χαλεπωτάτῃ ἡδονῇ θεῷ, μᾶλλον δὲ αἰσχρῷ καὶ ἀκολάστῳ δαίμονι καταδεδουλωμένους (61), παντοίαις ἐνεφύρετο ταλαιπωρίαις. « Αἵ τε γὰρ θήλειαι αὐτῶν, » κατὰ τὸν ἱερὸν Ἀπόστολον, « μετήλλαξαν τὴν φυσικὴν χρῆσιν τῆς θηλείας εἰς τὴν παρὰ φύσιν. Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ἄρσενες, ἀφέντες τὴν φυσικὴν χρῆσιν τῆς θηλείας, ἐξεκαύθησαν ἐν τῇ ὀρέξει αὐτῶν εἰς ἀλλήλους, ἄρσενες ἄρσεσι τὴν ἀσχημοσύνην κατεργαζόμενοι, καὶ τὴν ἀντιμισθίαν, ἣν ἔδει, τῆς πλάνης αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς ἀπολαμβάνοντες. » Ταύτῃ καὶ Ἕλληνες καὶ βάρβαροι, σοφοί τε καὶ ἰδιῶται, χαμαί τε καὶ ἐπὶ γαστέρα πεσόντες, ὡς θεῷ τῇ ἡδονῇ προσεκύνησαν· πρηνεῖς τε σφᾶς αὐτοὺς ἑρπετῶν δίκην καταβαλόντες, ἄμαχον καὶ ἀπαραίτητον θεὸν ταύτην ἡγήσαντό τε καὶ ἔστερξαν· ἔν τε ᾠδαῖς καὶ ὕμνοις, ἔν τε ταῖς πανδήμοις θέαις, μόνης τῆς αἰσχρᾶς καὶ ἀκολάστου ἡδονῆς τὰ ὄργια καὶ τὰς ἀσέμνους τελετὰς μυούμενοί τε καὶ τελοῦντες· ὡς, εἰ καί τι ἄλλο, καὶ τόδε καλῶς παρ' ἡμῖν ἀνῃρῆσθαι· ἀρχὴ γὰρ πορνείας ἐπίνοια εἰδώλων. Καὶ τὰ μὲν περὶ τῆς τῶν ἄλλων ἐθνῶν θεολογίας τοσαύτην εἴληφε, ὡς ἐν βραχεῖ φάναι, τὴν πολυτροπίαν· μιᾶς μὲν ἀρχῆς τῆς ἀκαθάρτου, καὶ μιαρᾶς ἡδονῆς ἀνημμένα, ὕδρας καὶ πολυαυχένου καὶ πολυκεφάλου τρόπον, εἰς πολλὰς καὶ ποικίλας διαιρέσεις τε καὶ

A crarunt. Ita ne vitam quidem ipsam, nisi adjunctam haberet corporis voluptatem, sibi expetendam putabant, adeoque vitæ munus, non jam ut viverent, sed ut suaviter viverent, complexi, ejusdem illi, perinde ut solius boni, copiam, liberis quoque suis precabantur. Itaque alii solem, lunam, ac reliqua sidera vitæ corporeæ fontes esse suspicati, simulque ad lucis aspectum admiratione perculsi, principes hosce deos ita prædicarunt, ut eosdem rerum auctores omnium esse statuerent. Alii natis ex terra frugibus, nec non humidæ siccæque pariter, callidæque naturæ, ac cæteris universi partibus, quibus nutrita saginataque ipsorum corpora, corpoream simul vitam et voluptatem venarentur, deorum nomen decusque tribuerunt. Alii multis B ante sæculis, nuda perfrictaque fronte, suas ipsi cupiditates, earumque dominam voluptatem, amorem, cupidinem, venerem, quibus ipsos quoque deos cedere jactabant, divinitate donarunt. Alii **300** tyrannos quosdam ac principes, a quibus profectum ac repertum aliquid ad vitæ delicias fuerat, cum vivos adhuc et spirantes, tum etiam morte perfunctos, deorum in numero collocarunt, acceptorum beneficiorum suavitate permoti. Alii, pravorum spirituum ac dæmonum ludus et fabula, eo vehementius partis illius animæ suæ, quæ perturbationum et cupiditatum sedes est, vim ac potestatem auxerunt, quo novam sibi voluptatem ab iis copiam, solemni certisque ritibus constituta eo- C rum veneratione comparabant. Alii, omnibus istis valere jussis, aliquid sese rati universa hac theologia moliri præstantius, divinitatem omnem funditus sustulerunt. Alii denique castigatam illam terque beatam vitam, non aliam esse quam voluptatem defendentes, summum eam bonorum finem, omnium impudentissimi posuerunt. Atque hunc in modum, genus hominum universum, tanquam acerbissimæ cuidam teterrimæque dominæ, voluptati deæ, vel turpissimo potius ac flagitiosissimo dæmoni mancipatum, in omnia calamitatum genera demersum est. « Nam feminæ eorum, » ut divinus olim Apostolus querebatur, « immutaverunt naturalem usum feminæ, in eum usum qui est contra naturam. Similiter autem et masculi, relicto naturali usu feminæ, D exarserunt in desideriis suis in invicem, masculi in masculos turpitudinem operantes, et mercedem quam oportuit, erroris sui, in semetipsis recipientes [61]. » Ita Græci pariter ac barbari, sapientes et idiotæ, deorsum omnes atque in suum ipsi ventrem prolapsi, voluptatem quasi deum adorarunt, ac serpentium in morem pronos sese dejicientes, non in ea modo, tanquam in ejusmodi numine, cujus vim declinare nemo posset, acquieverunt, sed etiam carminibus passim hymnisque suis, tam in deo-

[61] Rom. 1, 26.

(60) *Πολὺ πρότερον.* Omnino legendum videtur πολὺ αἰσχρότερον, hæc enim turpium numinum colluvies, siderum frugumque θεοποιία posterior fuit, uti non semel Eusebius ipse tradidit.

(60*) *Οὐδ'* pro οὐκ, ut sæpe alias. EDIT.

(61) *Καταδεδουλωμένους.* Rescribe καταδεδουλωμένων. Quo enim accusativus hic referatur?

Digitized by Google

rum festis quam in publicis omnibus spectaculis, turpis unius ac flagitiosæ voluptatis orgia, indignaque mysteria, cum initiando, tum sacris operando celebrarunt. Quare jure profecto, si quidquam aliud, totum hoc apud nos obscœnitatis genus sublatum est. Libidinis enim initium, idolorum excogitatio est. Cæterorum ergo populorum, ut paucis absolvam, theologiæ tam varia fuit multiplexque ratio: cum enim uno tantum impuræ tetræque voluptatis principio niteretur, plurima tamen ac varia, hydræ cujusdam cervicibus capitibusque scatentis in morem, sectarum divortia ac discrimina A τομὰς ἐξενηνεγμένα. Ἐπειδὴ τοίνυν τοσαύτην ἔτυχον προβεβλημένοι τὴν πλάνην, εἰκότα δὴ αὐτοῖς, τῷ θεῷ, κακῷ δαίμονι, χρωμένοις, ἐπὶ κακοῖς κακὰ συνηγείρετο, γυναιμανίαις, καὶ ἀῤῥένων φθοραῖς, μητρογαμίαις τε, καὶ θυγατρομιξίαις, τὸν πάντα κατασφυρομένοις βίον, καὶ τὴν ἄγριον καὶ θηριώδη φύσιν ὑπερβολῇ φαυλότητος νενικηκόσι. Τοιοῦτος μὲν οὖν ὁ τρόπος τῶν παλαιῶν ἐθνῶν, καὶ τῆς διεψευσμένης αὐτῶν θεολογίας, διὰ τῶν συνηγμένων ἡμῖν Ἑλληνικῶν λογογράφων τε καὶ φιλοσόφων ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἀποδέδεικται.

peperit. Ita cum tanto tamque fœdo errore laborarent, mirum profecto non est, si homines voluptatis deæ, ac scelerati dæmonis addicti obsequio, novorum subinde **301** malorum cumulo premerentur, dum et insanis mulierum amoribus, et masculæ veneris obscœnitate, et incestis matrum filiarumque nuptiis vitam permiscerent universam, ac ferinam belluarum naturam sceleris magnitudine superarent. Atque hujusmodi vetustarum gentium mores, et adulterinam earum theologiam fuisse, ipsismet Græcorum non historicorum modo, sed etiam philosophorum, quæ superioribus libris congesta sunt, testimoniis abunde probavimus.

CAPUT III.

Quinam Hebræorum mores fuerint, quidve de universi auctore ac molitore senserint.

Jam vero, quandoquidem priscorum hominum vitam exploratam habes: quemadmodum soli ex omnibus Hebræi, contrariam tanta in multitudine viam inierint, animo deinceps et cogitatione intuere. Etenim principes illi, solique universo hominum ex genere, cum a primis retro societatis humanæ cunabulis, mentem in homine digna contemplatione defixissent, atque ad naturales universi rationes pie sancteque rimandas contulissent; prima quidem corporum elementa, terram, aquam, aerem, ignem, ex quibus hunc orbem constare sentiebant; solem pariter, lunam, ac sidera, non deos, sed Dei opera C esse philosophati sunt. Probe enim ipsi, corporeæ substantiæ propriam hanc esse naturam intelligebant, ut quemadmodum fluxa illa, atque interitui obnoxia est, ita ratione simul et animo careat. Deinde cum fieri non posse cogitarent, ut vel mundi hujus universi tam apte sapienterque conformata species, quæque tanta spirantium animalium, et ratione partim præditorum, partim carentium multitudine abundaret, fortuitæ ac tumultuariæ causæ assignaretur: vel rerum animatarum inanimus, ratione præditarum rationis expers auctor et opifex statueretur: sed potius intelligerent, cum neque repente ac per sese domus unquam ulla ex lignis et lapidibus coalescat, nec vestis absque textoris industria perficiatur, nec civitates aut res- D publicæ absque legum et principum, neque naves absque gubernatorum moderatione consistant, nec minimum quidem artis instrumentum sine artificis exsistat manu, neque navis unquam ulla felicem ad portum appellat, sapientis magistri gubernatione **302** spoliata: multo sane minus hanc elementorum, ex quibus orbis iste conflatus est, expertem animi rationisque naturam, si summa illa numinis divini sapientia secludatur, suapte vi nativaque facultate vitam simul et rationem obtinere. Hæc, inquam, aliaque similia, cum Hebrææ pietatis ac religionis parentes cogitarent, Deum illum universi

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Παράθεσις τοῦ τῶν Ἑβραίων τρόπου, καὶ ὅπως ἐδόξαζον περὶ τοῦ ποιητοῦ καὶ δημιουργοῦ τῶν ὅλων.

Εἰ δὴ οὖν συνῶπταί σοι ὁ τῶν παλαιῶν βίος, ἄθρει δὴ λοιπὸν τῇ διανοίᾳ μόνους παῖδας Ἑβραίων ἐν τοσούτοις τὴν ἐναντίαν ἀπιόντας. Οἵδε γὰρ πρῶτοι, καὶ μόνοι πάντων ἀνθρώπων, ἄνωθεν ἐκ πρώτης τοῦ βίου καταβολῆς λογικῇ θεωρίᾳ τὴν διάνοιαν ἀναθέντες, καὶ τῇ περὶ τοῦ παντὸς φυσιολογίᾳ εὐσεβῶς ἐπιστήσαντες, πρῶτα μὲν τὰ τῶν σωμάτων στοιχεῖα, γῆν, ὕδωρ, ἀέρα, πῦρ, ἐξ ὧν τόδε τὸ πᾶν συνεστὼς κατεμάνθανον, ἥλιόν τε καὶ σελήνην, καὶ ἀστέρας, οὐ θεούς, ἔργα δὲ εἶναι Θεοῦ διελογίσαντο· τὴν φύσιν τῆς σωματικῆς οὐσίας οὐ μόνον ἄλογον, ἀλλὰ καὶ ἄψυχον εἶναι, καθ' ὅσον ῥοώδης καὶ φθαρτὴ οὖσα τυγχάνει, συννοήσαντες· κἄπειτα λογισάμενοι, ὡς οὐχ οἷόν τε τὴν τοῦ σύμπαντος κόσμου διάταξιν, εὖ καὶ σοφῶς ἡρμοσμένην, ἔμπλεών τε ζώων ἐμψύχων, λογικῶν τε καὶ ἀλόγων ὑπάρχουσαν, αὐτόματον ἐπιγράφεσθαι τὴν αἰτίαν· οὐδέ γε τῶν ἐμψύχων τὴν ποιητικὴν ἀρχὴν ἄψυχον ὑπολαμβάνειν, οὐδ' ἄλογον τὴν τῶν λογικῶν δημιουργόν. Ἐπεὶ δὲ μηδὲ ξύλων καὶ λίθων αὐτόματός ποτ' ἂν οἰκοδομία συσταίη, οὐδέ γε ἐσθὴς ὑφάντου δίχα συντελεσθείη, οὐδὲ πόλεις καὶ πολιτεῖαι νόμων ἐκτὸς καὶ ἀρχοντικῆς διατάξεως, οὐδὲ ἐκτὸς κυβερνήτου ναῦς, οὐδὲ τὸ σμικρότατον τέχνης ὄργανον ὑποσταίη ἂν μὴ διὰ τεχνίτου, οὐδ' εὐόρμου ποτὲ ναῦς λιμένος τύχοι μὴ οὐχὶ σὺν ἀγαθῷ κυβερνήτῃ· οὐδ' ἡ τῶν καθόλου στοιχείων ἄρα φύσις ἄψυχος οὖσα καὶ ἄλογος, τῷ καθ' ἑαυτὴν λόγῳ, δίχα τῆς ἀνωτάτω τοῦ Θεοῦ σοφίας, λόγου ποτὲ καὶ ζωῆς ἀνθέξεται. Ταῦτα δὴ καὶ τὰ τοιαῦτα διανοηθέντες οἱ τῆς Ἑβραίων εὐσεβείας πατέρες ἐκ μεγέθους καὶ καλλονῆς [a] ἐκτισμένων, νῷ κεκαθαρμένῳ καὶ ψυχῆς διαυγέσιν ὄμμασι τὸν πάντων δημιουργὸν Θεὸν ἐσεβάσθησαν.

[a] *Ισ. add.* τῶν.

Digitized by Google

solitorem, quem purgata mente, atque illuminatis animi oculis, in tanta rerum creatarum magnitudine ac specie agnoscebant, justa sunt veneratione prosecuti.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

CAPUT IV.

Ὅτως ἐφρόνουν περὶ ἀθανασίας ψυχῆς, καὶ περὶ τῆς τῶν σωμάτων οὐσίας.

Quid iidem partim de animæ immortalitate, partim de corporis natura senserint.

Κἄπειτα μέρος οὐ μικρὸν τοῦ παντὸς σφᾶς αὐτοὺς εἶναι συναισθόμενοι, τὸ μέντοι [a] αὐτῶν τίμιον εἶναι ἡγήσαντο· τοῦτο δὲ καὶ τὸν ἀληθῆ ἄνθρωπον, τὸν κατὰ ψυχὴν νενοημένον· τὸ δὲ τούτου χώραν περιβολῆς ἐπέχον· τοῦτο δὲ εἶναι τὸ σῶμα. Καὶ δὴ τοῦτον κελόμενοι τὸν τρόπον, τὴν πᾶσαν περὶ τῆς τοῦ ἔνδον ἀνθρώπου ζωῆς φροντίδα καὶ σπουδὴν εἰσηνέγκαντο. Τοῦτο δὲ παρὰ τῷ πάντων δημιουργῷ Θεῷ προσφιλὲς εἶναι λογισάμενοι, ὅς που τὴν ἀνθρώπων φύσιν τῶν ἐπὶ γῆς ἁπάντων κρατεῖν, οὐ ῥώμῃ σώματος, ὡς ἀρετῇ ψυχῆς ἐδωρήσατο (τὰ μὲν γὰρ τῶν ὄντων εἶναι ἄψυχα, οἷα λίθους καὶ ξύλα· τὰ δὲ ζωτικῆς δυνάμεως μέτοχα, οἷα τὰ ἀπὸ γῆς βλαστήματα· τὰ δὲ αἰσθήσεως, ὁρμῆς τε φανταστικῆς μεμοιραμένα, οἷα ζώων τὰ ἄλογα· πάντα δὲ ταῦτα ἐνὶ τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει πρὸς ὑπηρεσίαν δουλοῦσθαι, οὐ ῥώμῃ σώματος καὶ ἰσχύϊ κατηναγκασμένα, λογισμῷ δὲ καὶ ψυχῆς ἀρετῇ, ᾗ τὸ κατὰ πάντων τῶν ἐπὶ γῆς ἀρχικόν τε καὶ βασιλικὸν γέρας, ἄνωθεν παρὰ τοῦ τῶν ὅλων αἰτίου συγκεχωρῆσθαι κατειλήφασιν)· ἔνθεν ὁρμώμενοι, σῶμα μὲν καὶ τὰ σωμάτων ἠδέα οὐδέν τι μᾶλλον τῶν ἄλλων ἐπὶ γῆς θρεμμάτων προτιμᾷν διενοήθησαν· τὸ δ' ἐν αὐτοῖς ἄρχον, ὡς ἂν τοῦ πάντων ἄρχοντος οἰκεῖον, καὶ τῆς ψυχῆς τὸ λογικόν τε καὶ νοερὸν, θεῖόν τε καὶ ἐπιστημονικὸν, ὡς ἂν τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ τὴν ὁμοίωσιν φέρον, μόνον διὰ σπουδῆς ἔσχον. Εἶτα μηδ' ἄλλο τι ἐνθυμηθέντες ἀγαθὸν εἶναι τοῦ πάντων ἀγαθῶν χορηγοῦ Θεοῦ, τέλος ἁπάσης εὐδαιμονίας τὴν αὐτοῦ γνῶσιν τε καὶ φιλίαν εἶναι ἀπεφήναντο· ὅτι καὶ αὐτῆς ζωῆς, καὶ ψυχῆς, καὶ σώματος, καὶ τῶν τούτοις ἀναγκαίων μόνος αὐτὸς ἀνῆπται τὴν αἰτίαν. Τούτῳ δὴ οὖν σφᾶς ὅλους αὐτῷ σώματι καὶ ψυχῇ φέροντες, ἀνατεθείκασι, τὸν πάντα αὐτῶν βίον ἐπ' αὐτὸν ἀναρτησάμενοι, καὶ μόνῳ προσέχειν, ἄλλῳ δὲ μηδενὶ τῶν ὁρωμένων ἀξιώσαντες. Οὕτω δὴ φιλόθεοι ὁμοῦ καὶ θεοφιλεῖς ἀναφανέντες, θεραπευταί τινες ὄντες (62) καὶ ἱερεῖς τοῦ ὑψίστου Θεοῦ ἀπεφάνθησαν, ᾗ καὶ « γένος ἱερὸν (63) καὶ βασιλικὸν, ἱεράτευμά τε Θεοῦ, καὶ ἔθνος ἅγιον » προσαγορευθῆναι ἠξιώθησαν, σπέρμα τῆς ἀληθοῦς ταύτης εὐσεβείας καὶ τοῖς ὀψιγόνοις αὐτῶν ἀπολελοιπότες. Ἆρ' οὖν λογισμῷ σοι δοκοῦμεν τούσδε τῶν Ἑλληνικῶν προτετιμηκέναι, καὶ μᾶλλον τῶν Φοινίκων τε καὶ Αἰγυπτίων θεῶν, τῶν τε περὶ τοὺς θεοὺς δυσφήμων ἀτοπημάτων, τὰς παρ' Ἑβραίοις περὶ εὐσεβῶν ἀνδρῶν διηγήσεις ἀποδέξασθαι;

Deinde vero, cum iidem sese quoque partem esse universi non exiguam sentirent, e duabus sui partibus alteram (quem verum ipsi, quique non nisi animo cognosci possit, hominem appellabant) in pretio habendam putaverunt: alteram, nempe corpus, quoddam quasi septum esse, quo inclusus ille teneatur. Atque hoc discrimine constituto, in ponenda hominis interioris vita, curam illi deinceps omnem studiumque posuere. Quod ipsi cum Deo rerum omnium architecto vehementer probari cognoscerent, a quo id muneris homo acceperat, ut iis quæ terrarum ambitu continentur, omnibus, non robore corporis, sed animi facultate imperaret. (Nam e rebus, inanimas alias esse, ut lapides atque ligna; vim aliis inesse vitalem, ut omnibus terræ germinibus: alias sentiendi facultate præditas, oblata extrinsecus impulsione commoveri, ut animantes ratione privatas: atque hæc omnia generis hominum unius obsequio, necessitate quadam mancipari, quam non robur viresque corporis, sed ratio atque animi virtus afferat: cui proinde regium quoddam in terrena omnia ditionis et imperii jus, ab rerum universarum auctore cœlitus concessum esse perviderunt.) Hac illi cogitatione adducti, corpus corporumque delicias, loco non alio, quam cæterarum terræ pecudum genus, habendas esse censuerunt: quam vero sui partem imperio donatam agnoscebant, utpote cognatione aliqua summo rerum omnium imperatori conjunctam, ipsamque animi rationeintelligentiaque præditam, imo divinam quamdam, ac doctrinæ sedem simul parentemque facultatem, quod summi **303** Numinis expressam ferret imaginem, omni unam diligentia studioque coluerunt. Deinde, quod præter bonorum omnium fontem auctoremque Deum, aliud prorsus intelligerent boni esse nihil, quodque unus ipse aptas ex sese vitæ, animi, corporis, quæque illis necessaria sunt, causas omnium et rationes haberet, felicitatis universæ finem, ejus in unius partim cognitione, partim amore posuerunt. Ita cum vitam instituerent, ex una ejus voluntate nutuque suspensam, eique soli, rerum præterea quæ videntur nulli, adjungendos sese addicendosque statuerent, eidem sese totos corpore simul atque animo consecrarunt. Atque ita cum et Deum maxime diligerent, et vicissim ab eo diligerentur, summi Numinis cultores vere ac sacerdotes effecti sunt, imo, « genus electum ac regale, Deique sacerdotium, et gens sancta [64], » merito sunt nuncupati, veræ hujus pietatis semine suos etiam in posteros nepotesque transfuso. Num ergo tibi jam id a nobis consilii cum ratione susceptum vi-

[64] I Petr. II, 9.

[a] Ισ. μέν τι.

(62) *Ὄντες.* Alter ex manuscr., ὄντως, recte.

(63) *Γένος ἱερόν.* Idem manuscr., γένος ἐκλεκτόν, ut in Græc. et Vulgat. Bibl.

Digitized by Google

detur, uti et Græcis Hebræos anteferremus, quæque ab illis de sanctorum virorum pietate prodita sunt, Phœniciis Ægyptiisque numinibus, quæque de illis jactantur ignominiosis indignisque fabulis potiora duceremus?

CAPUT V.

Eosdem suo in Deum amore consecutos esse, uti Numinis aspectu et oraculis fruerentur, quod utrumque sacris litteris consignatum est.

Sed vide tu porro, quo tandem eos charissimæ Deo virtutis aspirasse commemorent. Nempe divinum illud Numen, cum genus hoc hominum tam propter cæteram vitæ pietatem atque disciplinam, quam ob singularem erga se religionem complecteretur, diviniorum eis deinceps oraculorum, suique pariter et angelorum præsentiæ aspectusque copiam facere statuit, dum partim naturæ mortalis inopiam, res agendas insinuando sublevaret, partim dogmatum iis ac præceptorum, quæ Deum plane decerent, cognitionem aperiret. Ita non jam argumentis aut conjecturis quibusdam, sed ipsiusmet veritatis luce collustratam mentem habebant, divinoque afflati Numine, cum res futuras, perinde ac præsentes, intuebantur ipsi, tum quidquid universim eventurum esset, humano generi **304** divinitus prædicebant. Hæc illa sunt, quæ celeberrimis Deoque plane dignissimis oraculis de singulari Hebræorum virtute continentur, quæque Græcis fabulis patriisque nugis ipsi prætulimus: cum istis flagitia de diis turpissima jactarentur, illi vero hominum Deo charissimorum historias ac monimenta proponerent summa cum pietate conjuncta.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Ὅτως, φιλόθεοι γεγονότες, τῶν ἀγραφήτων θεοφαρείων καὶ χρησμῶν ἠξιώθησαν.

Θέα δ' οὖν ἔτι εἰς ὅσον θεοφιλοῦς ἀρετῆς προελθεῖν φασι τοὺς δηλουμένους. Ἀποδεξάμενον τὸ Θεῖον τῆς τε ἄλλης τοῦ βίου εὐσεβείας καὶ φιλοσοφίας, τῆς τε περὶ αὐτὸ θεραπείας τοὺς ἄνδρας, ἤδη καὶ θειοτέρων χρησμῶν θεοφανειῶν τε αὐτοὺς καὶ ἀγγελικῶν ὀπτασιῶν ἠξίου, τὰ ἐνδέοντα τῇ θνητῇ φύσει ταῖς τῶν πρακτέων ὑποθήκαις ἐπιδιορθούμενον, δογμάτων τε καὶ μαθημάτων αὐτοῖς θεοπρεπῶν τὴν γνῶσιν ἀποκαλύπτον· ὡς μηκέτι συλλογισμοῖς, μηδὲ εἰκασίαις, ἐκλάμψει δὲ αὐτῆς ἀληθείας φωτίζεσθαι τὰς διανοίας αὐτῶν, ὥστε ἤδη θεοφορουμένους τὴν τῶν μελλόντων ἔσεσθαι, ὡς παρόντων, ἐπιθεωρεῖν κατάληψιν, καὶ τὰ καθόλου συμβησόμενα τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει θεσπίζειν. Τοιαῦτα τῆς Ἑβραίων ἀρετῆς τὰ πολυύμνητα, καὶ ὡς ἀληθῶς θεοφιλῆ περιέχει λόγια, ἃ τῶν Ἑλληνικῶν καὶ πατρίων μύθων τε καὶ λήρων προτετιμήκαμεν· οἱ μέν γε περὶ θεῶν τὰ αἰσχρότατα περιεῖχον, οἱ δὲ περὶ θεοφιλῶν ἀνδρῶν τὰς εὐσεβεῖς διδασκαλίας.

CAPUT VI.

Eosdem, ante natum Mosem, nec dum Judaicis religionibus informatos pietatis laude floruisse.

Ac longe quidem antequam aut natus Moses esset, aut natio Judæorum exsisteret, jam usque a longissimi temporis memoria, Judæorum ipsorum majores rerum istarum cognitione floruerunt. Nam hoc etiam enucleasse ac statuisse juverit, cum nullum exstaret adhuc Judaismi vestigium, Hebræos quidem illos, qui a nobis laudantur, jam tum nomine simul ac moribus fuisse, qui tamen Judæi nec essent, nec vocarentur. Itaque vel hinc utrorumque discrimen intelligas, quod Judæi quidem a Juda, cujus ex tribu regnum Judæorum multis post annis constitutum est, nomen acceperint; Hebræi autem ab Hebero, cujus nepos Abrahamus fuit. Ac Judæis antiquiores Hebræos fuisse divinis quoque litteris edocemur. Nam quod ad ipsum religionis cultum attinet, Mosem primum Judæorum legislatorem exstitisse, a quo partim sabbati diem acceperint singulari quadam observantia, ad usurpandam ejus diei, quo verborum divinorum quies ac cessatio fuerat, memoriam, partim animantium, quibus aut vescerentur aut abstinerent, distinctionem, partim solemnia quædam annuaque festa, certos-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ'.

Ὡς ἐκτὸς ἦσαν Ἰουδαϊσμοῦ, πρόσθεν ἢ Μωσέα γενέσθαι, ἐπ' εὐσεβείᾳ διαλάμψαντες.

Ταῦτα δὲ πάλαι πρότερον, πρὶν ἢ καὶ Μωσέα καὶ τὸ Ἰουδαίων γένος ὑποστῆναι, ἐξ ἔτι μακροῦ αἰῶνος παρὰ τοῖς Ἰουδαίων προπάτορσιν ἐγνωρίζετο. Καὶ γὰρ οὖν καὶ τοῦτο διαρθρῶσαι καλὸν, ὡς ὁ Ἰουδαϊσμὸς οὐκ ἦν πω τότε, ἀλλ' Ἑβραῖοι μὲν οἱ δηλούμενοι ὁμοῦ τῇ προσηγορίᾳ καὶ τὸν τρόπον [a] ὑπῆρχον· Ἰουδαῖοι δὲ οὔτ' ἦσάν που, οὔτ' ἐχρημάτιζον. Ἑβραίων δὲ καὶ Ἰουδαίων τὸ διάφορον γνοίης ἂν ὧδε· Τὴν μὲν προσηγορίαν οἱ μὲν ἀπὸ τοῦ Ἰούδα, ἐξ οὗ τῆς φυλῆς τὸ Ἰουδαίων μακροῖς ὕστερον χρόνοις βασίλειον συνέστη· οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ Ἕβερ, προπάτωρ δὲ τοῦ Ἀβραὰμ οὗτος ἦν, ἐπεγράφοντο. Προτερεῖν τε Ἰουδαίων Ἑβραίους διδάσκουσιν οἱ ἱεροὶ λόγοι. Τὸν δὲ τῆς εὐσεβείας τρόπον, Ἰουδαίοις μὲν πρῶτον ἀπάρξασθαι τῆς νομοθεσίας Μωσέα, σαββάτου τινὸς παραδόντα ἡμέραν, καὶ ταύτης πλείστην ὅσην φυλακὴν εἰς ὑπόμνησιν σχολῆς τῶν ἱερῶν λόγων, βρωτέων τε καὶ οὐ βρωτέων ζώων διαστολὴν, ἑορτάς τε ἐτησίους, καί τινας σωμάτων καθαρμοὺς, ἄλλης τε μακρᾶς (64) περιόδου κατά τινα σύμβολα θειότερον ἐπιτελουμένης. Ἑβραῖοι δὲ, πρεσβύτεροι Μωσέως γενόμενοι τοῖς χρόνοις, πάσης τῆς διὰ Μωσέως νομοθεσίας ἀν-

[a] *Ισ.* τῷ τρόπῳ.

(64) Ἄλλης τε μακρᾶς. Non videbam quo genitivus iste pertineret. Itaque verti perinde ac si legeretur, ἄλλας τε μακρὰς περιόδους, et ἐπιτελουμένας, pro ἐπιτελουμένης, quæ vera mihi lectio visa est.

Digitized by Google

ἐκήκοει ὄντες, ἐλεύθερον καὶ ἀνειμένον (65) εὐσεβείας κατώρθουν τρόπον, βίῳ μὲν τῷ κατὰ τὴν φύσιν κεκοσμημένοι, ὡς μηδὲν νόμων δεῖσθαι τῶν ἀρξάντων αὐτῶν δι' ἄκραν ψυχῆς ἀπάθειαν, γνῶσιν δὲ ἀληθῆ τῶν περὶ Θεοῦ δογμάτων ἀνειληφέναι (66). Ἀλλὰ γὰρ τῶνδε τοῦτον εἰρημένων τὸν τρόπον, ὥρα καὶ διὰ τῶν ἐγγράφων ἐλθεῖν.

A que corporis lustrandi purgandique ritus, et ingentem reliquarum cæremoniarum multitudinem, quæ divinioribus quibusdam symbolis ac figuris inclusæ, atque in orbem celebrandæ recurrerent: cum Hebræi, qui longo ante Mosem tempore claruerunt, ferendæ per eum legis ignari, expeditam quamdam ac liberam pietatis viam tenerent, moribus quidem ita naturæ ductum sequentibus præditi, nihil ut legum moderatione propter summam animi ab omni perturbatione vacui æquitatem indigerent; eorum vero notitiam, quæ de Deo sentire oporteret, veram consecuti. Sed istis hunc **305** in modum præmissis, operæ pretium fuerit ad Scripturarum ipsarum fontes accedere.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

CAPUT VII.

Ὡς αὐτὸς ὁ Μωσῆς Ἑβραίων τῶν πρὸ τῆς ἡλικίας αὐτοῦ τῇ οἰκείᾳ καταβέβληται γραφῇ τοὺς βίους.

Hebræorum, qui ante se floruerant, vitas ab ipso Mose proprio ac singulari opere conscriptas fuisse.

B

Ὁ τοίνυν μέγας θεολόγος Μωσῆς, Ἑβραῖος ὢν ἐξ Ἑβραίων, εἴ καί τις ἄλλος, εὖ τε τὰ πάτρια ἐξεπιστάμενος, ὡς ἐν προοιμίοις τῶν ἱερῶν νόμων τοὺς τῶν προπατόρων Ἑβραίων βίους μνήμαις ἀνεξαλείπτοις παραδέδωκεν, ὧν τε ἀγαθῶν οὗτοι παρὰ Θεοῦ ἠξιοῦντο, καὶ αὖ πάλιν ἄλλων ἀθέων τε καὶ ἀσεβῶν τρόπους τε καὶ τιμωρίας, ἀναγκαῖον ἡγησάμενος ὑπάρξειν τοῦτο τοῖς μέλλουσιν τοὺς αὐτοῦ νόμους παιδεύεσθαι μάθημα, εἴς τε ἀποφυγὴν τῆς τῶν φαύλων ὁμοιοτροπίας, καὶ εἰς προτροπὴν τοῦ τῶν εὐσεβῶν βίου. Χρῆν δὲ καὶ ἄλλως μὴ ἀγνοεῖν, ὅτι δὴ φθάσαντες, καὶ πρὸ τῶν ἐγγράφων αὐτοῦ νόμων, πλείους ἤδη τῶν προπατόρων ὀρθοῖς λογισμοῖς θεοσεβείας ἀρετῇ κατεκοσμήθησαν· οἳ καὶ φίλοι Θεοῦ, καὶ προφῆται χρηματίσαντες, αἰωνίας ἔτυχον παρ' αὐτῷ μνήμης, ὧν μηδὲ ἀλλοτρίους τὸ γένος εἶναι τούτους, οἷς τοὺς νόμους διετάττετο. Διὸ καὶ μᾶλλον χρῆναι αὐτοὺς, ἀπογόνους θεοφιλῶν καὶ δικαίων ἀνδρῶν φύντας, τῆς τῶν προπατόρων εὐσεβείας ζηλωτὰς ἀναδειχθῆναι, σπεῦσαί τε τῶν ἴσων τοῖς γεννήσασι παρὰ Θεοῦ τυχεῖν· ἀλλὰ μὴ ἀπονάρκησαι, μηδ' ἀποκνῆσαι ὡς ἐπ' ἀδυνάτοις, τῆς τῶν ἀγαθῶν ἐλπίδος ἑαυτοὺς ἀπογνόντας· δυνατὰ γὰρ εἶναι, καὶ τοῖς οἰκείοις αὐτῶν προπάτορσιν ἐντελῶς κατωρθωμένα· ὧν καὶ τὰς εἰκόνας τοῖς τὰ θεῖα παιδευομένοις παρεδίδου, τοὺς βίους καταλέγων τῶν παλαιῶν, καὶ τὴν ἰδιάζουσαν ἑνὸς ἑκάστου ἀρετὴν, ὥσπερ ἐν εἰκόσι γραφῆς διατυπούμενος.

Moses igitur, eximius ille theologus, atque ex Hebræis Hebræus ipse procreatus, cum patriæ gentis historiam, accurate, si quisquam alius, teneret, priscorum Hebræorum vitas, quæ sacris legibus cujusdam quasi proœmii loco viam munirent, posterorum memoriæ commendare voluit, nulla unquam oblivione delendas. Iis porro, non ea tantum quæ divinitus acceperant beneficia, verum et nonnullorum præterea, qui omnem cum Divinitate pietatis sensum abjecerant, mores simul ac pœnas intexuit; ratus iis, qui legibus suis instituendi essent, genus id cognitionis apprime necessarium futurum, ut eos et ab improborum imi- C tatione deterreret, et ad consectanda proborum exempla stimularet. Tanti etiam erat, uti eos non lateret, majorum quidem suorum quamplurimos antequam abs sese leges scripto latæ essent, rectæ unius rationis manum secutos, ad summam religionis ac divini cultus laudem pervenisse, qui quod et divini Numinis amicitia, et prophetiæ munere præstitissent, immortali apud se memoria viverent. Quibus autem leges ipse præscriberet, eos cum antiquioribus illis esse generis ac sanguinis communione conjunctos: eoque verum esse, ut qui hominum Deo charissimorum ac virtutis amantissimorum nepotes essent, iidem majorum quoque suorum pietatis æmulos se atque imitatores exhiberent, atque in beneficiorum ac præmiorum, patribus a Deo concessorum partem ac societatem venire omni ope studioque contenderent; non au-

(65) *Ἐλεύθερον καὶ ἀνειμένον.* Liberum hic et solutum vitæ genus, πρὸς καλοῦ ληπτέον ἐστί, quod absque ulla vi, aut legum necessitate, virtutem ac pietatem coleret, nec graviori tot cæremoniarum onere premeretur. Ita fere Thucydides usurpavit lib. II, ubi Pericles ἐν τῷ ἐπιταφίῳ λόγῳ liberiorem Atheniensium vivendi rationem, duriori et legum vinculis astrictæ Lacedæmoniorum disciplinæ anteponens, καὶ ἐν ταῖς παιδείαις, οἱ μὲν (Λακεδαιμόνιοι) ἐπιπόνῳ ἀσκήσει, εὐθὺς νέοι ὄντες, τὸ ἀνδρεῖον μετέρχονται· ἡμεῖς δὲ, ἀνειμένως διαιτώμενοι οὐδὲν ἧσσον ἐπὶ τοὺς ἰσοπάλους κινδύνους χωροῦμεν. Imo τὴν ῥᾳθυμίαν paulo post, meliori ac laudabiliori significatione posuit. Καίτοι, εἰ ῥᾳθυμίᾳ μᾶλλον, inquit, ἢ πόνων μελέτῃ, καὶ μὴ μετὰ νόμων τελείου, ἢ τρόπων ἀνδρείας ἐθέλοιμεν κινδυνεύειν. Id est: *Quod si ex faciliori potius vitæ genere, quam* D *assiduo laborum usu, nec legum necessitate potius quam generosa indolis virtute ducti, ad subeunda pericula venire statuimus*, ubi ῥᾳθυμίαν sic πόνων μελέτῃ opposuit, ut eamdem tamen cum τρόπῳ ἀνδρείᾳ conjungeret. Quo etiam pertinet illius vel moris, vel consilii fructus, qui sequitur: Περιγίγνεται ἡμῖν, τοῖς τε μέλλουσιν ἀλγεινοῖς μὴ προκάμνειν, καὶ ἐς αὐτὰ ἐλθοῦσι, μὴ ἀτολμοτέρους τῶν ἀεὶ μοχθούντων φαίνεσθαι. *Hoc inde consequimur, ut nec futurarum ærumnarum ante tempus asperitate frangamur, nec tamen postquam in eas ventum est, illis ipsis qui perpetua in contentione versantur, meticulosiores nos aut segniores ostendamus.*

(66) *Ἀνειληφέναι.* Reponendum videtur ἀνειληφότες. Respondet enim hoc membrum priori illi, βίῳ μὲν, τῷ κατὰ τὴν φύσιν κεκοσμημένοι.

Digitized by Google

tem similium bonorum, perinde ac si obtineri ab iis nulla ratione possent, desperatione fracti ac debilitate torpescerent: quippe quæ nec supra vim eorum et facultatem omnem essent, et ipsismet illorum patribus feliciter evenissent. Quorum imagines iis propterea, qui divinis institutis imbuendi atque initiandi essent objiciendas putavit; eoque consilio priscorum vitas conscribendas selegit, et quasi picta in tabula singularem ac propriam cujusque virtutem suis coloribus adumbravit.

306 CAPUT VIII.

Maturo juaicio sanaque ratione susceptam a nobis eorum historiam fuisse. Hic autem cursim eorum vita perstringitur, quos ante diluvium ac deinceps ad Mosem usque, Deus præcipuo amore complexus est.

Neque vero abs re fuerit eorum historiam breviter hoc loco percurrere. Primum igitur ante diluvium quemadmodum ex Mosis ejusdem monimentis intelligimus (nec enim aliunde, opinor, quam ex propriis eorum quoque fontibus res Hebræorum hauriendæ sunt, cum Ægyptiacas ab Ægyptiis, et a Phœnicibus Phœnicias petierimus, Græcasque similiter ab iis qui nominis apud Græcos celebritate floruerunt, adeoque a philosophis, non autem ab iis qui in philosophia hospites ac peregrini essent, quæ ad philosophiæ rationes ac decreta pertinebant. Quos tu vero justius de medicinæ præceptis, quam artis illius peritos consulas? Eodem plane jure statuo, res Hebræorum non aliis quam Hebræorum ex litteris esse repetendas): multis ergo, quemadmodum illorum docet historia, longo ante diluvium tempore, jam usque a prima hominum origine, perque longam deinceps consequentium ætatum seriem, cum præcipuo Deus amore complexus est, tum laus integritatis summa commendavit. Atque illum in primis qui « speravit invocare nomen Domini Dei (67). » Quo loquendi genere Scriptura declarat, alium ab eo neminem præter ipsummet rerum molitorem omnium et universi Dominum simul atque Deum, sibi rebusque suis tutelarem, quasi patronum esse delectum: quippe, qui omnino persuasum id haberet, non universum modo vi effectricis illius potestatis bene ac sapienter esse constitutum, sed etiam perinde ut ingentem aliquam rempublicam ejusdem imperio ac ditione contineri, ac partes illius omnes ipsius tanquam summi Patrisfamilias, imo tanquam veri legitimique Domini, Regis, ac Dei voluntate arbitrioque gubernari. Quas ille de Deo princeps eique charissimus Domini Deique notiones et appellationes animo cum informasset, idem simul facultatis omnis, ac nominis opumque omnium loco, vel potius præ **307** cujusvis boni copia, « speravit invocare nomen Domini Dei, » cum eum sibi cunctorum animi simul et corporis bonorum thesaurum comparasset. Quam ob causam primum eum quoque verum hominem audiisse Hebræi prodiderunt. Enos sane quidem, hoc est *verus homo*, appellatus fuit, congruente admodum aptaque nominis ratione. In eum enim solum veri hominis appellationem convenire statuebant, qui Dei notitiam sensumque pietatis

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Ὡς εὐλόγῳ κρίσει καὶ σώφρονι λογισμῷ τὴν περὶ τῶνδε ἱστορίαν παρεδεξάμεθα· καὶ ἐπιδρομὴ τῶν κατὰ τοὺς δηλουμένους βίων, τῶν τε πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ θεοφιλῶν ἀνδρῶν καὶ τῶν μετὰ ταῦτα μέχρι τῆς Μωσέως γενεᾶς διαφερόντων.

Καὶ τούτων δὲ οὐδὲν ἐμποδὼν μὴ οὐχὶ διὰ βραχέων ἐπιδραμεῖν τὴν ἱστορίαν. Πρὸ μὲν οὖν τοῦ κατακλυσμοῦ, ὥσπερ ἡ αὐτοῦ Μωσέως περιέχει γραφή· δεῖ δέ που, ὡς οἶμαι, μὴ ἄλλοθεν ἢ πάλιν οἰκοθεν τὰ Ἑβραίων πάτρια διασκοπῆσαι, ἐπεὶ καὶ τὰ Αἰγύπτια παρ' Αἰγυπτίων, καὶ τὰ Φοινίκων παρὰ τῶν οἰκείων ἐμανθάνομεν, ὡς αὖ πάλιν τὰ Ἑλλήνων παρὰ τῶν ἐν τούτοις διαφανῶν, τά τε φιλοσόφων παρὰ τῶν φιλοσόφων, ἀλλ' οὐ παρὰ τῶν ἀπείρων φιλοσοφίας. Πόθεν δὲ ἄλλοθεν προσήκοι ἂν καὶ τὰ ἰατρικῆς ἢ παρὰ τῶν ἐπιστημόνων πυνθάνεσθαι; Οὕτω δὴ κατὰ τὸ ἀκόλουθον ἡγοῦμαι δεῖν καὶ τὰ Ἑβραίων ἐκ τῶν παρ' Ἑβραίοις λογίων, ἀλλὰ μὴ ἄλλοθέν ποθεν ἀποδέχεσθαι. Ὥσπερ οὖν ὁ παρὰ τούτοις κατέχει λόγος, ἄνωθεν πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ, ἐκ πρώτης ἀνθρώπων γενέσεως, καὶ εἰς τὰς ἑξῆς διαδοχὰς, θεοφιλεῖς τινες ἄνδρες γεγόνασι, καὶ δίκαιοι πλείους, ὧν ὁ μὲν « ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ. » Τοῦτο δὲ δηλοῖ τὸ μηδένα πλὴν τῶν ἁπάντων τὸν δημιουργὸν δεσπότην ὁμοῦ καὶ Θεὸν τῶν ὅλων ἐπιγράψασθαι. Πεπεῖσθαι γὰρ αὐτὸν οὐ μόνον ποιητικῇ δυνάμει εὖ καὶ ἐν κόσμῳ τὸ πᾶν διατεθεικέναι, ἀλλὰ καὶ δεσπότου δίκην, ὡς ἂν μεγάλης πόλεως, τοῦ σύμπαντος κυριεύειν, οἰκονομεῖν τε καὶ οἰκοδεσποτεῖν ὁμοῦ καὶ Κύριον ὄντα καὶ βασιλέα, καὶ Θεόν· οὗ τὴν ὡς Κυρίου καὶ Θεοῦ ἔννοιάν τε καὶ προσηγορίαν πρῶτος ὁ δηλούμενος θεοφιλὴς ἐν νῷ βαλλόμενος, ἀντὶ πάσης ὑπάρξεως, καὶ προσηγορίας, καὶ περιουσίας, μᾶλλον δὲ ἀντὶ παντὸς ἀγαθοῦ « ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ, » τοῦτον ἑαυτῷ θησαυρὸν ἀγαθῶν ψυχῆς τε ὁμοῦ καὶ σώματος πεπορισμένος. Παρὸ καὶ πρῶτος ἀληθὴς ἄνθρωπος χρηματίσαι παρ' Ἑβραίοις ἀναγέγραπται. Κέκληται δ' οὖν Ἐνώς, ὅπερ ἐστὶν ἀληθὴς ἄνθρωπος, εὐθυβόλῳ προσωνυμίᾳ. Οὐδὲ γὰρ ἄλλον φασὶν ἀληθῆ προσήκειν ἡγεῖσθαι καὶ ὀνομάζειν ἄνθρωπον ἢ τὸν Θεοῦ γνώσεως καὶ εὐσεβείας ἐπήβολον, τὸν ἀληθῶς γνωστικὸν ὁμοῦ καὶ εὐσεβῆ. Ὅτι δὴ τοὺς μὴ τοιούτους, θρεμμάτων κατ' οὐδὲν ἀλόγων διαφέροντας, οἷα ἐπὶ γαστέρα καὶ ἡδονὴν πρηνεῖς καταβεβλημένους, θῆρας μᾶλλον ἢ ἀνθρώπους ἡ Ἑβραίων ἀποκαλεῖν διδάσκει γραφὴ, κυριολεκτεῖν εἰθισμένη τὰς προσηγορίας. Παρὸ τοὺς τοιούσδε τοτὲ μὲν λύκους καὶ κύνας, τοτὲ δὲ σύας φορυτῷ χρωμένους καὶ χαίροντας, καὶ πάλιν ἑρπετὰ, καὶ ὄφεις, τοῖς τῆς κακίας πολυτρόποις ἐμφερῶς εἴδεσι, προσαγορεύειν εἴωθεν. Εἰ δὲ καὶ

(67) Enos. Cf. Gen. IV, ult.

Digitized by Google

ποτε τὸν κοινὸν καὶ πολὺν ἄνθρωπον, καὶ τὸ γένος αὐτὸ χρεὼν διασημῆναι, πάλιν οἰκείᾳ καὶ προσφυεῖ χρωμένη προσηγορίᾳ, τὸν πάντα ἄνθρωπον τῇ τοῦ Ἀδὰμ ἐπωνυμίᾳ σημαίνειν· ὅτι δὴ τοῦτο τῷ προγόνῳ καὶ πάντων ἀνθρώπων προπάτορι, κύριον εἶναι καὶ προσφυὲς ὄνομα, τὸν γηγενῆ δηλοῦν, κατὰ τὴν εἰς Ἑλλάδα φωνὴν μετάληψιν, ὑποφαίνει. Ὅ γέ τοι Ἐνὼς πρῶτος θεοφιλῶν παρ' Ἑβραίοις ἱστόρηται, ἐπεὶ πρῶτος « Ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ, » τὸ κατὰ ψυχὴν παριστὰς λογικὸν ὄντως γνωστικὸν, καὶ τῆς περὶ τὸ Θεῖον εὐσεβείας ἐπιστημονικόν· ὧν τὸ μὲν πρῶτον θεογνωσίας ἀληθοῦς, τὸ δὲ δεύτερον τῆς εἰς τὸν ἐπιγνωσθέντα Θεὸν ἐλπίδος γένοιτ' ἂν ἀποδεικτικόν. Τὸ γὰρ μὴ παραμένειν, μηδ' ἐν δευτέρῳ τίθεσθαι τὰ τῆς θείας ἐπιγνώσεως, ἀεὶ δὲ καὶ διὰ παντὸς ἐλπίζειν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ, τὸ μὲν ὡς οἰκετῶν δεσπότου, τὸ δ' ὡς ἵλεω καὶ ἀγαθοῦ Πατρὸς, τοῦτ' ἂν εἴη τὸ πάντων τρισμακάριον τέλος. Τοιόσδε μὲν οὖν ὁ παρ' Ἑβραίοις εἰσῆκται πρῶτος, καὶ ἀληθὴς ἄνθρωπος, οὐχ ὁ γηγενὴς ἐπίκλην Ἀδὰμ, δι' ἐντολῆς Θεοῦ παράβασιν τῆς τῶν κρειττόνων ἀποπεσὼν λήξεως· ἀλλ' ὁ θεοφιλῶν πρώτιστος, ὃς « Ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ. » Κρίναντες δὴ καὶ αὐτοὶ λογισμῷ σώφρονι, τὸ τοιόνδε ζηλοῦν ἠγαπήσαμεν, καὶ ἀπεδεξάμεθα, ὡς λυσιτελῆ καὶ ὀφελιμωτάτην ἡμῖν τὴν τοῦ λόγου διήγησιν, εὐχὴν θέμενοι κατ' ἴσα τῇ τοῦ δηλωθέντος εἰκόνι τὸ ὄνομα τοῦ τῶν ἁπάντων Δημιουργοῦ τε καὶ Δεσπότου μετὰ βεβαίας καὶ ἀγαθῆς ἐλπίδος ἐπικαλεῖσθαι. Ἀλλὰ γὰρ μετὰ τὸν εἰρημένον ἄλλος « εὑρέστησε τῷ Κυρίῳ, καὶ οὐχ εὑρίσκετο, » ὥς φησι Μωϋσῆς, « διότι μετέθηκεν αὐτὸν ὁ Θεὸς » δι' ἄκραν ἀρετῆς τελείωσιν. Δυσεύρετος γὰρ ὁ γε σοφὸς ἀληθῶς. Οὗτος δ' ἂν εἴη ὁ ἐν τῷ Θεῷ τέλειος, ὁ τῆς τῶν πολλῶν διατριβῆς μετατεθειμένος. Ὁ γὰρ μὴ τοιοῦτος, ἀγορᾶς, καὶ δικαστήρια, καπηλείας τε καὶ ἐμπορίας, καὶ τὸν πολὺν ὄχλον μεταδιώκων, ὠθούμενός τε καὶ ὠθῶν, μέσος ἐν αὐτῷ κακίας βυθῷ καταπίνεται. Ὁ δ' ὑπὸ Θεοῦ ληφθεὶς, καὶ τῶν τῇδε ἐκεῖσε μετατεθειμένος, ἀφανὴς μὲν καὶ ἀνεύρετος ἀνθρώποις, Θεῷ δὲ φίλος γεγονὼς, ὑπὸ Θεοῦ εὑρηται· τοῦτον Ἐνὼχ Ἑβραίοις ὀνομάζειν φίλον. Χάριν δὲ Θεοῦ σημαίνοι ἂν τοὔνομα. Καὶ ταύτης τοιγαροῦν ὡς ἀγαθῆς εἰκόνος τὸν βίον ζηλοῦν, μακάριον εἶναι ἡγησάμεθα. Τρίτος μετὰ τούτους πάλιν ἄλλος ἄνθρωπος δίκαιος πεφηνὼς, ὁ Νῶε, ἐν τῇ γενεᾷ αὐτοῦ μεμαρτύρηται. Τεκμήρια δὲ καὶ τῆς τούτου δικαιοσύνης εἴη ἂν τάδε. Πολὺς αὐχμὸς καὶ γνόφος ἀλέκτου κακίας τὸ πάντων ἀνθρώπων κατειλήφει γένος· οἵ τε πάντων ἀνὰ στόμα θρυλλούμενοι γίγαντες τὰς εἰς θεῦρο βοωμένας θεομαχίας ἀθέοις καὶ δυσσεβέσιν ἐγχειρήμασιν ἀπειργάζοντο· ἤδη δὲ καὶ οἱ τῆς τούτων γενέσεως αἴτιοι, εἴτε τινὸς κρειττονος μοίρας, ἢ κατὰ θνητῶν φύσιν, ὑπάρξαντες, εἶθ' ὁπωσοῦν κατεσκευασμένοι, τοῖς ἐν ἀνθρώποις περιέργου διδασκαλίας ἀπάρξαντες, γοητείας καὶ τῆς ἄλλης κακοτρόπου μαγγανείας ἐπιτεχνήματα λέγονται πα-

consecutus esset, adeoque vera tum cognoscendi facultate, tum etiam religione præditus, alium præterea neminem. Nam qui ejusmodi non sunt, quique in ventrem ac voluptatem proni et abjecti, nihil a brutis animantibus differunt : eos vero belluas potius quam homines appellandos Hebræorum docent litteræ, quæ suo quamque rem ac proprio nomine appellare solent. Itaque genus hoc hominum, modo lupos et canes, modo sues quisquiliis, inhiantes, modo serpentes etiam et angues, pro varia et multiplici geminorum affinitumque vitiorum ratione, vocare consueverant. Quemadmodum, si quando vel hominem in universum, vel genus ipsum hominum designare opus est, proprio similiter et innato, hoc est Adami, nomine omnes ex æquo significant. Quippe id enim nominis, quod si Græce reddatur, natum ex terra sonat, primo illi cunctorum hominum parenti proprium atque a natura ipsa inditum fuisse docent. Enos igitur omnium principem Hebræorum historia divino ab amore commendat, quod cum primus « speravit invocare nomen Domini Dei, » in parte animi ratione prædita non modo vere cognoscendi, sed etiam quæ Deum unum intuetur religionis hauriendæ ac percipiendæ vim exeruerit. Quorum alterum veræ Dei notitiæ, alterum spei, quæ in Deo rite cognito acquiescat, certum ac perspicuum argumentum est. Nunquam enim quæ divinam ad cognitionem pertinent, aut negligere penitus, aut ulla re posteriora ducere, sed potius in Domini Dei, modo tanquam servorum domini, modo tanquam optimi suavissimique parentis implorando nomine, spem omnem habere perpetuoque defixam, id vero ter beatus mortalium omnium finis jure ac merito habeatur. Ejusmodi ergo primum esse verumque hominem Hebræi statuerunt, non alterum illum e terra natum, quem Adamum vocant, qui divina lege violata, eximiorum ac cœlestium bonorum possessione exciderat; sed eum potius, qui divino ante alios omnes amore succensus, **308** « Domini Dei nomen invocare speraverat. » Eumdem itaque nobis imitandum sano integroque judicio statuentes ipsi quoque; rei hujus historiam, ut apprime nobis utilem, omni studio complexi, hoc simul in votis habuimus, ut tanti viri exemplo, summi rerum omnium Opificis Dominique nomen, constanti quadam egregiaque spe implorare possimus. Jam vero secundum Enos, alius quidam « placuit Domino, et non inventus est, » ut idem Moyses commemorat [48], « quia transtulit eum Deus » ob summam virtutis ejus perfectionem. Plane enim, qui vere sapiat, ægre admodum aliquem reperias. Ejusmodi autem is demum est, qui sua cum Deo perfectione conjunctus, ex hominum sese usu consortioque subduxerit. Quisquis enim aliud consilium secutus, in fora, tribunalia, cauponas, nundinas, atque in hominum vulgus sese dat, is dum in turba huc il-

[48] Gen. v, 24.

Digitized by Google

lucque jactatur, alto improbitatis gurgite totus hauritur. At qui divina quasi manu subductus, et a fluxis caducisque rebus ad cœlestium amorem traductus est; ut ab hominibus videri ac reperiri non possit, a Deo tamen, cujus in amicitiam transcriptus est, invenitur. Eum porro virum Enoch appellare Hebræi solent, quæ vox divinam sonat gratiam. Nos autem hujus quoque vitam, ut excellentem virtutis imaginem consectandam nobis æmulandamque putavimus. Exstitit deinde tertius, quem « in sua generatione » æquitatem coluisse Scriptura testatur. Fuit is Noemus, cujus integritati sequens argumentum egregie suffragatur. Altus quidam sceleris infandi squalor et caligo, hominum genus occuparat universum : Gigantes omnium ore jactati, impio sacrilegoque ausu, ea quæ huc usque nemo non loquitur, cum Deo bella susceperant : jam illorum etiam parentes, seu conditionis cujusdam mortalium natura superioris erant, seu quacunque tandem ratione sati, curiosæ artis semina inter homines jecerant, atque omne præstigiarum maleficiorumque genus in eorum societatem invexerant. Ita quidquid ubique hominum erat, cum eadem a Deo sententia damnandum esset, jamque idem pariter omnibus unoque momento exitium immineret : unus ille cum suis, quode loquimur, « justus in generatione sua repertus est. » Cunctis ergo, quæ terrarum ambitu continebantur diluvio haustis, ipsaque adeo terra immani aquarum eluvione purgata, vir ille Deo charissimus **309** cum liberis simul et uxoribus, novum plane novo hominum generi excitando animandoque semen, ejusdem munere beneficioque servatus est. Dignus et ipse profecto, quem ut vivum ac spirans virtutis et religionis exemplar, posteri omnes æmulentur. Atque hi ante diluvii tempora floruerunt. Exstitere alii postea, pietate nobiles ipsi quoque, quorum memoria sacris etiam paginis conservata manet. Quos inter sacerdos quidam summi Numinis creatus est, quem *justum regem* Hebræo nomine appellarunt. Cæterum apud illos omnes, de corporea circumcisione verbum omnino nullum, nullum earum, quibus Judæos Moyses instituit, legum vestigium. Quare Judæos illos nuncupare, verum utique non fuerit; Græcos autem multo minus, qui non Græcorum aut cæterorum populorum more, deorum multitudinem invexerint. Hebræos vero justius appellaveris, sive ab Hebero nomen ducas, sive potius a vocis illius significatione. Hebræos enim, quasi *transeuntes*, interpretari possis : qui a terrarum commercio, ad præpotentis Dei contemplationem transierint. Ejusmodi enim eos fuisse testatur historia, qui unius a natura inditæ rationis, legumque scripto nullo comprehensarum ductu, et rectam virtutis viam feliciter tenuerunt, et omnes prætergressi corporis voluptates, ad vitam singulari cum sapientia, tum religione cultuque di-

A ραδοῦναι τῷ βίῳ· ὥστε πᾶν τὸ ἀνθρώπειον γένος μιᾶς ὑπὸ ψῆφον γενέσθαι παρὰ Θεῷ δίκης. Καὶ ἡ πάντων ἐνὶ νεύματι διαφθείρεσθαι μελλόντων, μόνος εἷς οὗτος ὁ νῦν ἡμῖν δηλούμενος « δίκαιος ἐν τῇ γενεᾷ αὐτοῦ σὺν καὶ τοῖς οἰκείοις εὑρηται. » Πάντων δῆτα τῶν ἐπὶ γῆς κατακλυσμῷ διολλυμένων, καὶ τῆς γῆς αὐτῆς ὑδάτων ἀθρόᾳ πλημμύρᾳ τῶν προτέρων κακῶν ἀποκαθαιρομένης, ὁ θεοφιλὴς σὺν παισὶν ἅμα καὶ γυναιξὶ τῷ μετὰ ταῦτα βίῳ ζώπυρον σπέρματος ραδοξότατον πρὸς τοῦ Θεοῦ τετήρηται. Γένοιτο δ' ἂν καὶ οὗτος ἀρχέτυπος εἰκὼν, ζῶσα καὶ ἔμψυχος, τοῖς ἐξ αὐτοῦ γεγενημένοις ὑπόδειγμα τρόπου θεοφιλοῦς παρεσχημένος. Καὶ οἱ μὲν πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ τοιοῖδε· οἱ δὲ μετὰ τοῦτον ἐπ' εὐσεβείᾳ διαπρεπεῖς ἄλλοι πάλιν, ὧν τὴν μνήμην τὰ ἱερὰ διασώζει λόγια.

B Τούτων τις ἱερεὺς ἀνείρηται τοῦ ὑψίστου Θεοῦ, *βασιλεὺς δίκαιος* τῇ Ἑβραίων προσηγορίᾳ χρηματίσας. Τούτοις δὴ πᾶσιν οὐδὲ εἷς σώματος περιτομῆς λόγος ἦν, ἀλλ' οὐδὲ τῶν Μωϋσέως Ἰουδαϊκῶν παραγγελμάτων. Διόπερ αὐτοὺς οὐδὲ Ἰουδαίους φάναι δίκαιον, οὐδέ γε Ἕλληνας, ὅτι μηδὲ πλείους θεοὺς ὁμοίως Ἕλλησιν ἢ τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν ἡγοῦντο. Ἑβραῖοι δ' ἂν κυριώτερον ἐπικληθεῖεν, ἤτοι παρὰ τὸν Ἕβερ, ἢ καὶ μᾶλλον παρὰ τὴν ἑρμηνείαν τῆς προσηγορίας. Περατικοὶ γάρ τινες ἑρμηνεύονται, τὴν ἀπὸ τῶν τῇδε ἐπὶ τὴν τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ διάβασίν τε καὶ θεωρίαν στειλάμενοι. Φυσικοῖς γάρ τοι λογισμοῖς, καὶ νόμοις ἀγράφοις, τὴν ὀρθὴν τῆς ἀρετῆς διευθύναντες πορείαν καὶ πέραν τῶν σαρκὸς ἡδονῶν, ἐπὶ τὸν πάνσοφον καὶ θεοσεβῆ βίον διαβεβηκότες ἀναγράφονται.

C Ἐν δὴ τούτοις ἡμῖν ἅπασι καὶ ὁ βοώμενος τοῦ παντὸς ἔθνους γενάρχης Ἀβραὰμ καταριθμείσθω· ᾧ μαρτυρεῖ τὰ λόγια δικαιοσύνην, οὐ τὴν ἐκ νόμου πάλιν Μωϋσέως, ὅτι μηδὲ ἦν πω τότε· μετὰ γοῦν τὸν Ἀβραὰμ ἑβδόμῃ γενεᾷ Μωϋσῆς ἀναπέφηνε· πλὴν ἀλλὰ καὶ οὗτος δίκαιος καὶ εὐσεβὴς εἶναί τις ἀνείρηται, εἰ καί τις ἄλλος ἀνείρηται, τοῖς ἄνωθεν δεδημένοις παραπλησίως. Λέγει δ' οὖν ἡ Γραφή· « Καὶ ἐπίστευσεν Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. » Πατέρα δὴ πολλῶν ἐθνῶν ὁ θεῖος χρησμὸς τοῦτον ἔσεσθαι προαγορεύει, διαῤῥήδην τε εὐλογηθήσεσθαι ἐν αὐτῷ φησι « πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς, καὶ πάσας τὰς φυλάς· » ἀντικρυς τὰ νῦν καθ' ἡμᾶς συντελούμενα θεσπίζων. Ἀλλ' ὁ γε Ἀβραὰμ

D ἐκεῖνος μετὰ τὴν ἐν δικαιοσύνῃ τελείωσιν οὐ διὰ τοῦ Μωϋσέως νόμου, διὰ δὲ πίστεως κατωρθωμένης [a] αὐτῷ, μετά γε τὰς ἀναγράπτους θυσίας [b], ἐπ' αὐτῷ γήρᾳ μέλλων παῖδα γνήσιον τεκεῖν, πρῶτος ἁπάντων κατὰ χρησμὸν τὸ σῶμα περιτέμνεται, τοῦτο καὶ τοῖς ἐξ αὐτοῦ γεννωμένοις ἐπιτελεῖν παραδοὺς, εἴτε εἰς ἐμφανῆ σημείωσιν τῆς τῶν ἐξ αὐτοῦ παίδων πολυπληθείας, εἴτε καὶ ὡς ἔχοιεν οἱ παῖδες πάτριον γνώρισμα, ἤτοι βιοῦντες κατὰ τὸν τῶν προγόνων ζῆλον, ἢ τῆς ἐκείνων ἀρετῆς ἀπολειπόμενοι· εἴτε καθ' ἑτέρας οἱασδηποτοῦν αἰτίας, ἃς οὐ νῦν σχολὴ πολυπραγμονεῖν. Τοιόσδε μὲν οὖν καὶ οὗτος εἰς μίμησιν ἐκείμενος· μετὰ δ' αὐτὸν Ἰσαὰκ τῆς πατρῴας ὁρᾶν

[a] *Ic.* κατωρθωμένην. [b] γρ., θεοφανείας.

Digitized by Google

γνωσίας τε καὶ θεοφιλίας διάδοχος ἀναδείκνυται, ἦρον ἁπάντων τοῦτον κάλλιστόν τε καὶ τρισμακάν τοῦ πατρὸς διαδεδεγμένος. Μιᾷ τοῦτον γαμετῇ θείᾳ φασι συνελθόντα λόγια, μιᾷ χρήσασθαι παιδοίᾳ· καθ' ἣν διδύμου γονῆς ἀποδειχθεὶς πατὴρ, εἰς τὸ περιγράψασθαι τὴν πρὸς τὴν γαμετὴν ὁμιλίαν ροβολῇ σωφροσύνης λέγεται. Ἐνταῦθά σοι καὶ κὼβ, ὁ καὶ Ἰσραὴλ, εἰσήχθω· διώνυμός τις γεὼς ἀνὴρ παρὰ τὴν τῶν οἰκείων ἀρετῶν διαλάμυσαν προκοπήν. Ὅτε μὲν οὖν, ἐγγυμναζόμενος τοῖς ρακτικοῖς ἤθεσί τε καὶ βίοις, τῶν ὑπὲρ εὐσεβείας ὄνων ἀπεπειρᾶτο, Ἰακὼβ αὐτῷ ὄνομα ἦν, *ἀσκητὴν* καὶ *ἀθλητὴν* ἡ προσηγορία καλεῖ (67), ἐπὶ τὴν ἰλλάδα μεταληφθεῖσα φωνήν. Ὅτε δὲ λοιπὸν τὰ νιτήρια κατὰ τῶν ἀντιπάλων λαβὼν στέφεται, ἤδη τε ὢν κατὰ θεωρίαν ἀγαθῶν ἀπολαύει, τηνικαῦτα αὐτῷ ὶ τοὔνομα μεταβάλλει ὁ χρηματίζων Θεὸς, ὁμοῦ καὶ οπτίας αὐτὸν ἀξιῶν, καὶ τῶν θειοτέρων γερῶν τε ὶ τιμῶν τὰς ἀμοιβὰς διὰ τῆς προσηγορίας δωρούνος. Λέγει δ' οὖν πρὸς αὐτὸν ὁ χρηστμός· « Οὐκ ἔτι ηθήσεται τὸ ὄνομά σου Ἰακὼβ, ἀλλ' Ἰσραὴλ ἔσται ὄνομά σου, ὅτι ἐνίσχυσας μετὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ μετὰ θρώπων δυνατός· » τὸν ὁρατικὸν ἄνδρα καὶ θεωρητικὸν τοῦ Ἰσραὴλ ὑποφαίνοντος· ἐπεὶ καὶ τοὔνομα μεδληθὲν σημαίνει ἄνθρωπον ὁρῶντα Θεόν. Τοιόσδε ν οὖν καὶ οὗτος, ἐξ οὗ τὸ δωδεκάφυλον τοῦ Ἰουων ἔθνους ὑπέστη γένος. Μυρία δ' ἂν λεχθείη ρὶ τοῦ βίου τῶν ἀνδρῶν, καὶ τῆς φιλοσόφου καρκίας τε αὐτῶν καὶ ἀσκήσεως· τὰ μὲν πρὸς λέξιν υρούμενα, τὰ δὲ καὶ δι' ὑπονοιῶν ἀλληγορούμενα. ρὶ ὧν εἴρηται μὲν καὶ ἄλλοις, ἀτὰρ καὶ ἡμῖν ἐν ; ἐπραγματευσάμεθα περὶ τῆς τῶν παλαιῶν ἀνῶν (68) πολυπαιδίας. Τοιοῖδε μὲν οὖν καὶ οὗτοι. χω σοι παρ' αὐτοῖς καὶ ἄλλον εἰπεῖν, Ἰὼβ ὄνομα ἀνδρὶ, ὃν τὰ ἱερὰ μαρτυρεῖ λόγια γεγονέναι ἄνυπον ἀμεμπτον, ἀληθινὸν, δίκαιον, θεοσεβῆ, ἀπεεινον ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος. Οὗτός γε , οὐδὲν προσήκων τῷ Ἰουδαίων γένει, ἐπὶ πᾶσι ; τῆς εὐσεβείας κατορθώμασι μεμαρτύρηται. Οἱ μὴν τοῦ Ἰακὼβ παῖδες, τὴν πάτριον θεογνωσίαν καὶ θεοσέβειαν ἠγαπηκότες, τὴν τῶν ἀνέκαθεν ραίων φήμην ἐπὶ μέγα δόξης προῆγον, ὥστε ἤδη πάσης Αἰγύπτου τὴν ἀρχὴν ἀνάψασθαι. Ὁ γάρ Ἰωσὴφ τοῖς σωφροσύνης προαναστεφθεὶς βραες, κἄπειτα τὴν Αἰγυπτίων ὑποδεξάμενος ἡγεμο-, τὸν θεοφιλῆ τῶν Ἑβραίων διέδειξε τρόπον. Ὃν αὐτὸν ζηλοῦν δι' εὐχῆς πεποιήμεθα, δοῦλον αὐτὸν ἰκείων ἐπιβουλῆς γεγενημένον, καὶ δοῦλον Αἰτίου ἀνδρός. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ὅσα εἰς ὡραιότητα ρώμην σώματος καὶ εὐμορφίαν ηὐτύχητο, παρ, εἰ καὶ τὰ λόγια κάλλους αὐτὸν ὥρᾳ πάντων ιγκεῖν ἀναγράφει· τὰ δὲ περὶ ψυχῆς πῇ ἂν τις ράψειε, κατ' ἀξίαν τῆς τοῦ ἀνδρὸς ἀρετῆς τὸν νον διελθεῖν προῃρημένος; Φύσει μὲν αὐτῷ παρ λόγος τὸ ἐλευθέριον γνώρισμα, τοῦ τε τρόπου

A vino præstantem transvolarunt. Atque hoc in numero, Abrahamus etiam ille, quem generis principem universi prædicant, jure a nobis meritoque censeatur. Hujus enim justitia divinorum quoque oraculorum testimonio commendatur : non quam a Moysis lege acceperit, certe quidem cum adhuc nulla tum esset : nam ætate post Abrahamum septima natus est Moyses. Et tanta ejus profecto, si cujusquam alterius, integritas atque religio, eadem qua superiorum illorum prædicatione celebratur. De illo enim hunc in modum Scriptura loquitur : « Et credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam ". » Eumdem porro gentium plurimarum parentem futurum, ac nominatim « gentes omnes terræ, omnesque tribus in eo benedicendas esse, » B divina oracula prædixerunt : quæ sane prædictio, quæ temporibus nostris evenire cernimus, palam et aperte denotabat. Abrahamus igitur ille, post eam justitiæ maturitatem atque perfectionem, ad quam ipsum non lex Moysis, sed illustris fides constansque perduxerat, post eos, quibus sacræ litteræ suffragantur, Numinis divini conspectus, legitimum sub extremam senectutem filium susceptu-rus, cum omnium sese primus, **310** uti jussus divina voce fuerat, circumcidit, tum idem posteris ipse suis faciendum præcepit; sive ut hoc velut illustriore signo, propagandorum ex eo nepotum multitudo constaret, sive ut paternum characterem liberi retinerent, idque adeo, seu majorum illi suorum vestigiis insisterent, seu ab eorumdem virtute C deflecterent ; sive denique aliæ quædam hujus instituti causæ rationesque subessent, in quas diligentius et curiosius inquirere, modo non vacat. Cæterum ejusmodi etiam ille fuit, quem nos æmulari summopere deceat. Secundum illum Isaacus laudatur, ejus quæ parentem ornaverat divinæ cum notitiæ, tum etiam charitatis hæres, quam ipse unam omnium longe pulcherrimam ac felicissimam ejus hæreditatem sortitus est. Eumdem et uxorem duntaxat unam duxisse, et semel tantum liberis operam dedisse monimenta divina testantur : qua unica vice, gemina prole suscepta, mutuam cum uxore consuetudinem circumscripsisse fertur, exemplo continentiæ singulari. Consequatur D Jacobus, quem et Israelem vocarunt : quod utrumque nomen, ab insigni quadam est eximiaque virtutum accessione consecutus. Is enim, dum adhuc in civili quodam et actuoso vitæ genere, assiduos pietatis causa labores subiret, Jacobus dicebatur ; quæ vox, si Græce reddatur, *asceten athletamque* sonat. Idem relatis semel de hostibus victoriæ tropæis, coronatus, ubi contemplationis opibus frui cœpit, tum vero aliud ei nomen auctor ipse Deus imposuit, eumque partim conspectu suo frui voluit, partim divinioribus quibusdam præmiis et honori-

Gen. xv, 6.

67) *Καλεῖ*. Alt. e manuscr., δηλοῖ, quod omnino stat.

68) *Περὶ τῆς τῶν παλαιῶν ἀνδ*. Liber hic de numerosa priscorum hominum sobole, cum aliis plerisque intercidit, nec ulla ejus est apud S. Hieronymum, Photium, aut Suidam mentio.

Digitized by Google

bus, eodem nomine repræsentatis cumulavit. Ejusmodi enim ad illum exstat oraculum : « Non amplius vocabitur nomen tuum Jacob, sed Israel erit nomen tuum, quoniam invaluisti cum Deo, et cum hominibus potens [48]. » Quo Israelis nomine vir contemplationi deditus indicatur, utpote quod si Græce verteris, *hominem*, *a quo Deus videatur*, significet. Talis igitur ille etiam fuit, a quo Judæorum genus duodecim comprehensum tribubus propagatum est. Quorum de vitæ rationibus, vereque philosophis digna tolerantia et exercitatione, infinita commemorari possent, quæ partim nude ac simpliciter intelligi, partim ex occultioribus allegoriarum sensis erui debeant. De quibus cum ab aliis, tum a nobis quoque disputatum in iis est quæ de numerosa priscorum hominum sobole, **311** conscripsimus. At de illis hactenus. Præter quos tamen, alium etiam laudare merito liceat, Jobum nomine, quem et omni reprehensione caruisse, et veritatis, justitiæ, pietatis amantem ac studiosum fuisse, et ab omni contagione sceleris procul abfuisse, divina testantur oracula, cum in illis omnibus religionis officiis ac laudibus, nulla cum Judæis sanguinis ac generis communione teneretur. Jam vero Jacobi liberi paternam divini Numinis cognitionem, ejusdemque cultum summa voluntate studioque complexi, priscorum Hebræorum famam et gloriam admodum illustrarunt; ut ex illorum auctoritate paulo post imperium Ægypti penderet universum. Josephus enim jam continentiæ præmiis insignitus, suscepto postmodum Ægypti principatu, summam Hebræorum suorum eximiamque virtutem in omnium oculis ac luce collocavit. Quare ad ejus quoque imitationem omni studio nobis aspirandum esse duximus, tametsi prius in servitutem, et hominis Ægyptii servitutem, fratrum insidiis et artibus abductus fuisset. Nam adolescentis quidem quam eximia species, quanta vis corporis et pulchritudo fuerit, facile prætermitto, licet oris eum ac formæ totius elegantia cæteris omnibus præstitisse historia divina testetur. Animi vero dotes atque ornamenta quis tandem pro dignitate commemoret, si cum tantæ virtutis excellentia æquare conetur magnitudinem laudationis ? Et quidem constans fama est, ipsum a natura liberalem quamdam speciem habuisse, ac nescio quid nobilitatis in moribus, quod ex ipso quoque vultu efflorescceret. At vero ejusmodi pietatis insignibus effulgebat, ut summa continentiæ, æquitatis, prudentiæ, fortitudinis laude clarissimus cum esset, idem tamen præcipua quadam præpotentis Dei notitia cultuque præstaret, cujus utriusque semina, jam ab ipsis inde cunabulis, infantis in animo parentes jecisse ferunt. Ergo adolescentis amore domini uxor exardescens, cum eum primo juventutis flore conspicuum, in lasciviam flagitiosamque consuetudinem pellicere conaretur, verboramque primo blan-

[48] Gen. xxxv, 10.

A τὸ εὐγενὲς ἐπανθοῦν τῷ προσώπῳ· τοῖς δὲ εὐσεβείας διαπρέπουσι κόσμοις διαφερόντως ἐξήσκητο, ὡς ἐν σωφροσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ, φρονήσει τε καὶ ἀνδρίᾳ, τὴν ψυχὴν ἐκλάμπειν πολὺ πρότερον ἐν ἐπιγνώσει καὶ εὐσεβείᾳ τοῦ τῶν ἁπάντων Θεοῦ, ἣν οἱ γεννήσαντες ἐκ σπαργάνων λέγονται αὐτοῦ τῇ ψυχῇ καταβεβληκέναι. Ἐπιμανείσῃ δ' οὖν αὐτῷ τῇ τοῦ δεσπότου γαμετῇ, εἰς ἀκολάστους τε καὶ ἐρωτικὰς ὁμιλίας ἅτε νέον τὸ σῶμα κατασύρειν πειρωμένῃ, καὶ πρῶτα μὲν λόγοις ἀπατᾷν αὐτὸν ἐπιχειρούσῃ, εἶτα δὲ ἐμφύτοις ἀντιβολούσῃ, καὶ τέλος βιαιότερον χεῖρας ἐπιγειν τολμώσῃ, ἀναιδέσι τε ἤδη καὶ ἀναισχύντοις περιπλοκαῖς χρωμένῃ, τῆς τῶν πατέρων εὐσεβοῦς ἀδασκαλίας ὁ ἥρως τὴν μνήμην ἀναπεμπασάμενος, καὶ τὸν θεοσεβῆ καὶ ἀληθῶς Ἑβραῖον ἔργοις ὁμοῦ καὶ
B λόγοις ἀποδείξας, τὸ μὲν αἰσχρὸν καὶ ἀκόλαστον γύναιον διασείεται, κραταιοτέρᾳ τῇ χειρὶ παραλλάξας ὥσπερ δέ τινος δεινοῦ καὶ λελυττηκότος θηρὸς ἀποδρὰς, φυγῇ τὴν σωτηρίαν πορίζεται. Κἄπειτα αὐτὸς πρὸς ἑαυτὸν σώφρονι λογισμῷ τοιάδε ἐπιλογίζεται, καί φησιν· « Εἰ ὁ Κύριός μου δι' ἐμὲ οὐδὲν γινώσκει τῶν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ πάντα ὅσα ἐστὶν ἐν αὐτῷ, δέδωκεν εἰς τὰς χεῖράς μου, καὶ πῶς ποιήσω τὸ πονηρὸν ῥῆμα τὸ μέγα τοῦτο, καὶ ἁμαρτήσομαι ἐναντίον τοῦ Θεοῦ ; » Ἐφ' οἷς οἷα νικηφόρον τοῖς ἀρετῆς βραβείοις ἀναστέψας αὐτὸν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, τὴν κατὰ τῶν δεσποτῶν αὐτοῦ, καὶ αὐτῆς Αἰγύπτου βασιλείαν τε καὶ ἡγεμονίαν παραδίδωσι. Πλὴν ἀλλὰ καὶ οὗτος Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων, οὐχὶ δὲ Ἰουδαῖος, ὅτι μηδὲ ἦν τὰ
C Ἰουδαίων, ἐν τοῖς μάλιστα θεοφιλέσι καὶ τρισμακαρίοις ἀνειλήπται. Μετὰ δὲ τοὺς εἰρημένους Ἑβραίους, ἐπειδὴ εἰς πολυανθρωπίαν ἐπεδίδου τὸ τῶν ἀπογόνων γένος, ἤδη τε καὶ τὸ Ἰουδαίων ἐξ αὐτῶν ἔθνος συνεστὼς, ἐπλεόναζέ τε ὁσημέραι καὶ ἐπλήθυνε, τὰ μὲν τῆς εὐσεβοῦς ἀγωγῆς τῶν πρόπαλαι θεοφιλῶν προπατόρων κατὰ σμικρὸν αὐτοῖς ἐξησθένει, καὶ ἀπημβλύνετο· τὰ δὲ τῆς παρ' Αἰγυπτίοις διατριβῆς τοσοῦτον τῆς τῶν δηλουμένων κατίσχυε πληθύος, ὡς τῆς μὲν πατρίου ἀρετῆς εἰς λήθην ἐλθεῖν τῇ δὲ παρ' Αἰγυπτίοις ὁμοιοτροπίᾳ τοὺς βίους περιενεχθῆναι, ὡς
D κατὰ μηδὲν Αἰγυπτίων τὸν τρόπον διαφέρειν δοκεῖν. Ἐνταῦθα δῆτα αὐτοῖς τοιοῖσδε ἀποτελεσθεῖσιν, ὁ τῶν προπατόρων Θεὸς ἡγεμόνα καὶ νομοθέτην ἐκπέμπει Μωϋσέα, τὰς διὰ χρησμῶν τῶν πρὸς τοὺς προγόνους αὐτῶν πιστούμενος ἐπαγγελίας. Κἄπειτα δι' αὐτοῦ τὰ ἀνάγραπτα θαύματα, καὶ τὰς παραδόξους θεοσημείας ἐπιτελέσας, τὸν ἁρμόδιον τοῖς τῶν ἀκροωμένων ἤθεσι προβάλλεται νόμον. Οὐχ οἷός τε γοῦν οὖσι δι' ἀδελτηρίαν τρόπου τὴν πάτριον ζηλοῦν ἀρετὴν, οἷα δὴ τὰς ψυχὰς ἐμπαθεῖς καὶ νενοσηλευμένοι, τὴν κατάλληλον παρελάμβανον πολιτείαν, τὰ μὲν προφανῶς ἐκ τοῦ προδήλου διατεταγμένου Μωϋσέως· τὰ δὲ, δι' ὑπονοιῶν αἰνιττομένου, σύμβολά τε καὶ σκιάς, ἀλλ' οὐ γυμνὴν ἀλήθειαν φυλάττειν αὐτοῖς καὶ περιέπειν ὑποθεμένου. Καὶ δὴ τὸ Ἰουδαίων πολίτευμα, ἐντεῦθέν ποθεν ἀπὸ Μωϋσέως ἀρξάμενον, μέχρι καὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρουσίας

Digitized by Google

ταῖς τῶν οἰκείων προφητῶν ἀκολούθως φωναῖς διαρκεῖ. Ὅτι δὴ καὶ τοῦτο Μωϋσέως ἦν αὐτοῦ καὶ τῶν μετέπειτα προφητῶν θέσπισμα, μὴ πρότερον ἐκλιπεῖν τὰ Μωϋσέως νόμιμά τε καὶ διατάγματα, ἢ τὰ τοῦ Χριστοῦ φανῆναι, τὰ τῆς Καινῆς δηλαδὴ Διαθήκης, τῆς διὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι κατηγγελμένης· ἃ καὶ ὧδε τέλους ἔτυχεν, ἢ καὶ ἀναπεφώνηται. Ἀλλ' ἐπειδὴ τὸν τῶν πρὸ Μωϋσέως Ἑβραίων βίον ἐν ὀλίγῳ διεληλύθαμεν, καὶ τόν γε τῆς κατ' αὐτοὺς εὐσεβείας χαρακτῆρα παρεστήσαμεν, ὥρα καὶ τὸν δογματικὸν αὐτῶν τρόπον, ἀπό τε τῆς Μωϋσέως γραφῆς καὶ τῶν μετ' αὐτὸν προφητῶν ἐπισκέψασθαι.

A ditiis attentatum, mox precibus etiam et obsecrationibus urgeret, ad extremum ne violentas quidem manus eidem injicere et obscenis eum impudicisque complexibus premere vereretur: clarissimus heros doctrinæ parentum sanctissimæ recordatus, ac sese divini cultorem Numinis, verumque Hebræum, non re ipsa minus quam oratione professus, turpem ac libidinosam mulierculam robustiore dextera victor excussit, ac **312** perinde ut si ex horrendæ furentisque bestiæ dentibus sese proriperet, saluti suæ fuga consuluit. Tum idem secum ipse rem matura cogitatione reputans: « Si dominus meus propter me nihil novit eorum quæ sunt in domo ejus, et omnia quæ ibi sunt tradidit in manus meas, quomodo malum hoc grande faciam, et peccabo in conspectu Dei [46]? » Quamobrem Deus euro præpotens tanquam illustri victoria nobilem, dignis virtute præmiis honestavit, dominorumque suorum, imo totius etiam Ægypti principem moderatoremque constituit. Atque is Hebræus similiter atque ex Hebræis satus erat, non Judæus; nec enim Judæorum adhuc gens ulla coaluerat: idem tamen in virorum uti Deo charissimorum, ita longe felicissimorum classe numeroque censetur. Deinde vero, longa per eosdem Hebræos posterorum serie propagata, cum jam ex iis conflata Judæorum natio, multa in dies sobole glisceret, factum est nescio quo pacto, ut cum prima illa, quam a Deo charissimis majoribus acceperant, pietatis ac religionis institutio debilitata paulatim obtusaque hebesceret: tum vero tantum apud eos Ægyptiorum societas communioque posset, ut patriæ virtutis evanescente memoria, sic Ægyptiorum mores ac ritus induerent, nihil ut inter utriusque populi vitæ genus discriminis esse videretur. Quo in rerum articulo, patrum ille suorum Deus Moysen ad eos legislatorem mittit, iisque promissionibus fidem re ipsa conciliat, quibus eorum sese majoribus, divinis etiam oraculis obstrinxerat. Tum iis, quæ scripta leguntur, miraculis, atque inusitatis ante prodigiis ipsius manu perpetratis, congruentem audientium moribus legem promulgat. Cum enim ob insignem morum asperitatem, patrum suorum virtutem æmulari non posset, iis utpote morbis animorum laborantibus consentaneam instituti vitæque rationem ita præscripsit, ut de nonnullis clare perspicueque statueret, alia ænigmaticis quibusdam sensis involvens, notas duntaxat umbrasque rerum, non apertam nudamque veritatem, consectandas iis observandasque proponeret. Atque hanc Judaicæ reip. formam, quæ a Moyse delineata primum et informata fuerat, ad Servatoris usque nostri Jesu Christi adventum florere ac vigere oportebat, uti futurum suis ipsimet Judæorum prophetæ oraculis cecinerant. Nam partim ab ipso Moyse, partim a sequentibus **313** prophetis jam olim prædictum fuit, non ante sancitas a Moyse leges antiquatum iri, quam eas Christus Novi Testamenti tabulas conderet, quas nunc demum ejusdem Servatoris nostri munere, gentibus passim omnibus resignatas atque explicatas adeoque prædictorum illorum veritatem ipso rerum exitu comprobatam videmus. Sed quoniam de Hebræorum illorum, qui ante Moysem claruerunt, vitæ ratione pauca libavimus, suoque religionem ipsorum charactere expressam consignatamque produximus; consequens est uti jam eorum doctrinæ capita, tum Moysis ejusdem, tum posteriorum ex prophetarum scriptis deprompta contemplemur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Περὶ τῶν παρ' Ἑβραίοις δογματικῶν θεωρημάτων.

Πρῶτος δ' οὖν ἁπάντων αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ θαυμάσιος θεολόγος τε καὶ νομοθέτης, πολιτείαν εὐσεβείᾳ προσήκουσαν διὰ τῆς οἰκείας γραφῆς τῷ Ἰουδαίων ἔθνει προκαταβαλλόμενος, οὐ τοῖς κοινοῖς καὶ πεπατημένοις ᾠήθη δεῖν χρήσασθαι προοιμίοις τῶν λόγων· προλαβὼν δὲ πάντα νόμον πρακτικὸν (69) τῶν ποιητέων, καὶ τῶν οὐ ποιητέων ἀπαγορευτικὸν, τάς τε δημοτελεῖς καὶ πολιτικὰς περὶ τῶν πρὸς ἀλλήλους τομβολαίων διατάξεις, ἀπὸ τῆς πατρίου θεολογίας δεῖν ὥετο τῆς θεολογίας ἄρξασθαι, καὶ (70) τὴν καταρχὴν ποιήσασθαι τῆς διδασκαλίας, οὐδὲ ἑτέραν μάθησιν οἰκείαν νόμοις (71)

CAPUT IX.

Hebræorum doctrinæ placita.

Omnium ergo princeps admirabilis ille theologus atque legislator, reip. formam cum religione conjunctam stylo ipse suo Judaicæ genti delineans, non jam vulgaribus illis atque contritis utendum sibi exordiis putavit: sed cum ante jam animo legem universam, qua partim agenda juberentur, partim vetarentur non agenda, publicasque simul ac civiles mutuo inter sese contrahendi rationes ac regulas descripsisset; ex propria majorum suorum theologia doctrinæ suæ ducendum initium intellexit: quod aliud nullum disciplinæ genus legum

[46] Gen. XXXIX, 8.

(69) *Πρακτικόν*. Alterius manuscr. lectionem secutus sum; habet enim προστακτικόν, cui sequens ἀπαγορευτικόν recte opponitur.

(70) *Τῆς θεολογίας ἄρξασθαι, καί*. Hæc a librario quodam perperam inserta sunt, quæ manuscriptorum alter expungit.

(71) *Οἰκείαν νόμοις*. Mendosa hæc sunt, atque in οἰκείων νόμων, ut videtur, mutanda.

Digitized by Google

suarum pietati consentaneum agnosceret, præter eam theologiæ rationem, quæ jam inde a primis illis gentis suæ parentibus ad sua usque tempora permanasset. Itaque a Deo ipso patriam priscorum Hebræorum theologiam secutus, auspicatur : non jam Ægyptiorum, aut Phœnicum, aut reliquarum nationum more, quæ promiscuam in multitudinem venerandum illud Dei nomen abjicerent et alios quidem aspectabiles, hoc est infixa cœlo sidera, alios aspectum fugientes deos inveherent, partim ex hominibus illis, qui jam ante vixissent, partim etiam eos dæmones, qui terras aut aerem oberrarent, uti superius in earum opinionum confutatione ostendimus. At vero ab ipsomet rerum omnium auctore, ac tam earum, quæ videri non possunt, quam earum, quæ sensibus usurpantur molitore Deo totius orationis initium faciens, verum illum hujus universitatis legislatorem ac moderatorem esse docet, summumque **314** totius orbis, perinde atque unius cujusdam magnæ civitatis regem constituit. Enimvero ita homines ipso statim principio instituit, ut ipsum non earum modo legum, quibus eosdem paulo post informaturus erat, sed illarum etiam, quibus natura universa pareret, auctorem esse ac Dominum intelligerent. Regem enim ipsum mundi totius ac legislatorem esse confirmat.

A εὐσεβείᾳ προσήκουσαν ἡγησάμενος ἢ τὴν ἄνωθεν ἐκ προπατόρων εἰς αὐτὸν ἥκουσαν θεολογίαν. Ἄρχεται τοίνυν ἀπὸ Θεοῦ κατὰ τὰ πάτρια τῆς τῶν προγόνων Ἑβραίων θεολογίας· οὐχὶ φίλον (72) Αἰγυπτίοις καὶ Φοίνιξιν ἦν, ἢ τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν εἰς πλῆθος καταβάλλουσι τὴν σεβάσμιον προσηγορίαν, θεούς τε ὁρωμένους μὲν τοὺς κατ' οὐρανὸν φωστῆρας νομίζωσιν, ἀφανεῖς δὲ καὶ ἀοράτους τοὺς ἐξ ἀνθρώπων κατοιχομένους, ἢ καὶ τοὺς χθονίους καὶ ἀερίους δαίμονας, κατὰ τὰ πρόσθεν ἡμῖν ἀπελελεγμένα. Ἀλλὰ γὰρ ἀπὸ τοῦ πάντων αἰτίου, ἀοράτων τε καὶ ὁρατῶν δημιουργοῦ τὴν καταρχὴν τοῦ παντὸς λόγου πεποιημένος, νομοθέτην τοῦτον εἶναι διδάσκει τῆς τοῦ παντὸς συστάσεως, ὥσπερ μιᾶς τινος μεγαλοπόλεως τοῦ κόσμου βασιλέα καταστήσας. Παιδεύει τοιγαροῦν ἀρχόμενος, B τοῦτον ἡγεῖσθαι μὴ μόνον τῶν πρὸς αὐτοὺς μικρὸν ὕστερον διαταχθησομένων ἀνθρώποις νόμων αὐθέντην εἶναι καὶ κύριον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν τῇ φύσει τῶν ὅλων. Βασιλέα γὰρ αὐτὸν καὶ νομοθέτην τοῦ σύμπαντος κόσμου παριστᾷ.

CAPUT X.

De generali Providentia, et universi molitione.

Videlicet, nutu ejus atque potestate suam rebus omnibus essentiam naturamque constare : ejusdemque legibus ac terminis, apte atque ordine, temporum cursus vicesque describi. Ac primum quidem ex omnibus cœlum voce legeque divina, C firmitatem suam obtinuisse, gravemque terrarum molem, præter naturæ suæ conditionem, leviorum elementorum in medio mirum in modum suspensam ac libratam constitisse, voce legeque divina, mutuam alternamque noctis ac diei conversionem fieri, voce legeque divina solem ipsum, lunam, reliquorumque siderum chorum eleganti concinnoque motu orbem suum conficere. Lege summi Regis conversionum mutationes, temporum discrimina, annorum circulos, annuasque tempestates, cum admirabili totius universi consensu harmoniaque compleri. Divina lege, hiemem veri, atque hoc consequentium tempestatum vicibus cedere : eadem, altos ac profundos Oceani vortices hibernis æstibus D atque eluvionibus exundantes, suorum sese marium finibus, quos transilire non audent, includere: eadem, terrarum siccam aridamque naturam, defluentibus imbribus, ac nivibus modice allabentibus irrigatam, infinita plantarum et animantium genera producere. Uno verbo, naturam illam, communem rerum parentem omnium, Dei præpotentis Numini servientem, divinis ejus legibus consiliisque parere. Nec enim profecto casu ac temere, nec fortuito ac rationis experte motu, tantum hunc et tam

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Περὶ τῆς καθόλου προνοίας, καὶ περὶ τῆς συστάσεως, καὶ δημιουργίας τοῦ κόσμου.

Νεύματι μὲν γὰρ αὐτοῦ καὶ δυνάμει, τὴν τῶν ἁπάντων οὐσίωσιν γεγονέναι, νόμοις δὲ καὶ ὅροις πάλιν αὐτοῦ, ὁδῷ καὶ τάξει τὸν σύμπαντα διακυβερνᾶσθαι αἰῶνα. Λόγῳ μὲν γὰρ καὶ νόμῳ Θεοῦ πρῶτον ἁπάντων οὐρανὸν ἐστερεῶσθαι, καὶ γῆς τὸ βαρὺ καὶ στερέμνιον παρὰ τὴν οἰκείαν φύσιν λεπτομερεστέρους τῶν στοιχείων παρὰ φύσιν [a] ἐπαιωρεῖσθαι. Λόγῳ δὲ καὶ νόμῳ θείῳ νυκτὸς καὶ ἡμέρας τὸν ἀμοιβαῖον ἀνακυκλεῖσθαι δρόμον· λόγῳ Θεοῦ καὶ νόμῳ καὶ αὐτὸν ἥλιον καὶ σελήνην, καὶ τὴν τῶν λοιπῶν ἀστέρων χορείαν, ἐν πρέποντι κόσμῳ τὴν προσήκουσαν ἐξανύειν πορείαν· νόμῳ δὲ τοῦ παμβασιλέως τροπῶν ἀλλαγάς, καὶ μεταβολὰς καιρῶν, ἐνιαυτοῦ τε κύκλους, καὶ τὰς ἐτησίους ὥρας τῇ παναρμονίῳ τοῦ παντὸς ἀποπληροῦσθαι συμφωνίᾳ· νόμῳ Θεοῦ χειμῶνα μὲν ὑποχωρεῖν ἔαρι, τοῦτο δὲ ταῖς ἄγχιστα τῶν ὡρῶν τροπαῖς· καὶ θαλάττης δὲ βυθοὺς, ταῖς χειμαδίοις πλημμυρίσιν ἐπικυματίζοντας, νόμῳ θείῳ τοῖς οἰκείοις ἐναπεκλεῖσθαι πελάγεσι, ὡς μηδὲ τοὺς ὅρους τῶν ἱερῶν νόμων ὑπερβαίνειν τολμᾶν· καὶ τὴν ξηρὰν οὐσίαν ὀμβρίοις νάμασι καὶ νιφετοῖς νόμῳ θείῳ πάλιν συμμέτρως ἐπιχορηγουμένοις, ἀρδομένην τὴν γῆν, μυρίᾳ γένη φυτῶν τε καὶ ζώων ἀναδιδόναι· ἐνί τε λόγῳ, τὴν παμμήτορα τῶν ὅλων φύσιν, προστάγματι Θεοῦ δεδουλωμένην, νόμοις θείοις ὑπείκειν καὶ τῇ τοῦ παντηγεμόνος Θεοῦ βουλῇ. Μὴ γὰρ εἰκῇ, μηδ' ὡς ἔτυχε, μηδ' αὐτομάτῳ καὶ ἀλόγῳ φορᾷ συνεστάναι τὸν τηλικοῦτον διάκοσμον, μηδ' ἀναιτίου φύσεως ἔργον τυγχάνειν τὸ μέγα τοῦτο καὶ περικαλλὲς τεχνούργημα·

[a] γρ., θαυμασίως.

(72) *Οὐχὶ φίλον*, etc. Locum hunc ita concipit alter manuscr., οὐχ ἧπερ Αἰγυπτίοις φλον ἦν, ἀλλ' οὐδὲ Φοίνιξιν, ἢ τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι παραπλησίως, εἰς πλῆθ., etc. Rectius. Saltem pro οὐχί omnino reponend. οὐχ ἧ.

Digitized by Google

ἀλλ' εἶναι μὲν ποίημα τοῦ πανσόφου τῶν ὅλων ἀρχιτέκτονος, τοῦ δὲ αὐτοῦ λόγοις καὶ νόμοις ἱεροῖς διακυβερνᾶσθαι. Ἔνθεν ἀρξάμενος ὁ προφήτης, καὶ πρὸ τῆς ἀνθρώπων νομοθεσίας τοὺς περὶ τῆς τῶν ὅλων φύσεως προστάξας νόμους, πρώτιστα πάντων προσῆκεν τῷ παμβασιλεῖ Θεῷ καὶ ἀπορρᾴθυμεῖν αὐτοῦ τῶν νόμων παρεκελεύσατο· ὅτι δὴ καὶ αὐτὸς ἥλιος, οὐρανός τε καὶ κόσμος, γῆ τε καὶ τὰ ἐπὶ γῆς ἅπαντα, ὅσα τε ἔργα φύσεως εἶναι νενόμισται, ἐντολαῖς αὐτοῦ καὶ διατάξεσιν, ἱεροῖς τε νόμοις καὶ λόγοις δουλεύει. Διὸ καὶ μᾶλλον χρῆναι τὸ ἀνθρώπειον γένος, οὐ σμικρὸν μέρος τυγχάνον τοῦ παντὸς, κατὰ τὸ ἀκόλουθον τοῖς θείοις προσανέχειν διατάγμασι, μηδ' ἐλαττοῦσθαι τῶν κατὰ μέρος στοιχείων. Γῆ μὲν γὰρ ἐν ἀρχῇ νομοθετῆσαι τὸν φήσαντα· « Βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου, σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος, καὶ ξύλον κάρπιμον ποιοῦν καρπόν· » τὴν δὲ, ἅμα λόγῳ τὸ εὐπειθὲς ἐπιδεικνυμένην τῷ νόμῳ, οὕπω καὶ εἰς δεῦρο τῆς θείας παραμελῆσαι διατάξεως. Οὕτω δὲ καὶ τὴν ὑγρὰν οὐσίαν, φήσαντος τοῦ Θεοῦ· « Ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν, καὶ πετεινὰ πετόμενα κατὰ τὸ στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ, » ἅμα λόγῳ τοὔργον ἀποδοῦναι, ὁρᾶσθαί τε εἰσέτι δεῦρο τῷ νόμῳ παρέχουσαν τὸ πειθήνιον. Εἰ δὲ δὴ καὶ ἥλιος, καὶ σελήνη, καὶ ἀστέρες, τοῦ θείου νόμου καὶ αὐτοῖς διωρισμένου, τοὺς οἰκείους ἀποδιδόναι δρόμους, εἶναί τε καὶ εἰς σημεῖα, καὶ εἰς καιροὺς, καὶ εἰς ἡμέρας, καὶ εἰς ἐνιαυτοὺς, οὐ παραμελοῦσι τῆς νομοθεσίας· τίς ἂν ἔτι σοι λείποιτο συγγνώμης ἀποφυγὴ, τῶν θείων καταλιγωροῦντι νόμων; Ταῦτα προπαιδεύσας ὁ θαυμάσιος, ἡμᾶς τε εἶλε, καὶ τῆς οἰκείας θεογνωσίας τε καὶ εὐσεβείας εἰκότως ζηλωτὰς κατεστήσατο, ἅτι μηδὲν τούτοις ὅμοιον παρὰ τοῖς τῶν προδηλωθέντων ἐθνῶν θεολόγοις εὑρεῖν δεδυνήμεθα. Μετὰ δὲ τὴν πρώτην θεολογίαν μέτεισιν ἐπὶ τὸ δεύτερον δόγμα φυσικὸν ὁμοῦ καὶ φιλόσοφον. Μετὰ γοῦν τὴν περὶ Θεοῦ γνῶσιν, τήν τε περὶ ὅλων διακόσμησιν, τάξει πρόεισιν ἐπὶ τὸ καὶ τῇ φύσει δεύτερον. Τοῦτο δ' ἦν τὸ περὶ φύσεως ἀνθρώπου, ὅτι δὴ μετὰ Θεοῦ γνῶσιν ἀναγκαῖον γνῶναί τινα ἑαυτόν. Διόπερ ἐξῆς παιδεύει, τί ἄνθρωπος, καὶ τί τὸ προάγον αὐτὸν εἰς γνῶσιν. καὶ εὐσέβειαν Θεοῦ, τίς τε ἡ κατὰ τὸ προηγούμενον ἀνθρώπου ζωή. Διελόμενος δῆτα τὸν περὶ ψυχῆς καὶ σώματος λόγον, ἐν ψυχῇ μὲν ὁρίζεται τὸν ἀληθῆ ἄνθρωπον, νοερᾶς οὐσίας, καὶ ἀσωμάτου, καὶ λογικῆς μέτοχον, ὡς ἂν κατ' εἰκόνα Θεοῦ δεδημιουργημένον· σῶμα δὲ γεῶδες εἶναι περίβλημα ψυχῆς· τρίτον δὲ τούτοις προστίθησι, πνοὴν ζωῆς ἐνωτικήν τινα, καὶ τοῦ ἀπὸ γῆς ληφθέντος τῷ κατ' εἰκόνα Θεοῦ πεποιημένῳ, συναπτικὴν δύναμιν. Καὶ τὴν πρώτην γε τοῦ δηλουμένου ἀνδρὸς διατριβὴν ἐν τρισμακαρίῳ Θεοῦ παραδείσῳ ἀθανάτων καὶ αἰωνίων ἀγαθῶν ἔμπλεῳ γεγονέναι ἱστορεῖ. Νόμῳ δὲ Θεοῦ καὶ τοῦτον ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἐν ἀρχαῖς τοῦ παντὸς ὑποβληθέντα, δι' ἀπροσεξίαν, καὶ τῆς θείας ἐντολῆς παράβασιν τῆς τριπροθήτου στερηθῆναι ζωῆς. Ταῦτά τοι ὁ Μωϋσῆς ἐν προοιμίοις τῶν ἱερῶν νόμων φιλοσοφεῖ, μονονουχὶ

A singularem ornatum exstitisse, nec cæcæ ulli inconsultæque naturæ hanc tam ingentis tamque perfecti operis speciem esse tribuendam : illud quidem, ut ex summi rerum omnium architecti manibus prodiisse, **315** ita sacris ejusdem consiliis ac legibus gubernari. Ergo inde auspicatus propheta, ac priusquam hominibus legem ferret, sanctis de universi natura legibus, mentes ipse nostras ad summi regis voluntatem adhærescere, ac penitus in ejusdem præceptis acquiescere voluit : eoque verius, quo sol ipse quoque, cœlum, mundus, terra, quæque terræ sinu continentur omnia, et quotquot naturæ opera censeri solent, ejusdem mandatis sacrisque legibus atque decretis obtemperant. Æquius enim esse profecto, uti humanum proinde genus, pars utique uni-
B versi non exigua, divinis etiam edictis obsequatur, nec sese hoc in genere a singulis elementis vinci patiatur. Quippe legem initio terræ impositam ab eo fuisse, qui dixerit : « Germinet terra herbam virentem, et facientem semen secundum genus suum, et lignum pomiferum faciens fructum [47] ; » eam vero, simul atque vox illa exiisset, impositæ legi obsecutam, nunquam deinceps a divino præcepto ad hæc usque tempora discessisse. Humidum similiter elementum, hanc ad Dei vocem « Producant aquæ reptilia animæ viventis, et volatilia volantia circa firmamentum cœli [48], » re ipsa continuo paruisse, atque in eadem obedientia hucusque persistere. Præterea si sol, atque luna, cæteraque sidera, ei quo-
C que legi, qua suos ipsa cursus conficere, signa rerum futurarum exhibere, tempora, dies, annosque distinguere jubentur, constanter obtemperant : quinam tibi porro divinas leges violanti receptus ad veniam superesse possit? Hæc nos profecto viri singularis in docendo rudimenta ceperunt, ac suæ nos cum Dei notitiæ, tum etiam pietatis et religionis æmulatores effecerunt : quod apud cæterorum, de quibus ante diximus, populorum theologos simile nihil usquam occurreret. Idem porro, jactis ejusmodi theologiæ fundamentis, ad alterum deinceps doctrinæ caput, illudque cum natura simul philosophiaque conjunctum progreditur. Nam Dei semel cognitione, atque universi fabrica et moderatione constituta, ad id quod natura secundum est,
D ordine sane delabitur. Ea vero natura hominis est, quod secundum illam Dei notitiam, se ipsum utique nosse homo debeat. Itaque docet ille continuo, quid homo sit, quibus ipse momentis ad notitiam cultumque divinum adducatur, quemadmodum pro partis sui præcipuæ conditione vitam instituere debeat. Quippe animi enim corporisque discrimine constituto, animo tenus verum **316** illum hominem, qui spiritalem, incorpoream, et ratione præditam naturam sortitus est, definiendum putavit ; quod is potissimum divinæ ad imaginis exemplar expressus et conformatus esset. Corpus autem, aliud nihil, quam animi terrestre quoddam indu-

[47] Gen. I, 11. [48] ibid. 28.

[a] Ισ μή.

Digitized by Google

mentum ac domicilium esse statuit. Tum utrique tertium quid, vitalem, inquam, spiritum adjunxit, hoc est vim singularem ac propriam, quæ partem ex terra concretam, cum altera divinam ad similitudinem procreata nativo quodam vinculo sociaret. Cæterum primam eidem homini sedem in horto Dei felicissimo, et immortalibus ac sempiternis opibus abundante positam et collocatam esse commemorat; ipsum vero, cum eadem ipso statim initio, qua reliqua prorsus omnia, divini Numinis lege teneretur, sua ipsius vesania, violatoque tanti regis imperio, tam expetendæ vitæ fructu infeliciter excidisse. Atque illa sunt quæ persapienter a Moyse in ipsa legum sanctissimarum fronte ponuntur, quibus nobis prope denuntiat, uti ne propriam nativamque dignitatem, impressamque nobis divini Numinis similitudinem turpiter negligamus, cum illa quoque animi nobis immortalitatem conciliarit. Nefas enim esse profecto, regis imaginem aboleri : ac principem quidem veramque Dei præpotentis imaginem Verbum ejus esse, quod ipsa per sese sapientia, vita, lux, et veritas est, et quidquid omnino pulchri bonique cogitari possit : at imaginis hujus imaginem humanæ menti convenire, quæ propterea divinam ad similitudinem expressa omnium confessione prædicatur. Quibus ille notionibus eos ante omnia informandos putavit, quos sacris legibus instituere cupiebat : uti, dum quid in sese concretum ex terra, inque terram denuo dissolvendum esset, quid item excellentius Deoque simile meminissent, cogitarent ipsi quoque, quemadmodum utraque parte uti oporteret, adeoque statuerent, nullo sibi vel injuriæ vel impietatis genere, adversus hominem illum, qui divinam præferret imaginem, esse peccandum, nulla eum obscenorum, nulla sceleratorum facinorum contagione fœdandum : sed potius ardendum sibi esse perpetuo ter illius beatæ sedis vitæque desiderio, tantæque dignitatis recuperandæ studio, votoque stimulatis, ad eamdem omni rursus contentione properandum : imo agendum sibi esse profecto, uti se jam ab hujus vitæ carceribus, ad alterius metam attingendam comparent : cum profanis et impuris ad ea sacraria nullus alioqui pateat aditus, unde generis humani princeps ob neglectum **317** summi Numinis mandatum excidisset. Deinde vero divinus rerum sacrarum interpres, alterum summi quoque ponderis ac momenti dogma subjungit, dum id apud omnes certum esse vult, suum homini cuilibet affixum hærere pravum dæmonem, invidum illum atque honestatis omnis inimicum, postremo ejusmodi, qui jam usque ab initio hominum saluti insidias struxerit. Draconem illum ac serpentem nominat, eumdemque atrum amantemque tenebrarum, veneno simul et improbitate scatentem describit : addens insuper, quod divinam illam nobis vitam invideat, hoc illum etiamnum agere moliriique constanter, ut eos omnes, qui divinæ sese adjungunt voluntati, supplantet atque dejiciat. Et quoniam ipsius dolis ac fraudibus, generis quoque nostri principes divinioris illius sortis communionem amiserint, eam nobis in rem vigilandum esse perpetuo, ne malis versuti hostis artibus præstigiisque capiamur. Verum quid hæc occupamus ipsi, cum ea jam a nobis ipsismet divinæ Scripturæ verbis illustrari explicarique præstet? Rursus ergo novum a summo Numine principium ducamus, ejusque opem et auxilium Servatoris nostri nomine imploremus.

A προκηρύττων μὴ παραμελεῖν τῆς οἰκείας ἀξίας, καὶ ἧς ἐτύχομεν πρὸς τὸ Θεῖον ἀφομοιώσεως, ἐξ ἧς ἡμῖν καὶ τὸ ἀθάνατον τῆς ψυχῆς προσκεκληρῶσθαι. Μὴ γὰρ δὴ θεμιτὸν εἶναι βασιλέως ἀφανίζεσθαι εἰκόνα· εἶναι δὲ ἀρχέτυπον καὶ ἀληθῆ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων εἰκόνα, τὸν αὐτοῦ Λόγον, αὐτοσοφίαν τυγχάνοντα, καὶ αὐτοζωὴν, καὶ φῶς, καὶ ἀλήθειαν, καὶ εἴ τι καλὸν καὶ ἀγαθόν τις ἐπινοήσειεν· εἰκόνα δὲ εἰκόνος, τὸν ἀνθρώπειον νοῦν, παρ' ὃ καὶ κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγονέναι ἀνωμολόγηται. Ἀναγκαῖα δὲ ταῦτα εἶναι φετο προπαιδεύεσθαι τοὺς μέλλοντας ἱεροῖς προσανέχειν νόμοις, μνημονεύειν τε, τί τὸ ἀπὸ γῆς ληφθὲν αὐτῷ, καὶ εἰς γῆν αὖθις ἀναλυθησόμενον, καὶ τί τὸ ἐν ἡμῖν κρεῖττον καὶ Θεῷ ἐμφερὲς, ὅπως τε χρῆν ἑκατέρῳ τῶν εἰρημένων προσφέρεσθαι, μηδὲ ἐνυβρίζειν καὶ B ἀσεβεῖν εἰς τὸν κατ' εἰκόνα τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον, μηδέ γε αὐτὸν ῥυπαίνειν αἰσχραῖς καὶ παρανόμοις πράξεσι, φέρειν δὲ διαπαντὸς τῆς πρώτης καὶ τρισμακαρίας ἐκείνης διατριβῆς τε καὶ ζωῆς τὸν πόθον, καὶ σπεύδειν παλινδρομεῖν, εὐχὴν ποιουμένους τῆς πρώτης καὶ τρισμακαρίου ζωῆς τε καὶ ἀξίας τυχεῖν· ἀλλὰ καὶ παρασκευάζεσθαι ἐνθένδε ἤδη ἐπὶ τὴν ἐκεῖσε ἀποδημίαν, ὅτι μηδὲ ἄλλως δυνατὸν βεβήλοις, καὶ μὴ κεκαθαρμένοις, τῶν ἱερῶν ἐκείνων ἐπιβαίνειν, ὧν καὶ ὁ πρῶτος δι' ἀπροσεξίαν, θείας καταφρονήσας ἐντολῆς, ἀποπέπτωκεν. Ἐπὶ τούτοις ὁ ἱεροφάντης προστίθησιν ἄλλο συνεκτικώτατον δόγμα, μὴ ἀμφιγνοεῖν διδάσκων, ὅτι δὴ πάρεστί τις ἑκάστῳ πονηρὸς δαίμων ἔφεδρος, βάσκανος καὶ μισόκαλος, καὶ τῆς C ἀνθρώπων ἀρχῆθεν ἐπίβουλος σωτηρίας. Δράκοντα δὲ τοῦτον καὶ ὄφιν ὀνομάζει, μέλανά τε καὶ σκότους οἰκεῖον, ἰοῦ τε καὶ κακίας πλήρη· ὃν καί φησι φθόνῳ τῆς ἡμετέρας ἐνθέου ζωῆς ὑποσκελίζειν εἰσέτι καὶ νῦν, καὶ ὑποσύρειν ἕκαστον τῶν τῷ Θεῷ προσανεχόντων πειρᾶσθαι· τούτου δ' ἀπάτῃ καὶ τοὺς προπάτορας ἡμῶν τοῦ γένους τῆς θειοτέρας λήξεως ἐκπεσεῖν. Διὸ καὶ χρῆναι διαπαντὸς ἐγρηγορέναι πρὸς τὰς τοῦ δηλωθέντος κακοτέχνους ῥᾳδιουργίας. Καὶ τί χρὴ ταῦτα προσλαμβάνειν (73), δέον ἤδη ποτὲ καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἐγγράφων ἕκαστα διελθεῖν τῶν διηγορευμένων; Ἀρξώμεθα δὴ πρῶτον ἀπὸ Θεοῦ, βοηθὸν αὐτὸν ἐν πρώτοις διὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπικαλεσάμενοι.

(73) *Προσλαμβάνειν*. Rectius, opinor, fuerit προλαμβάνειν.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Ἑβραίων δόξα περὶ Θεοῦ, τοῦ πρώτου τῶν ὅλων αἰτίου.

Τὴν μὲν δὴ τῆς θεολογίας ἀρχὴν, ἀπὸ τῆς τῶν ὅλων ποιητικῆς τε καὶ δημιουργικῆς δυνάμεως ἀρχόμενος ὁ κατ' αὐτοὺς λόγος, παρίστησιν οὐ συλλογισμοῖς, οὐδὲ πιθανολογίαις, δογματικώτερον δὲ καὶ διδασκαλικώτερον, ἐπιθεάζων τῷ ἁγίῳ Πνεύματι· ὑφ' οὗ θεοφορούμενος, ὧδέ πως ὁ Μωϋσῆς ἀπήρξατο τῆς θεολογίας· « Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. » Εἶτά φησιν· « Εἶπεν ὁ Θεὸς, Γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς. » Καὶ πάλιν· « Εἶπεν ὁ Θεὸς, Γενηθήτω στερέωμα, καὶ ἐγένετο. » Καὶ πάλιν· « Εἶπεν ὁ Θεὸς, Βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου, σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος καὶ καθ' ὁμοιότητα, καὶ ξύλον κάρπιμον ποιοῦν καρπὸν, οὗ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ, κατὰ γένος ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐγένετο. » Καὶ αὖθις· « Εἶπεν ὁ Θεὸς, Γενηθήτωσαν φωστῆρες ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, ὥστε φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἔστωσαν εἰς σημεῖα, καὶ εἰς ἡμέρας, καὶ εἰς ἐνιαυτοὺς, καὶ ἐγένετο. » Καὶ πάλιν· « Εἶπεν ὁ Θεὸς, Ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν κατὰ γένος, καὶ πάντα τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατὰ γένος, καὶ ἐγένετο. » Καὶ πάλιν· « Ἐξαγαγέτω ἡ γῆ τετράποδα, καὶ ἑρπετὰ, καὶ θηρία τῆς γῆς κατὰ γένος, καὶ ἐγένετο. » Ἐν δὴ τούτοις φάσκουσα ἡ Γραφὴ, « Εἶπεν ὁ Θεὸς, » τὸ θεῖον νεῦμα καὶ τὸ ὡδί πως γενέσθαι τὰ ὄντα βουληθῆναι τὸν Θεὸν παρίστησιν, οὐ μὴν δὲ φωνῇ καὶ συλλαβαῖς φάναι αὐτὸν ἐπινοεῖν ἀναγκαῖον. Ἀλλὰ τὸν πάντα λόγον ἀνακεφαλαιούμενος, « Αὕτη, » φησὶ, « ἡ βίβλος γενέσεως οὐρανοῦ καὶ γῆς, ᾗ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς. » Τοιαύτη μὲν ἡ καθ' Ἑβραίους θεολογία, λόγῳ Θεοῦ δημιουργικῷ τὰ πάντα συνεστάναι παιδεύουσα. Ἔπειτα δὲ οὐχ ὧδε ἔρημον ὡς ὀρφανὸν ὑπὸ πατρὸς καταλειφθέντα τὸν σύμπαντα κόσμον ὑπὸ τοῦ συστησαμένου διδάσκει, ἀλλ' εἰς τὸ ἀεὶ ὑπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας αὐτὸν διοικεῖσθαι, ὡς μὴ μόνον δημιουργὸν εἶναι τῶν ὅλων καὶ ποιητὴν τὸν Θεὸν, ἀλλὰ καὶ σωτῆρα, καὶ διοικητὴν, καὶ βασιλέα, καὶ ἡγεμόνα, ἡλίῳ αὐτῷ, καὶ σελήνῃ, καὶ ἄστροις, καὶ τῷ σύμπαντι οὐρανῷ τε καὶ κόσμῳ δι' αἰῶνος ἐπισπάτοῦντα, μεγάλῳ τε ὀφθαλμῷ καὶ ἐνθέῳ δυνάμει πάντ' ἐφορῶντα, καὶ τοῖς πᾶσιν οὐρανίοις τε καὶ ἐπιγείοις ἐπιπαρόντα, καὶ τὰ πάντα ἐν κόσμῳ διατάττοντά τε καὶ διοικοῦντα. Ὥσπερ οὖν ἀμέλει καὶ οἱ μετὰ ταῦτα προφῆται, ἀκόλουθα καὶ αὐτοὶ θειάζοντες, τοτὲ μὲν ἀνεφώνουν ἐξ αὐτοῦ τοῦ θείου λέγοντες προσώπου· « Θεὸς ἐγγίζων ἐγώ εἰμι, λέγει Κύριος, καὶ οὐχὶ Θεὸς πόρρωθεν. Εἰ ποιήσει τι ἄνθρωπος ἐν κρυφαίοις, κἀγὼ οὐ γνώσομαι αὐτό; Οὐχὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ; λέγει Κύριος. » Τοτὲ δὲ ὧδέ πη θεολογοῦντες· « Τίς ἐμέτρησε τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ καὶ πᾶσαν τὴν γῆν δραχί; Τίς ἔστησε τὰ ὄρη σταθμῷ, καὶ τὰς νάπας ζυγῷ; Τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου, καὶ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο; » Καὶ πάλιν· « Ὁ στήσας ὡς καμάραν τὸν οὐρανὸν, καὶ δια-

CAPUT XI.

Quid Hebræi de Deo, principe rerum omnium causa, senserint.

Sublimis hujus theologiæ primordia non aliunde quam ex ipsa vi rerum omnium effectrice Hebræorum doctrina repetit, eaque non argutis et artificiose concinnatis probationum conclusionibus, sed plane docentis in morem, utpote divino afflata Spiritu commemorat. Quo quidem actus commotusque Moyses, theologiæ suæ mysteria hunc in modum auspicatur : « In principio creavit Deus cœlum et terram [80]; » tum ita progreditur : « Dixit Deus, Fiat lux, et facta est lux; » itemque : « Fiat firmamentum, et factum est; » ac rursus : « Germinet terra herbam virentem, facientem semen secundum genus ac similitudinem suam, et lignum pomiferum faciens fructum, cujus semen in ipso sit, secundum genus suum super terram : et factum est. Dixit præterea Deus : Fiant luminaria in firmamento cœli, ut luceant super terram, et sint in signa et tempora, et dies, et annos : et factum est. Addiditque Deus : Producant **318** aquæ reptilia animarum viventium secundum genus suum, et omnia volatilia cœli secundum genus suum, et factum est; » iterumque : « Producat terra quadrupedes, et reptilia, et bestias terræ secundum genus suum : et factum est [80]. » Quibus omnibus commemorandis, dum hanc Scriptura formulam adhibet, « Dixit Deus, » aliud nihil, præter quam ad ipsum voluntatis divinæ nutum, hoc illove modo res omnes exstitisse ac perfectas esse significat, adeoque necesse non est, uti vocem ullam, ullasve syllabas cogitemus. Idem porro vates, orationis universæ summam colligens, ita concludit : « Hic liber, inquit, generationis cœli et terræ, in die, qua fecit cœlum et terram, et omnia, quæ in eis sunt [81]. » Hujusmodi ergo est Hebræorum theologia, quæ verbi divini effectrice vi sata esse ac procreata docet universa. Deinde verò, non jam auctore sui ac molitore Deo, sic tanquam orphanum a parente relictum esse mundum, sed ejusdem providentia perpetuo constanterque regi, ut non modo rerum architectus ac molitor omnium ipse fuerit, sed earum quoque servator atque moderator, rex item ac princeps esse velit : idemque cum soli, lunæ, sideribus, cœloque passim et orbi continentur universo præsit, tum magno ipsemet oculo divinoque Numine cuncta lustrans ac pervidens, rebusque omnibus seu quæ cœlo, seu quæ terra continentur, omnino præsens, suo quæque ordine sapienter apteque constituat atque dispenset. Atque id secuti deinceps prophetæ, prioribus illis consentanea divino Spiritu canentes ipsi quoque, testatum reliquerunt; seu cum divinam personam sustinentes, hunc in modum exclamarent : « Deus appropinquans ego sum, dicit Dominus, et non Deus de longe. Si faciet aliquid homo in occultis, et ego nesciam illud? Nunquid non cœlum et

[80] Gen. I, 1. [80] ibid. 3 seqq. [81] Gen. II, 4.

Digitized by Google

terram ego impleo? dicit Dominus[58]. » Seu cum hoc ipsi modo de Deo philosophantur : « Quis mensus est manu aquam, et cœlum palmo, et omnem terram pugillo? Quis libravit montes in pondere, et colles in statera? Quis cognovit mentem Domini, et quis consiliarius ejus fuit[59]? » Itemque : « Qui statuit quasi cameram cœlum, et extendit quasi tabernaculum ad habitandum[60]. » Et rursus : « Levate in excelsum oculos vestros, et videte, quis perfecit hæc omnia. » Et deinceps : « Dominus Deus, qui fecit cœlum, et stabilivit ipsum : qui firmavit terram, et quæ in ea sunt : dans flatum populo, qui est super eam, et spiritum calcantibus eam : ego Dominus Deus. » Et deinceps : « Extendi cœlum solus, et firmavi terram : 319 ego Dominus Deus : nullus est præter me[61]. » Et iterum : « Sic dicetis ipsis : Dii, qui cœlum et terram non fecerunt, pereant a facie terræ, et de sub cœlo. Dominus, qui fecit terram in fortitudine sua, correxit orbem terræ in sapientia sua, et in prudentia sua extendit cœlum, et elevavit nubes ab extremo terræ : fulgura in pluviam fecit, et eduxit ventos de thesauris suis. Stultus factus est omnis homo a scientia[62]. » Et rursus : « Quo ibo a spiritu tuo, a facie tua ubi occultabor? Si ascendero in cœlum, tu illic es : si me stravero in inferno, ades : si sumpsero pennas meas diluculo, et habitavero in extremis maris : etenim illuc manus tua deducet me[63]. » Atque hæc cæteraque his affinia, eorum sunt theologorum, qui cum essent ipsi quoque Moysem tempore consecuti, de Deo similiter antiquissimis filiis Patribus gemina cecinerunt. Jam vero illorum deinceps, qui ante Moysem vixerunt, et Deo charissimorum, et beatissimorum virorum, quique eodem Hebræorum ex genere fuerunt, adeoque principis omnium Abrahami, quem universæ Judæorum nationis parentem celebrant, voces audi : « Dixit autem Abraham ad regem Sodomorum : Extendam manum meam ad Deum altissimum, qui creavit cœlum et terram[64]. » Imo ante Abraham Melchisedec Dei altissimi sacerdos introducitur, qui conceptis verbis sic Abrahamo benedicit : « Benedictus Abraham Deo excelso, qui tradidit hostes tuos in manus tuas : et benedictus Deus, qui creavit cœlum et terram[65]. » Porro eumdem Abrahamum sacris in litteris habemus, cum uno e servis hoc modo colloquentem : « Pone manum tuam subter femur meum, et adjurabo te per Dominum Deum cœli, et Deum terræ[66]. » Et paulo post : « Dominus Deus cœli, et terræ, qui accepit me de domo patris mei, et de terra, in qua natus sum[67]. » Quibus omnibus illud etiam adjungi potest, quod ex Deo, qui sibi apparuerat, Moyses audivit. Quærenti enim ipsi, quemadmodum esset de Deo sentiendum, oraculum ita respondit : « Ego sum qui sum : sic dices filiis Israel : Qui est, misit me ad vos[68]. » Ac de infinitis pauca ista Hebræorum ex theologia petita sufficiant.

τείνας ὡς σκηνὴν κατοικεῖν. » Καὶ αὖθις· « Ἀναβλέψατε εἰς τὸ ὕψος τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ ἴδετε, τίς κατέδειξε ταῦτα πάντα. » Καὶ ἐξῆς· « Κύριος ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν, καὶ πήξας αὐτὸν, ὁ στερεώσας τὴν γῆν καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, καὶ διδοὺς πνοὴν τῷ λαῷ τῷ ἐπ' αὐτῆς, καὶ πνεῦμα τοῖς πατοῦσιν αὐτὴν, ἐγὼ Κύριος ὁ Θεός. » Καὶ ἐξῆς· « Ἐξέτεινα τὸν οὐρανὸν μόνος, καὶ ἐστερέωσα τὴν γῆν· ἐγὼ Κύριος ὁ Θεός· οὐκ ἔστι πλὴν ἐμοῦ. » Καὶ πάλιν· « Οὕτως ἐρεῖτε αὐτοῖς· Θεοὶ, οἳ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν οὐκ ἐποίησαν, ἀπολέσθωσαν ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς, καὶ ὑποκάτωθεν τοῦ οὐρανοῦ. Κύριος ὁ ποιήσας τὴν γῆν ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ ἀνώρθωσε τὴν οἰκουμένην ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ, καὶ ἐν τῇ φρονήσει αὐτοῦ ἐξέτεινε τὸν οὐρανὸν, καὶ ἀνήγαγε νεφέλας ἐξ ἐσχάτου τῆς γῆς· ἀστραπὰς εἰς ὑετὸν ἐποίησε, καὶ ἐξήγαγεν ἀνέμους ἐκ θησαυρῶν αὐτοῦ. Ἐμωράνθη πᾶς ἄνθρωπος ἀπὸ γνώσεως. » Καὶ πάλιν· « Ποῦ πορευθῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός σου, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου ποῦ κρυβῶ; Ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανὸν, σὺ ἐκεῖ εἶ· ἐὰν στρώσω εἰς τὸν ᾅδην, πάρει· εἰ ἀναλάβοιμι τὰς πτέρυγάς μου κατ' ὄρθρον, καὶ κατασκηνώσαιμι εἰς τὰ ἔσχατα τῆς θαλάσσης· καὶ γὰρ ἐκεῖ ἡ χείρ σου ὁδηγήσει με. » Ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ τὰ τούτοις ὅμοια τῶν μετὰ Μωϋσέα θεολόγων, τῶν δὴ καὶ αὐτῶν Ἑβραίων, τυγχάνει, συνῳδὰ τοῖς παλαιτάτοις προπάτορσι θεολογοῦντων· τῶν δέ γε πρὸ Μωϋσέως θεοφιλῶν καὶ τρισμακαρίων ἀνδρῶν, τῶν δὴ καὶ πρώτων Ἑβραίων, αὐτοῦ τε πρώτου πάντων Ἀβραὰμ, ὃς καὶ προπάτωρ τοῦ παντὸς Ἰουδαίων ἔθνους ἀνείρηται, ἄκουε. « Εἶπε δὲ Ἀβραὰμ πρὸς βασιλέα Σοδόμων· Ἐκτενῶ τὴν χεῖρά μου πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ὕψιστον, ὃς ἔκτισε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. » Καὶ πρό γε τοῦ Ἀβραὰμ εἰσάγεται ὁ Μελχισεδὲκ ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου, τὸν Ἀβραὰμ εὐλογῶν τούτοις τοῖς ῥήμασιν· « Εὐλογημένος Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ τῷ ὑψίστῳ, ὃς παρέδωκε τοὺς ἐχθρούς σου ὑποχειρίους σοι· καὶ εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὃς ἔκτισε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. » Ἔτι πρὸς τούτοις ὁ λόγος τὸν Ἀβραὰμ εἰσάγει τῷ οἰκείῳ τοιάδε προσδιαλεγόμενον· « Θὲς τὴν χεῖρά σου ὑπὸ τὸν μηρόν μου, καὶ ἐξορκιῶ σε Κύριον τὸν Θεὸν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τὸν Θεὸν τῆς γῆς. » Καὶ ἐπιλέγει· « Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὁ Θεὸς τῆς γῆς, ὃς ἔλαβέ με ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός μου, καὶ ἐκ τῆς γῆς, ἧς ἐγεννήθην. » Ἐπὶ πᾶσι τούτοις ἐν τῇ πρὸς αὐτὸν Μωϋσέα θεοφανείᾳ, ποθομένῳ τῷ Μωϋσῇ, τίνα χρὴ τὸν Θεὸν ἡγεῖσθαι, φησὶν ὁ χρησμός· « Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν· οὕτως ἐρεῖς τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ· Ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με πρὸς ὑμᾶς. » Ταῦτα μὲν οὖν ἀπὸ μυρίων ὅσων τῆς Ἑβραίων θεολογίας ἐκκείσθω. Ἆρ' οὖν ἄξιον ἐν συγκρίσει παραβάλλειν αὐτοὺς τὰς τῶν σοφῶν Ἑλλήνων θεολογίας, τῶν μὲν μηδ' ὅλως εἶναι Θεὸν ἀποφηναμένων, τῶν δὲ τοὺς ἀστέρας εἶναι φασκόντων, οὓς καὶ μύδρους τυγχάνειν διαπύρους, ἥλιόν τε καὶ πετάλων δίκην ἐμπεπηγότας τῷ οὐρανῷ· τῶν δὲ πῦρ εἶναι τεχνικὸν ὁδῷ βαδίζον· καὶ τῶν μὲν μὴ προνοίᾳ Θεοῦ διοικεῖσθαι τὸν κόσμον, φύσει δέ τινι ἀλόγῳ· τῶν δέ,

[58] Jer. XXIII, 4; Isa. XL, 12. [59] Isa. XL, 22, 26. [60] Psal. CXXXVIII, 7. [61] Gen. XIV, 22. [62] ibid. 19 [63] Isa. XLII, 5. [64] Isa. XLIV, 24. [65] Jer. X, 11. [66] Gen. XXIV, 3. [67] ibid. 7. [68] Exod. III, 14.

Digitized by Google

τὰ μὲν οὐράνια μόνα ὑπὸ Θεοῦ διοικεῖσθαι, οὐ μὴν καὶ τὰ ἐπὶ γῆς· καὶ πάλιν, ἀγέννητον εἶναι τὸν κόσμον, καὶ μήθ' ὅλως ὑπὸ Θεοῦ γενέσθαι, αὐτομάτως δὲ καὶ συντυχικῶς ὑφεστάναι· τῶν δὲ, ἐξ ἀτόμων καὶ λεπτῶν σωμάτων ἀψύχων τινῶν, καὶ ἀλόγων τὴν τοῦ παντὸς σύστασιν γεγονέναι. Ἀλλὰ τὰ μὲν ἐκ τῶν παρ' Ἑβραίοις λογίων περὶ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ ὡς ἐν βραχέσι τοιαῦτα· συνιδεῖν δὲ ἔπεται καὶ τὰ μετὰ τὸν τῶν ὅλων Θεὸν περὶ τῆς τῶν γεννητῶν ἀρχῆς Ἑβραίοις πεφιλοσοφημένα.

A Quisquamne vero cum illis egregias eruditorum Græcorum de Deo disputationes conferendas putet? quorum alii divinitatem funditus omnem sustulerunt; alii stellis eamdem tribuerunt, quas ipsi tamen globos quosdam igneos et candentes esse volebant, **320** in cœlo clavorum aut laminarum in morem alte penitusque defixos: alii denique artificiosum ignem, et certo quodam ordine sese commoventem Dei loco statuerunt. Alii præterea nullo Dei consilio mundum gubernari, sed temerario quodam naturæ impetu ferri docebant: alii, cum in cœlestibus modo rebus divinæ Providentiæ ductum agnoscerent, terrestribus omnem adimebant. Rursus, ortu caruisse mundum vel a Deo conditum eum fuisse negabant: cum alii sua sponte et casu quodam exstitisse illum et coaluisse vellent; alii vero ex individuis quibusdam, tenuissimisque corpusculis, iisdemque anima simul et ratione carentibus, universi molem conflatam esse defenderent. At de rerum omnium præpotente Deo, hæc a nobis ex Hebræorum oraculis delibata, modo satis. Consequens deinceps erit, ut quemadmodum, orbis præside constituto, de rerum illi creatarum principio philosophati sint, videamus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

CAPUT XII.

Περὶ τῆς τοῦ δευτέρου αἰτίου θεολογίας.

Hebræorum de secundo principio theologia.

Θαλῆς μὲν ὁ Μιλήσιος ἀρχὴν τῶν ἁπάντων τὸ ὕδωρ εἶναι ἀπεφήνατο, Ἀναξιμένης δὲ τὸν ἀέρα, Ἡράκλειτος τὸ πῦρ, Πυθαγόρας ἀριθμοὺς, Ἐπίκουρος ἅμα Δημοκρίτῳ σώματα ἄτομα, Ἐμπεδοκλῆς τὰ τέσσαρα στοιχεῖα. Ἴδωμεν τοιγαροῦν καὶ τὰ παρ' Ἑβραίοις λόγια. Μετὰ τὴν ἄναρχον καὶ ἀγένητον τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων οὐσίαν, ἄμικτον οὖσαν καὶ ἐπέκεινα πάσης καταλήψεως, δευτέραν οὐσίαν (74) καὶ θείαν δύναμιν, ἀρχὴν τῶν γενητῶν ἁπάντων, πρώτην τε ὑποστᾶσαν, κἀκ τοῦ πρώτου αἰτίου γεγενημένην εἰσάγουσι, Λόγον, καὶ Σοφίαν, καὶ Θεοῦ δύναμιν αὐτὴν προσαγορεύοντες. Τοῦτο δὲ πρῶτος διδάσκει λέγων Ἰώβ· « Ἡ δὲ σοφία πόθεν εὑρέθη; ποῖος δὲ τόπος ἐστὶν τῆς ἐπιστήμης; Οὐκ οἶδε βροτὸς ὁδὸν αὐτῆς, οὐδὲ μὴν εὑρέθη ἐν ἀνθρώποις· ἀκηκόαμεν δὲ αὐτῆς τὸ κλέος. Ὁ Κύριος συνέστησεν αὐτῆς τὴν ὁδὸν, αὐτὸς δὲ οἶδε τὸν τόπον αὐτῆς. » Καὶ ὁ Δαβὶδ δέ που ἐν ψαλμῳδίαις ἑτέρῳ προσειπὼν τὴν σοφίαν ὀνόματί φησι· « Τῷ λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, » τὸν τῶν ἁπάντων δημιουργικὸν Λόγον Θεοῦ τοῦτον ἐνευφημήσας τὸν τρόπον. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὁ τούτου παῖς Σολομὼν ὠδί πη ἐξ αὐτῆς προσωποποιεῖ τῆς σοφίας λέγων· « Ἐγὼ ἡ σοφία κατεσκήνωσα βουλὴν καὶ γνῶσιν, καὶ ἔννοιαν ἐγὼ ἐπεκαλεσάμην. Δι' ἐμοῦ βασιλεῖς βασιλεύουσι, καὶ οἱ δυνάσται γράφουσι δικαιοσύνην. » Καὶ πάλιν· « Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ. Πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με· ἐν ἀρχῇ πρὸ τοῦ τὴν γῆν ποιῆσαι, πρὸ τοῦ τὰς ἀβύσσους γενέσθαι, πρὸ τοῦ ὄρη ἑδρασθῆναι, πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με. Ἡνίκα ἡτοίμαζε τὸν οὐρανὸν, συνπαρήμην αὐτῷ, καὶ ὡς ἀσφαλεῖς ἐτίθει πηγὰς τῆς [a] ὑπ' οὐρανὸν, ἤμην σὺν αὐτῷ ἁρμόζουσα. Ἐγὼ ἤμην ᾗ προσέχαιρε καθ' ἡμέραν· ηὐφραινόμην δὲ ἐνώπιον αὐτοῦ ἐν παντὶ καιρῷ, ὅτε ηὐφραίνετο τὴν οἰ-

Thales quidem ille Milesius, rerum universarum principium aquam esse defendebat, aerem Anaximenes, Heraclitus ignem, numeros Pythagoras, Epicurus cum Democrito corpuscula quædam individua, Empedocles quatuor elementa. Nos hac de re Hebræorum quoque litteras consulamus. Illi ergo, secundum principem illam, et principio simul ortuque carentem præpotentis Dei naturam, quæque ut ab omni permistione sejuncta est, sic omni comprehensione major, naturam alteram constituunt, vimque divinam, quæ cum eorum omnium, quæ gignuntur, principium sit, tum ante cæteras C omnes exstiterit, ab eodemque primo principio genita fuerit, quam ipsi Verbum, Sapientiam, Deique virtutem appellare solent. Atque hoc in primis Jobus docuit, dum ita locutus est: « Unde autem sapientia inventa est? aut quis locus est scientiæ? Nescit homo viam ejus, neque inventa est inter homines: audivimus autem gloriam ipsius. Dominus constituit viam ejus, ipse autem novit locum ejus [43]. » Itemque David in Psalmis, aliud huic sapientiæ nomen attribuens: « Verbo, inquit, Domini cœli firmati sunt [44]; » quibus ipse Verbum illud divinum hujus universi molitorem celebravit. Quin etiam filius ejus Salomon, ejusdem ex sapientiæ persona, hunc **321** in modum loquitur: « Ego sapientia habito in consilio et scientia, et intelligentiam ego vocavi. Per me reges regnant, et potentes decernunt justitiam [45]. » Et rursus. « Dominus creavit me initium viarum suarum ad opera sua. Ante ævum fundavit me: In principio, antequam terram faceret, antequam essent abyssi: antequam montes fixi constitissent: ante omnes colles generavit me. Quando præparabat cœlum, aderam ipsi: quando certos

[43] Job XXVIII, 20. [44] Psal. XXXIII, 6. [45] Prov. VIII, 12.

[a] *Isc.* τάς.

(74) *Δευτέραν οὐσίαν.* Eusebius hic ἀντικρυς Ἀριανίζει. Tametsi ejus orationem Trapezuntius ὑποχορίζεσθαι, et adhibito quasi studio mollire videatur. Sed notus satis Eusebius; ac præsertim ante Nicænum concilium, ante quod hæc ab eo scripta fuisse non dubito.

Digitized by Google

ponebat fontes, qui sub cœlo sunt, eram cum eo cuncta componens. Ego eram, qua delectabatur quotidie : lætabar autem coram ipso omni tempore, quando delectabatur orbem terræ perficiens. [66] » Hæc Salomon in Proverbiis. Quæ sequuntur, ex ejusdem quoque persona referuntur. « Quid sit autem sapientia, et quemadmodum facta sit, referam, et non abscondam a vobis sacramenta, sed ab initio nativitatis investigabo [67]. » Quibus deinde subjungit : « Est enim hæc spiritus intelligens, sanctus, unigenitus, multiplex, subtilis, mobilis, disertus, incoinquinatus, omnipotens, omnia spectans, ac per omnes pervadens spiritus intelligentes, puros, subtilissimos. Omnibus enim mobilibus mobilior est Sapientia : permeat autem ac pervadit omnia, propter suam munditiam. Vapor enim est Dei virtutis, et emanatio gloriæ omnipotentis sincera. Et ideo nihil inquinatum in eam incurrit. Candor enim est lucis æternæ, et speculum sine macula Dei efficacitatis et imago bonitatis ejus [68]. Attingit autem a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter [69]. » Jam divinum hocce Verbum, a Patre hominum in salutem missum, variis omnino modis Scriptura divina repræsentat. Et Abrahamo quidem atque Moysi, cæterisque prophetis Deo charissimis, non sese modo videndum exhibuisse, verum etiam et docuisse multa, et futura prænuntiasse testatur, quoties Deum ac Dominum aut apparuisse prophetis, aut cum iis collocutum esse commemorat. Idem vero, sic tanquam laborantium servatorem, et medicum animorum a majore altero missum [1], hominum omnium in cognitionem venisse, ita prædicat. « Misit Verbum suum, et sanavit eos, et eripuit eos de interitionibus eorum. [70] » Itemque alibi : « Velociter currit verbum ejus [71]. » Quo factum est, ut evangelica quoque doctrina propheticam illam instaurans, patriamque sententiam, idem theologiæ genus hunc in modum illustrarit : « In principio erat Verbum, et Verbum erat apud **322** Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum : omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat, et vita erat lux hominum [72]. » Itaque sane jure Moyses ille sapientissimus, eodem afflatus spiritu cum esset, ipso statim ejus quam describit mundi molitionis initio, Deum asseverat in eodem illo principio cœlum terramque fecisse : quo cum etiam, veluti cum suo ipsius ac primogenito Verbo de hominis procreatione colloquentem Deum inducit, his verbis, « Dixitque Deus : Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram [73]. » Quod ipsum adumbravit Psalmista, ubi de primo principio loquens, « Ipse dixit, inquit, et facta sunt : ipse mandavit, et creata sunt [74]. » Quo profecto loquendi genere, edictum illud mandatumque significat, quo primum principium cum secundo, veluti

A κουμένην συντελέσας. » Ταῦτα Σολομὼν ἐν Παροιμίαις. Καὶ ταῦτα δέ πη ἐξ αὐτοῦ λέγεται τοῦ προσώπου· « Τί δέ ἐστιν σοφία, καὶ πῶς ἐγένετο, ἀπαγγελῶ, καὶ οὐκ ἀποκρύψω ὑμῖν μυστήρια, ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς γενέσεως ἐξιχνιάσω· » οἷς ἑξῆς ἐπιλέγει· « Ἔστι γὰρ αὕτη πνεῦμα νοερὸν, ἅγιον, μονογενὲς, πολυμερὲς, λεπτὸν, εὐκίνητον, τρανὸν, ἀμόλυντον, παντοδύναμον, παντεπίσκοπον, καὶ διὰ πάντων χωροῦν πνευμάτων, νοερῶν, καθαρῶν, λεπτοτάτων. Πάσης γὰρ κινήσεως κινητικωτέρα σοφία· διήκει δὲ καὶ χωρεῖ διὰ πάντων διὰ τὴν καθαρότητα. Ἀτμὶς γάρ ἐστι τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως, καὶ ἀπόῤῥοια τῆς τοῦ παντοκράτορος δόξης εἰλικρινής. Διὸ οὐδὲν μεμολυσμένον εἰς αὐτὴν παρεμπίπτει. Ἀπαύγασμα γάρ ἐστι φωτὸς ἀϊδίου καὶ ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον τῆς τοῦ B Θεοῦ ἐνεργείας, καὶ εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ. Διατείνει δὲ ἀπὸ πέρατος ἐπὶ πέρας εὐρώστως, καὶ διακεῖ τὰ πάντα χρηστῶς. » Καὶ δὴ τόνδε τὸν ἔνθεον Λόγον διαφόρως ἡ θεία Γραφὴ πρὸς τοῦ Πατρὸς εἰς τῇ τῶν ἀνθρώπων σωτηρίᾳ πεπεμμένον εἰσάγει. Αὐτὸν δ' οὖν καὶ τῷ Ἀβραὰμ, Μωϋσῇ τε καὶ τοῖς ἄλλοις θεοφιλέσι προφήταις φῆναι ἑαυτὸν, καὶ χρησμοῖς τὰ πολλὰ παιδεῦσαί τε καὶ θεσπίσαι τὰ μέλλοντα ἱστορεῖ, ὁπηνίκα Θεὸν καὶ Κύριον ὤφθαί τε καὶ εἰς λόγους τῶν προφητῶν ἐλθεῖν μνημονεύει. Τοῦτον καὶ πᾶσιν εἰς γνῶσιν ἐλθεῖν ἀνθρώποις, οἷα νοσούντων σωτῆρα, καὶ ψυχῶν ἰατρὸν πρὸς τοῦ μείζονος ἀπεσταλμένον, ὧδέ πη θεσπίζει· « Ἀπέστειλε τὸν Λόγον αὐτοῦ, καὶ ἰάσατο αὐτοὺς, καὶ ἐῤῥύσατο αὐτοὺς ἐκ τῶν διαφθορῶν αὐτῶν. » Καὶ πάλιν ἄλλοτέ φησιν C « Ἕως τάχους δραμεῖται ὁ Λόγος αὐτοῦ. » Ἔνθεν καὶ ἡ εὐαγγελικὴ διδασκαλία, τὸ προφητικὸν καὶ πάτριον ἀνανεουμένη δόγμα, ταύτῃ πη διασαφεῖ τὴν θεολογίαν· « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. Οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲν, ὃ γέγονεν. Ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων. » Εἰκότως δῆτα τῷ αὐτῷ πνεύματι καὶ Μωϋσῆς ὁ πάνσοφος, ἀρχόμενος τῆς κατ' αὐτὸν κοσμογονίας, ἐν τῇ προαποδοθείσῃ ἀρχῇ πεποιηκέναι τὸν Θεὸν τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν φησιν· αὐτῷ τε εἰσάγει, ὡς ἂν οἰκείῳ καὶ πρωτογόνῳ αὐτοῦ Λόγῳ, κοινολογούμενον ἐπὶ τῇς τοῦ ἀνθρώπου δημιουργίας τὸν Θεὸν, ἐν οἷς γράφει· D « Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. » Τοῦτο δὲ καὶ ὁ Ψαλμῳδὸς ᾐνίττετο, ὁπηνίκα περὶ τοῦ πρώτου αἰτίου διεξιὼν, « Αὐτὸς, φησὶν, εἶπε, καὶ ἐγεννήθησαν· αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν, » ἀντικρυς τὴν τοῦ πρώτου πρὸς τὸ δεύτερον αἴτιον, ὡς ἂν Πατρὸς πρὸς Υἱὸν, διάταξίν τε καὶ παρακέλευσιν ὑφιστάμενος. Παντὶ γὰρ δήπουθεν δῆλον, ὡς πᾶς ὁ λέγων τι ἑτέρῳ λέγει, καὶ ὁ ἐντελλόμενος ἑτέρῳ παρ' ἑαυτὸν ἐντέλλεται. Διαῤῥήδην δ' αὖ ὁ Μωϋσῆς, ἄμφω δυοῖν μνημονεύων Κυρίων, Πατρὸς δηλαδὴ καὶ Υἱοῦ, ὧδέ πη ἐπὶ τῆς κατὰ τῶν ἀσεβῶν τιμωρίας ἱστορεῖ, λέγων· « Καὶ

[66] Prov. VIII, 22-30. [67] Sap. VI, 24. [68] Sap. VII, 22-26. [69] Sap. VIII, 1. [70] Psal. CVI, 20. [71] Psal. CXLVII, 4. [72] Joan. I, 1. [73] Gen. I, 26. [74] Psal. XXXII, 9.

[1] Locus hic caute legendus.

Digitized by Google

ἔβρεξε Κύριος παρὰ Κυρίου ἐπὶ Σόδομα καὶ Γόμορρα θεῖον καὶ πῦρ. » Οἷς συμφώνως καὶ ὁ Δαβὶδ ψάλλων ἔφησεν· « Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. » Καὶ προϊών, τὴν κρύφιον καὶ τοῖς πᾶσιν ἀπόῤῥητον αὐτοῦ γενεσιουργίαν ἠνίξατο, φάσκων· « Ἐκ γαστρὸς πρὸ Ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. » Ἵνα δὲ μὴ σοφίζεσθαί μὲ ταῦτα νομίσῃς, ἑρμηνέα σοὶ τῆς ἐν τῇ Γραφῇ διανοίας Ἑβραῖον ἄνδρα παραστήσω, τὰ οἰκεῖα πατρόθεν ἀκριβοῦντα, καὶ παρὰ διδασκάλων τὸ δόγμα μεμαθηκότα, εἰ δή σοι τοιοῦτος ὁ Φίλων. Ἐπάκουσον οὖν καὶ τοῦδε, ὅπως τὰς θείας ἑρμηνεύει φωνάς.

A Pater cum Filio agere voluerit. Nemo enim omnium est, qui non intelligat, quisquis aliquid loquatur, eum cum altero loqui: quisquis item quid præcipiat, id ipsum alteri ab sese distincto præcipere. At perspicue omnino, duorum nominatim Dominorum, Patris, inquam, et Filii, Moyses idem alibi meminit, cum impiorum supplicium commemorans, « Pluit, inquit, Dominus a Domino super Sodomam et Gomorrham, sulphur et ignem[75]. » Quibus consentanea David accinens: « Dixit Dominus, inquit[76], Domino meo, Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. » Tum progressus ulterius, et reconditam illam ac nullis rationem subindicans[77], « Ex utero, inquit, ante Luciferum genui te. » Verum, ne argutari me putes, Hebræum tibi hominem producam, harum litterarum sensa resignantem, qui cum res suæ gentis a majoribus acceptas accurate ac diligenter expendit, tum hujusce dogmatis rationem ex doctoribus ipsis intellexit, si tamen ita de Philone persuasum habes. Audi ergo, quemadmodum ipse similia divinæ Scripturæ loca accipiat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Φίλωνος περὶ τοῦ δευτέρου αἰτίου.

« Διὰ τί (75) ὡς περὶ ἑτέρου Θεοῦ φησι τὸ, Ἐν εἰκόνι Θεοῦ ἐποίησα τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' οὐχὶ τῇ ἑαυτοῦ; Παγκάλως καὶ σοφῶς τουτὶ κεχρησμῴδηται. Θνητὸν γὰρ οὐδὲν ἀπεικονισθῆναι πρὸς τὸν ἀνωτάτω καὶ Πατέρα τῶν ὅλων ἐδύνατο, ἀλλὰ πρὸς τὸν δεύτερον Θεὸν (76), ὃς ἐστιν ἐκείνου Λόγος. Ἔδει γὰρ τὸν λογικὸν ἐν ἀνθρώπου ψυχῇ τύπον ὑπὸ θείου Λόγου χαραχθῆναι, ἐπειδὴ ὁ πρὸ τοῦ Λόγου Θεὸς κρείσσων ἐστὶν ἡ πᾶσα λογικὴ φύσις· τῷ δὲ ὑπὲρ τὸν Λόγον ἐν τῇ βελτίστῃ καί τινι ἐξαιρέτῳ καθεστῶτι ἰδέᾳ οὐδὲν θέμις ἦν γεννητὸν ἐξομοιοῦσθαι. » Ταῦτα ἐκ τοῦ πρώτου μοι κεῖσθω τῶν Φίλωνος *Ζητημάτων καὶ Λύσεων*. Ὁ δ' αὐτὸς ἐν τῷ *Περὶ γεωργίας* προτέρῳ (77) καὶ Υἱὸν Θεοῦ τὸν πρωτόγονον αὐτοῦ Λόγον τοῦτον ὀνομάζει τὸν τρόπον· « Ταῦτα δὴ πάντα ὁ ποιμὴν καὶ βασιλεὺς Θεὸς ἄγει κατὰ δίκην, νόμον προστησάμενος τὸν ὀρθὸν αὐτοῦ Λόγον, καὶ πρωτόγονον Υἱόν, ὃς τὴν ἐπιμέλειαν τῆς ἱερᾶς ταύτης ἀγέλης οἷά τις μεγάλου βασιλέως ὕπαρχος διαδέξεται. » Καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ (77) δὲ πάλιν ὁ αὐτὸς τάδε γράφει πρὸς λέξιν· « Τὰς δυστροπίας (78) οὖν εἴ τις ἀποδιδράσκειν βούλεται τὰς ἐν τοῖς διαπορηθεῖσι, λεγέτω μετὰ παρ-

B

CAPUT XIII.

Philonis de secundo principio sententia.

« Cur, inquit, perinde ac si de alio Deo loqueretur, ad imaginem Dei factum ab sese hominem esse ait, non autem ad suam? Id vero præclare omnino atque **323** sapienter divino celebratur oraculo. Prorsus enim mortale nihil erat, quod summi illius ac rerum universarum Parentis imagine consignari posset; erat tamen quod secundi Dei, hoc est ejusdem Verbi, posset. Oportebat enim, hominis animo characterem illum rationis a divina Ratione informari, cum et Deus ille Verbo seu Ratione prior, naturam omnem ratione præditam infinito superet intervallo: nec fas omnino quidquam esset, quod ortum habuisset, ad Numinis illius et Verbo superioris, et in optimæ planeque singularis naturæ gradu constituti similitudinem aspirare. » Hæc breviter ex primo Philonis *Quæstionum solutionumque* libro. Jam idem, priore *De agricultura*, Dei Verbum ejus quoque primogenitum Filium nominat, his verbis: « Hæc, inquit, omnia pastor ille rexque Deus summa cum æquitate moderatur, quod iis suum ipsius Verbum, quo rectius nihil est, ac primogenitum Filium præfecerit, qui sacri

C

D

[75] Gen. XIX, 14. [76] Psal. CIX, 1. [77] ibid. 4.

(75) Διὰ τί. Hæc Eusebius pag. seq. sumpta esse ait ex l. I *Quæstionum et Solutionum*. S. Hieronym. V libros numerat *Quæst. et Solut. in Exodum*, qui non exstant. Euseb. autem *Histor.* II ante horum quinque librorum mentionem, *Quæstionum et Solutionum* meminit, quas in *Genesin* et *Exodum* scripserat. Τοῦτο δέ, inquit, κατὰ μέρος διαστολὰς κεφαλαίων, τῶν ἐν ταῖς Γραφαῖς ζητουμένων, ἐπιστάσεις τε καὶ διαλύσεις πεποιημένος· ἐν οἷς καὶ αὐτοῖς, καταλλήλως τῶν ἐν γενέσει, καὶ τῶν ἐν ἐξαγωγῇ ζητημάτων καὶ λύσεων, τέθειται τὴν ἐπιγραφήν.

(76) Δεύτερον Θεόν. Hic vere Philo πλατωνίζει, ut ex ipsis philosophi verbis inferius patebit.

(77) Τῷ δευτέρῳ. Ergo tunc duo isti Philonis libri *Περὶ Γεωργίας* inscripti erant; nunc tamen posterior *Περὶ φυτουργίας* inscribitur: idque satis ex Philonis mente, qui librum hunc sic orditur: Ἐν μὲν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ, τὰ περὶ γεωργικῆς τέχνης γενικῶς, ὅσα καιρὸς ἦν εἰπομεν· ἐν δὲ τούτῳ περὶ τῆς κατ' εἶδος ἀμπελουργικῆς, ὡς ἂν οἷόν τε ᾖ, ἀποδώσομεν.

(78) Τὰς δυστροπίας. Exstat hic locus p. 168 B Philonis excusi Græco-Lat., paulo post initium, ubi pro δυστροπίας legitur, ut in manusc., δυσσωπίας. Quæ si vera lectio est, τὰς ἐν τοῖς διαπορηθεῖσι δυσσωπίας, *pudendas difficultates* appellat, quæ hujusmodi quæstiones consequuntur. Itaque nostra in versione, pro *dubitationem*, legendum est, *has dubitationes*. Δυστροπία morum potius quam loci alicujus asperitatem sonat. Fortassis tamen, difficiliores etiam angustias significare possit, in quibus ægre convertere te aut commovere possis. Præcipua quæstio ibi a Philone proposita, hæc est, τίς ἐστι κόσμῳ βίωσις, ἐφ' ἧς ὥσπερ ἀνδριὰς ἐρήρεισται. Quam quæstionem ab iis sine pudore ac probro tractari posse negat, qui basim illam ὑλώδές τι καὶ σωματῶδες esse arbitrentur.

Digitized by Google

hujus gregis curam, non secus ac summi imperatoris legatus susciperet.» In posteriore vero, sic ad verbum: «Quisquis, inquit, eo se liberum pudore volet, qui dubitationem vulgo consequitur, is libere palamque pronuntiet, nihil eorum quæ in materiam immersa sint, ad sustinendam orbis molem satis habere virium; at sempiternum illud æterni Dei Verbum, longe potentissimum ac firmissimum esse columen universi. Hoc enim illud est, cujus arbitrio dum a mediis ad extrema, simulque a summis ad media pertinet, constitutus ac perpetuus naturæ cursus peragitur. Partes enim omnes inter sese consociat atque constringit, quod illud Pater, a quo genitum est, firmissimum quoddam totius universi vinculum esse voluerit. Mirum ergo nihil est, si neque terrarum moles, aquarum tanta vi, sinus earum interiores permeante, nunquam dissolvetur, nec ab aere exstinguetur ignis, nec aer contra igne conflagrabit, cum divinum illud Verbum, quod sese multa inter elementa, quasi vocale quoddam medium constituit; ut tanquam in musica suis instructa digestaque notis, aptus et suavis totius universi concentus exsisteret, contrariorum minas amica quadam conjunctione leniendas moderandasque susceperit.» Hæc Philo. Aristobulus quoque, alius item eruditus Hebræorum scriptor, qui Ptolemæorum imperio floruit, eamdem sententiam genti defendit vindicatque suæ, Ptolemæo ipsi divinarum interpretationem litterarum inscribens, ubi hæc inter cætera.

A ρησίας, ὅτι οὐδὲν τῶν ἐνύλων κραταιὸν οὕτως, ὡς τὸν κόσμον ἀχθοφορεῖν ἰσχύσαι. Λόγος δ' (79) ὁ ἀΐδιος Θεοῦ τοῦ αἰωνίου τὸ ὀχυρώτατον καὶ βεβαιότατον ἔρεισμα τῶν ὅλων ἐστίν. Οὗτος ἀπὸ τῶν μέσων ἐπὶ τὰ πέρατα, καὶ ἀπὸ τῶν ἄκρων ἐπὶ τὰ μέσα ταθείς, διολιχεύει τὸν φύσεως ἀήττητον δρόμον, συνάγων τὰ μέρη πάντα καὶ συσφίγγων. Δεσμὸν γὰρ αὐτὸν ἄῤῥητον (80) τοῦ παντὸς ὁ γεννήσας ἐποίει Πατήρ. Εἰκότως οὖν οὐδὲ γῆ πᾶσα διαλυθήσεται πρὸς πανὸς ὕδατος, ὅπερ αὐτῆς οἱ κόλποι κεχωρήκασιν, οὐδ' ὑπὸ ἀέρος σβεσθήσεται πῦρ, οὐδ' ἔμπαλιν ὑπὸ πυρὸς ἀὴρ ἀναφλεχθήσεται, τοῦ θείου Λόγου μεθόριον τάττοντος αὐτὸν φωνῆεν (81) στοιχείων ἀφώνων· ἵνα τὸ εἶδος ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἐγγράμμου μουσικῆς (82) συνηχῇ τε, τὰς τῶν ἐναντίων ἀπειλὰς πειθοῖ τῇ συνόδῳ μεσιτεύοντός τε καὶ διαιτῶντος.» Ταῦτα ὁ Φίλων. Καὶ Ἀριστόβουλος δὲ, ἄλλος Ἑβραίων σοφὸς ἀνὴρ, κατὰ τὴν τῶν Πτολεμαίων ἀκμάσας ἡγεμονίαν, κυροῖ τὸ δόγμα ὡς πάτριον, αὐτῷ Πτολεμαίῳ τὴν τῶν ἱερῶν νόμων προσφωνῶν ἑρμηνείαν, ἐν ᾗ τάδε φησί.

B

C

324 CAPUT XIV.

Aristobuli verba in eamdem sententiam.

«Quanquam, inquit, in Sapientiam transferri hoc quoque possit, cum ex ea lux universa prodierit. Itaque ex Peripateticorum schola nonnulli, facis eam instar esse voluerunt, quod qui ejus ductum constanter secuti erunt, ii toto vitæ suæ tempore ab omni perturbatione vacui sint futuri. Verum id clarius simul ac melius Salomon e majoribus nostris unus expressit, cum eam cœli terræque molitione priorem esse diceret; quod ipsum tamen cum illo Peripateticorum dicto convenit.» Atque hunc in modum ipsi quoque Hebræi de Verbo divino philosophati sunt. Quis autem non agnoscat, hoc loquendi genus divinam majestatem in primis decere, quo intelligenti ac sapientissimo illius Numini; vel, ut melius dicam, ipsimet ejus Sapientiæ atque Rationi potius, quam inanimis quibusdam et ratione carentibus elementis, universi principium molitioque tribuatur? At de rerum principio ex Hebræorum sensu doctrinaque satis. Jam quid ipsi præterea de creaturarum ratione præditarum, secundum prima illa mundi nascentis initia, productione senserint deinceps videamus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

Ἀριστοβούλου περὶ τοῦ αὐτοῦ.

«Μεταφέροιτο δ' ἂν τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῆς σοφίας· τὸ γὰρ πᾶν φῶς ἐστιν ἐξ αὐτῆς. Διὸ καί τινες εἰρῆκασι τῶν ἐκ τῆς αἱρέσεως ὄντες ἐκ τοῦ Περιπάτου, λαμπτῆρος αὐτὴν ἔχειν τάξιν, ἀκολουθοῦντες γὰρ αὐτὴν [a] συνεχῶς, ἀτάραχοι καταστήσονται δι' ὅλου τοῦ βίου. Σαφέστερον δὲ καὶ κάλλιον τῶν ἡμετέρων προγόνων τις εἶπε Σολομών, πρὸ οὐρανοῦ καὶ γῆς αὐτὴν ὑπάρχειν· τὸ δὲ σύμφωνόν ἐστι τῷ προειρημένῳ.» Ταῦτα μὲν οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα περὶ τοῦδε καὶ παλαιοὶ Ἑβραίων πεφιλοσοφήκασιν. Ἆρ' οὖν οὐχ οὕτος λόγων εἴη ἂν ὁ θεοπρεπέστατος, δυνάμει Θεοῦ λογικῇ καὶ πανσόφῳ, μᾶλλον δὲ αὐτῇ σοφίᾳ καὶ αὐτῷ Θεοῦ Λόγῳ τὴν ἀρχὴν ἀνατιθεὶς τῆς τοῦ παντὸς συστάσεως, ἢ τοῖς ἀψύχοις καὶ ἀλόγοις στοιχείοις; Ἀλλὰ γὰρ ταῦτα παρ' Ἑβραίοις καὶ τὰ περὶ τῆς τῶν ὅλων ἀρχῆς. Σκεψώμεθα δὲ καὶ ἃ περὶ τῆς τῶν λογικῶν συστάσεως, τῶν μετὰ τὴν πρώτην ἀρχὴν, ἐκδιδάσκουσι.

CAPUT XV.

De creaturarum ratione præditarum productione.

Ergo post illam, cujus nec principium nec ortus ullus est, Dei præpotentis essentiam, principium

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Περὶ τῆς τῶν λογικῶν συστάσεως.

Μετὰ τὴν ἄναρχον καὶ ἀγέννητον τοῦ Θεοῦ παμβασιλέως οὐσίαν, τὴν οὐκ ἄλλοθεν ἢ ἐκ τοῦ Πατρὸς γε-

[a] αὐτῇ.

(79) *Λόγος δέ.* Excus. leg. νόμος δέ. Dubium esse non potest quin Eusebius noster *Λόγος* potius quam *νόμος* legerit, cum hoc de Verbo divino testimonium proferat. Et sane, cum paulo post Deum ejus Patrem appellet, commodius id de Verbo quam de lege accipias. Imo quod addit, esse quasi μεθόριόν τι φωνῆεν στοιχείων ἀφώνων, multo melius in Verbum, quod vocale quid sonat, quam in legem, κωφότερόν τι χρῆμα, conveniat.

(80) *Ἄῤῥητον.* Philo, ἄῤῥηκτον, longe melius.

(81) *Φωνῆεν.* Philo, καθάπερ φωνήεντα, quod significantius videtur.

(82) *Ἐγγράμμου μουσικῆς.* Hinc excusum corrigas licet, ubi perperam legitur ἐγγραμμάτου μούσης.

Digitized by Google

ἐννημένην ἀρχὴν, πρωτότοκόν τε οὖσαν καὶ συνερ- A illud statuunt, quod non aliunde quam ex ipso
γὸν τῆς τοῦ Πατρὸς βουλῆς, πρὸς αὐτόν τε ἀπεικο- Patre genitum, adeoque primogenitum sit, quod-
ισμένην διδάσκουσι. Ταύτην δὲ τῶν μετὰ ταῦτα γε- que paterni consilii ac voluntatis adjutor, integram
ητῶν ἁπάντων πρωτεύειν, παρ' ὃ καὶ εἰκόνα Θεοῦ atque perfectam ipsius imaginem referat. Hoc
ιὐτὴν, καὶ Θεοῦ δύναμιν, καὶ Θεοῦ σοφίαν, καὶ Θεοῦ porro longe multumque rebus quæ satæ postea
λόγον, ναὶ μὴν καὶ ἀρχιστράτηγον δυνάμεως Κυρίου, sunt, omnibus antecellere : quamobrem illud modo
μεγάλης τε βουλῆς ἄγγελον ἀποκαλεῖν εἰώθασι. Τὰς Dei imaginem, modo Dei potentiam, modo Dei sa-
δὲ μετὰ τήνδε τὴν ἀρχὴν νοερὰς καὶ λογικὰς δυνά- pientiam, modo Dei Verbum, imo et summum Do-
μεις οὐ λεκτὰς εἶναι ἀνθρώπου φύσει, τοῦ τε πλήθους mini exercitus imperatorem, et magni consilii
ἕνεκα τῆς τε κατ' εἶδος διαφορᾶς, πλὴν ὅσον ἐπιβάλ- angelum appellare solent. Jam, quæ principium
λειν δυνατὸν τοῖς παραδείγμασιν ἐκ τῆς τῶν ὁρωμέ- illud consequantur spiritales intelligentesque na-
νων ἀναλογίας, ἡλίου, καὶ σελήνης, καὶ ἄστρων, καὶ turas, vel ob earum multitudinem, vel ob formæ
cunditate sobolis admirabili pullularit.» Tum paucis interjectis, « Ac virum quidem, inquit ille, profectionis simul itinerisque ducem habuere, nihil admodum, si ita vis, hominum vulgo excellentiorem. Nam eum præstigiarum quoque, ac veteratoriæ orationis insimulabant. Demus id vero, sed præstigias accipe, **356** versutiamque laudabilem, qua populum universum, siti, fame, viarum ignoratione, ac rerum omnium penuria laborantem, perinde ut in summa cunctorum bonorum abundantia et suppeditato ab interjectis nationibus commeatu, salvum et incolumem præstitit; verum etiam illum ut a mutuis animorum dissidiis liberum habuit, ita sibi rebus in omnibus obsequentem. Atque id non ad breve aliquod exiguumque tempus, sed tandiu certe quidem, quandiu in simili voluntatum concordia, ut affatim cuncta suppeterent, manere ac persistere ne familia quidem una potuisset. Ita neque sitis, neque fames, non lues corporum, non imminentium periculorum metus, non casuum ignoratio futurorum, adversus præstigiatorem illum, tantam populi multitudinem, et illius fraudibus dolisque circumventam, et passim aliquando pereuntem concitavit. Qualem obsecro te, hominis hujus tantam sive artem, sive orationis vim, sive sapientiam fuisse dicemus, quæ tot ac tam varias discriminum monstrorumque formas præsensque omnibus exitium sæpe minitantes una superaret? Oportuit videlicet, aut eorum, quibus imperabat, ingenia, non jam imperita rerum esse, ductuque difficilia; sed cum ad obtemperandum ex sese prompta, tum vero ne futuri quidem improvida, aut, licet insigni morum improbitate forent, Deum tamen hoc ipsis naturæ vitium asperitatemque lenire, et præsentis simul futurique rationes providentiæ suæ consilio mouerari. Utrum autem dederis, id profecto erit ejusmodi, quod ad præcipuam quamdam universorum laudem atque dignitatem pertinere videatur. Et profectionis quidem hæc ratio fuit. Jam ubi terram illam attigissent, quemadmodum suarum ibi rerum domicilia collocarint, eamque regionem tenuerint, sacræ quidem eorum litteræ loquuntur: malo tamen hoc loco, non tam rei gestæ historiam, quam ratiocinando, quod verisimile fuerit, persequi. Utrum enim eos mavis, hominum adhuc valentes numero, tametsi perpetuis fractos debilitatosque laboribus, auctis tamen confirmatisque viribus, ea loca postmodum armis occupasse, Syrosque simul ac Phœnices suis in penatibus focisque patriis dimicantes subegisse? An imbelles potius et ignavi cum essent, adeoque paucissimi, et a rebus omnibus bello gerendo necessariis imparati, aliis tamen et aliquem erga se venerationis sensum injecisse, et a volentibus ultroque cedentibus regionem accepisse: tum eosdem paulo post ædificasse templum, ac cætera quæ ad pietatem religionemque spectarent, constituisse? **357** Nam id quidem argumento est, quam

A ρος· οὕτω καὶ ἐλοιδόρουν γόητα καὶ κέρκοπα λόγων. Καλῆς μέντοι γοητείας καὶ πανουργίας, ἐξ ἧς τὸν πολὺν ἅπαντα ἐν ἀνδρίᾳ καὶ λιμῷ, καὶ τῶν θεῶν ἀγνοίᾳ, καὶ ἀπορίᾳ τῶν συμπάντων, οὐ μόνον εἰς τὸ παντελὲς διεσώσατο, καὶ ὥσπερ ἐν εὐθηνίᾳ πάσῃ, καὶ παραπομπῇ τῶν μεταξὺ κειμένων ἐθνῶν, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀλλήλους ἀστασιάστους αὐτοὺς, καὶ πρὸς ἑαυτὸν μάλιστα εὐπειθεῖς (55) διεφύλαξε. Καὶ ταῦτα οὐκ ὀλίγον δήπου χρόνον, ἀλλ' ὅσον οὐδ' οἰκίαν ἐν ὁμοφροσύνῃ συμμεῖναι μετὰ πάσης εὐθηνίας εἰκὸς ἐστιν. Καὶ οὐ δίψος, οὐ λιμὸς, οὐ φθορὰ σωμάτων, οὐχὶ φόβος περὶ τῶν μελλόντων, οὐκ ἄγνοια τῶν συμβησομένων, ἐπὶ τὸν γόητα ἐκεῖνον ἐπῆρε τοὺς ἐξαπατωμένους καὶ περιφθειρομένους λαούς. Καίτοι τί βούλει, φῶμεν ἐκεῖνῳ τινὰ εἶναι τοσαύτην τέχνην, ἢ B δεινότητα λόγων, ἢ σύνεσιν, ὡς τῶν τοσούτων καὶ τοιούτων ἀτόπων, καὶ πρὸς ἅπαντας ἀγόντων ἐπικρατεῖν; Ἡ γὰρ τὰς φύσεις τῶν ὑπ' αὐτὸν ἀνθρώπων οὐκ ἀμαθῶς οὐδὲ δυσκόλως, ἀλλ' εὐπειθῶς καὶ τοῦ μέλλοντος οὐκ ἀπρονοήτως ἔχειν· ἢ τούτους μὲν ὡς μάλιστα κακοὺς εἶναι, τὸν δὲ Θεὸν τὰς δυσκολίας αὐτῶν πραΰνειν, καὶ τοῦ παρόντος, καὶ τοῦ μέλλοντος ὥσπερ ἐπιστατεῖν. Ὅπερ γάρ σοι μάλιστα ἂν ἐκ τούτων ἀληθὲς εἶναι δόξῃ, πρὸς ἔπαινόν τε καὶ τιμῆς καὶ ζήλου περὶ αὐτῶν συμπάντων ἰσχύειν φαίνεται. Καὶ τὰ μὲν τῆς ἐξόδου δὴ ταῦτα. Ἐπειδὴ δὲ εἰς τὴν γῆν ταύτην ἦλθον, ὅπως μέν ποτε ἄρα ἱδρύθησαν, καὶ τὴν χώραν ἔσχον, ἐν ταῖς ἱεραῖς ἀναγραφαῖς δηλοῦσιν· οὐ μὴν ἔγωγε δικαιῶ μᾶλλον καθ' ἱστορίαν, C ἢ κατά τινα λογισμὸν περὶ αὐτῶν τὰ εἰκότα ἐπεξελθεῖν. Πότερον γάρ ποτε βούλει, τῷ πλήθει τῶν σωμάτων ἔτι περιόντας, καίπερ εἰς τέλος κεκακωμένους, ὅμως δὲ διισχύοντας, καὶ τὰ ὅπλα ἐν χερσὶν ἔχοντας, εἶτα κατὰ κράτος ἐλεῖν τὴν χώραν, Σύρους τε ὁμοῦ καὶ Φοίνικας ἐν αὐτῇ τῇ ἐκείνων γῇ μαχομένους νικῶντας· ἢ τοὺς μὲν, ἀπολέμους καὶ ἀνάνδρους εἶναι, καὶ παντελῶς ὀλίγους ὑποθώμεθα, καὶ τῶν εἰς πόλεμον παρασκευῶν ἀπόρους, αἰδέσεως δὲ τυχεῖν παρὰ τούτοις, καὶ τὴν γῆν λαβεῖν παρ' ἐκόντων; ἔπειτα δ' εὐθὺς οὐκ εἰς μακρὸν τόν τε νεὼν ἀνοικοδομῆσαι, καὶ τἆλλα εἰς εὐσέβειαν καὶ ἁγιστείαν καταστήσασθαι; Δηλοῖ γὰρ, ὡς ἔοικε, ταῦτα, καὶ θεοφιλεστάτους αὐτοὺς ἀνωμολογῆσθαι καὶ παρὰ τοῖς ἐχθροῖς· ἐχθροὶ γὰρ ἦσαν ἐξ ἀνάγκης, ὧν ἐπὶ τὴν D γῆν ἐξαίφνης ἦλθον ὡς ἀφαιρησόμενοι. Παρὰ τούτους δ' οὖν αἰδέσεως καὶ τιμῆς τυγχάνοντες, πῶς οὐχ ὑπερβάλλειν εὐτυχίᾳ τοὺς ἀκλους φαίνονται; Τίνα δὲ τὰ δεύτερα ἐφεξῆς, ἢ τὰ τρίτα πρὸς τούτοις λέγωμεν; Πότερον τὸ τῆς εὐνομίας καὶ εὐπειθείας αὐτῶν, ἢ τῆς ὁσιότητος καὶ δικαιοσύνης καὶ εὐσεβείας; Ἀλλὰ τὸν μὲν ἄνδρα ἐκεῖνον, ὅστις ποτὲ ἦν, ὁ τοὺς νόμους αὐτοῖς θεὶς, οὕτω σφόδρα ἐθαύμασαν, ὡς ὅ τι δήποτε ἔδοξεν ἐκείνῳ, καὶ αὐτοῖς. Εἴτε οὖν λελογισμένος αὐτὸς, εἴτε ἀκούων παρὰ δαίμονος ἔφρασε, τοῦτο ἅπαν εἰς τὸν Θεὸν ἀνάγειν, καὶ πλειόνων ἐτῶν διεληλυθότων, a τὸ μὲν ἀκριβὲς, οὐκ ἔχω λέγειν ὁπόσα,

a γρ., ἡ τό.

(55) *Εὐπειθεῖς.* Ita correximus, cum ante legeretur ευπειθεῖν, cujus lectionis in alt. manuscr. non obscurum adhuc vestigium supererat.

Digitized by Google

πλέω δ' οὖν ἢ δισχίλια ἔτη, μὴ[a] ῥῆμά γε αὐτοὺς[b] μόνον τῶν ὑπ' αὐτοῦ γεγραμμένων κινῆσαι, ἀλλὰ κἂν μυριάκις αὐτοὺς ἀποθανεῖν ὑπομεῖναι θᾶττον, ἢ τοῖς ἐκείνου νόμοις καὶ ἔθεσιν ἐναντία πεισθῆναι.» Ταῦτ' εἰπὼν, ἐπιτέμνεται τὴν ἐκ τῶν Μωσέως νόμων καταβεβλημένην τῷ Ἰουδαίων ἔθνει πολιτείαν, γράφων οὕτως.

A certam vel apud hostes divini erga se amoris opinionem excitassent: hostes enim eos necessitas ipsa faciebat, quorum ipsi patriam invadere molirentur. Ab illis ergo si observantiæ tantum et honoris auferre potuerunt, quis non eosdem felicitate reliquis omnibus præstitisse fateatur? Jam quid secundum postea, quid tertium commemorem? An integritatem instituti obedientiæque constantiam? An vero sanctimoniæ decus, et illibatum æquitatis religionisque florem? Quippe virum illum, quisquis demum is fuerit, usque adeo suspexere, ut quidquid ipsi visum est, probarint universi; atque ita, sive hanc reip. formam suo ipse sensu arbitrioque descripserit, sive divinitus illam acceperit, eam certe non alteri, quam Deo acceptam tulerint, totque annorum spatio (certum equidem numerum definire non possum, sed tamen amplius bis mille) ne vocem quidem unam, in iis quæ scripta reliquit, immutarint: milliesque potius emori, quam legibus aliis vivere moribusque malint.» Hæc ille. Quibus summa legum earum capita subjungit, quibus suam Judæis rempublicam Moyses informarat: his verbis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Τοῦ αὐτοῦ, περὶ τῆς κατὰ Μωσέα θεοσεβοῦς πολιτείας.

CAPUT VII.

De religiosa Mosaicæ reipublicæ forma. Ex eoaem.

B

«Ἆρα τί τούτων ἢ τούτοις προσόμοιον παρ' ἐκείνοις ἐστὶ, πρᾷον εἶναι δοκεῖ[c] καὶ τιθασσὸν, καὶ δικῶν ἐπαγωγὰς, καὶ σκήψεις, καὶ ἀναβολὰς, καὶ τιμήσεις, καὶ πάλιν ὑποτιμήσεις ἔχον (56); Οὐδὲν, ἀλλὰ πάντα ἁπλᾶ καὶ δῆλα. Ἐὰν παιδεραστῇς, ἐὰν μοιχεύῃς, ἐὰν βιάσῃ παῖδα (ἄῤῥενα μὲν μηδὲ λέγε), ἀλλὰ κἂν θήλειαν· ὁμοίως ἐὰν σαυτὸν καταπορνεύῃς, ἐὰν καὶ παρ' ἡλικίαν αἰσχρόν τι πάθῃς, ἢ δοκῇς, ἢ μέλλῃς, θάνατος ἡ ζημία. Ἐὰν εἰς δοῦλον σῶμα, ἐὰν εἰς ἐλεύθερον ὑβρίζῃς, ἐὰν δεσμοῖς συνέχῃς, ἐὰν ἁπάγων πωλῇς, ἐὰν βέβηλα, ἐὰν ἱερὰ παρακλέπτῃς, ἐὰν ἀσεβῇς, οὐκ ἔργῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐὰν ῥήματι τῷ τυχόντι, εἰς μὲν Θεὸν αὐτὸν (Ὅλεως ἡμῖν ὁ Θεὸς, καὶ αὐτῆς τῆς περὶ τούτων ἐννοίας γένοιτο, οὐδὲ ἄξιον λέγειν), ἀλλ' εἰς πατέρα ἢ μητέρα, ἢ εὐεργέτην σαυτοῦ· θάνατος ὁμοίως, καὶ οὗτος οὐ κοινὸς, οὐδ' ὁ τυχὼν, ἀλλὰ δεῖ καταλευσθῆναι τὸν εἰπόντα μόνον, ὡς οὐ χείρονα ἀσεβείας πράξαντα. Ἄλλα δ' αὖ πάλιν, ὁποῖά τινα. Γυναῖκας ἀνδράσι δουλεύειν, πρὸς ὕβρεως μὲν

«Num quid istorum, inquit, aut saltem iis affine, locum apud eos habet, quod speciem mansuetudinis ac facilitatis aliquam habere videatur: litium intentiones, tergiversationes, comperendinationes, mulctæ, mulctarumque a reis quæsitæ diminutiones? Nihil plane: at simplicia certaque omnia. Si puerorum amoribus, si adulterio peccaveris: si puellæ (marem enim hoc in genere ne appelles quidem) stuprum obtuleris: si tuam ipse pudicitiam prodideris: si præter ætatem turpe quid aut perpessus eris, aut statueris, aut molitus fueris; scelus morte luito. Si aut servo, aut libero injuriam feceris, si aut habueris in vinculis, aut abductum vendideris: si profani sacrive quidpiam furto sustuleris: si non opere modo, sed verbo tenus impie feceris, non in Deum quidem (absit enim, ut vel hoc nobis verbum excidat, propitiusque nobis Deus ille sit, **358** quibus in mentem vel ipsa hoc de crimine cogitatio subierit), sed in patrem aut

C

[a] *γρ.*, μηδέ. [b] *γρ.*, αὐτό. [c] *γρ.*, δοκοῦν.

(56) *Ὑποτιμήσεις ἔχον.* Solemnis ea est, quam expressimus, in re forensi maxime, vocis hujus significatio. Nec aliud in eadem fuit ὑποτιμᾶσθαι, quam reum, aut rei amicos graviorem pœnam deprecari, et cum leviore aliqua permutare. Secus tamen visum est erudito Xenophontis interpreti, qui locum illum ex *Apolog. pro Socrate*, Κελευόμενος ὑποτιμᾶσθαι, οὔτε ἑαυτὸν ὑπετιμήσατο, οὔτε τοὺς φίλους εἴασεν· ἀλλὰ καὶ ἔλεγεν, ὅτι τὸ ὑποτιμᾶσθαι ὁμολογοῦντος εἶη ἀδικεῖν, ita reddit: *Jussus multam exsolvere, neque de suo eam solvit, neque amicos id facere passus est; imo etiam dicebat, mulctæ solutionem ejus esse hominis, qui se injuste fecisse fateri videretur.* Atqui, jam capitali pœna non pecuniaria mulcta, damnatus erat Socrates: nec ὑποτιμᾶσθαι solventium est, sed æstimantium. Quid quod ex illo Socratis facto, Xenophon perspicue intelligi voluit, quam nullo producendæ vitæ desiderio teneretur? Sensus igitur est, Socratem morte damnatum, quod reis omnibus licebat, leviorem sibi pœnam, φέρε εἰπεῖν, exsilium, carcerem, aut pecuniariam multam irrogare, vel id ut per amicos fieret, pati noluisse. Apud Platonem, Socrates in *Apologia*, τὸ ἀντιτιμᾶσθαι cum Demosthene et al. eod. sensu accipit: Τιμᾶται δ' οὖν μοι ὁ ἀνὴρ θανάτου· ἐγὼ δὲ δὴ τίνος ὑμῖν ἀντιτιμήσομαι; imo sæpius deinde τὶ τιμᾶσθαι. Hinc etiam factum videtur, ut ὑποτιμᾶσθαι dicerentur, qui muneris impositi gravitatem, aut valetudinis, aut senectutis, aut simili quadam excusatione deligerent, quasi muneris istius vicem, proprium hoc et singulare incommodum sufficerent. Quare apud Hesychium ὑποτίμησις explicatur, πρόφασις. Nec suspectus cuiquam esse debet ille Plutarchi locus in *Camillo*: Συνορῶν δὲ (ὁ Κάμιλλος) τὴν ἀνάγκην, καὶ τὸν κίνδυνον, οὔτε ὑποτίμησιν εἰπὼν, ὡς πρότερον, οὔτε προφάσει χρησάμενος, ἀλλ' αὐτόθεν ὑποστὰς τὴν στρατηγίαν, etc. Quinta Camillo dictatura deferebatur, homini jam prope octogenario; grave quidem onus, quod tamen in summo reip. periculo, nulla is, ut tertiam et quartam, excusatione defugit. Itaque ὑποτίμησιν εἰπεῖν, et προφάσει χρήσασθαι, admodum gemina. Quod optime vidit Amiotus. At Latinus interpres ita vertit, *nihil jam mulcta, ut ante, deterritus*: minus, opinor, ex Plutarchi mente præsertim, ut alia mittam, cum similem magistratum Camillus multæ metu defugisse non legatur: sed tantum ætatem, valetudinem, et alia id genus excusasse, quod erat proprie ὑποτίμησιν εἰπεῖν. Nec dubium est quin infra p. 363, pro τῆς ἀγνοίας ἐπιτίμησιν, legend. sit, τῆς ἀγνοίας ὑποτίμησιν, eodem plane sensu.

D

Digitized by Google

matrem, aut eum, qui beneficiis te sibi obstrinxerit: morte similiter luito, eaque non communi quidem ac vulgari: sed quisquis vel lingua tantum hoc in genere deliquerit, lapidandus is est, quasi nihil ei qui impie quid fecerit, improbitate concedat. Alias præterea leges id genus habent, ejusmodi eæ sunt quæ sequuntur: Uxores viris non ullam ad contumeliam, sed quoties obedientiæ ratio postulabit, rebus in omnibus obtemperanto. Parentes imperium in liberos habento, quo tamen ad eorum salutem præcipua cura studioque consulendum utuntor. Suarum quisque facultatum dominus esto, nisi si eas Deo, vel dicatas utcunque, vel omnino sacras esse voluerit. Nam si vel ore tenus sponsionem ejusmodi aliquam nuncuparit, nihil eorum deinceps attingere poterit, sed omnibus ei continuo interdictum erit. Apage vero, quidquam ex iis quæ numinibus consecrata forent, aut ex donariis alienis rapere: nam res etiam cujusque proprias, ut jam dixi, vel unum, quod imprudenti Domino exciderit, verbum consecrabit. Ita, cujus ea vox fuerit, cunctis ille spoliandus erit: imo, si eam mutata sententia, revocare conabitur, vita quoque spoliandus. Atque eadem cæterorum præterea, in quos potestatem quis habeat, ratio est. Si vir uxoris suæ alimenta Deo sacra esse voluerit, alimentis ei suis abstinendum. Si de filio pater, si princeps de subditis, simile quiddam statuerit, fixum idem habendum ac ratum. Porro votorum ejusmodi solutio, si de perfectissima et maxima loquimur, sacerdotis, qui ea sibi probari neget, propria est: eum enim suum quasi vicarium Deus esse voluit, qui ea vel suscipere, vel repudiare summo jure posset. Altera vero est ab iis, penes quos præcipuus semper manet rei dominatus, fas quoddam et facultas profecta, qua quis placatum sibi propitiumque Numen esse pronuntiet. Ita consecrationes illas ratas habendi, nulla subest necessitas. Alia insuper infinita sunt, quæ partim sine scripto, moribus tantum et consuetudine, partim scriptis etiam legibus continentur. Ac posterioris etiam generis sunt, quæ sequuntur. Quæ quis moleste graviterque ferret, ea ipse ne facito. Quæ non deposuerit, ea ne tollito. Nihil penitus quantulumcunque sit, ex alterius vel horto, vel torculari, vel area, vel acervo furtim subtrahito. Ne cuiquam petenti ignem invideto. Fluentium aquarum usu neminem excludito. Pauperibus et corpore mutilis stipem mendicantibus Dei causa pie subvenito. Mortuum neminem sepe-

A οὐδεμιᾶς, πρὸς εὐπείθειαν δ' ἐν ἅπασι. Γονεῖς παίδων ἄρχειν ἐπὶ σωτηρίᾳ καὶ πολυωρίᾳ. Τῶν ἑαυτοῦ κτημάτων ἕνα ἕκαστον κύριον εἶναι, μὴ Θεόν γε ἐπιφημίσαντα αὐτοῖς, μηδ' ὡς τῷ Θεῷ ταῦτα ἀνήσιν (57). Εἰ δὲ λόγῳ μόνον ὑποσχέσθαι προσπέσοι, φαῦσαι καὶ θίγειν αὐτῶν οὐκ ἔστιν, ἀλλ' εὐθὺς ἁπάντων ἀποκεκλεῖσθαι. Μή μοι τὰ τῶν θεῶν (58) ἁρπάζειν, μηδ' ἀποσυλᾶν ἑτέρων ἀναθημάτων (59), ἀλλὰ καὶ τῶν οἰκείων, ὥσπερ ἔφην, προσπεσόν τε καὶ λαθὸν αὐτὸν ῥῆμα, ἐπαναθήσει. Εἰπόντα δὲ, πάντως στέρεσθαι· μεταγινώσκοντι δὲ ἢ ἐπανορθουμένῳ τὰ λελεγμένα, καὶ τὴν ψυχὴν προσαφαιρεῖσθαι. Καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, ὧν κυριεύει, ὁ αὐτὸς λόγος. Ἐὰν ἐπιφημίσῃ τροφὴν γυναικὸς ἀνὴρ, ἱερὰν εἶναι, τροφῆς ἀνέχειν. Ἐὰν πατὴρ υἱῷ (60), ἐὰν ἄρχων τῷ ὑπηκόῳ, B ταυτόν. Καὶ ἔκλυσις δὲ ἐπιφημισθέντων, ἡ μὲν τελειοτάτη καὶ μεγίστη, τοῦ ἱερέως ἀποφήσαντος· ὑπὲρ γὰρ τοῦ Θεοῦ κύριος οὗτος δέξασθαι· καὶ μετὰ ταύτην δὲ ἡ παρὰ τῶν μᾶλλον ἀεὶ κυρίων ὁσία πλεόνων τὸν Θεὸν ἀποφαίνειν· ὡς μηδὲ ἐπ' ἀνάγκαις τὴν ἀνάθεσιν δέχεσθαι. Μυρία δὲ ἄλλα ἐπὶ τούτοις, ὅσα καὶ ἐπὶ ἀγράφων ἐθῶν καὶ νομίμων, κἂν τοῖς νομίμοις αὐτοῖς (61). Ἃ τις παθεῖν ἐχθαίρει, μὴ ποιεῖν αὐτόν. Ἃ μὴ κατέθηκεν, μηδ' ἀναιρεῖσθαι, μηδ' ἐκ πρασιᾶς, μηδ' ἐκ ληνοῦ, μηδ' ἐξ ἅλωνος· μὴ θημῶνος ὑφαιρεῖσθαι μέγα ἢ μικρὸν ἁπλῶς μηθέν. Μὴ πυρὸς δεηθέντι φθονεῖν. Μὴ νάματα ὑδάτων ἀποκλείειν· ἀλλὰ καὶ πτωχοῖς καὶ πηροῖς τροφὴν ἐρανίζουσι πρὸς τὸν Θεὸν εὐαγῶς ἀνέχειν (62). Μὴ ταφῆς νεκρῶν (63) C ἐξείργειν, ἀλλὰ καὶ γῆς αὐτοῖς ὅσον γε εἰς τὴν ὁσίαν προσεπιβάλλειν· μὴ θήκας, μὴ μνήματα ὅλως κατοχομένων κινεῖν. Μὴ δεσμὰ, μὴ κακὸν μηδὲν πλέον τῷ ἐν ἀνάγκαις προσεπιφέρειν. Μὴ γονῆν ἀνδρῶν ἐκτέμνοντας, μὴ γυναικῶν ἀτοκίοις, καὶ ἄλλαις μηχαναῖς ἀμβλοῦν. Μὴ ζώοις ἐμπαλιν ἢ κατέδειξεν εἴτ' οὖν ὁ Θεὸς, εἴτε τις καὶ νομοθέτης, προσφέρεσθαι. Μὴ σπέρμα ἀφανίζειν· μὴ γέννημα δουλοῦν. Μὴ ζυγὸν ἄδικον ἀνθυποβάλλειν, μὴ χοίνικα ἄμετρον, μὴ νόμισμα ἄδικον. Μὴ φλῶν ἀπόῤῥητα ἐν ἔχθρᾳ φαίνειν. Ποῖ δὴ πρὸς τοῦ Θεοῦ ἡμῖν τὰ Βουζύγια ἐκεῖνα; Ἄλλα δὲ πρὸς τούτοις ὅρα. Μὴ παίδων διοικίζειν γενέας, μηδ' ἂν αἰχμαλώτους ἔχῃς· μὴ γυναῖκα ἀνδρὸς, κἂν νομίμως ἐωνημένος ᾖς δεσπότης. Ἥπου σεμνότερα καὶ μείζω ταῦτα· ἄλλα δὲ μικρὰ καὶ τὰ τυ- D χόντα. Μὴ νεοττίαν φησὶ κατοικίδιον ἐρημοῦν, μὴ ζώων ἱκεσίαν, οἷα ἔσθ' ὅτε προσφευγόντων ἀναιρεῖν. Μὴ εἴ τι τῶν τοιούτων ἧττόν ἐστιν. Οὐδενὸς ἄξια ταῦτά γε εἴποις ἄν. Ἀλλ' ὅ γε ἐπ' αὐτοῖς νόμος ἐστὶ μέγας, καὶ πάσης ἐπιμελείας αἴτιος, καὶ αἱ προῤῥήσεις μεγάλαι, καὶ ἀραὶ κατά τε ἐξωλείας,

(57) *Μηδ' ὡς τῷ Θ. τ. ἀ.* Ὡς mutandum videtur in ὃς, quasi liceret, ἢ καὶ ἀνέντα ταῦτα τῷ Θεῷ.

(58) *Τῶν θεῶν.* Quid si τοῦ Θεοῦ? Nam quorsum hic profanorum deorum meminisse? nisi tamen *Dii* pro *Deus*, ut Hebræi אֱלֹהִים, quod vix credo.

(59) *Ἑτέρων ἀναθημάτων.* Hic genitivus cum sequente οἰκείων, Attice, ut notandum est, pro accusandi casu.

(60) *Υἱῷ.* Legendum videtur υἱοῦ, et paulo post, ὑπηκόου, non ὑπηκόῳ, quemadmodum ante scribitur, γυναικός, non γυναικί. Nam hic quoque, ἀπὸ κοινοῦ, subaudiendum putem, ἐπιφημίσῃ τροφήν.

(61) *Κἂν τοῖς νομίμοις αὐτοῖς.* Malim ab his verbis novæ periodi principium ducere, tametsi totus hic locus nonnihil decurtatus videtur.

(62) *Ἀνέχειν.* Hic ἀνέχειν est ἀπέχειν, quod paulo ante erat, ἀπέχεσθαι.

(63) *Νεκρῶν.* Lege νεκρούς, vel si νέκυν, ut in manuscr., αὐτοῖς quod sequitur mutandum in αὐτῷ.

Digitized by Google

καὶ ὁ Θεὸς ἀπόπτης τῶν τοιούτων, καὶ τιμωρὸς ἀπαναταχοῦ. » Καὶ μετὰ βραχέα φησίν· « Ὅλην δὲ ἡμέραν εἰ τύχοι, μᾶλλον δὲ οὐδὲ μίαν, ἀλλὰ πολλὰς, καὶ ταύτας οὐκ εὐθὺς ἐφεξῆς ἀλλήλαις, ἀλλ' ἐκ διαλειμμάτων (καὶ τούτων δὲ παρ' ἑπτὰ, κρατοῦντος, ὡς καὶ εἰκὸς, αἰσὶ τοῦ παρὰ τὰς βεβήλους ἔθους), μήθ' ἕν ἂν παραδῆναι τῶν προστεταγμένων, οὐ θαυμάζεις; Ἆρ' οὐ (64) πρὸς ἀσκήσεως μόνον αὐτοῖς τοῦτο ἐγκρατείας ἐστὶν, ὡς ἐξ ἴσου καὶ ὁρᾷν τι ποιοῦντας (65), καὶ ἀνέχειν ἰσχύειν ἀπὸ τῶν ἔργων, εἰ δέοι; Οὐ δῆτα. Ἀλλὰ καὶ πρὸς ἔργου μεγάλου καὶ θαυμαστοῦ τινος ᾠήθη δεῖν ὁ νομοθέτης, αὐτοὺς μήτ' ἄλλα (66) μόνον ἱκανοὺς εἶναι ὁρᾷν ὡσαύτως, ἀλλ' ἔτι καὶ τῶν πατρίων νόμων καὶ ἐθῶν ἐμπείρως ἔχειν. Τί οὖν ἐποίησε ταῖς ἑβδόμαις ταύταις ἡμέραις; Αὐτοὺς εἰς ταυτὸν ἠξίου συνάγεσθαι, καὶ καθεζομένους μετ' ἀλλήλων, σὺν αἰδοῖ καὶ κόσμῳ τῶν νόμων ἀκροᾶσθαι, τοῦ μηδένα ἀγνοῆσαι χάριν. Καὶ δῆτα συνέρχονται μὲν ἀεὶ, καὶ συνεδρεύουσι μετ' ἀλλήλων· οἱ μὲν πολλοὶ σιωπῇ, πλὴν εἴ τι προσεπιφημίσαι τοῖς ἀναγινωσκομένοις νομίζεται· τῶν ἱερέων δέ τις ὁ παρὼν, ἢ τῶν γερόντων εἷς ἀναγινώσκει τοὺς ἱεροὺς νόμους αὐτοῖς, καὶ καθ' ἕκαστον ἐξηγεῖται μέχρι σχεδὸν δείλης ὀψίας· κἀκ τοῦδε ἀπολύονται, τῶν τε νόμων τῶν ἱερῶν ἐμπείρως ἐχόντες καὶ πολὺ δὴ πρὸς εὐσέβειαν ἐπιδεδωκότες. Ἆρά σοι οὐ δοκεῖ ταῦτα παντὸς σπουδάσματος μᾶλλον ἀναγκαῖα αὐτοῖς; Τοιγαροῦν οὐκ ἐπὶ θεσμῳδοὺς ἔρχονται περὶ τῶν πρακτέων, καὶ μὴ διερωτῶντες, οὐδὲ καθ' ἑαυτοὺς ὑπ' ἀγνοίας τῶν νόμων ῥᾳδιουργοῦσιν· ἀλλ' ὄντινα αὐτῶν κινεῖς. καὶ περὶ τῶν πατρίων διαπυνθάνῃ, προχείρως ἔχει καὶ ῥᾳδίως εἰπεῖν, καὶ ἀνὴρ γυναικὶ, καὶ παισὶ πατὴρ, καὶ δούλοις δεσπότης ἱκανὸς εἶναι δοκεῖ τοὺς νόμους παραδιδόναι. Καὶ μὴν περὶ τοῦ γε ἕτους τοῦ ἑβδόμου ῥᾴδιον ὡσαύτως λέγειν, οὐ μὴν ταυτὸν ἴσως. Οὐ γὰρ αὐτοὶ τῶν ἔργων ἀφεστᾶσιν, ὥσπερ ταῖς ἑβδόμαις ἐκείναις ἡμέραις· ἀλλὰ τὴν γῆν ἀργὴν ἀφιᾶσιν εἰς τὰ μέλλοντα αὖθις εὐθηνίας χάριν. Πολὺ γὰρ διαφέρειν, αὐτὴν ἀνάπαυλαν λαβοῦσαν, εἶτα δὲ εἰς νέωτα γεωργεῖσθαι, καὶ μὴ τῇ συνεχείᾳ τῆς ἐργασίας κατεξάνθαι. Ταυτὸν δὲ καὶ περὶ τὰ σώματα ἂν ἴδοις συμβαῖνον εἰς ῥώμην· οὐ γὰρ δὴ πρὸς ὑγείαν μόνον διαλείμματα, καί τινας ἀναπαύλας ἀπὸ τῶν ἔργων τοὺς ἰατροὺς προστάττοντας (67)· τὸ γὰρ συνεχὲς καὶ ὁμοιοειδὲς ἀεὶ, μάλιστα δὲ ἐπ' ἔργων, βλάπτειν ἔοικε. Σημεῖον δέ· Τὴν γὰρ γῆν αὐτὴν εἴ τις ἐπαγγέλλοιτο αὐτοῖς ἐξεργάσασθαι πολὺ μᾶλλον πρόσθεν (68) τὸ ἑβδόμου ἔτος τουτὶ, καὶ τῶν καρπῶν πάντων συμπαραχωρήσειν ὅλων, οὐκ ἂν οὐδαμῶς δέξαιντο· οὐ γὰρ αὐτοὶ τῶν πόνων ἀνέχειν οἴονται δεῖν μόνοι (καίτοι κἂν εἰ τοῦτ' ἐποίουν, οὐδὲν ἂν θαυμαστὸν ἦν), ἀλλὰ τὴν χώραν αὐτοῖς ἄνεσίν τινα καὶ ῥᾳστώνην, εἰς ἀρχὴν ἑτέραν τῆς αὖθις ἐπιμελείας

A liri prohibeto, sed ei potius, religionis saltem causa, 359 terram injicito. Defunctorum loculos aut sepulcra, ne leviter quidem commoveto. Neque nexum, neque mali quidquam aliud hominis ad egestatem ac necessitatem adjungito. Ne virilis seminis jam decisi vim, aut mulierum abortionibus, aut aliis artibus obtundito. Animantibus aliter, quam aut Deus, aut legislator ipse præscripserit, ne utitor. Semen ne disperdito. Partum servituti ne mancipato. Ne lancem iniquam, ne modium justo minorem, aut nummum adulterinum subjicito. Ne amicorum arcana privatis impulsus inimicitiis prodito. Buzygia autem illa, quo per Deum nobis tandem abiere? Sed attende porro, quæ attexi-
B mus. Ne parentes a liberis, ut mancipia tua sint, neve uxorem a conjuge, ut eorum legitimo pretio persoluto dominus sis, tecto sejungito. Atque hæc graviora plane sunt ac majora. Sunt et minora quædam atque humiliora. Cujusmodi sunt: Domesticum nidum pullis ne spoliato. Nullius animantis, quæ ad te confugerit, obsecrationem rejicito. Et si quid hoc in genere levius est. Minuta hæc tibi forte ac nihili facienda videantur. At de iis sancita lex et magna est, et omni cura studioque servatur: magnæ item denuntiationes, imprecationes magnæ, quas pestis ultima consequatur: magnus denique rerum illarum inspector Deus, et criminum ubique vindex. » Idemque paucis interjectis: « Quid? hoc non admiratione dignum
C existimas, integro sæpe die, imo non uno duntaxat aliquo, sed pluribus, iisque non aliis alios continenter, sed ex intervallo consequentibus; et ejusmodi quidem intervallo, quod in septimum quemque desinat; profanorum licet dierum consuetudine, vim, ut fit, maximam obtinente, nullum tamen omnino præceptum violari? An id forte probandæ tantum et exercendæ continentiæ causa institutum fuit, ut non minus functiones suas intermittere, si quando opus esset, quam aliquid agere possent? Cave credas. Sed hoc in magni cujusdam et eximii operis loco ponendum legislator putavit, ut non cæteris modo rebus, tam intermittendis, quam gerendis idonei, sed etiam ut patriarum legum et consuetudinum gnari peritique forent. Quid igitur
D septimis illis diebus instituit? Eos nimirum eumdem in locum una convenire voluit, ut silentio summaque cum modestia considentes, legum recitationi aures accommodent, itaque nihil ipsos omnino fugiat. Atque hunc illi conveniendi simul considendique morem, 360 sic perpetuo retinent, ut multitudo quidem universa sileat, nisi cum ea, quæ leguntur, faustis ac lætis acclamationibus prosequitur: e sacerdotibus autem vel senioribus ali-

a *Forte del.* καί.

(64) Ἆρ' *οὐ*. Legend. videtur ἆρ' οὖν.

(65) *Ποιοῦντας*. Rescribe πονοῦντας cum alt. manuscrip.

(66) *Μήτ' ἄλλα*. Rectius legeris μή τ' ἄλλα, vel μήτε pro μή sumendum erit.

(67) *Προστάττοντας*. Subintelligend. ἀπὸ κοινοῦ ἂν ἴδοις.

(68) *Μᾶλλον πρόσθεν*. Leg. μᾶλλον τοῦ, vel τῶν πρόσθεν, vel μᾶλλον ἢ τὰ πρόσθεν. Quod autem sequitur, πάντων post καρπῶν, omnino superfluum videtur.

Digitized by Google

quis, sacras leges palam recitans, omnes sigillatim exponat, donec alta jam vespera discedant universi, tum divinorum mandatorum instructi cognitione, tum etiam admodum pietate aucti. Nunquid hoc quovis studii genere magis tibi necessarium videtur? Enimvero causæ nihil est, quamobrem istos legum enarratores de rebus agendis consulant, quorum ut responsis careant, nihil tamen, vel apud se unquam, earum ignoratione perperam molientur. Quemcunque enim ipsorum appellaveris, ac de patriis institutis percontatus eris, cum respondere per sese commode ac facile poterit, tum ejusmodi sane videbitur, qui seu vir uxorem, seu liberos pater, seu famulos dominus, legum notione informare queat. Jam septimi quoque anni facilis et expedita ratio est, tametsi forte dissimilis. Nec enim eo, quemadmodum septimo illo die, ab omni opere vacant, sed terram in consequentem annum otiosam, uberioris proventus exspectatione, jacere patiuntur. Multum enim ad soli feracitatem interesse sentiunt, ut secundum hoc quietis intervallum, sequente deinceps anno coli denuo incipiat, non autem ut assidua et continenti aratione lacteretur. Quod ipsum ad corporum etiam firmitatem et robur valere cognoscimus, cum eas intermissiones, et a quotidianis functionibus vacationes, non tantum valetudinis causa medici præcipiant : quod assiduitas omnis ac perpetua similitudo, ac præsertim operum, detrimenti aliquid afferre consueverit. Atque ut ipsorum hoc in genere consilium argumento certiore constet : exsistat forte non nemo, qui anno septimo, et suam illis ipsis agris multo quam ante diligentius colendis operam, et messe tamen integra sese iis cessurum polliceatur : hanc illi conditionem nunquam acceperint; quippe qui a laboribus soli vacare nolint (quod tamen, si facerent, mirum nemini jure videretur), sed ipsum quoque solum in aliquam induciarum quietisque partem vocandum existiment, ut novum deinceps culturæ laborem suavius faciliusque patiatur. Nam si ea causa non suberat, quidni, per Deum immortalem, solum hoc alis superiore anno locarent, atque ab operis totum illum consequentis fructum et proventum acciperent? **361** Nimirum, pro ea solum, ut ante dixi, qua terram ipsam prosequuntur, cura ac studio, nihil horum, ut mihi quidem videtur, ullo modo probare possunt. Ac præcipuum quoddam illud est, quod sequitur, eorum humanitatis documentum. Quoniam enim septimo illo anno vacaverint, quæ per sese fruges exstiterint, eas sibi, quod nullo suo labore provenerint, nec metendas ipsi, nec recondendas arbitrantur : sed divinæ benignitati voluntarium hunc terræ partum assignantes, quemvis eo, seu viator ille, seu quilibet alius fuerit, pro arbitrio vel inopia secure uti libenter omnino patiuntur. At de his modo satis. Nam quod ista lex in septimum quemque diem potissimum imperarit, hujus rei causam, opinor, ex me non requiras, qui forte jam a pluribus vel medicis, vel physiologis, vel philosophis sæpenumero audieris, quantus numerus iste septenarius cum in cæterorum omnium, tum in hominis quoque naturam vires obtineat. Hæc igitur Sabbati ratio fuit. » Atque hactenus Philo. Gemina sunt, quæ libro *De Judæorum antiquitate* secundo Josephus his verbis commemorat.

A καὶ γεωργίας, λαβεῖν. Ἐπεὶ, τί ἐκώλυε πρὸς τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τοῦ παραθέντος [a] ἔτους αὐτὴν προεκδοῦναι, καὶ παρὰ τῶν ἐργαζομένων τὸν ἐκείνων [b] φόρον τοῦ ἔτους ἐκλέγειν; ἀλλ', ὥσπερ ἔφην, κατ' οὐδένα τρόπον, οὐδὲ (69) τῶν τοιούτων, προνοίᾳ μοι δοκεῖ, τῆς χώρας, ἐκδέχονται. Τῆς δὲ φιλανθρωπίας αὐτῶν καὶ τοῦτο μέγα, ὡς ἀληθῶς, σημεῖον· Ἐπεὶ γὰρ αὐτοὶ τῶν ἔργων ἐκείνου τοῦ ἔτους ἀνέχουσι, τοὺς γινομένους καρποὺς οὐκ οἴονται δεῖν συλλέγειν, οὐδ' ἀποτίθεσθαι, μὴ ἐκ τῶν οἰκείων πόνων περιόντας αὐτούς ἀλλ', ἅτε τοῦ Θεοῦ παρεσχηκότος αὐτοῖς, ἀνείσης ἐπ' αὐτομάτου τῆς γῆς, τοὺς βουλομένους ἢ δεομένους τῶν τε ὁδοιπόρων καὶ τῶν ἄλλων ἀξιοῦσι μετὰ ἀδείας χρῆσθαι. Καὶ περὶ μὲν τούτων ἄλις σοι· τὰ γὰρ ταῖς ἑβδόμαις ἤδη τὸν νόμον αὐτοῖς στῆσαι B ταῦτα (70) οὐκ ἂν ἐμὲ ἀπαιτήσαις, ἴσως πολλῶν πολλάκις καὶ ἰατρῶν, καὶ φυσιολόγων, καὶ φιλοσόφων ἀκηκοότι [c] περὶ τοῦ ἑβδόμου πρότερον, ἣν ἄρα δύναμιν ἔχει πρός τε τὴν τῶν συμπάντων, καὶ δὴ πρὸς τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν. Οὗτος ὁ τῆς ἑβδόμης λόγος.» Τοσαῦτα μὲν ὁ Φίλων· ὅμοια δ' αὐτῷ καὶ Ἰώσηπος ἱστορεῖ ἐν δευτέρῳ συγγράμματι, ὧν πεποίηται *Περὶ τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀρχαιότητος*, τοῦτον γράφων καὶ αὐτὸς τὸν τρόπον.

CAPUT VIII.

Ex Josepho de Mosaicæ reipublicæ forma.

«Jam vero, inquit ille, qui tandem ex omnibus et perfectissimam legum rationem instituerit, et

C ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Ἰωσήπου (71) *περὶ τοῦ κατὰ Μωσέα πολιτεύματος.*

«Τίς δ' ἦν ὁ μάλιστα κατορθώσας τοὺς νόμους, καὶ τῆς δικαιοτάτης (72) περὶ τοῦ Θεοῦ πίστεως ἐμ-

[a] γρ., παρελθόντος. [b] Ισ. ἐκείνου. [c] γρ., ἀκηκοώς.

(69) *Οὐδέ*. Leg. οὐδὲν cum alt. manuscr.

(70) *Στῆσαι, ταῦτα*. Conjungo sic, στῆσαι ταῦτα. Est autem brevis et Attica oratio : pro ἐφ' ὅτῳ γὰρ ἂν τ. ἑ. ἡ. ὁ νόμος αὐτοῖς στήσαι ταῦτα.

(71) *Ἰωσήπου*. Locus hic Josephi exstat lib. II *contra Apionem*, pag. 1071 edit. Græco-Lat.

(72) *Καὶ τῆς δικαιοτάτης*, etc. Excus. Joseph., καὶ τίς ὁ δικαιότατα περὶ τῆς τοῦ Θ. Interpres, obscurius, *Qui justissime de Dei fide cognoverint*. Ἐπιτυγχάνειν τινός, vel περί τινος, est *conjecture assequi, rem tangere*, quod etiam ἐπιτυγχάνειν absolute dicitur : Gallice, *rencontrer*. Plutarch. in *Pericle*, ubi de ostento quodam explicando loquitur : Ἐκώλυε δ' οὐδέν, καὶ τὸν φυσικὸν ἐπιτυγχάνειν, καὶ τὸν μάντιν· τοῦ μὲν τὴν αἰτίαν, τοῦ δὲ τὸ τέλος καλῶς ἐκλαμβάνοντος. Fieri autem poterat, uti et physicus et vates rem attingerent (Gallice *rencontrassent bien*) altero rei causam, altero finem assignante. Hic

Digitized by Google

τυχών, πάρεστιν ἐξ αὐτῶν κατανοεῖν τῶν νόμων ἀντιπαραβάλλοντας· ἤδη γὰρ περὶ τούτων λεκτέον. Δόξειεν ἂν ἄπειροι μὲν αἱ κατὰ μέρος τῶν ἐθῶν καὶ τῶν νόμων παρὰ τοῖς ἅπασιν ἀνθρώποις διαφοραί, κεφαλαιωδῶς ἂν ἐπίοι τις (73). Οἱ μὲν γὰρ μοναρχίαις, οἱ δὲ ταῖς ὀλίγων δυναστείαις, ἄλλοι δὲ τοῖς πλήθεσιν ἐπέτρεψαν τὴν ἐξουσίαν τῶν πολιτευμάτων. Ὁ δ' ἡμέτερος νομοθέτης εἰς μὲν τούτους (74) οὐδ' ὁτιοῦν ἐπεῖδεν· ὡς δ' ἄν τις εἴποι βιασάμενος τὸν λόγον, θεοκρατίαν ἀπέδειξε (75) τὸ πολίτευμα, Θεῷ τὴν ἀρχὴν καὶ τὸ κράτος ἀναθεὶς, καὶ πείσας εἰς ἐκεῖνον ἅπαντας ἀφορᾶν, ὡς αἴτιον μὲν ἁπάντων ὄντα τῶν ἀγαθῶν, ἃ κινεῖται (76), πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπάρχει, καὶ ὅσων ἔτυχον αὐτοὶ δεηθέντες ἐν ἀμηχάνοις· λαθεῖν δὲ τὴν ἐκείνου γνώμην οὐκ ἐνὸν, οὔτε τι τῶν πραττομένων οὐδὲν, οὔθ' ὧν ἄν τις παρ' αὐτῷ διανοηθείη. Ἀλλ' αὐτὸν (77) ἀπέφηνε καὶ ἀγέννητον, καὶ πρὸς τὸν ἄϊδιον χρόνον ἀναλλοίωτον, πάσης ἰδέας θνητῆς κάλλει διαφέροντα, καὶ δυνάμει μὲν ἡμῖν γνώριμον, ὁποῖος δὲ κατ' οὐσίαν ἐστὶν, ἄγνωστον. Ταῦτα περὶ Θεοῦ φρονεῖν οἱ σοφώτατοι (78) παρ' Ἕλλησιν ὅτι μὲν ἐδιδάχθησαν, ἐκείνου τὰς ἀρχὰς παρασχόντος, ἐῶ νῦν λέγειν· ὅτι δέ ἐστι καλὰ καὶ πρέποντα τῇ τοῦ Θεοῦ φύσει καὶ μεγαλειότητι, σφόδρα μεμαρτυρήκασι. Καὶ γὰρ Πυθαγόρας, καὶ Ἀναξαγόρας, καὶ Πλάτων, οἵ τε μετ' ἐκεῖνον (79) ἀπὸ τῆς Στοᾶς φιλόσοφοι, καὶ μικροῦ δεῖν ἅπαντες οὕτω φαίνονται περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ φύσεως πεφρονηκότες. Ἀλλ' οἱ μὲν πρὸς ὀλίγους (80) φιλοσοφοῦντες, εἰς πλήθη δόξαις κατειλημμένα τὴν ἀλήθειαν τοῦ δόγματος ἐξενεγκεῖν οὐκ ἐτόλμησαν· ὁ δ' ἡμέτερος νομοθέτης, ἅτε δὴ τὰ ἔργα παρέχων τοῖς νόμοις σύμφωνα, οὐ μόνον τοὺς καθ' ἑαυτὸν ἔπεισεν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐξ ἐκείνων ἀεὶ γενησομένοις τὴν περὶ τοῦ Θεοῦ πίστιν ἐνέφυσεν ἀμετακίνητον. Αἴτιον δ' (81), ὅτι καὶ τῷ τρόπῳ τῆς νομοθεσίας πρὸς τὸ χρήσιμον πάντων πολὺ διήνεγκεν. Οὐ γὰρ μέρος ἀρετῆς ἐποίησε τὴν εὐσέβειαν, ἀλλὰ ταύτης μέρη τε ἄλλα (82), καὶ συν-

A æquissimam de Deo notionem atque sententiam animo informarit, vel ex mutua legum ipsarum contentione quivis intelligat. Tempus enim est, ut ad eas veniamus. Enimvero, ut infinita quædam, si expendere singula volueris, morum atque legum toto passim hominum genere, discrimina sint, eas tamen omnes in summa hæc capita facile colligas. Alii quippe uni tantum, paucis quibusdam alii, alii denique populo summam reipublicæ potestatem commiserunt. At legislator noster, hisce neglectis omnibus, theocraticam (liceat enim hac voce, tametsi paulo duriore uti) reip. formam instituit: atque ita, summo principatu divino Numini attributo, id egit maxime, ut in eo cunctorum oculi ac mentes acquiescerent, tanquam in eo, qui et bonorum
B omnium, seu quæ universe hominum generi eveniunt, seu quæ privatim singuli, difficilioribus suis temporibus, votis ac precibus impetrant, auctor et causa sit: atque ejusmodi, cujus cognitionem nullum omnino factum, cogitatio nulla fugere ac latere possit. 362 Eum præterea cum ortu carere, tum nullam tota æternitate mutationem subire, omnis quoque mortalis formæ dignitatem pulchritudine superare, postremo ut sua nobis potestate notum, sic natura et essentia prorsus ignotum esse profitetur. Mitto sane Græcorum sapientissimos hujus de Deo sententiæ magistrum illum ac ducem habuisse: quam præclara quidem illa quamque Dei cum natura et majestate conjuncta foret, gravis-
C sime testatum ipsi quoque reliquerunt. Pythagoras enim, Anaxagoras, Plato, quique Platonem excepere Stoici philosophi, ac cæteri prope omnes, in hujus de natura divina sententiæ communionem societatemque venerunt. At enimvero, cum isti fere non nisi cum paucis philosopharentur, et dogmatis hujus veritatem in vulgus aliis jam opinionibus occupatum efferre metuerent: tum noster hic legislator, qui suarum ad legum æquitatem operum

enim ἐκλαμβάνειν est νοεῖν, ὑπολαμβάνειν, δέχεσθαι, vel ἐκδέχεσθαι, *interpretari*.

(73) *Κεφαλαιωδῶς ἂν ἐπίοι τις*. Desunt hæc apud Joseph., quæ tamen necessaria videntur, si modo præmittatur, οὕτω δὲ ταύτας κεφ. etc.

(74) *Τούτους*. Joseph., τούτων. Elige.

(75) *Ἀπέδειξε*. Rectius omnino quam, ut in excuso legitur, ἀπεῖπε. Cæterum interpres Josephi, totum hoc membrum, vereor ut satis apte reddiderit, *veluti si quis hoc dicendo, mensuram transcendat verbi, divinam remp. declaravit*. Cætera conferes, si libet: mihi quidem tanti non est, aliena reprehendere.

(76) *Κινεῖται*, etc. Totus hic locus apud Joseph. ita concipitur: Κοινῇ τε πᾶσιν ἀνθρώποις παρέχοντα, καὶ ἰδίᾳ. Καὶ οὐ μόνον τοῦτο· ἀλλὰ καὶ ὧν ἀπηγόρευσεν, εἰς ἐκεῖνον ἀνάγει τὴν ἀπαγόρευσιν. Καὶ ἃ μὲν τὸ δοκεῖν ἐδίδαξαν μὲν εἶναι Θεὸν μονάρχην, μετ' αὐτὸν δὲ θεῶν τινας μυθολογίας ἀνεπλάσαντο, τὸ εἶναι αὐτοὶ δεηθέντες ἀμηχανίᾳ, λαθεῖν τὴν ἐκείνου γνώμην ἠδυνήθησαν, ἀλλ' οὔτε τῶν πραττομένων οὐθὲν, οὐθ' ὃς ἄν τις παρ' ἑαυτῷ διανοηθῇ. Quæ partim corrupta, partim loco trajecta suo, partim ab interprete omissa sunt, qui Eusebianum codicem, vel Eusebiano similem secutus videtur. Lectio sane nostra brevior et melior: tantum pro κινεῖται reponas licet κινῇ τε· ac forte post ἀνθρώποις, interponas ἰδίᾳ τε ἑκάστοις, quæ tamen abesse possunt, ac sequenti ex membro intelligi.

D (77) *Ἀλλ' αὐτόν*, etc. Hæc apud Joseph. ita leges, Ἕνα γοῦν αὐτὸν ἀπέφηνεν ὁ ἡμέτερος νόμος εὐπρόσιτον (*f.* ἀπρόσιτον) ἀγένητον, ἄϊδιον, ἄχρονον, ἀναλλοίωτον, quæ meliora simul ac pleniora judico.

(78) *Σοφώτατοι*. Excus. Josephus hic quædam infercit, sed vitiosa omnino et ἀπροσδιόνυσα, quæque ab interprete aut lecta non sunt, aut neglecta sunt.

(79) *Ἐκεῖνον*. Joseph., ἐκείνους.

(80) *Πρὸς ὀλίγους*, etc. Josephus ita locum integrum, πρὸς ὀλίγον φιλοσοφοῦντες, εἰς πλῆθος, δόξαις προκατειλημμένον, ἀληθ., etc. Eusebianis hæreo: malim tamen προκατειλημμένα quam κατειλημμένα.

(81) *Αἴτιον δέ*. Atticismi hujus ignoratio, Josephi interpretem θαυμαστὸν ὅσον παρῆγαγεν.

(82) *Μέρη τε ἄλλα*, etc. Lege, ut apud Joseph. τὰ μέρη τ' ἄλλα συνεῖδε, καὶ κατέστησε.

Digitized by Google

consensionem adjungeret; non eos modo, qui sua ætate viverent, in eam secum mentem adduxit, verum etiam nepotibus ac posteris illorum omnibus, firmam hanc atque constantem de divino Numine fidem inseruit. Quod autem in ea legum suarum informatione fructum etiam fuerit longe quam cæteri majorem secutus, eo maxime factum est, quod non religionem virtutis partem aliquam fecerit, sed religionis potius alia partes esse quasdam, et viderit, et vero statuerit: justitiam, temperantiam, patientiam, ac mutuam civium inter se rebus in omnibus conjunctionem. Quippe, actionum enim, studiorum, ac sermonum omnium rationes ex una divini Numinis religione suspensas habere nos oportet: cum nihil penitus aut non expensum, aut non definitum constitutumque reliquerit. Nam cum duæ omnino sint cujusvis disciplinæ, ac morum instituendorum viæ; quarum altera præceptis, altera conformatione vitæ continetur: cæteri quidem legislatores dissidentium opinionum varietate distracti, atque alterutram suo quisque sensu viam secuti, alteram omisere. Ita enim Lacedæmonii simul et Cretenses, moribus ipsis docebant, non præceptis: Athenienses autem Græcique propemodum universi, quid agendum esset, quidve fugiendum, legibus edicebant, suos tamen ad utrumque rebus ipsis consuefacere negligebant. At legislator hic noster præcipuo quodam studio ambo ista conjunxit, dum neque mutam vitæ morumque conformationem reliquit, neque 363 legis præcepta operum societate carere permisit: sed jam inde ab ipsomet alimenti genere, et domestica singulorum victus ratione auspicatus, ne minutissimum quidem aliquid eorum, qui uterentur, potestatis et arbitrii facere voluit. Imo, quibus abstinendum cibis, quibus item vesci liceat, quinam in victus communionem ac societatem vocandi, quam in operibus contentionem adhibere, quem in otio tenere modum oporteat, certis quasi legis finibus regulisque descripsit: uti sub ejus tanquam parentis cujusdam aut dominæ imperio nutuque viventes, nihil omnino vel malitia, vel ignoratione peccemus. Ita, ne ignorationem illam, velut aliquam deprecandæ pœnæ speciem relinqueret, longe pulcherrimum nobis maximeque necessarium disciplinæ genus, legem ipsam esse voluit, nec satis id futurum putavit, ut semel, iterum, aut sæpius eam audiissemus, nisi

εἶδεν αὐτὰ, καὶ κατέστησε· λέγω δὲ τὴν δικαιοσύνην, τὴν σωφροσύνην, τὴν καρτερίαν, τὴν τῶν πολιτῶν πρὸς ἀλλήλους ἐν ἅπασι συμφωνίαν. Ἅπασαι γὰρ αἱ πράξεις, καὶ διατριβαὶ, καὶ λόγοι πάντες ἐπὶ τὴν πρὸς Θεὸν ἡμῶν (83) εὐσέβειαν ἀναφέρουσιν· οὐδὲν γὰρ τούτων ἀνεξέταστον οὐδ' ἀόριστον παρέλιπεν. Δύο μὲν γάρ εἰσιν ἁπάσης παιδείας τρόποι, καὶ τῆς περὶ τὰ ἤθη κατασκευῆς· ὧν ὁ μὲν λόγῳ διδασκαλικὸς (84), ὁ δὲ διὰ τῆς ἀσκήσεως τῶν ἠθῶν. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι νομοθέται ταῖς γνώμαις διέστησαν, καὶ τὸν ἕτερον αὐτῶν, ὃν ἔδοξεν ἑκάστοις ἑλόμενοι, τὸν ἕτερον παρέλιπον· οἷον Λακεδαιμόνιοι μὲν καὶ Κρῆτες ἔθεσιν ἐπαίδευον, οὐ λόγοις· Ἀθηναῖοι δὲ καὶ σχεδὸν οἱ πάντες Ἕλληνες, ἃ χρὴ πράττειν ἢ μὴ, προσέταττον διὰ τῶν νόμων, τοῦ δὲ πρὸς αὐτὰ διὰ τῶν ἔργων ἐθίζειν ὠλιγώρουν· ὁ δ' ἡμέτερος νομοθέτης ἄμφω ταῦτα συνήρμοσε κατὰ πολλὴν ἐπιμέλειαν· οὔτε γὰρ κωφὴν (85) ἀπέλιπε τὴν τῶν ἠθῶν ἄσκησιν, οὔτε τὸν ἐκ τοῦ νόμου λόγον ἄπρακτον εἴασεν· ἀλλ' εὐθὺς ἀπὸ τῆς πρώτης ἀρξάμενος τροφῆς, καὶ τῆς κατὰ τῶν οἴκων ἑκάστων διαίτης, οὐδὲν οὐδὲ τῶν βραχυτάτων αὐτεξούσιον ἐπὶ ταῖς βουλήσεσι τῶν χρησομένων κατέλιπεν· ἀλλὰ καὶ περὶ σιτίων ὅσων ἀπέχεσθαι χρὴ, καὶ τίνα προσφέρεσθαι, καὶ περὶ τῶν κοινωνησάντων (86) τῆς διαίτης, ἔργων τε συντονίας (87), καὶ τοὔμπαλιν ἀναπαύσεως ὅρον ἔθηκεν αὐτὸς καὶ κανόνα τὸν νόμον· ἵν' ὥσπερ ὑπὸ πατρὶ καὶ δεσπότῃ τούτῳ ζῶντες, μήτε βουλόμενοι μηθὲν, μήθ' ὑπ' ἀγνοίας ἁμαρτάνωμεν. Οὐδὲ γὰρ τὴν ὑπὸ γῆς ἀγνοίας ἐπιτίμησιν κατέλιπεν (88), ἀλλὰ καὶ κάλλιστον καὶ ἀναγκαιότατον ἀπέδειξε παίδευμα τὸν νόμον, οὐκ εἰσάπαξ (89) ἀκροασαμένοις (90), οὐδὲ ὅις ἢ πολλάκις· ἀλλ' ἑκάστης ἑβδομάδος τῶν ἄλλων ἔργων ἀφεμένους, ἐπὶ τὴν ἀκρόασιν ἐκέλευσε τοῦ νόμου συλλέγεσθαι, καὶ τοῦτον ἀκριβῶς ἐκμανθάνειν· ὃ δὴ πάντες ἐοίκασιν οἱ νομοθέται παραλιπεῖν. Καὶ τοσοῦτον οἱ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων ἀπέχουσι τοῦ κατὰ τοὺς οἰκείους νόμους ζῆν, ὥστε σχεδὸν αὐτοὺς οὐδ' ἴσασι· ἀλλ' ὅταν ἐξαμαρτάνωσι (91), τότε παρ' ἄλλων μανθάνουσιν, ὅτι τὸν νόμον παραβεβήκασιν. Οἵ τε τὰς μεγίστας καὶ κυριωτάτας παρ' αὐτοῖς ἀρχὰς διοικοῦντες ὁμολογοῦσι τὴν ἄγνοιαν· ἐπιστάτας γὰρ παρακαθίστανται τῆς τῶν πραγμάτων οἰκονομίας, τοὺς ἐμπειρίαν ἔχειν τῶν νόμων ὑπισχνουμένους. Ἡμῶν δ' ὀντινοῦν (92) τις ἕλοιτο, τοὺς νόμους ῥᾷον ἄν τις εἴποι πάντας ἢ τοὔνομα τὸ ἑαυτοῦ. Τοιγαροῦν ἀπὸ τῆς πρώτης εὐθὺς αἰσθήσεως

(83) *Ἡμῶν*, etc. Joseph., ἡμῖν εὐσέβειαν ἔχουσι τὴν ἀναφοράν, paulo melius, quam lectionem alter etiam ex manuscr. Euseb. repræsentat.

(84) *Λόγῳ διδασκαλικός*. Rectius quam ut ap. Joseph., λόγος διδάσκαλος, ἕτερος δὲ ὁ διὰ πάσης ἀσκ.

(85) *Οὔτε γὰρ κωφὴν*, etc. Josephi interpres λίαν ista παρήκουσεν.

(86) *Κοινωνησάντων*. Joseph., κοινωνησόντων, rectius.

(87) *Συντονίας*. Joseph., εὐτονίας περὶ τὰς τέχνας.

(88) *Τὴν ὑπὸ γ. ἀγ. ἐπιτίμ. κατέλ.* Joseph., τὴν ἀπ' ἀγνοίας ἐπιτίμησιν ἠνέσχετο καταλιπεῖν. Recte ἀπό, tametsi ὑπό retineri possit; et γῆς apud Euseb. aut expungendum est, aut mutand. in τῆς. At pro ἐπιτίμησιν ex manuscr. utroqbique legendum ὑποτίμησιν. De qua voce, jam p. 356 pluscula dedimus. Vox ἐπιτίμησις, Josephi interpretem fefellit.

(89) *Οὐκ εἰσάπαξ*. Malim οὐδ' εἰσάπαξ.

(90) *Ἀκροασαμένοις*. Rectius cum Josepho, ἀκροασαμένους.

(91) *Ἐξαμαρτάνωσι*. Joseph., ἐξαμάρτωσι, melius.

(92) *Ὀντινοῦν*. Josephus ita legit, εἴ τις ἕροιτο τοὺς νόμους, ῥᾷον ἂν εἴποι πάντα, ἤ, etc. Rectius quam apud nostrum, apud quem ἕλοιτο saltem in ἕροιτο mutandum est, et posterius τις abrademdum.

Digitized by Google

αὐτοὺς ἐκμανθάνοντες, ἔχομεν ἐν ταῖς ψυχαῖς ὥσπερ ἐγκεχαραγμένους. Καὶ σπάνιος μὲν ὁ παραβαίνων, ἀδύνατος δ' ἡ τῆς κολάσεως παραίτησις. Τοῦτο πρῶτον ἁπάντων τὴν θαυμαστὴν ὁμόνοιαν ἡμῖν ἐμπεποίηκε. Τὸ γὰρ μίαν μὲν ἔχειν καὶ τὴν αὐτὴν δόξαν περὶ Θεοῦ, τῷ βίῳ δὲ καὶ τοῖς ἔθνεσι (93) μηδὲν ἀλλήλων διαφέρειν, καλλίστην ἐν ἤθεσιν ἀνθρώπων συμφωνίαν ἀποτελεῖ. Παρ' ἡμῖν γὰρ μόνοις οὔτε περὶ Θεοῦ λόγους ἀκούσεται τοὺς (94) ἀλλήλοις ὑπεναντίους, ὁποῖα πολλὰ παρ' ἑτέροις (οὐχ ὑπὸ τῶν τυχόντων γὰρ μόνον τὸ κατὰ τὸ προσπεσὸν ἑκάστῳ λέγεται πάθος, ἀλλὰ κἂν παρά τισι τῶν φιλοσόφων ἀποτετόλμηται, τῶν μὲν τὴν ὅλην τοῦ Θεοῦ φύσιν ἀναιρεῖν τοῖς λόγοις ἐπιχειρηκότων, ἄλλων δὲ τὴν ὑπὲρ ἀνθρώπων αὐτὸν πρόνοιαν ἀφαιρουμένων)· οὐδ' ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασι τῶν βίων ὄψεται διαφοράν, ἀλλὰ κοινὰ μὲν ἔργα πάντων παρ' ἡμῖν, εἷς δ' ὁ λόγος ὁ τῷ νόμῳ συμφωνῶν περὶ Θεοῦ, πάντα λέγων ἐκεῖνον ἐφορᾶν. Καὶ μὴν περὶ τῶν κατὰ τὸν βίον ἐπιτηδευμάτων, ὅτι δεῖ πάντα τὰ ἄλλα τέλος ἔχειν τὴν εὐσέβειαν, καὶ γυναικῶν ἀκούσειεν ἄν τις, καὶ τῶν οἰκετῶν. Ὅθεν δὴ καὶ τὸ προσφερόμενον ἡμῖν ὑπό τινων ἔγκλημα, τὸ δὴ μὴ καινῶν εὑρετὰς ἔργων ἢ λόγων ἄνδρας παρασχεῖν, ἐντεῦθεν συμβέβηκεν. Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι τὸ μηδενὶ τῶν πατρίων ἐμμένειν καλὸν εἶναι νομίζουσι, καὶ τοῖς μάλιστα τολμῶσι ταῦτα παραβαίνειν σοφίας δεινότητα μαρτυροῦσιν· ἡμεῖς δὲ τοὐναντίον μίαν εἶναι καὶ φρόνησιν, καὶ ἀρετὴν ὑπειλήφαμεν, τὸ μηδὲν ὅλως ὑπενάντιον μήτε πρᾶξαι, μήτε διανοηθῆναι τοῖς ἐξ ἀρχῆς νομοθετηθεῖσιν (95)· ὅπερ εἰκότως ἂν εἴη τεκμήριον τοῦ κάλλιστα τὸν νόμον τεθῆναι. Τὰ γὰρ μὴ τοῦτον ἔχοντα τὸν τρόπον αἱ πεῖραι δεόμεναι (96) διορθώσεως ἐλέγχουσιν· ἡμῖν δὲ τοῖς πεισθεῖσιν ἐξ ἀρχῆς τεθῆναι τὸν νόμον κατὰ Θεοῦ βούλησιν, οὐδ' εὐσεβὲς ἦν ἔτι τοῦτο μὴ φυλάττειν. Τί γὰρ αὐτοῦ τις ἂν μετακινήσειεν (97), ἢ τί κάλλιον ἐξεῦρεν, ἢ τί παρ' ἑτέρων ὡς ἄμεινον μετήνεγκεν; Ἆρά γε τὴν ὅλην κατάστασιν τοῦ πολιτεύματος; Καὶ τίς ἂν καλλίων ἢ δικαιοτέρα γένηται τῆς τὸν Θεὸν μὲν ἡγεμόνα τῶν ὅλων ἡγεῖσθαι (98) πεποιημένης, τοῖς ἱερεῦσι δὲ κοινῇ μὲν τὰ μέγιστα διοικεῖν ἐπιτρεπούσης, τῷ δὲ πάντων ἀρχιερεῖ πάλιν πεπιστευκυίας τὴν τῶν ἄλλων ἱερέων ἡγεμονίαν; οἷς οὐ (99) πλούτῳ, οὐδέ τισιν ἄλλαις προὔχουσι πλεονεξίαις, τὸ πρῶτον εὐθὺς νομοθετῆσαι ἐπὶ τὴν τιμὴν ἔταξεν· ἀλλ' ὅσοι τῶν μετ' αὐτοῦ πειθοί τε καὶ σωφροσύνῃ τῶν ἄλλων διέφερον, τούτοις τὴν περὶ τὸν Θεὸν θεραπείαν ἐνεχείρησε. Τοῦτο δ' ἦν (1) καὶ τοῦ νόμου καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων ἀκριβὴς ἐπιμέλεια· καὶ

hebdomadis quoque singulis, ab allo quolibet opere feriatos omnes, ad illam, dum recitaretur, audiendam, animoque penitus informandam convenire juberet. Id quod ab reliquis omnibus legislatoribus prætermissum videmus. Quare, plerique mortalium a vita suarum ex legum præceptis instituenda tantum absunt, ut in summa fere illarum ignoratione versentur, atque ubi peccaverint, eas tum demum ab se violatas, ex aliis intelligant. Quam ignorantiam summi quoque ac principes eorum magistratus confitentur, dum eos rerum administrationi præesse potissimum, ac sibi assidere volunt, qui præcipuam quamdam legum peritiam præ se ferant. At ex nostris, quemcunque de legum nostrarum capitibus interroges, universas facilius quam suum ipse nomen edisseret, quippe quas jam usque ab ea, qua primum aliquid sentire cœpimus, ætate, haustas, mentibus deinceps inustas quodammodo impressasque teneamus. Ita et rari admodum sunt, qui eas violent, et qui violarit, nulla prorsus ei deprecandæ pœnæ ratio superest. Atque hic admirabilis inter nos animorum consensionis fons est præcipuus. Nam et idem omnes de Deo sentire, et nullo vitæ morumque dissidio laborare, id vero pulcherrimam ac jucundissimam hominibus animorum studiorumque conjunctionem afferre solet. Enimvero soli omnino sumus, apud quos neque discrepantes unquam de Deo sententias audies, quod apud alios frequentissimum est (nec enim vulgaris tantum ac plebeius quilibet, prout peculiaris animi sensus impulerit, de Deo loquitur : **364** sed hoc temeritatis vitium ad nonnullos etiam philosophos permanavit, quorum alii omnem Dei naturam funditus exterminare conati sunt, alii eumdem omni hominum cura providentiaque spoliarunt); nec ullum in vitæ rationibus dissidium videbis. Imo vero, cum summa quædam apud nos omnium est operum functionumque communio, tum vox similiter eadem, et cum ipsa lege consentiens, quæ omnia divini oculi sapientia regi profitetur. Quin etiam, quod ad vitæ instituta spectat, ex ipsis quoque mulierculis ac mancipiis intelliges, nihil non ex cæteris ad unum religionis finem esse referendum. Atque hinc profectum illud est, quod a nonnullis probro nobis et crimini vertitur, neminem ex nobis ullum aut novæ orationis, aut operis novi auctorem prodiisse. Nam cæteri quidem, in nulla patriarum consuetudinum acquiescere, præclarum quiddam ac laude dignum arbitrantur, eosque potissimum, qui

(93) *Ἔθνεσι*. Mendosa vox. Reponend. ἔθεσι, ut est apud Joseph. et in manuscr.

(94) *Ἀκούσεται τούς*. Legend. ἀκούσεταί τις, ut apud Joseph.

(95) *Νομοθετηθεῖσιν*. Recte, nam apud Joseph. vitiose legitur, νομοθετήσασιν.

(96) *Δεόμεναι*. Joseph., δεόμενα. Elige.

(97) *Μετακινήσειεν*. Manusc., μετεκίνησεν, ut ἐξεῦρεν, μετήνεγκεν, quæ sequuntur. At Joseph. et Montac. μετακινήσειεν retinent, et ἐξεύροι legunt : pro μετήνεγκεν autem Joseph., ἐξενέγκοι, Mont., μετενέγκοι, quod melius est.

(98) *Ἡγεῖσθαι*. Delet hanc vocem Josephus, et recte.

(99) *Οἷς οὐ*, etc. Locum hunc integrum Joseph. ita legit, οὓς οὐ κατὰ πλοῦτον, οὐδὲ τ. ἄ. προὔχοντας αὐτομάτοις πλεονεξ. πρῶτον εὐθὺς ὁ νομοθέτης ἐπὶ τ. τ. ἔ., quam lectionem etiam Montac. repræsentat, eamque nos secuti sumus. Non displicet tamen πλούτῳ, pro κατὰ πλοῦτον, cum sequatur οὐδέ τισιν.

(1) *Τοῦτο δ' ἦν*. Joseph., τούτοις δ' ἦν, quod facilius videtur.

Digitized by Google

aliquid earum labefactare conantur, a singulari prudentiæ vi solertiaque commendant. Nos contra, unam hanc et prudentiam, et virtutem esse statuimus, nihil omnino quod cum legibus ante sancitis quoquo modo pugnet, aut invehere, aut moliri. Quod sane argumento certissimo est, optime conditam hanc fuisse legem. Quæ enim secus instituta sunt, ea vero correctione indigere, experientia comprobatur. At nos, qui hanc primum legem ex divinæ voluntatis arbitrio latam fuisse credimus, eam deinceps violare sine impietate non possumus. Et vero, quid tandem aut ex ea mutare quis possit, aut excogitare melius, aut ab aliis convenientius mutuari? Num forte genus insum reipub. unum immutabit? At quodnam, obsecro, possit eo vel melius vel æquius institui, quod Deum quidem rerum universarum moderatorem constituat, sacerdotes vero ita publicæ maximorum negotiorum administrationi præficiat, ut illis ipsis sacerdotibus summum omnium pontificem præesse velit? Adde quod eosdem ab ipso jam initio legislator, non pro census magnitudine, aut aliarum ejusmodi rerum, quam fortuna pepererit, copia, in tanto honoris gradu collocari voluerit; sed iis duntaxat, qui secum aliis partim orationis vi, partim etiam æquitate morum anteirent, divini cultus religiones ritusque commiserit. Id quod sane ad accuratam et legis ipsius, et reliquorum institutorum conservationem, maxime pertinebat: cum et summi omnium quæsitores, et controversiarum judices, et damnatorum punitores constituti sacerdotes essent. **385** Quodnam igitur imperii genus hoc sanctius esse queat? aut qui Deo cultus convenientior exhiberi? Ubi non multitudo tantum universa ad pietatem studiosissime informetur, sed etiam et insignis quædam a sacerdotibus in rerum administratione diligentia exigatur, et solemnem sacri alicujus festi religionem tota reipub. ratio imitetur? Nam quæ cæteri paucis aliquot diebus mysteria, ut appellant, statasque cæremonias custodire non possunt, ea nos perpetuo cum suavissime, tum etiam constantissime retinemus. Quænam vero, et cujusmodi nostra illa vel edicta sunt, vel interdicta? Simplicia prorsus et illustria. Princeps quidem et caput omnium illud est, quod ita de Deo statuit: Deum universa complecti: perfectissimum illum esse atque beatissi-

A ἐπειδὴ περιέχει παμπληθεῖς μὲν χορηγίας, ἀπόλαυσιν δ' οὐδενὸς χρηστοῦ· φόβους δ' ἐπαλλήλους, καὶ κινδύνους ἀνηκέστους, καὶ νόσον ἑρπηνώδους (31) καὶ φθινώδους χαλεπωτέραν, ἀθεράπευτον ἀεὶ φέρουσαν ὄλεθρον. Οἱ δὲ πολλοὶ τῶν ἀνεξετάστων, ὑπὸ τῆς λαμπρᾶς φανερότητος ἀπατώμενοι, ταὐτὸν πεπόνθασι τοῖς ἀγχιστρευομένοις ὑπὸ τῶν εἰδεχθῶν ἑταιριδίων, ἃ τὴν δυσμορφίαν ἐσθῆτι καὶ χρυσῷ, καὶ ταῖς τῆς ὄψεως ὑπογραφαῖς ἐπισκιάζοντα, γνησίου κάλλους ἀπορίᾳ, νόθον ἐπ' ἐνέδρᾳ τῶν θεωμένων δημιουργεῖ. Τοιαύτης γέμουσι βαρυδαιμονίας οἱ λίαν εὐτυχεῖς, ἧς τὰς ὑπερβολὰς αὐτοὶ δικάσαντες (32) παρ' ἑαυτοῖς οὐ στέγουσιν. Ἀλλ' ὥσπερ οἱ τὰ ἄῤῥητα ὑπ' ἀνάγκης ἐκλαλοῦντες, ἀφιᾶσι τὰς ἐκ πάθους ἀψευδεστάτας φωνὰς, ἐπὶ συνουσίᾳ τιμωριῶν καὶ παρουσῶν καὶ
B προσδοκωμένων ζῶντες, καθάπερ τῶν θρεμμάτων τὰ πρὸς ἱερουργίαν παινόμενα. Καὶ γὰρ ταῦτα τῆς πλείστης ἐπιμελείας ἐπὶ τῷ σφαγῆναι τυγχάνει διὰ πολύχρεων εὐωχίαν. Εἰσὶ δ' οἱ καὶ περὶ χρημάτων ἀτεβῶν οὐκ ἀδήλους, ἀλλὰ φανερὰς ἔδοσαν δίκας, ὧν τὰ πλήθη καταλέγεσθαι περιττὸς πόνος· ἀπόχρη δ' ἐν ἔργον παράδειγμα πάντων ἑστάναι. Λέγεται τοίνυν ὑπὸ τῶν ἀναγεγραφότων τὸν ἱερὸν πόλεμον τὸν ἐν Φωκίδι, νόμου κειμένου, τὸν ἱερόσυλον κατακρημνίζεσθαι, ἢ καταποντοῦσθαι, ἢ καταπίμπρασθαι· τρεῖς συλήσαντας τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερὸν, Φιλόμηλον, καὶ Ὀνόμαρχον, καὶ Φάϋλλον, διανείμασθαι τὰς τιμωρίας· τὸν μὲν γὰρ διὰ λόφου τραχείας καὶ λιθώδους ῥαγείσης πέτρας κατακρημνισθῆναί τε καὶ καταλευσθῆναι· τὸν δὲ, ἀφηνιάσαντος τοῦ κομίζοντος ἵππου,
C καὶ μέχρι θαλάσσης καταβάντος, ἐπιδραμόντος τοῦ τε λάγους, εἰς ἀχανῆ βυθὸν αὐτῷ ζώῳ καταδῦναι· Φάϋλλον δὲ φθινώδει νόσῳ (διττὸς γὰρ ὁ περὶ αὐτοῦ λόγος) συνταχῆναι, ἢ ἐν τῷ ἐν Ἄβαις ἱερῷ συνεμπρησθέντα ἀπολέσθαι. Ταῦτα γὰρ φιλονεικότατον λέγειν ἀποδῆναι κατὰ τύχην. Εἰ μὲν γάρ τινες, ἢ ἐν διαφέρουσι καιροῖς, ἢ ἑτέραις ἐκολάσθησαν τιμωρίαις, εἰκὸς ἦν τὸ ἄστατον τῆς τύχης προφασίζεσθαι· πάντων δ' ἀθρόως, καὶ ὑφ' ἕνα καιρὸν, καὶ μὴ ἑτέραις τιμωρίαις, ἀλλὰ ταῖς περιεχομέναις ἐν τοῖς νόμοις κολασθέντων, εὔλογον φάσκειν, ὅτι
D Θεοῦ δικάσαντος ἐλάσαν (33). Εἰ δέ τινες τῶν ὑπολειφθέντων βιαίων, καὶ τοῖς πλήθεσιν ἐπαναστάντων, καὶ δουλωσαμένων οὐ μόνον δήμους ἑτέρους, ἀλλὰ καὶ πατρίδας τὰς ἑαυτῶν, ἀτιμώρητοι διετέλεσαν, θαυμαστὸν οὐδέν. Πρῶτον μὲν γὰρ οὐχ ὁμοίως ἄνθρωπος δικάζει καὶ Θεὸς διότι τὰ μὲν φανερὰ ἡμεῖς ἐρευνῶμεν, ὁ δὲ, ἄχρι μυχῶν ψυχῆς εἰσδυόμενος ἀψοφητὶ, καθάπερ ἐν ἡλίῳ, λαμπρὰν διάνοιαν αὐγάζει, ἀπαμπίσχων μὲν τὰ περίαπτα (34), οἷς ἐγκεκάλυπται, γυμνὰ δὲ περιαθρῶν

τὰ βουλήματα, καὶ διαγινώσκων εὐθὺς τά τε παράσημα καὶ δόκιμα. Μηδέποτ' οὖν, τὸ οἰκεῖον δικαστήριον τοῦ θείου προκρίναντες, ἀψευδέστερον αὐτὸ καὶ εὐβουλότερον εἶναι φῶμεν· οὐ γὰρ ὅσιον. Ἐν ᾧ μὲν γὰρ πολλὰ τὰ σφάλλοντα, ἀπατηλαὶ αἰσθήσεις, πάθη ἐπίβουλα, κακιῶν ὁ βαρύτατος ἐπιτειχισμός· ἐν ᾧ δὲ οὐδὲν μὲν τῶν ἐπ' ἐξαπάτῃ, δικαιότης δὲ καὶ ἀλήθεια, αἷς ἕκαστον βραβευόμενον ἐπαινετῶς ἐξορθοῦσθαι πέφυκεν. Ἔπειτ', ὦ γενναῖε, μὴ νομίσῃς ἀλυσιτελὲς ἐπίκαιρον (35) εἶναι τυραννίδα. Οὐδὲ γὰρ ἡ κόλασις ἀλυσιτελές· ἀλλὰ τιμωρίας διδόναι τοῖς ἀγαθοῖς ἢ ὠφελιμώτερον, ἢ οὐκ ἀποδέον· οὗ χάριν ἐν ἅπασι μὲν τοῖς ὀρθῶς γραφεῖσι παρείληπται νόμοις· οἱ δὲ γράψαντες ὑπὸ πάντων ἐπαινοῦνται. Ὅπερ γὰρ ἐν δήμῳ τύραννος, τοῦτ' ἐν νόμῳ κόλασις. Ἐπειδὰν οὖν ἔνδεια μὲν καὶ σπάνις δεινὴ καταλάβῃ τὰς πόλεις ἀρετῆς, ἀφθονία δ' ἀφροσύνης ἐπιπολάσῃ, τηνικαῦτα ὁ Θεὸς, ὥσπερ ῥεῦμα χειμάρρου, τὴν φορὰν τῆς κακίας ἀποσχετεῦσαι γλιχόμενος, ἵνα καθάρῃ τὸ γένος ἡμῶν, ἰσχὺν καὶ κράτος δίδωσι τοῖς τὰς φύσεις ἀρχικοῖς. Ὠμῆς γὰρ δίχα ψυχῆς οὐ καθαίρεται κακία. Καὶ ὄντερ τρόπον αἱ πόλεις ἐπ' ἀνδροφόνοις, καὶ προδόταις, καὶ θεοσύλοις δημίους ἀνατρέφουσιν, οὐ τὴν γνώμην ἀποδεχόμεναι τῶν ἀνδρῶν, ἀλλὰ τὸ τῆς ὑπηρεσίας χρήσιμον ἐξετάζουσαι· τὸν αὐτὸν τρόπον (36) καὶ ὁ τῆς μεγαλοπόλεως τοῦδε τοῦ κόσμου κηδεμὼν οἷα δημίους κοινοὺς ἐφίστησι τοὺς τυράννους ταῖς πόλεσιν, ἐν αἷς ἂν αἴσθηται βίαν, ἀδικίαν, ἀσέβειαν, τὰ ἄλλα κακὰ πλημμύροντα, ὅπως ἤδη ποτὲ στάντα λωφήσῃ. Τηνικαῦτα καὶ τοὺς αἰτίους, ὡς ἐκ δυσκαθάρτου καὶ ἀνηλεοῦς ψυχῆς ὑπηρετήσαντας, ἐφ' ἅπασιν, ὥσπερ τινὰς κορυφαίους, ἀξιοῖ μετέρχεσθαι. Καθάπερ γὰρ ἡ τοῦ πυρὸς δύναμις, ὅταν παραβληθεῖσαν ὕλην ἀναλώσῃ, τελευταῖον αὐτὴν ἐπινέμεται· τοῦτον τὸν τρόπον καὶ οἱ ἐπὶ τοῖς πλήθεσι δυναστείας εἰληφότες, ὅταν δαπανήσαντες τὰς πόλεις, κενὰς ἀνδρῶν ἐργάσωνται, τὰς ὑπὲρ ἁπάντων τίνοντες δίκας ἐπιδιαφθείρονται. Καὶ τί θαυμάζομεν εἰ διὰ τυράννων ὁ Θεὸς κακίαν ἀναχυθεῖσαν ἐν πόλεσι, καὶ χώραις, καὶ ἔθνεσιν ἀποδιοπομπεῖται; πολλάκις γὰρ μὴ χρώμενος ὑπηρέταις ἄλλοις, αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ τοῦτ' ἐργάζεται, λιμὸν ἐπάγων, ἢ λοιμὸν, ἢ σεισμὸν, καὶ ὅσα ἄλλα θεήλατα, οἷς δμιλοι μεγάλοι καὶ πολυάνθρωποι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀπόλλυνται, καὶ πολλὴ μοῖρα τῆς οἰκουμένης ἐρημοῦται, διὰ προμήθειαν ἀρετῆς. Ἱκανῶς μὲν οὖν εἰς γε τὰ παρόντα περὶ τοῦ μή τινα τῶν φαύλων εὐδαιμονεῖν, ὡς σῖμαι, λέλεκται· δι' ὧν μάλιστα παρίσταται τὸ εἶναι Πρόνοιαν. Εἰ δὲ μηδέπω πέπεισαι, τὸν ἔθ' ὑποικουροῦντα ἐνδοιασμὸν εἰπὲ θαῤῥῶν· ἀμφότεροι γὰρ ἢ τἀληθὲς ἔχει συνδιαπονήσαντες εἰσόμεθα. » Καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν φησίν· « Ἀνέμων καὶ ὑετῶν φορὰς οὐκ ἐπὶ λύμῃ τῶν πλεόντων, ὡς ἐνόμιζες,

A frui nullo potest : **392** sed assiduis continuisque terroribus, inextricabilibus periculis, morbo denique agitatur, qui cancro talieque omni dirior, perpetuum et insanabile importat exitium. At imperiti plerique ac stolidi, illustri nescio qua specie pompaque decepti, persimiles iis sunt, qui se a putidis meretriculis inescari patiuntur, quæ deformitatem corporis cultu, auro, multisque medicamentis obtegentes, dum nihil habent veræ pulchritudinis, adulterinam ac spuriam irretiendis spectatoribus moliuntur. Eadem homines nimium beati fortunæ laborant iniquitate, cujus ipsi vim et magnitudinem, quam suopte sibi arbitrio sensuque finxerunt, premere taciti ac dissimulare non possunt; sed, quemadmodum arcana pandere nonnulli solent, necessi-
B tate compulsi, voces illi quasdam emittunt longe verissimas, atque acerbitate calamitatis extortas : dum in suppliciorum partim præsentium, partim impendentium consortio vivunt, altilium pecudum simillimi, quæ ad sacrificium saginantur. Illis enim ad lanienam curæ plurimum ac sollicitudinis impenditur, quo epulum ex sese lautius præbere possint. Quin etiam pœnas a quibusdam sacrilegiorum suorum palam ac manifeste persolutas fuisse constat. Quorum et hoc loco seriem texere, quia inutilis operæ fuerit, exemplum unum duntaxat omnium instar proferre contentus ero. Igitur sacri Phocensis belli scriptores memoriæ prodiderunt, cum lex sacrilegum aut dari præcipitem, aut in mare de-
C mergi, aut igne cremari juberet, tres illos, qui Delphicum templum spoliaverant, Philomelum, Onomarchum, et Phayllum, inter se tria illa supplicio-rum genera divisisse. Quippe unum enim illorum, cum per difficilem ac salebrosum montem incederet, disrupto saxo præcipitem actum, ejusque mole obrutum periisse; alterum, equo, cui tum insidebat, habenis excussis, in mare ipsum desiliente, inundantis æstus impetu abreptum, et immenso gurgite una cum ipso quadrupede haustum fuisse; Phayllum denique aut fœda tabe consumptum esse, aut simul cum Abensi templo conflagrasse : duplex enim ejus de morte fama circumfertur. Enim vero, casu ista contigisse, nemo unquam nisi contentiosissimus dixerit. Nam si unus aut alter, si diversis
D temporibus, si alia pœnarum genera subiissent, fortunæ mutabilitas et inconstantia prætexi fortasse posset. Nunc vero, cum et simul omnes, et sub idem tempus; nec aliis quam lege sancitis affecti pœnis fuerint, utique fatendum est reos illos divino judicio peractos damnatosque periisse. **393** Quod si ex tyrannis reliqui, nonnulli cum multitudinem oppressissent, nec alios tantum populos,

(35) *Ἐπίκαιρον*. Alt. e manuscr. distinguit ἐπὶ καιρόν.

(36) *Τὸν αὐτὸν τρόπον*. Eadem e cæteris divinæ Providentiæ defensoribus graviter ac vere disputantur. Gemina dabit in primis Synesius epist. 57, quam verius concionem dixeris. Pauca hæc accipe : Ἆρα τοὐμητέον ἔρεσθαι Θεόν; Διὰ τί σὺ μὲν ἀνίστης ἄνδρας ἐπὶ τοὺς ἡμαρτηκότας σοι τιμωροὺς, ὅταν δὲ ὑπηρετήσωσι τῷ θείῳ βουλήματι, καὶ γένωνται δήμιοι τούτοις, ἐφ' οὓς κατεπέμποντο, δέον ἐκτίσαι χάριν τῆς ὑπουργίας, τότε δὴ μάλιστα καὶ κολάζονται; Quibus responsum idem subjicit, hominetum et Christiano et Christianorum episcopo diguissimum.

Digitized by Google

sed patriam quoque suam in servitutem redegissent, nullas tamen pœnas subiere, nihil profecto mirum. Primum enim, longe aliud hominis est, aliud Dei judicium : cum obvia solum ac manifesta quæque rimari et explorare soleamus, Deus autem in intimas usque animorum latebras atque recessus absque ullo strepitu subiens ac penetrans, mentem ipsam perinde ut in sole conspicuam illustremque pervideat, ac subductis, quibus tegebatur, involucris omnibus, consilia sensusque nudos contempletur, et quidquid fucatum adulterinumque fuerit a probo legitimoque secernat. Caveamus ergo, ne judicium ipsi nostrum, divino illi, tanquam verius ac sapientius anteferre unquam velimus. Nefas enim id prorsus. In nostro quippe fraudis multi sunt errorisque fontes, sensuum fallaciæ, perturbationum insidiæ, objectæ scelerum moles gravissimæ. In divino autem, quod decipiat, omnino nihil : æquitas contra veritasque regnant, quibus expensa constitutaque singula, laudabiliter solent feliciterque succedere. Deinde vero, cavesis, mi homo, inutilem, in tempus saltem aliquod, tyrannidem arbitrere : neque enim punitio supervacaneum quiddam est, sed potius expeti exigique pœnas, aut viris etiam probis utilius est, aut ab iis certe non alienum. Itaque cum id optimis quibusque legibus comprehensum esse, tum ipsos quoque illarum auctores ab omnibus laudari videmus. Enimvero quod tyrannus in populo, hoc ipsum in lege punitio est. Ubi ergo ingens quædam urbes virtutis penuria solitudoque pervadit, ubi exsistit passim abundatque vecordia : tum Deus hanc improbitatis colluviem, non secus ac cursum aliquem impetumque torrentis, derivare cupiens, omnem ut generi nostro labem eximat, homines natura sua imperiosos vi ac potestate armat. Nec enim purgari sceleris nisi ab animo acerbiore potest. Et quemadmodum respublicæ adversus homicidas, proditores, et sacrilegos, carnifices alunt, non quod eam vitæ rationem institutumque laudent, sed quod utilem eorum operam esse intelligant; ita summus ille magnæ mundi hujus reipublicæ moderator, tyrannos iis nonnunquam civitatibus, perinde ac tortores publicos præficit, quas vi, injuriis, impietate, ac cæteris criminibus redundare intelligat, ut compressa mali contagio tandem aliquando sopiatur. Tum enimvero illos ipsos pœnarum auctores, quod

A ἢ γεωργούντων, ἀλλ' ἐπ' ὠφελείᾳ τοῦ παντὸς ἡμῶν γένους ὁ Θεὸς ἐργάζεται. Ὕδασι μὲν γὰρ τὴν γῆν καθαίρει, τὸν δ' ὑπὸ σελήνην (37) ἅπαντα χῶρον πνεύμασιν· ἀμφοτέροις δὲ ζῶα καὶ φυτὰ τρέφει, καὶ αὔξει, καὶ τελειοῖ. Εἰ δὲ τοὺς μὴ ἐν καιρῷ πλουτῆρας ἢ γεωπόνους ἔστιν ὅτε βλάπτει, θαυμαστὸν οὐδέν· βραχὺ γὰρ οὗτοι μέρος, ἡ δ' ἐπιμέλεια τοῦ παντὸς ἀνθρώπου γένους. Ὥσπερ οὖν τὸ ἐν τῷ γυμνασίῳ ἄλειμμα τίθεται μὲν ἐπ' ὠφελείᾳ, πολλάκις δ' ὁ γυμνασίαρχος ἕνεκα πολιτικῶν χρειῶν ὥρας τῆς ἐν ἕθει μετέθηκε τὴν τάξιν, δι' ἧς ὑστέρησαν ἔνιοι τῶν ἀλειφομένων· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς, οἷα πόλεως, τοῦ παντὸς ἐπιμελούμενος κόσμου, θέρη χειμαίνοντα, καὶ χειμῶνας ἐαρίζοντας εἴωθε ποιεῖν ἐπὶ τῇ τοῦ παντὸς ὠφελείᾳ, κἂν εἰ ναύκληροί τινες ἢ γῆς ἐργάται μέλλοιεν ταῖς τούτων ἀνωφελίαις ζημιοῦσθαι. Τὰς οὖν τῶν στοιχείων εἰς ἄλληλα μεταβολὰς, ἐξ ὧν ὁ κόσμος ἐπάγη καὶ συνέστηκεν, εἰδὼς ἀναγκαιότατον ἔργον, ἀκωλύτους παρέχειται· πάχναι δὲ καὶ χιόνες, καὶ ὅσα ὁμοιότροπα, ἄερος ἐπακολουθεῖ καταψύξει, καὶ πάλιν προσαράξει καὶ παρατρίψει νεφῶν ἀστραπαί τε καὶ βρονταί. Ὧν οὐδὲν ἴσως κατὰ πρόνοιαν, ἀλλ' ὑετοὶ καὶ πνεύματα, ζωῆς καὶ τροφῆς καὶ αὐξήσεως τοῖς περὶ γῆν αἴτια, ὧν ταῦτα ἐπακολουθήματα. Οἷα, γυμνασιάρχου φιλοτιμίαις πολλάκις ἀνειμένας ποιουμένου δαπάνας, ἀνθ' ὕδατος ἐλαίῳ καταιονώμενοι (38) τινες τῶν ἀπεροχάλων, εἰς τοὔδαφος ῥανίδας ἀποστάζουσιν· ὁ δ' ὀλισθηρότατος αὐτίκα γίνεται πηλός· ἀλλ' οὐκ ἂν τις εὖ φρονῶν εἴποι, τὸν πηλὸν καὶ τὸν ὀλισθον προμηθείᾳ τοῦ γυμνασιάρχου γεγονέναι, παρηκολουθηκέναι δὲ ἄλλως τῇ ἀφθονίᾳ τῶν χορηγιῶν ταῦτα. Ἶρις δὲ καὶ ἄλως, καὶ ὅσα ὁμοιότροπα, πάλιν ἐστὶν αὐτῶν ἐγκιρναμένων (39) τοῖς νέφεσιν ἐπακολουθήματα, οὐκ ἔργα φύσεως προηγούμενα, φυσικοῖς δ' ἐπισυμβαίνοντα ἔργοις· οὐ μὴν ἀλλὰ παρέχει τινὰ καὶ ταῦτα χρείαν ἀναγκαίαν τοῖς φρονιμωτέροις· νηνεμίας γὰρ καὶ πνεύματα, εὐδίας τε καὶ χειμῶνας ἀπὸ τούτων τεκμαιρόμενοι προλέγουσι. Τὰς κατὰ πόλιν στοὰς οὐχ ὁρᾷς; τούτων αἱ πλείους πρὸς μεσημβρίαν νενεύκασιν, ὑπὲρ τοῦ τοὺς ἐμπεριπατοῦντας χειμῶνος μὲν ἀλεαίνεσθαι, θέρους δὲ καταπνεῖσθαι. Παρακολουθεῖ δέ τι καὶ ἕτερον, ὃ μὴ τῇ γνώμῃ τοῦ κατεσκευακότος ἐπιγίνεται. Τί δὲ τοῦτ' ἔστιν; αἱ ἀπὸ τῶν ποδῶν ἐκπίπτουσαι σκιαὶ, ᾗ ἡμετέρᾳ πείρᾳ διασημαίνουσι τὰς ὥρας. Καὶ μὲν δὴ τὸ κῦρ φύσεως ἀναγκαιότατον ἔργον· ἐπακολούθημα δὲ τούτου καπνός· ἀλλ' ὅμως παρέχεταί τινα ὠφέλειαν

(37) *Τὸν δ' ὑπὸ σελήνην*, etc. Vide in primis Senecam, *Natural. quæst.* lib. v, cap. 18 : *Inter cætera*, inquit, *Providentiæ opera, hoc quoque aliquis ut dignum admiratione suspexerit. Non enim ex una causa ventos, aut invenit, aut per diversa disposuit : sed primum, ut aera non sinerent pigrescere, sed assidua vexatione utilam redderent, vitalemque tracturis.* Et paulo post : *Sed non ideo non sunt ista natura sua bona, si vitio male utentium nocent. Nimirum in hoc Providentia, ac dispositor istæ mundi Deus, a ra ventis exercendum dedit, et illos ab omni parte, ne quid esset situ squalidum, effudit : non ut classes partem freti occuparuras comploremus milite armato, et hostem in mari, aut post mare inquireremus*, etc. R. P. Granatensis, sanctissimus et eloquentissimus Christianæ vitæ magister, parte I, cap. 7, § 1, suæ *ad Symbol. Isagog.*, scribit, teterrimæ pestilentiæ luem, quæ Lusitaniam perdiu graviterque vexaverat, non ante desiisse, quam vehementior quidam ventus omnem corrupti aeris labem abstulisset.

(38) *Καταιονώμενοι*. Καταιονᾶν usitatius est quam καταιονεῖν.

(39) *Αὐτῶν ἐγκιρναμένων*. Melius quatuor alter manuscr., ἐγκρινομένων. Sed illud αὐτῶν, quo spectet, non video. Quid si legatur ἀκτίνων, aut certe τῶν pro αὐτῶν; Ego ἀκτίνων malim.

Digitized by Google

ἐστιν ὅτε καὶ αὐτός· ἐν γοῦν ταῖς μεθημεριναῖς A in iis infligendis improbitatem ipsi suam, et pro-
πυρσείαις (40), ἡνίκα τὸ πῦρ ὑπὸ τῶν ἡλικιῶν κα- priam animi 394 crudelitatem secuti fuerint, præ
τελαμπόμενον αὐγῶν ἐξαμαυροῦται, καπνῷ μηνίε- cæteris omnibus tanquam sceleris ac nequitiæ prin-
ται πολεμίαν ἴφοδον. Οὕς γ' οὖν ἐπὶ τῆς ἴριδος, cipes severe graviterque punit. Quemadmodum enim
τοσοῦτος καὶ ἐπὶ τῶν ἐκλείψεων ὁ λόγος. Θείαις γὰρ vis ignis ejusmodi est, quæ objectam depasta ma-
φύσεσιν ἡλίου καὶ σελήνης ἐπακολουθοῦσιν ἐκλείψεις· teriam, sese tandem ipsa conficiat atque consumat,
αἱ δὲ μηνύματά εἰσιν ἢ βασιλέων τελευτῆς, ἢ πόλεων ita qui sibi auctoritatem in populos imperiumque
φθορᾶς· ὁ καὶ Πίνδαρος ἡνίξατο γενομένης ἐκλείψεως, sumpsere, iis spoliatis, et hominibus exhaustis ci-
διὰ τῶν πρόσθεν εἰρημένων. Ὁ δὲ δὴ τοῦ γάλακτος vitatibus, pœnas ipsi denique luentes universorum,
κύκλος, τῆς μὲν αὐτῆς οὐσίας τοῖς ἄλλοις ἄστροις digno insuper tolluntur exitio. Quid mirum autem,
μετέσχηκε, δυσπιθολόγητος δ' εἴπερ ἔστι, μὴ ἀπο- si hominum improbitatem in urbibus passim, re-
κνεῖτωσαν οἱ τὰ φύσεως ἐρευνᾶν εἰωθότες. Ὠφε- gionibus, populisque grassantem, tyrannorum manu
λιμώτατον γὰρ ἡ εὕρεσις, ἥδιστον δὲ καὶ καθ' αὐτὸ Deus exterminet, cum ipsemet nulla cujusquam
τοῖς φιλομαθέσιν ἡ ζήτησις. Ὥσπερ οὖν ἥλιος καὶ usus opera, id ipsum per sese nonnunquam efficiat,
σελήνη προνοίᾳ γεγόνασιν, οὕτω καὶ τὰ ἐν οὐρανῷ famem, pestilentiam, terræ motus, ac cæteras id
πάντα, κἂν ἡμεῖς, τὰς ἑκάστων φύσεις τε καὶ δυνά- B genus calamitates cœlitus immittendo, quibus vis
μεις ἰχνηλατεῖν ἀδυνατοῦντες, ἡσυχάζωμεν. Σεισμοί hominum ingens quotidie tollitur, parsque magna
τε, καὶ λοιμοί, καὶ κεραυνῶν βολαί, καὶ ὅσα τοιαῦτα, terrarum, dum virtuti consultum esse vult, incolis
λέγεται μὲν εἶναι θεήλατα, πρὸς δ' ἀλήθειαν οὐκ exhauritur? Verum satis, opinor, quantum saltem
ἔστι· θεὸς γὰρ οὐδενὸς αἴτιος κακοῦ τοπαράπαν, postulabat hic locus, improbum neminem vere be-
ἀλλ' αἱ τῶν στοιχείων μεταβολαὶ ταῦτα γεννῶσιν, οὐ atum esse ostendimus: quo potissimum argumenti ge-
προηγούμενα ἔργα φύσεως, ἀλλ' ἑπόμενα τοῖς ἀναγ- nere Providentiam esse conficitur. Si tamen necdum
καίοις, καὶ τοὺς προηγουμένοις ἑπακολουθοῦντα. Εἰ omnino facta tibi fides est, age, quidquid adhuc hæ-
δέ τινες τῶν χαριεστέρων συναπολαύουσι τῆς ἀπὸ ret scrupuli, fidenter eloquere: ambo enim con-
τούτων βλάβης, οὐκ αἰτιατέον τὴν διοίκησιν. Πρῶτον junctæ opera studioque, facilius, utra ex parte stet
μὲν γὰρ οὐκ, εἴ τινες ἀγαθοὶ παρ' ἡμῖν νομίζονται, veritas, cognoscemus. » Tum aliquot interjectis:
καὶ πρὸς ἀλήθειάν εἰσιν, ἐπειδὴ τὰ Θεοῦ κριτήρια « Vim, inquit, illam impetumque ventorum et im-
τῶν κατὰ τὸν ἀνθρώπινον νοῦν πάντων ἀκριβέστερα· brium, non jam in nautarum, ut putabas, agricola-
δεύτερον δὲ τὸ προμηθὲς ἐπὶ τὰ τῶν ἐν κόσμῳ συν- rumque perniciem, sed in generis hominum uni-
εκτικώτατα ἐφορᾶν ἀγαπᾷ· καθάπερ ἐν ταῖς βασι- C versi utilitatem ac fructum Deus excitare solet.
λείαις καὶ στραταρχίαις, ἐπὶ τὰς πόλεις καὶ τὰ στρα- Aquis enim terras, ventis totam illam, quæ infra
τόπεδα, οὐκ ἐπί τινα τῶν ἠμελημένων καὶ ἀφανῶν lunam est, regionem purgat: utroque vero animan-
ἕνα τὸν προστυχόντα. Λέγουσι δέ τινες, καθάπερ ἐν tes ac plantas alit, auget, ac perficit. Quod autem,
ταῖς τυραννοκτονίαις καὶ τοὺς συγγενεῖς ἀναιρεῖσθαι qui alieno tempore, sive navigant, sive terram co-
νόμιμόν ἐστι, ὑπὲρ τοῦ μεγέθει τῆς τιμωρίας ἐπι- lunt, aliquid inde nonnunquam detrimenti capiant,
σχεθῆναι τὰ ἀδικήματα· τὸν αὐτὸν τρόπον κἀν ταῖς mirum nihil: pars enim hominum perexigua sunt,
λοιμώδεσι νόσοις παραπόλλυσθαί τινας τῶν μὴ ὑπαι- cura vero ac providentia generis est universi. Quem-
τίων, ἵνα τόρρωθεν οἱ ἄλλοι σωφρονίζωνται· δίχα admodum igitur athletis inungendis utilis olei copia
τοῦ ἀναγκαῖον εἶναι τοὺς ἐμφερομένους ἀέρι νοσώδει in gymnasio est, cum tamen exigentibus aliquando
νοσεῖν, ὥσπερ καὶ τοὺς ἐν νηῒ χειμαζομένους κιν- reipublicæ temporibus, certaminis solemne tempus
δυνεύειν ἐξίσου. Τὰ δ' ἄλκιμα τῶν θηρίων γέγονεν gymnasii moderator immutet, quo fit, ut serius ath-
(οὐ γὰρ ὑποσιωπητέον, ὡς ἂν εἰ (41) καὶ τῷ δεινῶς letæ nonnulli conveniant: sic Deus, mundum hunc
εἰπεῖν οἰομένῳ προλαβὼν τὴν ἀπολογίαν διέτυ- totum, perinde ut civitatem aliquam gubernans,
ρες) ἀσκήσεως ἕνεκα τῆς πρὸς τοὺς πολεμικοὺς æstates interdum hiemi persimiles, verique geminas
ἀγῶνας. Τὰ γὰρ γυμνάσια καὶ αἱ συνεχεῖς θῆραι D hiemes universi commodo invehere consuevit, tametsi
συγκροτοῦσι καὶ νευροῦσιν εὖ μάλα τὰ σώμα- nautis colonisve quibusdam infestior ea tempestatum
τα, καὶ πρὸ τῶν σωμάτων τὰς ψυχὰς ἐθίζουσιν inæqualitas sit futura. Nam mutuas illas quidem
ἐχθρῶν ἐξαπίνας ἐφόδους τῷ καρτερῷ τῆς ῥώμης elementorum mutationes, ex quibus mundus iste co-
ἐλογεῖν. Τοῖς δὲ τὰς φύσεις εἰρηνικοῖς ἔξεστιν οὐ aluit, etiamque consistit ac viget, quod summam ea-
μόνον τειχῶν ἐντὸς, ἀλλὰ καὶ κλεισιάδων θαλαμευο- rum necessitatem pervideat, nunquam fieri prohibet:
μένοις ἀποζῆν ἀνεπιβούλευτως, ἔχουσιν εἰς ἀπόλαυσιν 395 at vero pruinæ, nives, atque id genus reli-

(40) *Μεθημεριναῖς πυρσείαις.* Φρυκτούς, seu φρυκτωρίας intelligit. De quibus adi magnum illum humanioris litteraturæ genium. Justum Lipsium, lib. v *De milit. Rom.*, dial. 9, et Lacerdam nostrum eruditissimis *in Virgilium Commentariis*, ad illud ii *Æneid.*

. . . . *Flammas cum regia puppis*
Extulerat;

Et illud vi de Helena,

Flammam medin ipsa tenebat.

(41) *Ὡς ἂν εἰ*, etc. Loci hujus vitium tolli potest, si cum altero manuscr. primum ὡς ἂν expunxeris, vel saltem legeris, εἰ καὶ ὡς ἂν, deinde οἰομένῳ in εἶναι mutaveris. Præterea δεινός pro δεινῶς reponendum videtur. Integer ergo locus sic legi possit, εἰ καὶ (vel εἰ καὶ ὡς ἂν) τῷ δεινὸς εἰπεῖν εἶναι, προλαβών, etc.

Digitized by Google

qua, cœli refrigerationem, quemadmodum et nubium collisionem attritumque fulgura atque tonitrua consequuntur. (*) Quorum adeo, Providentiæ consilio exsistit fortasse nihil; sed pluviæ solum atque venti, quibus ea, quæ terræ sinu continentur, vivunt, aluntur, et crescunt, quibusque antegressis cætera illa vulgo subsequuntur. Ut enim vero, si qui forte minus elegantes ac politi, cum gymnasii moderator voluptarios, ut sæpe accidit, magnificentiæ studio, sumptus fecerit, unguentis pro aqua perfusi, labentibus guttis subjectum solum irrigarint, unde lutum admodum lubricum oriatur: nemo quidem, si sapiat modo, gymnasiarchæ consilio lutum istud lubricumve contigisse dixerit, sed utrumque casu quodam ex tanta unguentorum copia consequutum fuisse; iris similiter, corona, et cætera id genus, ex radiis sese medias in nubes immiscentibus consequuntur, eoque non principalia quædam naturæ opera sunt, sed potius ad res naturales accedunt. Quanquam et solertioribus ipsa quoque, necessario cuidam usui esse solent, qui ex illorum aspectu, aut sudum fore serenumque cœlum, aut ventos ac tempestates imminere præsentiunt, atque prænuntiant. Num tu porticus illas tota urbe vides? spectant pleræque meridiem, ut inambulantes hieme quidem incalescant, æstate vero, aura vehementiore perflentur. Cæterum aliud quiddam eo ex situ consequitur, quod omnino præter ejus, qui porticum molitus est, animum mentemque contingit. Quid tandem illud? Quod projectæ pedibus umbræ, horas nobis quotidiana quadam experientia denotent. Sic ignis opus est naturæ per necessarium; fumus autem, ut ejus quædam quasi accessio sit, habet tamen interdum commoditatis aliquid ipse quoque: cum enim faces interdiu tolluntur e speculis, solisque radii splendorem ignis exstinguunt, fumo saltem indidem prorumpente hostium adventus indicatur. Porro quod de iride statuimus, idem etiam de solis ac lunæ defectionibus sentiendum est. Quæ quidem ita divinioribus utriusque astri naturis accidunt, ut simul imminentem aut regibus interitum, aut civitatibus pestem denuntient. Id quod etiam Pindarus, cum similis defectio contigisset, laudatis supra carminibus indicavit. Lacteus item circulus, cum ejusdem plane, cujus astra cætera naturæ sit, ut causas habeat explicatu difficiles, absit tamen ut animum hoc in genere despondeant, qui rerum naturalium rationes indagare solent: **396** cum enim causam ejusmodi aliquam inveniase utilissimum est, tum vel eam investigare, hominibus sciendi cupidis, per sese jucundissi-

A ἀφθονωτάτας ἡμέρων ἀγέλας. Ἐπειδὴ σῦς, καὶ λάστας, καὶ ὅσα ὁμοιότροπα, ἑκουσίᾳ φύσει χρώμενα, μακρὰν ἄστεος ἀπελήλαται, τὸ μηδὲν παθεῖν ἀγαπῶντα τῆς ἀνθρώπων ἐπιβουλῆς. Εἰ δέ τινες ὑπὸ ῥᾳθυμίας ἄοπλοι καὶ ἀπαράσκευοι ταῖς καταδύσεσι τῶν θηρίων ἀδεῶς ἐνδιαιτῶνται, τῶν συμβαινόντων ἑαυτοὺς, ἀλλὰ μὴ τὴν φύσιν αἰτιάσθωσαν, διότι, φυλάξασθαι παρὸν, ὠλιγώρησαν. Ἤδη γοῦν καὶ ἐν ἱπποδρομίαις εἶδόν τινας εἴξαντας ἀλογιστίᾳ, οἳ, δέον ἐγκαθέζεσθαι, καὶ σὺν κόσμῳ θεωρεῖν, ἐν μέσῃ στάντες, ὑπὸ τῆς ῥύμης τῶν τεθριππων ἀνωσθέντες, ποσὶ καὶ τροχοῖς κατηλοήθησαν, ἀνοίας τἀπίχειρα εὑράμενοι. Περὶ μὲν οὖν τούτων ἀπόχρη τὰ λεχθέντα. Τῶν δ' ἑρπετῶν τὰ ἰοβόλα γέγονεν οὐ κατὰ πρόνοιαν, ἀλλὰ κατ' ἐπακολούθησιν, ὡς καὶ πρότερον εἶπον.

B Ζωογονεῖται γὰρ, ὅταν ἡ ἐνυπάρχουσα ἰκμὰς μεταβάλῃ πρὸς τὸ θερμότερον. Ἔνια δὲ καὶ σῆψιν ἐφύχωσεν, ὡς ἕλμινθας μὲν ἡ περὶ τροφὴν, φθεῖρας δ' ἡ ἀπὸ τῶν ἱδρώτων. Ὅσα δ' ἐξ οἰκείας ὕλης κατὰ φύσιν σπερματικὴν καὶ προηγουμένην ἔχει γένεσιν, εἰκότως ἐπιγέγραπται Πρόνοιαν. Ἤκουσα δὲ καὶ περὶ ἐκείνων διττοὺς λόγους, ὡς ἐπ' ὠφελείᾳ τοῦ ἀνθρώπου γεγονότων, οὓς οὐκ ἂν ἐπικρυψαίμην. Ἦν δ' ὁ μὲν ἕτερος τοιόσδε· Πρὸς πολλὰ τῶν ἰατρῶν ἔφασάν τινες τὰ ἰοβόλα συνεργεῖν, καὶ τοὺς μεθοδεύοντας τὴν τέχνην, εἰς ἃ δεῖ καταχρωμένους αὐτοῖς ἐπιστημόνως, ἀλεξιφαρμάκων εὐπορεῖν, ἐπὶ τῇ τῶν μάλιστα ἐπισφαλῶς ἐχόντων ἀπροσδοκήτῳ σωτηρίᾳ. Καὶ μέχρι νῦν ἔστιν ἰδεῖν τοὺς μὴ ῥᾳθύμως καὶ ἀμελῶς ἰατρεύειν ἐπιχειροῦντας ἐν ταῖς συνθέσεσι τῶν φαρμάκων καταχρωμένους ἑκάστοις οὐ παρέργως. Ὁ δ' ἕτερος λόγος οὐκ ἰατρικὸς, ἀλλὰ φιλόσοφος ἦν, ὡς ἔοικε. Τῷ γὰρ Θεῷ ταῦτ' ἔφασκεν ἠὐτρεπίσθαι κατὰ τῶν ἁμαρτανόντων κολαστήρια, ὡς στρατηγοῖς καὶ ἡγεμόσι βοστρύχους (42) ἢ σίδηρον· οὗ χάριν, ἡρεμοῦντα τὸν ἄλλον χρόνον, ἀνερεθίζεσθαι πρὸς ἀλκὴν ἐπὶ τοῖς κατακριθεῖσιν, ὧν ἡ φύσις ἐν τῷ ἀδωροδοκήτῳ δικαστηρίῳ ἑαυτῆς κατέγνω θάνατον. Τὸ δ' ἐν ταῖς οἰκίαις περφωλευκέναι μᾶλλόν ἐστι μὲν ψεῦδος· ἔξω γὰρ ἄστεος, ἐν ἀγρῷ καὶ ἐρημίαις θεωρεῖται φεύγοντα ὡς δεσπότην τὸν ἄνθρωπον. Οὐ μὴν ἀλλ' εἰ καὶ ἀληθές ἐστιν, ἔχει τινὰ λόγον. Ἐν γὰρ μυχοῖς σεσώρευται φορυτὸς, καὶ σκυβάλων πλῆθος, οἷς εἰσδύεσθαι φιλεῖ, δίχα τοῦ καὶ τὴν κνίσσαν ὀλκικὴν ἔχειν δύναμιν. Εἰ δὲ καὶ χειλιδόνες ἡμῖν συνδιαιτῶνται, θαυμαστὸν οὐδέν· τῆς γὰρ τούτων θήρας ἀπεχόμεθα. Σωτηρίας δὲ πόθος ἐν ταῖς ψυχαῖς οὐ λογικαῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀλόγοις ἐνίδρυται [a]. Τῶν δὲ πρὸς ἀπόλαυσιν οὐδὲν ὁμοδίαιτον, διὰ τὰς ἐξ ἡμῶν ἐπιβουλὰς, πλὴν παρ' οἷς ἡ τῶν τοιούτων χρῆσις ἀπηγόρευται νόμῳ. Τῆς Συρίας ἐπὶ θαλάττῃ πόλις ἐστὶν, Ἀσκάλων ὄνομα· γενόμενος ἐν

[a] *Ισ. ἐνίδρ.*

(42) *Βοστρύχους.* Non video quid supplicii vox ista significet. Uterque manuscript. habet ὕστριχας, optime; ὕστριξ enim, sive ὄσθριξ, sive ὑστριχὶς, ἐξ ὑείων τριχῶν μάστιξ, acutum sane flagelli genus. Aristophanes in *Nubibus*:

. . . *Καὶ πῶς βασανίζω κλίμακι*
Δήσας, κρεμάσας, ὑστριχίδι μαστιγῶν, δέρων·
Στρεβλῶν ἐπί τε τὰς ῥῖνας ὄξος ἐγχέων, etc.

Alia torturæ genera commemorat Synesius ep. 8, δακτυλήθραν, ποδοστράβην, πιεστήριον, βενιαβίλια, ὠτάγραν, χειλοστρόφιον.

(*) Caute legenda sequentia, de operum naturæ primariorum ac secundariorum, ut vocant, discrimine.

Digitized by Google

ιύτῃ, καθ' ὃν χρόνον εἰς τὸ πατρῷον ἱερὸν ἐστελλόην, εὐξόμενός τε καὶ θύσων, ἀμήχανόν τι πελειάδων λῆθος ἐπὶ τῶν τριόδων καὶ κατ' οἰκίαν ἑκάστην ἐκασάμην. Πυνθανομένῳ δέ μοι τὴν αἰτίαν ἔφασαν θεμιτὸν εἶναι συλλαμβάνειν· ἀπειρῆσθαι γὰρ ἐκ παλαιοῦ τοῖς οἰκήτορσι τὴν χρῆσιν. Οὕτως ἡμέρωται ζῷον ὑπ' ἀδείας, ὥστ' οὐ μόνον ὑπωρόφιον, ἀλλὰ καὶ ὁμοτράπεζον ἀεὶ γίνεσθαι, καὶ ταῖς ἐκεχειρίαις ντρυφᾷν. Ἐν Αἰγύπτῳ δὲ καὶ θαυμασιώτερον ἰδεῖν στιν. Τὸ γὰρ ἀνθροποβόρον, καὶ θηρίων ἀργαλεώατον κροκόδειλος, γεννώμενος καὶ τρεφόμενος ἐν τῷ ἱρωτάτῳ Νείλῳ, τῆς ὠφελείας, καίτοι βύθιος ὤν, παισθάνεται. Παρ' οἷς μὲν γὰρ τιμᾶται, πληθύνει ιάλιστα· παρὰ δὲ τοῖς λυμαινομένοις οὐδ' ὅναρ φαίεται· ὡς τῶν πλεόντων ὅπου μὲν καὶ τοὺς πάνυ ρασεῖς μηδ' ἄκρον ἐπιτολμᾷν καθιέναι δάκτυλον, ιγελῶν ἐπιφοιτῶντας, ὅπου δὲ καὶ τοὺς ἄγαν δειλοὺς ἐξαλλομένους νήχεσθαι μετὰ παιδιᾶς. Χώρα (43) ἡ Κυκλώπων (ἐπειδὴ τὸ γένος αὐτῶν ἐστι πλάσμα μύθου) δίχα σπορᾶς καὶ γεωπόνων ἀνδρῶν ἥμερος καρπὸς οὐ φύεται, καθάπερ οὐδ' ἐκ τοῦ μὴ ὄντος τι γεννᾶται. Τῆς δ' Ἑλλάδος οὐ κατηγορητέον, ὡς υπρᾶς καὶ ἀγόνου· πολὺ γὰρ κἂν ταύτῃ τῷ βαθύγειον. Εἰ δ' ἡ βάρβαρος διαφέρει ταῖς εὐκαρπίαις, πλεονεκτεῖ μὲν τροφαῖς, ἐλαττοῦται δὲ τοῖς τρεφομένοις, ὧν χάριν αἱ τροφαί. Μόνη γὰρ ἡ Ἑλλὰς ἀψευδῶς ἀνθρωπογονεῖ, φυτὸν οὐράνιον, καὶ βλάστημα θεῖον ἠκριβωμένον, λογισμὸν ἀποτίκτουσα οἰκειούμενον ἐπιστήμῃ. Τὸ δ' αἴτιον· λεπτότητι ἀέρος ἡ διάνοια πέφυκεν ἀκονᾶσθαι. Διὸ καὶ Ἡράκλειτος οὐκ ἀπὸ σκοποῦ φησιν· Οὖ γῆ ξηρὴ, ψυχὴ σοφωτάτη καὶ ἀρίστη. Τεκμηριώσαιτο δ' ἄν τις καὶ ἐκ τοῦ τοὺς μὲν νήφοντας καὶ ὀλιγόδειξ συνετωτέρους εἶναι, τοὺς δὲ ποτῶν ἀεὶ καὶ σιτίων ἐμπιπλαμένους ἥκιστα φρονίμους, ἅτε βαπτιζομένου τοῖς ἐπιροῦσι τοῦ λογισμοῦ. Διὸ κατὰ τὴν βάρβαρον ἔρνη μὲν ταῖς εὐτροφίαις καὶ στελέχη περιμήκιστα, καὶ ζώων ἀλόγων σφόδρα τὰ γονιμώτατα, νοῦς δ' οὔ, ἢ ἥκιστα γεννᾶται· διότι τὸ ὑψωθῆναι ἐξ ἀέρος (44) αὐτοῦ αἱ γῆς καὶ ὕδατος ἐπάλληλοι καὶ συνεχεῖς ἀναθυμιάσεις κατεκράτησαν. Ἰχθύων δὲ καὶ ὀρνίθων καὶ χερσαίων γένη ζώων οὐκ ἔστιν ἐγκλήματα φύσεως ἐφ' ἡδονὴν παρακαλούσης, ἀλλὰ δεινὸς ψόγος τῆς ἡμῶν αὐτῶν ἀκρασίας. Ἀναγκαῖον μὲν γὰρ ἦν εἰς τὴν τοῦ ὅλου συμπλήρωσιν, ἵνα γένηται κόσμος ἐν ἑκάστῳ μέρει, φῦναι ζώων ἰδέας ἁπάντων· οὐκ ἀναγκαῖον δὲ ἐπὶ τὴν τούτων ἀπόλαυσιν ὁρμῆσαι τὸ σοφίας συγγενέστατον χρῆμα τὸν ἄνθρωπον, μεταβαλόντα εἰς ἀγριότητα θηρίων. Διὸ καὶ μέχρι νῦν, οἷς λόγος ἐκρατείας, ἅπαξ ἁπάντων ἀπέχονται, λαχανώδει χλόῃ καὶ καρποῖς δένδρων, προσοψήμασιν, ἡδίστῃ ἀπολαύσει, χρώμενοι· τοῖς δὲ τὴν τῶν εἰρημένων θοίνην ἡγουμένοις εἶναι κατὰ φύσιν ἐπέστησαν διδάσκαλοι, σωφρονισταὶ, νομοθέται κατὰ πᾶσιν, οἷς ἐμέλησε τὴν ἀμετρίαν τῶν ἐπιθυμιῶν στεῖλαι, μὴ ἐπιτρέψασι τὴν χρῆσιν ἀδεᾶ πᾶσι πάντων. Εἰ δὲ καὶ ῥόδα, καὶ κρόκος, καὶ ἡ ἄλλη τῶν

A mum. Quemadmodum igitur sol atque luna, sic etiam quidquid in cœlo est, ut a rimandis singulorum naturis ac viribus, assequendi desperatione, abstinendum statuamus, divina Providentia perfectum est. At vero terræ motus, pestilentiæ, fulminum casus, aliaque id genus, immitti divinitus illa quidem, sed minus vere, dicuntur; nullius enim omnino mali causa Deus est; sed ex elementorum mutationibus ita gignuntur, ut præcipua quædam ac primaria naturæ opera non sint, verum ex necessariis atque primariis tantummodo consequantur. Quod si, eorum etiam nonnulli, qui probi videbantur, iis interdum calamitatibus et exitiis involvantur, causæ tamen nihil est, quamobrem divinæ gubernationis ratio accusetur. Primum enim, B probi continuo re ipsa non sunt, quotquot esse arbitramur, cum humanæ cogitationes atque consilia divinorum judiciorum certitudine longe multumque superentur. Deinde vis illa Providentiæ res mundi partesque præcipuas maxime spectare ac moderari solet, quemadmodum in regnis ipsis ac militaribus imperiis fieri videmus, ut civitatum et exercituum integrorum, non abjecti cujuslibet obscuriquc capitis salutem regum et imperatorum cura complectatur. Addunt quoque hoc loco nonnulli, sicut in tyrannorum cædibus, propinqui etiam atque cognati legum auctoritate tolluntur, ut cæteri a similibus injuriis atque sceleribus supplicii magnitudine revocentur: sic morborum exitialium contagione innocentes aliquot perire, ut reliqui C tanto ante his exemplis eruditi moderari sese ac continere discant: ut illud omittam, quamdam iis, qui morbido cœlo involvantur, contrahendi morbi, non secus atque illis, qui navi tempestatibus jactata vehuntur, subeundi æqualiter periculi necessitatem imponi. Jam feroces illæ valentesque bestiæ (nec enim prætereundum illud est, tametsi nostram hanc, qua tu in dicendo facultate es, defensionem occupando traduxeris) hominibus ad bellica certamina exercendis procreatæ sunt. Assiduæ enim et gymnicorum ludorum et venationum exercitatio, majorem in modum corporis firmitatem ac robur auget, quodque corpore longe potius est, animum ipsum ad repentinas hostium incursiones invicti pectoris constantia deridendas con- D suefacit. Nam qui mitioris ingenii sunt, ii cum urbium mœnibus, tum etiam domesticis inclusi septique foribus secure degere possunt, maximis cicurum animantium gregibus ad quotidianum **397** usum abundantes. Quippe, sues enim, leones, ac generis ejusdem cæteras, quæ naturæ libertatem retinent, ne hominum insidiis gravius aliquid subeant, procul ab urbibus submotas videmus. Quarum lustris si qui forte negligentius armis præsidioque nudi sese commiserint, quidquid deinde pati contigerit, sese illi potius quam naturam accusent, qui quod periculum effugere potuissent, incu-

(43) Χώρα. Legendum videtur, ἐν χώρᾳ δὲ τῶν Κυκλώπων.
(44) Ἐξ ἀέρος. Malim δι' ἀέρος.

ria neglexerint. Prorsus ut in equestri certamine nonnullos aliquando vidi, qui temeritate præcipites, cum sedendum et quiete spectandum esset, in medio consisterent, et impetu quadrigarum impulsi, equorum ungulis, rotisque currunm obtererentur, dignas stultitiæ pœnas luentes. Ac de his quidem hactenus. Nam ex repentium quidem animantium genere, qui veneno feriunt, ii non Providentiæ consilio, sed casu quodam ex rebus aliis, uti jam dictum est, consequente nascuntur. Tum enim animari solent, cum innatus humor vehementius incaluit. Sunt etiam nonnulli, qui ex ipsa corruptione vitam hauriant, ut lumbrici, qui ex alimenti, pediculi qui ex sudoris vitio oriuntur. Quos vero propria ex materia infusoque semine, principaliter ac proprie natura producit, ii Providentiæ suo jure tribuuntur. Quanquam de prioribus etiam illis, quasi ad hominis utilitatem procreentur ipsi quoque, duo me quædam audire memini, quæ hoc loco dissimulare non placet. Alterum est, a medicis quibusdam commemorari solitum : in pluribus venenatos serpentes usui esse, ac peritis hujus artis, si modo illis, ubi opus erit, scienter abutentur, vim præsentium amuletorum maximam suppetere, quibus præter hominum opinionem, integra periculosissime laboratibus valetudo salusque reddatur. Itaque videas etiamnum eos qui medicinam haud oscitanter ac perfunctorie tractant, conficiendis quotidie remediis, ex quolibet genere aliquid, nec obiter id quidem, admiscere. Alterum ex philosophorum potius, quam ex medicorum fontibus haustum videbatur. Ea siquidem comparata divinitus adversum improbos pœnarum instrumenta esse statuebat, quemadmodum a ducibus et imperatoribus flagella nonnunquam asperiora, ferrumque ipsum adhiberi solet. Itaque cum alias quiescere ac mitius agere consueverint, tum novis quasi viribus adversus damnatos stimulantur, in quos natura ipsa in illo suo integerrimo castissimoque foro, capitalem sententiam tulerit. Nam in ædibus nostris ut plurimum hoc animantium genus delitescere, falsum omnino est : **398** cum illud extra urbes, in campis, ac solitudinibus, quod hominem utique tanquam dominum fugiat, vulgo degere videamus. Quod tamen dum secus interdum contingit, ne tum quidem sua ratione caret cum in locis quibusdam profundioribus ingens copia stercoris ac sordium aggeratur, quibus sese immergunt illæ cupidius, præterquam quod ipse quoque nidor propriam illiciendi vim habet. Jam hirundines nobiscum versari mirum profecto nihil, cum ab iis insequendis abstineamus, salutisque tuendæ cupiditas, non tantum in ratione præditis animantibus, sed etiam in ea carentibus insita sit atque defixa. At quibus uti homines vescique possunt, earum vero nobiscum nulla degit, quod ab insidiis sibi nostris metuant, nisi sicubi lege prohibitus earum usus fuerit. Urbs quædam est Syriæ maritima, Ascalonem vocant, ubi cum aliquando versarer, quo tempore patrium in templum precationis et sacrificii causa proficiscebar, vim columbarum infinitam cum in triviis passim, tum in singulis etiam ædibus videbam. Causam quærenti mihi, eas capere nefas esse responderunt, quod jam olim civibus earum usu interdictum esset. Usque adeo genus hoc animantis securitate cicuratur, ut non tantum sub eodem tecto, sed etiam in eadem mensa assiduum sit, concessaque pace ad delicias abutatur. Est tamen in Ægypto, quod vehementius admirere. Nam crocodilus ille hominum devorator, ac bestiarum immanissimus, quod in sanctissimo Nili flumine nascatur alaturque, sensum aliquem, ut fere sub aquis delitescat, præsentis commoditatis habet. A quibus enim ipse colitur, apud eos multus esse solet ; quos autem infestos pateretur, apud illos ne per somnium quidem videtur. Ergo qui Nilum navigant, interdum, ut audacissimi fuerint, ac turmatim eo confluant, in aquam ne summum quidem immittere digitum audeant : interdum, homines etiam timidissimi ultro prosiliunt natantque ludibundi. Cyclopum in tractu (genus enim id hominum fabulæ commentum ac fetus quidam est) quod nulla ibi sementis, agricolæ nulli, mitiorum frugum nascitur omnino nihil, ut neque ex nihilo quidquam gigni potest. Græcia vero accusanda profecto non est, tanquam arida nimium et infecunda ; habet enim altioris molliorisque soli plerosque tractus. Quod si terræ quædam barbaræ frugum ubertate præstant, ut abundent alimentis, eorum tamen, qui alantur, quorumque causa tantummodo alimenta proveniunt paucitate laborant. Sola quippe Græcia, si vere loqui velimus, hominum procreatrix est, utpote quæ cœlestem omnino plantam, **399** divinumque germen, et omni ex parte perfectum, hoc est intelligentiam ipsam pariat, cum scientia nativa quadam cognatione conjunctam. Cujus rei causa hæc est, quod aeris tenuitate mens hominis acuatur :

ἀνθῶν ποικιλία πρὸς ὑγίειαν, οὐ πρὸς ἡδονὴν γέγονεν. Ἄπλετοι γὰρ τούτων αἱ δυνάμεις, καὶ καθ' αὑτὰς διὰ τῶν ὀσμῶν ὠφελοῦσιν, εὐσθένειάν τινας ἀναπιμπλάσαι, καὶ πολὺ μᾶλλον ἐν ταῖς ἰατρικαῖς συνθέσεσι τῶν φαρμάκων. Ἵνα γὰρ ἀναμιχθέντα τὰς ἑαυτῶν δυνάμεις ἀριθμοτέρας παρέχεται, καὶ ἅπερ εἰς ζώου γένεσιν ἡ ἄῤῥενος καὶ θήλεος μῖξις, ἴδιά ἐκατέρου μὴ πεφυκότος ποιεῖν, ἅπερ ἄμφω συνελθόντα. Ταῦτ' ἀναγκαίως λέλεκται πρὸς τὰ λοιπὰ τῶν ὑπὸ σοῦ διαπορηθέντων, ἱκανὴν πίστιν ἐργάσασθαι δυνάμενα τοῖς μὴ φιλονείκως ἔχουσι περὶ τοῦ τὸν Θεὸν τῶν ἀνθρωπίνων ἐπιμελεῖσθαι πραγμάτων. » Ταῦτα μὲν οὖν ἐκ τοῦ δηλωθέντος ἐτετεμόμην ἀνδρὸς, ὁμοῦ μὲν δεινοῦ, οἷος καὶ κατὰ τοὺς νέους γεγόνασιν Ἕβραίων παῖδες, ὁμοῦ δὲ καὶ τὰ τῆς εὐσεβοῦς αὐτῶν περὶ Θεοῦ διαλήψεως, τά τε τῆς πρὸς τοὺς προπάτορας ὁμοφωνίας ἐμφανῆ καθιστάς· ἤδη δ' ἐντεῦθεν μεταβῆναι καιρὸς καὶ ἐπὶ τὰς τῶν ἔξωθεν περὶ τῶν αὐτῶν μαρτυρίας.

Digitized by Google

ut non plane ratione dixerit Heraclitus, ubi solum siccius, ibi solertissimum animum esse ac præstantissimum. Id quod vel ex eo quoque intelligas, quod homines sobrii frugique plus ingenio valeant; potu contra semper ciboque graviores, obtusi hebetesque reddantur, quod intelligentiæ vis ingesta mole obruatur. Ergo, cum in barbaro solo non rami tantum caudicesque maximi; sed etiam rationis experies animantes longe fecundissimæ, propter alimentorum bonitatem et abundantiam vulgo nascuntur; tum excellens ingenium aut nullum exsistit omnino, aut valde rarum : quod perpetua quædam et continua exhalationum e terra simul et aqua prorumpentium copia per ipsummet sublime ferri soleat. Porro tanta illa piscium, avium, ac terrestrium animalium varietas, naturæ, quasi nos ad voluptatem illiciat, probro esse non debet; sed potius in gravissimam intemperantiæ nostræ reprehensionem cedit. Prorsus enim ad universi perfectionem, ac singularum partium dignitatem necesse erat, uti omnis generis animantia nascerentur; at hominem illum, illum, inquam, affinem sapientiæ conjunctissimum, induta ferarum immanitate, has gulæ delicias tanta cupiditate venari, necesse profecto non erat. Itaque, cum ii quibus temperantia cordi est, iis semel omnibus etiamnum sibi abstinendum statuunt, herbescentibus oleribus, arborumque pomis, obsoniorum loco, vitam suavissime tolerantes : tum vero qui animantium illarum esum naturæ consentaneum esse arbitrantur, adversus eos magistri, censores ac legislatores singulis in urbibus constituti sunt, quorum muneris ac partium est, vim cupiditatum immodicam coercere, nec liberum omnium omnibus usum promiscue concedere. Postremo si rosæ, si crocus, si reliqua florum exsistit varietas, sanitatis utique causa, non voluptatis exsistit. Vires enim infinitas habent, cumque sese odoris, quo universa complent, suavitate fragrantiaque juvant, tum vero in conficiendis maxime remediis. Nonnulla enim sunt, quæ inter sese permista vim suam illustrius certiusque probant, ut ex maris ac feminæ conjunctione intelligitur, cum seorsim efficere nullo modo possint, quod ambo simul efficiunt. Atque hæc sunt, quibus, reliquis dubitationibus tuis faciendum satis putavimus : ejusmodi certe quidem, ut iis adductus quisquis 400 minime contentiosus esse voluerit, res humanas divina Providentia regi fateatur. » Hæc ego summatim ex Philone contraxi, quibus ostenderem, non modo quales ex receptiorum testimonio Hebræorum posteri fuerint, sed etiam quam pie de Deo ac religiose senserint, quamque ipsis bene cum majoribus præclareque convenerit. Nunc tempus est ut ad exterorum scriptorum de iisdem testimonia transeamus.

ΠΡΟΠΑΡΑΣΚΕΥΗΣ ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΝΝΑΤΟΝ.

—

PRÆPARATIONIS EVANGELICÆ LIBER NONUS.

—

ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΤΟ ΕΝΝΑΤΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ. A

α'. Ὁπόσοι τῶν παρ' Ἕλλησι λογογράφων τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους μνήμην ἐποιήσαντο.

β'. Θεοφράστου περὶ Ἰουδαίων, ἀπὸ τοῦ α' τῶν Πορφυρίου Περὶ τῆς τῶν ἐμψύχων ἀποχῆς.

γ'. Πορφυρίου Περὶ τῆς τὸ παλαιὸν διαλαμψάσης παρὰ Ἰουδαίοις φιλοσοφίας.

δ'. Ἑκαταίου περὶ Ἰουδαίων.

ε'. Κλεάρχου περὶ τῶν αὐτῶν, ἀπὸ τοῦ α' Περὶ ὕπνων.

ς'. Κλήμεντος περὶ τῶν μνημονευσάντων τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, ἀπὸ τοῦ α' Στρωματέως.

ζ'. Νουμηνίου τοῦ Πυθαγορικοῦ φιλοσόφου περὶ Ἰουδαίων, ἀπὸ τοῦ α' Περὶ ἀγαθοῦ.

η'. Τοῦ αὐτοῦ περὶ Μωσέως ὁμοῦ καὶ περὶ Ἰουδαίων, ἀπὸ τοῦ γ' τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως.

θ'. Χοιρίλου ποιητοῦ περὶ Ἰουδαίων.

ι'. Ἐκ τῶν Πορφυρίου τοῦ καθ' ἡμᾶς, χρησμοὶ τοῦ Ἀπόλλωνος περὶ Ἑβραίων.

ια'. Ἀπὸ τῆς Ἰωσήπου Ἀρχαιολογίας, ὁπόσοι B τῶν ἔξωθεν συγγραφέων ἐμνήσθησαν τοῦ παρὰ Μωσεῖ κατακλυσμοῦ.

401 *LIBRI NONI CAPITA.*

1. *Quam multi e Græcis scriptoribus Judaici populi mentionem fecerint.*
2. *De Judæis ex Theophrasto, quem laudat Porphyrius primo De rerum animaterum abstinentia.*
3. *Ex Porphyrio, De prisca et insigni apud Judæos philosophandi ratione.*
4. *Ex Hecatæo, de Judæis.*
5. *De iisdem, ex primo Clearchi De somno.*
6. *De iis, qui Judaicæ gentis meminerunt, ex Clemente, primo Stromate.*
7. *De Judæis, ex Numenii philosophi Pythagorei libro primo De bono.*
8. *De Moyse simul ac Judæis, ex libro ejusdem tertio.*
9. *Ex Chærilo poeta, de Judæis.*
10. *Apollinis de Hebræis oracula, ex Porphyrio æquali nostro.*
11. *Ex Josephi Antiquitatibus, quæ multi scriptorum gentilium Mosaici diluvii meminerint.*

Digitized by Google

12. *Ex Abydeni scriptis, de diluvio.*

402 13. *Ex Josephi Antiquitatibus, longioris priscorum vitæ meminisse complures.*

14. *Ex Abydeno, de turris molitione.*

15. *Multos etiam alios ejusdem meminisse, ex Josephi Antiquitatibus.*
16. *De Hebræorum omnium parente Abrahamo, ex eodem.*
17. *De Abrahamo, ex Eupolemo, quem laudat Alexander Polyhistor, ubi de Judæis scribit.*
18. *De eodem, ex Artapano, quem citat idem Polyhistor.*
19. *De eodem ex Melone, ut refert idem auctor.*

20. *De eodem, ex Philone.*
21. *De Jacobo, ex Demetrio.*
22. *De eodem, ex Theodoto.*
23. *De Josepho, ex Artapano.*
24. *De eodem ex Philone.*
25. *De Jobo, ex Aristæo.*
26. *De Moyse, ex Eupolemo.*
27. *De eodem, ex Artapano.*
28. *De eodem, ex Ezechiele.*
29. *De eodem, ex Demetrio.*
30. *De Davide, Salomone, et Hierosolymis, ex Eupolemo.*
31. *Salomonis ad Vaphren Ægypti regem epistola.*

32. *Vaphræ ad Salomonem regem epistola.*
33. *Salomonis ad Suronem Phœniciæ regem epistola.*

34. *Suronis ad Salomonem epistola.*
35. *De Hierosolyma, ex Timochare, ut habetur eodem lib. De rebus Antiochi.*
36. *De eadem, ex Mensore Syriæ.*
37. *De aquis illis, quæ sunt Hierosolymis, ex Philone.*
38. *De iisdem, ex Aristeo.*
39. *De Jeremia propheta, ex Eupolemo.*
40. *Ex Beroso, quem Josephus laudat, de Judæorum captivitate sub Nabuchodonosor, deque Babylonis regibus a Nabopollassaro, usque ad Cyrum*

403 41. *De Nabuchodonosore, et condita ab eo Babylone, ex Abydeno.*

42. *De iis, qui Judaicæ gentis meminerunt, ex libro primo Josephi De antiquitate Judæorum.*

A ιϐ'. Ἀπὸ τῆς Ἀβυδηνοῦ γραφῆς, περὶ τοῦ κατακλυσμοῦ.
ιγ'. Ἀπὸ τῆς Ἰωσήπου Ἀρχαιολογίας, περὶ τοῦ πλείους μνημονεῦσαι τῆς τῶν παλαιῶν μακροβίου ζωῆς.
ιδ'. Ἀπὸ τῆς Ἀβυδηνοῦ γραφῆς, περὶ τῆς τοῦ πύργου κατασκευῆς.
ιε'. Ὡς καὶ ἕτεροι πλείους ἐμνήσθησαν τοῦ αὐτοῦ, ἀπὸ τῆς Ἰωσήπου Ἀρχαιολογίας.
ις'. Περὶ τοῦ τῶν πάντων Ἑβραίων προπάτορος Ἀβραὰμ, ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.
ιζ'. Εὐπολέμου περὶ Ἀβραὰμ, ἀπὸ τῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ Πολυΐστορος περὶ Ἰουδαίων γραφῆς.
ιη'. Ἀρταπάνου περὶ τοῦ αὐτοῦ, ἀπὸ τῆς αὐτῆς γραφῆς τοῦ Πολυΐστορος.
ιθ'. Μήλωνος περὶ τοῦ αὐτοῦ, ὁμοίως ἀπὸ τῆς αὐτῆς γραφῆς.
κ'. Φίλωνος περὶ τοῦ αὐτοῦ.
κα'. Δημητρίου περὶ τοῦ Ἰακώϐ.
B κϐ'. Θεοδότου περὶ τοῦ αὐτοῦ.
κγ'. Ἀρταπάνου περὶ τοῦ Ἰωσήφ.
κδ'. Φίλωνος περὶ τοῦ αὐτοῦ.
κε'. Ἀρισταίου περὶ τοῦ Ἰώϐ.
κς'. Εὐπολέμου περὶ Μωσέως.
κζ'. Ἀρταπάνου περὶ τοῦ αὐτοῦ.
κη'. Ἐζεκιὴλ περὶ τοῦ αὐτοῦ.
κθ'. Δημητρίου περὶ τοῦ αὐτοῦ.
λ'. Εὐπολέμου περὶ Δαϐὶδ καὶ Σολομῶνος, καὶ περὶ Ἱεροσολύμων.
λα'. Σολομῶνος ἐπιστολὴ πρὸς Οὐαφρῆν τὸν τῶν Αἰγυπτίων βασιλέα.
λϐ'. Οὐαφρῆ ἐπιστολὴ πρὸς Σολομῶνα βασιλία.
λγ'. Σολομῶνος ἐπιστολὴ πρὸς Σούρωνα βασιλέα Φοινίκης.
λδ'. Σούρωνος ἐπιστολὴ πρὸς Σολομῶνα.
λε'. Τιμοχάρους περὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἀπὸ τῶν περὶ Ἀντιόχου τῆς αὐτῆς γραφῶν.
λς'. Τοῦ τῆς Συρίας Σχοινομέτρου, περὶ τῆς αὐτῆς.
C λζ'. Φίλωνος περὶ τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις ὑδάτων.
λη'. Ἀρισταίου περὶ τῶν αὐτῶν.
λθ'. Εὐπολέμου περὶ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου.
μ'. Βηρωσσοῦ περὶ τῆς Ἰουδαίων αἰχμαλωσίας, τῆς ὑπὸ Ναβουχοδονόσορ, καὶ περὶ τῶν βασιλέων τῆς Βαβυλῶνος ἀπὸ τοῦ Ναβοπαλασάρου μέχρι πρὸς τὸν Κῦρον, ἀπὸ τῶν Ἰωσήπου.
μα'. Ἀπὸ τῆς Ἀβυδηνοῦ γραφῆς, περὶ τοῦ Ναβουχοδονόσορ, καὶ τῆς Βαβυλῶνος κτίσεως ὑπ' αὐτοῦ.
μϐ'. Ἰωσήπου περὶ τῶν μνημονευσάντων τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἀπὸ τοῦ α' τῆς Ἰουδαίων Ἀρχαιότητος.

CAPUT I.

Quam multi e Græcis scriptoribus Judaici populi mentionem fecerint.

Quandoquidem certis jam rationibus demonstratum a nobis est, Hebræorum oracula non leviter a nobis ac temere, sed matura et accurata judicii æstimatione suscepta fuisse ac probata : tempus est, ut nunc quoque videamus, ne scriptores quidem Græcorum celeberrimos, rerum Hebræorum imperitos fuisse; sed alios testimonio suo, cum ipsorum vitæ genus institutumque laudavisse, tum historiarum, quæ apud eosdem circumferri solent, veritati suffragatos esse, alios non absimilem etiam theologiæ rationem doctrinamque sectatos. Ac primum quidem id, quod hoc in genere præcipuum est, oculis subjiciam, quam multi e Græcis scriptoribus Judæorum Hebræorumque nominatim, quæque jam olim apud eos viguit philosophiæ, ejusque adeo,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Ὁπόσοι των παρ' Ἕλλησι λογογράφων τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους μνήμην ἐποιήσαντο.

D Καὶ της των παρ' Ἑβραίοις λογίων ἀποδοχῆς οὐκ ἀσυλλογίστως ἡμῖν, κρίσει δὲ καὶ διανοίᾳ ἐξητασμένῃ γεγενημένης, ἐπειδὴ συνῶπται τὰ τῆς ἀποδείξεως· ὥρα συνιδεῖν, ὡς καὶ αὐτῶν τῶν Ἑλλήνων οἱ μάλιστα διαφανεῖς τῶν καθ' Ἑβραίους οὐκ ἄπειροι γεγόνασι πραγμάτων· ἀλλ' οἱ μὲν καὶ τῷ βίῳ τῶν ἀνδρῶν, ταῖς τε παρ' αὐτοῖς φερομέναις ἱστορικαῖς διηγήσεσιν ἀληθειαν ἐπεμαρτύρησαν, οἱ δὲ καὶ τῆς δογματικῆς ὁμοίως αὐτοῖς ἐφήψαντο θεολογίας. Πρῶτα δὲ τὰ πρῶτα παραθήσομαι, δεικνὺς ὅσοι τῶν Ἑλληνικῶν συγγραφέων ἐπ' ὀνόματος Ἰουδαίων τε καὶ Ἑβραίων τῆς τε παρ' αὐτοῖς τὰ παλαιὸν ἀσκουμένης φιλοσοφίας καὶ τῆς ἀνέκαθεν τῶν προπατόρων ἱστορίας ἐμνημόνευσαν. Ἄρξεται δέ μοι ὁ λόγος ἀπὸ τοῦ τῶν ἀνδρῶν βίου, ὡς ἂν ἀφθόνως,

Digitized by Google

ὅτι μὴ ἐκτὸς σώφρονος λογισμοῦ τὴν τῶν δηλουμένων φιλοσοφίαν τῶν Ἑλλήνων προτετιμήκαμεν. Ἀκόλουθα γοῦν τοῖς προεξητασμένοις ἐν τῷ πρὸ τούτου συγγράμματι καὶ τὰ τῆς ἠθικῆς αὐτοῖς ἐπιτελεῖσθαι συνασκήσεως οὐ μόνον αἱ παρ' αὐτοῖς ἱεραὶ βίβλοι, ἀλλὰ καὶ τῶν παρ' Ἕλλησι φιλοσόφων οἱ μάλιστα διαφανεῖς καὶ καθ' ἡμᾶς βεβοημένοι μαρτυροῦσι. Καὶ δὴ λαβὼν ἀνάγνωθι τὰ Θεοφράστου, ἐν τοῖς Πορφυρίῳ γραφεῖσι *Περὶ τῆς τῶν ἐμψύχων ἀποχῆς*, κείμενα τοῦτον τὸν τρόπον.

A quæ usque a prisco majorum suorum ævo ducitur, historiæ meminerint. Ordiemur autem ab ipsis populi moribus, ut intelligas prudenti nos sanoque consilio eorum disciplinam Græcorum philosophiæ prætulisse. Testes enimvero sunt non sacræ duntaxat Hebræorum litteræ, sed etiam ii qui et Græcos inter summopere floruerunt, hodieque maxime celebrantur philosophi, consentaneam iis, quæ superiore libro diligenter expendimus, eos vitæ morumque rationem tenere. Age igitur, ea mihi perlege, quæ Porphyrius in suos *De rerum animatarum abstinentia* libros hunc in modum ex Theophrasto retulit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Θεοφράστου περὶ Ἰουδαίων, ἀπὸ τοῦ α' τῶν Πορφυρίου Περὶ τῆς τῶν ἐμψύχων ἀποχῆς.

« Καί τοι διότι (45) Σύρων μὲν Ἰουδαῖοι διὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς θυσίαν ἔτι καὶ νῦν, φησὶν ὁ Θεόφραστος, ζωοθυτοῦσιν (46), εἰ τὸν αὐτὸν ἡμᾶς τρόπον τις κελεύοι (47) θύειν, ἀποσταίημεν ἂν τῆς πράξεως. Οὐ γὰρ ἐστιώμενοι (48) τῶν τυθέντων, ὁλοκαυτοῦντες ἅ ταῦτα νυκτὸς, καὶ κατ' αὐτῶν πολὺ μέλι καὶ οἶνον λείβοντες, ἀνήλισκον τὴν θυσίαν θᾶττον, ἵνα τοῦ δεινοῦ (49) μηδ' ὁ (50) πανόπτης γένοιτο θεατής. Καὶ τοῦτο δρῶσι, νηστεύοντες τὰς ἀνὰ μέσον τούτων (51) ἡμέρας· κατὰ δὲ πάντα τοῦτον τὸν χρόνον, ἅτε φιλόσοφοι τὸ γένος ὄντες, περὶ τοῦ Θείου μὲν ἀλλήλοις λαλοῦσι, τῆς δὲ νυκτὸς τῶν ἄστρων ποιοῦνται τὴν θεωρίαν, βλέποντες εἰς αὐτὰ, καὶ διὰ τῶν εὐχῶν θεοκλυτοῦντες. Κατήρξαντο γὰρ οὗτοι πρῶτοι τῶν τε λοιπῶν ζώων, καὶ σφῶν αὐτῶν, ἀνάγκῃ καὶ οὐκ ἐπιθυμίᾳ τοῦτο πράξαντες. »

B

C

CAPUT II.

404 *De Judæis ex Theophrasto, quem laudat Porphyrius primo De rerum animatarum abstinentia.*

« Et sane, inquit, si ex Syris Judæi, qui, quod institutum apud eos jam inde ab initio hoc sacrificii genus fuerit, etiamnum, inquit Theophrastus, animantes immolant, eodem, quo ipsi, ritu sacra facere nos juberent, nunquam eo nos adduci pateremur. Nec enim cæsis victimis ad cibum uti solent, sed integras ac solidas, et multo melle vinoque perfusas noctu flammis absumere, ac totum sacrificium paucis aliquot horis peragere, utique ne oculus ille omnia pervidens indignum facinus aspiciat. Deinde vero, diebus illi singulis, dum ejusmodi sacris operam dant, cum jejunio sese dedunt, tum de divino Numine, uti homines ipso genere philosophos decet, toto illo tempore sermones inter se miscent : noctu autem sidera defixis in cœlum oculis contemplantur, suas interea preces atque vota Deo nuncupantes. Hi enim non cæteras tantum animantes, sed etiam semetipsos primi omnium offerre cœperunt, necessitate profecto, non cupiditate ducti. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Πορφυρίου περὶ τῆς τὸ παλαιὸν διαλαμψάσης παρὰ Ἰουδαίοις φιλοσοφίας.

Καὶ ἐν τῷ τετάρτῳ δὲ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως τοιαῦτα περὶ τῶν αὐτῶν ἱστορεῖ ὁ Πορφύριος· « Εἰσὶ τοίνυν (52) οἱ Ἐσσαῖοι, Ἰουδαῖοι μὲν τὸ γένος, φιλέλληνοι δὲ καὶ τῶν ἄλλων πλέον. Οὗτοι τὰς μὲν ἡδονὰς ὡς κακίαν ἀποστρέφονται· τὴν δὲ ἐγκράτειαν, καὶ τὸ μὴ τοῖς πάθεσιν ὑποπίπτειν, ἀρετὴν ὑπολαμβάνουσι. Καὶ γάμου μὲν αὐτοῖς ὑπεροψία· τοὺς δ' ἀλλοτρίους παῖδας ἐκλαμβάνοντες, ἁπαλοὺς ἔτι πρὸς τὰ μαθήματα, συγγενεῖς ἡγοῦνται, καὶ τοῖς ἤθεσιν ἑαυτῶν ἐντυποῦσι· τόν γε γάμον (53) καὶ τὴν ἐξ αὐ-

D

CAPUT III.

Ex Porphyrio, de prisca et insigni apud Judæos philosophandi ratione.

Jam vero, quæ sequuntur, in quarto laudati operis libro, de iisdem Porphyrius ipse commemorat. « Essæi, inquit ille, gente quidem Judæi sunt, at mutuo sese amore præ cæteris omnibus complectuntur. A voluptatibus abhorrent tanquam a scelere; continentiam et cupiditatum victoriam virtutis loco ducunt. Nuptiis abstinent illi quidem, sed alienos liberos, dum ad capessendas disciplinas molles adhuc et flexibiles ii sunt, educandos suscipiunt, quos perinde ut propinquos et affines habent,

(29) *Τὴν ἀστρολογίαν.* Joseph. *Antiquit.* lib. I, c. 9 : Τὴν τε ἀριθμητικὴν αὐτοῖς χαρίζεται, καὶ τὰ περὶ ἀστρονομίαν παραδίδωσι· πρὸ γὰρ τῆς Ἀβραάμου παρουσίας εἰς Αἴγυπτον, οἱ Αἰγύπτιοι τούτων εἶχον ἀμαθῶς. Parum sane probabiliter; cum et perbrevis ejus in Ægypto mora fuerit, et gravissimis non modo curis, sed etiam periculis obsepta. Nam quod adjungit Artapanus, Abrahamum annos viginti hæsisse in Ægypto, luculentum est cumulatumque mendacium.

(30) *Ἑρμιούθ.* Pro Ἑρμιούθ, ut videtur; alii etiam ita legendum est. Nam hanc quoque vocem, ex duabus coaluisse dici potest, יהוּדִים quasi Syro-Judæus, non, Judæus tantum. At communi Syrorum nomine, profani scriptores, Judæos sæpe designant. Herodot. lib. II, καὶ Σύρους παζῇ ὁ Νεκὼς συμβαλὼν ἐν Μαγδώλῳ ἐνίκησε. Aiqui ex IV Regum 23 constat Nechao regem Ægypti, Josia interfecto, tributum Judæis indixisse : tametsi locum Mageddo Scriptura vocet, non Magdolum. Infra eamdem vocem iterum de Judæis Artapanus usurpat.

Digitized by Google

regione peragrata, in desertos Syriæ montes secessisse commemorat. Abrahamum vero post tertiam ætatem natum esse, cujus nomen, *Patris amicum* significet. Eumdem, cum sapientiæ laude præstaret, solitudinem percurrisse ac lustrasse universam : tum duabus ductis uxoribus, altera quidem indigena et affini, Ægyptia vero altera, quæ servitutem ante serviebat; **421** ex Ægyptia liberos duodecim genuisse, qui in Arabiam profecti eam inter se diviserint, locique hominibus principes imperaverint : ex quo factum sit, ut reges Arabum duodecim primis illis cognomines ad nostra usque tempora numerentur. Ex legitima autem uxore filium unicum suscepisse, cujus nomen apud Græcos γέλωτα, hoc est *risum* sonet, quique Abrahamo seniore jam defuncto, liberos ex conjuge indigena duodecim procrearit, quorum postremo Josepho nomen fuit, a quo Moyses tertius numeretur.» Hæc Polyhistor, qui nonnullis interjectis rursus ita subdit : « Paulo post jussum a Deo Abrahamum fuisse ait, ut Isaacum filium ipsi in holocaustum immolaret, eumque continuo adolescente secum in montem educto, succendisse pyram, eique simul Isaacum imposuisse. Verum ipsi, cum jamjam filium jugulaturus esset, ab angelo facinus inhibente arietem ad sacrificium oblatum esse, quem ille subducto pyræ filio immolarit. »

διανύσαντα δὲ τὴν μεταξὺ χώραν, ἐλθεῖν εἰς τὴν ὀρεινὴν τῆς Συρίας οὖσαν ἔρημον. Μετὰ δὲ τρεῖς γενεὰς Ἀβραὰμ γενέσθαι, ὃν δὴ μεθερμηνεύεσθαι *Πατρὸς φίλον* (31), ὃν δὴ σοφὸν γενόμενον τὴν ἐρημίαν μεταδιώκειν. Λαβόντα δὲ δύο γυναῖκας, τὴν μὲν ἐντοπίαν, συγγενῆ· τὴν δὲ Αἰγυπτίαν, θεράπαιναν ἐκ μὲν τῆς Αἰγυπτίας γεννῆσαι υἱοὺς ιβ' (32), οὓς δὴ εἰς Ἀραβίαν ἀπαλλαγέντας διελέσθαι τὴν χώραν, καὶ πρώτους βασιλεῦσαι τῶν ἐγχωρίων· ὅθεν ἕως καθ' ἡμᾶς δώδεκα εἶναι βασιλεῖς Ἀράβων ὁμωνύμους ἐκείνοις. Ἐκ δὲ τῆς γαμετῆς υἱὸν αὐτῷ γενέσθαι ἕνα, ὃν Ἑλληνιστὶ *Γέλωτα* ὀνομασθῆναι. Καὶ τὸν μὲν Ἀβραὰμ γήρᾳ τελευτῆσαι· Γέλωτος δὲ (33) καὶ γυναικὸς ἐγχωρίου υἱοὺς ἔνδεκα γενέσθαι, καὶ δωδέκατον Ἰωσὴφ, καὶ ἀπὸ τοῦδε τρίτον Μωϋσῆν. » Τοσαῦτα ὁ Πολυΐστωρ· οἷς μεθ' ἕτερα ἐπιφέρει λέγων· « Μετ' οὐ πολὺν δὲ χρόνον τὸν Θεὸν τῷ Ἀβραὰμ προστάξαι Ἰσαὰκ τὸν υἱὸν ὁλοκαρπῶσαι αὐτῷ. Τὸν δὲ ἀναγαγόντα τὸν παῖδα ἐπὶ τὸ ὄρος, πυρὰν νῆσαι, καὶ ἐπιθεῖναι τὸν Ἰσαάκ· ὀφάζειν δὲ μέλλοντα, κωλυθῆναι ὑπὸ ἀγγέλου, κριὸν αὐτῷ πρὸς τὴν κάρπωσιν παραστήσαντος· τὸν δὲ Ἀβραὰμ τὸν μὲν παῖδα καθελεῖν ἀπὸ τῆς πυρᾶς, τὸν δὲ κριὸν καρπῶσαι. »

CAPUT XX.

De eodem, ex Philone.

Hoc ipsum Philo libro primo eorum, quibus res ad Hierosolyma pertinentes complexus est, his versibus cecinit :

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

Φίλωνος (34), *περὶ τοῦ αὐτοῦ.*

Φησὶ δὲ περὶ τούτου καὶ Φίλων ἐν τῷ πρώτῳ τῶν περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα·

Ἔκλυον ἀρχεγόροισι τὸ μυρίον ὥς ποτε θεσμοῖς
Ἀβραὰμ κλυτοηχὲς ὑπέρτερον ἄμματι δεσμῶν
Παμφαὲς, πλήμμυρε, μεταυχητοῖσι λογισμοῖς,
Θειοφιλὴ θέλγητρα· λιπόντι γὰρ ἀγλαὸν ἔρκος
Αἰνοφύτων. Ἔκκαυμα βριήπυος αἰνετὸς ἰσχὼν,
Ἀθάνατον ποίησεν ἐὴν φάτιν, ἐξ ὅτ' ἐκείνου
Ἔγγονος αἰνογόροιο πολύμνιον ἔλλαχε κῦδος.

Καὶ τὰ ἑξῆς· οἷς μετ' ὀλίγα ἐπιφέρει·

Ἀρτίχειρος θηκτοῖο ξιφηφόρον ἐντύνοντος
Λήμματι, καὶ σφαράγοιο παρακλιδὸν ἀθροισθέντος,
Ἀλλ' ὁ μὲν ἐν χείρεσσι κερασφόρον ὤπασε κριόν.

(31) *Πατρὸς φίλον.* Imo אבים *pater excelsus* est. et litteræ unius accessione, אבהם, pleniore ac sonantiore vocabulo, id est *pater multarum*, supp. gentium, ait B. Hieronym. *Tradit. Hebraic. in Genes.* Videtur ea vox compendio facta, ex trib. seq., אב רם ההמן, id est Pater excelsus multitudinis, sublata postrema syllaba ן, et ם quod sequitur ד. Et quoniam ההמון, et multitudinem, et sonitum seu fremitum significat, Philo Judæus, qui alioqui Græce multo, quam Hebraice doctior est, lib. *De gigantib.* sub fin. Πατὴρ ἐκλεκτὸς, inquit, ἠχοῦς ἑρμηνευθεὶς Ἀβραὰμ, ὁ τοῦ σπουδαίου λογισμός· ἐξειλεγμένος τε γὰρ καὶ κεκαθαρμένος, καὶ πατὴρ φωνῆς ἢ συνηχοῦμεν. Hæc ille, quæ mihi quidem videntur ejusmodi, ut hominis facilius, quam verborum mentem assequare. Eam vero plenius intelliges ex ejusd. lib. *De nominum mutatione.* Quid secutus fuerit Melo, cum Πατρὸς φλὸν redderet, etsi tanti non est quærere; conjicere tamen utcunque possis, רחם non החם eum audiisse : est enim רחם non tantum *misereri*, sed etiam *vehementer diligere.*

(32) *Γεννῆσαι υἱοὺς ιβ'.* Prorsus Ismaelem cum Abrahamo Patre confudit. Josephus enim *Antiquit* lib. 1, c. 15, auctor est, Ismaelem Ægyptiam uxorem duxisse, ex qua liberos duodecim, quorum et nomina recenset, susceperit. Οὗτοι πᾶσαν, inquit, τὴν ἀπ' Εὐφράτου, καὶ καθήκουσαν πρὸς τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν κατοικοῦσι, Ναβατινὴν τὴν χώραν ὀνομάσαντες. Εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ τῶν Ἀράβων ἔθνος, καὶ τὰς φυλὰς ἀπ' αὐτῶν καλοῦσι, διά τε τὴν ἀρετὴν αὐτῶν, καὶ διὰ τὸ Ἀβραάμου ἀξίωμα. Hæc ille. Nec abludunt a Scriptura : Genes. enim c. xvii : *Super Ismael* (inquit Deus ad Abrahamum) *exaudivi te : ecce benedicam ei, et augebo, et multiplicabo eum valde. Duodecim duces generabit, et faciam illum in gentem magnam.* Et cap. xxv, duodecim ejus liberi, tribuum suarum principes numerantur.

(33) *Γέλωτος δέ.* Rursus confundit ac permiscet omnia.

(34) *Φίλωνος.* Is credo est, quem Josephus lib. 1 *in Apion.* Demetrio et Eupolemo annumerat, ac πρεσβύτερον Φλωνα vocat : fortassis ut eum a Philone Judæo, et Philone Byblio distinguat, qui ambo juniores. At sequentes vetustioris hujus poetæ versus, mihi quidem tenebræ, καὶ μηδὲν ὑγιές. Nec manuscripti codices hilum juvant. Salva igitur hæc superare malui, quam in singulis pene verbis offendere.

Digitized by Google

καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα. Ταῦτα μὲν δὴ ἀπὸ τῆς προειρημένης τοῦ Πολυΐστορος γραφῆς. Καὶ ὁ Ἰώσηπος δὲ, ἐν τῇ πρώτῃ τῆς Ἀρχαιολογίας, τοῦ αὐτοῦ μνημονεύει διὰ τούτων· « Λέγεται δὲ (35), ὡς οὗτος ὁ Ἄφρην (36) στρατεύσας ἐπὶ τὴν Λιβύην, κατέσχεν αὐτὴν, καὶ οἱ υἱωνοὶ αὐτοῦ κατοικήσαντες ἐν αὐτῇ, τὴν γῆν ἀπὸ τοῦ ἐκείνου ὀνόματος Ἀφρικὰ (37) προσηγόρευσαν. Μαρτυρεῖ δέ μου τῷ λόγῳ Ἀλέξανδρος ὁ Πολυΐστωρ, λέγων οὕτως· Κλεόδημος δέ φησιν ὁ προφήτης, ὁ καὶ Μαλχᾶς (38), ἱστορῶν τὰ περὶ Ἰουδαίων, καθὼς καὶ Μωσῆς ἱστόρηκεν ὁ νομοθέτης αὐτῶν, ὅτι ἐκ Χεττούρας Ἀβραάμῳ ἐγένοντο παῖδες ἱκανοί· λέγει δὲ αὐτῶν καὶ τὰ ὀνόματα, ὀνομάζων τρεῖς, Ἄφερ, Ἄσσυρ, Ἄφραν (39). Καὶ ἀπὸ Ἄσσυρ μὲν τὴν Ἀσσυρίαν, ἀπὸ δὲ τῶν δύο, Ἄφρά τε καὶ Ἄφερ, πόλιν τε Ἄφραν, καὶ τὴν χώραν Ἀφρικὰ ὀνομασθῆναι. Τούτους δὲ Ἡρακλεῖ συστρατεῦσαι ἐπὶ Λιβύην, καὶ Ἀνταῖον· γήμαντα δὲ τὴν Ἀφρὰ θυγατέρα Ἡρακλέα, γεννῆσαι υἱὸν ἐξ αὐτῆς Διόδωρον. Τούτου δὲ γενέσθαι Σοφωνᾶν, ἀφ' οὗ τοὺς βαρβάρους Σοφὰς λέγεσθαι. » Τὰ μὲν οὖν περὶ τοῦ Ἀβραὰμ, ὡς ἐν ὀλίγοις τοσαῦτα παρακείσθω.

A **422** Atque hæc ex laudato Polyhistoris opere. Cujus etiam Josephus, libro *Antiquitatum* primo, his verbis mentionem facit : « Afrenem illum, inquit, Libyam, expeditione in eam suscepta, occupasse memorant, quam ejus posteri, collocatis in ea sedibus, illius ex nomine Africam nuncuparint. Cujus ego rei testem Alexandrum Polyhistorem habeo, dum sic loquitur : Cleodemus vates, quem et Malchan plerique vocant, quique rerum Judaicarum scripsit historiam, id ipsum, quod a Moyse Judæorum legislatore narratur, de Abrahamo commemorat, natos ei plures ex Chettura liberos fuisse, e quibus tres etiam nominat, Aferem, Asurem, Afranem. Et ab Asure quidem Assyriam, ab Afere autem atque Afrane cum Afran Urbem, tum Africam universam nomen accepisse. Hos porro Herculis in Libyam Antæumque moventis socios fuisse, ipsumque Herculem ex Afranis filia, quam uxorem duxerat, Diodorum filium suscepisse, qui Sophonan deinceps genuerit, a quo Barbari Sophæ appellati fuerint. » Verum de Abrahamo quidem breviter hæc nos retulisse sufficiat.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Δημητρίου, περὶ τοῦ Ἰακώβ.

Ἀπίωμεν δὲ πάλιν ἐπὶ τὸν Πολυΐστορα. « Δημήτριός (40) φησι τὸν Ἰακὼβ γενόμενον ἐτῶν ἑβδομήκοντα πέντε (41), φυγεῖν εἰς Χαρρὰν τῆς Μεσοποταμίας, ἀποσταλέντα ὑπὸ τῶν γονέων διὰ τὴν πρὸς τὸν ἀδελφὸν κρυφίαν ἔχθραν Ἡσαῦ, διὰ τὸ εὐλογῆσαι αὐτὸν πατέρα, δοκοῦντα εἶναι τὸν Ἡσαῦ, καὶ ὅπως λάβῃ ἐκεῖθεν γυναῖκα. Ἀφορμῆσαι οὖν Ἰακὼβ εἰς Χαρρὰν τῆς Μεσοποταμίας, τὸν μὲν πατέρα καταλιπόντα Ἰσαὰκ, ἐτῶν ἑκατὸν τριάκοντα ἑπτὰ, αὐτὸν δὲ ὄντα ἐτῶν ἑβδομήνοντα ἑπτά. Διατρίψαντα οὖν αὐτὸν ἐκεῖ ἑπτὰ ἔτη Λάβαν τοῦ μητρώου δύο θυγατέρας γῆμαι (42), Λείαν καὶ Ῥαχήλ, ὄντα ἐτῶν ὀγδοήκοντα τεσσάρων (43)· καὶ γενέσθαι ἐν ἑπτὰ ἔτεσιν ἄλλοις αὐτῷ παιδία ιϐ'· ὀγδόῳ μὲν ἔτει, μηνὶ δεκάτῳ (44),

CAPUT XXI.

De Jacobo, ex Demetrio.

Deinceps ad Polyhistorem redeamus. « Demetrius, inquit, auctor est Jacobum annos quinque ac septuaginta natum, Charram Mesopotamiæ civitatem confugisse, idque parentum suorum voluntatem secutum, partim ut occulto sese Esau fratris odio subduceret, paternæ jactura benedictionis, quam sibi ipse furtim, simulata Esau specie, Jacobus expresserat, concitato, partim ut inde uxorem duceret. Sic igitur eum, relicto Isaaco parente septimum ac trigesimum supra centesimum annum agente, hanc in urbem pervenisse, ubi jam ipse annum septimum ac septuagesimum attigisset. Eumdem post septem annos, quam ibi versatus erat, filias **423** Labani materni avunculi duas,

C

D

(35) *Λέγεται δέ*, etc. Josephus hæc habet lib. 1 *Antiquit.*, cap. 16.

(36) *Ὁ Ἄφρην*. Joseph., ὁ Ὤφρης.

(37) *Ἀφρικά*. Joseph., Ἀφρικάν.

(38) *Μαλχᾶς*. Joseph., Μαλχός.

(39) *Ἄφὲρ, Ἄσσὺρ, Ἄφράν*. Joseph., Ἀφεράν, Σουρείμ, Ἰαφράν, quæ paulo post cum aliqua etiam mutatione leguntur. De his vera et certa vide, Genesis xxv, 1 et sequentibus.

(40) *Δημήτριος*. Hoc Demetrii fragmentum, tametsi subinde nutet, multo tamen propius, quam cæterorum, ad historiæ veritatem accedit.

41) *Ἑβδομήκοντα πέντε*. Imo septuaginta septem, octavo forte jam inchoato. Annorum enim erat nonaginta unius, cum Josephum ex Rachele suscepit, post annos quatuordecim, quibus Labano servierat : si autem ex 91 subduxeris 14, reliquos habebis 77. Sed error irrepsit in numerum : ideoque ἑπτά pro πέντε reponendum.

(42) *Δύο θυγατέρας γῆμαι*. Recte : nam exacto primo illo servitutis voluntariæ septennio, uxorem utramque duxit : ac primo quidem Liam, soceri fraude calumniaque victus : Rachelem inde, post 7 dies in sororis nuptiarum celebritatem impensos : juxta illud Genesis xxix, 27. *Imple hebdomadam dierum hujus copulæ*, (tui cum Lia videlicet) *et hanc quoque dabo tibi*. Et versu 29 : *Acquievit placito, et hebdomada transacta Rachel duxit uxorem*. Non audiendus ergo Josephus, qui *Antiquit.* lib. 1, c. 19, hebdomada illa dierum, in annorum hebdomadam mutata, διελθούσης, inquit, ἄλλης ἑπταετίας, τὴν Ῥαχήλαν παρέλαβεν. Quod si verum esset, quomodo tandem post 7 priores annos, ex 4 simul uxoribus liberos Jacob suscepisset? Eumdem in errorem inductus est B. Chrysostom. homil. 56 *in Genes.* Fons erroris videtur, quod in Hebr. tantum legatur שבע זאת, et apud Septuag. τὰ ἑβδομα ταύτης. Cujus septenarii ambiguitatem ut tolleret Hieronymus, *hebdomadam dierum*, optime reddidit. Illi 7 annos acceperunt, quam iisdem suspicionem auxit, quod sequitur, καὶ δώσω σοι καὶ ταύτην ἀπὸ (Chrysostom. ἀντὶ) τῆς ἐργασίας, ἧς ἐργᾷ, (Chrys. ἐργάσῃ,) παρ' ἐμοὶ ἔτη ἑπτὰ ἕτερα. At horum verborum sensus est, ea lege post septem illos dies, ei se Rachelem uxorem dare, ut, inito jam matrimonio, septem alios serviret annos : non, quod Josephus putavit, postquam alio septennio serviisset, futurum ut eam uxorem duceret.

(43) *Ὀγδοήκοντα τεσσάρων*. Et constat hic numerus septennium integrum primæ servitutis includens. Falso ergo *Chronicum*, anno Jacobi 80 natum esse Rubenum posuit.

(44) *Μηνὶ δεκάτῳ*. Quod de mensibus tam ac-

Digitized by Google

Liam et Rachelem duxisse, circa annum ætatis quartum et octogesimum, aliorumque septem annorum spatio liberos suscepisse omnino duodecim. Quippe octavi anni mense decimo Rubenum genuisse, noni octavo Symeonem, decimi sexto Levinum, undecimi quarto Judam. Tum vero a Rachele, quod sterilis esset, muliebri adversus sororem invidia flagrante, Zelpham ancillam in Jacobi lectum eodem tempore submissam fuisse, quo etiam Balla Nephthalimum conceperit, anni scilicet undecimi mense quinto, ac duodecimi secundo filium peperisse, quem Gathum Lia nominarit; alterumque deinceps ejusdem anni mense duodecimo, cui Aseris nomen eadem Lia dederit. Rursum vero Liam pro mandragoræ pomis, quæ Rubenus ad Rachelem attulerat, eodemque tempore Zelpham ancillam, hoc est anni duodecimi mense tertio filium concepisse, ejusdemque anni duodecimo genuisse, quem Issacharem nuncuparit. Atque iterum Liam decimi tertii decimo alterum suscepisse nomine Zabulonem; iterumque decimi quarti octavo Danum peperisse. Rachelem vero, quum eodem fere tempore, quo Lia Dinam filiam susceperat, uterum gestare cœpisset, anni decimi quarti mense octavo filium procreasse, quem Josephum appellarit; atque ita liberos omnino duodecim Jacobo, septem annis quibus apud Labanum vixerat, natos fuisse. Tum vero ad patrem licet in terram Chananæam redire cupientem, Labani tamen precibus victum alios sex annos ibidem commoratum esse, itaque Charræ apud Labanum totos et continentes viginti annos egisse. Quibus exactis, patriam repetenti obvium Dei angelum, postquam aliquandiu cum eo luctatus esset, femur ejus qua parte latius est percussisse, Jacobumque simul eo membro torpescentem claudicare cœpisse (quo factum deinceps, ut ex pe-

A Ῥουβήν· καὶ τῷ ἔτει δὲ τῷ ἐννάτῳ, μηνὶ ὀγδόῳ, Συμεών· καὶ τῷ ἔτει δὲ τῷ δεκάτῳ, μηνὶ ἕκτῳ, Λευΐν· τῷ δὲ ἑνδεκάτῳ ἔτει, μηνὶ τετάρτῳ, Ἰούδαν· Ῥαχὴλ τε μὴ τίκτουσαν ζηλῶσαι τὴν ἀδελφὴν, καὶ παρακοιμίσαι τῷ Ἰακὼβ τὴν ἑαυτῆς παιδίσκην Ζελφὰν (45), τῷ αὐτῷ χρόνῳ, ᾧ καὶ Βάλλαν συλλαβεῖν τὸν Νεφθαλεὶμ (46), τῷ ἑνδεκάτῳ ἔτει, μηνὶ πέμπτῳ, καὶ τεκεῖν τῷ δωδεκάτῳ ἔτει, δευτέρῳ μηνὶ υἱὸν, ὃν ὑπὸ Λείας Γὰθ ὀνομασθῆναι. Καὶ ἐκ τῆς αὐτῆς, τοῦ αὐτοῦ ἔτους, καὶ μηνὸς δωδεκάτου, ἕτερον τεκεῖν, ὃν καὶ αὐτὸν προσαγορευθῆναι ὑπὸ Λείας Ἀσήρ. Καὶ Λείαν πάλιν ἀντὶ τῶν μήλων τῶν μανδραγόρου, ἃ Ῥουβὴν εἰσενεγκεῖν παρὰ Ῥαχήλ· συλλαβεῖν (47) καὶ τὴν παιδίσκην Ζελφὰν τῷ αὐτῷ χρόνῳ, τῷ δωδεκάτῳ ἔτει, μηνὶ τρίτῳ, καὶ τεκεῖν τοῦ αὐτοῦ ἔτους,
B μηνὸς δωδεκάτου, υἱὸν, καὶ ὄνομα αὐτῷ θέσθαι Ἰσσάχαρ. Καὶ πάλιν Λείαν τῷ τρισκαιδεκάτῳ ἔτει, μηνὶ δεκάτῳ, υἱὸν ἄλλον τεκεῖν, ᾧ ὄνομα Ζαβουλών, καὶ τὴν αὐτὴν τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ἔτει, μηνὶ ὀγδόῳ, τεκεῖν υἱὸν ὄνομα Δάν (48)· ἐν ᾧ καὶ Ῥαχὴλ λαβεῖν ἐν γαστρὶ τῷ αὐτῷ χρόνῳ, ᾧ καὶ Λείαν τεκεῖν θυγατέρα Δείναν, καὶ τεκεῖν τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ἔτει, μηνὶ ὀγδόῳ, υἱὸν, ὃν ὀνομασθῆναι Ἰωσήφ, ὥστε γεγονέναι ἐν τοῖς ἑπτὰ ἔτεσι τοῖς παρὰ Λάβαν δώδεκα παιδία. Θέλοντα δὲ τὸν Ἰακὼβ πρὸς τὸν πατέρα εἰς Χαναὰν ἀπιέναι, ἀξιωθέντα ὑπὸ Λάβαν ἄλλα ἔτη ἓξ μεῖναι, ὥστε τὰ πάντα αὐτὸν μεῖναι ἐν Χαρρὰν παρὰ Λάβαν ἔτη εἴκοσι (49). Πορευομένῳ δὲ αὐτῷ εἰς Χαναὰν, ἄγγελον τοῦ Θεοῦ παλεῦσαι, καὶ ἅψασθαι τοῦ
C πλάτους τοῦ μηροῦ τοῦ Ἰακώβ· τὸν δὲ νσρχήσαντα ἐπισκάζειν. Ὅθεν οὐ καθίεσθαι[a] τῶν κτηνῶν τὸ ἐν τοῖς μηροῖς νεῦρον. Καὶ φάναι αὐτῷ τὸν ἄγγελον, ἀπὸ τοῦδε μηκέτι Ἰακὼβ, ἀλλ' Ἰσραὴλ ὀνομασθήσεσθαι. Καὶ ἐλθεῖν αὐτὸν τῆς Χαναὰν γῆς εἰς ἑτέραν Σικίμων, ἔχοντα παιδία Ῥουβὴν ἐτῶν ιϐ', μηνῶν δυοῖν· Συμεῶνα ἐτῶν ιϐ'(50), μηνῶν τεσσάρων· Λευΐν ἐτῶν ιϐ'(51), μηνῶν ἓξ·

[a] *Ισ.* οὐκ ἐσθίεσθαι.

curate scribit Demetrius, ut novem circiter intervallo Ruben, fratresque nascerentur; quod etiam in cæteris omnibus liberis observavit: fides sit penes auctorem. Minutam hanc diligentiam Scriptura missam fecit.

(45) *Παιδίσκην Ζελφάν.* Nominum facta mutatio est. Bala enim Rachelis ancilla vocabatur, Genes. xxx, 3. Liæ vero, Zelpha; ibid., 9. Hunc item Demetrii locum excutit noster Salianus, *Annal.* tom. 1, anno mundi 2283, ac præsertim in schol., et Petavius item noster lib. ix, cap. 19, magni vere operis *De doctrina temporum.*

(46) *Συλλαβεῖν τὸν Νεφθαλείμ.* Veram habes patriarcharum istorum seriem in Genes. cap. xxix et xxx. Bala quidem Nephthalimum genuit, ut habetur, Genes. xxx, 8. Sed Demetrius bis peccavit: semel, quod Liæ Balam attribuat; iterum quod ei, quam Liæ ancillam fecerat, Nephthalimum hunc dederit.

(47) *Παρὰ Ῥαχὴλ· συλλαβεῖν.* Et hic multa peccat Demetrius. Primum indicare videtur Liam concepisse, nec tamen fetum ipsi ullum tribuit: (Græca sane minus hic pura sunt:) deinde Zelpham Liæ reddit, quam ante sustulerat. Tertio Issacharem filium ejus facit, quem ipsamet Lia pepererat, Genes. xxx, 18.

(48) *Τεκεῖν υἱὸν ὄνομα Δάν.* Cave credas. Fuit enim Dan Balæ Rachelis ancillæ primogenitus. Genes. xxx, 6.

(49) *Ἔτη εἴκοσι.* Genes. xxxi, 41: « Sicque per viginti annos in domo tua servivi tibi, quatuordecim pro filiabus, et sex pro gregibus tuis. » Perperam ergo Josephus *Antiquit.* lib. 1, cap. 19, qui Josephi ortu, quem Scriptura decimo quarto anno Racheli natum esse docet, hoc viginti annorum intervallum circumscribat. Statim enim post illa verba, χρόνοις δ' ὕστερον καὶ Ῥαχὴλ γίνεται ὁ Ἰώσηπος υἱός, subjungit: Τοῦτον πάντα τὸν χρόνον, ἔτη δ' ἐστὶν εἴκοσιν, ἐποίμαινε τῷ πενθερῷ, etc. Nisi dicamus his verbis τοῦτον πάντα τὸν χρόνον, hanc quoque sex annorum προσθήκην inclusisse. Videat porro, qui secum ipse consentiat, qui superius non nisi post alterum servitutis septennium, ductam a Jacob Rachelem dixerit. An vero sex tantum annis consequentibus, liberos ex Rachele suscepit? Falsum est. Nam conceptis verbis Scriptura tradit, simul ex ambabus, ambarumque ancillis suscepisse: unde etiam illa duarum sororum æmulatio.

(50) *Συμεῶνα ἐτῶν ιϐ'.* Legendum omnino ἐτῶν ια', alioqui duobus mensibus Rubeno primogenito senior esset.

(51) *Λευΐν ἐτῶν ιϐ'.* Corrige similiter ἐτῶν ι', alioqui mensibus quatuor fratrem natu maximum antecedet. Quid quod superior μηνολογία per sese id postulat?

Digitized by Google

Ἰούδαν ἐτῶν θ', μηνῶν ὀκτώ· Νεφθαλεὶμ ἐτῶν ὀκτὼ, μηνῶν δέκα· Γὰδ ἐτῶν ὀκτὼ, μηνῶν δέκα· Ἀσὴρ ἐτῶν ὀκτώ· Ἰσσάχαρ ἐτῶν ὀκτώ· Ζαβουλὼν ἐτῶν ἑπτὰ, μηνῶν δυοῖν· Δείναν ἐτῶν ἓξ, μηνῶν τεσσάρων· Ἰωσὴφ ἐτῶν ἓξ, μηνῶν τεσσάρων. Παροικῆσαι δὲ Ἰσραὴλ παρὰ Ἐμμὼρ ἔτη δέκα (52), καὶ φθαρῆναι τὴν Ἰσραὴλ θυγατέρα Δείναν ὑπὸ Συχὲμ τοῦ Ἐμμὼρ υἱοῦ, ἐτῶν οὖσαν δεκαὲξ, μηνῶν τεσσάρων. Ἐξαλλομένους δὲ τοὺς Ἰσραὴλ υἱοὺς, Συμεῶνα μὲν ὄντα ἐτῶν εἰκοσιενὸς, μηνῶν τεσσάρων, Λευῒν δὲ ἐτῶν εἴκοσι, μηνῶν ἓξ, ἀποκτεῖναι τόν τε Ἐμμὼρ, καὶ Συχὲμ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ πάντας τοὺς ἄρσενας, διὰ τὴν Δείνας φθοράν. Ἰακὼβ δὲ τότε εἶναι ἐτῶν ἑκατὸν ἑπτά. Ἐλθόντα δὲ οὖν αὐτὸν εἰς Λουζὰ τῆς Βαθὴλ, φάναι τὸν Θεὸν μηκέτι Ἰακὼβ, ἀλλ' Ἰσραὴλ ὀνομάζεσθαι. Ἐκεῖθεν δὲ ἐλθεῖν εἰς Χαφραθὰ, ἔνθεν παραγενέσθαι εἰς Ἐφραθὰ, ἣν εἶναι Βηθλεὲμ, καὶ γεννῆσαι αὐτὸν ἐκεῖ Βενιαμὶν, καὶ τελευτῆσαι Ῥαχὴλ, τεκοῦσαν τὸν Βενιαμὶν, συμβιῶσαι δ' αὐτῇ τὸν Ἰακὼβ ἔτη εἰκοσιτρία. Αὐτόθεν δὲ ἐλθεῖν τὸν Ἰακὼβ εἰς Μαμβρῆ τῆς Χεβρὼν, πρὸς Ἰσαὰκ τὸν πατέρα. Εἶναι δὲ τότε Ἰωσὴφ ἐτῶν δεκαεπτὰ, καὶ πραθῆναι αὐτὸν εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ μεῖναι ἔτη δεκατρία, ὥστ' εἶναι αὐτὸν ἐτῶν τριάκοντα, Ἰακὼβ δὲ ἐτῶν ἑκατὸν δέκα, ἐν ᾧ καὶ τελευτῆσαι τὸν Ἰσαὰκ ἔτει ἑνὶ ἔμπροσθεν, ἐτῶν ὄντα ἑκατὸν ὀγδοήκοντα. Κρίναντα δὲ τῷ βασιλεῖ τὸν Ἰωσὴφ τὰ ἐνύπνια, ἄρξαι Αἰγύπτου ἔτη ἑπτὰ, ἐν οἷς καὶ συνοικῆσαι Ἀσενὲθ, Πεντεφρῆ τοῦ Ἡλιουπόλεως ἱερέως θυγατρὶ, καὶ γεννῆσαι Μανασσῆν καὶ Ἐφραΐμ, καὶ τοῦ λιμοῦ ἐπιγενέσθαι ἔτη β'. Τὸν δὲ Ἰωσὴφ ἔτη ἐννέα εὐτυχήσαντα, πρὸς τὸν πατέρα μὴ πέμψαι, διὰ τὸ ποιμένα αὐτόν τε καὶ τοὺς ἀδελφοὺς εἶναι· ἐπονείδιστον δὲ Αἰγυπτίοις εἶναι τὸ ποιμαίνειν. Ὅτι δὲ διὰ τοῦτο οὐκ ἔπεμψεν, αὐτὸν δεδηλωκέναι. Ἐλθόντων γὰρ αὐτοῦ τῶν συγγενῶν, φάναι αὐτοῖς, ἐὰν κληθῶσιν ὑπὸ τοῦ βασιλέως, καὶ ἐρωτῶνται τί διαπράσσονται, λέγειν κτηνοτρόφους αὐτοὺς εἶναι. Διαπορεῖσθαι δὲ, διὰ τί ποτε ὁ Ἰωσὴφ Βενιαμὶν ἐπὶ τοῦ ἀρίστου πενταπλασίονα μερίδα ἔδωκε, μὴ δυναμένου αὐτοῦ τοσαῦτα καταναλῶσαι κρέα. Τοῦτο οὖν αὐτὸν πεποιηκέναι διὰ τὸ ἐκ τῆς Λείας τῷ πατρὶ αὐτοῦ γεγονέναι υἱοὺς ἑπτὰ, ἐκ δὲ Ῥαχὴλ τῆς μητρὸς αὐτοῦ δύο· διὰ τοῦτο τῷ Βενιαμὶν πέντε μερίδας παραθεῖναι, καὶ αὐτὸν λαβεῖν μίαν (53)· γενέσθαι οὖν ἑπτὰ, ὅσας καὶ τοὺς ἐκ τῆς Λείας υἱοὺς λαβεῖν. Ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ τὰς

A cudibus femoris nervum Judæorum attingat nemo). Ab angelo autem futurum audiisse, ut in posterum non Jacobus, sed Israel vocaretur. Itaque in eam terræ Chanaan successisse partem, quæ Sicimis adversa esset, liberorum suorum comitatu stipatum. E quibus Rubenus annos duodecim mensesque duos natus erat, Symeon annos totidem et menses quatuor, Levinus annos duodecim, mensesque sex, Judas annos novem ac menses octo, Nephthalimus 424 annos octo, mensesque decem, Gadus totidem, Aser et Issachar annos octo, Zabulon annos septem mensesque duos, Dina et Josephus annos sex et menses quatuor. Cæterum Israelem annis sibi decem juxta Emmorem domicilium delegisse : cujus filiæ Dinæ annos natæ sedecim mensesque B quatuor, cum Sychemus Emmoris filius stuprum obtulisset, Symeonem, qui mensem quartum supra annum vicesimum primum, et Levinum, qui mensem sextum supra annum vicesimum ageret, Israelis filios, sororis injuria graviter commotos, Emmorem ac Sychemum ejus filium, maresque universos impetu facto cæcidisse; quo tempore annorum septem supra centum Jacobus esset. Eum porro, cum Lusam Bathelis urbem venisset, a Deo jussum, relicto Jacobi nomine, Israelem nuncupari cœpisse. Tum Caphratham, indeque Ephratham, quam Bethleemum vocant, petiisse, ubi Rachel, suscepto Benjamino, diem supremum obierit, pes- quam annos tres ac viginti cum ea Jacobus vixisset : inde rursus Mambren Chebronis oppidum ad C Isaacum patrem venisse. At Josephum eo tempore cum esset annorum septemdecim, Ægyptiis venditum, totos tredecim annos in vinculis fuisse, donec ipse quidem tricesimum, Jacobus vero decimum supra centesimum ætatis annum confecisset, Isaaco jam anno superiore, hoc est ætatis octogesimo supra centesimum vita functo. Ac Josephum quidem post felicem regis somniorum explicationem, toti Ægypto annis septem præfuisse, quo tempore Asenethem Pentephræ Heliopoleos sacerdotis filiam conjugem duxerit, atque ex ea Manassem Ephraimumque susceperit. Tum annis duobus fame laborari cœptum. Eumdem vero novem annorum spatio, quibus fortunate admodum vixerit, patrem accersere noluisse, quod tam ipse quam fratres pascendis ovibus operam darent, quæ vitæ ratio apud Ægyptios probro duceretur. Atque hanc ei cur pa-

(52) *Ἔτη δέκα.* Genes. xxxiii, 17. Jacob antequam ad Sicimos veniret, eo in loco tentoria figit, quem propterea Sochot, id est tabernacula, nominavit. Sed quandiu illic hæserit, Scriptura non docet. Sunt qui decem fere annos in Sochot traductos fuisse velint, ut perbrevis apud Sicimitas ejus mora fuerit. Contra Demetrius Sochot ne meminit quidem, at decem annos ejus apud Hemmorem habitationi tribuit. Sane probabilius videtur, paucis omnino vel annis, vel etiam mensibus, illam in Sochot moram circumscribi, cum Scriptura tantum dicat ibi fixa esse tentoria; apud Sicimitas autem domicilium esse collocatum. Quod autem Genes. xxxiv, 21, Hemor, cum filio, Jacobi familiam apud Sicimitas commendans, viros pacificos esse dicat, etc., id tam brevis moræ argumento non est : nam aliquot annis eorum mores et ingenia probari potuerunt. Nec urget illud Tornielli, quod tum primum egressa Dina videatur, quasi recens eo venisset. Nam quod ante vel egressa non fuerit, vel si egressa est, probri nihil subierit : ejus rei, cum aliæ, tum hæc in primis causa esse potuit, quod nondum per ætatis satis id liceret. At ex Demetrio, cum injuriam illam accepit, annorum sedecim fuit, aut circiter. Adde, tum forte oblatam, quæ ante commoda satis non fuerat, ejus flagitii occasionem fuisse.

(53) *Μίαν.* Sensus et ἀκολουθία postulat δύο, alioqui sex tantum, non septem partes habiturus erat.

Digitized by Google

trem non acciret causam fuisse, ab eo re ipsa declaratum. Fratribus enim suis, cum ad eum aliquando venissent, hoc in mandatis ipsum dedisse, uti, si forte a rege accerserentur, rogati, ecquid vitæ genus profiterentur, equis alendis vacare sese responderent. Benjaminum quod attinet, quæsitum a plerisque, quamobrem Josephus inter prandendum partem ei quintuplo singulis majorem apponi voluerit, cum tot cibis adolescens par esse non posset. **425** Cujus rei hanc ille rationem afferebat, quod Jacobo patri septem ex Lia, ex Rachele vero matre sua, duo tantum liberi nati essent; eoque Benjamino partes quinque, sibi autem duas tribuisse, ut cum septenario Liæ filiorum numero partium numerus æquaretur. Similiter stolas quidem singulis geminas, at Benjamino quinque cum aureis trecentis dedisse, totidemque ad patrem misisse, uti ne qua in re materna familia alteri concederet. Cæterum, ex quo Abrahamus universis a gentibus divina voluntate selectus, in terram Chananæam primum concesserat, ipsum quidem annos viginti quinque, Isaacum vero sexaginta, Jacobum denique triginta supra centum, ibidem egisse, qui omnes annorum quindecim supra ducentos summam efficiant. Atque hoc ipso, qui famis apud Ægyptios tertius erat, cunctam eorum familiam in Ægyptum migrasse, cum Rubenus annos quinque supra quadraginta natus esset, Symeon quatuor et quadraginta, Levinus tres et quadraginta, Judas duos et quadraginta, cum tribus insuper mensibus, Aser quadraginta et menses octo, Nephthalimus unum et quadraginta mensesque septem, Gadus totidem mensesque tres, Zabulon quadraginta, Dina novem ac triginta, Benjaminus octo et viginti. Josephum autem in Ægypto annis novem ac triginta vixisse. Itaque ab

A στολὰς δοῦναι ἑκάστῳ διπλᾶς, τῷ δὲ Βενιαμὶν πέντε καὶ τριακοσίους χρυσοῦς, καὶ τῷ πατρὶ δὲ ἀποστεῖλαι κατὰ ταὐτὰ, ὥστε τὸν οἶκον αὐτῷ τῆς μητρὸς εἶναι ἴσον. Οἰκῆσαι δὲ αὐτοὺς ἐν γῇ Χαναὰν, ἀφ' οὗ ἐκλεγῆναι Ἀβραὰμ ἐκ τῶν ἐθνῶν, καὶ μετελθεῖν εἰς Χαναὰν, Ἀβραὰμ ἐτῶν εἰκοσιπέντε, Ἰσαὰκ ἐτῶν ἑξήκοντα, Ἰακὼβ ἐτῶν ἑκατὸν τριάκοντα γίνεσθαι, τὰ πάντα ἔτη ἐν γῇ Χαναὰν σιε' (54)· καὶ τῷ τρίτῳ ἔτει, λιμοῦ οὔσης ἐν Αἰγύπτῳ, ἐλθεῖν εἰς Αἴγυπτον τὸν Ἰακὼβ, ὄντα ἐτῶν ἑκατὸν τριάκοντα, Ῥουβὴν ἐτῶν με', Συμεῶνα ἐτῶν μδ', Λευὶν ἐτῶν μγ', Ἰούδαν ἐτῶν μβ', μηνῶν τριῶν, Ἀσὴρ ἐτῶν (55) μ', μηνῶν ὀκτὼ, Νεφθαλεὶμ ἐτῶν μα', μηνῶν ζ', Γὰδ ἐτῶν μα', μηνῶν γ', Ζαβουλὼν ἐτῶν μ', Δεῖναν ἐτῶν λθ', Βενιαμὶν ἐτῶν κη'. Τὸν δὲ Ἰωσὴφ φησι

B γενέσθαι ἐν Αἰγύπτῳ ἔτη λθ' (56). Εἶναι δὲ ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ, (57) ἕως τοῦ εἰσελθεῖν εἰς Αἴγυπτον τοὺς τοῦ Ἰωσὴφ συγγενεῖς ἔτη γχκδ'· ἀπὸ δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ ἕως τῆς Ἰακὼβ παρουσίας εἰς Αἴγυπτον ἔτη .ατξ'· ἀφ' οὗ δὲ ἐκλεγῆναι Ἀβραὰμ ἐκ τῶν ἐθνῶν, καὶ ἐλθεῖν ἐκ Χαρρὰν εἰς Χαναὰν, ἕως ἂν εἰς Αἴγυπτον τοὺς περὶ Ἰακὼβ ἐλθεῖν, ἔτη σιε'. Ἰακὼβ δὲ ἐκ Χαρρὰν πρὸς Λάβαν ἐλθεῖν, ἐτῶν ὄντα π' (58), καὶ γεννῆσαι Λευΐν· Λευῒν δὲ ἐν Αἰγύπτῳ ἐπιγενέσθαι ἔτη ιζ', ἀφ' οὗ ἐκ Χαναὰν αὐτὸν ἐλθεῖν εἰς Αἴγυπτον, ὥστε εἶναι αὐτὸν ἐτῶν ξ', καὶ γεννῆσαι Κλάθ (59)· αὐτῷ δὲ ἔτει ᾧ γενέσθαι Κλὰθ (60), τελευτῆσαι Ἰακὼβ ἐν Αἰγύπτῳ, εὐλογήσαντα τοὺς Ἰωσὴφ υἱοὺς, ὄντα ἐτῶν ρμζ' (61), καταλιπόντα Ἰωσὴφ ἐτῶν νς'. Λευῒν δὲ γενόμενον ἐτῶν ρλζ' τελευτῆσαι·

C Κλὰθ δὲ ὄντα ἐτῶν μ' (61') γεννῆσαι Ἀβραὰμ (62), ὃν ἐτῶν εἶναι ιδ'· ἐν ᾧ τελευτῆσαι Ἰωσὴφ ἐν Αἰγύπτῳ ὄντα ρι' ἐτῶν· Κλὰθ δὲ γενόμενον ἑκατὸν λγ' τελευτῆσαι. Ἀβραὰμ λαβεῖν γυναῖκα τὴν τοῦ θείου θυγατέρα Ἰωχαβὲτ, καὶ ὄντα ἐνιαυτῶν οε', γεννῆσαι Ἀαρὼν καὶ Μωσῆν. Γεννῆσαι

(54) *Ἐν γῇ Χαναὰν σιε'.* Accurata chronologia. Nam Abrahamus, qui anno ætatis 75 in Chananitidem venerat, centenarius cum esset, Isaacum genuit, ut habetur Genes. xxi, 5. Atqui ab anno 75 ad 100 anni viginti quinque numerantur. Isaacus autem sexagenarius, Jacobum et Esau ex Rebecca suscepit, Genes. xxv, 26, qui anni sexaginta cum prioribus viginti quinque, annos efficiunt octoginta quinque. Postremo Jacobus anno ætatis 130 in Ægyptum descendit, Genes. xlvii, 9. Quibus si addideris priores 85, homadem illam habebis annorum 215.

(55) *Ἀσὴρ ἐτῶν*, etc. Sequens annorum istorum ratio longius a veritate discedit. Primo enim, Dan a Juda proximus fuit, Genes. xlx, 5. Deinde Nephthalimus Danum sequitur, Nephthalimum Gadus, Gadum Aser, quem hic ante Nephthalimum recenset, eodemque tamen juniorem facit. Aserem sequitur Issachar, Issacharem Zabulon, Zabulonem Dina, Dinam Josephus, Josephum Benjaminus.

(56) *Ἐν Αἰγύπτῳ ἔτη λθ'.* Imo nonaginta tres: siquidem anno 17 in Ægyptum abductus, Genes. xxxvii, 2, ibidem anno 110 mortuus est, Genes. l, 22.

(57) *Ἀπὸ τοῦ Ἀδάμ*, etc. Creato, an mortuo? undecunque numeres, tam incertus est hic numerus, quam annus orbis conditi. In Patris Petavii *Chronologia*, cui plurimum tribuo, annus ille Jacobi in Ægyptum καθόδου, mundi annus est 2237. Diluvium incidit in anno mundi 1655, quam summam si detraxeris ex 2237, supererunt 582; proinde annus ille adventus in Ægyptum, ex ejusdem chronologiæ principiis, erit annus a diluvio 582.

(58) *Ἐτῶν ὄντα π'.* Circiter, non ἀκριβῶς. Tum enim, ut etiam ante Demetrius, annorum fuit 77.

(59) *Κλάθ.* Caath vocabatur, non Clath.

(60) *Γενέσθαι Κλάθ.* Imo sane multis ante Jacobi mortem annis: quod tamen certo definiri vix potest.

(61) *Ἐτῶν ρμζ'.* Ita Genes. xlvii, 27.

(61') *Κλὰθ ὄντα ἐτῶν μ'.* Error ex priori consequens, quo eodem anno et Jacobum mortuum, et Caathum in lucem editum posuit. Error autem est, cum inde sequatur natum esse Caathum in Ægypto, cum tamen frater ejus Merari, natu minimus, ante illum in Ægypto natus fuerit, Genes. xlvi, 11. Multo ergo senior Caathus erat, cum Amraamum genuit. Annus tamen ille haud certius, quam ejusdem Caathi ortus designari potest.

(62) *Ἀβραάμ.* Hebraice עמרם. Demetrius fecit Ἀβραάμ, sublato μ, et inserto α: nisi tamen scripserat Ἀμραάμ. Septuaginta Ἀμβράμ, inserto 6 ob euphoniam: vulgaris enim hic error est, quod in manuscript. codicibus μ et 6 eodem fere modo pingerentur. Sic infra Μωαμῖται, pro Μωαβῖται, scriptum est.

Digitized by Google

εἰς Μωσῆν τὸν Ἀβραὰμ ὄντα ἐτῶν οϛ', καὶ γενόμενον Ἀβραὰμ ἐτῶν ρλς· τελευτῆσαι. » Ταῦτά μοι κεῖσθω ἀπὸ τῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ Πολυΐστορος γραφῆς. Ἐξῆς ἐπισυνήφθω καὶ τάδε.

A Adamo ad illud usque tempus, quo Josephi cognatio in Ægyptum migravit, annos sexcentos et viginti quatuor supra ter mille numerari : a diluvio usque ad eumdem Jacobi in Ægyptum adventum, trecentos et sexaginta supra mille : ex quo autem Abrahamus ex gentium medio segregatus, Charra in terram Chananæam venerat, quindecim supra ducentos. Porro Jacobum ad Labanum Charra pervenisse circiter octogenarium, ibique Levinum genuisse, qui anno decimo septimo quam in Ægyptum venerat, hoc est ætatis sexagesimo, Clathum procrearit; eoque ipso anno Jacobum in Ægypto, postquam Josephi liberis bene precatus esset, annosque quadraginta septem supra centum exegisset, diem obiisse, relicto Josepho annorum sex et quinquaginta. Addit Levinum anno ætatis tricesimo septimo supra centesimum vita excessisse; Clathum vero, annorum quadraginta cum esset, Abrahamum genuisse, cujus anno decimo quarto, Josephus circa annum ætatis decimum supra centesimum obierit : supremum autem Clathi diem anno illius tricesimo tertio supra centesimum contigisse. **426** Rursus, Abrahamum cum avunculi sui filia, quam Jochabetem vocabant, matrimonium iniisse, ex eaque anno ætatis suæ quinte ac septuagesimo Aaronem, tertioque post anno Mosem suscepisse : ac tandem annos natum sex et triginta supra centum ex hac vita migrasse. » Atque hæc omnia ex Alexandri Polyhistoris *Annalibus*. Quibus sequentia ex Theodoto commodum attexemus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Θεοδότου (63), περὶ τοῦ αὐτοῦ.

Τὰ δὲ Σίκιμά φησι Θεόδοτος ἐν τῷ περὶ Ἰουδαίων ἀπὸ Σικιμίου τοῦ Ἑρμοῦ λαβεῖν τὴν ὀνομασίαν· τοῦτον γὰρ καὶ κτίσαι τὴν πόλιν, κεῖσθαι δ' αὐτὴν φησιν ἐν τῇ περὶ Ἰουδαίων οὕτως·

Ἡ δ' ἄρ' ἔην ἀγαθή τε καὶ αἰγικόμος, καὶ ὑδρηλή·
Οὐδὲ μὲν ἔσχεν ὁδὸς δολιχὴ πόλιν εἰσαφικέσθαι
Ἀγρόθεν, οὐδέ ποτε δρία λαχνήεντα πονεῦσιν.
Ἐξ αὐτῆς δὲ μάλ' ἄγχι δύ' οὔρεα (64) φαίνετ' ἐρυμνά,
Πολλά τε πλήθοντα καὶ ὕλης. Τῶν δὲ μεσηγύ,
Ἀτραπιτὸς τέτμητ', ἀραὴ, αὐλῶπις. Ἔν δ' ἑτέρωθι
Ἡ δ' ἱερὴ Σικίμων καταφαίνεται, ἱερὸν ἄστυ,
Νέρθεν ὑπὸ ῥίζῃ δεδμημένον· ἀμφὶ δὲ τεῖχος
Αἰσσὸν ὑπώρειαν, ὑπὸ δ' ἔδραμεν αἰπύθεν ἔρκος.

B

CAPUT XXII.

De eodem, ex Theodoto.

Ille enim eo, quem de Judæis conscripsit, libro, Sicima a Sicimo quodam Mercurii filio, ejus urbis conditore, nomen accepisse auctor est, cujus situm his expressit versibus :

Quippe hæc terra ferax, tenerisque aptissima : ca-
[pris,
Irriguique soli : brevis unde excursus in urbem.
At nulli fessos molli lanugine saltus
Hic recreant. Tecti juncto prope vertice montes
Hinc gemini excipiunt, herbasque, nemusque mini-
[strant.
Quos inter raro angustus discrimine callis
Rumpit iter. Parte adversa se tollit in auras
Urbs ingens Sicimum, radicem extructa sub imam :
Qua circum lævi consurgunt mœnia saxo,
Atque infra supraque urbem munimine cingunt.

C

Ὕστερον δέ φησιν αὐτὴν ὑπὸ Ἑβραίων κατασχεθῆναι, δυναστεύοντος Ἐμμώρ. Τὸν γὰρ Ἐμμὼρ υἱὸν γεννῆσαι Συχέμ. Φησὶ δέ·

Eamdem ab Hebræis regnante Emmore occupatam fuisse, postmodum affirmat : Emmorem enim Sychemum genuisse. Sic autem cecinit :

Ἐνθένδε, ξένε, ποιμενόθι (65) πόλιν ἤλυθ' Ἰακὼβ
Εὐρεῖαν Σικίμων· ἐπὶ δ' ἀνδράσι τοῖσιν ἔτησεν (66)
Ἀρχὸς Ἐμὼρ σὺν παιδὶ Συχέμ, μάλ' ἀτηρέες
[φῶτε.

Illine, o hospes, tandem vaga liquit Jacob
Pascua, et immensam Sicimum successit in urbem,
Dum socios Emmor populos, atque Emmore natus
Imperio premeret Sychemus, patri æmula pestis.

Εἶτα περὶ Ἰακὼβ καὶ τὴν εἰς Μεσοποταμίαν αὐτοῦ παρουσίαν, καὶ τῶν δυοῖν γυναικῶν γάμον, καὶ τὴν τῶν τέκνων γένεσιν, καὶ τὴν παρουσίαν τῆς ἐκ Μεσοποταμίας ἐπὶ τὰ Σίκιμα·

Tum Jacobi partim in Mesopotamiam adventum, partim nuptias duabus cum mulieribus initas, partim liberos ex utraque susceptos **427**, partim denique hanc ipsam e Mesopotamiæ finibus Sicimorum in urbem migrationem exsequitur.

Εἰς δ' Ἰακὼβ Συρίην κτηνοτρόφον ἵκτο, καὶ εὐρὺ
Ῥεῖθρον Εὐφρήταο λίπεν ποταμοῦ κελάδοντος.
Ἤλυθε γὰρ, κἀκεῖθι λιπὼν δρυμεῖαν ἐνιπὴν
Αὐτοκασιγνήτοιο. Πρόφρων ὑπέδεκτο δόμοισδε
Λάβαν, ὃς γ' οἱ ἔην μὲν ἀνεψιὸς, ἀλλὰ τότ' οἷος
Ἤνασσεν Συρίης, νειηγερὲς αἷμα λελογχώς.
Τῷ δὲ γάμον κούρης μὲν ὑπέσχετο καὶ κατένευσεν
Ὁπλοτάτης· οὐ μὴν τελέθειν ἐπεμαίετο πάμπαν,

D

At pecorum altricem in Syriam concedit Jacob,
Atque sonante vagos volventem gurgite fluctus
Deserit Euphratem : irati simul aspera fratris
Jurgia declinat. Blando pia tecta nepoti
Pectore Labanus, Syriæ tum, stirpe recenti,
Sceptra tenens, pandit. Cui mox promissa mi-
[noris
(Sic male certa fides,) natæ connubia mutat,

(63) *Θεοδότου.* Hunc etiam Josephus lib. I *Advers. Apion.*, p. 1051, inter eos numerat qui Judæorum liberalius meminerunt. Josephi verba dabit infra noster pag. 458. Alius hic Theodotus videtur ab eo, quem pag. 493 B, inter Phœnicios scriptores ex Tatiano recenset.

(64) *Δύ' οὔρεα.* Hebal., opinor, et Garisim. Vide supra, pag. 419.

(65) *Ποιμενόθι.* Mendose. Quid si πολίμηθεν;

(66) *Ἔτησεν.* Forte ἔτεσσεν, quasi dicat, illo tempore. Quid si τοῖς σίντησι? Nam hominum improbitas, p. 428 coarguitur.

Digitized by Google

trem non acciret causam fuisse, ab eo re ipsa declaratum. Fratribus enim suis, cum ad eum aliquando venissent, hoc in mandatis ipsum dedisse, uti, si forte a rege accerserentur, rogati, ecquid vitæ genus profiterentur, equis alendis vacare sese responderent. Benjaminum quod attinet, quæsitum a plerisque, quamobrem Josephus inter prandendum partem ei quintuplo singulis majorem apponi voluerit, cum tot cibis adolescens par esse non posset. **425** Cujus rei hanc ille rationem afferebat, quod Jacobo patri septem ex Lia, ex Rachele vero matre sua, duo tantum liberi nati essent; eoque Benjamino partes quinque, sibi autem duas tribuisse, ut cum septenario Liæ filiorum numero partium numerus æquaretur. Similiter stolas quidem singulis geminas, at Benjamino quinque cum aureis trecentis dedisse, totidemque ad patrem misisse, uti ne qua in re materna familia alteri concederet. Cæterum, ex quo Abrahamus universis a gentibus divina voluntate selectus, in terram Chananæam primum concesserat, ipsum quidem annos viginti quinque, Isaacum vero sexaginta, Jacobum denique triginta supra centum, ibidem egisse, qui omnes annorum quindecim supra ducentos summam efficiant. Atque hoc ipso, qui famis apud Ægyptios tertius erat, cunctam eorum familiam in Ægyptum migrasse, cum Rubenus annos quinque supra quadraginta natus esset, Symeon quatuor et quadraginta, Levinus tres et quadraginta, Judas duos et quadraginta, cum tribus insuper mensibus, Aser quadraginta et menses octo, Nephthalimus unum et quadraginta mensesque septem, Gadus totidem mensesque tres, Zabulon quadraginta, Dina novem ac triginta, Benjaminus octo et viginti. Josephum autem in Ægypto annis novem ac triginta vixisse. Itaque ab

A στολὰς δοῦναι ἑκάστῳ διπλᾶς, τῷ δὲ Βενιαμὶν πέντε καὶ τριακοσίους χρυσοῦς, καὶ τῷ πατρὶ ὡς ἀποστεῖλαι κατὰ ταὐτὰ, ὥστε τὸν οἶκον αὐτοῦ τῆς μητρὸς εἶναι ἴσον. Οἰκῆσαι δὲ αὐτοὺς ἐν γῇ Χαναὰν, ἀφ' οὗ ἐκλεγῆναι Ἀβραὰμ ἐκ τῶν ἐθνῶν, καὶ μετελθεῖν εἰς Χαναὰν, Ἀβραὰμ ἐτῶν εἰκοσιπέντε, Ἰσαὰκ ἐτῶν ἑξήκοντα, Ἰακὼβ ἐτῶν ἑκατὸν τριάκοντα γίνεσθαι, τὰ πάντα ἔτη ἐν γῇ Χαναὰν σιε' (54)· καὶ τῷ τρίτῳ ἔτει, λιμοῦ οὔσης ἐν Αἰγύπτῳ, ἐλθεῖν εἰς Αἴγυπτον τὸν Ἰακὼβ, ὄντα ἐτῶν ἑκατὸν τριάκοντα, Ῥουβὴν ἐτῶν με', Συμεῶνα ἐτῶν μδ', Λευῖν ἐτῶν μγ', Ἰούδαν ἐτῶν μβ', μηνῶν τριῶν, Ἀσὴρ ἐτῶν (55) μ', μηνῶν ὀκτὼ, Νεφθαλεὶμ ἐτῶν μα', μηνῶν ζ', Γὰδ ἐτῶν μα', μηνῶν γ', Ζαβουλὼν ἐτῶν μ', Δεῖναν ἐτῶν λθ', Βενιαμὶν ἐτῶν κη'. Τὸν δὲ Ἰωσὴφ φησι

B γενέσθαι ἐν Αἰγύπτῳ ἔτη λθ' (56). Εἶναι δὲ ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ, (57) ἕως τοῦ εἰσελθεῖν εἰς Αἴγυπτον τοὺς τοῦ Ἰωσὴφ συγγενεῖς ἔτη γχκδ· ἀπὸ δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ ἕως τῆς Ἰακὼβ παρουσίας εἰς Αἴγυπτον ἔτη ατξ· ἀφ' οὗ δὲ ἐκλεγῆναι Ἀβραὰμ ἐκ τῶν ἐθνῶν, καὶ ἐλθεῖν ἐκ Χαρρὰν εἰς Χαναὰν, ἕως ἂν εἰς Αἴγυπτον τοὺς περὶ Ἰακὼβ ἐλθεῖν, ἔτη σιε'. Ἰακὼβ δὲ ἐκ Χαρρὰν πρὸς Λάβαν ἐλθεῖν, ἐτῶν ὄντα π' (58), καὶ γεννῆσαι Λευῖν· Λευῖν δὲ ἐν Αἰγύπτῳ ἐπιγενέσθαι ἔτη ιζ', ἀφ' οὗ ἐκ Χαναὰν αὐτὸν ἐλθεῖν εἰς Αἴγυπτον, ὥστε εἶναι αὐτὸν ἐτῶν ξ', καὶ γεννῆσαι Κλὰθ (59)· αὐτῷ δὲ ἔτει ᾧ γενέσθαι Κλὰθ (60), τελευτῆσαι Ἰακὼβ ἐν Αἰγύπτῳ, εὐλογήσαντα τοὺς Ἰωσὴφ υἱοὺς, ὄντα ἐτῶν ρμζ' (61), καταλιπόντα Ἰωσὴφ ἐτῶν νς'. Λευῖν δὲ γενόμενον ἐτῶν ρλζ' τελευτῆσαι·

C Κλὰθ δὲ ὄντα ἐτῶν μ' (61') γεννῆσαι Ἀβραὰμ (62), ὃν ἐτῶν εἶναι ιδ' · ἐν ᾧ τελευτῆσαι Ἰωσὴφ ἐν Αἰγύπτῳ ὄντα ρι' ἐτῶν· Κλὰθ δὲ γενόμενον ἑκατὸν λγ' τελευτῆσαι. Ἀβραὰμ λαβεῖν γυναῖκα τὴν τοῦ θείου θυγατέρα Ἰωχαβὲτ, καὶ ὄντα ἐνιαυτῶν οε', γεννῆσαι Ἀαρὼν καὶ Μωσῆν. Γεννῆσαι

(54) *Ἐν γῇ Χαναὰν σιε'.* Accurata chronologia. Nam Abrahamus, qui anno ætatis 75 in Chananitidem venerat, centenarius cum esset, Isaacum genuit, ut habetur Genes. xxi, 5. Atqui ab anno 75 ad 100 anni viginti quinque numerantur. Isaacus autem sexagenarius, Jacobum et Esau ex Rebecca suscepit, Genes. xxv, 26, qui anni sexaginta cum prioribus viginti quinque, annos efficiunt octoginta quinque. Postremo Jacobus anno ætatis 130 in Ægyptum descendit, Genes. xlvii, 9. Quibus si addideris priores 85, homadem illam habebis annorum 215.

(55) *Ἀσὴρ ἐτῶν*, etc. Sequens annorum istorum ratio longius a veritate discedit. Primo enim, Dan a Juda proximus fuit, Genes. xxx, 5. Deinde Nephthalimus Danum sequitur, Nephthalimum Gadus, Gadum Aser, quem hic ante Nephthalimum recenset, eodemque tamen juniorem facit. Aserem sequitur Issachar, Issacharem Zabulon, Zabulonem Dina, Dinam Josephus, Josephum Benjaminus.

(56) *Ἐν Αἰγύπτῳ ἔτη λθ'.* Imo nonaginta tres: siquidem anno 17 in Ægyptum abductus, Genes. xxxvii, 2, ibidem anno 110 mortuus est, Genes. l, 22.

(57) *Ἀπὸ τοῦ Ἀδάμ*, etc. Creato, an mortuo? undecunque numeres, tam incertus est hic numerus, quam annus orbis conditi. In Patris Petavii *Chronologia*, cui plurimum tribuo, annus ille Jacobi in Ægyptum καθόδου, mundi annus est 2237. Diluvium incidit in anno mundi 1655, quam summam si detraxeris ex 2237, supererunt 582; proinde annus ille adventus in Ægyptum, ex ejusdem chronologiæ principiis, erit annus a diluvio 582.

(58) *Ἐτῶν ὄντα π'.* Circiter, non ἀκριβῶς. Tum enim, ut etiam ante Demetrius, annorum fuit 77.

(59) *Κλάθ.* Caath vocabatur, non Clath.

(60) *Γενέσθαι Κλάθ.* Imo sane multis ante Jacobi mortem annis: quod tamen certo definiri D vix potest.

(61) *Ἐτῶν ρμζ'.* Ita Genes. xlvii, 27.

(61') *Κλὰθ ὄντα ἐτῶν μ'.* Error ex priori consequens, quo eodem anno et Jacobum mortuum, et Caathum in lucem editum posuit. Error autem est, cum inde sequatur natum esse Caathum in Ægypto, cum tamen frater ejus Merari, natu minimus, ante illum in Ægypto natus fuerit, Genes. xlvi, 11. Multo ergo senior Caathus erat, cum Amraamum genuit. Annus tamen ille haud certius, quam ejusdem Caathi ortus designari potest.

(62) *Ἀβραάμ.* Hebraice עמרם. Demetrius fecit Ἀβραάμ, sublato μ, et inserto α: nisi tamen scripserat Ἀμραάμ. Septuaginta Ἀμβράμ, inserto β ob euphoniam: vulgaris enim hic error est, quod in manuscript. codicibus μ et β eodem fere modo pingerentur. Sic infra Μωαμῖται, pro Μωαβῖται, scriptum est.

Digitized by Google

καὶ Μωσῆν τὸν Ἀβραὰμ ὄντα ἐτῶν οη', καὶ γενόμενον Ἀβραὰμ ἐτῶν ρλς' τελευτῆσαι. » Ταῦτά μοι κεῖσθω ἀπὸ τῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ Πολυΐστορος γραφῆς. Ἐξῆς ἐπισυνήφθω καὶ τάδε.

A Adamo ad illud usque tempus, quo Josephi cognatio in Ægyptum migravit, annos sexcentos et viginti quatuor supra ter mille numerari : a diluvio usque ad eumdem Jacobi in Ægyptum adventum, trecentos et sexaginta supra mille : ex quo autem Abrahamus ex gentium medio segregatus, Charra in terram Chananæam venerat, quindecim supra ducentos. Porro Jacobum ad Labanum Charra pervenisse circiter octogenarium, ibique Levinum genuisse, qui anno decimo septimo quam in Ægyptum venerat, hoc est ætatis sexagesimo, Clathum procrearit; eoque ipso anno Jacobum in Ægypto, postquam Josephi liberis bene precatus esset, annosque quadraginta septem supra centum exegisset, diem obiisse, relicto Josepho annorum sex et quinquaginta. Addit Levinum anno ætatis tricesimo septimo supra centesimum vita excessisse; Clathum vero, annorum quadraginta cum esset, Abrahamum genuisse, cujus anno decimo quarto, Josephus circa annum ætatis decimum supra centesimum obierit : supremum autem Clathi diem anno illius tricesimo tertio supra centesimum contigisse. **426** Rursus, Abrahamum cum avunculi sui filia, quam Jochabetem vocabant, matrimonium iniisse, ex eaque anno ætatis suæ quinte ac septuagesimo Aaronem, tertioque post anno Mosem suscepisse : ac tandem annos natum sex et triginta supra centum ex hac vita migrasse. » Atque hæc omnia ex Alexandri Polyhistoris *Annalibus*. Quibus sequentia ex Theodoto commodum attexemus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

CAPUT XXII.

Θεοδότου (63), περὶ τοῦ αὐτοῦ.

De eodem, ex Theodoto.

Τὰ δὲ Σίκιμά φησι Θεόδοτος ἐν τῷ περὶ Ἰουδαίων ἀπὸ Σικιμίου τοῦ Ἑρμοῦ λαβεῖν τὴν ὀνομασίαν· τοῦτον γὰρ καὶ κτίσαι τὴν πόλιν, κεῖσθαι δ' αὐτήν φησιν ἐν τῇ περὶ Ἰουδαίων οὕτως·

Ille enim eo, quem de Judæis conscripsit, libro, Sicima a Sicimo quodam Mercurii filio, ejus urbis conditore, nomen accepisse auctor est, cujus situm his expressit versibus :

Ἡ δ' ἄρ' ἔην ἀγαθή τε καὶ αἰγικόμος, καὶ ὑδρηλή·
Οὐδὲ μὲν ἔσχεν ὁδὸς δολιχὴ πόλιν εἰσαφικέσθαι
Ἀγρόθεν, οὐδέ ποτε δρία λαχνήεντα ποτεῦσιν.
Ἐξ αὐτῆς δὲ μάλ' ἄγχι δύ' οὔρεα (64) *φαίνετ'* [ἐρυμνά,
Ποίης τε πλήθοντα καὶ ὕλης. Τῶν δὲ μεσηγύ,
Ἀτραπιτὸς τέτμηται, ἀραὴ, αὐλῶπις. Ἐν δ' [ἑτέρωθι
Ἡ δ' ἱερὴ Σικίμων καταφαίνεται, ἱερὸν ἄστυ,
Νέρθεν ὑπὸ ῥίζῃ δεδμημένον· ἀμφὶ δὲ τεῖχος
Αἰσσὸν ὑπώρειαν, ὑπὸ δ' ἕδραμεν αἰπύθεν ἔρκος.

Illine, o hospes, tandem vaga liquit Iacob
Pascua, et immensam Sicimum successit in urbem,
Dum socios Emmor populos, atque Emmore natus
Imperio premeret Sychemus, patri æmula pestis.

Ὕστερον δέ φησιν αὐτὴν ὑπὸ Ἑβραίων κατασχεθῆναι, δυναστεύοντος Ἐμμώρ. Τὸν γὰρ Ἐμμὼρ υἱὸν γεννῆσαι Συχέμ. Φησὶ δέ·

Eamdem ab Hebræis regnante Emmore occupatam fuisse, postmodum affirmat : Emmorem enim Sychemum genuisse. Sic autem cecinit :

Ἐνθένδε, ξένε, ποιμενόθι (65) *πόλιν ἤλυθ' Ἰακὼβ*
Εὐρεῖαν Σικίμων· ἐπὶ δ' ἀνδράσι τοῖσιν ἔτησεν (66)
Ἀρχὸς Ἐμὼρ σὺν παιδὶ Συχέμ, μάλ' ἀτηρέϊ [φῶτε.

Illine, o hospes, tandem vaga liquit Iacob
Pascua, et immensam Sicimum successit in urbem,
Dum socios Emmor populos, atque Emmore natus
Imperio premeret Sychemus, patri æmula pestis.

Εἶτα περὶ Ἰακὼβ καὶ τὴν εἰς Μεσοποταμίαν αὐτοῦ παρουσίαν, καὶ τῶν δυοῖν γυναικῶν γάμον, καὶ τὴν τῶν τέκνων γένεσιν, καὶ τὴν παρουσίαν τῆς ἐκ Μεσοποταμίας ἐπὶ τὰ Σίκιμα·

Tum Jacobi partim in Mesopotamiam adventum, partim nuptias duabus cum mulieribus initas, partim liberos ex utraque susceptos **427**, partim denique hanc ipsam e Mesopotamiæ finibus Sicimorum in urbem migrationem exsequitur.

Εἰς δ' Ἰακὼβ Συρίην κτηνοτρόφον ἵκτο, καὶ εὐρὺ
Ῥεῖθρον Εὐφρήταο λίπεν ποταμοῦ κελάδοντος.
Ἤλυθε γὰρ, κἀκεῖθι λιπὼν δριμεῖαν ἐριπὴν
Αὐτοκασιγνήτοιο. Πρόφρων ὑπέδεκτο δόμοισδε
Λάβαν, ὃς γ' οἱ ἔην μὲν ἀνεψιὸς, ἀλλὰ τότ' οἷος
Ἤρασσεν Συρίης, νειηγενὲς αἷμα λελογχώς.
Τῷ δὲ γάμον κούρης μὲν ὑπέσχετο καὶ κατένευσεν
Ὁπλοτάτης· οὐ μὴν τελέθειν ἐπεμαίετο πάμπαν,

At pecorum altricem in Syriam concedit Iacob,
Atque sonante vagos volventem gurgite fluctus
Deserit Euphratem : irati simul aspera fratris
Jurgia declinat. Blando pia tecta nepoti
Pectore Labanus, Syriæ tum, stirpe recenti,
Sceptra tenens, pandit. Cui mox promissa mi- [noris
(Sic male certa fides,) natæ connubia mutat,

(63) Θεοδότου. Hunc etiam Josephus lib. I *Advers. Apion.*, p. 1051, inter eos numerat qui Judæorum liberalius meminerunt. Josephi verba dabit infra noster pag. 458. Alius hic Theodotus videtur ab eo, quem pag. 493 B, inter Phœnicios scriptores ex Tatiano recenset.

(64) Δύ' οὔρεα. Hebal., opinor, et Garisim. Vide supra, pag. 419.

(65) Ποιμενόθι. Mendose. Quid si πολιμνηθεν;

(66) Ἔτησεν. Forte ἔτεσσεν, quasi dicat, illo tempore. Quid si τοῖς σίντησι? Nam hominum improbitas, p. 428 coarguitur.

Digitized by Google

Majoremque viro thalami in penetralia furtim
Submittit Liam genitor : sed fraude retecta
(Sensit enim conjux), natuque minore potitus,
Esse utramque dedit soleni prole parentem.
Undenis maribus pulchro spectabilis ore
Additur, et molli præstans in corpore Dina
Exerit ingenium.

A Ἀλλὰ δόλον τολίπευσε[a], καὶ εἰς λέχος ἀνέρι πέμπει
Λείαν, ἣ οἱ ἦην προγενεστέρη· οὐδέ μιν ἔμπης
Ἔλαθεν, ἀλλ' ἐνόησε κακορραφίην, καὶ ἔδεκτο
Παῖδ' ἑτέρην, ἀμφοῖν δ' ἐμίγη σὺν ὁμαίμοσιν ἥσι.
Τῷ δ' υἷες ἐγένοντο νόῳ πεπυμένοι αἰτῶς
Ἔνδεκα, καὶ κούρη Δείνα περικαλλὲς ἔχουσα
Εἶδος, ἐπιτρεπτὸν δὲ δέμας, καὶ ἀμύμονα θυμόν.

Ab Euphrate vero Jacobum scribit cum ad Emmorem in Sicima venisset, exceptum ab eo humaniter, agrique parte donatum fuisse; ubi cum agriculturæ operam ipse daret, tum vero undecim filii in pastionem, Dinaque filia cum cæteris mulieribus in lanificium incumberet. Verum, quo die solemnis forte conventus Sicimis ageretur, Dinam tametsi adhuc virginem, in urbem tamen visendi studio penetrasse; ac Sychemum Emmoris filium, ejus simul ac vidisset amore captum, ipsi per vim raptæ ac B domum abductæ stuprum cum obtulisset, paulo post una cum patre ad Jacobum venisse, ab eoque filiæ nuptias expetiisse; quas ille cum negaret, priusquam incolæ Sicimorum universi et circumcisionem et ritus Judaicos accepissent : Emmorem futurum
428 spopondisse, uti eos hanc ad conditionem adducere conaretur. Et eos quidem circumcidi omnes oportere, Jacobus ita declarat :

Ἀπὸ δὲ τοῦ Εὐφράτου φησὶ τὸν Ἰακὼβ ἐλθεῖν εἰς τὰ Σίκιμα πρὸς Ἐμμώρ· τὸν δ' ὑποδέξασθαι αὐτὸν, καὶ μέρος τι τῆς χώρας δοῦναι. Καὶ αὐτὸν μὲν τὸν Ἰακὼβ γεωμορεῖν, τοὺς δὲ υἱοὺς αὐτοῦ ἕνδεκα τὸν ἀριθμὸν ὄντας ποιμαίνειν, τὴν δὲ θυγατέρα Δείναν καὶ τὰς γυναῖκας ἐριουργεῖν· καὶ τὴν Δείναν παρθένον οὖσαν εἰς τὰ Σίκιμα ἐλθεῖν πανηγύρεως οὔσης, βουλομένην θεάσασθαι τὴν πόλιν· Συχὲμ δὲ τὸν τοῦ Ἐμμὼρ υἱὸν ἰδόντα, ἐρασθῆναι αὐτῆς, καὶ ἁρπάσαντα ὡς ἑαυτὸν διακομίσαι καὶ φθεῖραι αὐτήν. Αὖθις δὲ σὺν τῷ πατρὶ ἐλθόντα πρὸς τὸν Ἰακὼβ, αἰτεῖν αὐτὴν πρὸς γάμου κοινωνίαν· τὸν δὲ οὐ φάναι δώσειν, πρὶν ἂν ἢ πάντας τοὺς οἰκοῦντας τὰ Σίκιμα περιτεμνομένους Ἰουδαΐσαι· τὸν δὲ Ἐμμὼρ φάναι πείσειν αὐτούς. Φησὶ δὲ περὶ τοῦ δεῖν περιτέμνεσθαι αὐτοὺς ὁ Ἰακώβ·

Hebræam divina vetant oracula gentem,
Externos sponsæ generos in tecta vocare;

Hæc patrius tantum novit commercia sanguis.

Οὐ γὰρ δὴ θεμιτόν γε τόδ' Ἑβραίοισι τέτυκται,
Γαμβροὺς ἀλλοθεν εἰς γενυοὺς (67) ἀγέμεν ποτὶ [δῶμα·
Ἀλλ' ὅστις γενεᾶς ἐξεύχεται εἶναι ὁμοίης.

Moxque de circumcisione :

Εἶτα ὑποδὰς περὶ τῆς περιτομῆς·

Qui magnum patriis Abrahamum eduxit ab oris,
Cælitus hunc tota jussit cum stirpe recurvo,
Glande sub extrema, præputia demere ferro.
Paruit, atque Dei verbis immotus inhæsit.

Ὃς ποθ' ἑῆς πάτρης ἐξήγαγε δῖον Ἀβραάμ,
C Αὐτὸς ἀπ' οὐρανόθεν κέλετ' ἀνέρα παντὶ σὺν οἴκῳ
Σάρκ' ἀποσυλῆσαι πόσθης ἄπο, καὶ ῥ' ἐτέλεσσεν.
Ἀστεμφὲς δὲ τέτυκται, ἐπεὶ Θεὸς αὐτὸς ἔειπε.

Emmor itaque in civitatem reversus, cum suos ad capessendum circumcisionis ritum hortatus esset, unum ex Jacobi filiis Symeonem, quod sororis injuriam iniquius graviusque ferret, Emmorem ac Sychemum interficere statuisse : communicatoque cum Levino fratre consilio, socium eum comitemque facinoris adhibuisse, cum decem ille gentes Abrahami posteris divino promissas oraculo fuisse jactaret. Sic autem Levinum alloquitur Symeon :

Πορευθέντος οὖν εἰς τὴν πόλιν τοῦ Ἐμμὼρ, καὶ τοὺς ὑποτασσομένους παρακαλοῦντος περιτέμνεσθαι, ἕνα τῶν Ἰακὼβ υἱῶν ὄνομα Συμεῶνα διαγνῶναι τόν τε Ἐμμὼρ καὶ τὸν Συχὲμ ἀνελεῖν, τὴν ὕβριν τῆς ἀδελφῆς μὴ βουληθέντα πολιτικῶς ἐνεγκεῖν· ταῦτα δὲ διαγνόντα Λευῒν τῷ ἀδελφῷ κοινώσασθαι· λαβόντα δ' αὐτὸν συγκάταινον, ἐπὶ τὴν πρᾶξιν παρορμῆσαι, λόγιον προσφερόμενον τὸν Θεὸν ἀνελεῖν φάμενον, τοῖς Ἀβραὰμ ἀπογόνοις δέκα ἔθνη δώσειν. Φησὶ δὲ οὕτως ὁ Συμεὼν πρὸς Λευῒν·

Verba Dei penitus medio sub pectore servo,
Quem denas Abrahæ natis promittere gentes
Commemini.

Εὖ γὰρ ἐγὼ μῦθόν γε πεπυσμένος εἰμὶ Θεοῖο·
Δώσειν γάρ ποτ' ἔφησε δέ κ' [b] ἔθνεα παισὶν Ἀ- [ραάμ.
D

Ac Deum quidem, propter Sicimitarum impietatem, hanc iis mentem injecisse, testatur his verbis :

Τὸν δὲ Θεὸν αὐτοῖς τοῦτον τὸν νοῦν ἐμβαλεῖν, διὰ τὸ τοὺς ἐν Σικίμοις ἀσεβεῖς εἶναι. Φησὶ δέ·

Ardenti vindex Sicimos Deus obruit ira,
Quo virtutis amans nemo inviolatus adiret :
Hic ubi nulla æqui tenuit reverentia cives,
Sed tantum infandi sceleris vesana libido.

Βλάπτε Θεὸς Σικίμων οἰκήτορας· οὐ γὰρ ἄατος
Εἰς αὐτοὺς ὅστις κε μόλῃ καλὸς, οὐδὲ μὲν ἐσθλός·
Οὐδὲ δίκας ἐδίκαζον ἀνὰ πόλιν, οὐδὲ θεμιστάς.
Λοίγια δ' ὠρώρει τοῖσιν μεμελημένα ἔργα.

Ergo Levinum ac Symeonem armatos in urbem venisse, obviisque primum cæsis, Emmorem ac Sychemum peremisse, quam ille eadem ita describit :

Τὸν οὖν Λευῒν καὶ τὸν Συμεῶνα εἰς τὴν πόλιν καθωπλισμένους ἐλθεῖν, καὶ πρῶτα μὲν τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀναιρεῖν, ἔπειτα δὲ καὶ τὸν Ἐμμὼρ καὶ τὸν Συχὲμ φονεῦσαι. Λέγει δὲ περὶ τῆς ἀναιρέσεως αὐτῶν οὕτως·

Tunc Emori vasto Symeon caput arduus ictu
429 *Amputat, ac læva truncam suspendere gestit*

Ὡς τότε δὴ Συμεὼν μὲν Ἐμὼρ ὄρουσεν ἐπ' αὐτὸν,
Πλῆξέ τε οἱ κεφαλὴν, δειρὴν δ' ἕλεν ἐν χερὶ λιτῇ-

[a] Ισ. τολύπευσε. [b] Ισ. δέκ'.

(67) *Εἰς γενυούς*. Uterque manuscr. adhuc, ut videtur, corruptius γενυοὺς τεταγμένης ὅτι δῶμα.

Digitized by Google

Ἀεῖψε δ' ἔτι σπαίρουσαν, ἐπεὶ πόνος ἄλλος ὀρώ- [ρει.
Τόφρα δὲ καὶ Λευὶν μένος ἄσχετος ἔλαβε χαίτης
Ἀπτόμενον γούνων Συχέμ, ἄσπετα μαρτήναντα.
Ἥλασε δὲ κληῖδα μέσην· δῦ δὲ ξίφος ἐξὺ
Σπλάγχνα διὰ στέρνων, λίπε δὲ ψυχὴ δέμας [εὐθύς.

A *Cervicem; donec, quod pugna atrocior instet,*
Linquat humi singultantem. At vivelntior ardet
Levinus, frustraque solo pedibusque volutum,
Ausum immane nefas Sychemum, pendentibus [hærens
Crinibus, invadit. Jugulum delatus in alium,
Mox toto gladius subit in præcordia ferro,
Exturbatque animam.

Πυθομένους δὲ καὶ τοὺς ἑτέρους ἀδελφοὺς τὴν πρᾶξιν αὐτῶν, ἐπιδυηθῆσαι, καὶ τὴν πόλιν ἐκπορθῆσαι, καὶ τὴν ἀδελφὴν ἀναρρυσαμένους, μετὰ τῶν αἰχμαλώτων εἰς τὴν πατρῴαν ἔπαυλιν διακομίσαι.

Postmodum vero fratres cæteros, ubi rem inaudiissent, conjunctis viribus civitatem diripuisse, ac sororem cum ipsa captivorum manu paternam in villam transtulisse. Hæc Polyhistor.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Ἀρταπάνου, περὶ τοῦ Ἰωσήφ.

Τούτοις καὶ τὰ ἑξῆς περὶ τοῦ Ἰωσὴφ ἐκ τῆς αὐτῆς τοῦ Πολυΐστορος γραφῆς ἐπισυνῆφθαι. « Ἀρτά- B πανος δέ φησιν ἐν τῷ *Περὶ Ἰουδαίων* τοῦ Ἀβραὰμ ἀπόγονον γενέσθαι, υἱὸν δὲ Ἰακώβου· συνέσει δὲ καὶ φρονήσει παρὰ τοὺς ἄλλους διενεγκόντα, ὑπὸ ἀδελφῶν ἐπιβουλευθῆναι· προειδόμενον δὲ τὴν ἐπισύστασιν, δεηθῆναι τῶν ἀστυγειτόνων Ἀράβων εἰς τὴν Αἴγυπτον αὐτὸν διακομίσαι. Τοὺς δὲ τὸ ἐντυγχανόμενον ποιῆσαι. Εἶναι γὰρ τοὺς τῶν Ἀράβων βασιλεῖς ἀπογόνους Ἰσραὴλ, υἱοὺς τοῦ Ἀβραὰμ, Ἰσαὰκ δὲ ἀδελφούς. Ἐλθόντα δὲ αὐτὸν εἰς τὴν Αἴγυπτον, καὶ συσταθέντα τῷ βασιλεῖ, διοικητὴν τῆς ὅλης γενέσθαι χώρας. Καὶ πρότερον ἀτάκτως τῶν Αἰγυπτίων γεωμορούντων, διὰ τὸ τὴν χώραν ἀδιαίρετον εἶναι, καὶ τῶν ἐλασσόνων ὑπὸ τῶν κρειττόνων ἀδικουμένων· τοῦτον πρῶτον τήν τε γῆν διελεῖν, καὶ ὅροις διασημήνασθαι, καὶ τὴν πολλὴν χερσευομένην γεωργήσιμον ἀποτελέ- C σαι, καί τινας τῶν ἀρουρῶν τοῖς ἱερεῦσιν ἀποκληρῶσαι. Τοῦτον δὲ καὶ μέτρα εὑρεῖν, καὶ μεγάλως αὐτὸν ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων διὰ ταῦτα ἀγαπηθῆναι. Γῆμαι δ' αὐτὸν Ἡλιουπολίτου ἱερέως Ἀσενὲθ θυγατέρα, ἐξ ἧς γεννῆσαι παῖδας. Μετὰ δὲ ταῦτα παραγενέσθαι πρὸς αὐτὸν τόν τε πατέρα καὶ τοὺς ἀδελφοὺς κομίζοντας πολλὴν ὕπαρξιν, καὶ κατοικισθῆναι ἐν τῇ πόλει Καισὰν, καὶ τοὺς Σύρους πλεονάσαι ἐν τῇ Αἰγύπτῳ. Τούτους δέ φησι καὶ τὸ ἐν Ἀθὼς καὶ τὸ ἐν Ἡλιουπόλει ἱερὸν κατασκευάσαι τοὺς Ἑρμιοὺθ ὀνομαζομένους. Μετὰ δὲ ταῦτα τελευτῆσαι τὸν Ἰωσὴφ, καὶ τὸν βασιλέα τῶν Αἰγυπτίων. Τὸν οὖν Ἰωσὴφ κρατοῦντα τῆς Αἰγύπτου, τὸν ἐτῶν ἑπτὰ σῖτον, γενόμενον κατὰ τὴν φορὰν ἅπλετον, παραθέσθαι, καὶ τῆς Αἰγύπτου δεσπότην γενέσθαι. »

CAPUT XXIII.

De Josepho, ex Artapano.

Quibus deinceps Josephi rerum commemorationem adjungit, hunc in modum: « Artapanus autem in suo de Judæis commentario, Josephum ait Abrahami nepotem, Jacobi filium, cum reliquis fratribus ingenio, sapientiaque præstaret, eorum insidiis appetitum esse; quorum ipse conjuratione prospecta, vicinos Arabas, uti se in Ægyptum abducerent, obsecrarit, ejusque precibus illos annuisse. Arabum enim reges Israelis nepotes, Abrahami filios, et Isaaci fratres esse. Ergo Josephum, paulo post quam Ægyptum attigisset, eo regis studio ac benevolentia exceptum esse, ut præfectus ab eo totius regni constitutus fuerit. Eumdem vero, cum Ægyptii terram eatenus magna perturbatione coluissent, quod neque divisa regio esset, ac tenuioris fortunæ homines a potentioribus iniquius haberentur: agros ante omnia divisisse, certis passim finibus terminisque descriptos, adeoque magnam soli partem incultam prius atque silvescentem, culturæ opportunam commodamque reddidisse, suosque sacerdotibus agros singulares ac proprios assignasse. Mensuras præterea invenisse, quibus ille officiis Ægyptiorum sibi voluntatem majorem in modum devinxerit. Cæterum, Asenethen, Heliopolitani sacerdotis filiam, uxorem duxisse, ac liberos ex ea suscepisse. Postea vero, **430** patrem cunctosque fratres, multis cum opibus ac facultatibus ad eum venisse, fixisque in urbe Cæsana domiciliis, Syrorum in Ægypto auctam admodum ac propagatam sobolem fuisse. Eosdem insuper tum quod apud Athon, tum quod apud Heliopolim est, templum condidisse, Hermiuthios vulgo D nominatos. Postremo, Josephum, Ægyptiorumque regem obiisse. Ac Josephum quidem, cum Ægypto præesset, immensam frumenti vim, quæ toto septennio provenerat, in medium contulisse, ac totius Ægypti dominum fuisse. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ'.

Φίλωνος, περὶ τοῦ αὐτοῦ.

Μαρτυρεῖ δὲ ταῖς ἱεραῖς βίβλοις καὶ Φίλων ἐν τῇ ιδ' τῶν περὶ Ἱεροσόλυμα, λέγων οὕτως·

Τοῖσιν ἕδος μακαριστὸν ὅλης (68) *μέγας ἔκτισεν* [ἄκτωρ
Ὕψιστος, καὶ πρόσθεν ἀφ' Ἀβραάμοιο καὶ Ἰσὰκ,
Ἰακὼβ εὐτέκνοιο τόκος Ἰωσὴφ, ὃς ὀνείρων
Θεσπιστὴς, σκηπτοῦχος ἐν Αἰγύπτοιο θρόνοισι,
Δινεύσας λαθραῖα χρόνου πλημμυρίδι μοίρης.

Καὶ τὰ ἑξῆς. Ταῦτα καὶ περὶ τοῦ Ἰωσήφ.

CAPUT XXIV.

De eodem, ex Philone.

Quin etiam divinis litteris Philonis quoque testimonium suffragatur. Is enim libro decimo quarto de Hierosolymis ita scribit :

Ollis ampla potens ultro dat jugera princeps,
Fecundoque solo locat incorruptus Ioseph,
Abrami Isacique nepos, quemque almus Iacob
Sustulit, obscuræ cui pervia somnia noctis,
Qui solio incumbens Ægyptia regna tuetur,
Ambiguo fati varie jactatus ab æstu.

Et quæ sequuntur. Atque hæc de Josepho.

(68) Ὅλης. Ita omnes, nullo tamen sensu. Forte ὅλως.

Digitized by Google

CAPUT XXV.

De Jobo, ex Aristæa.

Nunc autem audi sis, quæ de Jobo idem ipse commemoret. « Aristæas, inquit, in sua de Judæis *Historia*, auctor est Esaum ex Bassara conjuge Jobum in Idumæa filium genuisse, sedemque sibi in Ausitide regione ad ipsum Idumææ et Arabiæ confinium delegisse. Eumdem æquitate præstantem, ac pecore in primis abundantem fuisse : quippe, ovium enim septem, camelorum tria millia, paria boum quingenta, gregalesque asinas totidem numerasse. Copiam agrorum non absimilem. Ac Jobum quidem **431** Jobamum antea nominatum esse. Porro, Deum explorandæ hominis probandæque virtutis gratia, diuturnis eum gravibusque calamitatibus exercuisse. Primum enim asinarum boumque armenta a latronibus per vim abacta esse; tum oves simul atque pastores igne cœlitus immisso conflagrasse; mox et camelos a latronibus similiter abductos, filiosque omnes ædium ruina oppressos fuisse : postremo illum etiam eo ipso die fœdissimo totius corporis ulcere laborasse. Quibus in angustiis positus cum esset, ad eum invisendi causa Elipham Themanitarum regem, Baldadem Sauchæorum tyrannum, Sopharem Mannæorum regem, et Elium Barachielis filium Zobitem convenisse. Qui cum eum alloquio solarentur, ipsum, tametsi consolatione omni careret, futurum tamen respondisse, uti pietatis suæ laudem hac in tanta malorum acerbitate perpetuam retineret. Deum vero hac ejus integritatis et constantiæ vi majorem in modum probata, non ipsum tantum morbo liberasse, verum etiam ingentibus deinceps opibus ac fortunis cumulasse. » Hæc omnia Polyhistor.

CAPUT XXVI.

De Moyse, ex Eupolemo.

Idem quoque plurima de Moyse habet auditu digna. « Moysem, inquit, narrat Eupolemus primum sapientem fuisse, Judæisque primum litteras tradidisse, a quibus eas Phœnices, ut a Phœnicibus Græci, acceperint : eumdemque Judæis leges principem condidisse. »

CAPUT XXVII.

De eodem, ex Artapano.

Artapanus autem in suo de Judæis opere scribit, Abrahamo cum Mempsasthenothe filio, ipsoque Ægyptiorum rege, vita functo, Palmanothem alterum ejusdem filium Ægypti imperium capessisse, Judæumque populum durius habuisse. Ab hoc primum Cessam conditam, in eaque delubrum, mox templum apud Heliopolim esse. **432** Ab eodem

(69) *Βασσάρας υἱόν*, etc. Verti, perinde ac si prius υἱόν abesset, posterius autem in Ἰώβ mutatum esset. Bassaram Jobabi, quem postea Jobum magno consensu dictum esse volunt, matrem; Septuaginta Bossoram vocarunt, Genes. XXXVI, 13. Gravis est quæstio, perliuque jactata, quibus ex parentibus aut ubi natus patriarcha Jobus, qua de, ut omittam cæteros, novissime pluribus disputarunt, Salianus et Petavius, ambo nostri : alter eruditor. *Annal.* tom. I, ann. mundi 2319; alter præclari operis *De doctrina tempor.* lib. IX, c. 20.

(70) *Ἰωβάμ*. Legendum credo Ἰωβάβ. Similitudo τοῦ μ, καὶ τοῦ β, in manuscr. codicibus hunc etiam errorem peperit.

(71) *Τὸν υἱόν*. Vox, *alterum*, in versionem irrepsit, expunge.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ'.

Ἀριστεάου, περὶ τοῦ Ἰώβ.

Ἄκουε δὲ οἷα καὶ περὶ τοῦ Ἰὼβ ὁ αὐτὸς ἱστορεῖ· « Ἀριστεάς δέ φησιν ἐν τῷ *Περὶ Ἰουδαίων* τὸν Ἠσαῦ, γήμαντα Βασσάρας υἱὸν (69) ἐν Ἐδὼμ, γεννῆσαι υἱόν. Κατοικεῖν δὲ τοῦτον ἐν τῇ Αὐσίτιδι χώρᾳ, ἐπὶ τοῖς ὅροις τῆς Ἰδουμαίας καὶ Ἀραβίας. Γενέσθαι δ' αὐτὸν δίκαιον καὶ πολύκτηνον. Κτήσασθαι γὰρ αὐτὸν πρόβατα μὲν ἑπτακισχίλια, καμήλους δὲ τρισχιλίας, ζεύγη βοῶν πεντακόσια, ὄνους θηλείας νομάδας πεντακοσίας. Εἶχε δὲ καὶ γεωργίας ἱκανάς. Τοῦτον δὲ τὸν Ἰὼβ πρότερον Ἰωβὰμ (70) ὀνομάζεσθαι. Πειράζοντα δ' αὐτὸν τὸν Θεὸν ἐμμεῖναι, μεγάλαις δὲ περιβαλεῖν αὐτὸν ἀτυχίαις. Πρῶτον μὲν γὰρ αὐτοῦ τούς τε ὄνους καὶ βοῦς ὑπὸ λῃστῶν ἀπελαθῆναι, εἶτα τὰ πρόβατα ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντος κατακαῆναι σὺν τοῖς ποιμέσι· μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ τὰς καμήλους ὑπὸ λῃστῶν ἀπελαθῆναι· εἶτα τὰ τέκνα αὐτοῦ ἀποθανεῖν, πεσούσης τῆς οἰκίας. Αὐθημερὸν δὲ αὐτοῦ καὶ τὸ σῶμα ἑλκῶσαι. Φαύλως δὲ αὐτοῦ διακειμένου, ἐλθεῖν εἰς ἐπίσκεψιν Ἐλίφαν τὸν Θαιμανιτῶν βασιλέα, καὶ Βαλδὰδ τῶν Σαυχαίων τύραννον, καὶ Σωφὰρ τὸν Μανναίων βασιλέα, ἐλθεῖν δὲ καὶ Ἐλιοῦν τὸν Βαραχιὴλ τὸν Ζωβίτην. Παρακαλουμένων δὲ, φάναι καὶ χωρὶς παρακλήσεως ἐμμενεῖν αὐτὸν ἔν τε τῇ εὐσεβείᾳ καὶ τοῖς δεινοῖς. Τὸν δὲ Θεὸν, ἀγασθέντα τὴν εὐψυχίαν αὐτοῦ, τῆς τε νόσου αὐτὸν ἀπολῦσαι, καὶ πολλῶν κύριον ὑπάρξεων ποιῆσαι. » Τοσαῦτα καὶ περὶ τούτων ὁ Πολυΐστωρ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΣ'

Εὐπολέμου, περὶ Μωσέως.

Καὶ περὶ Μωσέως δὲ ὁ αὐτὸς πλεῖστα παρατίθεται, ὧν καὶ αὐτῶν ἐπακοῦσαι ἄξιον· « Εὐπόλεμος δέ φησι τὸν Μωσῆν πρῶτον σοφὸν γενέσθαι, καὶ γράμματα παραδοῦναι τοῖς Ἰουδαίοις πρῶτον, παρὰ δὲ Ἰουδαίων Φοίνικας παραλαβεῖν, Ἕλληνας δὲ παρὰ Φοινίκων· νόμους τε πρῶτον γράψαι Μωσῆν τοῖς Ἰουδαίοις. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΖ'.

Ἀρταπάνου, περὶ τοῦ αὐτοῦ.

Ἀρταπάνος δέ φησιν ἐν τῇ περὶ Ἰουδαίων, Ἀβραὰμ τελευτήσαντος, καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Μεμψασθενοῦθ, ὁμοίως δὲ καὶ τοῦ βασιλέως τῶν Αἰγυπτίων, τὴν δυναστείαν παραλαβεῖν τὸν υἱὸν (71) αὐτοῦ Παλμανώθην. Τοῦτον δὲ τοῖς Ἰουδαίοις φαύλως προσφέρεσθαι· καὶ πρῶτον μὲν τὴν Κεσσὰν οἰκοδομῆσαι, τό τε ἐπ' αὐτῇ ἱερὸν καθιδρῦσασθαι,

Digitized by Google

εἶτα τὸν ἐν Ἡλιουπόλει ναὸν κατασκευάσαι. Τοῦτον δὲ γεννῆσαι θυγατέρα Μέρρίν, ἣν Χενεφρῆ τινι κατεγγυῆσαι, τῶν ὑπὲρ Μέμφιν τόπων βασιλεύοντι· πολλοὺς γὰρ τότε τῆς Αἰγύπτου βασιλεύειν. Ταύτην δὲ στείραν ὑπάρχουσαν ὑποβαλέσθαι τινὸς τῶν Ἰουδαίων παιδίον· τοῦτο δὲ Μώϋσον ὀνομάσαι· ὑπὸ δὲ τῶν Ἑλλήνων αὐτὸν ἀνδρωθέντα Μουσαῖον προσαγορευθῆναι. Γενέσθαι δὲ τὸν Μώϋσον τοῦτον Ὀρφέως διδάσκαλον· ἀνδρωθέντα δ' αὐτὸν πολλὰ τοῖς ἀνθρώποις εὔχρηστα παραδοῦναι. Καὶ γὰρ πλοῖα, καὶ μηχανὰς πρὸς τὰς λιθοθεσίας, καὶ τὰ Αἰγύπτια ὅπλα, καὶ τὰ ὄργανα τὰ ὑδρευτικὰ καὶ πολεμικὰ, καὶ τὴν φιλοσοφίαν ἐξευρεῖν· ἔτι δὲ τὴν πόλιν εἰς λς' νομοὺς διελεῖν, καὶ ἑκάστῳ τῶν νομῶν ἀποτάξαι τὸν Θεὸν σεφθήσεσθαι, τά τε ἱερὰ γράμματα τοῖς ἱερεῦσιν· εἶναι δὲ καὶ αἰλούρους, καὶ κύνας, καὶ ἴβεις· ἀπονεῖμαι δὲ καὶ τοῖς ἱερεῦσιν ἐξαίρετον χώραν. Ταῦτα δὲ πάντα ποιῆσαι χάριν τοῦ τὴν μοναρχίαν βεβαίαν τῷ Χενεφρῆ διαφυλάξαι. Πρότερον γὰρ ἀδιατάκτους ὄντας τοὺς ὄχλους, ποτὲ μὲν ἐκβάλλειν, ποτὲ δὲ καθιστάνειν βασιλεῖς, καὶ πολλάκις μὲν τοὺς αὐτούς, ἐνιάκις δὲ ἄλλους. Διὰ ταῦτα οὖν τὸν Μώϋσον ὑπὸ τῶν ὄχλων ἀγαπηθῆναι, καὶ ὑπὸ τῶν ἱερέων ἰσοθέου τιμῆς καταξιωθέντα προσαγορευθῆναι Ἑρμῆν διὰ τὴν τῶν ἱερῶν γραμμάτων ἑρμηνείαν. Τὸν δὲ Χενεφρῆν, ὁρῶντα τὴν ἀρετὴν τοῦ Μώϋσου, φθονῆσαι αὐτῷ, καὶ ζητεῖν αὐτὸν ἐπ' εὐλόγῳ αἰτίᾳ τινὶ ἀνελεῖν. Καὶ δή ποτε τῶν Αἰθιόπων ἐπιστρατευσαμένων τῇ Αἰγύπτῳ, τὸν Χενεφρῆν, ὑπολαβόντα εὑρηκέναι καιρὸν εὔθετον, πέμψαι τὸν Μώϋσον ἐπ' αὐτοὺς στρατηγὸν μετὰ δυνάμεως. Τὸ δὲ τῶν συγγενῶν αὐτῷ συστῆσαι πλῆθος, ὑπολαβόντα ῥᾳδίως αὐτὸν διὰ τὴν τῶν στρατιωτῶν ἀσθένειαν ὑπὸ τῶν πολεμίων ἀναιρεθήσεσθαι. Τὸν δὲ Μώϋσον ἐλθόντα ἐπὶ τὸν Ἑρμουπολίτην ὀνομαζόμενον νομὸν, ἔχοντα περὶ δέκα μυριάδας γεωργῶν, αὐτοῦ καταστρατεῦσαι. Πέμψαι δὲ στρατηγοὺς τοὺς προκαθεδουμένους τῆς χώρας, οὓς δὴ πλεονεκτεῖν ἐπιφανῶς κατὰ τὰς μάχας. Λέγειν δέ φησιν Ἡλιουπολίτας γενέσθαι τὸν πόλεμον τοῦτον ἔτη δέκα. Τοὺς οὖν περὶ τὸν Μώϋσον, διὰ τὸ μέγεθος τῆς στρατιᾶς, πόλιν ἐν τούτῳ κτίσαι τῷ τόπῳ, καὶ τὴν ἴδιν ἐν αὐτῷ καθιερῶσαι, διὰ τὸ ταύτην βλάπτοντα ζῶα τοὺς ἀνθρώπους ἀναιρεῖν. Προσαγορεῦσαι δὲ αὐτὴν Ἑρμούπολιν. Οὕτω δὴ τοὺς Αἰθίοπας, καίπερ ὄντας πολεμίους, στέρξαι τὸν Μώϋσον, ὥστε καὶ τὴν περιτομὴν τῶν αἰδοίων παρ' ἐκείνου μαθεῖν· οὐ μόνον δὲ τούτους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἱερεῖς ἅπαντας. Τὸν δὲ Χενεφρῆν, λυθέντος τοῦ πολέμου, λόγῳ μὲν αὐτὸν ἀποδέξασθαι, ἔργῳ δὲ ἐπιβουλεύειν. Παρελόμενον γοῦν αὐτοῦ τοὺς ὄχλους, τοὺς μὲν ἐπὶ τὰ ὄρια τῆς Αἰθιοπίας πέμψαι, προφυλακῆς χάριν· τοῖς δὲ προστάξαι τὸν ἐν Διὸς πόλει ναὸν ἐξ ὀπτῆς πλίνθου κατεσκευασμένον καθαιρεῖν· ἕτερον δὲ λίθινον κατασκευάσαι, τὸ πλησίον ὄρος λατομήσαντας. Τάξαι δὲ ἐπὶ τῆς οἰκοδομίας ἐπιστάτην Ναχέρωτα. Τὸν δὲ, ἐλθόντα μετὰ Μωϋσου εἰς Μέμφιν, πυθέσθαι παρ' αὐτοῦ, εἴ τι ἄλλο ἐστὶν εὔχρηστον τοῖς ἀνθρώποις. Τὸν δὲ φάναι γένος τῶν βοῶν, διὸ τὸ τὴν γῆν ὑπὸ τούτων ἀροῦσθαι. Τὸν δὲ

A Merrhin filiam susceptam, ac Chenephræ cuidam regioni supra Memphim sitæ imperanti desponsam fuisse : tum enim plures Ægyptum regulos habuisse. Hanc porro, sterilis cum esset, Judææ mulieris infantem supposuisse, quem Moysum ipsa primum, deinde vero Græci, cum ad virilem ætatem pervenisset, Musæum nominarint. Atque hunc Orphei magistrum fuisse memorant, ac permulta humano generi utilissima tradidisse. Illi enim, et navigiorum, et machinarum, quibus adducti sursum lapides inter sese postea coagmententur, et armorum Ægyptiacorum, et instrumentorum partim hauriendæ vel deducendæ aquæ, partim bello necessariorum, ipsiusque adeo philosophiæ inventionem acceptam ferunt. Ad hæc civitatem ab eo in B sex et triginta præfecturas divisam, suosque singulis Numini colendo ritus assignatos, litterasque sacras, puta felium, canum, ibium figuras sacerdotibus cum singulari ac propria regione attributas fuisse. Quæ omnia eo consilio perfecerit, ut summum Chenephræ imperium stabiliret; cum nullo distincta ordine multitudo reges antea modo ejiceret, modo crearet, ac sæpe quidem eosdem, interdum etiam alios. Quibus ipse rebus non modo populorum sibi amorem conciliarit, verum etiam parem superis honorem a sacerdotibus, qui Ἑρμῆν illum, hoc est Mercurium, sive interpretem, ob sacrarum litterarum ἑρμηνείαν, interpretationem, appellarunt, facile impetrarit. At vero Chenephren Moysi virtutibus invidentem, perimendi hominis C colorem aliquem, honestamque speciem quæsivisse. Itaque cum in Ægyptum armati Æthiopes invasissent, commodam sibi facinoris oblatam occasionem esse ratum, Moysum imperatorem adversus eos cum exercitu, ex gentilibus et propinquis ejus maximam partem conflato misisse, quod eum propter militum imbecillitatem ab hoste nullo negotio conficiendum putaret. Moysum autem ad præfecturam quamdam, cui Hermopolitæ nomen, quæque colonorum ad centum millia numerabat, profectum, castra ibi posuisse; legatorum suorum fortissimis ac strenuissimis quibusque præmissis, qui locum ac sedem occuparent. Quod bellum toto decennio gestum esse, ab Heliopolitanis sese accepisse testatur. Porro Moysum, copiarum magnitudine instructum, eodem in loco urbem condidisse, D Hermopolim nomine, in qua primum ibim, quod noxias hominibus animantes perimat, consecrarit. **433** Æthiopes autem ipsos, tametsi hostes, tam propenso tamen in Moysum animo fuisse, ut ipsius quoque circumcisionis ab eo ritum acciperent. Id quod a sacerdotibus etiam omnibus præstitum fuerit. Cæterum Chenephren, confecto bello, tametsi benevolentiam ore simularet, clam ei tamen insidiari reipsa perrexisse. Itaque Moysi copias ita distraxisse, ut partim ad Æthiopiæ confinia per causam præsidii ablegaret, partim Diospoleos templum operis lateritii diruere, aliudque, lapidibus ex vicino monte cæsis, lapideum ædificare juberet.

Digitized by Google

Huic operi Nicherotem quemdam ab eo præfectum esse, qui Memphim una cum Moyso profectus, quæsierit ex eo, numquid præterea humano generi commodum utileque nosset. Cui Moysus, se vero nosse, boves nimirum, quibus in aranda terra uti liceret. At Chenephren, ubi tauro Apis nomen indidisset, ei continuo templum a multitudine poni, eodemque translatas animantes a Moyso prius consecratas sepeliri voluisse, uti rerum ab eo institutarum memoriam una sepeliret. Verum abalienatos a se propterea cum Ægyptiorum animos intelligeret, clam jurejurando amicorum suorum fidem obstrinxisse, uti ne quis Moyso paratas insidias aperiret, simulque futuros cædis auctores designasse. Reclamantibus omnibus, Chanethothen, quem ex omnibus præcipue nominat, acerbius increpasse, qui regis tandem offensione permotus, commodo se tempore facinus obiturum receperit. Ergo cum in eos forte dies Merrhis obitus incidisset, Chenephren transferendi ultra Ægypti fines corporis, ibidemque sepeliendi, Moyso et Chanethothæ potestatem fecisse, cum interfectum iri ab isto Moysum putaret. Verum insidiis a conscio quodam in itinere sibi patefactis, Moysum saluti suæ diligentius cavisse : cui, post sepultam Merrhin, Meroesque nomen fluvio atque urbi ad fluvium ædificatæ impositum (quam quidem Merrhin, indigenæ haud minori quam Isin ipsam religione venerentur), Aaron frater, qui et ipse conjurationem resciverat, auctor fuerit, uti fugam in Arabiam capesseret. Illum ergo consilium fratris secutum, Memphi solvisse, Niloque trajecto in Arabiam appulisse. **434** Chanethothem vero, fuga intellecta, insidias ei tetendisse, quibus exceptum opprimeret; adeoque venienti stricto gladio occurrisse : at Moysum hominem occupasse, nec ejus tantum inhibuisse manum, sed etiam illum educto ense confodisse. E vestigio elapsum in Arabiam, ad Raguelem ejus tum regionis principem adhæsisse, ab eoque filiam in uxorem accepisse. Porro cum in Ægyptios movere Raguelus vehementer optaret, ut Moysum eo deduceret, filiæque simul ac genero imperium assereret : Moysum, quod gentilibus suis metueret, ab ea ipsum mente dimovere conatum esse quidem, sed tamen et Arabibus abstinere, et ex Ægypto prædas agere a Raguelo jussum fuisse. Interea Chenephren elephantiæ morbo mortalium omnium principem obiisse, cum in eum incidisset, quod Judæos, laneæ vestis usu prohibito, sindones jussisset induere, quo facilius in eos hoc a cæteris cultu distinctos sævire posset. At Moysum gentis suæ miserias apud Deum assidue deprecantem, eo demum tempore Numen propitium habuisse, ac repente succensum e terra ignem erupisse ait, qui tametsi locus ab omni ligno aliaque materia igni pascendo apta vacuus esset, ardere tamen non desineret. Quo

Χενεφρῆν, προσαγορεύσαντα ταῦρον Ἄπιν, κελεῦσαι ἱερὸν αὐτοῦ τοὺς ὄχλους καθιδρύσασθαι, καὶ τὰ ζῶα τὰ καθιερωθέντα ὑπὸ τοῦ Μωϋσου κελεύειν ἐκεῖ φέροντας θάπτειν, κατακρύπτειν θέλων (72) τὰ τοῦ Μωϋσου ἐπινοήματα. Ἀποξενωσάντων δὲ αὐτὸν τῶν Αἰγυπτίων, ὁρκωμοτῆσαι τοὺς φίλους μὴ ἐξαγγεῖλαι τῷ Μωϋσῳ τὴν ἐπισυνισταμένην αὐτῷ ἐπιβουλήν, καὶ προβαλέσθαι τοὺς ἀναιρήσοντας αὐτόν. Μηδενὸς δ' ὑπακούσαντος, ἐνειδίσαι τὸν Χενεφρῆν Χανεθώθην, τὸν μάλιστα προαγορευόμενον ὑπ' αὐτοῦ. Τὸν δὲ ἐνειδισθέντα, ὑποσχέσθαι τὴν ἐπίθεσιν, λαβόντα καιρόν. Ὑπὸ δὲ τοῦτον τὸν καιρὸν, τῆς Μέρριδος τελευτησάσης, ὑποσχέσθαι τὸν Χενεφρῆν τῷ τε Μωϋσῳ καὶ τῷ Χανεθώθῃ τὸ σῶμα, ὥστε διακομίσαντας εἰς τοὺς ὑπὲρ Αἴγυπτον τόπους θάψαι, ὑπολαβόντα τὸν Μώϋσον ὑπὸ τοῦ Χανεθὼθ ἀναιρεθήσεσθαι. Πορευομένων δὲ αὐτῶν, τὴν ἐπιβουλὴν τῷ Μωϋσῳ τῶν συνειδότων ἐξαγγεῖλαί τινα. Τὸν δὲ φυλάσσοντα αὐτὸν τὴν μὲν Μέρριν θάψαι, τὸν δὲ ποταμὸν, καὶ τὴν ἐν ἐκείνῳ πόλιν Μερόην προσαγορεῦσαι. (Τιμᾶσθαι δὲ τὴν Μέρριν ταύτην ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων οὐκ ἔλαττον ἢ τὴν Ἶσιν.) Ἀάρωνα δὲ τὸν τοῦ Μωϋσου ἀδελφὸν, τὰ περὶ τὴν ἐπιβουλὴν ἐπιγνόντα, συμβουλεῦσαι τῷ ἀδελφῷ φυγεῖν εἰς τὴν Ἀραβίαν. Τὸν δὲ πεισθέντα, ἀπὸ Μέμφεως τὸν Νεῖλον διαπλεύσαντα, ἀπαλλάσσεσθαι εἰς τὴν Ἀραβίαν. Τὸν δὲ Χανεθώθην, πυθόμενον τοῦ Μωϋσου τὴν φυγὴν, ἐνεδρεύειν ὡς ἀναιρήσοντα. Ἰδόντα δὲ ἐρχόμενον, σπάσασθαι τὴν μάχαιραν ἐπ' αὐτόν. Τὸν δὲ Μώϋσον, προκαταχήσαντα [a] τήν τε χεῖρα κατασχεῖν αὐτοῦ, καὶ σπασάμενον τὸ ξίφος, φονεῦσαι τὸν Χανεθώθην. Διεκδρᾶναι δὲ εἰς τὴν Ἀραβίαν, καὶ Ῥαγουήλῳ τῷτῶν τόπων ἄρχοντι συμβιοῦν, λαβόντα τὴν ἐκείνου θυγατέρα. Τὸν δὲ Ῥαγουῆλον βούλεσθαι στρατεύειν ἐπὶ τοὺς Αἰγυπτίους, κατάγειν βουλόμενον τὸν Μώϋσον, καὶ τὴν δυναστείαν τῇ τε θυγατρὶ καὶ τῷ γαμβρῷ κατασκευάσαι. Τὸν δὲ Μώϋσον ἀποκωλῦσαι, στοχαζόμενον τῶν ὁμοφύλων. Τὸν δὲ Ῥαγουῆλον διακωλύοντα στρατεύειν τοῖς Ἄραψι, προστάξαι ληστεύειν τὴν Αἴγυπτον. Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον καὶ Χενεφρῆν πρῶτον ἁπάντων ἀνθρώπων ἐλεφαντιάσαντα μεταλλάξαι. Τούτῳ δὲ τῷ πάθει περιπεσεῖν διὰ τὸ τοὺς Ἰουδαίους προστάξαι σινδόνας ἀμφιέννυσθαι, ἐρεᾶν δ' ἐσθῆτα μὴ ἀμπέχεσθαι, ὅπως ὄντες ἐπίσημοι κολάζωνται ὑπ' αὐτοῦ. Τὸν δὲ Μώϋσον εὔχεσθαι τῷ Θεῷ, ἤδη ποτὲ τοὺς λαοὺς παῦσαι τῶν κακοπαθειῶν. Ἱλασκομένου δ' αὐτοῦ, αἰφνιδίως, φησὶν, ἐκ τῆς γῆς πῦρ ἀναφθῆναι, καὶ τοῦτο κάεσθαι, μήτε ὕλης μήτε ἄλλης τινὸς ξυλείας οὔσης ἐν τῷ τόπῳ. Τὸν δὲ Μώϋσον, δείσαντα τὸ γένος [b], φεύγειν· φωνὴν δ' αὐτῷ θείαν εἰπεῖν, στρατεύειν ἐπ' Αἴγυπτον, καὶ τοὺς Ἰουδαίους διασώσαντα, εἰς τὴν ἀρχαίαν ἀγαγεῖν πατρίδα. Τὸν δὲ, θαρρήσαντα, δύναμιν πολεμίαν ἐπάγειν διαγνῶναι τοῖς Αἰγυπτίοις. Πρῶτον δὲ πρὸς Ἀαρῶνα τὸν ἀδελφὸν ἐλθεῖν. Τὸν δὲ βασιλέα τῶν Αἰγυπτίων, πυθόμενον τὴν τοῦ Μωϋσου παρουσίαν, καλέσαι πρὸς αὐτὸν, καὶ πυνθάνεσθαι ἐφ' ὅτῳ ἥκοι. Τὸν δὲ φάναι,

[a] Ἰσ. προκαταχήσαντα. [b] Ἰσ. γεγονός.

(72) Θέλων. Corrige. θέλοντα : postrema enim syllaba, ob sequentis similitudinem abrasa est.

Digitized by Google

προστάξαι αὐτῷ τὸν τῆς οἰκουμένης Δεσπότην ἀπολῦσαι τοὺς Ἰουδαίους. Τὸν δὲ, πυθόμενον, εἰς φυλακὴν αὐτὸν καθεῖρξαι. Νυκτὸς δὲ ἐπιγενομένης τάς τε θύρας πάσας αὐτομάτως ἀνοιχθῆναι τοῦ δεσμωτηρίου, καὶ τῶν φυλάκων οὓς μὲν τελευτῆσαι, τινὰς δὲ ὑπὸ τοῦ ὕπνου παρεθῆναι, τά τε ὅπλα κατεαγῆναι. Ἐξελθόντα δὲ τὸν Μώϋσον, ἐπὶ τὰ βασίλεια ἐλθεῖν· εὑρόντα δὲ ἀνεῳγμένας τὰς θύρας εἰσελθεῖν, καὶ ἐνθάδε τῶν φυλάκων παρειμένων τὸν βασιλέα ἐξεγεῖραι. Τὸν δὲ, ἐκπλαγέντα ἐπὶ τῷ γεγονότι, κελεῦσαι τῷ Μωϋσῳ τὸ τοῦ πέμψαντος αὐτὸν Θεοῦ εἰπεῖν ὄνομα, διαχλευάσαντα αὐτόν. Τὸν δὲ, προσκύψαντα πρὸς τὸ οὖς, εἰπεῖν. Ἀκούσαντα δὲ τὸν βασιλέα, πεσεῖν ἄφωνον· διακρατηθέντα δὲ ὑπὸ τοῦ Μωϋσου, πάλιν ἀναβῶσαι. Γράψαντα δὲ τοὔνομα εἰς δέλτον, κατασφραγίσασθαι· τῶν δὲ ἱερέων τὸν ἐκφαυλίσαντα τὰ ἐν τῇ πινακίδι γεγραμμένα, μετὰ σπασμοῦ τὸν βίον ἐκλιμπάνειν· εἰπεῖν τε τὸν βασιλέα σημεῖόν τι αὐτῷ ποιῆσαι. Τὸν δὲ Μώϋσον, ἣν εἶχε ῥάβδον ἐκβαλόντα, ὄφιν ποιῆσαι· πτοηθέντων δὲ πάντων, ἐπιλαβόμενον τῆς οὐρᾶς ἀνελέσθαι, καὶ πάλιν ῥάβδον ποιῆσαι. Προελθόντα δὲ μικρὸν, τὸν Νεῖλον τῇ ῥάβδῳ πατάξαι· τὸν δὲ ποταμὸν, πολύχουν γενόμενον, κατακλύζειν ὅλην τὴν Αἴγυπτον. Ἀπὸ τότε δὲ καὶ τὴν κατάβασιν αὐτοῦ γίνεσθαι. Συναγαγὸν δὲ τὸ ὕδωρ ἀποζέσαι, καὶ τὰ ποτάμια διαφθεῖραι ζῶα, τούς τε λαοὺς διὰ τὴν δίψαν φθείρεσθαι. Τὸν δὲ βασιλέα, τούτων γενομένων τῶν τεράτων, φάναι μετὰ μῆνα τοὺς λαοὺς ἀπολύσειν, ἐὰν ἀποκαταστήσῃ τὸν ποταμόν. Τὸν δὲ Μώϋσον, πάλιν τῇ ῥάβδῳ πατάξαντα τὸ ὕδωρ, συστεῖλαι τὸ ῥεῦμα. Τούτου δὲ γενομένου, τὸν βασιλέα τοὺς ἱερεῖς τοὺς ὑπὲρ Μέμφιν καλέσαι, καὶ φάναι αὐτοὺς ἀναιρήσειν, καὶ τὰ ἱερὰ κατασκάψειν, ἐὰν μὴ καὶ αὐτοὶ τερατουργήσωσι. Τοὺς δὲ τότε διά τινων μαγγάνων καὶ ἐπαοιδῶν δράκοντα ποιῆσαι, καὶ τὸν ποταμὸν μεταχρῶσαι. Τὸν δὲ βασιλέα φρονηματισθέντα ἐπὶ τῷ γεγονότι, πάσῃ τιμωρίᾳ καὶ κολάσει κατοικίζειν τοὺς Ἰουδαίους. Τὸν δὲ Μώϋσον, ταῦτα ὁρῶντα, ἄλλα τε σημεῖα ποιῆσαι, καὶ πατάξαντα τὴν γῆν τῇ ῥάβδῳ, ζῴόν τι πτηνὸν ἀνεῖναι, ὃ λυμήνασθαι τοὺς Αἰγυπτίους, πάντα τε ἐξελκωθῆναι τὰ σώματα. Τῶν δὲ ἰατρῶν μὴ δυναμένων ἰᾶσθαι τοὺς κάμνοντας, οὕτω πάλιν ἀνέσεως τυχεῖν τοὺς Ἰουδαίους. Πάλιν τε τὸν Μώϋσον βάτραχον διὰ τῆς ῥάβδου ἀνεῖναι, πρὸς δὲ τούτοις ἀκρίδας, καὶ σκνίπας. Διὰ τοῦτο δὲ καὶ τοὺς Αἰγυπτίους τὴν ῥάβδον ἀνατιθέναι εἰς πᾶν ἱερὸν, ὁμοίως δὲ καὶ τῇ Ἴσιδι, διὰ τὸ τὴν γῆν εἶναι Ἶσιν, παιομένην δὲ τῇ ῥάβδῳ, τὰ τέρατα ἀνεῖναι. Τοῦ δὲ βασιλέως ἔτι ἀφρονουμένου, τὸν Μώϋσον χάλαζάν τε καὶ σεισμοὺς διὰ νυκτὸς ἀποτελέσαι, ὥστε τοὺς τὸν σεισμὸν φεύγοντας ἀπὸ τῆς χαλάζης ἀναιρεῖσθαι, τούς τε τὴν χάλαζαν ἐκκλίνοντας ὑπὸ τῶν σεισμῶν διαφθείρεσθαι. Συμπεσεῖν δὲ τότε τὰς μὲν οἰκίας πάσας, τῶν τε ναῶν τοὺς πλείστους. Τελευταῖον τοιαύταις συμφοραῖς περιπεσόντα τὸν βασιλέα, τοὺς Ἰουδαίους ἀπολῦσαι. Τοὺς δὲ χρησαμένους παρὰ τῶν Αἰγυπτίων πολλὰ μὲν ἐκπώματα, οὐκ ὀλίγον δὲ ἱματισμὸν, ἄλλην τε παμπληθῆ γάζαν, διαβάντας τοὺς

prodigio Moysum, cum exterritus fugeret, voce divinitus immissa admonitum esse, ut in Ægyptum expeditione suscepta, Judæos liberaret, ac pristinam in patriam aliquando reduceret. Itaque confirmato animo bellum Ægyptiis inferre statuisse, sic tamen, ut Aaronem fratrem ante omnia conveniret. Cujus adventu nuntiato, Ægyptium regem ex eo, quem ad sese confestim evocaverat, quæsiisse, quorsum illuc venisset : ipsum autem, orbis universi moderatoris jussu ac nomine regi denuntiasse, uti Judæos liberos securosque dimitteret. Quamobrem, cum in carcerem ab eo conjectus esset, noctu portas omnes carceris sponte patuisse, custodesque partim repentino sublatos interitu, partim alto somno solutos fractis passim armis jacuisse. Moysum e vestigio sese in regiam, patefactis etiam ultro januis, intulisse, ac præsidiariis militibus profundo quoque somno sepultis, regem excitasse; qui facti novitatem primum quidem obstupuerit, mox tamen, quasi ludos Moysum faceret, Dei a quo 435 missus esset, nomen eum aperire jusserit : quod ubi Moysus in aurem insinuasset, regem illico mutum concidisse, donec ab eodem arreptus sibi ac vitæ redderetur. Et illum quidem indicatum nomen tabellis inscripsisse, quas postmodum obsignarit : quemdam vero sacerdotem, qui scripti nominis majestatem elevaret, repentino spasmo correptum periisse. Præterea, cum rex a Moyso prodigium aliquod expeteret, eum quam manu virgam tenebat, in serpentem subito convertisse, omnibusque stupentibus, arrepta cauda priorem ei rursus virgæ formam reddidisse. Paulo post Nilum eadem virga percussum, intumescentibus undis, Ægyptum universam proluisse; ex eoque tempore statis deinceps vicibus in agros sese Nilum effudisse. Mox collectas et stagnantes passim aquas efferbuisse, nec piscibus modo interitum, sed exitialem quoque hominibus sitim attulisse. Itaque regem tot prodigiis territum, sese post mensem Judæos dimissurum spopondisse, si pristinus flumini status a Moyso redderetur : illum aquam denuo virga tetigisse, eodemque momento insolentem ejus impetum constitisse. Hic vero regem, evocatis, qui trans Memphim incolebant, sacerdotibus, necem omnibus interminatum, nisi similia ipsi quoque prodigia ostenderent. Eos, præstigiis et cantionibus quibusdam repente draconis speciem objecisse, ac fluminis colorem immutasse; quo facto elatiorem ac tumidiorem quam antea regem, omni pœnarum ac suppliciorum genere postmodum Judæos vexasse. Quod ubi Moysus videret, cum alia pleraque ab eo miracula edita esse, tum ex terra, quam virga percusserat, genus quoddam alati animantis exstitisse, quod Ægyptios pessime vexaret, omniumque corporibus fœdum morsibus punctionibusque suis ulcus inureret. Cui morbo cum nullum medici remedium invenirent, Judæos aliquantulum denuo respirasse. Moysum vero, ejusdem virgæ contactu ranas præterea, locu-

Digitized by Google

stas, ac culices excitasse : quæ quidem in causa fuerint, quamobrem singulis in templis virgam Ægyptii consecrarint, eademque omnino, qua ipsammet Isin, religione coluerint ; Isin quippe terram esse rati, quæ virga percussa tot miraculorum formas exclusisset. At furente nihilominus rege, Moysum ad grandinis calamitatem nocturnos terræ motus addidisse, ut qui sese motui subducere conarentur, grandine afflicti contusique perirent : qui autem grandinis impetum declinarent, terræ quassatione interirent. **436** Ac domos quidem universas, fanaque tum plurima corruisse : regem vero tot malis cladibusque fractum, Judæos sero licet, aliquando tamen dimisisse. Qui multis ab Ægyptio cum poculis, tum vestibus corrogatis, aliaque multiplici gaza, trajectis Arabiæ fluminibus, magnoque confecto itinere, ad mare Rubrum tertio demum die pervenerint. Atque a Memphitis quidem ita narrari, Moysum totius regionis scientissimum, observato reciprocantis æstus tempore, sicco mari universam multitudinem transmisisse : ab Heliopolitanis vero secus ; quippe regem abeuntes Judæos, quæque ab Ægyptiis mutuo acceperant, secum auferentes, ingenti exercitu cum animantibus consecratis persecutum esse. At Moysum uti mare virga percuteret, divinitus admonitum, aquam virga tetigisse, ac discedentibus illico fluctibus, copias sicco tramite deduxisse. Eamdem porro viam tentantibus, ac fugientium terga prementibus Ægyptiis, cum adversum repente ignem coruscasse, tum ipsum quoque mare patentem semitam refluentibus undis obruisse, itaque partim igni, partim æstu maritimo Ægyptios ad unum omnes periisse. Judæos vero ab imminenti periculo liberatos, per solitudinem annos triginta continenter vagatos esse, ac farina, quam cœlitus iis Deus plueret, panicum figura, candore nivem referente vitam sustentasse. Cæterum idem Moysum statura proceriorem, colore subrufum, promissa jam cæsarie canum, totoque corpore augustiorem fuisse, hæcque omnia circa annum ætatis nonum et octogesimum perfecisse tradit.

A κατὰ τὴν Ἀραβίαν ποταμοὺς, καὶ διαβάντας ἱκανὸν τόπον, ἐπὶ τὴν Ἐρυθρὰν τριταίους ἐλθεῖν θάλασσαν. Καὶ Μεμφίτας μὲν λέγειν, ἔμπειρον ὄντα τὸν Μῶυσον τῆς χώρας, τὴν ἄμπωτιν τηρήσαντα, διὰ ξηρᾶς τῆς θαλάσσης τὸ πλῆθος περαιῶσαι· Ἡλιουπολίτας δὲ λέγειν ἐπικαταδραμεῖν τὸν βασιλέα μετὰ πολλῆς δυνάμεως ἅμα καὶ τοῖς καθιερωμένοις ζώοις, διὰ τὸ τὴν ὕπαρξιν τοὺς Ἰουδαίους τῶν Αἰγυπτίων χρησαμένους διακομίζειν. Τῷ δὲ Μωῦσῳ θείαν φωνὴν γενέσθαι, πατάξαι τὴν θάλασσαν τῇ ῥάβδῳ· τὸν δὲ Μῶυσον, ἀκούσαντα, ἐπιθίγειν τῇ ῥάβδῳ τοῦ ὕδατος, καὶ οὕτω τὸ μὲν νᾶμα διαστῆναι, τὴν δὲ δύναμιν διὰ ξηρᾶς ὁδοῦ πορεύεσθαι. Συνεμβάντων δὲ τῶν Αἰγυπτίων καὶ διωκόντων, φησὶ πῦρ αὐτοῖς ἐκ τῶν ἔμπροσθεν ἐκλάμψαι, τὴν δὲ θάλασσαν πάλιν
B ἐπιχλῦσαι· τοὺς δὲ Αἰγυπτίους ὑπό τε τοῦ πυρὸς καὶ τῆς πλημμυρίδος πάντας διαφθαρῆναι. Τοὺς δὲ Ἰουδαίους, διαφυγόντας τὸν κίνδυνον, τριάκοντα ἔτη ἐν τῇ ἐρήμῳ διατρίψαι, βρέχοντος αὐτοῖς τοῦ Θεοῦ κρίμνον, ὅμοιον ἐλύμῳ, χιόνι παραπλήσιον τὴν χρόαν. Γεγονέναι δέ φησι τὸν Μῶυσον μακρὸν, πυρράκτην, πολιὸν, κομήτην, ἀξιωματικόν. Ταῦτα δὲ πρᾶξαι περὶ ἔτη ὄντα ὀγδοήκοντα ἐννέα.

CAPUT XXVIII.

De eodem, ex Ezechielo.

Jam vero quemadmodum ipse quoque Moyses a matre paludi expositus, atque a regis filia receptus educatusque fuerit, Ezechielus poeta tragicus fuse persequitur, historia jam usque a Jacobi familiæ in Ægyptum ad Josephum adventu repetita. Is ergo Moysem ipsum hunc in modum loquentem introducit :

437 *Chananæa postquam deserens Jacob sola,*
Deciesque septem corporum cinctus globo,
In Pharia venit regna ; numerosam insuper
Sobolem creavit, quæ gravi fato hactenus
Vexata, dirum gentis infandæ jugum
Sævasque dominæ pertulit plagas manus.
Nam cum videret gliscere Hebræum genus,
Caput inde nostrum fraudibus multis petit
Rex Pharao, miseros opere lateritio premens,
Vastasque moles urbium atque turrium
Labore casso tollere in cœlum jubens.
Exin profundo masculum quidquid dies
Natum videret, flumine immersum obrui.
Me vero genitrix, quod mihi lætam haud semel
Narrare memini, mensibus texit tribus.
Deprehensa tandem, qua tumens jacet palus,
Exponit undis plurima insignem nota.
Procul Mariam adstabat observans soror.
Ecce tibi regis nata cum famulis subit,

(73) *Οἰκοδομαῖς.* Meliuscule stabit hic versus, si legeris, Βαρέαι, τε οἰκοδομαῖς.

C ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΗ'.

Ἐζεκιήλου, περὶ τοῦ αὐτοῦ.

Περὶ δὲ τοῦ τὸν Μῶυσον ἐκτεθῆναι ὑπὸ τῆς μητρὸς εἰς τὸ ἕλος, καὶ ὑπὸ τῆς τοῦ βασιλέως θυγατρὸς ἀναιρεθῆναι καὶ τραφῆναι, ἱστορεῖ καὶ Ἐζεκιῆλος ὁ τῶν τραγῳδιῶν ποιητὴς, ἄνωθεν ἀναλαβὼν τὴν ἱστορίαν ἀπὸ τῶν σὺν Ἰακὼβ παραγενομένων εἰς Αἴγυπτον πρὸς Ἰωσήφ. Λέγει δὲ οὕτως, τὸν Μῶυσον παρεισάγων λέγοντα·

Ἀφ' οὗ Ἰακὼβ, γῆν λιπὼν Χαναναίαν
Κατῆλθ' ἐς Αἴγυπτον ἔχων ἑπτάκις δέκα
Ψυχὰς σὺν αὐτῷ, καὶ ἐπεγέννησεν πολὺν
Λαὸν κακῶς πράσσοντα καὶ τεθλιμμένον,
Ἐς ἄχρι τούτων τῶν χρόνων κακούμενον
Κακῶν ὑπ' ἀνδρῶν καὶ δυναστείας χερός.
Ἰδὼν γὰρ ἡμῶν γένναν ἄλις ηὐξημένην,
D *Δόλον καθ' ἡμῶν πολὺν ἐμηχανήσατο*
Βασιλεὺς Φαραὼ, τοὺς μὲν ἐν πλινθεύμασιν,
Οἰκοδομαῖς (73) τε βαρείαις ἀεικίζων βροτούς,
Πόλεις τε, πύργους τε, σφῶν ἕκατι δυσμόρων.
Ἔπειτα κηρύσσει μὲν Ἑβραίων γένει,
Τἀρσενικὰ ῥίπτειν ποταμὸν ἐς βαθύῤῥοον.
Ἐνταῦθα μήτηρ ἡ τεκοῦσ' ἔκρυπτέ με
Τρεῖς μῆνας, ὡς ἔφασκεν. Οὐ λαθοῦσα δὲ
Ὑπεξέθηκε, κόσμον ἀμφιθεῖσά μοι,
Παρ' ὄχθην (74) ποταμοῦ, λάσιον, εἰς ἕλος δασύ.
Μαριὰμ δ' ἀδελφή μου κατώπτευεν πέλας·
Κἄπειτα θυγάτηρ βασιλέως ἅβραις ὁμοῦ

(74) *Παρ' ὄχθην.* Corrige ex alt. manuscr. παρ' ἄκρα : tum pro λάσιον, repone λάσιο

Κατῆλθε λουτροῖς ϕαιδρῦναι τὸ ἐὸν δέμας.
Νέον δ' ἰδοῦσα, καὶ λαβοῦσ' ἀνείλετο.
Ἔγνω δ' Ἑβραῖον ὄντα· καὶ λέγει τάδε
Μαριὰμ ἀδελϕὴ προσδραμοῦσα βασιλίδι·
Θέλεις τροϕόν σοι τῷ παιδίῳ εὕρω ταχὺ
Ἐκ τῶν Ἑβραίων; Ἡ δὲ ἐπένευσεν κόρῃ.
Μολοῦσα δ' εἶπε μητρί· καὶ παρῆν ταχὺ
Αὐτή γε μήτηρ, καὶ ἔλαβέν μ' ἐς ἀγκάλας.
Εἶπεν δὲ θυγάτηρ βασιλέως· Τοῦτον, γύναι,
Τρόϕευε, κἀγὼ μισθὸν ἀποδώσω σέθεν.
Ὄνομα δὲ Μωσῆν ὠνόμαζε, τοῦ χάριν
Ὑγρᾶς ἀνεῖλεν ποταμίας ἀπ' ἠόνος.

A

Lustrare liquido gestiens corpus vado.
Puerum innatantem cernit, ac tollit manu.
Facileque Hebræum agnoscit. Accurrens simul
Ilis ultro verbis principem affatur soror:
Placetne puero gentis Hebrææ statim
Vocem huc nutricem? Placuit. Hæc subito advolans
Casum parenti pandit, et celeri gradu
Jam mater adstat, meque complexu fovet.
Cui nata regis: Hunc mihi puerum educa,
Curæ ac laboris digna te merces manet.
Simul ipsa Moysis nomen imponit mihi,
Quod abs liquenti tulerat incolumem vado.

Τούτοις μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει, καὶ περὶ τούτων ὁ Ἐξεκιῆλος ἐν τῇ τραγῳδίᾳ, τὸν Μωῦσῆν παρεισάγων λέγοντα·

438 Quibus idem poeta Moysis ipsius quæ sequitur orationem adjungit:

Ἐπεὶ δὲ καιρὸς νηπίων παρῆλθέ μοι,
Ἤγέν με μήτηρ βασιλίδος πρὸς δώματα,
Ἅπαντα μυθεύσασα, καὶ λέξασά μοι
Γένος πατρῷον, καὶ Θεοῦ δωρήματα.
Ἕως μὲν οὖν τὸν παιδὸς εἶχομεν χρόνον,
Τροϕαῖσι βασιλικοῖσι καὶ παιδεύμασιν
Ἀπανθ' ὑπισχνεῖθ', ὡς ἀπὸ σπλάγχνων ἐών·
Ἐπεὶ δὲ πλήρης κόλπος ἡμερῶν παρῆν,
Ἐξῆλθον οἴκων βασιλικῶν· (πρὸς ἔργα γὰρ
Θυμός μ' ἄνωγε καὶ τέχνασμα βασιλέως·)
Ὁρῶ δὲ πρῶτον ἄνδρας ἐν χειρῶν νόμῳ
Τὸν μὲν γένος Ἑβραῖον, τὸν δ' Αἰγύπτιον.
Ἰδὼν δ' ἐρήμους, καὶ παρόντα μηδένα,
Ἐρρυσάμην μὲν ἀδελϕὸν, τὸν δ' ἔκτειν' ἐγώ.
Ἔκρυψα δ' ἄμμῳ τοῦτον, ὥστε μὴ εἰσιδεῖν
Ἕτερόν τιν' ἡμᾶς, κἀπογυμνῶσαι ϕόνον.
Τῇ παύριον δὲ πάλιν ἰδὼν ἄνδρας δύο,
Μάλιστα δι' αὐτῶν (75) συγγενεῖς κακουμένους,
Λέγω· Τί τύπτεις ἀσθενέστερον σέθεν;
Ὁ δ' εἶπεν· Ἡμῖν τίς σ' ἀπέστειλε κριτὴν,
Ἢ πιστάτην ἐνθαῦθα; Μὴ κτενεῖς σὺ μὲ,
Ὥσπερ τὸν ἐχθὲς ἄνδρα; Καὶ δείσας ἐγὼ
Ἔλεξα· Πῶς ἐγένετο συμϕορὰ τόδε;
Τίς πάντα βασιλεῖ ταῦτ' ἀπήγγειλεν ταχύ;
Ζητεῖ δὲ Φαραὼ τὴν ἐμὴν ψυχὴν λαβεῖν·
Ἐγὼ δ' ἀκούσας, ἐκποδὼν μεθίσταμαι,
Καὶ γῦν πλανῶμαι γῆν ἐπ' ἀλλοτέρμονα.

B

C

Matura vix me firmat infantem dies,
Mora nulla, mater principis domum refert,
Sed ante patrium sedulo pandit mihi
Genus, ac potentis munus eximium Dei.
Puerile donec tempus ætatis fluit,
Regina, prorsus ac sua si me satum
Fudisset alvo, regium quidquid genus,
Tantæque sobolis cura poscebat, libens
Volensque spondet. Ast ubi plenus mihi
Sinus dierum, regio egressus lare,
(Quo sponte rapior, quo vocat regis dolus)
Duos in homines, pugna quos gravior ciet,
Hebræus alter, alter est Ægyptius,
Incurro. Facti nemo cum testis foret,
Fratrem eruturus, alterum trado neci:
Mox illum arena condo, ne quisquam arbiter
Oculo notatos prodat, ac cædem indicet.
Iterum sequenti video gentiles die,
Quos dirus in se mutuo armabat furor.
Hic ego, Cruenta non parem quorsum manu,
Vesane, pulsas? Ille tum contra ferox,
Quis cognitorem te dedit? quis judicem?
Men' ergo perimes, alteri qui jam necem
Heri obtulisti? Trepidus ad vocem hæreo.
Nota unde cædes? Principi cuncta ocius
Quis gesta narrat? Interim Pharao mihi
Eripere vitam cogitat: sed rem audio,
Diræque celeri me fuga morti eximo.
Nunc ecce terris exsul alienis vagor.

Εἶτα περὶ τῶν τοῦ Ῥαγουὴλ θυγατέρων οὕτως ἐπιβάλλει·

Quibus deinde ista de Raguelis filiabus attexit:

Ὁρῶ δὲ ταύτας ἑπτὰ παρθένους τινάς.

Has ecce coram virgines septem intuor.

Ἐρωτήσαντός τε αὐτοῦ, τίνος εἶησαν αἱ παρθένοι, ϕησὶν ἡ Σεπϕώρα·

Quærenti vero cujus essent illæ virgines, ita Sephora respondet:

Αἰβύη μὲν ἡ γῆ πᾶσα κλήζεται, ξένε·
Οἰκοῦσι δ' αὐτὴν ϕῦλα παντοίων γενῶν,
Αἰθίοπες ἄνδρες μέλανες. Ἄρχων δ' ἐστὶ γῆς
Εἷς, καὶ τύραννος, καὶ στρατηλάτης μόνος.
Ἄρχει δὲ πόλεως τῆσδε, καὶ κρίνει βροτοὺς
Ἱερεὺς, ὃς ἐστ' ἐμοῦ τε καὶ τούτων πατήρ.

Hæc omnis, hospes, terra quam cernis procul,
Libye vocatur, mille quam populi tenent,
Æthiopes atro corpore. Hanc unus tamen
439 *Regit imperator, unus ac bellis præest.*
D *At urbis hujus rector ac judex sedet*
Almus sacerdos, meus, et istarum sator

Εἶτα περὶ τοῦ ποτισμοῦ τῶν θρεμμάτων διελθὼν, περὶ τοῦ τῆς Σεπϕώρας ἐπιβάλλει γάμου, δι' ἀμοιβαίων παρεισάγων τόν τε Χοὺμ καὶ τὴν Σεπϕώραν λέγοντας·

Tum de aquatione pecorum locutus, Sepphoræ nuptias inserit, Chumumque simul ac Sepphoram mutuo colloquentes introducit:

Ὅμως κατειπεῖν χρή σε, Σεπϕώρα, τάδε
Σέθεν· Πατήρ με τῷδ' ἔδωκεν εὐνέτιν.

Sepphora, tamen id hospitem moneas decet,
Huic a parente nuptui jam te datam.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΘ'.

CAPUT XXIX.

Δημητρίου, περὶ τοῦ αὐτοῦ.

De eodem, ex Demetrio

Δημήτριος δὲ περὶ τῆς ἀναιρέσεως τοῦ Αἰγυπτίου, καὶ τῆς διαϕορᾶς τῆς πρὸς τὸν μηνύσαντα τὸν τελευ-

Demetrius autem et hominis Ægyptii cædem, et susceptæ a Moyse cum eo, a quo facti suggillatus

(75) *Δι' αὐτῶν.* Recte manuscr. δ' αὐτῶν.

Digitized by Google

est, altercationis exitum eumdem in modum, quo sacra historia commemorat. Quippe Moysem cum sese apud Madianitas fuga recepisset, Jothoris filiam uxorem duxisse, nomine Sepphoram; quo ex nomine eam ex Chetturæ nepotibus et Abrahami genere satam esse conjiciat : Abrahamum enim Jexanem ex Chettura suscepisse, ab Jexane vero Dadanem, ab hoc Raguelem, a Raguele Jothorem atque Ababum procreatos fuisse; postremo Jothoris filiam Sepphoram hanc exstitisse, quam secum matrimonio Moyses copularit. Et vero ætatum seriem haud inepte huic suspicioni quadrare. Nam Moysem quidem septimam, Sepphoram vero sextam post Abrahamum numerari. Isaaco enim, ex quo Moyses originem duxerit, jam secum habitante, Abrahamum annos natum quadraginta supra centum Chetturam duxisse, et Isaarum ex ea secundo loco suscepisse, dum Isaacum anno centesimo genuisset, sicque annis circiter duobus et quadraginta serius Isaarum illum esse natum, cujus ex stirpe Sepphora prodiisset. Causæ igitur nihil esse, quamobrem Moyses et Sepphora eodem tempore vivere non potuerint. Cæterum eos Madiam urbem incoluisse, quæ ab uno ex Abrahami liberis nomen acceperit. Liberos enim suos Orientem versus domicilii quærendi causa Abrahamum demisisse, ac propterea Moysi deinceps ad Aserothen exprobratum ab Aarone ac Maria fuisse, quod Æthiopissam mulierem in uxorem duxisset. Hæc ipsa Ezechielus, ubi de Judaici populi eductione, persequitur, addito præterea Moysis somnio, quod ab ejus socero explicatur. Sic ergo **440** Moysem cum socero vicissim loquentem inducit·

A τήσαντα, ὁμοίως τῷ τὴν ἱερὰν βίβλον γράψαντι ἱστόρησε. Φυγεῖν μέντοι γε τὸν Μωϋσῆν εἰς Μαδιὰν, καὶ συνοικῆσαι ἐκεῖ τῇ Ἰοθὸρ θυγατρὶ Σεπφώρᾳ, ἣν εἶναι, ὅσα στοχάζεσθαι ἀπὸ τῶν ὀνομάτων, τῶν γενομένων ἐκ Χεττούρας, τοῦ Ἀβραὰμ γένους, ἐκ τοῦ Ἰεξὰν τοῦ γενομένου Ἀβραὰμ ἐκ Χεττούρας· ἐκ δὲ τοῦ Ἰεξὰν γενέσθαι Δαδάν· ἐκ δὲ Δαδὰν Ῥαγουὴλ· ἐκ δὲ Ῥαγουὴλ Ἰοθὸρ καὶ Ἀβάθ· ἐκ δὲ τοῦ Ἰοθὸρ Σεπφώραν, ἣν γῆμαι Μωσῆν. Καὶ τὰς γενεὰς δὲ συμφωνεῖν. Τὸν γὰρ Μωσῆν εἶναι ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕβδομον, τὴν δὲ Σεπφώραν ἕκτην. Συνοικοῦντος γὰρ ἤδη τοῦ Ἰσαὰκ, ἀφ' οὗ Μωσῆν εἶναι, γῆμαι Ἀβραὰμ τὴν Χεττούραν ὄντα ἐτῶν ρμ', καὶ γεννῆσαι Ἰσαὰρ ἐξ αὐτῆς δεύτερον· τὸν δὲ Ἰσαὰκ, ὄντα ἐτῶν ἑκατὸν, γεννῆσαι· ὥστε μβ' ἐτῶν ὕστερον γεγονέναι τὸν Ἰσαὰρ, B ἀφ' οὗ τὴν Σεπφώραν γεγενεαλογῆσθαι. Οὐδὲν οὖν ἀντιπίπτει τὸν Μωσῆν καὶ τὴν Σεπφώραν κατὰ τοὺς αὐτοὺς γεγονέναι χρόνους. Κατοικεῖν δ' αὐτοὺς Μαδιὰμ πόλιν, ἣν ἀπὸ ἑνὸς τῶν Ἀβραὰμ παίδων ὀνομασθῆναι. Φησὶ γὰρ τὸν Ἀβραὰμ τοὺς παῖδας πρὸς ἀνατολὰς ἐπὶ κατοικίαν πέμψαι· διὰ τοῦτο δὲ καὶ Ἀαρὼν καὶ Μαριὰμ εἰπεῖν ἐν Ἀσηρὼθ, Μωσῆν Αἰθιοπίδα γῆμαι γυναῖκα. Λέγει δὲ περὶ τούτων καὶ Ἐζεκιῆλος ἐν τῇ Ἐξαγωγῇ, προσπαρειληφὼς τὸν ὄνειρον τὸν ὑπὸ Μωσέως μὲν ἑωραμένον, ὑπὸ δὲ πενθεροῦ διακεκριμένον. Λέγει δὲ αὐτὸς ὁ Μωσῆς, δι' ἀμοιβαίων πρὸς τὸν πενθερὸν οὕτω πως·

Objicitur ingens vertice in summo thronus,
Radiantis altum fornicem attingens poli.
Augustus illum nobili specie insidens
Diadema princeps gestat, ac sceptri arduum
Pondus sinistra sustinens, dextra annuit:
Mora nulla, solio proximus gradum premo.
At ille sponte regio cedens loco,
Ferenda tradit sceptra, et excelsum jubet
Thronum insidere, denique augustum comis
Diadema nectit. At mihi vastum procul
Orbem intuenti, qua patens infra solum,
Cælumque supra funditur : toto æthere
Vis ecce magna siderum ad pedes ruit.
Hæc ego seorsum numero : procedunt, velut
Distinctus ordo militum. Excutior metu,
Somnumque solvo.

C Ἐδόκουν ὁρᾶν κατ' ἄκρα που θρόνον μέγαν
Τὶν' εἶναι, μέχρις οὐρανοῦ βεβηκότα,
Ἐν ᾧ καθῆσθαι φῶτα γενναῖόν τινα,
Διάδημ' ἔχοντα, καὶ μέγα σκῆπτρον χερὶ
Εὐωνύμῳ μάλιστα· δεξιᾷ δέ μοι
Ἔνευσε, κἀγὼ πρόσθεν ἑστάθην θρόνου.
Σκῆπτρον δέ μοι (76) *παρέδωκεν*, καὶ εἰς θρόνον
Μέγαν μ' εἶπεν καθῆσθαι. Βασιλικὸν δέ μοι ἔδωκε
Διάδημα. Καὶ αὐτὸς ἐκὼν ἐκ θρόνου χωρίζεται.
Ἐγὼ δ' εἰσεῖδον γῆν ἅπασαν ἔγκυκλον,
Καὶ ἔνερθεν γαίας κ' ἐξύπερθεν οὐρανοῦ,
Καί μοί τι πλῆθος ἀστέρων πρὸς γούνατα
Ἔπιπτ'. Ἐγὼ δὲ ἐξῆς πάντας ἐξηριθμησάμην,
Κἀμοὶ παρῆγεν ὡς παρεμβολὴ βροτῶν.
Εἶτ' ἐμφοβηθεὶς ἐξαρίσταμαι ἐξ ὕπνου.

Quod generi somnium ita socer interpretatur :

Τὸ δὲ πενθερὸς αὐτοῦ τὸν ὄνειρον ἐπικρίνει οὕτως·

Quam læta Numen, hospes, ostendit tibi!
O vivus oculis hauriam hanc sortem meis!
Eia age : superbum, nate, tu solium eriges,
Ipse imperabis, ipse tu populos reges.
Nam quod videbas, quidquid aut infra soli
Cælive supra vastus ambiret sinus,
Quod est, videbis, quod fuit, quod post erit.

D Ὦ ξεῖνε (77), καλόν σοι τοῦτ' ἐσήμηνεν Θεός.
Ζώην δ' ὅταν σοι ταῦτα συμβαίνῃ ποτέ!
Ἆρα γε μέγαν τὶν' ἐξαναστήσεις θρόνον,
Καὐτὸς βραβεύσεις, καὶ καθηγήσῃ βροτῶν.
Τὸ δέ σε τεθεᾶσθαι (78) γῆν ὅλην οἰκουμένην,
Τά θ' ὑπένερθεν καὶ τὰ ὑπὲρ οὐρανὸν (79) Θεοῦ,
Ὄψει τά τ' ὄντα, τά τε προτοῦ, τά θ' ὕστερον.

(76) *Σκῆπτρον δέ μοι*, etc. Qui sequuntur versus, in priori editione fœdissime titubantes, in hac nostra labis adhuc aliquid retinentes, partim nonnulla manuscr. ope, partim conjectura sanari ac restitui possunt, lege ergo,

Σκῆπτρον δέ μοι παρέδωκεν, κ' εἰς θρόνον μέγαν
Μ' εἶπεν καθῆσθαι, βασιλικὸν δέ μοι δίδου
Διάδημα, καὐτὸς ἐκ θρόνου χωρίζεται·
Ἐγὼ δ' ἐσεῖδον γῆν ἅπασαν ἔγκυκλον,
Κἀνερθε γαίας, κἄξ ὑπερθεν οὐρανοῦ·

Καί μοί τι πλῆθος ἀστέρων πρὸς γούνατα
Ἔπιπτ'. Ἐγὼ δὲ πάντας ἠριθμησάμην·
Κἀμοὶ παρῆγεν ὡς παρεμβολὴ βροτῶν·
Εἶτ' ἐμφοβηθεὶς ἐξαρίσταμαι ὕπνου.

(77) Ξεῖνε. Manusc. ξένε, recte.

(78) Σὲ τεθεᾶσθαι. Malim σ' εἰσθεᾶσθαι, quod posterius habet manuscr.

(79) Forte legi possit, τά τε ὑπένερθεν γῆς, καὶ τὰ ὑπὲρ οὐρανόν.

Digitized by Google

Περὶ δὲ τῆς καιομένης βάτου, καὶ τῆς ἀποστολῆς αὐτοῦ τῆς πρὸς Φαραὼ, πάλιν παρεισάγει δι' ἀμοιβαίων τὸν Μωσῆν τῷ Θεῷ διαλεγόμενον. Φησὶ δὲ ὁ Μωσῆς·

Ἔα· τί μοι σημεῖον ἐκ βάτου τόδε;
Τεράστιόν τε καὶ βροτοῖς ἄπιστον ἴν;

Ἄφνω βάτος μὲν καίεται πολλῷ πυρὶ,
Αὐτοῦ δὲ χλωρὸν πᾶν μένει τὸ βλαστάνον.
Τί δή; προελθὼν ὄψομαι τεράστιον
Μέγιστον. Οὐ γὰρ πίστιν ἀνθρώποις φέρει.

Εἶτα ὁ Θεὸς αὐτῷ προσομιλεῖ·

Ἔπισχες, ὦ φέριστε, μὴ προσεγγίσῃς
Μωσῆ, πρὶν ἢ τῶν σῶν ποδῶν λῦσαι δέσιν.
Ἁγία γὰρ ἡ γῆ, ὅπου σὺ ἐφέστηκας (80) πέλει·
Ὁ δ' ἐκ βάτου σοι θεῖος ἐκλάμπει λόγος.
Θάρσησον, ὦ παῖ, καὶ λόγων ἄκου' ἐμῶν.
Ἰδεῖν γὰρ ἔχω τὴν ἐμὴν ἀμήχανον
Θνητὸν γεγῶτα. Τῶν λόγων δ' ἕξεστί σοι
Ἐμῶν ἀκοῦσαι, τῶν εἵνεκεν ἐλήλυθα.
Ἐγὼ θεὸς σῶν, ὧν λέγεις, γεννητόρων,
Ἀβραάμ τε καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακώβου τρίτου.
Μνησθεὶς δ' ἐκείνων, καὶ ἔτ' ἐμῶν ὠφημάτων,
Ἥκω σῶσαι λαὸν Ἑβραίων ἐμὸν,
Ἰδὼν κάκωσιν, καὶ πόνον δούλων ἐμῶν.
Ἀλλ' ἔρπε, καὶ σήμαινε τοῖς ἐμοῖς λόγοις,
Πρῶτον μὲν αὐτοῖς πᾶσιν Ἑβραίοις ὁμοῦ,
Ἔπειτα βασιλεῖ, τὰ ὑπ' ἐμοῦ τεταγμένα,
Ὅπως σὺ λαὸν τὸν ἐμὸν ἐξάγῃς χθονός.

Εἶτα ὑποβάς τινα ἀμοιβαῖα αὐτὸς ὁ Μωσῆς λέγει·

Οὐκ εὔλογος πέφυκα, γλῶσσα δ' ἐστί μοι
Δύσφραστος, ἰσχνόφωνος, ὥστε μὴ λόγους
Ἐμοὺς γενέσθαι βασιλέως ἐναντίον.

Εἶτα πρὸς ταῦτα ὁ Θεὸς αὐτῷ ἀποκρίνεται·

Ἀαρῶνα πέμψον σὸν κασίγνητον ταχὺ,
Ὃ πάντα λέξεις τἀξ ἐμοῦ λελεγμένα,
Καὐτὸς λαλήσει βασιλέως ἐναντίον,
Σὺ μὲν πρὸς ἡμῶν, ὁ δὲ λαοῦν σέθεν πάρα.

Περὶ δὲ τῆς ῥάβδου καὶ τῶν ἄλλων τεράτων οὕτω δι' ἀμοιβαίων εἴρηκε·

Θ. Τί δ' ἐν χεροῖν σὺ τοῦτ' ἔχεις; λέξον ταχύ.
Μ. Ῥάβδον τετραπόδων καὶ βροτῶν κολάστειαν.
Θ. Ῥῖψον πρὸς οὖδας, καὶ ἀποχώρησον ταχύ·
Δράκων γὰρ ἔσται φοβερὸς, ὥστε θαυμάσαι.
Μ. Ἰδοὺ βέβληται. Σὺ δέ μοι ποθ' ἵλεως γενοῦ·
Ὡς φοβερός! ὡς πέλωρος! Οἰκτειρον σύ με·
Πέφρικα ἰδὼν, μέλη δὲ σώματος τρέμει.
Θ. Μηδὲν φοβηθῇς· χεῖρα δ' ἐκτείνας λαβὲ
Οὐρὰν, πάλιν δὲ ῥάβδος ἔσεσθ' ἥπερ ἦν.
Ἔνθες δὲ χεῖρ' εἰς κόλπον, ἐξένεγκέ τε.
Ἰδοὺ τὸ ταχθὲν (81), γέγονεν ὥσπερεὶ χιών·
Ἔνθες πάλιν δ' εἰς κόλπον, ἔσται δ' ὥσπερ ἦν.

Τούτοις ἐπάγει μετά τινα τὰ μεταξὺ αὐτῷ εἰρημένα, λέγων· « Ταῦτα δὲ, φησὶν, οὕτω καὶ Ἐζεκιὴλος ἐν τῇ Ἐξαγωγῇ λέγει, περὶ μὲν τῶν σημείων τὸν Θεὸν παρεισάγων λέγοντα οὕτως·

Ἐν τῇδε ῥάβδῳ πάντα ποιήσεις κακά.
Πρῶτον μὲν αἷμα ποτάμιον ῥυήσεται,
Ἰηγαί τε πᾶσαι, καὶ ὑδάτων συστήματα.
Βατράχων τε πλῆθος, καὶ σκνίπας ἐμβαλῶ
Ἔπειτα τέφραν οἷον καμινείαν σπερῶ,
Ἀναβλήσει (82) δὲ ἐν βροτοῖς ἕλκη πικρά.
Κυνόμυια δ' ἥξει, καὶ βροτοὺς Αἰγυπτίων
Πολλοὺς κακώσει. Μετὰ δὲ ταῦτ' ἔσται πάλιν
Ἀοιμὸς, θανοῦνται δ' οἷς ἔνεστι καρδία
Σκληρά. Πικρωῦ δὲ οὐρανόν· χάλαζα νῦν

(80) Ἐφέστηκας. Legendum videtur ἕστηκας.
(81) Τὸ ταχθέν. Omnino reponendum videtur τὸ πραχθέν.

A Jam de ardente rubo, et quemadmodum ad Pharaonem ablegatus is fuerit, rursus ita Moysem cum Deo loquentem facit :

Hem, quod flagrantis hoc velit signum rubi?
Quid hocce monstri est, quod fidem nunquam impe-
[tret?
Ingens repente flamma corripuit rubum,
Tamen inter ignes totus, ac viridis manet,
Cur ita? Subibo propius, hoc miraculum
Præsens videbo, cui fidem auditus neget.

Tum ei vicissim Deus :

Heu siste, bone vir, propius huc subeas cave,
Moses, priusquam vincla dissolvas pedum.
441 *Hoc quippe gressu quod teris sanctum est solum.*
Divinus aures afflat ex damo sonus :
Animosus audi, nate, sermones meos :
B *Mortalis oculus frontis aspectum haud ferat,*
Haurire vocem, cujus hic causa steti,
Fas tibi. Tuorum, quos vocas, patrum Deus
Ego sum, Abraham, Isaac et Jacob tertii.
Horum, meæque nunc memor clementiæ,
Huc ipse venio, melior Hebrææ parens
Vindexque gentis : cujus ærumnas graves
Duramque vidi sortis infestæ vicem.
I, perge, Moyses, nomine Hebræos meo
Regemque moneas quidquid hic fieri placet,
Meum ut ipse populum barbaro educas solo.

Cui Moyses hunc in modum respondet :

Ego impeditus ore, cui titubans moram
Nectit loquendo lingua, qui regem alloquar?

Deus autem :

Aarona fratrem mitte, cui verbis meis
C *Mandata pandas singula. Is regem tua*
Vice alloquatur. Ore tu quidem ex meo
Audita referes; ille quæ tuo audiet.

Tum etiam de virga illa, cæterisque prodigiis ita vicissim colloquuntur :

D. *Dic age, quid illud, quod manu inclusum tenes?*
M. *Virga illa pecoris pariter atque hominum arbitra.*
D. *Hanc mihi solo allide : at simul fuge ocyus,*
Quippe ad stuporem vastus existet draco.
M. *Allisa terræ est. Dexter o serves precor :*
Heu quam tremendus! quanta se moles agit!
Obsecro, fer opem : corpus en trepidum horruit.
D. *Nihil est timendum : corripe hunc cauda modo,*
Eritque rursus virga, quæ prius fuit.
442 *Immitte dextram pectori, ac subito extrahe.*
Viden' ut repente canduit ritu nivis?
Immitte rursus, extrahes qualis fuit.

D Tum, quibusdam interjectis, ita subdit : « Hæc eadem, inquit, Ezechielus in sua *Eductione* commemorat. Ac de prodigiis quidem ita Deum loquentem inducit :

Virga hac timendus cuncta perficies mala.
Mutabit altum flumen immunans cruor,
Fontesque liquidos, atque torpentes aquas.
Ranis scatebit, atque culicibus solum.
Similis favillæ pulvis involvet diem,
Lucerumque diris corpus ulceribus fluet.
Caninus etiam ricinus ac rostro minas
Fodicabit artus. Fœda mox passim lues
Bacchata, rigido ferreos corde auferet.
Cælum addet iras. Grando sulphureis ruet
Permixta flammis, et gravi quassum opprime:

(82) Ἀναβλήσει. Malim ἀναβλύσει cum manuscr.

Rebelle vulgus pondere : afflictas ager
Segetes, trucique verbere obtritum pecus
Videbit. Atris densa nox umbris polum
Terrasque volvet triduo : erumpens humo
Locusta cunctos penitus absumet cibos,
Frugumque late quidquid in campis viret.
Quemcumque primum mater in lucem extulit,
Ferro metetur. Sæva tum populi cadet
Rabies minacis. Pharao nil horum feret,
Nisi quod jacentem maximum natu videns,
Mora nulla, populo liberum egressum dabit.
At tu hac Hebræum voce compella genus :
En primus anni mensis hic vobis erit,
Quo lætus illas cursus in terras patet,
Quas non movenda patribus indulsi fide.
443 *Simul ista manda : Mense quem certum indico,*
Perfecta plenum luna cum pandet jubar,
Nocte antegressa, Pascha supremo sacrum
Faciant Tonanti : victimæ postes cruor
Designet altos, sævus ut justæ angelus
Cædis minister servet aspersos domos.
Hac nocte cunctis assa comedetur caro.
Rex ipse vestram pavidus urgebit fugam.
decem implerent. Aurea etiam candelabra fieri curavit, pondo singula talentum decem, quæ ad illius, quod in tabernaculo testimonii collocatum a Moyse fuerat, exemplar expressit. Hæc utraque similiter ædis ex parte constituta, ad dexteram alia, alia ad sinistram, additæque aureæ lucernæ septuaginta, ut septem accensas candelabra singula sustinerent. Templi quoque valvas auro argentoque texit, fornicemque desuper cedrinis ac cypressinis ex tabulis sinuavit. Jam ad septentrionalem ædis partem ingentem porticum aperuit, columnis æreis octo et quadraginta suffultam. Labrum item adjunxit æneum, longitudinis quidem ac latitudinis viginti, altitudinis vero quinque duntaxat cubitos habens. Hoc limbus quidam exterius ad cubitum unum eminens, ac versus basim circumductus ambiebat, quo facilius conscenso labro, sacerdotes pedum manuumque sordes eluerent. Eidem gradus tornatiles fusilesque duodecim, cum justa hominis unius magnitudine adæquati, ad partem illius posteriorem, altaris vero dexteram supposuit. Addita insuper basis ænea, non procul a labro, altitudine cubitos duos obtinens, cui rex oraturus insisteret, quo facilius a circumstante Judæo populo cerneretur. **451** Ad hæc altare erexit, cujus ambitus cubitorum quinque et quadraginta, altitudo vero duodecim tantum esset. Postremo, annulos ex ære geminos catenis implicitos, machinis quibusdam supra templi fastigium viginti cubitis exstantibus impositis, quorum umbra in totum desuper culmen incumberet: eque singulis retibus seu catenis ænea tintinnabula, talenti pondo, quadringenta suspendit, quæ catenis commotis impulsa, tinnitu ac strepitu volucres abigerent, ne vel insiderent templo, vel nidos in valvarum aut porticuum tabulatis construerent, ædemque sacram sordibus inquinarent. Porro ipsam quoque Hierosolymæ urbem muris, turribus, fossisque vallavit, augustamque sibi ipsi regiam excitavit. At primum quidem sacra illa ædes, ἱερὸν Σολομῶνος, Salomonis templum, nominata est; deinde vero, urbs ipsa Hierusalem, corrupto vitiatoque templi nomine appellata, quam Græci postea Hierosolymam affini geminoque vocabulo nuncuparunt. Rex autem post templum ædificatum, urbemque munitam, Selomum profectus, Deo mille boum holocaustum obtulit; idemque postmodum, et tabernaculum, et aram, et quidquid sacræ supellectilis comparatum a Mose fuerat, arcam, altare aureum, candelabrum, mensam, et quidquid aliud fuit, Hierosolymam comportatum, sacra in æde prophetæ jussu reposuit, simulque immensum Deo sacrificium fecit, ovibus ad duo ac juvencis ad tria millia et quingenta mactatis. Cæterum vis auri cuncta, in columnas duas, ac templum universum expensa, talentum fuit quadragies sexies; argenti vero in clavos ac reliquum apparatum, ducentorum ac triginta duum supra mille; æris denique, in columnas, labrum et porticum, quinquaginta supra octodecim millia. Porro Ægyptios ac Phœnices, divisis in

Digitized by Google

singulos decem auri siclis (siclus talentum erat) suam in patriam Salomon remisit. Ad Vaphren Ægypti regem olei metretas ad decem millia, dactylorum Ægyptiacarum artabas mille, mellis vasa centum cum aromatibus; ad Suronem vero columnam auream Tyrum misit, quam ipse Jovis in templo consecravit. **452** Addit Theophilus, quidquid reliquum ex auro fuerat, Tyrio regi a Salomone missum esse : illum vero filiæ simulacrum integrum ex eo conflavisse, ipsumque aurea columna quasi theca et involucro quodam inclusisse. Eupolemus autem aureos præterea clypeos mille a Salomone elaboratos esse tradit, quingentorum singulos aureorum; eumdemque vixisse annos quinquaginta duos, ex quibus totos et continentes quadraginta summa in pace regnaverit. »

A χιλίας, ὧν ἑκάστην πεντακοσίων εἶναι χρυσῶν. Βιῶσαι δὲ αὐτὸν ἔτη πεντήκοντα δύο, ὧν ἐν εἰρήνῃ βασιλεῦσαι ἔτη μ'. »

CAPUT XXXV.

De Hierosolyma, ex Timochare, ut habetur eodem libro de rebus Antiochi.

Timochares in rerum ab Antiocho gestarum historia, Hierosolymæ ambitum quadraginta stadiorum esse docet; eamdemque expugnatu perdifficilem, quippe quæ præruptis undique fossis vallibusque cingatur. Ad hæc, urbem universam aquis perlui, quarum defluxu horti passim omnes irrigentur; ac tametsi totis quadraginta ab urbe stadiis summa aquæ penuria laboretur, inde tamen, riguum denuo solum apparere.

B

CAPUT XXXVI.

De eadem, ex mensore Syriæ.

Præterea is qui Syriam totam mensus est, libro primo sui operis, Hierosolymam in arduo quodam asperoque jugo sitam fuisse tradit, partemque murorum aliquam polito ex lapide, maximam vero ex silice constitisse : itemque urbis ambitum stadia septem ac viginti obtinere : ad extremum eodem ex loco fontem magna aquæ vi scaturientem exsistere.

C

CAPUT XXXVII.

De aquis ipsis quæ sunt Hierosolymis, ex Philone.

Ejusdem scaturiginis Philo etiam meminit in iis, quos *de Hierosolyma* **453** conscripsit, libris, quam hieme arescere, ac rursum æstate ubertim fluere, libro primo hunc in modum cecinit,

Desuper allabens nova tum miracula vidi.
. . . . . qua fons uberrimus undas
Egerit, atque sinus implet ductusque profundos,

et quæ sequuntur : quibus de fluxu ejus pleniore subjungit,

Scilicet ex alto decurrens vertice fluxus,
Et pluviis crescens nivibus, sub turribus altis
Volvitur, et sicco languentia pulvere circum
Arva rigans, viridis miracula pandit amictus,

et reliqua. Idemque rursus de summi sacerdotis tum fonte tum aquæ ductu :

Subter humum lymphas multus sublime canalis
Egerit.

Et cætera quæ fusius ille persequitur. Verum ex Alexandro Polyhistore hactenus.

CAPUT XXXVIII.

De iisdem, ex Aristæo.

Aristæus autem, in eo, quem de Judaicæ legis

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΕ'.

Τιμοχάρους, περὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἀπὸ τῶν περὶ Ἀντιόχου τῆς αὐτης γραφῆς.

Τιμοχάρης δέ φησιν ἐν τοῖς περὶ Ἀντιόχου τὰ Ἱεροσόλυμα τὴν μὲν περίμετρον ἔχειν σταδίους μ'· εἶναι δ' αὐτὴν δυσάλωτον, πάντοθεν ἀποῤῥῶξι περικλειομένην φάραγξιν. Ὅλην δὲ τὴν πόλιν ὕδασι καταῤῥεῖσθαι, ὥστε καὶ τοὺς κήπους ἐκ τῶν ἀποῤῥεόντων ὑδάτων ἐκ τῆς πόλεως ἄρδεσθαι· τὴν δὲ μεταξὺ ἀπὸ τῆς πόλεως ἄχρι τεσσαράκοντα σταδίων ἄνυδρον εἶναι· ἀπὸ δὲ τῶν μ' σταδίων πάλιν κάθυδρον ὑπάρχειν.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛϚ'.

Τοῦ τῆς Συρίας σχοινομέτρου, περὶ τῆς αὐτῆς.

Ὁ δὲ τῆς Συρίας σχοινομέτρης γράψας, ἐν τῇ πρώτῃ φησὶ κεῖσθαι Ἱεροσόλυμα ἐπὶ μετεώρου τε καὶ τραχέως τόπου· ᾠκοδομῆσθαι δέ τινα μὲν μέρη τοῦ τείχους, ἀπὸ λίθου ξεστοῦ, τὰ δὲ πλείονα ἀπὸ χάλικος· καὶ ἔχειν τὴν περίμετρον τὴν πόλιν σταδίων κζ'· ὑπάρχειν δὲ καὶ πηγὴν ἐν τῷ χωρίῳ, ὕδωρ δαψιλὲς ἀναβλύζουσαν.

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΖ'.

Φίλωνος, περὶ τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις ὑδάτων.

Φησὶ δὲ ὁ Φίλων ἐν τοῖς περὶ Ἱεροσολύμων κρήνην εἶναι· ταύτην δὲ ἐν μὲν τῷ χειμῶνι ξηραίνεσθαι, ἐν δὲ τῷ θέρει πληροῦσθαι. Λέγει δὲ ἐν τῇ πρώτῃ οὕτως·

Νηχόμενος δ' ἐφύπερθε τὸ θαμβηέστατον ἄλλο
Δέρκηθρον σὺν ἀοιδῇ, μεγιστούχοιο λοετροῖς
Ῥεύματος ἐμπίπλησι βαθὺν ῥόον ἐξανιείσης·

καὶ τὰ ἑξῆς· οἷς πάλιν ὑποβὰς, περὶ τῆς πληρώσεως ἐπιλέγει·

Ῥεῦμα γὰρ ὑψιφέρτερον, ἐν ὑετίοις νιφετοῖσιν
Ἰέμενον, πολυγηθὲς, ὀρεινοῖς (90) ὑπὲρ πύργοισιν
Στρωφᾶται, καὶ ξηρὰ πέδῳ κεκονιμένα, κρήνης
Τηλεφανῆ δείκνυσιν ὑπέρτατα θάμβεα λαῶν,

καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα. Εἶτα πάλιν περὶ τῆς τοῦ ἀρχιερέως κρήνης καὶ τῆς ἀποχετεύσεως διέξεισιν οὕτως·

D

Αἰπὺ δ' ἄρ' ἐκπτύουσι διὰ χθονὸς ὑδροχόοισι
Σωλῆνες.

Καὶ ὅσα ἄλλα τούτοις ἕπεται. Τοσαῦτα μὲν δὴ τὰ ἀπὸ τῶν Ἀλεξάνδρου τοῦ Πολυΐστορος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΗ'.

Ἀριστέου, περὶ τῶν αὐτῶν.

Περὶ δὲ τῶν ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ ὑδάτων καὶ ὁ

(90) Ὀρεινοῖς, etc. Forte legendum ὑπὲρ πύργοισιν ὀρεινοῖς.

Digitized by Google

Ἀρισταῖος ἐν τῷ γραφέντι αὐτῷ βιβλίῳ περὶ τῆς ἑρμηνείας τοῦ τῶν Ἰουδαίων νόμου ταῦτα ἱστορεῖ· « Ὁ δὲ οἶκος ἀποβλέπει πρὸς ἡῶ, τὰ δ' ὀπίσθια αὐτοῦ πρὸς ἑσπέραν. Τὸ δὲ πᾶν ἔδαφος λιθόστρωτον καθέστηκε, καὶ κλίματα πρὸς τοὺς καθήκοντας τόπους ἔχει τῆς τῶν ὑδάτων ἐπιῤῥοῆς ἕνεκεν, ἡ γίνεται διὰ τὴν σφῆξιν τῶν ἀπὸ τῶν θυσιῶν αἱμάτων· πολλαὶ γὰρ μυριάδες κτηνῶν προσάγονται κατὰ τὰς τῶν ἑορτῶν ἡμέρας. Ὕδατος δὲ ἀνέκλειπτός ἐστι σύστασις, ὡς ἂν καὶ πηγῆς ἔσωθεν πολυῤῥύτου φυσικῶς ἐπιῤῥεούσης, ἔτι δὲ θαυμασίων καὶ ἀδιηγήτων ὑποδοχέων ὑπαρχόντων ὑπὸ γῆν, καθὼς ἐπέφαινον, πέντε σταδίων κυκλόθεν τῆς κατὰ τὸ ἱερὸν καταβολῆς, καὶ ἐκ τούτων σύριγγας ἀναρίθμους καθ' ἕκαστον μέρος ἑαυταῖς συναπτόντων τῶν ῥευμάτων. Καὶ ταῦτα πάντα μεμολυβδῶσθαι κατ' ἐδάφους καὶ τῶν τοίχων· ἐπὶ δὲ τούτων κεχύσθαι πολὺ πλῆθος κονιάσεως, ἐνεργῶς γεγενημένων ἁπάντων. »

A interpretatione conscripsit, de aquis illis Hierosolymitana urbe fluentibus ita narrat : « Templum, inquit, a fronte ortum, occasum a tergo spectat. Solum ejus universum lapide stratum, idemque certis et opportunis in locis declivius, quo facilius aquæ decurrant, quibus ad abstergendum victimarum sanguinem pavimentum proini necesse est, quod multa pecorum millia diebus festis immolentur. Ac perennis quidem propterea est aquarum ejusmodi vis atque collectio, quod cum ex interioribus soli visceribus, fons quidam uberrimus, ac plurimas sectus in venas, eo loco nativo cursu influat ; tum vero mirabiles præterea tubi, omnique oratione majores sub terram elaborati sint, qui, quantum ex visu conjicere licet, quinque stadiorum B circa templi molem gyrum efficiant, ex quibus innumerabiles **454** fistulæ ad latera singula producantur, quibus aquæ omnibus ex partibus confluentes egerantur. Atque hæc omnia, partim ad pavimentum, partim ad ipsos quoque parietes, opere plumbario, infusa desuper vi magna calcis, adhærescere, adeoque singulari et accurata quadam arte constare scribit. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΘ'.

Εὐπολέμου, περὶ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου.

Ἐπὶ τούτοις, καὶ τῆς Ἱερεμίου προφητείας τοῦ Πολυΐστορος μνήμην πεποιημένου, ἡμᾶς ἀποσιωπῆσαι ταύτην πάντων ἂν εἴη παραλογώτατον. Κείσθω τοίνυν καὶ αὕτη· « Εἶτα Ἰωακείμ. Ἐπὶ τούτου προφητεῦσαι Ἱερεμίαν τὸν προφήτην. Τοῦτον, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἀποσταλέντα, καταλαβεῖν τοὺς Ἰουδαίους θυσιάζοντας εἰδώλῳ χρυσῷ, ᾧ εἶναι ὄνομα Βάαλ. Τοῦτον δὲ αὐτοῖς τὴν μέλλουσαν ἀτυχίαν δηλῶσαι. Τὸν δὲ Ἰωακείμ ζῶντα αὐτὸν ἐπιβαλέσθαι κατακαῦσαι· τὸν δὲ φάναι τοῖς ξύλοις τούτοις Βαβυλωνίοις ὀψοποιήσειν, καὶ σκάψειν τὰς τοῦ Τίγριδος καὶ Εὐφράτου διώρυχας αἰχμαλωτισθέντας. Τὸν δὲ τῶν Βαβυλωνίων βασιλέα ἀκούσαντα Ναβουχοδονόσορ τὰ ὑπὸ τοῦ Ἱερεμίου προμαντευθέντα, παρακαλέσαι Ἀστιβάρην τὸν Μήδων βασιλέα συστρατεύειν αὐτῷ. Παραλαβόντα δὲ Βαβυλωνίους καὶ Μήδους, καὶ συναγαγόντα πεζῶν μὲν ὀκτωκαίδεκα, ἱππέων δὲ μυριάδας δώδεκα, καὶ πεζῶν ἅρματα μύρια, πρῶτον μὲν τὴν Σαμαρείτιν καταστρέψασθαι, καὶ Γαλιλαίαν, καὶ Σκυθόπολιν, καὶ τοὺς ἐν τῇ Γαλαατίδι οἰκοῦντας Ἰουδαίους· αὖθις δὲ τὰ Ἱεροσόλυμα παραλαβεῖν, καὶ τὸν Ἰουδαίων βασιλέα Ἰωακείμ ζωγρῆσαι. Τὸν δὲ χρυσὸν τὸν ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ ἄργυρον, καὶ χαλκὸν ἐκλέξαντα, εἰς Βαβυλῶνα ἀποστεῖλαι χωρὶς τῆς κιβωτοῦ καὶ τῶν ἐν αὐτῇ πλακῶν. Ταύτην δὲ τὸν Ἱερεμίαν κατασχεῖν. »

CAPUT XXXIX.

De Jeremia propheta, ex Eupolemo.

At enim, cum laudatus supra Polyhistor Jeremiæ quoque prophetiæ meminerit, ineptissimum utique foret, hanc a nobis silentio præteriri. Eam igitur hoc etiam loco attexamus. « Tum Joachimum, inquit, regnum capessisse, cujus tempore Jeremias propheta oracula sua ediderit. Quippe, hunc a Deo missum, Judæos, interim dum idolo cuidam aureo, C Baalem vocabant, sacrificium facerent, deprehendisse, quibus impendentem calamitatem prædixerit. Ac Joachimum quidem, vivum illum ac spirantem cremare voluisse : at contra denuntiasse prophetam, hoc eos lignorum genere Babyloniis obsonia curaturos, et canales ad derivandas Tigris et Euphratis undas fossuros esse, posteaquam eorum in manus ac potestatem venissent. Itaque Nabucodonosorem Babyloniorum regem, ubi rem, quomodo ab Jeremia prænuntiata fuerat, rescivisset, Astibaren Medorum regem, uti hujus expeditionis socius esse vellet, obsecrasse ; conjunctoque Babyloniorum ac Medorum exercitu, qui præter decem curruum millia, peditum octoginta supra centum, equitum D vero centum ac viginti millibus constaret, primum quidem, Samariam, Galilæam, Scythopolim, et Judæos Galaatidem incolentes delevisse : mox vero ipsam quoque Hierosolymam, Joachimumque regem vivum cepisse, et quidquid in templo auri, argenti ærisque fuit, detractum Babylonem misisse, præter arcam, et inclusas in ea tabulas : hanc enim penes Jeremiam remansisse. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Μ'.

Βηρωσσοῦ (91), *περὶ τῆς Ἰουδαίων αἰχμαλωσίας, τῆς ὑπὸ Ναβουχοδονόσορ· καὶ περὶ τῶν βασιλέων τῆς Βαβυλῶνος ἀπὸ τοῦ Ναβοπαλλασάρου μέχρι πρὸς τὸν Κῦρον· ἀπὸ τῶν Ἰωσήπου.*

« Τούτοις ἐπισυνάψαι ἀναγκαῖον καὶ τὰ περὶ τῆς

CAPUT XL.

455 *Ex Beroso, quem Josephus laudat, de Judæorum captivitate sub Nabuchodonosore ; deque Babyloniis regibus, a Nabopallasaro, usque ad Cyrum. Ex Josepho.*

« His porro, Judæorum etiam captivitatem atte-

(91) *Βηρωσσοῦ*. Eximium planeque aureum est hoc Berossi fragmentum, quod Josephus lib. I. *in Apionem*, pag. 1044 et 1045, conservavit.

Digitized by Google

xere, quam a Nubuchodonosore passi sunt, operæ pretium fuerit. Is enim motis in rebellem copiis, justa victum acie in potestatem redegit suam, ac regionem passim universam ad imperium suum adjunxit. Sub idem tempus, cum Nabopallasari patris sui, lethali morbo confecti, Babylone, post vicesimum primum regni sui annum, obitus contigisset, Nabuchodonosorus, cum supremum ejus diem paulo post accepisset, rebus Ægypti compositis, cæterisque provinciis et Judæorum, Phœnicum, ac Syrorum, gentium Ægypto vicinarum captivis amicorum suorum fidei commendatis, sese in Babyloniam recepit. » Idem quibusdam interjectis : « Nabuchodonosorus, inquit, jam affecto, quem paulo ante dixi, muro, cum in morbum incidisset, anno regni quadragesimo tertio migravit e vita. Cui cum Evilmaluruchus ejusdem filius successisset, quod summa rerum nefarie ac petulanter abuteretur, anno altero quam regnare cœperat, Neriglisaræ sororis suæ conjugis insidiis occubuit. Post quem, idem ipse Neriglisaras parricida, suscepto imperio, quatuor tantum annos regnavit. Ejus autem filius, Chabaessoarachus nomine, tametsi adhuc puer menses novem regnum tenuisset, tamen quod jam tum exsistentem indolis pravitatem ostenderet, a necessariis suis clam mactatus interiit. Quo sublato, mox Nabonnido cuidam Babylonio ejusdem conjurationis socio, communi insidiatorum consilio delatum imperium est. Hoc regnante, Babylonis mœnia, quæ flumini adjacent, cocto latere ac bitumine splendidius ædificata sunt. Regni vero decimum septimum agente annum, Cyrus **456** ex Perside cum ingenti profectus exercitu, ac reliquum ejus imperium omne populatus, in Babyloniam ipsam invasit. Quam ejus impressionem Nabonnidus cum sensisset, ei cum exercitu occurrendum statuit : verum pugna victus, cum paucissimis fugæ comitibus sese Borsippenorum inclusit oppido. Cyrus autem, Babylone obsessa, cum muros extra urbem longe patentes subrui jussisset, quod difficilior et actuosior ejusdem expugnatio videretur, Borsippum movit, Nabonnidum obsessurus. At is, obsidione occupata, Cyro sese tradidit, qui eum perhumaniter habitum, Babylonia tantum cedere, et in Carmania deinceps versari voluit. Qua in regione, donec supremum obiret diem, Nabonnidus reliquum omne vitæ tempus exegit. Atque hæc narratio consentientem habet cum nostris litteris veritatem. Proditum enim iis est, Nabuchodonosorum anno regni sui decimo octavo templum nostrum funditus evertisse, ejusque excidium totos quinquaginta annos durasse ; anno autem Cyri regni secundo restitui cœptum, Darii tandem decimo partibus omnibus absolutum esse. » Ista Josephus.

CAPUT XLI.

De Nabuchodonosore, et condita ab eo Babylone, ex Abydeno.

Ego vero, in ea, quam Abydenus *De Assyriorum*

Ἰουδαίων αἰχμαλωσίας τῆς ὑπὸ Ναβουχοδονόσορ, ὃς, τῷ ἀποστάτῃ ἐπιστρατεύσας, καὶ παραταξάμενος, αὐτοῦ τε ἐκυρίευσε, καὶ τὴν χώραν ἐξαῦθις ὑπὸ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν ἐποιήσατο. Τῷ τε πατρὶ αὐτοῦ συνέβη Ναβοπαλλασάρῳ, κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἀρρωστήσαντι, ἐν τῇ Βαβυλωνίων πόλει μεταλλάξαι τὸν βίον, ἔτη βεβασιλευκότι κα'. Αἰσθόμενος δὲ μετ' οὐ πολὺν χρόνον τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν Ναβουχοδονόσορος, καταστήσας τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον πράγματα, καὶ τὴν λοιπὴν χώραν, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους Ἰουδαίων τε καὶ Φοινίκων, καὶ Σύρων τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἐθνῶν, συντάξας τισὶ τῶν φίλων, εἰς τὴν Βαβυλωνίαν παρεγένετο. »Καὶ μεθ' ἕτερά φησι· «Ναβουχοδονόσορος μὲν οὖν μετὰ τὸ ἄρξασθαι τοῦ προειρημένου τείχους, ἐμπεσὼν εἰς ἀρρωστίαν, μετήλλαξε τὸν βίον, βεβασιλευκὼς ἔτη μγ'. Τῆς δὲ βασιλείας κύριος ἐγένετο ὁ υἱὸς αὐτοῦ Εὐιλμαλούρουχος. Οὗτος, προστὰς τῶν πραγμάτων ἀνόμως καὶ ἀσελγῶς, ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ τοῦ τὴν ἀδελφὴν ἔχοντος αὐτοῦ Νηριγλισάρου, ἀνῃρέθη, βασιλεύσας ἔτη β'. Μετὰ δὲ τὸ ἀναιρεθῆναι τοῦτον, διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν ὁ ἐπιβουλεύσας αὐτῷ Νηριγλισάρης, ἐβασίλευσεν ἔτη δ'. Τούτου υἱὸς Χαβασσοαράχος ἐκυρίευσε μὲν τῆς βασιλείας, παῖς ὤν, μῆνας ἐννέα· ἐπιβουλευθεὶς δὲ, διὰ τὸ πολλὰ ἐκφαίνειν κακοήθη, ὑπὸ τῶν φίλων ἀπετυμπανίσθη. Ἀπολομένου δὲ τούτου, συνελθόντες οἱ ἐπιβουλεύσαντες αὐτῷ, κοινῇ τὴν βασιλείαν περιέθηκαν Ναβοννίδῳ τινὶ τῶν ἐκ Βαβυλῶνος ὄντι ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπισυστάσεως. Ἐπὶ τούτου τὰ περὶ ποταμὸν τείχη τῆς Βαβυλωνίων πόλεως ἐξ ὀπτῆς πλίνθου καὶ ἀσφάλτου κατεκοσμήθη. Οὔσης δὲ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐν τῷ ἑπταικαιδεκάτῳ ἔτει, προσεληλυθὼς Κῦρος ἐκ τῆς Περσίδος μετὰ δυνάμεως πολλῆς, καταστρεψάμενος τὴν λοιπὴν βασιλείαν ἅπασαν, ὥρμησεν ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίας· Αἰσθόμενος δὲ Ναβόννιδος τὴν ἔφοδον αὐτοῦ, ἀπαντήσας μετὰ τῆς δυνάμεως, καὶ παραταξάμενος, ἡσσηθεὶς τῇ μάχῃ, καὶ φυγὼν ὀλιγοστὸς, συνεκλείσθη εἰς τὴν Βορσιππηνῶν πόλιν. Κῦρος δὲ Βαβυλῶνα καταλαβόμενος, καὶ συντάξας τὰ ἔξω τῆς πόλεως τείχη κατασκάψαι, διὰ τὸ λίαν αὐτῷ πραγματικὴν καὶ δυσάλωτον φανῆναι τὴν πόλιν, ἀνέξευξεν ἐπὶ Βόρσιππον, ἐκπολιορκήσων τὸν Ναβόννιδον. Τοῦ δὲ Ναβοννίδου οὐχ ὑπομείναντος τὴν πολιορκίαν, ἀλλ' ἐγχειρίσαντος αὐτὸν πρότερον, χρησάμενος Κῦρος φιλανθρώπως, καὶ δοὺς οἰκητήριον αὐτῷ Καρμανίαν, ἐξέπεμψεν ἐκ τῆς Βαβυλωνίας. Ναβόννιδος μὲν οὖν, τὸν λοιπὸν τοῦ χρόνου διαγενόμενος ἐν ἐκείνῃ τῇ χώρᾳ, κατέστρεψε τὸν βίον. Ταῦτα σύμφωνον ἔχει ταῖς ἡμετέραις βίβλοις τὴν ἀλήθειαν. Γέγραπται γὰρ ἐν αὐταῖς, ὅτι Ναβουχοδονόσορος ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἔτει τὸν παρ' ἡμῖν ναὸν ἠρήμωσε, καὶ ἦν ἀφανὴς ἐπὶ ἔτη πεντήκοντα· δευτέρῳ δὲ τῆς Κύρου βασιλείας ἔτει τῶν θεμελίων ὑποβληθέντων, δεκάτῳ πάλιν τῆς Δαρείου βασιλείας ἐτελέσθη.» Ταῦτα ὁ Ἰώσηππος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΑ'.

Ἀπὸ τῆς Ἀβυδηνοῦ γραφῆς περὶ τοῦ Ναβουχοδονόσορ.

Εὗρον δὲ καὶ ἐν τῇ Ἀβυδηνοῦ περὶ Ἀσσυρίων

Digitized by Google

γραφῇ περὶ τοῦ Ναβουχοδονοσορ ταῦτα· « Μεγασθέ- A
νης (92) δέ φησι, Ναβουχοδρόσορον Ἡρακλέως ἀλκι-
μώτερον γεγονότα, ἐπί τε Λιβύην καὶ Ἰβηρίην στρα-
τεῦσαι. Ταύτας δὲ χειρωσάμενον, ἀποδασμὸν αὐ-
τέων εἰς τὰ δεξιὰ τοῦ Πόντου κατοικίσαι. Μετὰ δὲ,
λέγεται πρὸς Χαλδαίων, ὡς, ἀναβὰς ἐπὶ τὰ βασιλήϊα,
κατασχεθείη θεῷ· ὅτε ὠδῇ (93), φθεγξάμενος δὲ
εἶπεν· Οὗτος ἐγὼ Ναβουχοδρόσορος, ὦ Βαβυλώ-
νιοι, τὴν μέλλουσαν ὑμῖν προαγγέλλω συμφορὴν,
τὴν ὅ τε Βῆλος ἐμὸς πρόγονος, ἥ τε βασίλεια
Βῆλτις ἀποτρέψαι Μοίρας πεῖσαι ἀσθενοῦσιν.
Ἥξει Πέρσης ἡμίονος, τοῖσιν ὑμετέροισι δαίμοσι
χρεώμενος συμμάχοισιν· ἐπάξει δὲ δουλοσύνην. Οὗ
δὴ συναίτιος ἔσται Μήδης, τὸ Ἀσσύριον αὔχημα.
Ὦ- εἴθε μιν, πρόσθεν ἢ δοῦναι τοὺς πολίτας, Χά- B
ρυβδίν τ.να ἢ θάλασσαν εἰσδεξαμένην, ἀϊστῶσαι
πρόῤῥιζον· ἢ μιν ἄλλας ὁδοὺς στραφέντα φέρεσθαι
διὰ τῆς ἐρήμου, ἵνα οὔτε ἄστεα, οὔτε πάτος ἀνθρώ-
πων, θῆρες δὲ νομὸν ἔχουσι, καὶ ὄρνιθες πλάζονται,
ἔν τε πέτρῃσι καὶ χαράδρῃσι μοῦνον ἀλώμενον· ἐμέ
τε πρὶν εἰς νόον βαλέσθαι ταῦτα, τέλεος ἀμείνονος
κυρῆσαι. Ὁ μὲν θεσπίσας παραχρῆμα ἠφάνιστο· ὁ
δέ οἱ παῖς Εὐϊλμαλούρουχος ἐβασίλευε. Τὸν δ' ὁ κη-
δεστὴς ἀποκτείνας Νηριγλισάρης, λεῖπε παῖδα Λα-
βασσοάρασκον. Τούτου δὲ ἀποθανόντος βιαίῳ μόρῳ,
Ναβαννίδοχον ἀποδεικνῦσι βασιλέα (94), προσήκοντά
οἱ οὐδέν. Τῷ δὲ Κῦρος, ἑλὼν Βαβυλῶνα, Καρμανίης
ἡγεμονίην δωρέεται.» Καὶ περὶ τοῦ κτίσαι δὲ τὸν Να-
βουχοδονόσορ τὴν Βαβυλῶνα ὁ αὐτὸς ταῦτα γράφει·
« Λέγεται (95) δὲ πάντα μὲν ἐξ ἀρχῆς ὕδωρ εἶναι, θά- C
λασσαν καλεομένην· Βῆλον δέ σφεα (96) παῦσαι, χώ-
ρην ἑκάστῳ ἀπονείμαντα, καὶ Βαβυλῶνα τείχει πε-
ριβαλεῖν· τῷ χρόνῳ δὲ τῷ ἱκνευμένῳ ἀφανισθῆναι.
Τειχίσαι δὲ αὖθις Ναβουχοδονόσορον τὸ μέχρι τῆς
Μακεδονίων ἀρχῆς διαμεῖναν ἐὸν χαλκόπυλον.» Καὶ
μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει· « Ναβουχοδονόσορος δὲ διαδεξά-
μενος τὴν ἀρχὴν, Βαβυλῶνα μὲν ἐτείχισε τριπλῷ
περιβόλῳ ἐν πεντεκαίδεκα ἡμέρῃσι, τόν τε Ἀρμα-
κάλην ποταμὸν ἐξήγαγεν, ἐόντα κέρας Εὐφρήτεω,
τόν τε Ἀκράκανον. Ὑπὲρ δὲ τῆς Σιππαρηνῶν πό-
λιος, λάκκον ὀρυξάμενος περίμετρον μὲν τεσσαρά-
κοντα παρασαγγέων, βάθος δ' ὀργυιέων εἴκοσι, πύ-
λας ἐπέστησε, τὰς ἀνοίγοντες ἄρδεσκον τὸ πεδίον· κα-
λέουσι δ' αὐτὰς Ἐχετογνώμονας. Ἐπετείχισε δὲ καὶ
τῆς Ἐρυθρῆς θαλάσσης τὴν ἐπίκλυσιν, καὶ Τερηδόνα D
πόλιν ἔκτισεν κατὰ τὰς Ἀράβων εἰσβολάς· τά τε βα-
σιλήϊα δένδροις ἥσκησε, χρεμαστοὺς παραδείσους
ὀνομάσας.» Καὶ ταῦτα δέ μοι ἀπὸ τῆς δηλωθείσης
κεῖσθω γραφῆς, διὰ τὸ φέρεσθαι ἐν τῇ τοῦ Δανιὴλ
προφητείᾳ, ὡς ἄρα Ναβουχοδονόσορ ἐν τῷ ναῷ τῆς
βασιλείας αὐτοῦ, τῷ ἐν Βαβυλῶνι, περιπατῶν, μέγα
φρονήσας, ἀπηυθαδίσατο εἰπών· « Οὐχ αὕτη ἐστὶ Βα-

rebus scripsit, historia, de Nabuchodonosore hæc præterea reperi : « Megasthenes, inquit, auctor est Nabuchodrosorum Herculi ipsi fortitudine atque animis præstitisse, atque in Libyam et Iberiam impetu facto, utriusque jam domitæ colonias in dextram Ponti plagam deportasse. Quibus peractis, Chaldæi ferunt, eum conscenso palatio divinitus repente afflatum, quod sequitur oraculum effudisse. Ille ego Nabuchodrosorus, o Babylonii, imminentem vobis calamitatem prænuntio, quam Parcis uti averruncent, nec Belus generis nostri auctor, nec regina Beltis persuadere unquam poterunt. Persicus **457** veniet mulus, qui dæmonum vestrorum usus auxilio, dirum cervicibus vestris jugum imponet. Atque hujus cladis auctor etiam Medus quidam erit, quo ante Assyrii magnopere gloriabantur. O utinam ipse, priusquam cives ita meos proderet, aut Charybdi quadam, aut profundo pelago haustus atque absorptus periret, aut alias abreptus, invias per solitudines erro vagaretur, ubi nullius neque urbis neque hominis vestigium appareat, sed feræ duntaxat libere pascantur volucresque circumvolent, adeoque solus medios inter scopulos ac voragines jactaretur. Mihi quoque, priusquam hæc ei tam nefaria mens injecta sit, feliciorem exitum sortiri licerat. Hæc effatus, hominum ex oculis repente sublatus evanuit. Atque Evilmaluruchum filium, regni quidem habuit successorem : sed eo postmodum a se interempto, Neriglisares sororis ejus vir, filium reliquit Labassoarascum. Quo etiam violenta nece sublato, Nabannidochum nulla cum eo affinitate conjunctum, regem creant, cui Cyrus postea Babylone potitus, Carmaniæ principatum ultro concessit. » Idem porro conditam a Nabuchodonosore Babylonem fuisse ita narrat : « Ferunt, inquit, loca hæc omnia jam inde ab initio aquis obruta fuisse marisque nomine appellata : verum suam singulis regionem Belum assignasse, Babylonemque mœnibus cinxisse, ac deinceps mortalium oculis ereptum esse : postea vero septum illud, valvis distinctum æreis, a Nabuchodonosoro exstructum fuisse, quod ad Macedonum imperium usque steterit. » Ac rursus nonnullis interjectis, « Nabuchodonosorus, inquit, regno potitus, Babylonem intra quindecim dierum spatium triplici muro cinxit, atque Armacalen Aeracanumque fluvios, ab Euphrate ortos, alio derivavit. Tum Sipparenorum urbis in gratiam paludem fodit, cujus ambitus parasangas quadraginta, altitudo vero ulnas viginti obtineret. Eidem claustra imposuit, Echetognomonas vocant, quibus patefactis agrum illi suum irrigarent. Maris quoque Rubri eluvionem objectis repressit obicibus, ac Te-

(92) *Μεγασθένης*. Fragmentum Berosiano conjunctissimum. Exstat apud Joseph. eodem lib. » *in Apion.* ejus aliqua mentio.

(93) *Ὅτε ὠδῇ*. Conjiciebam ὅτε δὴ φθεγξάμενος εἶπεν. Malo tamen ὅτεῳ δή, ut legitur apud Scaligerum.

(94) *Ἀποδεικνῦσι βασιλέα*. Legendum ἀποδεικνύουσι βασιλ. non ἀποδεικνῦσι, ut in priori editione. Nec enim Nabannidochum istum creavit Neriglissaras, qui superstes non erat ; sed Babylonii.

(95) *Λέγεται δέ*. Sequentia unius Eusebii, quod sciam, diligentiæ accepta ferri debent.

(96) *Βῆλον δέ σφεα*. Forte Βῆλον δέ σφεας του κατακλυσμοῦ (aut alterius simil.) παῦσαι, *hanc eluvionem repressisse.*

Digitized by Google

redonem urbem adversus Arabum irruptiones excitavit, palatiumque suum arboribus consitis (pensiles hortos vocabat), exornavit. » Atque hæc ex Abydeno referre potissimum eo libuit, quod in ipsa Danielis prophetia, Nabuchodonosor, cum in regni sui templo Babylone condito inambularet, has in voces temeritatis et arrogantiæ plenas erupisse legatur [99], « Nonne hæc est Babylon magna, quam ego ædificavi in domum regni, in 458 robore fortitudinis meæ et in gloria decoris mei. Cumque sermo adhuc esset in ore ejus, » ultorem illum e vestigio tanti fastus exitum subiit. »

A βυλών ἡ μεγάλη, ἣν ἐγὼ ᾠκοδόμησα εἰς οἶκον βασιλείας ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος μου εἰς τιμὴν τῆς δόξης μου; ὅτε ὄντος ἔτι τοῦ λόγου ἐπὶ στόματος αὐτοῦ, » τὰ τῆς μετελθούσης καταστροφῆς αὐτῷ γέγονε. Ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν αὐτάρκως περὶ τῶνδε.

CAPUT XLII.

De iis qui Judaicæ gentis meminerunt, ex libro Josephi, De antiquitate Judæorum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΒ'.

Ἰωσήπου, περὶ τῶν μνημονευσάντων τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, ἀπὸ τοῦ α' τῆς Ἰουδαίων Ἀρχαιότητος.

Hæc igitur auctorum illorum testimonia nostram in rem protulisse sufficiat. Superioribus omnibus, Josephi tantum ex *Judaicarum Antiquitatum* historia verba subjungamus, ubi laudatis infinitorum prope scriptorum locis, idque totidem syllabis, ad extremum ita concludit: « Enimvero satis erunt, inquit, ad fidem hujus antiquitatis faciendam, Syrorum, Chaldæorum ac Phœnicum historiæ: quibus tot etiam Græcorum auctoritatem attexuimus, cum addere præterea licuisset Theophilum, Theodorum Mnaseam, Aristophanem, Hermogenem, Evemerum, Comonem, ac Zopyrionem, aliosque forte quam plurimos; nec enim omnes evolvi libros, qui rerum nostrarum ex professo meminerunt. Et quanquam eorum etiam, quos nominatim citavimus, plerique, quod litteras nostras minime attigerint, a rerum jam inde ab initio gestarum veritate aberrarunt; communi tamen consensu omnes eidem antiquitati suffragati sunt, quod unum hoc loco mihi propositum fuerat. Ex quibus sane Demetrius Phalereus, Philo antiquior, et Eupolemus, a vero propius abfuerunt, quibus etiam si quid peccarunt, veniam hoc nomine dare æquum utique sit, quod librorum nostrorum sensum minus accurate capere et assequi potuerint. » Hactenus Josephus. Cui vero conscriptos ab eo *De Judæorum Antiquitate* libros volutare placuerit, is apud eum alia pleraque testimonia reperiat, summa cum iis, quæ adhuc laudavimus, consensione conjuncta. Quanquam, ingentem ejusmodi testium, tam veterum quam recentiorum copiam, ad manum habemus ipsi quoque, qui ad eorum, quos ante produximus, auctoritatem, calculum adjungant suum. Verum, ne modum excedere videamur, eos quidem studiosis excutiendos scrutandosque relinquemus, deinceps argumentum pertexemus.

B Προκείσθω δὲ ἐπὶ πᾶσι καὶ τὰ ἀπὸ τῆς Ἰουδαίων Ἀρχαιότητος Ἰωσήπου, ἔνθα μυρίων συγγραφέων αὐτολεξεὶ παραθεὶς φωνάς, ταῦτα ἐπιλέγει· « Ἀρκοῦσι δ' ὅμως εἰς τὴν ἀπόδειξιν τῆς ἀρχαιότητος, αἵ τε Σύρων καὶ Χαλδαίων, καὶ Φοινίκων ἀναγραφαὶ· πρὸς ἐκείναις τε τοσοῦτοι τῶν Ἑλλήνων συγγραφεῖς· ἔτι δὲ πρὸς τοῖς εἰρημένοις Θεόφιλος, καὶ Θεόδοτος, καὶ Μνασέας, καὶ Ἀριστοφάνης, καὶ Ἑρμογένης, Εὐήμερός τε καὶ Κόμων, καὶ Ζωπυρίων, καὶ πολλοί τινες τάχα ἄλλοι· οὐ γὰρ ἔγωγε πᾶσιν ἐντετύχηκα τοῖς βιβλίοις, οὐ παρέργως ἡμῶν μεμνημονευκόσιν. Οἱ πολλοὶ δὲ τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν τῆς μὲν ἀληθείας τῶν ἐξ ἀρχῆς πραγμάτων διήμαρτον, ὅτι μὴ ταῖς ἱεραῖς ἡμῶν βίβλοις ἐνέτυχον· κοινῶς μέντοι C περὶ τῆς ἀρχαιότητος ἅπαντες μεμαρτυρήκασιν, ὑπὲρ οὗ τανῦν λέγειν προεθέμην. Ὁ μέντοι Φαληρεὺς Δημήτριος, καὶ Φίλων ὁ πρεσβύτερος, καὶ Εὐπόλεμος οὐ πολὺ τῆς ἀληθείας διήμαρτον· οἷς συγγινώσκειν ἄξιον· οὐ γὰρ ἐνῆν αὐτοῖς μετὰ πάσης ἀκριβείας τοῖς ἡμετέροις γράμμασι παρακολουθεῖν. » Ταῦτα καὶ ὁ Ἰώσηπος. Ὅτῳ δὲ φίλον τοῖς περὶ τῆς Ἰουδαίων Ἀρχαιότητος λόγοις ἐντυχεῖν τοῦ ἀνδρὸς, πλείστας ἂν εὕροι συμφώνους ταῖς ἐκτεθείσαις μαρτυρίας. Καὶ πολὺς δὲ ἄλλος μαρτύρων ἡμῖν ὄχλος παλαιῶν τε καὶ νέων ἐπιῤῥεῖ, τῶν ὁμοίαν τοῖς τεθεῖσι ψῆφον ἐπισφραγιζομένων, ὧν τὰς φωνὰς, λόγου προνοούμενοι συμμετρίας, τοῖς φιλομαθέσι ζητεῖν τε καὶ διερευνᾶν ἀπολείψαντες, ἐπὶ τὴν λείπουσαν αὐτοὶ μεταβησόμεθα ἐπαγγελίαν.

[99] Dan. IV, 27.

Digitized by Google

ΠΡΟΠΑΡΑΣΚΕΥΗΣ ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΚΑΤΟΝ.

—

PRÆPARATIONIS EVANGELICÆ LIBER DECIMUS.

—

ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΤΟ ΔΕΚΑΤΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ. A

α'. Ὡς παρὰ βαρβάρων εἰς Ἕλληνας τὰ σεμνὰ τῶν μαθημάτων πεφῆλθε, καὶ περὶ τῆς Ἑβραίων ἀρχαιότητος.
β'. Κλήμεντος, Περὶ τῆς τῶν Ἑλληνικῶν συγγραφέων κλοπῆς.
γ'. Πορφυρίου, Περὶ τοῦ κλέπτας εἶναι τοὺς Ἕλληνας, ἀπὸ τοῦ α' τῆς Φιλολογίας ἀκροάσεως.
δ'. Ὅτι μὴ ἀλόγως τὴν παρ' Ἑβραίοις θεολογίαν τῆς Ἑλληνικῆς φιλοσοφίας προτετιμήκαμεν.
ε'. Ὅτι τὰ πάντα παρὰ βαρβάρων οἱ Ἕλληνες ὠφέληνται.
ϛ'. Περὶ τοῦ αὐτοῦ, ἀπὸ τῶν Κλήμεντος.
ζ'. Ἰωσήπου περὶ τοῦ αὐτοῦ.
η'. Διοδώρου τοῦ τὰς Βιβλιοθήκας συγγράψαντος, περὶ τοῦ αὐτοῦ.
θ'. Περὶ τῆς ἀρχαιότητος Μωσέως, καὶ τῶν παρ' B Ἑβραίοις προφητῶν.
ι'. Ἀφρικανοῦ, περὶ τοῦ αὐτοῦ.
ια'. Τατιανοῦ, περὶ τοῦ αὐτοῦ.
ιβ'. Κλήμεντος, περὶ τοῦ αὐτοῦ.
ιγ'. Ἰωσήπου, περὶ τοῦ αὐτοῦ.
ιδ'. Ὡς ἁπάσης τῆς παρ' Ἑβραίοις ἱστορίας νεώτεροι τυγχάνουσι τῶν παρ' Ἕλλησι φιλοσόφων οἱ χρόνοι.

459 DECIMI LIBRI CAPITA.

1. *Eximias quasque disciplinas a Barbaris ad Græcos traductas esse, ac de antiquitate Hebræorum.*
2. *Ex Clemente, De Græcorum scriptorum furtis.*
3. *Græcos fures esse, ex Porphyrii primo, De erudito auditu.*
4. *Quod non sine causa, Hebræorum theologiam Græcorum philosophiæ prætulerimus.*
5. *Nihil non a barbaris Græcos accepisse.*
6. *In eamdem sententiam, Clementis verba.*
7. *Ex Josepho in eamdem sententiam.*
8. *Ex Diodoro Bibliothecarum scriptore, eamdem in rem.*
9. *De Moysis et prophetarum Hebræorum antiquitate.*
10. *De eadem ex Africano.*
11. *De eadem, ex Tatiano.*
12. *De eadem, ex Clemente.*
13. *De eadem, ex Josepho.*
14. *Universa Hebræorum historia recentiorem fuisse Græcorum philosophorum ætatem.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

460 CAPUT I.

Ὡς παρὰ βαρβάρων εἰς Ἕλληνας τὰ σεμνὰ τῶν μαθημάτων παρῆλθε, καὶ περὶ τῆς Ἑβραίων ἀρχαιότητος.

Eximias quasque disciplinas a barbaris ad Græcos traductas esse, ac de antiquitate Hebræorum.

Τίσι ποτὲ λόγοις τὴν καθ' Ἑβραίους φιλοσοφίαν τῆς Ἑλληνικῆς προτετιμήκαμεν, ὁποίοις τε λογισμοῖς τὰς παρὰ τοῖς ἀνδράσιν ἱερὰς βίβλους ἀπεδεξάμεθα, προδιειλημμένοι κἄπειτα καὶ αὐτοὺς τοὺς C Ἕλληνας μὴ ἀγνοῆσαι τοὺς ἄνδρας, μνημονεῦσαι δὲ ὀνομαστὶ, καὶ τὸν βίον καταπλαγῆναι, τῆς τε βασιλικῆς μητροπόλεως καὶ τῆς λοιπῆς αὐτῶν ἱστορίας πολὺν πεποιῆσθαι λόγον παραστήσαντες· φέρε ἐπιθεωρήσωμεν, ὡς οὐ μόνον τῶνδε γραφῆς ἠξίωσαν [a] τὴν μνήμην, ἀλλὰ καὶ τῆς ὁμοίας αὐτοῖς διδασκαλίας τε καὶ μαθήσεως, ἔν τισι τῶν εἰς βελτίωσιν ψυχῆς συντεινόντων δογμάτων, ζηλωταὶ κατέστησαν. Ὡς μὲν οὖν τὰ λοιπὰ τῶν μαθημάτων, ἄλλοθεν ἄλλος τῶν θαυμαστῶν Ἑλλήνων, τοὺς βαρβάρους ἐκπεριιὼν, συνελέξατο γεωμετρίαν, ἀριθμητικὴν, μουσικὴν, ἀστρονομίαν, ἰατρικὴν, αὐτά τε τὰ πρῶτα τῆς γραμματικῆς στοιχεῖα, μυρίας τε ἄλλας τεχνικὰς καὶ βιωφελεῖς ἐπιτηδεύσεις, αὐτίκα μάλα παρα-

Quibus tandem adducti permotique rationibus philosophiam Hebræorum Græcæ prætulerimus, quove consilio sacras eorum litteras susceperimus, cum a nobis hactenus explicatum fuerit, ostensumque præterea, ne Græcis quidem ignotum genus illud hominum fuisse, quippe qui nominatim eorum meminerint, vitæ rationes mirum in modum prædicarint; postremo cum de regia ipsorum metropoli, tum etiam de rebus cæteris plurimam fecerint mentionem: age videamus quoque deinceps, quemadmodum non suis modo scriptis eorum memoriam celebrare voluerint, sed etiam in plerisque decretis ad animorum conformationem pertinentibus, affinem iis geminamque doctrinam æmulari. Et quidem ut reliquas artes, geometriam, musicam, astronomiam, medicinam, primaque adeo grammatices elementa, rerumque aliarum partim cum artificio conjunctarum, partim humanæ vitæ utilium

[a] *forte add.* ποιήσασθαι.

Digitized by Google

vim infinitam, ex Barbaris eximii nostri præstantesque Græci aliunde alii corrogarint, jamjam abs me demonstrabitur. Præterea, quemadmodum illam de pluribus diis opinionem, mysteriorum sacrorumque ritus, historias, atque fabulosas deorum narrationes, earumque ad naturalem quamdam allegoriam traductiones, et quidquid ex superstitioso errore superest, eosdem a barbaris mutuatos esse, superioribus libris probavimus; cum vetustissimos illos Græcos, semotas regiones laboribus maximis oberrando, ex emendicata doctrinarum, quibus florebant barbari, stipe suam illam theologiam conflasse deprehendimus. Sic quæcunque vel ad unius ac summi rerum omnium moderatoris Dei religionem, vel ad ejus doctrinæ partem, quæ ad animi utilitatem maxime comparata est, quæ quidem præcipua sunt atque potissima totius philosophiæ capita, non aliunde ipsos, quam ex solis Hebræorum fontibus hausisse paulo post ostendemus. **461** Id quod si cui minus probaretur, quod eos in istam opinionum similitudinem inditis a natura notionibus deductos esse defenderet : id ipsum a nobis maxime fuerit, quod ea quæ non Hebræis tantum ab hominibus, theologia prophetiaque clarissimis, ex omni retro memoria tradita sunt, verum a Græcis etiam, si minus omnibus, at nonnullis quidem, iisque tota passim Græcia celeberrimis, adeoque philosophorum ipsorum disputationibus diligenter expensa, æmulari statuerimus. Equidem paucos ejusmodi fuisse intelligo (nam quæ præclara, eadem, ut vulgo fertur, difficilia sunt); at eos tamen qui reliquos inter philosophos primas facile tenuerunt, ut nominis sui claritate cæterorum omnium famam obscurarint. Neque vero mirum videri debet, quod Hebræorum sententias investigari a Græcis, et curiosius explorari potuisse dicamus : cum reliquas ipsi doctrinas ex Ægyptiorum, Chaldæorum, aliarumque gentium barbararum spoliis non modo conflaverint, sed etiamnum ambitiosæ omnes æmulationis rei teneantur, dum alterius alter plagiarius esse non veretur. Imo quemlibet passim videas vicinorum suorum verba simul atque sententias, operaque nonnunquam integra suffuratum, non secus iis ac propriis laboribus gloriari. Neque tu meam hanc esse vocem arbitrere : ista rursus audies Sapientiæ corcula, quemadmodum in scribendo hoc sibi mutuo plagii crimen impingant. Atque id sane, quando semel eo incumbere cœpimus, ante omnia pervidere necesse est, ut exploratiores istorum mores habeamus. Et quoniam Clemens ille noster fuse admodum *Stromate* sexto disputationem istam exsequitur ; hæc tu mihi primum ipsius verba perlege

A στήσω. Ὥσπερ οὖν τὴν πλειόνων θεῶν δόξαν, τά τε μυστήρια καὶ τὰς τελετὰς, καὶ προσέτι τὰς ἱστορίας, καὶ τὰς μυθικὰς περὶ θεῶν διηγήσεις, τῶν τε μύθων τὰς ἀλληγορουμένας φυσιολογίας, καὶ τὴν λοιπὴν δεισιδαίμονα πλάνην, παρὰ βαρβάρων εἰλῆφθαι αὐτοῖς, φθάσας ὁ λόγος ἐδήλωσεν· ὁπηνίκα τοὺς παλαιτάτους Ἕλληνας, γῆν πολλὴν πλανηθέντας οὐκ ἀτελαιπώρως μὲν, ἐξ ἐράνου δὲ τῶν παρὰ βαρβάροις μαθημάτων, τὴν οἰκείαν ὑποστήσασθαι θεολογίαν ἐφωράσαμεν. Οὕτως ἄτι τὰ περὶ εὐσεβείας ἑνὸς τοῦ περὶ πάντων Θεοῦ, τά τε περὶ τῶν μάλιστα ζητουμένων εἰς ψυχῆς ὠφέλειαν δογμάτων, ἃ δὴ καὶ συνεκτικώτατα γένοιτ' ἂν τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ λόγων, οὐκ ἄλλοθεν εἶεν ἂν ἢ παρὰ μόνων Ἑβραίων πεπορισμένοι, οὐκ εἰς μακρὰν ἀποδειχθήσεται. Ἢ εἰ μὴ τοῦτο, B συνενεχθῆναι δὲ φαίη τις αὐτοὺς, φυσικαῖς ὑποκινηθέντας ἐννοίαις· καὶ τοῦτο πρὸς ἡμῶν ἂν εἴη, εἰ τὰ μὴ μόνοις Ἑβραίοις ἄνωθεν ἐξ αἰῶνος ὑπὸ θεολόγων προφητῶν ἀνδρῶν παραδεδομένα, ἀλλὰ τὰ καί τισιν, εἰ καὶ μὴ πᾶσιν, αὐτοῖς δέ γε ὧν μέγα κλέος καθ' Ἑλλάδα, καὶ φιλοσόφων διατριβαῖς ἐξητασμένα, ζηλοῦν προειλόμεθα. Τούτους δ' ἂν εὕροις ἀριθμῷ μὲν ὄντας ληπτοὺς (ὅτι καὶ πάντα χαλεπὰ φασιν εἶναι τὰ καλὰ), οὐ μὴν ἀλλὰ πρωτείοις τῶν παρ' Ἕλλησι φιλοσόφων τετιμημένους, ὡς διὰ τὴν πολλὴν εὐδοκίμησιν τῇ δόξῃ τοὺς ὁμοίους καλύπτειν. Οὐ χρὴ δὲ θαυμάζειν, εἰ καὶ τὰ παρ' Ἑβραίοις δόγματα θυνατὸν εἶναί φαμεν ἐσκευωρῆσθαι αὐτοῖς, ὅτε μὴ μόνον τὰ λοιπὰ τῶν μαθημάτων, Αἰγυπτίους καὶ Χαλδαίους, τά τε ἄλλα τῶν βαρβάρων ἐθνῶν, συνίστανται ἀποσυλήσαντες, ἀλλ' εἰσέτι καὶ νῦν ἀλίσκονται C τῆς σφῶν αὐτῶν ἐν συγγράμμασι φιλοτιμίας, ἀποστεροῦντες ἀλλήλους. Τὰς γοῦν τῶν πέλας ὁ καθεὶς (97) αὐτῶν λέξεις ὁμοῦ καὶ διανοίας, καὶ ὅλας λόγων συντάξεις ὑποκλέψας, ὡς ἐπ' οἰκείοις πόνοις ἐσεμνύνατο. Μηδὲ τοῦτον δ' ὑπολάβῃς ἐμὸν εἶναι τὸν λόγον· αὐτῶν γὰρ τῶν πανσόφων ἀκούσῃ πάλιν, τῆς ἐν λόγοις κλοπῆς ἀλλήλους ἀπελεγχόντων. Τοῦτο δέ γε αὐτὸ, ἐπείπερ ἅπαξ ὡρμήθημεν, ἀναγκαῖον πρῶτον ἁπάντων συνιδεῖν, εἰς ἔλεγχον τοῦ τῶν δηλουμένων τρόπου. Ὁ μὲν οὖν ἡμέτερος Κλήμης ἐν ἕκτῳ *Στρωματεῖ* τὴν περὶ τούτου σύστασιν εἰς πλάτος ἀπηύθυνε· τούτου δέ μοι πρώτου λαβὼν ἀνάγνωθι τὰς τοιάσδε φωνάς.

CAPUT II.

Ex Clemente, de Græcorum scriptorum furtis.

« Jam vero, quandoquidem, inquit ille, arcanam illam Græcæ sententiæ vim, ejus quam ex Scripturis hausimus veritatis lumine collustratam

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Κλήμεντος, περὶ τῆς τῶν Ἑλληνικῶν συγγραφέων κλοπῆς.

« Παραστήσαντες (98) δὲ τὴν ἔμφασιν τῆς Ἑλληνικῆς ἐπινοίας (99), ἐκ τῆς διὰ τῶν Γραφῶν εἰς ἡμᾶς δεδομένης ἀληθείας περιαυγασθεῖσαν, καθ' ὃ

(97) *Ὁ καθεὶς.* Omnino reponendum ex manuscr. καθ' εἷς· nam εἷς καθ' εἷς, vel ὁ καθ' εἷς, passim apud recentioris ævi scriptores, maximeque sacris in Litteris, pro ἕκαστος usurpatur, οἱ καθ' ἕνα, οἱ κατὰ μίαν, fere apud veteres.

(98) *Παραστήσαντες δέ*, etc. Leges hunc locum *Strom.* VI non procul ab initio p. 450, licet notetur 446 edit. Græco-L.

(99) *Ἐπινοίας.* Clem. διανοίας.

Digitized by Google

σημαινόμενον (1) διήκειν εἰς αὐτοὺς, τὴν κλοπὴν τῆς ἀληθείας ἐκδεχόμενοι (2), εἰ μὴ ἐπαχθὲς εἰπεῖν, ἀπεδείξαμεν· φέρε, μάρτυρας τῆς κλοπῆς αὐτοὺς καθ' αὑτῶν παραστήσωμεν τοὺς Ἕλληνας. Οἱ γὰρ τὰ οἰκεῖα οὕτως ἀντικρυς παρ' ἀλλήλων ὑφαιρούμενοι βεβαιοῦσι μὲν τὸ κλέπται εἶναι, σφετερίζεσθαι δὲ ὅμως καὶ ἄκοντες τὴν παρ' ἡμῶν ἀλήθειαν εἰς τοὺς ὁμοφύλους λάθρα διαδεικνυνται. Εἰ γὰρ μηδὲ ἑαυτῶν, σχολῇ γ' ἂν τῶν ἡμετέρων ἀφέξονται. Καὶ τὰ μὲν κατὰ φιλοσοφίαν σιωπήσομαι δόγματα, αὐτῶν ὁμολογούντων ἐγγράφως τῶν τὰς αἱρέσεις διανενεμημένων, ὡς μὴ ἀχάριστοι ἐλεγχθεῖεν, παρὰ Σωκράτους εἰληφέναι τὰ κυριώτατα τῶν δογμάτων. Ὀλίγοις δὲ τῶν καθωμιλημένων, καὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν εὐδοκίμων ἀνδρῶν χρησάμενος μαρτυρίοις, τὸ κλεπτικὸν διελέγξας εἶδος αὐτῶν, ἀδιαφόροις τοῖς χρόνοις καταχρώμενος, ἐπὶ τὰ ἑξῆς τρέψομαι. » Ταῦθ' ὡς ἐν προοιμίοις φήσας, τοὺς ἐλέγχους ἑξῆς ἐπάγει, παντοίαις κεχρημένος ἀποδείξεσι, καὶ πρώτους γε τοὺς ποιητὰς τὰ παρὰ τῶν ὁμοίων κεκλοφέναι, διὰ παραθέσεως τῶν ἑκάστου φωνῶν εὐθύνει. Εἶθ' ἑξῆς ἐπιλέγει ταῦτα· « Ὡς μηδὲ ἄμοιρον τὴν τε φιλοσοφίαν, τήν τε ἱστορίαν, ἀλλὰ μηδὲ τὴν ῥητορικὴν τοῦ ὁμοίου ἐλέγχου περιΐδωμεν, καὶ τούτων ὀλίγα παραθέσθαι εὔλογον. » Εἶτ' ἀκολούθως Ὀρφέως, Ἡρακλείτου, Πλάτωνος, Πυθαγόρου, Ἡροδότου, Θεοπόμπου, Θουκυδίδου, Δημοσθένους, Αἰσχίνου, Λυσίου, Ἰσοκράτους, μυρίων ἄλλων παρατίθησιν, ὧν περιττὸν ἐμὲ καταλέγειν τὰς φωνὰς, προκειμένης τῆς τἀνδρὸς γραφῆς, ἐν ᾗ μετὰ τοὺς ἐλέγχους τῶν εἰρημένων ταῦτα πάλιν φησίν· « Αἱ μὲν οὖν ἰδέαι τῆς κατὰ διάνοιαν Ἑλληνικῆς κλοπῆς εἰς ὑπόδειγμα ἐναργὲς τῷ βιορᾷν δυναμένῳ τοιαίδε οὖσαι, ἄλις ἔστωσαν. Ἤδη δὲ οὐ τὰς διανοίας μόνον καὶ τὰς λέξεις ὑφελόμενοι καὶ παραφράσαντες ἐφωράθησαν, ὡς δειχθήσονται (3), αὐτοτελῶς δὲ τὰ ἑτέρων ὑφελόμενοι, ὡς ἴδια ἐξήνεγκαν· καθάπερ Ἐὐγράμμων (4) ὁ Κυρηναῖος ἐκ Μουσαίου *το περὶ Θεσπρωτῶν* βιβλίον ὁλόκληρον. » Αὖθις δὲ τούτοις ἐπαγαγὼν πλείστας ἀποδείξεις τοῦ λόγου, πάλιν τελευτῶν προστίθησι τάδε· « Ἐπιλείψει με ὁ βίος (5), εἰ καθ' ἕκαστον ἐπεξιέναι πειρῴμην, τὴν Ἑλληνικὴν διελέγχων φίλαυτον κλοπὴν, καὶ ὡς σφετερίζονται τὴν εὕρεσιν τῶν παρ' αὐτοῖς καλλίστων δογμάτων, ἣν παρ' ἡμῶν εἰλήφασιν. Ἤδη δὲ οὐ μόνον ὑφαιρούμενοι τὰ δόγματα παρὰ τῶν βαρβάρων διελέγχονται, ἀλλὰ καὶ προσέτι ἀπομιμούμενοι τὰ παρ' ἡμῖν, ἄνωθεν ἐκ τῆς θείας δυνάμεως διὰ τῶν ἁγίως βεβιωκότων εἰς τὴν ἡμετέ-

A protulimus, eoque sensu deinceps ad illos veritatis ejusdem furtum, si ita loqui fas est, pervenisse ostendimus : age Græcos ipsos in sese plagii testes producamus. Nam qui suis in rebus **462** ab aliis alii palam adeo pleraque suffurantur, ii sane cum sese fures esse confirmant, tum etiam vel inviti profectam a nobis veritatem et vindicare sibi, et cum gentilibus suis, obscure licet, communicare noscuntur. Si enim suis minime parcunt, a nostris ægre abstinebunt. Atque ut philosophiæ decreta sileam, cum sese familiarum duces, ne ingrati videlicet habeantur, præcipuarum opinionum capita a Socrate accepisse fateantur : ubi paucis aliquot eorum testimoniis, qui omnium ore celebrantur, summæque sunt apud Græcos ipsos existimationis, nullo temporum discrimine, suum illud ac proprium B furandi genus arguero, tum demum ad ea, quæ ordine consequuntur, meme ipse revocabo. » Hæc ille quasi præfatus, certa deinceps atque omni ex genere furtorum argumenta profert, ducto a poetis initio, quos aliorum poetarum versus atque sententias furatos esse, sua cujusque verba inter sese conferendo, probat. Tum ita prosequitur : « Ne philosophiam, inquit, aut historiam, aut ipsam quoque rhetoricam hac reprehensione carere quis putet, verum utique fuerit, ex iis etiam disciplinis nonnulla proferre. » Hic Orphei, Heracliti, Platonis, Pythagoræ, Herodoti, Theopompi, Thucydidis, Demosthenis, Æschinis, Lysiæ, Isocratis, et infinitorum aliorum loca inter sese committit, quorum C verba subjungere, plane supervacaneum sit, cum ipsorum Clementis scriptorum quivis copiam habeat. Ubi auctoribus illis furti convictis, ista subdit : « Atque hæc furtorum, inquit, si sententiam spectes, apud Græcos varia quasi genera, ei quidem, qui mentis acie solertiaque valeat, evidentis ac manifesti exempli causa satis erunt. Jam vero non solas, ut a nobis ostendetur, sententias vocesque suffurati sunt, aut interpretum more fusius elocuti, sed aliena etiam opera pro suis, quam longa sunt, edidere : ut Eugrammon ille Cyrenæus, qui Musæo detractum volumen *de Thesprotis* integrum nomine vulgavit suo. » Quod ipse posteaquam multis confirmatum ac testatum exemplis reliquit, ad extremum ita concludit : « Vita me deficiat, inquit, si quidquid D illi, dum sese nimium amant, furtive surripuerunt, exponere sigillatim et coarguere voluero : nec non ut pulcherrima quæque dogmata, quæ a nobis primum

(1) *Καθ' ὃ σημαινόμενον.* Græca hic subhorrida sunt, nec tamen opinor, a genio Clementis aliena : vult enim, hoc tantum sensu, quatenus in profanorum cogitationum lucis aliquid ex divinorum Librorum fonte redundavit, ad eosdem furtivam aliquam veritatis particulam pervenisse.

(2) *Ἐκδεχόμενοι.* Hanc vocem junge cum ἀπεδείξαμεν, adverbialiter enim sumi videtur, pro ἐφεξῆς ἐκδεχομένως, aut simil.

(3) *Ὡς δειχθήσονται.* Post hæc verba, sequitur apud Clement. : ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰ φώρια ἀντικρὺς ὁλόκληρα ἔχοντες διελεχθήσονται· αὐτοτελῶς γὰρ τὰ ἑτέρ. etc.

(4) *Εὐγράμμων.* Clementi εὐγάμων dicitur, itemque apud Eusebium nostrum in *Chronico*, ubi eum sub Olympiade LIII constituit. Nam Gregorius Gyrald *Dialogo de poet.* 3, Clementem Eusebiumque laudans, antiquam forte Eusebiani *Chronici* editionem secutus, Eugamnum, corrupto, ut videtur, nomine appellavit. Non ergo fugit hic scriptor hominis oculatissimi diligentiam, ut putavit Scaliger. Is porro non tantum *Thesprotia* scripsit, sed etiam *Telegoniam*, ut habetur in eod. *Chronico*, sicut Homerus *Ulyssean*, *Æneidem* Virgilius, alii alia : nisi pro *Telegoniam*, malis *Theogoniam*, quod in antiqua editione fuerat.

(5) *Ἐπιλείψει με ὁ βίος.* Exstant sequentia apud Clement. eod. lib. VI, pag. 253.

Digitized by Google

constituta sumpserunt, pro suis postea venditarint. A
463 Nunc vero non satis ipsi barbarorum sententias palam suffurari habuerunt; sed etiam res æmulati nostras, quæ nostri erudiendi causa viri sanctissimi, supra communem hominum opinionem, divina vi tanto ante perfecerant, ea Græcarum fabularum monstris induerunt. Enimvero, quæremus ex iis, verane sint an falsa quæ narrant. Falsa utique nunquam esse dixerint; nec enim sententia sua tantæ se illi stultitiæ damnaverint, ut abs se falsa scribi fateantur. Vera igitur illa esse defendent. Cur ergo, quæ a Moyse prophetisque cæteris edita miracula sunt, fidem illis adhuc omnem superare videantur? Nam præpotens ille Deus, pro ea qua homines universos cura benevolentiaque complectitur, jussis alios, alios commiinationibus, B
prodigiis etiam monstrisque nonnullos, quosdam vero blandis promissionibus ad cogitationem salutis adducit. Græci enimvero, cum diuturniore quondam æstu Græcia passim exhausta squaleret, et longa frugum omnium inedia premeretur, qui superstites adhuc erant, famis, inquiunt, depellendæ causa, Delphos supplices adiere. His, quemadmodum tanto malo defungerentur, consulentibus, viam hanc unam Pythia levandæ calamitatis aperuit, si Æaci precibus uterentur. Quibus ille obsecundans, aliquem in Græciæ montem conscendit ibique puris in cœlum manibus sublatis, communem Deum, uti eum perditæ Græciæ commiseratio caperet, obsecravit. Precibus ille dum instaret, ingens illico C
tonitru exaudiri, nubibus circum undique obduci cœlum, immensa continuaque vis imbrium vasto impetu regionem universam inundare. Inde beata messis exsistens, Æaci culta sataque precibus, ad lætam maturitatem perducitur. « Nimirum, inquit Scriptura, invocavit Samuel Dominum, deditque Dominus voces et pluviam in die messis [91]. » Vides unum esse Deum, qui per subjectas virtutes « pluit, super justos et injustos? » Et quæ sequuntur. Infinita quippe subjungit Clemens, quibus tanquam certissimis probationibus Græcorum furta manifeste coarguit. Qui si tibi forte suspectus erit, quod perinde ac nos barbarorum philosophiam Græcæ prætulerit ipse quoque omittatur ille quidem, tametsi non suis, sed Græcorum ipsorum vocibus hanc disputationem instruxerit. Quid respondebis porro, si affinia prorsus ac gemina ex suis illis præstantibus egregiisque philosophis audieris. Agesis ergo, et illorum etiam accipe testimonia.

ραν ἐπιστροφὴν παραδόξως ἐνεργούμενα, Ἑλληνικῇ μυθολογίᾳ (6) τερατευόμενοι. Καὶ δὴ, πευσόμεθα γὰρ αὐτῶν, ἤτοι ἀληθῆ ταῦτά ἐστιν, ἃ ἱστοροῦσιν, ἢ ψευδῆ. Ψευδῆ μὲν οὐκ ἂν φήσαιεν· οὐ γὰρ ἂν κατεψηφίσαιντο ἑαυτῶν ἐκόντες τὴν μεγίστην εὐήθειαν, τὰ ψευδῆ συγγράφειν· ἀληθῆ δ' εἶναι ἐξ ἀνάγκης ὁμολογήσαιεν. Καὶ πῶς ἔτι ἄπιστα, αὐτοῖς καταφαίνεται τὰ διὰ Μωσέως, καὶ τῶν ἄλλων προφητῶν τεραστίως ἐπιδεδειγμένα; Πάντων γὰρ ἀνθρώπων ὁ παντοκράτωρ κηδόμενος Θεὸς, τοὺς μὲν ἐντολαῖς, τοὺς δ' ἀπειλαῖς, ἔστι δ' οὓς σημείοις τεραστίοις, ἐνίους δὲ ἡπίοις ἐπαγγελίαις ἐπιστρέφει πρὸς σωτηρίαν. Πλὴν ἀλλ' οἱ Ἕλληνες, αὐχμοῦ ποτε τὴν Ἑλλάδα πολυχρονίως φθείροντος, καὶ ἐπεχούσης ἀγονίας καρπῶν, οἱ καταλειφθέντες, φασὶ, διὰ λιμὸν ἱκέται παραγενόμενοι εἰς Δελφοὺς, ἤροντο τὴν Πυθίαν, πῶς ἂν ἀπαλλαγεῖεν τοῦ δεινοῦ. Μίαν δ' αὐτοῖς ἔχρησεν ἀπαλλαγὴν τῆς συμφορᾶς, εἰ χρήσαιντο τῇ Αἰακοῦ εὐχῇ. Πεισθεὶς οὖν αὐτοῖς Αἰακὸς, ἀνελθὼν ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ Ἑλληνικὸν, τὰς καθαρὰς χεῖρας ἐκτείνας εἰς οὐρανὸν, κοινὸν ἐπικαλέσας πατέρα τὸν Θεὸν, ἠξίωσε οἰκτεῖραι αὐτὸν τετρυχωμένην τὴν Ἑλλάδα. Ἅμα δὲ εὐχομένου, βροντὴ ἐξαίσιος ὑπεκτύπει, καὶ πᾶς ὁ περὶς ἀὴρ ἐνεφοῦτο· λάβροι δὲ καὶ συνεχεῖς ὄμβροι, καταβαγέντες, ὅλην ἐπλήρωσαν τὴν χώραν. Ἐντεῦθεν ἄφθονος καὶ πλουσία τελεσφορεῖται εὐκαρπία ταῖς Αἰακοῦ γεωργηθεῖσα εὐχαῖς. « Καὶ ἐπεκαλέσατο, » φησὶ, « Σαμουὴλ τὸν Κύριον, καὶ ἔδωκε Κύριος φωνὰς, καὶ ὑετὸν ἐν ἡμέρᾳ θερισμοῦ. » Ὁρᾷς, ὅτι ὁ « βρέχων ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους διὰ τῶν ὑποτεταγμένων δυνάμεων; » Καὶ τὰ ἑξῆς. Τούτοις μυρία συνάψας ὁ Κλήμης, κλέπτας γεγονέναι τοὺς Ἕλληνας ἀναμφιλέκτοις ἐλέγχοις κατεφώρασεν. Εἰ δέ σοι μὴ πιστὸς οὗτος, ἅτε τῆς Ἑλληνικῆς καὶ αὐτὸς τὴν βάρβαρον ὁμοίως ἡμῖν προτετιμηκὼς φιλοσοφίαν· καὶ δὴ ἐάσθω, καίπερ οὐκ οἰκείαις φωναῖς, ταῖς δ' αὐτῶν Ἑλλήνων ἀπευθύνας τὸν λόγον. Τί δ' ἂν εἴποις, εἰ τὰ ὅμοια καὶ παρ' αὐτῶν μάθοις τῶν γενναίων σου φιλοσόφων; Δέχου δῆτα καὶ τούτων τὰς μαρτυρίας.

464 CAPUT III.

Græcos fures esse, ex Porphyrii primo, De erudito auditu.

« Athenis, inquit, ad celebrandam Platonis memoriam convivio nos Longinus exceperat, interque complures alios, Nicagoram sophistam, Mæoram, Apollonium grammaticum, Demetrium geometram, Prosenem Peripateticum et Calietem Stoicum invitarat. Quibuscum septimus ipse accumbebat: qui fervente jam convivio, motaque inter alios de ephoro quæstione, Audiamus, inquit, de Ephoro quid turbarum excitetur. Contendebant Caystrius et

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Πορφυρίου, περὶ τοῦ κλέπτας εἶναι τοὺς Ἕλληνας, ἀπὸ τοῦ α' τῆς Φιλολογίας ἀκροάσεως.

« Τὰ Πλατώνεια ἐστιῶν ἡμᾶς Λογγῖνος Ἀθήνῃσι, κέκληκεν ἄλλους τε πολλοὺς, καὶ Νικαγόραν τὸν σοφιστὴν, καὶ Μαιόραν, Ἀπολλώνιόν τε τὸν γραμματικὸν, καὶ Δημήτριον τὸν γεωμέτρην, Προσήνην τε τὸν Περιπατητικὸν, καὶ τὸν Στωϊκὸν Καλιέτην. Μεθ' ὧν ἕβδομος αὐτὸς κατακλιθείς, τοῦ δείπνου προκόπτοντος, καί τινος ζητήσεως περὶ Ἐφόρου ἐν τοῖς ἄλλοις γενομένης, Ἀκούσωμεν, ἔφη, τίς ὁ περὶ Ἐφόρου θόρυβος. Ἦσαν δ' οἱ ζητοῦντες Καϋστριός τε καὶ

[91] I Reg. XII, 18.

(6) *Ἑλληνικῇ μυθολογίᾳ.* Melius, ut existimo, quam ap. Clem. Ἑλληνικὴν μυθολογίαν.

Digitized by Google

Μάξιμος· ὁ μὲν γὰρ αὐτὸν καὶ Θεοπόμπου προὐτίθει· A
ὃ δὲ Καϋστριος κλέπτην ἀπεκάλει. Καὶ τί γὰρ Ἐφόρου ἴδιον, ἔφη, ἐκ τῶν Δαϊμάχου, καὶ Καλλισθένους, καὶ Ἀναξιμένους αὐταῖς λέξεσιν, ἔστιν ὅτε, τρισχιλίους ὅλους μετατιθέντος στίχους; Πρὸς ὃν ὁ γραμματικὸς Ἀπολλώνιος ἔφη· Οὐ γὰρ ἔγνως, ὅτι καὶ τὸν Θεόπομπον, ὃν σὺ προτιμᾷς, κατέλληφε τοῦτὸ τὸ πάθος, ἐν μὲν τῇ ἑνδεκάτῃ τῶν *περὶ Φιλίππου*, ἐκ τοῦ Ἰσοκράτους Ἀρεοπαγητικοῦ μεταγράψαντα αὐτοῖς ὀνόμασιν ἐκεῖνα, ὅτι τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν κακῶν οὐδὲν αὐτὸ καθ' αὐτὸ παραγίνεται τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τὰ ἑξῆς. Καίτοι ὑπερφρονεῖ τὸν Ἰσοκράτην, καὶ νενικῆσθαι ὑφ' ἑαυτοῦ λέγει, κατὰ τὸν ἐπὶ Μαυσωλῷ ἀγῶνα, τὸν διδάσκαλον. Πραγμάτων δ' ὑφαίρεσιν πεποίηται, μεταθεὶς τὰ ἐπ' ἄλλων ἄλλοις, ἵνα καὶ ψεύστης ἀλῷ τοῦτον τὸν τρόπον. Ἄνδρωνος γὰρ ἐν τῷ B
Τρίποδι περὶ Πυθαγόρου τοῦ φιλοσόφου τὰ περὶ τὰς προρρήσεις (7) ἱστορηκότος, εἰπόντος τε, ὡς διψήσας ποτὲ ἐν Μεταποντίῳ, καὶ ἐκ τινος φρέατος ἀντλήσας, καὶ πιὼν, προεῖπεν, ὡς εἰς τρίτην ἡμέραν ἔσοιτο σεισμός. Καὶ ἕτερά τινα τούτοις ἐπαγαγὼν, ἐπιλέγει· Ταῦτ' οὖν τοῦ Ἄνδρωνος περὶ Πυθαγόρου ἱστορηκότος, πάντα ὑφεῖλετο Θεόπομπος· εἰ μὲν περὶ Πυθαγόρου λέγων, τάχα ἂν καὶ ἕτεροι ἠπίσταντο περὶ αὐτοῦ, καὶ ἔλεγον· Ταῦτα καὶ αὐτὸς ἂν εἶπον (8)· νῦν δὲ τὴν κλοπὴν δῆλην πεποίηκεν ἡ τοῦ ὀνόματος μετάθεσις. Τοῖς μὲν γὰρ πράγμασι κέχρηται τοῖς αὐτοῖς, ἕτερον δ' ὄνομα μετενήνοχε. Φερεκύδην γὰρ τὸν Σύριον πεποίηκε ταῦτα προλέγοντα. Οὐ μόνον δὲ τούτῳ τῷ ὀνόματι ἀποκρύπτει τὴν κλοπὴν, ἀλλὰ καὶ τόπων μεταθέσει· τό τε γὰρ περὶ τῆς προρρήσεως τοῦ σεισμοῦ ἐν Μεταποντίῳ ὑπ' Ἄνδρωνος ῥηθὲν, ἐν Συρίᾳ εἰρῆσθαί φησιν ὁ Θεόπομπος· τό τε περὶ τὸ πλοῖον οὐκ ἀπὸ Μεγάρων τῆς Σικελίας, ἀπὸ δὲ Σάμου φησὶ θεωρηθῆναι· καὶ τὴν Συβάρεως ἅπλωσιν (9) ἐπὶ τὴν Μεσσήνης μετέθεικεν. Ἵνα δέ τι δοκῇ λέγειν περιττὸν, καὶ τοῦ ξένου *πρυτέθεικε* τοὔνομα, Περίλαον αὐτὸν καλεῖσθαι λέγων. Κἀγὼ, φησὶν ὁ Νικαγόρας, τοῖς *Ἑλληνικοῖς* ἐντυγχάνων αὐτοῦ τε καὶ τοῦ Ξενοφῶντος, πολλὰ τοῦ Ξενοφῶντος αὐτὸν μετατιθέντα κατείληφα, καὶ τὸ δεινὸν, ὅτι ἐπὶ τὸ χεῖρον. Τὰ γοῦν περὶ τῆς Φαρναβάζου πρὸς Ἀγησίλαον συνόδου, δι' Ἀπολλοφάνους τοῦ Κυζικηνοῦ, καὶ τὰς ἀμφοῖν πρὸς ἀλλήλους ἐνσπόνδους διαλέξεις, ἃς ἐν τῇ τετάρτῃ Ξενοφῶν ἀνέγραψε πάνυ χαριέντως καὶ πρεπόντως ἀμφοῖν, D
εἰς τὴν ἑνδεκάτην τῶν *Ἑλληνικῶν* μεταθεὶς ὁ Θεόπομπος, ἀργά τε καὶ ἀκίνητα πεποίηκε καὶ ἄπρακτα. Λόγου γὰρ δύναμιν, καὶ διὰ τὴν κλοπὴν ἐξεργασίαν ἐμβάλλειν, καὶ ἐπιδείκνυσθαι σπουδάζων βραδὺς καὶ μέλλων, καὶ ἀναβαλλομένῳ ἐοικὼς φαίνεται, καὶ τὸ ἔμψυχον καὶ ἐνεργὸν τὸ Ξενοφῶντος διαφθείρων.

Maximus. Ephorum quippe ipsi quoque Theopompo Maximus anteponebat, eumdem Caystrius plagiarium vocabat. Quid enim, inquiebat, Ephori singulare ac proprium est, qui ex Daimachi, Callisthenis, et Anaximenis operibus tria nonnunquam ipsa versuum millia totidem verbis in sua transtulerit? Cui Appollonius grammaticus, Enimvero nescis, inquit, Theopompum illum, quem ei præferre gestis, eodem quoque morbo laborare, qui libro *De Philippi rebus* undecimo, ex Isocratis Aeropagitica locum illum ad verbum transcripserit. Boni malique nihil per sese hominibus evenire, et quæ sequuntur. Isocratem interea despicit, eoque certamine, quod in Mausoli honorem institutum est, victum abs sese magistrum gloriatur. Quinetiam res ipsas ille subtraxit, quæ aliorum propriæ sunt, aliis tribuendo, ut hoc etiam modo mendacii teneatur. Cum enim Andro in Tripode res a Pythagora philosopho prædictas collegisset, interque cætera commemorasset, eum aliquando Metaponti sitientem, cum haustam ex quodam puteo aquam bibisset, terræmotum ante diem tertium futurum prædixisse. Hic nonnullis interjectis ita prosequitur: Illam igitur Andronis de Pythagora historiam Theopompus integram furatus est. Qui si eam de Pythagora commemoraret, alii, quibus ea forte nota jam esset, eamdem etiam ab Androne narratam esse dicerent. Nunc vero furtum ipse suum nominis mutatione patefecit. 465 Rem enim eamdem scribens, nomen supposuit alienum. Id videlicet a Pherecyde quodam Syro prædictum fuisse tradit. Imo non hujus tantum nominis integumento, verum etiam locorum mutatione suum ipse plagium occultare conatur. Quam enim de illo terræ motu prædictionem Metaponti factam esse Andro commemorat, eam in Syria contigisse Theopompus habet. Navigium item illud, non ab Megara urbe Siciliæ, sed ab Samo visum fuisse. Postremo Sybaris expugnationem ad Messanæ cladem transtulit. Quanquam ut eximium aliud dicere videatur, hospitis quoque nomen adjunxit, Perilaum ipsum nuncupari scribens. Ego vero, excepit Nicagoras, in eorum, quæ cum ipse, tum Xenophon de rebus Græcorum memoriæ prodidit lectione versans, eum etiam e Xenophonte permulta suam in historiam traduxisse deprehendi; quodque gravius esse, deteriora fecisse. Nam illum sane Pharnabazi cum Agesilao congressum, qui Apollophane Cyziceno sequestre habitus est, ac mutuum utriusque in sanciendo fœdere colloquium, quod libro quarto Xenophon eleganter admodum, et pro amborum

(7) *Προρρήσεις*. Sane Laertius dictum Pythagoram fuisse tradit, παρὰ τὸ ὡς Πύθιον ἀγορεύειν, quasi non minor ejus, quam Pythii Apollinis oraculis fides haberetur. Hinc et magiæ suspectus esse cœpit. Adi, si placet, Cœlium Rhodigin. lib. x, cap. 7.

(8) *Ταῦτα καὶ αὐτὸς ἂν εἶπον*. Malim ταυτὰ καὶ αὐτὸς εἶπεν, ut αὐτός ad Andronem referatur. At in versionem, pro Androne, Theopompus irrepsit.

(9) *Συβάρεως ἅπλωσιν*. Lege Strabonem lib. VI, et Diodor. Sicul. lib. XII. Trecenta Sybaritarum millibus, a centum Crotoniatarum millibus, duce Milone athleta fortissimo, partim cæsa, partim profligata sunt. Urbs ipsa mox æquata solo: post annos LVIII a Thessalis instaurata: iterumque lustro vix exacto, novis incolis ab antiquis victoribus ejectis semidiruta. Thurium ejus in locum successit.

Digitized by Google

dignitate conscripsit, in *Græcarum historiarum* undecimum transtulit Theopompus : verum ita quidem, ut omnia sine vi, sine motu, habere prorsus ac jacere videantur. Dum enim is, ut plagium dissimulet, dicendi facultatem ostentare gestit, et elaboratæ dictionis cultum assuere, tardus, cunctabundus, ac procrastinanti similis videtur, adeoque vivam illam ac spirantem Xenophontis efficacitatem edidit. Quibus a Nicagora dictis, Quorsum vero miremur, inquit Apollonius, Ephorum ac Theopompum hoc plagii vitio laborasse, inertes plane ac somnolentos homines, cum ipsum quoque Menandrum lues ista pervaserit? Quem Aristophanes grammaticus, quod eum nimium amaret, in excerptis illis, quibus ipsum cum aliis, unde furatus est, componit, non nisi leviter blandeque perstringit. At vero Latinus sex omnino libris, quos *De scriptis haud Menandri propriis* edidit, furtorum ejus multitudinem patefecit : quemadmodum Philostratus Alexandrinus *De Sophoclis poetæ furtis* justum confecit opus. Imo Cæcilius, quasi magnum aliquid deprehenderit, fabulam Antiphanis, quam *Augurem* inscripserat, a Menandro totam a capite ad calcem in *Superstitiosum* suum transcriptam esse testatur. Et quoniam, inquit, vobis, nescio quo pacto, fures semel prodere visum est, **466** boni etiam Hyperidis nomen ecce defero ; is enim cum *Adversus Diondam*, tum in ea, quam *De Eubuli donationibus* reliquit, ex Demosthene multa quoque furatus est. Enimvero alterutrum sane alterius plagiarium fuisse constat ; sed tamen quod æquales ambo fuerint, vestrum erit, Apolloni, temporis ipsius vestigiis furem indagare. Equidem Hyperidem suspicor : verumtamen, quandiu non certo liquet, Demosthenem utique, si mutuatus ab altero est, vehementer admiror, qui tam apposite ejus orationem corrigere potuerit : Hyperidem contra, si Demosthenis plagiarius est, permoleste fero, qui tam male vim ejus dictionis infregerit. Ac paucis interjectis, Quid attinet, inquit, hoc loco dicere, aut Hellanici *De moribus barbarorum* opus, ex Herodoti Damasique scriptis esse conflatum? aut Herodotum in secundo, ex *Historica* Hecatæi Milesii *narratione* quam plurima verbis totidem exscripsisse? pauca quædam leviter ementitum, cujusmodi sunt, quæ de Phœnice ave, deque fluviatili equo, et crocodilorum venatione commemorat : aut quæ de quæstionibus in ea *de Cylonis hæreditate* disputat Isæus, eadem apud Isocratem in *Trapezitica* reperiri? Imo Demosthenem etiam, in ea, quam *adversus Onetorem unde vi* habuit oratione, eadem prope sententia disserere? aut Dinarchum in primam *adversus Cleomedontem* plagarum abs se postulatum, multa ex Demosthenis *in Conomem* similis injuriæ reum oratione verbis ipsissimis transtulisse? aut illam Hesiodi sententiam,

Haud uxore bona quidquam felicius ulli,
Tetrius haud quidquam prava contingere possit;

A Ταῦτ' εἰπόντος τοῦ Νικαγόρου, ὁ Ἀπολλώνιος, Καὶ τί θαυμάζομεν, ἔφη, εἰ Θεοπόμπου καὶ Ἐφόρου τὸ τῆς κλοπῆς πάθος ἥψατο, ἀργοτέρων ὄντως ἀνδρῶν; Ὅπου γε καὶ Μένανδρος τὸ τῆς ἀῤῥωστίας ταύτης ἐπλήσθη (10), ὃν ἠρέμα μὲν ἤλεγξε, διὰ τὸ ἄγαν αὐτὸν φιλεῖν, Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς, ἐν ταῖς παραλλήλοις αὐτοῦ τε καὶ ἀφ' ὧν ἔκλεψεν ἐκλογαῖς· Λατῖνος δὲ ἓξ βιβλίοις, ἃ ἐπέγραψε *Περὶ τῶν οὐκ ἰδίων Μενάνδρου*, τὸ πλῆθος αὐτοῦ τῶν κλοπῶν ἐξέφηνε· καθάπερ ὁ Ἀλεξανδρεὺς Φιλόστρατος *Περὶ τῆς τοῦ Σοφοκλέους κλοπῆς* πραγματείαν κατεβάλετο. Κηκίλιος δὲ, ὡς τι μέγα πεφωρακὼς, ὅλον δρᾶμα ἐξ ἀρχῆς εἰς τέλος Ἀντιφάνους, τὸν *Οἰωνιστὴν*, μεταγράψαι φησὶ τὸν Μένανδρον εἰς τὸν *Δεισιδαίμονα*. Ἐπεὶ δὲ τοὺς κλέπτας ἔδοξεν, οὐκ οἶδ' ὅπως

B ὑμῖν, φησὶν, εἰς τὸ μέσον ἀγαγεῖν, μηνύω καὐτὸς Ὑπερίδην τὸν καλὸν, πολλὰ παρὰ Δημοσθένους κεκλοφότα, ἔν τε τῷ *πρὸς Διώνδαν* λόγῳ, κἀν τῷ *περὶ τῶν Εὐβούλου δωρεῶν*. Καὶ ὅτι μὲν ὁ ἕτερος παρὰ τοῦ ἑτέρου μετέθηκε, πρόδηλον· συγχρονούντων δ' αὐτῶν, ἡμῶν μὲν ἂν εἴη ἔργον, φησὶν, ὦ Ἀπολλώνιε, ἐκ τῶν χρόνων ἀνιχνεῦσαι τὸν κλέπτην. Ἐγὼ δὲ ὑποπτεύω μὲν τὸν ὑφηγημένον εἶναι τὸν Ὑπερίδην· ἀδήλου δὲ ὄντος ὁπότερος, ἄγαμαι μὲν Δημοσθένην, εἰ λαβὼν παρὰ Ὑπερίδου, πρὸς δέον διώρθωσε· μέμφομαι δὲ τὸν Ὑπερίδην, εἰ, λαβὼν παρὰ Δημοσθένους, πρὸς τὸ χεῖρον διέστρεψε. Καὶ μετὰ βραχέα φησί· Καὶ τί ὑμῖν λέγω, ὡς τὰ *Βαρβαρικὰ νόμιμα* Ἑλλανίκου ἐκ τῶν Ἡροδότου καὶ Δαμάσου συνῆκται ; ἢ ὡς

C Ἡρόδοτος ἐν τῇ δευτέρᾳ πολλὰ Ἑκαταίου τοῦ Μιλησίου (11) κατὰ λέξιν μετήνεγκεν ἐκ τῆς *Περιηγήσεως*, βραχέα παραποιήσας, τὰ τοῦ φοίνικος ὀρνέου, καὶ περὶ τοῦ ποταμίου ἵππου, καὶ τῆς θήρας τῶν κροκοδείλων ; ἢ ὡς τὰ περὶ βασάνων εἰρημένα παρ' Ἰσαίῳ ἐν τῷ *Περὶ τοῦ Κύλωνος κλήρου*, καὶ παρὰ Ἰσοκράτει ἐν τῷ *Τραπεζιτικῷ* κεῖται, καὶ παρὰ Δημοσθένει ἐν τῷ *Κατὰ Ὀνήτορος ἐξούλης*, σχεδὸν διὰ τῶν αὐτῶν εἴρηται ; ἢ ὡς Δείναρχος ἐν τῷ πρώτῳ *Κατὰ Κλεομέδοντος αἰκίας* πολλὰ μετενήνοχεν αὐτοῖς ὀνόμασιν, ἐκ τοῦ Δημοσθένους *Μετὰ Κόνωνος αἰκίας* ; ἢ ὡς Ἡσιόδου·

D *Οὐ μὲν γάρ τι (12) γυναικὸς ἀνὴρ ἀμείνων ἄλλος*
Τῆς ἀγαθῆς· τῆς δ' αὖτε κακῆς οὐ ῥίγιον ἄλλο.

(10) *Ἐπλήσθη*. Mont. ἐπλήχθη. Melius. Sed forte ὁ præcedens, in τῷ mutandum est.

(11) *Ἑκαταίου τοῦ Μιλησίου*. Scriptoris olim clarissimi, quo tempore Darius Hystaspis filius, Persis imperabat. Herodotus lib. v, p. 543, auctor est, ei rebellioni, qua Milesii a Persis, Aristagora duce defecerunt, unum obstitisse. Ejusdem Strabo pluribus in locis perhonorifice meminit. Mitto Suidam et al.

(12) *Οὐ μὲν γάρ τι*. De muliebri nequitia Clemens Alexandr. *Strom.* vi, pag. 446, ex Orpheo, ὡς οὐ κύντερον ἦν, καὶ ῥίγιον ἄλλο γυναικός. Cui Homer. accinens *Odyss.* Λ, ὡς οὐκ ἀνώτερον [*f.* οὐ κακώτερον EDIT.] καὶ κύντερον ἄλλο γυναικός.

Digitized by Google

ταύτην διάνοιαν Σιμωνίδης ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ μετενήνεγκε λαβὼν οὕτως·

A ab Simonide libro undecimo hunc in modum usurpatam,

Γυναικὸς οὐδὲν χρῆμ' ἀνὴρ ληΐζεται
Ἄμεινον ἐσθλῆς, οὐδὲ ῥίγιον κακῆς.

Uxore melius nil bona quidquam viro,
Mala evenire tetrius possit nihil.

Εὐριπίδης δὲ ἐν τῇ *Μελανίππῃ δεσμώτιδι*·

Quem eumdem in sensum Euripides in *Melanippe captiva*,

Τῆς μὲν κακῆς κάκιον οὐδὲν γίνεται
Γυναικός· ἐσθλῆς δ' οὐδὲν εἰς ὑπερβολὴν
Πέφυκ' ἄμεινον· διαφέρουσι δ' αἱ φύσεις.

Mala inveniri femina pejus queat
Nihil, bonaque melius optari nihil,
At iste varium sexus ingenium capit.

Τοῦ δὲ Εὐριπίδου εἰπόντος·

Ejusdem Euripidis illud est,

Γυναῖκές ἐσμεν ἀθλιώτατον φυτόν,

Nos heu! mulieres germen infelix sumus.

Θεοδέκτης ἐν *Ἀλκμαίωνί* φησι·

Quod Theodectes in *Alcmæone* sic expressit,

Σαφὴς μὲν ἐν βροτοῖσιν ὑμνεῖται λόγος,
Ὡς οὐδὲν ἐστιν ἀθλιώτερον φυτόν
Γυναικός.

Hoc jure passim nemo non hominum canit,
Haud esse germen femina infelicius.

Οὗτος οὐ μόνον τὴν ἐπιβολὴν ἐκεῖθεν εἴληφεν, ἀλλὰ καὶ ταῖς λέξεσιν αὐταῖς συγκέχρηται, καὶ ἠθέλησεν αὐτὸ πανούργως παροιμιακὸν μᾶλλον εἶναι, καὶ ὡς ὑπὸ πολλῶν λεγομένῳ συγκεχρῆσθαι, ἢ δοκεῖν εἰληφέναι παρὰ τοῦ γεγεννηκότος. Ὁ δ' Ἀντίμαχος, τὰ Ὁμήρου κλέπτων, παραδιορθοῖ. Ὁμήρου γὰρ εἰπόντος·

467 Qui quidem sententiæ hujus ansam non ex B illo tantum Euripidis versu arripuit, sed illam iisdem quoque verbis extulit, nisi quod versute quidem et callide, proverbii genus id facere, eoque tanquam vulgi ore jam trito abuti maluit, quam ab ejus auctore mutuatus videri. Antimachus vero in quibus Homeri plagiarius est, in iis correctorem agit, nam illum Homeri versum,

Ἰδεώ θ' ὃς κάρτιστος ἐπιχθονίων γένετ' ἀνδρῶν·

Ἰδεώ θ' ὃς κάρτιστος ἐπιχθονίων γένετ' ἀνδρῶν·
Atque Idæ, reliquos homines qui robore vicit,

Ἀντίμαχος λέγει·

vocis unius mutatione sic usurpat Antimachus,

Ἰδεώ (13) *θ' ὃς κάρτιστος ἐπιχθονίων ἦν ἀνδρῶν.*

Καὶ Λυκόφρων ἐπαινεῖ τὴν μετάθεσιν, ὡς δι' αὐτῆς ἐστηριγμένου τοῦ στίχου. Τὸ γάρ,

Quam ejus emendationem Lycophron approbat, quod ea versum fulcire videatur. Nam alterum quidem illum,

Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη κρείων Διομήδης, C

Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη κρείων Διομήδης,
His contra princeps Diomedes vocibus infit,

σιγῶ, Ὁμήρου κωμῳδηθέντος ὑπὸ Κρατίνου διὰ τὸ πλεονάσαι ἐν τῷ, *τὸν δ' ἀπαμειβόμενος*· ὅπερ οὕτω πεπατημένον οὐκ ὤκνησεν Ἀντίμαχος μεταθεῖναι. Τοῦ δέ·

facile prætereo, cum eo nomine Homerus Cratini comœdia traducatur, quod suum illud, *τὸν δ' ἀπαμειβόμενος*, ad satietatem inculcet. Quod usque adeo contritum licet, suis tamen inserere non erubuit Antimachus. Præterea Homericum illud est:

Λαῶν (14) *οἶσιν ἄνασσε, πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν,*

E populis, patrio quos blandus amore regebat;

Ὁμηρικοῦ ὄντος· καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ που λεγομένου·

itemque alterum hoc,

Οἱ δ' ἐπεὶ (15) *ἀμφοτέρωθεν ἐκαρτύναντο φάλαγγας,*

At postquam hinc atque hinc densam instruxere phalangem,

ὁ Ἀντίμαχος μεταθεὶς ἡμιστίχια, πεποίηκε·

Quo ex utroque sumptis hemistichiis Antimachus versum hunc conflavit:

Λαῶν οἶσιν ἄνασσον ἐκαρτύναντο φάλαγγας. D

E regni populis densam instruxere phalangem.

Ἀλλ' ἵνα μὴ καὶ αὐτὸς, κλοπῆς ἄλλους αἰτιώμενος, κλέπτης ἁλῶ, τοὺς πραγματευσαμένους τὰ περὶ τούτων μηνύσω. Λυσιμάχου μὲν ἔστι δύο, *Περὶ τῆς Ἐφόρου κλοπῆς*· Ἀλκαῖος δὲ ὁ τῶν λοιδόρων ἰάμβων καὶ ἐπιγραμμάτων ποιητὴς, παρῴδησε τὰς Ἐφόρου κλοπὰς ἐξελέγχων. Πολίωνος δὲ *Ἐπιστολὴ πρὸς Σωτηρίνδαν Περὶ τῆς Κτησίου κλοπῆς*· τοῦ δ' αὐτοῦ καὶ *Περὶ τῆς Ἡροδότου κλοπῆς* ἐστι βιβλίον· καὶ ἐν ἐπιγραφομένῳ *Ἰχνευταὶ* πολλὰ περὶ Θεοπόμπου λέγεται. Ἀρητάδου τέ ἐστι *Περὶ συνεμπτώσεως πραγματεία*, ἐξ ἧς τοιαῦτα πολλὰ ἔστι γνῶναι. Καὶ μεθ'

At enimvero, ne dum furti alios insimulo, furti crimen subeam ipse quoque, quinam furta ista patefecerint indicabo. Lysimachi exstant *De furtis Ephori* libri duo. Eadem Alcæus contumeliosorum iamborum epigrammatumque scriptor, faceto carminis genere coarguit. Polionis *Ad Soterindam epistolam de Ctesiæ*, itemque librum *De Herodoti furtis* habemus. In eo similiter, cui titulus est, *Indagatores*, de Theopompo multa leguntur. Exstat etiam Aretadis *De fortuita convenientia* opus aliquod, unde hujusmodi pleraque haurire liceat. Rursum-

(13) *Ἰδεω. Iliados* Γ', 554.
(14) *Λαῶν. Odyss.* Β', 254.
(15) *Οἱ δ' ἐπεὶ.* Passim, ut *Iliad.* Π', 563.

Digitized by Google

que post alia quædam : Plagiarios, inquit Prosenes, alios prodidistis. At Platonem illum divinum, cujus e nomine festum **468** hunc diem celebramus, eorum scriptis, qui ante se vixerunt, permultis abuti (furem enim talem virum appellare non audeo,) vestrum adhuc nemo deprehendit. Quid tu ais? inquit Callictes. Ille autem : Enimvero non tantum aio, sed etiam verbis reipsa fidem adjungo. Libri quidem eorum, qui ætate Platonem antecesserint, exstant sane perpauci, quorum si copia foret, plura fortassis hujus philosophi furta deprehensa forent. Casu vero mihi occurrere nonnulla. Cum enim Protagoræ librum *De ente* perlegerem, his illum ego rationibus, eos, qui ens duntaxat unum esse volunt, refellere comperi : hoc enim egi, ut quæ ab illo hanc in rem disputantur, ad verbum ediscerem. » Hæc ipse præfatus, multis deinceps dicti sui veritatem demonstrat. Sedenim, cujusmodi Græcorum scriptorum ratio sit, utque ne mutuis quidem aliorum alii reprehensionibus pepercerint, vel ex istis, quæ de infinitis pauca collegi, satis constare existimo. Jam vero, ut via summæ illi utilitati magis magisque sternatur, quæ in Græcos Hebræorum ex litteris redundavit, facturum me necessarium operæ pretium putavi, si omnem illam, quæ tantopere jactatur, doctrinam philosophiamque Græcorum, necnon eorum primarias quasque disciplinas, momentaque artis disserendi graviora, passim eos corrogasse a barbaris universe ostendero : ne quis ipsorum amplius probro nobis vertere audeat, quod haustam a barbaris religionem atque philosophiam augustis illis eorum mysteriis potiorem habuerimus.

A ἕτερα, καὶ ὁ Προσήνης· Τοὺς μὲν ἄλλους, ἔφη, κλέπτας ἐφωράσατε· ὅτι δὲ καὶ αὐτὸς οὗτος ὁ ἱερὸς Πλάτων, οὗ τὴν ἐπώνυμον ἑορτὴν σήμερον πανηγυρίζομεν, πολλοῖς καταχρῆται τῶν πρὸ αὐτοῦ, (αἰδοῦμαι γὰρ τῷ τῆς κλοπῆς ὀνόματι ἐπὶ τούτου χρῆσθαι·) οὐκέτι κατειλήφατε. Τί λέγεις; ἔφη ὁ Καλλιέτης. Οὐ λέγω μόνον, φησίν, ἀλλὰ καὶ τὴν πίστιν τῷ λόγῳ παρέχω. Σπάνια δὲ τὰ τῶν πρὸ τοῦ Πλάτωνος γεγονότων βιβλία· ἐπεὶ ἴσως πλείους ἂν τις ἐφώρασε τοῦ φιλοσόφου κλοπάς. Ἐγὼ δ' οὖν τισι κατὰ τύχην ἐμπέπτωκα. Πρωταγόρου γὰρ τὸν *Περὶ τοῦ ὄντος* ἀναγινώσκων λόγον, πρὸς τοὺς ἓν τὸ ὂν εἰσάγοντας τοιαύταις αὐτὸν εὑρίσκω χρώμενον ἀπαντήσεσιν· ἐσπούδασα γὰρ αὐταῖς λέξεσι τὰ ῥηθέντα μνημονεύειν. » Καὶ ταῦτ' εἰπὼν, διὰ πλειόνων τίθησι τὰς ἀποδείξεις. Ἀλλ' ὁποῖος μὲν τῶν Ἑλληνικῶν συγγραφέων ὁ τρόπος, ὅτι τε οὐδὲ τοῦ καθ' ἑαυτὸν ἐφείσαντο ἐλέγχου, ἀρκεῖν ἀπὸ μυρίων ἡγοῦμαι τὰ εἰρημένα. Ἔτι δὲ εἰς προπαρασκευὴν τῆς ἀπὸ τῶν Ἑβραϊκῶν λόγων ἐπιῤῥυείσης εἰς Ἕλληνας ὠφελείας εὖ μοι δοκεῖ καὶ ἀναγκαίως καθόλου πᾶσαν ἀποδεῖξαι τὴν βουμένην Ἑλλήνων παιδείαν τε καὶ φιλοσοφίαν, τά τε πρῶτα αὐτῶν μαθήματα, καὶ τὰ σεμνὰ τῆς λογικῆς ἐπιστήμης, ἀπὸ βαρβάρων αὐτοῖς συμπεφορημένα, ὡς ἂν μηκέθ' ἡμῖν ἐπιμέμφοιτό τις αὐτῶν, ὅτι δὴ τὴν παρὰ τοῖς βαρβάροις εὐσέβειάν τε καὶ φιλοσοφίαν τῶν παρ' αὐτοῖς σεμνῶν προτετιμήκαμεν.

B

C

CAPUT IV.

Quod non sine causa Hebræorum theologiam Græcorum philosophiæ prætulerimus.

Quod non sine maturo sanoque consilio, posthabita Græcorum philosophia, Hebræorum theologiam complexi fuerimus, vel ex eo satis intelligas, quod e Græcis ne illi quidem ipsi, qui omnium optime philosophiam tractaverunt, et vulgari de diis contritoque sermone amplius aliquid majusque cogitarunt, alia veritati consentanea reperire dogmata potuerint, quam quæ apud Hebræos tanto ante sancita et constituta fuissent. Nam cum alii temere æstu quodam falsarum ac multiplicium opinionum abrepti, tandem in altum ineptæ loquacitatis gurgitem effusi sunt; tum illi sane, paulo sinceriore usi judicio, quibus **469** de rebus veram animo notionem informarunt, in iis quidem nonnullum se Hebraicæ doctrinæ gustum habuisse declarant. Et vero consentaneum utique est, ut qui rerum sibi multarum cognitionem compararunt, moresque populorum atque disciplinas curiosius explorarunt, ii nec illorum, de quibus loquimur,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Ὅτι μὴ ἀλόγως τὴν παρ' Ἑβραίοις θεολογίαν τῆς Ἑλλήνων φιλοσοφίας προτετιμήκαμεν.

Ὅτι μὴ ἄνευ λόγου σώφρονος, ξεύτερα θέμενοι τὰ τῆς Ἑλλήνων φιλοσοφίας, τὴν παρ' Ἑβραίοις θεολογίαν προτετιμήκαμεν, γνοίης ἄν, μαθὼν, ὡς καὶ αὐτῶν Ἑλλήνων οἱ δὴ μάλιστα ὀρθότερον φιλοσοφίας ἁψάμενοι, καί τι πλέον καὶ μεῖζον τῆς πανδήμου περὶ θεῶν ἀκοῆς διανοηθέντες, οὐδ' ἕτερα τῶν παρὰ τοῖς Ἑβραίοις προκεκυρωμένων ἐφεῦρον ἀληθῆ δόγματα. Οἱ μὲν γὰρ ἄλλην ἄλλως (16) ποικίλαις ψευδοδοξίαις ἀπαχθέντες, εἰς βυθὸν ἀδολεσχίας περιετράπησαν· οἱ δέ γε ποσῶς ἀγνώμονι (17) λογισμῷ κεχρημένοι, ἐν οἷς τῆς τἀληθοῦς ἐφήψαντο καταλήψεως, ἐν τούτοις τῆς Ἑβραίων κοινωνοὶ πεφήνασι διδασκαλίας. Εἰκὸς οὖν πολυμαθεῖς γεγονότας, τά τε τῶν ἐθνῶν νόμιμά τε καὶ μαθήματα περιεργότερον ἐξητακότας, καὶ τὴν τῶν δηλουμένων μὴ ἀγνοῆσαι φιλοσοφίαν, νεωτέρους μὲν τῷ χρόνῳ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἁπάντων οὐχ Ἑβραίων μόνον (18), οὐδέ γε Φοινίκων καὶ Αἰγυπτίων, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τῶν παλαιῶν Ἑλλήνων φύντας. Οἷς τὰ μὲν ἐκ Φοινίκης Κάδμος ὁ Ἀγή-

D

(16) *Ἄλλην ἄλλως.* Malim ἀλληνάλλως, unica voce, id est ὡς ἔτυχεν, ut explicat Suidas.

(17) *Ἀγνώμονι.* Sensus exigit εὐγνώμονι. Quanquam legi etiam possit γνώμονι. Vulgus enim, ἀληνάλλως, temere ferebatur; philosophi judicio, et ratiocinatione, tanquam regula quadam ac perpendiculo utebantur.

(18) *Ἑβραίων μόνον*, etc. Diogenes Laertius, in proœmio, Τὸ τῆς φιλοσοφίας ἔργον ἔνιοί φασιν ἀπὸ βαρβάρων ἄρξαι· γεγενῆσθαι γὰρ παρὰ μὲν Πέρσαις Μάγους, παρὰ δὲ Βαβυλωνίοις ἢ Ἀσσυρίοις Χαλδαίους, καὶ Γυμνοσοφιστὰς παρὰ Ἰνδοῖς· παρά τε Κελτοῖς καὶ Γαλάταις τοὺς καλουμένους Δρυΐδας καὶ Σεμνοθέους, etc.

Digitized by Google

νεφος, τὰ δ' ἐξ Αἰγύπτου (19) περὶ θεῶν, ἢ καὶ ποθεν ἄλλοθεν, μυστήρια καὶ τελετὰς, ξοάνων τε ἱδρύσεις, καὶ ὕμνους, ᾠδάς τε καὶ ἐπῳδὰς, ἤτοι ὁ Θρᾴκιος Ὀρφεὺς, ἢ καί τις ἕτερος Ἕλλην, ἢ βάρβαρος, τῆς πλάνης ἀρχηγοὶ γενόμενοι, συνεστήσαντο· τούτων γὰρ οὐδένας καὶ αὐτοὶ ἂν ὁμολογήσαιεν Ἕλληνες παλαιοτέρους εἰδέναι. Πρῶτον γοῦν ἁπάντων Ὀρφέα, εἶτα δὲ Λίνον, κἄπειτα Μουσαῖον, ἀμφὶ τὰ Τρωϊκὰ γενομένους, ἢ μικρῷ πρόσθεν ἠκμακέναι φασίν. Ἀλλὰ κατά γε τούτους πλέον οὐδὲν τῆς Φοινίκων καὶ Αἰγυπτίων πολυπλανοῦς θεολογίας παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἐπολιτεύετο. Καὶ δὴ καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι, κατὰ πάσας χώρας τε καὶ πόλεις, ἔν τε ἱεροῖς καὶ μυστηρίοις, αὐτὰ δὴ ταῦτα, καὶ ὅσα τούτοις ὅμοια, παρεφυλάττετο. Πολὺς γοῦν παρὰ τοῖς πᾶσιν ὁ περὶ θεῶν προδηλωθεὶς ἐκράτει λόγος· νεώς (20) τε περικαλλεῖς, παντοίοις ἀγάλμασι καὶ ἀναθήμασι κεκοσμημένους παρὰ τοῖς πᾶσιν ἐξήσκηντο· ἀτὰρ δὴ καὶ ξόανα παντοίας ὕλης εἰς πᾶσαν θνητῶν ζώων ἰδέαν τετυπωμένα φιλοκάλως ἐξείργαστο. Καὶ μὴν καὶ μαντείων πλείστη τις ἦν καὶ ἄφθονος παρὰ πᾶσι περιουσία. Σεμνός γε μήν τις καὶ μέγας θεὸς παρὰ τοῖς Ἕλλησι διαφερόντως, τὸ τηνικάδε μάλιστα ἦν ἀκμάζων, ὁ Πύθιος, καὶ ὁ Κλάριος, καὶ ὁ Δωδωναῖος (21)· εἶτα Ἀμφιάρεως καὶ Ἀμφίλοχος, καὶ ἐπὶ τούτοις μυρίος ἄλλος ἐπιῤῥέων χρησμῳδῶν μᾶλλον, ἢ ποιητῶν τε καὶ ῥαψῳδῶν ὄχλος. Ὧν μακροῖς πρόθ' ὕστερον χρόνοις εἰς Ἕλληνας παρελθοῦσα φιλοσοφία, μηδὲν τῶν αὐτῇ προσηκόντων παρὰ τοῖς προπάτορσιν εὑροῦσα, τὰ μὲν σεμνὰ καὶ παλαιὰ τῆς πατρικῆς αὐτῶν θεολογίας, αὐτά τε τὰ θαυμαστὰ καὶ παρὰ πᾶσι βοώμενα, θεῖά τε καὶ χρηστήρια ἔργῳ περιττὰ καὶ ἀνωφελῆ κατελάβετο. Διὸ ταῦτα μὲν εἰς δεύτερον ἀνεβάλλετο, ὡς ἂν οὐδὲν αὐτῇ πρὸς τὴν τῶν ἀναγκαίων καὶ ἀληθῶν εὕρεσιν λυσιτελοῦντα· τὰ δὲ ὀθνεῖα λοιπὸν καὶ βάρβαρα, οἷά τις γυμνὴ, καὶ οἰκείων πτωχεύουσα λόγων τε καὶ μαθημάτων, περιῄει διερευνωμένη, τά τε χρήσιμα πανταχόθεν ἑαυτῇ πορίζουσα, συνάγουσά τε, καὶ ἐρανιζομένη, ὅτί ποτε παρ' ἑκάστοις εὕροι τῶν ἐθνῶν. Οὐ γὰρ σὺν μόνα τὰ τῆς ἀληθοῦς θεολογίας λείποντα κατεμάνθανε τοῖς Ἕλλησιν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν τε καὶ ἐπιστημῶν τὰς βιωφελεστάτας. Συνομολογοῦσί γέ τοι Ἕλληνες αὐτοὶ, μετά γε Ὀρφέα, Λίνόν τε καὶ Μουσαῖον, οἳ δὴ μάλιστα θεολόγων παλαιότατοί τε καὶ πρῶτοι κατῆρξαν αὐτοῖς τῆς πολυθέου πλάνης, τοὺς ἑπτὰ παρ' αὐτοῖς ἄνδρας ἐπὶ φιλοσοφίᾳ θαυμασθῆναι, οὓς δὴ καὶ ἐπονομάσαι Σοφούς. Ἀμφὶ Κῦρον δὲ οἶδε τὸν Περσῶν ἥκμασαν βασιλέα. Οὗτος δ' ἦν ὁ χρόνος ἐν ᾧ τῶν παρ' Ἑβραίοις προφητῶν οἱ πάντων ὕστατοι προσῆτευον, τῶν μὲν Τρωϊκῶν ὕστερον ἔτεσι πλέον ἢ ἑξακοσίοις, τῆς δὲ Μωϋσέως ἡλικίας, οὐκ ἔλαττον ἢ χιλίοις καὶ πεντακοσίοις γενόμενοι. Τοῦτο δέ σοι τὰς τῶν χρόνων ἀνα-

philosophiæ genus ignorarint: cum omnibus, ut ita dicam, non Hebræis modo, vel Phœnicibus, et Ægyptiis, sed etiam Græcis illis antiquioribus tempore juniores exstiterint. Siquidem illis partim ex Phœnice Cadmus Agenoris filius, partim ex Ægypto, vel undeunde, sua illa deorum mysteria, sacrorumque ritus, signorum collocationes, hymnos, odas, epodasque, seu Thracius Orpheus, seu quivis alii vel Græci vel barbari, erroris duces ac principes fabricarunt: nec enim vetustiores alios sese vel ipsi quoque Græci nosse fateantur. Ac primum quidem Orpheum, Linum inde, tum Musæum, circa Trojana tempora, vel paulo ante floruisse volunt. Atqui nihil sane tum, præter Phœnicum atque Ægyptiorum scatentem erroribus theologiam, Græcorum respublica noverat. Quam eamdem in omnibus sacrorum mysteriorumque rationem gentes etiam reliquæ in suis quæque regionibus urbibusque retinebant. Quippe illa jam tum apud omnes, de qua superius locuti sumus, de diis opinio passim obtinebat: templa ubique magnifica, omnique signorum ac donariorum genere ad eximiam speciem ornabantur: simulacra cum ex omni materia, tum in quamlibet mortalium animantium formam eleganti artificio fingebantur. Plurima quoque apud omnes oraculorum erat maximaque copia: quique magnus apud Græcos potissimum habitus est augustusque deus, eodem maxime florebat tempore, Pythius, inquam, ille, Clarius, atque Dodonæus: quem Amphiaraus deinde, Amphilochus, et infinita deinceps alia vatum potius quam poetarum aut rhapsodorum multitudo consecuta est. At vero philosophia eum nonnisi multis post eos sæculis venisset in Græciam, nec quidquam rerum suarum apud eorum majores inveniret, quidquid insuper in patriæ theologiæ mysteriis præclari olim sanctique habebatur, necnon illa, quæ omnium ore jactabantur, egregia divinaque oracula, 470 et plena vanitatis, et ab omni utilitate vacua reipsa deprehendit. Ergo iis secundum in locum rejectis, quod nihil sibi ad rerum necessariarum ac verarum investigationem commoditatis afferre possent, errare deinceps vagarique, et quando nuda per sese erat, ac propriarum facultatum inops, peregrina saltem barbaraque rimari, quæque sibi usui esse possent colligere undique, et quidquid apud quoslibet populos reperiret, sedulo corrogare. Nec enim veram duntaxat theologiam, sed alias etiam artes atque doctrinas humanæ vitæ perutiles, Græcis hominibus deesse cognovit. Et vero Græci fatentur ipsi, nonnisi post Orpheum, Linum ac Musæum, qui videlicet theologorum omnium antiquissimi, ac principes, falsæ hujus de multitudine deorum opinionis, priori, ἐκράτει λόγος, et sequenti, ξόανα ἐξείργαστο, conveniret.

(19) Post *τὰ δ' ἐξ Αἰγύπτου* clarius et distinctius legeretur, ἢ καί ποθεν ἄλλοθεν, περὶ θεῶν μυστήρια, etc., tametsi Græcorum, etiam disertissimorum intricata sæpe ac trajecta oratio est.

(20) *Νεώς*. Quid si νεφ, et lin. sequente, κεκοσμημένοι, pro κεκοσμημένους? Hæc sane lectio cum

(21) *Δωδωναῖος*. Præstiterit Διδυμαῖος, ut jam sub operis hujus initium me admonuisse memini. Sunt enim hæc Apollinis cognomenta.

Digitized by Google

fundamenta jecerunt, viros illos omnino septem philosophiæ in Græcia laude claruisse, quos ipsi quoque Sapientes nominarint. Atqui Cyro Persis imperante floruerunt omnes : quo tempore prophetarum apud Hebræos omnium novissimi exstitere, annis post Trojana quidem tempora amplius sexcentis; post Moysem vero non paucioribus mille ac quingentis, ut facile tibi paulo post ex temporum ratione serieque constabit. Cæterum eo circiter ævo, cum recentiores isti septem Sapientes emersissent, humanioris quidem et castigatioris disciplinæ magistri fuisse perhibentur, sed tamen præter celebres quasdam eruditasque sententias, nihil admodum reliquerunt. At longe serius philosophorum in Græcia vigere nomen ac prædicari cœpit. Horum princeps ille Pythagoras, Pherecydis ante discipulus, a quo philosophiæ nomen inventum est, Samius, ut nonnulli volunt, vel, ut aliis placet, Tuscus erat. Nec desunt qui Syrum eum aut Tyrium fuisse dicant. Utut sit, illum et philosophorum principem, et Græcorum omnium ore celebratum, non Græcum tamen, sed barbarum esse fatendum est. Quinetiam ipsum quoque Pherecydem, cui Pythagoram operam dedisse ferunt, Syrum fuisse memorant. Quanquam non eo tantum doctore Pythagoram usum esse tradunt, sed etiam cum magis apud Persas, cum prophetis apud Ægyptios consuetudinem habuisse; quo quidem tempore partim in Ægyptum, partim Babylonem Hebræos migrasse liquet. **471** Ita noster hic philosophus, quid apud quosque præclarum et eruditum esset, diligenter explorans, Babylonem, Ægyptum Persidemque peragravit, magorum ac sacerdotum disciplinis imbutus. Idem præterea Brachmanas (Indorum philosophi illi sunt) audiisse fertur. Is ergo cum ab aliis astrologiam, geometriam ab aliis, ab aliis arithmeticam et musicam, aliaque ab aliis didicisset, a solis Græcis auferre nihil potuit ; tanta illi tum penuria sapientiæ, ac rerum omnium ignorantia laborabant. Contra peregrinis ipse artibus doctrinisque cumulatus, eruditionis omnis in Græcia fontem aperuit. Ac Pythagoras quidem ejusmodi fuit. Ab eo deinceps primum philosophiæ genus propagatum est, quod ab Italia, ubi plurimum viguerat, Italicum appellarunt. Tum alterum illud secutum est, quod Thales e septem Sapientibus unus instituit, quodque dixerunt Ionicum. Huic successit Eleaticum, quod Xenophanem Colophonium parentem sibi vindicat. Porro Thales ipse quoque, vel Phœnix, ut nonnulli scribunt, vel ut alii, Milesius fuit : idemque cum Ægyptiis etiam prophetis commercium habuisse fertur. Jam Solonem, unum item e septem illis Sapientibus, quemque Atheniensibus leges tulisse fama communis est, Ægyptiis, quo tempore Hebræi rursus Ægyptum incolebant, similiter inhæsisse testis est Plato. Eum quidem in *Timæo*, quasi a barbaro quodam eruditur, inducit, ubi Ægyptius inter cætera : « O Solon, inquit, Solon, pueri semper

γραφὰς μικρὸν ὕστερον διιόντι καταφανὲς ἔσται. Ἐνταῦθά που νέοι τῷ χρόνῳ ἑπτὰ γενόμενοι Σοφοί, ἐπὶ κατορθώσει μνημονεύονται ἀγωγῆς τῆς ἠθικωτέρας, ὧν πλέον οὐδὲν τῶν βοωμένων ἀποφθεγμάτων μνημονεύεται. Ὀψὲ δέ τι, καὶ μᾶλλον τοῖς χρόνοις ὑποδεδηκότες, οἱ παρ' Ἕλλησι φιλόσοφοι διαπρέψαι μνημονεύονται. Ὧν Πυθαγόρας πρῶτος Φερεκύδου γνώριμος, τὸ φιλοσοφίαν ἀνευρὼν ὄνομα, ὡς μέν τινες, Σάμιος, ὡς δ' ἕτεροί φασι, Τυρρηνὸς ἦν. Τινὲς δ' αὐτὸν Σύριον ἢ Τύριον εἶναι λέγουσιν· ὥστε οὐ βάρβαρον, ἀλλ' οὐχ Ἕλληνα γεγονέναι ὁμολογεῖν τὸν πρῶτον τῶν φιλοσόφων, ἀνὰ στόμα πάντων Ἑλλήνων ᾄδόμενον. Καὶ τὸν Φερεκύδην δὲ Σύριον ἀναγράφουσιν, ᾧ μαθητεῦσαι τὸν Πυθαγόραν φασίν. Οὐ μόνον δὲ τούτῳ συγγενέσθαι ὁ Πυθαγόρας λέγεται, διατρῖψαι δὲ καὶ παρὰ τοῖς Περσῶν μάγοις, καὶ τοῖς Αἰγυπτίων δὲ προφήταις μαθητεῦσαι, καθ' ὃν χρόνον Ἑβραίων οἱ μὲν ἐπ' Αἰγύπτου, οἱ δ' ἐπὶ Βαβυλῶνος φαίνονται τὴν μετοικίαν πεποιημένοι. Ἀλλὰ γὰρ ὁ δηλούμενος, τὰ παρ' ἑκάστοις σοφὰ πολυπραγμονῶν, ἐπῆλθε Βαβυλῶνα καὶ Αἴγυπτον, καὶ Περσίδα, τοῖς τε μάγοις καὶ τοῖς ἱερεῦσι μαθητευόμενος. Ἀκηκοέναι τε πρὸς τούτοις Βραχμάνων ἱστόρηται· (Ἰνδῶν δέ εἰσιν οὗτοι φιλόσοφοι·) καὶ παρ' ὧν μὲν ἀστρολογίαν, παρ' ὧν δὲ γεωμετρίαν, ἀριθμητικήν τε παρ' ἄλλων καὶ μουσικήν, καὶ ἄλλα παρ' ἄλλων συλλεξάμενος, μόνον παρὰ τῶν σοφῶν Ἑλλήνων ἔσχεν οὐδὲν πενίᾳ σοφίας καὶ ἀπορίᾳ συνοικούντων. Ἐμπαλιν δ' οὖν τῶν ἔξωθεν αὐτῷ πεπορισμένων, αἴτιος αὐτὸς τῆς μαθήσεως κατέστη τοῖς Ἕλλησιν. Ὁ μὲν οὖν Πυθαγόρας, τοιοῦτος. Πρώτη δ' ἐκ τῆς τούτου διαδοχῆς ἡ κληθεῖσα Ἰταλικὴ συνέστη φιλοσοφία, τῆς ἐπωνυμίας ἐκ τῆς κατὰ τὴν Ἰταλίαν διατριβῆς ἀξωθεῖσα· μεθ' ἣν ἡ ἀπὸ Θαλοῦ τοῦ τῶν ἑπτὰ Σοφῶν ἑνός, Ἰωνικὴ προσαγορευθεῖσα· κἄπειτα ἡ Ἐλεατική, Ξενοφάνην τὸν Κολοφώνιον πατέρα ἐπιγραφομένη. Ἀλλὰ καὶ ὁ Θαλῆς, ὥς τινες ἱστοροῦσι, Φοίνιξ ἦν· ὡς δέ τινες ὑπειλήφασι, Μιλήσιος. Αἰγυπτίων δὲ καὶ οὗτος λέγεται τοῖς προφήταις συμβεβληκέναι. Σόλωνα δὲ καὶ αὐτὸν τῶν ἑπτὰ Σοφῶν, ὃν δὴ καὶ λόγος Ἀθηναίοις νομοθετῆσαι, Αἰγυπτίοις ὁμοίως φησὶν ὁ Πλάτων προσεσχηκέναι, ὁπηνίκα πάλιν ᾤκουν Ἑβραῖοι τὴν Αἴγυπτον. Εἰσάγει δ' οὖν αὐτὸν ἐν *Τιμαίῳ* πρὸς τοῦ βαρβάρου παιδευόμενον, ἐν οἷς φησιν ὁ Αἰγύπτιος πρὸς αὐτόν· « Ὦ Σόλων, Σόλων, Ἕλληνες ἀεὶ παῖδές ἐστε, γέρων δὲ Ἑλλήνων οὐδείς, οὐδὲ ἔστι παρ' ὑμῖν χρόνῳ πολιὸν μάθημα. » Καὶ οὗτος δὲ ὁ Πλάτων, τοῖς ἐν Ἰταλίᾳ Πυθαγορείοις σχολάσας, οὐ μόνῃ τῇ παρὰ τούτοις ἠρκέσθη διατριβῇ. Λέγεται δὲ ἀφῖχθαι εἰς Αἴγυπτον, καὶ τῇ τούτων φιλοσοφίᾳ πλεῖστον ἀναθεῖναι χρόνον. Τοῦτό τοι καὶ αὐτὸς τοῖς βαρβάροις πολλαχοῦ τῶν ἰδίων λόγων μαρτυρεῖ, εὖ μοι δοκεῖ ποιῶν, καὶ τὰ κάλλιστα ἐμπορευθῆναι εἰς φιλοσοφίαν παρὰ τῶν βαρβάρων εὐγνωμόνως οὐκ ἀπαρνούμενος. Ἀκοῦσαι δ' οὖν αὐτοῦ πολλαχοῦ μὲν πάρεστιν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν *Ἐπιμενίδῃ*, Σύρων ὁμοῦ καὶ Αἰγυπτίων ὧδέ πῃ μνημονεύοντος· « Τούτου δὲ αἴτιος ὁ πρῶτος ταῦτα κατιδὼν, βάρβαρος ὤν. Παλαιὸς γὰρ δὴ τόπος ἔτρεφε τοὺς πρώτους ταῦτα ἐν

νοήσαντας διὰ τὸ κάλλος τῆς θερινῆς ὥρας, ἣν Αἴγυπτός τε Συρία θ' ἱκανῶς κέκτηται. Ὅθεν καὶ πανταχόσε, καὶ δεῦρο, ἐξηκριβασμένα χρόνῳ μυριετεῖ τε καὶ ἀπείρῳ. » Καὶ ὑποβὰς ἑξῆς ἐπιλέγει· « Λάβωμεν δὴ ὡς ὅ τί περ ἂν Ἕλληνες βαρβάρων πάρα λάβωσι, κάλλιον τοῦτο εἰς τέλος ἀπεργάζονται. » Ταῦτα ὁ Πλάτων. Καὶ Δημόκριτος δὲ ἔτι πρότερον, τοὺς Βαβυλωνίων λόγους ἠθικοὺς πεποιῆσθαι λέγεται. Καί που σεμνυνόμενος περὶ ἑαυτοῦ φησιν· « Ἐγὼ δὲ τῶν κατ' ἐμαυτὸν ἀνθρώπων πλείστην γῆν ἐπλανησάμην, ἱστορέων τὰ μήκιστα, καὶ ἀέρας τε καὶ γαίας πλείστας εἶδον, καὶ λογίων ἀνδρῶν πλείστων ἐπήκουσα, καὶ γραμμέων συνθέσεως μετ' ἀποδείξεως, οὐδείς κάμὲ παρήλλαξεν, οὔτε Αἰγυπτίων οἱ καλούμενοι Ἀρσεπεδονάπται (22-23), οἷς ἐπὶ πᾶσιν ἐπ' ἔτεα ἑπτακόσια ἐπὶ ξένης ἐγενήθην. » Ἐπῆλθε γὰρ καὶ οὗτος Βαβυλῶνά τε καὶ τὴν Περσίδα, καὶ Αἴγυπτον, τοῖς τε Αἰγυπτίοις καὶ τοῖς ἱερεῦσι μαθητεύων. Τί δὲ εἴ σοι καταλέγοιμι Ἡράκλειτον καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλλήνων, δι' ὧν ἀπελέγχεται ἡ παρ' Ἕλλησι πολιτεία τὸν μακρὸν αἰῶνα πτωχεύουσα, καὶ γυμνὴ παντὸς μαθήματος ἀπολειφθεῖσα; Ἱεροῖς μὲν οὖν θεῶν, ἀγάλμασί τε καὶ ἀφιδρύσεσι, μαντείαις τε καὶ χρησμοῖς, καὶ τῷ πολλῷ τύφῳ τῶν λαοπλάνων δαιμόνων ἐκαλλωπίζετο, σοφίας δὲ ἀληθοῦς καὶ μαθήματος βιωφελοῦς εἰς τὸ παντελὲς ἐχήρευεν. Οὐδέ τι πρὸς ἀγαθῶν λόγων εὕρεσιν αὐτοῖς τὰ ἄχρηστα χρηστήρια συνεβάλλετο· ἀλλ' οὐδ' αὐτὸς ὁ θαυμαστὸς Πύθιος εἰς φιλοσοφίαν αὐτοὺς τὸ παράπαν ὠφέλει, οὐδέ τις ἄλλος θεῶν αὐτοῖς εἰς ἀναγκαίου τινὸς ἐπιτήδευσιν συνήργει· ἀλώμενοι δὲ ὧδε κἀκεῖσε, καὶ τὸν βίον ἅπαντα περιτρέχοντες, ἀλλοτρίοις πτίλοις σφᾶς αὐτοὺς ἐφαίδρυνον, κατὰ τὸν μῦθον· ὥστε αὐτοῖς ἤδη τὴν πᾶσαν φιλοσοφίαν ἐξ ἑράνου συστῆναι. Ἄλλα γὰρ παρ' ἄλλων ἀποματτόμενοι μαθήματα, γεωμετρίαν μὲν παρ' Αἰγυπτίων ἔσχον, ἀστρολογίαν δὲ παρὰ Χαλδαίων, καὶ αὖ πάλιν ἕτερα παρ' ἑτέρων· οὐδὲν δὲ παρά τισιν ἄλλοις, οἷόν τινες αὐτῶν τὸ παρ' Ἑβραίων ἀγαθὸν εὕροντο. Τοῦτο δὲ ἦν ἡ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ γνῶσις, καὶ ἡ τῶν οἰκείων θεῶν κατάγνωσις, ἣν μικρὸν μὲν ὅσον ὁ λόγος προϊὼν ἐπιδείξει. Τοσοῦτον δὲ ἐπὶ τοῦ παρόντος τοὺς ἐντυγχάνοντας ἐπισημαίνεται, ὡς οὐ μόνης ἐστέρηντο τῆς ἀληθοῦς θεολογίας οἱ παλαιοὶ τῶν Ἑλλήνων, ἀλλὰ καὶ τῶν φιλοσοφίᾳ λυσιτελούντων μαθημάτων, καὶ οὐδὲ τούτων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν κοινῶν καὶ πολιτικῶν ἐπιτηδευμάτων. Ἡγοῦμαι δέ μοι τήνδε συμβαλεῖσθαι τὴν σημείωσιν εἰς ἀπόδειξιν τοῦ προκειμένου σκοποῦ· εἰ δὴ πρόκειται τὸν ἀπολογισμὸν ὑποσχεῖν, τοῦ μὴ ἀλόγως ἡμᾶς τὴν παρ' Ἑβραίοις θεολογίαν, καὶ τὴν, ὡς δὴ αὐτοὶ φαῖεν, βάρβαρον τῆς Ἑλληνικῆς προτετιμηκέναι φιλοσοφίας. Εἰ γοῦν ὀφθείεν αὐτοὶ πολὺ πρότερον τὰ πάντα παρὰ βαρβάρων ἐσκευωρημένοι, μηδὲν δὲ μηδ' ὅλως παρὰ τῶν οἰκείων θεῶν εἰς φιλο-

A Græci estis, neque senex e vobis quisquam, neque canum apud vos ullum disciplinæ genus. » Quin idem ipse Plato, non contentus ea, quæ sibi cum Pythagoreis in Italia fuerat, consuetudine, in Ægyptum navigasse, ac perdiu in eorum philosophiam incubuisse dicitur. Atque hoc ipse testimonio pluribus operum suorum locis barbaros cohonestat; quo in genere laudabilis, meo quidem judicio, est, dum egregia animi æquitate, pulcherrimis sese ac præstantissimis philosophiæ opibus a barbaris instructum esse confitetur. Sane vero illum audias cum alibi passim, tum etiam in *Epimenide*, hoc fere modo de Syris Ægyptiisque loquentem: «Atque hujus rei auctor, inquit, barbarus is fuit, qui princeps ista perviderat. Hos enim aluit pervetusta B regio, qui propter æstivæ tempestatis amœnitatem, quæ maxime in **472** Ægypto ac Syria est, eorum primi vim atque rationem animo informare potuerunt: unde etiam illa deinceps infinito jam explorata tempore, ac maturitatem assecuta suam, cum ad gentes alias, tum ad nos etiam pervenerunt. »Tum paulo post ita colligit:« Ergo secure concludamus, quæcunque Græci a Barbaris acceperint, ea tandem ipsos facere meliora.» Sic Plato. Quin etiam ante Platonem, Democritum ferunt, Babyloniorum de moribus disputationes edidisse, adeoque hunc in modum ipse alicubi gloriatur: «Plus, inquit, ego terrarum obii, quam ullus æqualium; disjunctissima quæque lustravi, cœli solique genera cognovi quamplurima, eruditos C homines permultos audivi, nec in ducendis committendisque lineis, vel eorum, qui apud Ægytios Arsepedonaptæ nominantur, quisquam me demonstrationum certitudine superabat, quibus in omnibus ad annos octoginta, peregrinus hospesque versatus sum. » Enimvero Babylonem iste quoque, Persidem, Ægyptumque peragravit, Ægyptiisque ac sacerdotibus operam dedit. Quid si Heraclitum cæterosque Græcos tibi commemorem, ex quibus manifeste quivis intelligat, Grærorum rempublicam summa penuria diutissime laborasse, atque omnibus disciplinis vacuam nudamque perstitisse? Sacris videlicet numinum simulacris passim erigendis, vaticinationibus et oraculis, atque ambi- D tiosa illa fallacium ac fraudulentorum dæmonum specie gloriabatur; veræ sapientiæ, omnisque omnino doctrinæ, unde fructus in vitam aliquis redundet, præsidiis carebat. Nec vero quidquam iis ad bene prudenterque sentiendum inanes oraculorum voces conducebant: imo ne egregius quidem ille Pythius, ad philosophiæ, aut alius e diis quisquam, eos ad ullius rei necessariæ parandam copiam juvabat. Sed vario huc atque illuc errore jactati, ac toto vitæ suæ tempore discursantes, ex

(22-23) *Ἀρσεπεδονάπται.* Arsepedonaptæ qui proprie fuerint, adhuc quærò. Alter manuscr. legit Ἀρσεπεδονάπται, sed in edit. nostra magis acquiesco. Vox, opinor, Græca est, non Ægyptiaca, et fortassis, ex tribus, ἄρσις, πέδον, et ἅπτω composita: erant enim isti mathematicorum filii περὶ τῶν γραμμῶν συνθέσεις occupati ut ait ipse Democritus.

Digitized by Google

alienis sibi plumis, ut est in fabula, cultum atque ornatum quærebant: adeo quidem, ut ex precaria stipe sua jam illis philosophia constet universa. Nam aliunde alia disciplinarum genera exprimentes, geometriam ab Ægyptiis, a Chaldæis astrologiam, ab aliis alia habuerunt. Nec tamen usquam gentium, ei bono simile quidquam repererunt, cujus apud Hebræos ipsorum nonnullis facta copia est. Summi rerum omnium moderatoris Dei cognitionem, suorumque numinum rejectionem intelligo, quam utramque paulo post susceptæ disputationis progressus ostendet. **473** Nunc enim tantum id agimus, nostri ut lectores intelligant, Græcos illos veteres non vera modo theologia, sed etiam doctrinarum, quibus philosophiæ studia promoveri possunt, adeoque illarum ipsarum, quibus reipublicæ status informatur, cognitione caruisse. Cujus ego rei probationem, ad illud, quod efficiendum mihi deinceps ac demonstrandum proposui, lucis plurimum allaturum esse confido: siquidem ea defensionis nostræ suscepta ratio est, uti non inconsulto ac temere, Hebræorum, hoc est, ut ipsi quidem interpretantur, barbarorum hominum, philosophiam Græcæ a nobis antepositam fuisse ostendamus. Nam si Græcos ipsos, clam licet, omnia tamen a barbaris tanto ante corrogasse, nec solum abs Diis suis nihil ad consequendam philosophiam opis accepisse, verum etiam justis eos nominibus insimulasse constiterit, quamobrem nonnulli quoque divinitatem omnem tollere, quam hoc deorum genus colere malucrint: quis deinceps factum reprehendat, ac non potius probet, laudetque nostrum; qui melioris amore capti, aut potius in parta ejus, quod verum unum est, cognitione acquiescentes, nos vanitati subduxerimus, neque in Divinitatis sublatæ scelus cum istis Græcorum sapientibus præcipites acti, neque cum egregiis philosophis vecordem illam insanamque deorum multitudinem, cum summi ac præpotentis Dei notitia fœdissime commiscentes, neque falsum omnino cum vero confundentes? Verum hæc postea viderimus: nunc ea tu mihi primum expende, quibus Græci non solas philosophiæ disciplinas, sed ipsas etiam vitæ communis tuendæ artes barbaris hominibus furati esse arguantur.

CAPUT V.

Nihil non a barbaris Græcos accepisse.

Cadmum illum certe quidem, qui communes litteras adeoque prima grammatices elementa Græcis informavit, genere Phœnicem fuisse constat, ut easdem litteras veteres nonnulli propterea Phœnicias appellarint. Nec desunt, qui a Syris excogitatas illas fuisse velint. Syri autem illi, Hebræi etiam utique fuerint, qui finitimam Phœniciæ **474** regionem, quæque Phœnicia quondam ipsa quoque, tum Judæa, hodie vero a nostris Palæstina dicitur, incolebant. Et vero proxime sane ad Hebræorum nomina Græcarum litterarum accedit appellatio. Cum enim suum cuique apud Hebræos elemento nomen singulari quadam et propria significatione attributum fuerit, quod apud Græcos locum profecto nullum habet, sequitur omnino, ut minime Græcorum propria esse fateamur. Sunt autem elementa Hebræis omnia duo ac viginti. Primum dicitur alph, *disciplina* Græce reddi possit. Secundum beth, quasi *domus*. Tertium gimel, hoc est *plenitudo*. Quartum delth, quasi *librorum* dicas. Quintum he, id est *ipsa*. Quæ omnia si conjunxeris, sententiam ejusmodi aliquam efficias: Disciplina domus, plenitudo librorum ipsa. Jam sextum ab iis elementum vau nuncupatur, hoc est, *in ipsa*. Septimum zai, hoc est, *virit*. Octavum heth, quod significat *vivens*. Ex quibus hic sensus colligitur: In ipsa vivit vivens. Nonum, teth, id est *bonum*. Deci-

A σοφίαν ὠφελημένοι, ἀλλὰ καὶ τοῖς θεοῖς αὐτῶν ἐνίκας ἐπιμεμῴμενοι, καί τινες δὲ ταῦτα ἀθεότητα μᾶλλον τῆς τῶν θεῶν θεραπείας προσεπιμηχάτες· ἃ χρὴ λοιπὸν ἡμᾶς ἐπιμέμφεσθαι, οὐχὶ δὲ ἀποδέχεσθαι καὶ ἐπαινεῖν, ὅτι, τὸ κρεῖττον ἀγαπήσαντες, μᾶλλον δὲ τὸ μόνον ἀληθὲς εὑρόντες καὶ ἀπελεγχόντες, τοῦ ψεύδους ἀνεχωρήσαμεν, οὔτε εἰς ἔθεον λογισμὸν τοῖς σοφοῖς Ἑλλήνων ὁρμαῖς περιτρατέντες, οὔτε πάλιν τοῖς θαυμαστοῖς παραπλησίως φιλοσόφοις ἀναμὶξ τὴν πλάνην τὴν παλαίθεον τῇ γνώσει τοῦ ἐπὶ πάντων θεοῦ φύραντες, οὐδέ γε τὸ ψεῦδος ἅμα τῷ ἀληθεῖ συγχέαντες; Ἀλλὰ μήπω ταῦτα, ἐκεῖνα δέ μοι πρῶτα δίελθε, δι' ὧν Ἕλληνες τὰ πάντα σεσυλήκαναι βαρβάρους, οὐ μόνα τὰ φιλόσοφα μαθήματα, ἀλλὰ καὶ τὰς κοινὰς καὶ βιωφελεῖς εὑρέσεις, ἀπελέγχονται.

B

CAPUT V.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Ὡς τὰ πάντα παρὰ βαρβάρων Ἕλληνες ὠφέληνται.

Πρῶτος τοιγαροῦν ὁ τὰ κοινὰ γράμματα, αὐτὰ δὴ τὰ πρῶτα τῆς γραμματικῆς στοιχεῖα, Ἕλλησι εἰσηγησάμενος Κάδμος, τὸ γένος Φοίνιξ ἦν, ὅθεν καὶ Φοινικῆια τὰ γράμματά τινες τῶν παλαιῶν ἐπεκλήκασιν. Εἰσὶ δὲ οἱ Σύρους γράμματα ἐπινοῆσαι λέγουσι πρώτους. Σύροι δ' ἂν εἶεν καὶ Ἑβραῖοι, τὴν γείτονα Φοινίκης, καὶ αὐτὴν τὸ μὲν παλαιὸν Φοινίκην, μετέπειτα δὲ Ἰουδαίαν, καθ' ἡμᾶς δὲ Παλαιστίνην ὀνομαζομένην, οἰκοῦντες· ὧν καὶ μάλιστα οὐκ ἀλλοτρία φαίνεται ἡ τῶν Ἑλληνικῶν γραμμάτων φωνή. Ἕκαστον γοῦν τῶν στοιχείων παρ' αὐτοῖς κατά τινος σημαντικῆς διανοίας τὴν προσηγορίαν φέρει, ὅπερ οὐκ ἔστιν εὑρεῖν παρὰ τοῖς Ἕλλησι· διὸ καὶ μάλιστα μὴ C ὄντα ἴδια Ἑλλήνων ὡμολόγηται. Ἔστι δὲ τὰ πάντα παρ' Ἑβραίοις στοιχεῖα δύο καὶ εἴκοσιν· ὧν τὸ μὲν πρῶτόν ἐστιν ἄλφ, ὃ μεταληφθὲν εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνὴν λέγοιτ' ἂν *μάθησις*· τὸ δὲ δεύτερον βὴθ, ὃ μεθερμηνεύεται *οἶκου*· τὸ τρίτον γίμελ, ὅ ἐστι *πλήρωσις*· τὸ τέταρτον δέλθ, ὃ σημαίνει *δέλτων*· τὸ πέμπτον ἡ, ὅ ἐστιν *αὐτη*. Ὁμοῦ δὲ τὰ πάντα ἁπαρτίζει τοιαύτην τινὰ διάνοιαν· Μάθησις οἴκου, πλήρωσις δέλτων αὐτη. Εἶτα μετὰ ταῦτά ἐστι στοιχεῖον ἕκτον, λεγόμενον παρ' αὐτοῖς οὐαῦ, ὅ ἐστιν *ἐν αὐτῇ*· ἔπειτα ζαῖ, ὅ ἐστι *ζῇ*· μεθ' ὃ ἦθ, ὅ ἐστιν *ὁ ζῶν*· ἵν' ᾖ τὸ ὅλον· Ἐν αὐτῇ ζῇ ὁ ζῶν. Μετὰ ταῦτα στοιχεῖον ἔνατον, τὸ τὴθ, ὅ ἐστι *καλή*· ἔπειτα ἰὼθ, ὅ ἑρμηνεύεται *ἀρχή*· ὁμοῦ τὰ δύο· Καλὴ ἀρχή. Ἐπὶ τούτοις κὰφ,

Digitized by Google

ὃ ἐστιν *ὅμως*· ἔπειτα λὰβδ (24), ὃ ἐστι *μάθε*· τὸ ὅλον, A mum joth, quod redditur *principium*; quæ duo, *Bonum principium*, efficiunt. Undecimum chaph, hoc est, *verumtamen*. Duodecimum labd, hoc est, *disce*: quod utrumque simul est : Verumtamen disce. Decimum tertium, mem, quod significat, *ex ipsis*. Decimum quartum, nun, id est *æternum*. Decimum quintum samch, quod exponitur *auxilium*, ut sensus hic exsistat : Ex ipsis æternum auxilium. Decimum sextum, ain, quod *fontem* vel *oculum* significat. Decimum septimum, phe, *os*. Decimum octavum sade, hoc est, *justitia*; unde hanc sententiam elicias : Fons, vel oculus, et os justitiæ. Decimum nonum coph, id est *appellatio*. Vicesimum res, quod est *caput*. Vicesimum primum sen, hoc est *dentes*. Vicesimum secundum, idemque postremum, B vocatur ab illis thau, quod *signa* interpretari queas : hoc sensu, Appellatio capitis, dentiumque signa. Hujusmodi ergo litterarum apud Hebræos appellatio significationem habet, ex qua quidem integræ orationis exsistit ea sententia, quæ litterarum istarum cognitioni, ac promissioni cuidam belle admodum apteque conveniat. Cui simile apud Græcos nihil unquam reperias, ut eas, quod paulo ante dicebam, fateri necesse sit Græcorum proprias non esse, sed palam ex barbara lingua levi quadam vocis mutatione traductas. Id quod ex Græca singulorum elementorum appellatione quivis intelligat. **475** Quid enim alph ab alpha magnopere differt? quid autem vel betha a beth, vel a gamma gimel, C aut delta a delth, aut epsilon ab he, aut a zai zeta, aut theta a theth, cæteraque deinceps? Maneat ergo, voces illas non Græcorum, sed Hebræorum esse, apud quos sua cuique significatio tribuitur. Ibi vero natæ cum essent, cum ad alios deinde, tum ad ipsos quoque Græcos pervenere. Atque hæc de primis litterarum elementis modo satis. Jam vero Clementem audi, in eadem mecum disputatione versantem.

Ὅμως μάθε. Μετὰ ταῦτα τρισκαιδέκατον στοιχεῖόν ἐστι τὸ μημ, ὃ ἐστιν *ἐξ αὐτῶν*· ἔπειτα νοῦν, ὃ ἐστιν *σαφῶς*· εἶτα σὰμχ, ὃ ἑρμηνεύεται *βοήθεια*· ἵν' ᾖ τὸ λεγόμενον· Ἐξ αὐτῶν αἰωνία βοήθεια. Ἐπὶ τούτοις τὸ ἄϊν, ὃ μεταληφθὲν σημαίνει *πηγὴν*, ἢ *ὀφθαλμόν*· Ἔπειτα τὸ φῆ, *στόμα*· εἶθ' ἑξῆς, τὸ σάδη, ὃ *δικαιοσύνην*· ὧν ἡ διάνοιά ἐστι· Πηγὴ, ἢ καὶ ὀφθαλμὸς, καὶ στόμα δικαιοσύνης. Μετὰ ταῦτα στοιχεῖόν ἐστι κὼφ, ὃ ἑρμηνεύεται *κλῆσις*· ἔπειτα ῥῆς, ὃ ἐστι *κεφαλή*· καὶ μετὰ ταῦτα σὴν, ὅπερ ἐστὶν *ὀδόντες*· ἐπὶ πᾶσι τὸ κὸ στοιχεῖον καλεῖται παρ' αὐτοῖς θαῦ, ὃ δηλοῖ *σημεῖα*· ἔχοι δ' ἂν ἡ διάνοια· Κλῆσις κεφαλῆς καὶ ὀδόντων σημεῖα. Καὶ παρὰ μὲν Ἑβραίοις τοιάδε τίς ἐστιν ἡ τῶν στοιχείων μετάφρασις καὶ ἑρμηνεία, λόγου διάνοιαν ἀπαρτίζουσα, τῇ τῶν στοιχείων μαθήσει τε καὶ ἐπαγγελίᾳ προσήκουσαν· τὸ ὅμοιον δ' οὐκ ἂν εὕροις παρ' Ἕλλησιν, ὅθεν, ὡς ἔφην, ὁμολογεῖν ἀνάγκη μὴ ὄντα οἰκεῖα Ἑλλήνων, παραπεποιημένα δὲ ἄντικρυς ἀπὸ τῆς βαρβάρου φωνῆς, καὶ ἐξ αὐτῆς δὲ ἐλέγχεται τῆς καθ' ἕκαστον στοιχεῖον ἐπωνυμίας. Τί γὰρ τοῦ ἄλφ τὸ ἄλφα διενήνοχεν; ἢ τοῦ βῆθ· τὸ βῆτα, ἢ τοῦ γάμμα τὸ γίμελ, ἢ τοῦ δὲλθ τὸ δέλτα, ἢ τοῦ ηὶ τὸ ε, ἢ τοῦ ζαῖ τὸ ζῆτα, ἢ τοῦ τηθ τὸ θῆτα, καὶ ὅσα τούτοις παραπλήσια; ὥστε ἀναμφίλεκτον εἶναι τὸ μὴ Ἑλλήνων οἰκείας εἶναι τὰς τοιαύτας φωνάς· Ἑβραίων ἄρα, παρ' οἷς καὶ σημαινόν τι ἕκαστον αὐτῶν ἀποδείκνυται. Παρὰ δὲ τούτοις πρώτοις ἀρξάμενα, προῆλθεν εἴς τε ἄλλους καὶ δὴ καὶ εἰς Ἕλληνας. Ταῦτα μὲν οὖν μοι περὶ τῶν πρώτων στοιχείων εἰρήσθω. Τῆς δ' αὐτῆς ἡμῖν ὑποθέσεως ἐφαψάμενος καὶ ὁ Κλήμης, ἐπάκουσον ἃ φησιν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ'.

Περὶ τοῦ αὐτοῦ, ἀπὸ τῶν Κλήμεντος.

« Ἰατρικὴν (25) δὲ Ἄπιν Αἰγύπτιον, μετὰ δὲ ταῦτα Ἀσκληπιὸν αὐξῆσαι τὴν τέχνην ἱστοροῦσιν. Ἄτλας δὲ ὁ Λίβυς πρῶτος ναῦν ἐναυπηγήσατο, καὶ τὴν θάλασσαν ἔπλευσε (26). Καὶ ἀστρολογίαν δὲ πρῶτοι εἰς ἀνθρώπους ἐξήνεγκαν Αἰγύπτιοι, ὁμοίως δὲ καὶ Χαλδαῖοι (27). Εἰσὶ δὲ οἱ Κᾶρας τὴν δι' ἀστέρων πρόγνωσιν ἐπινενοηκέναι λέγουσι. Πτήσεις δὲ ὀρνίθων παρεφύλαξαν πρῶτοι Φρύγες. Καὶ θυτικὴν ἠκρίβωσαν Τοῦσκοι, Ἰταλίας γείτονες. Ἴσαυροι δὲ καὶ Ἄραβες ἐξεπόνησαν τὴν οἰωνιστικήν, ὥσπερ ἀμέλει Τελμισσεῖς τὴν δι' ὀνείρων μαντικήν. Τυῤῥηναῖοι δὲ σάλπιγγα ἐπενόησαν, καὶ Φρύγες αὐλόν· Φρύγες γὰρ ἦστην Ὄλυμπός τε καὶ Μαρσύας. Λύχνους τε αὖ (28) καίειν πρῶτοι κατέδειξαν Αἰγύπτιοι, καὶ τὸν

CAPUT VI.

In eamdem sententiam Clementis verba.

« Medicinam autem, inquit ille, primum ab Api quodam Ægyptio inventam, deinde ab Æsculapio auctam esse ferunt. Atlas ille Libycus et navim ædificavit primus, et primus mare navigavit. Ægyptii cum Chaldæis astrologiam in hominum genus principes invexerunt. Nec desunt, qui artem ex sideribus præsentiendi a Caribus excogitatam D esse velint. Avium autem volatus primi Phryges observarunt. Aruspicinam Tusci Italiæ finitimi apprime calluerunt. Isauri atque Arabes augurandi scientiam, Thelmissenses divinationem ex somniis haustam coluere. Tyrrheni tubam, Phryges tibiam invenere : Olympus enim et Marsyas ex Phrygia oriundi erant. Lucernas item accendere primi om-

(24) *Λάβδ*. Leg. λάμδ· τὸ β, vulgari errore, subiit in locum τοῦ μ.

(25) *Ἰατρικήν*. Exstat hic Clementis locus, *Stromat.* I, pag. 225, edition. Græco-Lat. Qui locus subinde vel truncatur ab Eusebio, vel insigni membrorum ac periodorum trajectione mutatur. Porro Theodoret., *Græcar. affect.* lib. I, non procul ab initio, simili disputationis in genere versatur, sed brevius. Fronto noster ὁ Μακαρίτης dissimulato nomine, locum illum Clementis erudite illustravit. Interim Plinium consule, lib. VII, cap. 56.

(26) *Ἔπλευσε*. Post hoc verbum, quæ sequuntur, præcedunt apud Clementem, pag. 224.

(27) *Χαλδαῖοι*. Hic etiam ab Eusebio nonnulla resecantur.

(28) *Λύχνους τε αὖ*. Hæc item loco mota sunt. Nam apud Clementem pag. 224, statim post Χαλδαῖοι, ante illa, εἰσὶ δὲ οἱ Κᾶραι leguntur.

Digitized by Google

nium Ægyptii docuerunt, primi et annum duodecim in menses tribuerunt, et cum mulieribus in templis rem habere vetuerunt, et nemini, qui non sese ab uxoris congressu lustrasset, patere templa voluerunt. Ab iisdem quoque profecta geometria est. Telmis autem et Damnameneus Idæorum Dactyli ferrum in Cypro : Delas alius quidam Idæus, vel ut Hesiodus mavult, Scytha, ferri temperandi artem primi repererunt. Sane quidem Thraces et primi *harpen*, incurvus is gladius est, invenerunt, et primi peltas in equis gestare cœperunt : quarum etiam usum per sese Illyrii habuerunt. Tuscis fingendi artem vulgo acceptam ferunt, Itano; qui Samnites fuit, scutum. Cadmus **476** Phœnicius lapicidinam reperit, aurique metalla sub Pangæum montem deprehendit. Cappadoces, aliud quoddam hominum genus, uti quod nablium vocant, ita quod dichordum, Assyrii principes invenere. Quadriremen Carthaginienses moliti primi sunt, quam Bosporus indigena ædificavit. Medæa illa Colchis, Æetæ filia, inficiendæ comæ artem excogitavit. Noropes (gens est Pæoniæ, Noricos hodie appellamus) conflandi æris, ferrique purgandi rationem primi tenuerunt. Amycus, rex Bebryciorum, cæstus pugilum primus invenit. In musica Lydium concentum Olympus Mysus sedulo ac solerter excoluit : Troglodytæ, quos vocant, sambucæ, quod et ipsum instrumenti musici genus est, auctores fuere. At obliquam fistulam Satyri, trichordum, quamque diatonum harmoniam nuncupant, Agnis; pulsandarum fidium artem Olympi; mixophrygium et mixolydium genus, Marsyæ inventum esse ferunt, quos omnes in Phrygia natos esse constat. At Thamyri cuidam Thraci Doricum tribuitur. Jam a Persis currum, lectum, atque suppedaneum, a Sidoniis vero triremim profectam esse accepimus. Siculi autem Italiæ finitimi cum phormingem, citharæ non absimilem, tum etiam crepitacula primi reperere. Vestem byssinam Semiramide Assyriis imperante inventam fuisse

A ἐνιαυτὸν εἰς ιϐ' μῆνας διεῖλον, καὶ ἐν ἱεροῖς γυναιξὶ μίγνυσθαι ἐκώλυσαν, μηδὲ εἰς ἱερὰ εἰσιέναι ἀπὸ γυναικῶν ἀλούτους ἐνομοθέτησαν. Γεωμετρίας τε αὖ εὑρεταὶ οἱ αὐτοὶ γεγόνασι. Τέλμις τε καὶ Δαμναμενεὺς (29) οἱ τῶν Ἰουδαίων (30) Δάκτυλοι πρῶτοι ἐν Κύπρῳ σίδηρον εὗρον. Δέλας δὲ ἄλλος Ἰουδαῖος (31) εὗρε χαλκοῦ κρᾶσιν, ὡς δὲ Ἡσίοδος, Σκύθης. Ναὶ μὴν Θρᾷκες πρῶτοι τὴν καλουμένην ἅρπην εὗρον· ἔστι δὲ μάχαιρα καμπύλη· καὶ πρῶτοι πέλταις ἐπὶ τῶν ἵππων ἐχρήσαντο. Ὁμοίως δὲ καὶ Ἰλλυριοὶ τὴν καλουμένην πέλτην εὗρον. Ἔτι φασὶ, τοὺς καλοὺς [a] τὴν πλαστικὴν ἐπινοῆσαι· Ἰτανόν τε, Σαυνίτης οὗτος ἦν, πρῶτον θυρεὸν κατασκευάσαι. Κάδμος γὰρ ὁ Φοίνιξ λιθοτομίαν ἐξεῦρε, καὶ μέταλλα χρυσοῦ τὰ περὶ τὸ Πάγγαιον ὄρος ἐπενόησεν. Ἤδη δὲ καὶ ἄλλο

B ἔθνος Καππαδόκαι [b] πρῶτοι εὗρον τὴν νάβλαν καλουμένην, ὃν τρόπον καὶ τὸ δίχορδον Ἀσσύριοι. Καρχηδόνιοι γὰρ πρῶτοι τετρήρη κατεσκεύασαν· ἐναυπήγησε δ' αὐτὴν Βόσπορος αὐτόχθων (32). Μήδειά τε, ἡ Αἰήτου, ἡ Κολχὶς, πρώτη τριχῶν ἐπενόησε βαφήν. Ἀλλὰ καὶ Νώροπες (ἔθνος δ' ἔστι Παιονικὸν, νῦν δὲ Νωρικοὶ καλοῦνται,) κατειργάσαντο χαλκὸν, καὶ σίδηρον ἐκάθηραν πρῶτοι. Ἄμυκός τε ὁ Βεβρύκων βασιλεὺς ἱμάντας πυκτικοὺς εὗρε. Περί τε μουσικὴν (33) Ὄλυμπος ὁ Μυσὸς τὴν Λύδιον ἁρμονίαν ἐφιλοτέχνησεν· οἵ τε Τρωγλοδύται καλούμενοι σαμβύκην εὗρον, ὄργανον μουσικόν. Φασὶ δὲ καὶ τὴν πλαγίαν σύριγγα Σάτυρον εὑρεῖν τὸν Φρύγα· τρίχορδον (34) δὲ ὁμοίως, καὶ τὴν διάτονον ἁρμονίαν Ἄγνην

C τὸν καὶ αὐτὸν Φρύγα· κρούματα δὲ Ὄλυμπον ὁμοίως τὸν Φρύγα· καὶ τὴν μιξοφρύγιον καὶ μιξολύδιον, Μαρσύαν, τῆς αὐτῆς ὄντα τοῖς προειρημένοις χώρας· καὶ τὴν Δώριον Θάμυριν ἐπινοῆσαι τὸν Θρᾷκα. Πέρσας τε πρώτους ἀκηκόαμεν ἁπήνην καὶ κλίνην, καὶ ὑποπόδιον ἐργάσασθαι, τούς τε Σιδωνίους τρίκωπον ναῦν κατασκευάσαι. Σικελοί τε οἱ πρὸς τῇ Ἰταλίᾳ πρῶτοι φόρμιγγα εὗρον, οὐ πολὺ τῆς κιθάρας λειπομένην, καὶ κρόταλα ἐπενόησαν. Ἐπί τε Σεμιράμεως βασιλίδος Ἀσσυρίων (35) τὰ βύσσινα ἱμάτια

[a] Cl. Τουσκανούς. [b] Cl. Καππάδωκες.

(29) *Τέλμις τε καὶ Δαμναμενεύς*, etc. Hæc leges apud Clementem pag. 225, post superius illud ἔπλευσε. Verum pro Τέλμις, editum est Κέλμις, et pro Δαμναμενεὺς, Δαμνανεύς. Recte Κέλμις, Δαμνανεύς vitiose. Auctor ejus carminis, quod *Phoronis* dictum est :

Ἔνθα γόητες
Ἰδαῖοι Φρύγες, ἄνδρες ὀρέστεροι οἶκί' ἔναιον·
Κέλμις, Δαμναμενεύς τε μέγας, καὶ ὑπέρβιος Ἄκμων·
Οἳ πρῶτοι τέχνην πολυμήτιος Ἡφαίστοιο
Εὗρον ἐν οὐρείῃσι νάπαις, ἰδέτην σίδηρον·
Ἐς πῦρ τ' ἤνεγκαν, καὶ ἐριπρεπὲς ἔργον ἔδειξαν.

Hæc *Phoronidis* auctor poeta. Sic dictum carmen illud a Phoroneo Argivorum rege. Cave enim Phoronidem poetam fuisse putes, ut Erasmus. Infra pag. 497, ex Clemente Alexand.: Ἀκουσίλαος, Φορωνέα πρῶτον ἀνθρώπων γενέσθαι λέγει· ὅθεν καὶ ὁ τῆς *Φορωνίδος* ποιητὴς, εἶναι αὐτὸν ἔφη *πατέρα* θνητῶν ἀνθρώπων.

(30) *Ἰουδαῖων*. Manifestus error. Recte Clemens cum illo *Phoronidis* auctore, Idæos vocavit.

(31) *Δέλας δὲ ἄλλος Ἰουδαῖος*. Clemens ὁ δὲ ἄλλος Ἰδαῖος. Vere quidem Ἰδαῖος, sed nomen Δέλας ex nostro Eusebio repetendum. Plinius lib. VII, cap. 56 : Æs conflare et temperare, Aristoteles Lydum Scythem monstrasse, Theophrastus Delam Phrygem putat.

(32) *Αὐτόχθων*. Recte ut paulo ante Ἀπὶν αὐτόχθονα dixerat. Clemens αὐτοσχέδιον legit, corrupte, ut videtur.

(33) *Περί τε μουσικήν*. Juvat Plinii locum ex lib. VII, cap. 56, ascribere. Musicam, inquit, Amphion : fistulam et monaulon Pan Mercurii : obliquam tibiam Midas in Phrygia; geminas tibias Marsyas in eadem gente : Lydios modulos Amphion : Dorios Thamyras Thrax : Phrygios Marsyas Phryx : citharam Amphion; ut alii, Orpheus : ut alii, Linus : septem chordis additis Terpander : octavam Simonides addit : nonam Timotheus : citharæ sine voce cecinit Thamyras primus : cum cantu Amphion; ut alii, Linus : citharœdica carmina composuit Terpander : cum tibiis, canere voce, Trœzenius Dardanus instituit. Hic Thamyras Plinio dicitur, quem paulo post Thamyrim vocat Eusebius, cum Homero.

(34) *Τρίχορδον*, etc. Totum hoc membrum apud Clementem deerat, post tamen ex nostro assutum est.

(35) *Σεμιράμεως βασιλίδος Ἀσσυρίων*. Hinc emendandus Clemens, apud quem inveterato mendo legitur, Σεμιοάμεως βασιλέως Αἰγυπτίων.

Digitized by Google

εὑρῆσθαι ἱστοροῦσι. Καὶ πρώτην ἐπιστολὰς συντάξαι Ἄτοσσαν, τὴν Περσῶν βασιλεύσασαν, φησὶν Ἑλλάνικος. Σκάμμων (36) μὲν οὖν ὁ Μιτυληναῖος, καὶ Θεόφραστος ὁ Ἐφέσιος (37), Κύδιππός τε ὁ Μαντινεὺς, ἔτι τε Ἀντιφάνης καὶ Ἀριστόδημος, καὶ Ἀριστοτέλης, πρὸς τούτοις δὲ Φιλοστέφανος, ἀλλὰ καὶ Στράτων ὁ Περιπατητικὸς, ἐν τοῖς *Περὶ εὑρημάτων* ταῦτα ἱστόρησαν. Παρεθέμην δὲ αὐτῶν ὀλίγα εἰς σύστασιν τῆς παρὰ βαρβάροις εὑρετικῆς καὶ βιωφελοῦς φύσεως, παρ' ὧν Ἕλληνες τὰ ἐπιτηδεύματα ὠφέληνται.» Ταῦτα ῥήμασι αὐτοῖς ὁ Κλήμης ἐν *Στρωματεῦσι*. Τοῖς δ' εἰρημένοις δοκῶ μοι εὖ ἔχειν ἐπισυνάψαι καὶ τὰ ἀπὸ τῆς Ἰωσήπου τοῦ Ἑβραίου γραφῆς, ἣν *Περὶ τῆς Ἰουδαίων ἀρχαιότητος* ἐν δυσὶν ἐπραγματεύσατο βιβλίοις, περὶ τοῦ νέους γεγονέναι τοὺς Ἕλληνας, καὶ παρὰ βαρβάρων ὠφελῆσθαι, διάφωνά τε ἑαυτοῖς γεγραφέναι· συμβαλεῖται γοῦν καὶ ταῦτα εἰς τὴν τῶν εἰρημένων ἀκριβῆ καὶ βεβαίαν πίστωσιν. Ἄκουε τοίνυν οἷα καὶ οὗτος γράφει πρὸς λέξιν.

A memorant. Atossam Persarum olim reginam, epistolarum conficiendarum auctorem fuisse tradit Hellanicus. Atque hæc omnia Scammon Mitylenæus, Theophrastus Ephesinus, Cydippus Mantinensis, necnon Antiphanes, Aristodemus, et Aristoteles, adeoque Philostephanus, et Strato Peripateticus, in suis *De rerum inventione* libris, memoriæ prodiderunt. Ex quibus pauca ista proferre placuit, quæ vim illam inventricem, vitæque cultricem humanæ, barbarorum ingeniis insidentem, a quibus ipsi quoque Græci artes ac disciplinas hauserunt, certius comprobarent.» Hæc totidem verbis Clemens primo *Stromateon*. Quibus tanti futurum existimo, nonnulla ex eo Josephi Hebræi opere insuper adjungere, quod *De Judæorum antiquitate* libris duobus elaboravit, ubi et juniores fuisse Græcos, et a barbaris accepisse quamplurima, necnon inter sese pugnantia scripsisse demonstrat. Illa quippe **477** ad

B pleniorem quoque ac firmiorem eorum, quæ adhuc a nobis allata sunt, fidem maxime pertinebunt. Audi ergo, quemadmodum ipse præterea loquatur ad verbum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Ἰωσήπου, περὶ τοῦ αὐτοῦ.

«Πρῶτον οὖν (38) ἐπέρχεταί μοι πάνυ θαυμάζειν τοὺς οἰομένους δεῖν περὶ τῶν παλαιοτάτων ἔργων μόνοις προσέχειν τοῖς Ἕλλησι, καὶ παρὰ τούτων πυνθάνεσθαι τὴν ἀλήθειαν, ἡμῖν δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ἀπιστεῖν. Πᾶν γὰρ ἐγὼ τοὐναντίον ὁρῶ συμβεβηκὸς, εἴ γε δεῖ μὴ ταῖς ματαίαις δόξαις ἐπακολουθεῖν, ἀλλὰ ἐξ αὐτῶν τὸ δίκαιον τῶν πραγμάτων λαμβάνειν. Τὰ μὲν γὰρ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἅπαντα νέα, καὶ χθὲς καὶ πρώην, ὡς ἂν εἴποι τις, C εὑρήσεις (39) γεγονότα· λέγω δὲ τὰς κτίσεις τῶν πόλεων, καὶ τὰς ἐπινοίας τῶν τεχνῶν καὶ τὰς τῶν νόμων ἀναγραφάς· πάντων δὲ νεωτάτη σχεδόν ἐστι παρ' αὐτοῖς ἡ περὶ τοῦ συγγράφειν τὰς ἱστορίας ἐπιμέλεια. Τὰ μέντοι παρ' Αἰγυπτίοις τε καὶ Χαλδαίοις, καὶ Φοίνιξιν, (ἐῶ γὰρ νῦν ἡμᾶς ἐκείνοις συγκαταλέγειν·) αὐτοὶ δήπουθεν ὁμολογοῦσιν ἀρχαιοτάτην καὶ μονιμωτάτην ἔχειν τῆς μνήμης τὴν παράδοσιν. Καὶ γὰρ τόπους ἅπαντες οἰκοῦσιν ἥκιστα ταῖς ἐκ τοῦ περιέχοντος φθοραῖς ὑποκειμένους, καὶ πολλὴν ἐποιήσαντο πρόνοιαν τοῦ μηδὲν ἄμνηστον τῶν παρ' αὐτοῖς πραττομένων παραλιπεῖν, ἀλλ' ἐν δημοσίαις ἀναγραφαῖς ὑπὸ τῶν σοφωτάτων ἀεὶ καθιεροῦσθαι. Τὴν δὲ περὶ τὴν Ἑλλάδα τόπον μυρίαι μὲν κατέσχον φθοραὶ, ἐξαλείφουσαι τὴν μνήμην τῶν D γεγονότων· ἀεὶ δὲ καινοὺς καθιστάμενοι βίους, τοῦ παντὸς ἐνόμιζον ἄρχειν ἕκαστος τὸν ὑφ' ἑαυτοῦ (40). Οὐδὲ δέ που καὶ μόλις ἔγνωσαν φύσιν γραμμάτων. Οἱ γὰρ ἀρχαιοτάτην αὐτῶν τὴν χρῆσιν εἶναι θέλοντες παρὰ Φοινίκων καὶ Κάδμου σεμνύνονται μαθεῖν.

CAPUT VII.

Ex Josepho in eamdem sententiam.

«Primum, inquit ille, vehementer eos mirari subit, qui de rebus antiquissimis, non aliis fidem quam Græcis hominibus habendam esse, nonnisi ab illis verum exspectandum, proinde neque nobis, neque aliis quibuscunque credendum arbitrantur. Equidem hoc in genere secus omnino statuendum intelligo, si modo verum e rebus ipsis haurire potius, quam vanis et insulsis opinionibus inhærere malimus. Enimvero nova certe apud Græcos omnia, et ante unum, ut ita loquar, alterumve diem exstitisse reperias, urbium molitionem, excogitationem artium, legum perscriptionem. Omnium vero novissime ad scribendam historiam sese contulerunt. At vero Ægyptiis, Chaldæis, Phœnicibus (ne cum iis nostrates hoc loco numerem), vetustissimam atque constantissimam rerum suarum manere memoriam Græci fatentur ipsi. Etenim cum regionem incolunt omnium minime infesto cœlo laborantem, tum diligentiam in eo singularem adhibuerunt, uti ne quid e rebus suis oblivione consepultum jaceret, sed potius omnia publicas in tabulas virorum sapientissimorum manibus referrentur. Contra vero tractum illum Græciæ universum, infinitorum morborum subinde depasta lues, rerum gestarum memoriam funditus abolevit, adeoque novo semper instituto vitæ curriculo, suum quique sibi universæ principium et caput esse facile persuaserunt. Iidem sero admodum, vixque tandem litterarum naturam didicere. Nam qui vetustissimum illarum usum

(36) *Σκάμμων*. Clemens et Suidas Σκάμων. Ita etiam Athenæus, lib. IV, ubi de Sicinnide, quod saltationis genus erat, disputans, Σκάμων, inquit, ἐν πρώτῳ *Τῶν εὑρημάτων*. Cujus operis hic mentio est, tanquam Scamoni cum aliis plerisque communis.

(37) *Ὁ Ἐφέσιος*. Clemens, ὁ Ἐρέσσιος. Legend. Ἐρέσιος. Sic enim apud Diogen. Laertium legitur; et Stephanus de urbibus, Ἔρεσος, inquit, πόλις ἐν Λέσβῳ, ἐξ ἧς Θεόφραστος Ἀριστοτέλους γνώριμος, καὶ διάδοχος, τὸ ἐθνικὸν Ἐρέσιος, καὶ Ἐρεσιεύς.

(38) *Πρῶτον οὖν*. Josephus hæc habet lib. I *Cont. Apionem*, ipso statim initio, p. 1033, edit. Græco-Lat. Gelen.

(39) *Εὑρήσεις*. Melins, quam ut Joseph., εὕροι.

(40) *Ὑφ' ἑαυτοῦ*. Joseph., ἀφ' ἑαυτοῦ, ἐφ' ἑαυτοῦ.

Digitized by Google

esse volunt, eas illi sese a Phœnicibus atque a Cadmo accepisse gloriantur. Neque tamen quisquam aut in sacris, aut in publicis usquam monumentis, litterarum ullum ejus temporis exstare vestigium ostenderit, cum de illis ipsis qui Trojanam expeditionem tanto post suscepere, dubitatum perdiu quæsitumque sit, num litteris uterentur. Qua de re verior ea constantiorque sententia **478** jam obtinet, ignoratum ab iis hodiernum illarum usum fuisse. Neque tu scriptum omnino apud Græcos ullum, cujus de fide modo constet, Homerica poesi antiquius invenias. At eum post Trojana tempora natum esse nemo non fatetur : imo ne ab ipso quidem litteris suam illam poesin mandatam esse ferunt, sed posterorum memoria propagatam aliquandiu, variis ex cantilenis collectam demum et contextam fuisse, ac propterea tantum in ea vulgo discrepantiæ reperiri. Ergo qui ex illis ad scribendam historiam animum appulere, Cadmus, inquam, Milesius, et Acusilaus Argivus, ac si qui præterea nominantur, paulum admodum Persicam adversus Græcos expeditionem tempore anteverterunt. Ad hæc qui de rebus cœlestibus atque divinis primi apud eos philosophari cœperunt, ut Pherecydes Syrus, Pythagoras et Thales, illos et Ægyptiorum Chaldæorumque discipulos fuisse, nec nisi pauca scripsisse, ore omnes uno pronuntiant ; atque illa Græci cum omnium vetustissima esse arbitrantur, tum vix etiam ab illis scripta fuisse credunt. Quis igitur vano stolidoque fastu Græcos laborare non videat, qui sibi et res antiquas tenere soli, et soli accuratam illarum integramque veritatem tradere videantur? Imo, quis non ex iisdem scriptoribus illud perfacile auferat, perspecti ab iis nihil exploratique conscriptum, sed tantum quatenus assequi conjectura potuerint? Itaque scriptis suis alios passim alii reprehendunt, nec iisdem omnino de rebus longe diversa loqui erubescunt. Ego vero importunus et otiosus utique videar, si quibus id quam ipsi mihi notius est, percensere velim, quam in genealogiæ rationibus multa sint, in quibus Hellanicus ab Acusilao dissideat : quam apud Hesiodum Acusilaus multa castiget : quam sæpe mendacii reum Hellanicum Ephorus, Ephorum Timæus, Timæumque recentiores, denique Herodotum universi peragant. Neque vero aut de rebus Siculis eadem Timæus, quæ Antiochus, Philistus, et Callias, sentire voluit : aut in Atticarum, vel Argolicarum historia, qui genus idem scribendi suscepere, aliorum alii sensum mentemque secuti sunt. Quanquam quid ea persequi attinet, quæ per urbes passim contigere, et angustioribus omnino regionibus continentur, cum in ipsa quoque Persica expeditione, ac rebus in ea gestis, lauda-

A Οὐ μὴν οὐδ' ἀπ' ἐκείνου (41) τοῦ χρόνου δύναιτό τις ἂν δεῖξαι τὴν σωζομένην ἀναγραφὴν οὔτ' ἐν ἱεραῖς οὔτ' ἐν δημοσίοις ἀναθήμασιν· ὅπου γε καὶ περὶ τῶν ἐπὶ Τροίας τοσούτοις ὕστερον ἔτεσι στρατευσάντων πολλὴ γέγονεν ἀπορία καὶ ζήτησις, εἰ γράμμασιν ἐχρῶντο· καὶ τἀληθὲς ἐπικρατεῖ μᾶλλον, περὶ τοῦ τὴν νῦν οὖσαν τῶν γραμμάτων χρῆσιν ἐκείνους ἀγνοεῖν. Ὅλως δὲ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν οὐδὲν ὁμολογούμενον εὑρίσκεται γράμμα τῆς Ὁμήρου ποιήσεως πρεσβύτερον· οὗτος δὲ καὶ τῶν Τρωϊκῶν ὕστερος φαίνεται γενόμενος. Καί φασιν οὐδὲ τοῦτον ἐν γράμμασι τὴν αὑτοῦ ποίησιν καταλιπεῖν, ἀλλὰ διαμνημονευομένην, διὰ γραμμάτων (42) ὕστερον συντεθῆναι· καὶ διὰ τοῦτο πολλὰς ἐν αὐτῇ σχεῖν τὰς διαφωνίας. Οἱ μέντοι τὰς ἱστορίας ἐπι-
B χειρήσαντες συγγράφειν παρ' αὐτοῖς, λέγω δὲ τοὺς περὶ Κάδμον τε τὸν Μιλήσιον, καὶ τὸν Ἀργεῖον Ἀκουσίλαον, καὶ μετὰ τούτων εἴ τινες ἄλλοι λέγονται γενέσθαι, βραχὺ τῆς τῶν Περσῶν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα διαστρατείας τῷ χρόνῳ προῦλαβον. Ἀλλὰ μὴν καὶ τοὺς περὶ τῶν οὐρανίων τε παρ' Ἕλλησι καὶ θείων πρώτους φιλοσοφήσαντας, οἷον Φερεκύδην τὸν Σύριον, καὶ Πυθαγόραν, καὶ Θάλητα, πάντες συμφώνως ὁμολογοῦσιν, Αἰγυπτίων καὶ Χαλδαίων γενομένους μαθητὰς, ὀλίγα συγγράψαι· καὶ ταῦτα τοῖς Ἕλλησιν εἶναι δοκεῖ πάντων ἀρχαιότατα, καὶ μόλις αὐτὰ πιστεύουσιν ὑπ' ἐκείνων γεγράφθαι. Πῶς οὖν οὐκ ἔστιν ἄλογον τετυφῶσθαι τοὺς Ἕλληνας, ὡς μόνους ἐπισταμένους τἀρχαῖα, καὶ
C τὴν ἀλήθειαν περὶ αὐτῶν ἀκριβῶς παραδιδόντας; Ἥτις οὐ παρὰ τῶν αὐτῶν συγγραφέων μάθοι ῥᾳδίως, ὅτι μηδὲν εἰδότες βεβαίως συνέγραφον, ἀλλ' ὡς ἕκαστοι περὶ τῶν πραγμάτων εἴχαζον; Πλέον γοῦν διὰ τῶν βιβλίων ἀλλήλους ἐλέγχουσιν καὶ τἐναντιώτατα περὶ τῶν αὐτῶν λέγειν οὐκ ὀκνοῦσι. Περίεργος δ' ἂν εἴην ἐγὼ, τοὺς ἐμοῦ μᾶλλον ἐπισταμένους διδάσκων, ὅσα μὲν Ἑλλάνικος Ἀκουσιλάῳ περὶ τῶν γενεαλογιῶν διαπεφώνηκεν· ὅσα δὲ διορθοῦται τὸν Ἡσίοδον Ἀκουσίλαος· ἢ τίνα τρόπον Ἔφορος Ἑλλάνικον ἐν τοῖς πλείστοις ψευδόμενον ἐπιδείκνυσιν, Ἔφορον δὲ Τίμαιος, καὶ Τίμαιον οἱ μετ' ἐκεῖνον γεγονότες, Ἡρόδοτον δὲ πάντες. Ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῶν Σικελικῶν τοῖς περὶ Ἀντίοχον καὶ Φίλιστον, ἢ Καλλίαν Τίμαιος συμφωνεῖν ἠξίωσεν· οὐδ' αὖ περὶ τῶν Ἀττικῶν οἱ τὰς
D Ἀτθίδας συγγεγραφότες, ἢ τὰς περὶ τῶν Ἀργολικῶν (43) οἱ τὰ περὶ Ἄργος ἱστοροῦντες ἀλλήλοις ἠκολουθήκασι. Καὶ τί δεῖ λέγειν περὶ τῶν κατὰ πόλεις, καὶ βραχυτέρων, ὅπου γε περὶ τῆς Περσικῆς στρατείας καὶ τῶν ἐν αὐτῇ πραχθέντων οἱ δοκιμώτατοι διαπεφωνήκασι; Πολλὰ δὲ καὶ Θουκυδίδης ὡς ψευδόμενος ὑπό τινων κατηγορεῖται, καίτοι δοκῶν ἀκριβεστάτην καθ' ἑαυτὸν ἱστορίαν συγγράφειν. Αἰτίαι δὲ τῆς τοιαύτης διαφωνίας πολλαὶ μὲν ἴσως ἂν καὶ ἕτεραι τοῖς βουλομένοις ζητεῖν

(41) Ἀπ' ἐκείνου τ. χ. Malim ἐπ' ἐκείνου, cum Josepho : negat enim certam illius ævi cognitionem publicis ex monumentis hauriri posse; non autem rerum tempore illo posteriorum.

(42) Διὰ γραμμάτων. Josephum secutus sum apud quem legitur, ἐκ τῶν ᾀσμάτων, quæ vera lectio est.

(43) Ἢ τὰς περὶ τῶν Ἀργολ. Omnino τάς illud delendum est, nec apud Joseph. legitur.

Digitized by Google

ἀναφανεῖεν· ἐγὼ δὲ δυσὶ ταῖς ἐκτεθησομέναις αἰτίαις τὴν μεγίστην ἰσχὺν ἀναθήσομαι. Καὶ προτέραν γε ἐρῶ τὴν κυριωτέραν εἶναί μοι δοκοῦσαν. Τὸ γὰρ ἐξετασθῆναι (44) μὴ σπουδασθῆναι παρὰ τοῖς Ἕλλησι δημοσίᾳ γίνεσθαι τὰς περὶ τῶν ἑκάστοτε πραττομένων ἀναγραφάς, τοῦτο μάλιστα δὴ καὶ τὴν πλάνην, καὶ τὴν ἐξουσίαν τοῦ σπεύδεσθαι τοῖς μετὰ ταῦτα βουληθεῖσι περὶ τῶν παλαιῶν τι γράφειν παρέσχεν. Οὐ γὰρ μόνον παρὰ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν ἠμελήθη τὰ περὶ τὰς ἀναγραφάς, ἀλλ' οὐδὲ παρ' αὐτοῖς Ἀθηναίοις, οὓς αὐτόχθονας εἶναι λέγουσι, καὶ παιδείας ἐπιμελεῖς, οὐδὲν τοιοῦτον εὑρίσκοται γενόμενον· ἀλλὰ τῶν δημοσίων γραμμάτων ἀρχαιοτάτους εἶναί φασι τοὺς ὑπὸ Δράκοντος αὐτοῖς περὶ τῶν φονικῶν γραφέντας νόμους, ὀλίγῳ πρότερον τῆς Πεισιστράτου τυραννίδος ἀνθρώπου γεγονότος. Περὶ μὲν γὰρ Ἀρκάδων τί χρὴ λέγειν, αὐχούντων ἀρχαιότητα; μόλις γὰρ οὗτοι καὶ μετὰ ταῦτα γράμμασιν ἐπαιδεύθησαν. Ἅτε δὴ τοίνυν οὐδεμιᾶς προβεβλημένης ἀναγραφῆς, ἣ καὶ τοὺς μαθεῖν βουλομένους διδάξειν ἔμελλε, καὶ τοὺς ψευδομένους ἐλέγξειν, ἡ πολλὴ πρὸς ἀλλήλους ἐγένετο διαφωνία τοῖς συγγραφεῦσι. Δευτέραν δὲ πρὸς ταύτην θετέον ἐκείνην τὴν αἰτίαν. Οἱ γὰρ ἐπὶ τὸ γράφειν ὁρμήσαντες οὐ περὶ τὴν ἀλήθειαν ἐσπούδασαν, καίτοι τοῦτο πρόχειρον αὐτοῖς ἐστιν ἀεὶ τὸ ἐπάγγελμα· λόγων δὲ δύναμιν ἐπεδείκνυντο· καὶ καθ' ὁντινα τρόπον ἐν τούτῳ παρευδοκιμῆσαι τοὺς ἄλλους ὑπελάμβανον, κατὰ τοῦτον ἡρμόζοντο· τινὲς μὲν ἐπὶ τὸ μυθολογεῖν τραπόμενοι, τινὲς δὲ πρὸς χάριν, ἢ τὰς πόλεις, ἢ τοὺς βασιλέας ἐπαινοῦντες· ἄλλοι δὲ ἐπὶ τὸ κατηγορεῖν τῶν πράξεων, ἢ τῶν γεγραφότων ἐχώρησαν, εὐδοκιμήσειν ἐν τούτῳ νομίζοντες. Ὅλως δὲ τὸ πάντων ἐναντιώτατον ἱστορίᾳ πράττοντες διατελοῦσι· τῆς μὲν γὰρ ἀληθοῦς ἐστι τεκμήριον ἱστορίας, εἰ περὶ τῶν αὐτῶν ἅπαντες τὰ αὐτὰ καὶ λέγοιεν καὶ γράφοιεν· οἱ δὲ, εἰ μὴ τὰ αὐτὰ γράψειαν ἑτέροις, οὕτως ἐνομίζοντο αὐτοὶ φαίνεσθαι πάντων ἀληθέστατοι. » Τοσαῦτα καὶ ὁ Ἰώσηπος. Εἴη δ' ἂν τῶν εἰρημένων ἐπισφράγισμα καὶ ἡ Διοδώρου μαρτυρία, ἣν ἀπὸ τοῦ πρώτου τῆς συναχθείσης αὐτῷ *Βιβλιοθήκης* παραθήσομαι, οὕτως ἔχουσαν πρὸς λέξιν.

A tissimorum scriptorum magna sit plerumque dissensio? Prorsus **479** ut ipse quoque Thucydides, licet accuratissimam temporum suorum historiam perscribere videatur, a nonnullis tamen erroris ac vanitatis arguatur. Cujus sane discidii, cum aliæ fortassis plurimæ aliis in illud anquirentibus occurrere possint, tum has præcipue duas summi momenti causas esse intelligo. Atque ut ab ea, quæ mihi potior videtur, incipiam, cum totum illud res eas, quæ ubique fierent, publicas in tabulas referendi studium a Græcis jam usque ab initio neglectum fuisset, id sane cum errori maxime viam aperuit, tum iis etiam omnibus, qui de rebus antiB quioribus scribere cogitarent, licentiam obtulit impune mentiendi. Nec enim reliqua duntaxat Græcorum natio hanc tabularum conficiendarum curam jacere permisit: sed ne apud Athenienses quidem, quos tamen et indigenas, et disciplinarum apprime studiosos esse ferunt, quidquam ejusmodi factum reperias: cum e publicis quidem litteris, antiquissimas leges eas fuisse tradant, quas ipsis Draco de cæde tulit, homo qui nonnisi paulo ante Pisistrati tyrannidem lucem aspexerat. Nam Arcadum meminisse quid attinet, qui cum de sua tantopere vetustate glorientur, vix tamen etiam post illa tempora litterarum informari cognitione cœperunt? Ita plane, cum vetustior commentarius nullus exstaret, qui vel docere discendi cupidos, vel mentientes C arguere posset, maxima est scriptores inter excitata dissensio. Cui tu causæ alteram hanc adjungas licet. Qui enim ad scribendum sese contulerunt, ii non veritatis utique studio ducebantur, licet hoc profiteri solemne passim omnibus tralatitiumque sit: sed vim orationis unam ostendebant, atque ita quo se quisque genere alios superaturum esse maxime confidebat, in eo elaborabat plurimum. Ergo alii fabulas texere, alii civitatum aut regum benevolentiam et gratiam laudationibus eblandiri cœperunt: nonnulli res ipsas, aut illarum scriptores carpere ac vituperare maluerunt, quod in eo sese facilius excellere posse sperarent. Cæterum isti cum historiæ legibus omnino pugnant. Cum enim eo potissimum argumento historiæ veritas comprobetur, si de rebus iisdem eadem omnes pronuntient ac scribant; ita sese demum isti maxime reliquos omnes veritatis opinione superaturos putarunt, siab reliquis maxime dissiderent. » Hactenus etiam Josephus. **480** Quorum omnium quoddam quasi sigillum esto Diodori testimonium, quod ex primo conflatæ ab eo *Bibliothecæ* proferemus. Sic enim ad verbum habet.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Ἔτι περὶ τοῦ αὐτοῦ, ἀπὸ τῶν Διοδώρου.

« Τούτων δ' ἡμῖν (45) διευκρινημένων, ῥητέον ὅσοι τῶν παρ' Ἕλλησι δεδοξασμένων ἐπὶ συνέσει καὶ παιδείᾳ παρέβαλον εἰς Αἴγυπτον ἐν τοῖς ἀρχαίοις χρόνοις, ἵνα τῶν ἐνταῦθα νομίμων καὶ παιδείας μετάσχωσιν. Οἱ γὰρ ἱερεῖς τῶν Αἰγυπτίων ἱστοροῦσιν ἐκ τῶν ἀναγραφῶν τῶν ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις παραβαλεῖν πρὸς ἑαυτοὺς Ὀρφέα τε καὶ Μουσαῖον, καὶ

CAPUT VIII.

Ex Diodoro in eamdem sententiam.

D « His, inquit, a nobis diligenter enucleatis, ostendendum nobis est, quam multi Græcorum non minus prudentia, quam eruditione præstantes, in Ægyptum olim profecti sint, ut ejus populi mores doctrinæque genus cognoscerent. Enimvero sacerdotes Ægyptii sacrorum librorum auctoritate confirmant, ad suos Orpheum aliquando, Musæum,

(44) *Ἐξετασθῆναι.* Corrigendum ex Josepho est: ἐξ ἀρχῆς.

(45) *Τούτων δ' ἡμῖν.* Diodori locus est ex lib. *Biblioth.*, pag. 86, edit. Græco-Lat.

Digitized by Google

Melampodem, ac Dædalum, necnon et Homerum poetam, Lycurgum Spartiatem, Solonem Atheniensem, Platonem philosophum, Pythagoram Samium, Eudoxum mathematicum, Democritum Abderitam, et Œnopidam Chium accessisse. Quorum illi monumenta quædam etiamnum repræsentant, aliorum quidem imagines, aliorum vero, partim loca, partim opera quædam ipsorum cognomentis insignia. Quinetiam ex singulari cujusque ac proprio doctrinæ genere id ipsum manifeste colligunt, dum eos, quidquid tantum ipsis apud Græcos admirationis peperit, id totum ex Ægypto deportasse demonstrant. Quippe, Orpheum enim partem mysticorum sacrorum maximam, quæque de ipsius errore orgia celebrantur, ac totam illam inferorum fabulam ab Ægyptiis derivasse. Nam et Osiridis religiones, illas ipsas esse, quas Baccho attribuit, et Isidis inter Cererisque cultum affinitatem esse permagnam, adeoque solam nominum mutationem interesse. Quod autem et impiorum apud inferos supplicia, et prata piorum amœnissima, et fictitias illas passimque vulgatas mortuorum umbras invexerit, in iis omnibus solemnes in funeribus Ægyptiorum ritus imitatum fuisse. Nam veteri Ægyptiorum instituto, Mercurium illum deducendis animabus præpositum, Apidis corpus, ubi ad certum usque locum perduxerit, tum nescio cui dimidii Cerberi larvam induto tradere solitum. Id Orpheus cum Græcis hominibus indicasset, Homerum ejus deinde secutum vestigia, suis ita versibus inseruisse :

A Μελάμποδα, καὶ Δαίδαλον, πρὸς δὲ τούτοις Ὅμηρόν τε τὸν ποιητὴν, καὶ Λυκοῦργον τὸν Σπαρτιάτην· ἔτι δὲ Σόλωνα τὸν Ἀθηναῖον, καὶ Πλάτωνα τὸν φιλόσοφον. Ἐλθεῖν δὲ καὶ Πυθαγόραν τὸν Σάμιον, καὶ τὸν μαθηματικὸν Εὔδοξον, ἔτι δὲ καὶ Δημόκριτον τὸν Ἀβδηρίτην, καὶ Οἰνοπίδην τὸν Χῖον. Πάντων δὲ τούτων σημεῖα δεικνύουσι, τῶν μὲν, εἰκόνας, τῶν δὲ τόπων ἢ κατασκευασμάτων (46) ὁμωνύμους προσηγορίας. Ἔκ τε τῆς ἑκάστῳ ζηλωθείσης παιδείας ἀποδείξεις φέρουσι, συνιστάντες ἐξ Αἰγύπτου μετενηνοχέναι πάντα, δι' ὧν παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἐθαυμάσθησαν. Ὀρφέα μὲν γὰρ τῶν μυστικῶν τελετῶν τὰ πλεῖστα, καὶ τὰ περὶ τὴν ἑαυτοῦ πλάνην (47) ὀργιαζόμενα, καὶ τὴν τῶν ἐν ᾅδου μυθοποιίαν, παρ' Αἰγυπτίων ἀπενέγκασθαι. Τὴν μὲν γὰρ Ὀσίριδος τελετὴν τῇ Διονύσου τὴν αὐτὴν εἶναι· τὴν δὲ τῆς Ἴσιδος τῇ τῆς Δήμητρος ὁμοιωτάτην ὑπάρχειν, τῶν ὀνομάτων μόνων ἐνηλλαγμένων· τὰς δὲ ἀσεβῶν ἐν ᾅδου τιμωρίας, καὶ τοὺς τῶν εὐσεβῶν λειμῶνας, καὶ τὰς παρὰ τοῖς πολλοῖς εἰδωλοποιίας ἀναπεπλασμένας παρεισαγαγεῖν, μιμησάμενον τὰ περὶ τὰς ταφὰς τὰς κατ' Αἴγυπτον. Τὸν μὲν γὰρ ψυχοπομπὸν Ἑρμῆν, κατὰ τὸ παλαιὸν νόμιμον παρ' Αἰγυπτίοις, ἀναγαγόντα τοῦ Ἅπιδος τὸ σῶμα μέχρι τινὸς, παραδιδόναι τῷ περικειμένῳ τὴν τοῦ Κερβέρου περιτομήν. Τοῦ δὲ Ὀρφέως τοῦτο καταδείξαντος παρὰ τοῖς Ἕλλησι, τὸν Ὅμηρον ἀκολούθως τούτῳ θεῖναι κατὰ τὴν ποίησιν·

B

481 *Heroumque animas Cyllenius evocat Hermes ; Virgam dextra gerit.* »

C Ἑρμῆς δὲ ψυχὰς Κυλλήνιος ἐξεκαλεῖτο
Ἀνδρῶν ἡρώων· ἔχε δὲ ῥάβδον μετὰ χερσίν (48).»

Tum aliis eamdem in rem commemoratis, ita prosequitur: « Melampodem quoque ferunt, statas solemnesque Græcorum in sacris Bacchi cæremonias, cum iis quæ vel de Saturno, vel de commisso cum Titanibus certamine, vel omnino de numinum suorum casibus fabulantur, ex Ægypto transtulisse. At vero Dædalum ejus labyrinthi flexiones imitatum esse, qui a Mendete, ut nonnulli tradunt, vel ut aliis placet, a Mari rege, multis antequam Minos regnaret annis, ædificatus, ad hodiernum usque diem visitur. Quinetiam idem artis ingenium in antiquis Ægyptiorum signis etiamnum apparere, quo Dædali apud Græcos statuæ commendantur: eumdem, quod elegantissimum apud Memphim Vulcani templi vestibulum admirabili artificio construxisset, Ligneam in eodem templo statuam suis ipsius manibus elaboratam ; imo divinos etiam honores, ob singularem artis excellentiam, qua et magnum sibi nomen confecerat, et nova pleraque excogitaverat,

Εἶτα πάλιν προβὰς ἐπιλέγει· « Μελάμποδα (49) δέ φασι μετενεγκεῖν ἐξ Αἰγύπτου τὰ Διονύσῳ νομιζόμενα τελεῖσθαι παρὰ τοῖς Ἕλλησι, καὶ τὰ περὶ Κρόνου μυθολογούμενα, καὶ τὰ περὶ τῆς Τιτανομαχίας, καὶ τὸ σύνολον τὴν περὶ τὰ πάθη τῶν θεῶν ἱστορίαν. Τὸν δὲ Δαίδαλον λέγουσιν ἀπομιμήσασθαι τὴν τοῦ λαβυρίνθου πλοκὴν, τοῦ διαμένοντος μὲν μέχρι τοῦ νῦν καιροῦ, οἰκοδομηθέντος δὲ, ὡς μέν τινές φασιν, ὑπὸ Μένδητος· ὡς δ' ἔνιοι λέγουσιν, ὑπὸ Μάρου τοῦ βασιλέως, πολλοῖς ἔτεσι πρότερον τῆς Μίνω βασιλείας· τόν τε ῥυθμὸν τῶν ἀρχαίων κατ' Αἴγυπτον ἀνδριάντων τὸν αὐτὸν εἶναι τοῖς ὑπὸ Δαιδάλου κατασκευασθεῖσι παρὰ τοῖς Ἕλλησι. Τὸ δὲ κάλλιστον πρόπυλον ἐν Μέμφιδι τοῦ Ἡφαίστου Δαίδαλον ἀρχιτεκτονῆσαι, καὶ θαυμασθέντα, τυχεῖν εἰκόνος ξυλίνης κατὰ τὸ προειρημένον ἱερὸν, ταῖς ἰδίαις χερσὶ δεδημιουργημένης· πέρας δὲ διὰ τὴν εὐφυΐαν ἀξιωθέντα μεγάλης δόξης, καὶ πολλὰ προσεξευρόντα, τυχεῖν ἰσοθέων τιμῶν. Κατὰ γὰρ μίαν τῶν πρὸς τῇ Μέμ-

D

(46) *Τόκων ἢ κατασκευασμ.* Interpres Diodori, *desumptas a locis aut operibus appellationes.* Rectius visum est, *partim loca, partim opera quædam, ipsorum cognominis insignia.* Quomodo enim in Ægypto, Græcorum philosophorum appellationes ostenderent, a locis operibusve desumptas? Facile autem, et loca quædam, et opera ipsorum cognomentis insignia ostendere potuerunt : cum ibi et perdiu versati essent, et nonnulla industriæ suæ monumenta reliquissent. Huc autem pertinet illud Strabonis, lib. XVII : Ἐκεῖ οὖν (de Ægypto loquitur) ἐδείκνυντο οἵ τε τῶν ἱερέων οἶκοι, καὶ Πλάτωνος, καὶ Εὐδόξου διατριβαί.

(47) *Τὴν ἑαυτοῦ πλάνην.* Mallem τὴν αὐτοῦ πλάν. Id est, τὴν ὑπ' αὐτοῦ πεποιημένην.

(48) *Μετὰ χερσίν.* Post hæc verba, sequitur apud Diodorum locus, ut in re fabulosa, perinsignis, ad eum fontem indicandum, unde Homerus, aliique deinceps poetæ τὰ πρὸς τὴν νεκυίαν hausisse videantur.

(49) *Μελάμποδα.* Diodor., pag. 87.

Digitized by Google

ριδι νήσων, ἔτι καὶ νῦν ἱερὸν εἶναι Δαιδάλου, τιμώ- A
μενον ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων. Τῆς δ' Ὁμήρου παρουσίας
ἄλλα τε σημεῖα φέρουσι, καὶ μάλιστα τὴν τῆς Ἑλέ-
νης γενομένην παρὰ Μενελάῳ Τηλεμάχῳ φαρμα-
κείαν, καὶ λήθην τῶν συμβεβηκότων κακῶν. Τὸ γὰρ
νηπενθὲς (50) φάρμακον, ὃ λαβεῖν φησιν ὁ ποιη-
τὴς τὴν Ἑλένην, ἐκ τῶν Αἰγυπτίων (51) παρὰ τῆς
Πολυδάμνης (52), τῆς Θῶνος γυναικὸς, ἀκριβῶς ἐξ-
ητακὼς φαίνεται. Ἔτι γὰρ καὶ νῦν τὰς ἐν ταύτῃ
γυναῖκας χρῆσθαι τῇ προειρημένῃ δυνάμει λέγουσι,
καὶ παρὰ μόναις ταῖς Διοσπολίτισιν ἐκ παλαιῶν
χρόνων ὀργῆς καὶ λύπης φάρμακον εὑρῆσθαί φασι·
τὰς δὲ Θήβας καὶ Διόσπολιν τὴν αὐτὴν ὑπάρχειν·
τήν τε Ἀφροδίτην ὀνομάζεσθαι παρὰ τοῖς ἐγχω-
ρίοις Χρυσῆν ἐκ παλαιᾶς παραδόσεως· καὶ πεδίον
εἶναι καλούμενον Χρυσῆς Ἀφροδίτης παρὰ τὴν ὀνο- B
μαζομένην Μώμεμφιν (53)· τά τε περὶ τὸν Δία
καὶ τὴν Ἥραν μυθολογούμενα περὶ τῆς συνουσίας
καὶ τὴν εἰς Αἰθιοπίαν ἐκδημίαν, ἐκεῖθεν αὐτὸν μετ-
ενεγκεῖν. Κατ' ἐνιαυτὸν γὰρ παρὰ τοῖς Αἰγυπτίοις
τὸν νεὼν τοῦ Διὸς περαιοῦσθαι τὸν ποταμὸν εἰς τὴν
Λιβύην, καὶ μεθ' ἡμέρας τινὰς πάλιν ἐπιστρέφειν,
ὡς ἐξ Αἰθιοπίας τοῦ θεοῦ παρόντος, τήν τε συν-
ουσίαν τῶν θεῶν τούτων, ἐν ταῖς πανηγυρήσεσι τῶν
ναῶν ἀνακομιζομένων ἀμφοτέρων εἰς ὄρος ἄνθεσι
παντοίοις ὑπὸ τῶν ἱερέων κατεστεμμένον (54). Καὶ
Λυκοῦργον δὲ, καὶ Πλάτωνα, καὶ Σόλωνα, πολλὰ τῶν
ἐξ Αἰγύπτου νομίμων εἰς τὰς ἑαυτῶν κατατάξαι νομο-
θεσίας. Πυθαγόραν τε τὰ κατὰ τὸν ἱερὸν λόγον, καὶ
τὰ κατὰ γεωμετρίαν θεωρήματα, καὶ τὰ περὶ τοὺς
ἀριθμοὺς, ἔτι δὲ τὴν εἰς πᾶν ζῶον τῆς ψυχῆς μετα- C
βολὴν μαθεῖν παρ' Αἰγυπτίων. Ὑπολαμβάνουσι δὲ
καὶ Δημόκριτον παρ' αὐτοῖς ἔτη διατρῖψαι πέντε,
καὶ πολλὰ διδαχθῆναι τῶν κατὰ ἀστρολογίαν· τόν τε
Οἰνοπίδην (55) ὁμοίως συνδιατρίψαντα τοῖς ἱερεῦσι
καὶ ἀστρολόγοις, μαθεῖν ἄλλα τε καὶ μάλιστα τὸν
ἡλιακὸν κύκλον, ὡς λοξὴν μὲν ἔχει τὴν πορείαν, ἐν-
αντίαν δὲ τοῖς ἄλλοις ἄστροις τὴν φορὰν ποιεῖται.
Παραπλησίως δὲ καὶ τὸν Εὔδοξον (56) ἀστρολογή-

consecutum fuisse. Siquidem in una quadam ex iis, quæ Memphi vicinæ sunt, insulis, hodieque Dædali templum exstare maxima Insulanorum religione celebratum. Jam ibidem Homerum quoque versatum esse, cum aliis argumentis efficiunt, tum ex illo pharmaci genere auferunt, quo apud Menelaum Helena omnem Telemacho superiorum malorum abstersit excussitque memoriam. Et sane pharmacum illud poeta, quod nepenthes, quasi ab omni dolore vacuum nominat, quodque Helenam a Polydamna Thonis uxore acceptum, Thebis Ægyptiis asportasse commemorat, admodum exploratum habuisse videtur. Nam illic mulieres etiamnum ea vi ac facultate præditas esse, nec nisi apud Diospolitanas præsens illud iracundiæ dolorisque remedium jam ab ultimis usque temporibus repertum fuisse tradunt Thebas porro atque Diospolin, unam et eamdem urbem esse. Necnon Venerem ab indigenis, Auream, pervetusto quodam more, nuncupari, adeoque campum aliquem propter Momemphim esse, qui Veneris Aureæ campus appelletur. Præterea quæ de Jovis Junonisque congressu, aut in Æthiopiam profectione fabulatur, indidem ipsum hausisse. Jovis enim ædem quotannis apud Ægyptios per **482** fluvium in Libyam deferri, unde post aliquot dies, quasi reverso ex Æthiopia numine revehatur. Utriusque vero Dei conjunctionem ex eo fingendi occasionem sumpsisse, quod in publicis totius populi festis, in montem quemdam a sacerdotibus omni florum genere consperso ædes utraque deferatur. Ad hæc Lycurgum, Platonem, ac Solonem, permulta ex Ægyptiorum institutis in legum suarum tabulas retulisse : Pythagoram sacri sermonis arcana, cum geometriæ principiis, numerandi arte, et animorum in quælibet animantium genera migratione, ab Ægyptiis accepisse. Democritum etiam annos apud se quinque versatum, ac pluribus astrologiæ præceptis eruditum fuisse arbitrantur : Œnopidemque similiter ex frequenti sacerdotum consuetudine,

(50) *Τὸ γὰρ νηπενθὲς*. Consule *Odyss.* Δ', v. 220, ubi Homerus ista copiose.

(51) *Ἐκ τῶν Αἰγυπτίων*. Adde Θηβῶν, ex Diodoro, quæ paulo post appellantur.

(52) *Τῆς Πολυδάμνης*. Diodorus et manuscr., Πολυμνήστης. Sed Homerus favet Eusebio :

Τοῖα Διὸς θυγάτηρ ἔχε φάρμακα μητιόεντα,
Ἐσθλὰ τὰ οἱ Πολύδαμνα πόρεν Θῶνος παράκοιτις
Αἰγυπτίη, κ. τ. λ.

Favet et Justin. Martyr in *Paænet.*, pag. 20 : Τὸ νηπενθὲς, ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθες ἁπάντων φάρμακον, ἡ Ἑλένη λαβοῦσα παρὰ τῆς Θῶνος γυναικὸς Πολυδάμνας, εἰς τὴν Σπάρτην ἐκόμισεν.

(53) *Μώμεμφιν*. Diodor. Μέμφιν. Sed vitiose, opinor. Primum enim, cur adderet ὀνομαζομένην, qui Memphim jam sæpius ante nominarat? Deinde notior illa Memphis, quam ut illam προσθήκην desideret. Postremo, nec geographi Momemphin ignorarunt. Stephanus, Μώμεμφις πόλις Αἰγύπτου, unde Μομεμφίτης νόμος. Diodorus ipse, pag. 60, de Psammitticho, Ἐνίκησε περὶ τὴν πόλιν ὀνομαζομένην Μώμεμφιν. Strabo, lib. XVII, post Gynæcopolitanam præfecturam, Ἑφεξῆς δὲ Μώμεμφις, καὶ Μωμεμφίτης νόμος. Aureæ quidem Veneris non meminit, sed tamen Venerem a Momemphitis præcipue cultam esse tradit. At Justin. Martyr., loco jam citato : Καὶ χρυσῆν δὲ Ἀφροδίτην, inquit, ὠνόμασεν ἐκ τῆς ἐν Αἰγύπτῳ ἱστορίας, ἔγνω γὰρ καὶ τέμενος Χρυσῆς Ἀφροδίτης ἐν Αἰγύπτῳ λεγόμενον, καὶ πεδίον Χρυσῆς Ἀφροδίτης ὀνομαζόμενον. Ejusd. urbis mentio est apud Herodot., lib. II.

(54) *Κατεστεμμένον*. Diodorus κατεστρωμένον, quod malo tametsi alterum non improbem.

(55) *Οἰνοπίδην*. Œnopidem Chium intelligit, de quo Ælianus, *Var. Histor.* lib. X, cap. 7 : Οἰνοπίδης ὁ Χῖος, inquit, ἀστρολόγος, ἀνέθηκεν ἐν Ὀλυμπίοις τὸ χαλκοῦν γραμματεῖον, ἐγγράψας ἐν αὐτῷ τὴν ἀστρολογίαν τῶν ἐνὸς δεόντων ἑξήκοντα ἐτῶν, φήσας τὸν μέγαν ἐνιαυτὸν εἶναι τοῦτον.

(56) *Εὔδοξον*. Æschinis filium, patria Cnidium, Platonis auditorem, atque, ut Tullius, lib. II *De divinat.*, loquitur, in astrologia, judicio doctissimorum hominum, facile principem. Ejus vitam Diogen. Laertius lib. VIII conscripsit. Multi de eo multa, præcipueque Plutarchus variis in locis. Ἔνδοξος, pro Εὔδοξος, ob summam nominis celebritatem cognominatus est. Profectus in Ægyptum, cum Chrysippo Medico, ut Diogenes tradit : at Strabo, lib. XVII : Συναπάδη γὰρ δή, inquit, τῷ

Digitized by Google

cum alia pleraque, tum solis maxime conversionem didicisse, utque obliquum et flexuosum cursum instituat, ac motu reliquis sideribus contrario rapiatur. Eudoxum quoque post navatam apud se astrologiæ operam, quod multa deinde summæ utilitatis ac fructus cum Græcis hominibus communicasset, laudem sibi maximam peperisse. Postremo quotquot e priscis fictoribus in hominum ore plurimum et existimatione versati sunt, Ægyptum frequentasse omnes, atque inter alios Teraclem, ac Theodorum, ambo Rhœci filios, qui Samiis illud Apollinis Pythii simulacrum perfecerunt. » Huc usque Diodorus. Quam mihi disputationem, superioribus testimoniis abunde illustratam, hoc demum loco terminare libet. Ac desinant isti porro nos temeritatis arguere, quod veræ pietatis studio, Græciæ sapientum philosophorumque doctores, barbaros, inquam, illos, (si barbari tamen Hebræi sunt), consulere voluerimus ipsi quoque. Deinceps quibus ipsi temporibus, Moyses puta, cæterique post eum prophetæ claruerint, excutiendum erit ; cum is, qui de viris inter omnes eruditionis ac sapientiæ laude præstantibus sermonem instituat, rem ad suscepti argumenti rationes longe præcipuam facturus videatur, si de illorum antiquitate certi prius aliquid exploratique constituat. Nam ita demum, si quando cum Hebræorum prophetis atque theologis Græci consentient, sine ulla dubitatione intelligas, utros credibile sit aliorum mutuari sententias, antiquioresne juniorum, id est Græcorum Hebræos, barbarosque philosophorum, quorum illi ne vocem quidem audire potuerint : 483 an, quod longe vero similius est, juniores antiquiorum, adeoque Græcos illos, qui tam curiose gentium plurimarum instituta scrutati sunt, ne scripta quidem Hebræorum, quæ Græcam in linguam fuerint tanto ante conversa, latuisse.

A

B

C

D

σαντα παρ' αὐτοῖς, καὶ πολλὰ τῶν χρησίμων εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐκδόντα, τυχεῖν τῆς ἀξιολόγου δόξης. Πάντων δὲ τῶν παλαιῶν ἀγαλματοποιῶν τοὺς μάλιστα διωνομασμένους διατετριφέναι παρ' αὐτοῖς, Τηρακλέα καὶ Θεόδωρον (57), τοὺς Ῥοίκου μὲν υἱοὺς, κατασκευάσαντας δὲ τοῖς Σαμίοις τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Πυθίου ξόανον. » Τοσαῦτα δὲ καὶ Διόδωρος. Ἀλλ' οὗτος μὲν ὁ λόγος, ὧδέ πως ἀποδεδειγμένος, ἐνταῦθά μοι εἰληφέτω τέλος. Οὐ δεῖ δὴ λοιπὸν ἀλογίας ἡμῶν κατηγορεῖν, εἰ δὴ τοὺς τῶν σοφῶν Ἑλλήνων, καὶ αὐτῶν γε τῶν παρ' αὐτοῖς φιλοσόφων διδασκάλους, τοὺς βαρβάρους λέγω, πόθῳ τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας καὶ αὐτοὶ μετήλθομεν, εἴ γε βάρβαροι Ἑβραῖοι· ὧν τοὺς χρόνους, καθ' οὓς ἤκμασαν Μωϋσῆς τε καὶ οἱ μετὰ Μωϋσέα προφῆται, εὖ ἂν ἔχοι διελθεῖν· ἐπεὶ καὶ τοῦτ' ἂν εἴη ἓν τι τῶν μάλιστα συνεκτικωτάτων τῇ προκειμένῃ πραγματείᾳ, τὸ, μέλλοντας τῶν παρὰ τοῖς ἀνδράσι λογίων ἐφάπτεσθαι, προδιαλαβεῖν περὶ τῆς ἀρχαιότητος αὐτῶν· ἵν', εἰ φανεῖεν τοῖς Ἑβραίων προφήταις τε καὶ θεολόγοις οἱ παρ' Ἕλλησιν ὁμοδοξοῦντες, μηκέτ' ἀμφιβάλοις, τίνας ἦν εἰκὸς τὰ παρὰ τίνων ἀναλέξασθαι· πότερα τοὺς πρεσβυτέρους τὰ τῶν νέων, Ἑβραίους τε τὰ Ἑλλήνων, καὶ βαρβάρους τὰ φιλοσόφων, ὧν οὐδὲ τῆς ὁπῆς εἰκὸς ἐπαΐειν· ἢ, ὅπερ καὶ μᾶλλον εἰκὸς, τοὺς νέους τὰ τῶν πρεσβυτέρων, καὶ τοὺς τὰ πλεῖστα τῶν ἐθνῶν περιειργασμένους Ἕλληνας, καὶ τὰ Ἑβραίων μὴ ἀγνοῆσαι, ἀρχῆθεν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα φωνὴν μεταβεβλημένα.

CAPUT IX.

De Moysis et prophetarum Hebræorum antiquitate.

Ac Moysis quidem et prophetarum eo posteriorum antiquitatem, suis in operibus alii complures diligenter admodum ac studiose comprobatam et contestatam reliquerunt, ex quibus pauca quædam paulo post subjiciam. Sed tamen prius novam ipse viam insistens, cæterisque jam tritæ dissimilem, quæ sequitur rationem ac methodum inire decrevi. Cum Servatoris nostri natalem omnium consensu, in Augusti imperatoris tempora incidisse, Christum vero circa decimum quintum Tiberii Cæsaris annum proseminandi Evangelii initium fecisse constet : si quis ab eodem annorum summam ita colli-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Περὶ τῆς ἀρχαιότητος Μωϋσέως, καὶ τῶν παρ' Ἑβραίοις προφητῶν.

Μωϋσέως πέρι, καὶ τῆς τῶν μετ' αὐτὸν προφητῶν ἀρχαιότητος, πλεῖστοι μὲν ἄλλοι διὰ σπουδῆς τὴν ἀπόδειξιν ἐν οἰκείοις καταβέβληνται συγγράμμασιν, ἀφ' ὧν αὐτίκα μάλα μικρὰ ἅττα παραθήσομαι· κἀγὼ δὲ, καινοτέραν παρὰ τοὺς εἰρημένους ὁδεύσας, ταύτῃ χρήσομαι τῇ μεθόδῳ. Συντρεχόντων ὁμολογουμένως τῶν χρόνων Αὐγούστου Ῥωμαίων αὐτοκράτορος καὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν γενέσεως, ἀρχήν τε τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας τοῦ Χριστοῦ ποιησαμένου κατὰ τὸ πεντεκαιδέκατον ἔτος Τιβερίου Καίσαρος, εἴ τις ἀπὸ τούτου συναγαγεῖν ἐθέλοι τὸν τῶν ἐτῶν ἀριθμὸν, προϊὼν ἐπὶ τοὺς ἀνωτέρω χρόνους, τοὺς μέχρι Δα-

Πλάτωνι ὁ Εὔδοξος, δεῦρο (de Ægypto loquitur) καὶ συνδιέτριψαν τοῖς ἱερεῦσιν ἐκεῖνοι ἐνταῦθα τρισκαίδεκα ἔτη, ὡς εἴρηταί τισι. Consule Petavium nostrum, lib. II, cap. 5 et 6, eximii operis *De doctrina temporum*, ubi Scaligeri de Eudoxo, deque ejus octaeteride somnia dissipantur.

(57) *Τηρακλέα καὶ Θεόδωρον*. Diodor., Τηλεκλέα, καὶ Θεόδ., quæ vera lectio est. Sed addenda quæ subdit eo loco historicus, ad illud Apollinis signum pertinentia. Τοῦ ἀγάλματος, inquit, ἐν Σάμῳ μὲν, ὑπὸ Τηλεκλέους ἱστορεῖται τὸ ἥμισυ δημιουργηθῆναι· κατὰ δὲ τὴν Ἔφεσον, ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Θεοδώρου τὸ ἕτερον μέρος συντελεσθῆναι· συντεθέντα δὲ πρὸς ἄλληλα τὰ μέρη, συμφωνεῖν οὕτως, ὥστε δοκεῖν ὑφ' ἑνὸς τὸ πᾶν σῶμα κατεσκευάσθαι. Τοῦτο δὲ γένος τῆς ἐργασίας, παρὰ μὲν τοῖς Ἕλλησι μηδαμῶς ἐπιτηδεύεσθαι, παρὰ δὲ τοῖς Αἰγυπτίοις μάλιστα συντελεῖσθαι. Hæc Diodorus. At Pausanias Theodorum illum, Teleclis non fratrem, sed filium vocat. Sic enim ille in *Arcadicis*, pag. 248 : Διέχεαν δὲ χαλκὸν πρῶτοι, καὶ ἀγάλματα ἐχώνευσαντο, Ῥοῖκός τε Φιαλεὺς, καὶ Θεόδωρος Τηλεκλέους, Σάμιοι. Tum de Theodoro nominatim : Θεοδώρου δὲ ἔργον ἦν καὶ ἐπὶ τοῦ λίθου τῆς σμαράγδου σφραγὶς, ἣν Πολυκράτης ὁ Σάμου τυραννήσας ἐφόρει. Similia scribit in *Phocicis*, extremo lib., nisi quod Rhœci patrem Philæum, non Phiæum, ut in *Arcadicis* nominat : licet interpres Φιλαίου utrobique legerit.

Digitized by Google

ρείου τοῦ Περσῶν βασιλέως, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἀνανεώσεως τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις νεὼ, ἣ γέγονε μετὰ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους· εὕροι ἂν ἀπὸ Τιβερίου ἐπὶ τὸ δεύτερον ἔτος Δαρείου ἔτη φμη'. Δαρείου μὲν γὰρ τὸ δεύτερον κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ξε' Ὀλυμπιάδος καταντᾷ· Τιβερίου δὲ τὸ πεντεκαιδέκατον τῆς Ῥωμαίων βασιλείας κατὰ τὸ δ' τῆς ογ' Ὀλυμπιάδος συμπίπτει. Γίνονται τοίνυν αἱ μεταξὺ Δαρείου τοῦ Πέρσου, καὶ Τιβερίου τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως Ὀλυμπιάδες ρλζ', αἳ συνάγουσι χρόνον ἐτῶν φμη', τετραετίας τῇ Ὀλυμπιάδι λογιζομένης. Ἐπεὶ δὲ κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος Δαρείου τὸ ἑβδομηκοστὸν ὑπῆρχε τῆς ἐρημίας τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις νεὼ, καθὼς τὰ τῆς Ἑβραίων ἱστορίας παρίστησι, κἀντεῦθεν πάλιν ἀνατρεχόντων, ἀπὸ μὲν τοῦ δευτέρου ἔτους Δαρείου ἐπὶ τὴν πρώτην Ὀλυμπιάδα ἔτη συνάγοιτ' ἂν σνς', Ὀλυμπιάδες ξδ'· τοσαῦτα δ' ἂν εὕροις τὰ ἀπὸ τοῦ ὑστάτου ἔτους τῆς ἐρημίας τοῦ δηλωθέντος ἱεροῦ ἐπὶ τὸ ν' ἔτος Ὀζίου τοῦ τῶν Ἰουδαίων βασιλέως ἀνιών, καθ' ὃν προεφήτευον Ἡσαΐας καὶ Ὡσηὲ, ὅσοι τε τούτοις γεγόνασι σύγχρονοι· ὥστ' εἶναι τὴν πρώτην καθ' Ἕλληνας Ὀλυμπιάδα σύνδρομον τῷ προφήτῃ Ἡσαΐᾳ καὶ τοῖς τούτου συγχρόνοις. Πάλιν δὲ ἀπὸ τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος, ἐπὶ τοὺς ἔμπροσθεν ἀνιὼν χρόνους, μέχρι τῆς Ἰλίου ἁλώσεως εὑρήσεις ἔτη συγκεφαλαιούμενα υη', ὡς αἱ παρ' Ἕλλησι τῶν χρόνων ἀναγραφαὶ περιέχουσι. Καὶ καθ' Ἑβραίους, ἀπὸ πεντηκοστοῦ ἔτους Ὀζίου τοῦ Ἰουδαίων βασιλέως ἀνιὼν ἐπὶ τὸ τρίτον ἔτος Λαβδὼν παρ' Ἑβραίοις γενομένου κριτοῦ, τὸν ἴσον συνάξεις ἀριθμὸν ἐτῶν υη'· ὥστ' εἶναι τὴν Ἰλίου ἅλωσιν κατὰ τοὺς Λαβδὼν τοῦ κριτοῦ χρόνους, ἑπτὰ ἔτεσι πρότερον ἢ Σαμψὼν ἀρξαι Ἑβραίων, ὃν κατὰ τὴν τοῦ σώματος ἀλκὴν ἀνυπόστατον γενέσθαι φασὶν, ἐοικότα τῷ βουμένῳ παρ' Ἕλλησιν Ἡρακλεῖ. Καὶ ἐντεῦθεν δὲ ἐπὶ τοὺς ἀνωτέρω βαδίζων, ἐν ταὐτῷ τε συναγαγὼν ἀριθμὸν ἐτῶν υ', εὕροις ἂν κατὰ μὲν Ἑβραίους Μωϋσέα, κατὰ δὲ Ἕλληνας Κέκροπα τὸν γηγενῆ. Κατώτερα δὲ τῶν Κέκροπος ἱστορεῖται χρόνων τὰ παρ' Ἕλλησι θαυμαζόμενα. Γίνεται γὰρ μετὰ Κέκροπα ὁ κατὰ Δευκαλίωνα κατακλυσμὸς, καὶ ἡ ἐπὶ Φαέθοντος ἐκπύρωσις, Ἐριχθονίου τε γένεσις, Κόρης τε ἁρπαγὴ, καὶ Δήμητρος μυστήρια, Ἐλευσινίων ἵδρυσις, Τριπτολέμου γεωργία, Εὐρώπης ὑπὸ Διὸς ἁρπαγὴ, Ἀπόλλωνος γένεσις, Κάδμου ἐπὶ Θήβας παρουσία, καὶ ἔτι τούτων νεώτεροι Διόνυσος, Μίνως, Περσεὺς, Ἀσκληπιὸς, Διόσκουροι, Ἡρακλῆς. Τούτων δ' ἁπάντων πρεσβύτερος γεγονὼς συνίσταται Μωϋσῆς, ὡς ἂν κατὰ Κέκροπα τὴν ἡλικίαν ἀκμάσας. Ἀπὸ δὲ Μωϋσέως πάλιν ἀνιὼν ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος ζωῆς Ἀβραὰμ, εὑρήσεις ἔτη φε'· τοσαῦτα δὲ ἀπὸ τοῦ δηλωθέντος ἔτους τῆς Κέκροπος βασιλείας (58-59), τὸν ἀνωτέρω χρόνον ἀπαριθμούμενος, ἐπὶ Νῖνον ἥξεις τὸν Ἀσσύριον, ὃν πρῶτόν φασιν ἁπάσης τῆς Ἀσίας πλὴν Ἰνδῶν κεκρατηκέναι· οὗ Νῖνος ἐπώνυμος πόλις, ἣ Νινευὶ παρ' Ἑβραίοις ὠνόμασται, καθ' ὃν Ζωροάστρης ὁ Μάγος Βακτρίων ἐβασίλευσε. Νίνου δὲ

gere voluerit, ut per superiora retro tempora, ad Darium usque Persarum regem, et instauratum Hierosolymis sub eo templum, id quod post Judaici populi ex Babylone reditum contigit, numerando perveniat; is a Tiberio ad Darii secundum, annos omnino reperiat quingentos et quadraginta octo. Nam Darii quidem secundus in primum olympiadis sexagesimæ quintæ, imperii vero Tiberii decimus quintus in quartum ducentesimæ tertiæ olympiadis incurrit. Quocirca Darium Persam inter, ac Tiberium Romanorum imperatorem, centum ac triginta septem olympiades intercedunt, quæ summam annorum quingentorum et quadraginta octo conficiunt, quadriennio singulis olympiadibus attributo. Et quoniam Darii secundus annus, cum Hierosolymitani templi vastitatis septuagesimo congruebat ut ex Hebræorum historia liquet : si gradum etiam inde retro flectas, ab anno Darii secundo ad primam usque Olympiadem anni conflent omnes quinquaginta sex supra ducentos, olympiades vero quatuor et sexaginta : quot plane ab ultimo excisi templi anno, ad Osiæ Judæorum regis quinquagesimum numerantur; quo tempore 484 Isaias, Oseas, aliique amborum æquales prophetæ claruerunt. Ita prima Græcorum olympias cum Isaia et ipsius æqualibus congruit. Rursus qui ad superiora tempora recurrere voluerit, is ab olympiade prima ad captam usque Trojam, annorum summam conficiet octo supra quadringentos, quem numerum chronologici Græcorum commentarii repræsentant. Similiter apud Hebræos, ab Osiæ Judæorum regis quinquagesimo, si gradum ad Labdonis Hebræi quondam judicis tertium feceris, æqualem annorum quadringentorum et octo numerum colliges. Atque ita sub Labdonis judicis tempora Ilium fuerit, septem annis antequam Samson Hebræis imperaret, quem viribus corporis nihil non superasse, adeoque omnium ore jactato Græcorum Herculi persimilem fuisse tradunt. Quodsi ab illo tempore, annos rursus quadringentos sursum versus numeraveris, Moysem apud Hebræos, apud Græcos Cecropem illum terrigenam reperies : quo quidem recentiora esse, quæcunque Græci tantopere celebrant, nemo non fatetur. Nam post illum, Deucalionis diluvium, Phaethontis incendium, ortus Erichthonii, Proserpinæ raptus, mysteria Cereris, Eleusiniorum institutio, Triptolemi agricultura, Europæ ab Jove raptus, natalis Apollinis, Cadmi apud Thebanos adventus, atque iis omnibus juniores Bacchus, Minos, Perseus, Æsculapius, Castor, et Pollux, et Hercules exstitere. Quos proinde Moyses, cum Cecropis tempore floruerit, ætate omnes anteivit. Porro si ab eodem Moyse ad primum usque Abrahami vitæ annum recurreris, summam colliges annorum quinque supra quingentos; itemque, totidem ab illo Cecropis regni anno superiora versus tempora numeratis, ad Ninum Assyrium perveniet, quem omnium principem tota passim Asia

(58-59) *Βασιλείας*. Addendum ἐπί, vel εἰς, ante τὸν ἀνωτ

Digitized by Google

si tamen Indos excipias, dominatum esse tradunt. Nomen ab eo Ninus civitas, quam Niniven Hebræi vocant, accepit, ejusdemque temporibus Zoroastres ille magus Bactrianis imperabat. Nini uxor Semiramis eidem successit in regnum : quorum ætate proinde Abrahamum vixisse oportuit. Verum hæc a nobis omnia certis argumentis in *Chronologicis* nostris *canonibus* confecta reperies. Nunc quidem confirmandæ Moysis antiquitati, ad superiora illa, unum hominis longe cum Hebræis, tum etiam nobis inimicissimi, atque infensissimi testimonium libet **485** adjungere : philosophum illum æqualem nostrum intelligo, qui eo in opere, quod nostros in homines vis ejus odii magnitudoque vulgavit, non modo nos, sed Hebræos etiam ipsos, necnon et Moysem, prophetasque post illum cæteros, iisdem contumeliis oneravit. Nam ita demum susceptum a nobis argumentum, ipsa hostium confessione testatum, nihil cuiquam dubitationis relicturum esse confido. Porphyrius igitur libro sui adversum nos operis quarto, hunc in modum, verbis omnino totidem loquitur : « Porro in scribenda, inquit, rerum Judaicarum historia, veritatis amantissimus est Sanchoniatho ille Berytius, quippe qui commentarios cum eorum sive loeis sive nominibus maxime congruentes, ab Hierombalo Jevonis dei sacerdote acceperit : qui suam historiam Abelbalo Berytiorum regi nuncupatam, cum illi ipsi, tum iis etiam, quibus in explorando vero consiliariis atque arbitris utebatur, probavit. Quorum sane tempora Trojanis etiam illis antiquiora sunt, parumque admodum a Moysis ætate disjuncta, ut ex Phœniciæ Regum successione cognoscitur. Idem autem Sanchoniatho, qui universam historiam, cum ex publicis urbis, tum e sacris tabulis haustam, summo cum veritatis studio Phœnicia lingua conscripsit, Semiramidis Assyriorum reginæ temporibus floruit. » Hæc Porphyrius. Ex quibus ita nos ratiocinari posse intelligo. Si Sanchoniatho Semiramidis temporibus floruit, Semiramidem vero multo ante Trojana regnasse constat, iisdem quoque vetustior Sanchoniatho fuerit, necesse est. Atqui eum ab aliis sese adhuc antiquioribus commentarios accepisse tradunt, qui etiam ipsi Moysis non æquales, sed vicini tantum fuisse dicuntur. Sequitur ergo tanto saltem intervallo Sanchoniathonem a Mose superari, quanto posterior illis est, quos nonnisi vicinos esse confitentur. Cæterum, quot annis eosdem antegressus Moyses fuerit, quod certo definiri nequeat, omittendum statuo. Quinetiam, ut demus Sanchoniathonis æqualem omnino fuisse Moysem, sic tamen colligere atque rem conficere liceat. Si regnante in Assyria

« Plato, inquit ille, germanum perfectumque, si quisquam alius, philosophandi genus habuit. Nam Thaletis sectatores in naturæ disputationibus toti erant : Pythagorei texerunt atque involverunt omnia : Xenophanes ejusque discipuli suis illis argumentorum contentionibus, vertiginis plurimum philosophis attulerunt, opis autem subsidiique nihil : Socrates maxime, ignem, quod aiunt, quodque Plato ipse dictitabat, igni addidit. Nam indole cum esset ingenioque singulari, adeoque de re qualibet quæstionem movere solerter in primis graviterque posset, novas ipse de moribus, deque republica disputationes invexit, imo etiam de ideis agere omnium primus instituit : eumdem vero nullo non excitato controversiæ genere, deque omnibus quærentem adhuc atque dubitantem mors occupavit. Jam alii quas sibi quisque particulas absciderant, in iis hæsere perpetuo : atque ita nonnulli medicinam, disciplinas alii mathematicas, poeticam alii musicamque sectati sunt. Plerique disserendi vi ac facultate capti, quorum alii sese rhetores, dialecticos alii nuncuparunt. Nam qui Socrati successere, cum multiplices admodum ac varii fuere, tum etiam opinionibus maxime contrarii. Nam alii cynicum sordidumque vitæ genus, simplicem, et ab omni perturbationis sensu vacuum animum : voluptates alii contra prædicabant. Hi sese omnia scire jactabant, illi plane nihil. Quidam in media turba atque omnium oculis volvebantur **511**, cum infima plebe assidui : alios adire nemo, nemo alloqui potuisset. At Plato cum unam eamdemque divinarum esse humanarumque rerum scientiam probe intelligeret, eam primus ita digessit, ut partem illius unam explicandæ universi naturæ, alteram rerum humanarum tractationi, conformandæ orationi tertiam postremamque tribueret. Cæterum, nisi divina perspecta prius et cognita habeamus, pervideri a nobis humana non posse statuebat. Quemadmodum enim medici, uti partibus quibusdam medeantur, in totius ante corporis curationem incumbunt, ita prorsus, qui res nostras intueri velit, universi naturam prius ei cognoscendam esse : cum illius pars quædam homo sit, atque ex bonis duobus, quorum alterum ad nos, ad universum alterum pertinet, præcipuum sit universi bonum, quod alterum ejus causa procreetur. Atque hanc Indorum esse rationem Aristoxenus musicus testatur : quippe, unum ex ea natione aliquem Athenis congressum esse cum Socrate, ex eoque sciscitatum, quid agendum sibi re-

[a] *Forte* ἐκεῖνο.

A περὶ δὲ τοῖς αὐτοῖς καὶ ὁ Περιπατητικὸς Ἀριστοκλῆς, ἐν ἑβδόμῳ συγγράμματι, ὧν *Περὶ φυσιολογίας* συνέταξεν, ὧδε λέγων πρὸς ῥῆμα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Ἀριστοκλέους, Περὶ τῆς κατὰ Πλάτωνα φιλοσοφίας.

« Ἐφιλοσόφησε δὲ Πλάτων, εἰ καί τις ἄλλος τῶν πώποτε, γνησίως καὶ τελείως. Οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ Θαλοῦ φυσιολογοῦντες διετέλεσαν· οἱ δὲ περὶ Πυθαγόραν ἀπεκρύψαντο πάντα· Ξενοφάνης δὲ καὶ οἱ ἀπ' ἐκείνου, τοὺς ἐριστικοὺς κινήσαντες λόγους, πολὺν μὲν ἐνέβαλον ἴλιγγον τοῖς φιλοσόφοις, οὐ μὴν ἐπόρισάν γέ B τινα βοήθειαν. Οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ Σωκράτης, αὐτὸ δὴ τὸ λεγόμενον, ἐγένετο πῦρ ἐπὶ πυρί, καθάπερ αὐτὸς ἔφη Πλάτων. Εὐφυέστατος γὰρ ὢν, καὶ δεινὸς ἀπορῆσαι περὶ παντὸς ὁτουοῦν, ἐπεισήνεγκε τάς τε ἠθικὰς καὶ πολιτικὰς σκέψεις, ἔτι δὲ τὴν περὶ τῶν ἰδεῶν πρῶτος ἐπιχειρήσας ὁρίζεσθαι· πάντα δὲ ἐγείρων λόγον, καὶ περὶ πάντων ζητῶν, ἔφθη τελευτήσας. Ἄλλοι δ' ἀποτεμόμενοι μέρη τινὰ, περὶ ταῦτα διέτριψαν, οἱ μὲν ἰατρικὴν, οἱ δὲ τὰς μαθηματικὰς ἐπιστήμας· ἔνιοι δὲ περὶ τοὺς ποιητὰς καὶ τὴν μουσικήν. Οἱ μέντοι πολλοὶ τὰς τῶν λόγων δυνάμεις ἐθαύμασαν, ὧν οἱ μὲν ῥήτορας, οἱ δὲ διαλεκτικοὺς προσεῖπον ἑαυτούς. Οἱ μέντοι Σωκράτην διαδεξάμενοι καὶ πάνυ τινὲς ἐγένοντο παντοῖοι, καὶ ὑπεναντίοι τὰς γνώμας. Οἱ μὲν γὰρ κυνισμοὺς, καὶ ἀτυφίας, καὶ C ἀπαθείας ὕμνουν· ἄλλοι δ' αὖ πάλιν ἡδονάς. Καὶ οἱ μὲν εἰδέναι πάντα ἐκόμπαζον, οἱ δὲ ἁπλῶς μηθέν. Ἔτι δ' οἱ μὲν ἐν μέσῳ καὶ ἐν ὄψει πάντων ἐκαλινδοῦντο, τοῖς πολλοῖς ἐξομιλοῦντες· ἄλλοι δ' αὖ τοὐναντίον ἀπρόσιτοι καὶ ἀπροσαύδητοι διετέλουν ὄντες. Πλάτων μέντοι, κατανοήσας, ὡς εἴη μία τις ἡ τῶν θείων καὶ ἀνθρωπίνων ἐπιστήμη, πρῶτος διεῖλε, καὶ ἔφη τὴν μέν τινα περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως εἶναι πραγματείαν, τὴν δὲ περὶ τῶν ἀνθρωπίνων, τρίτην δὲ τὴν περὶ τοὺς λόγους. Ἡξίου δὲ μὴ δύνασθαι τὰ ἀνθρώπινα κατιδεῖν ἡμᾶς, εἰ μὴ τὰ θεῖα πρότερον ὀφθείη. Καθάπερ γὰρ οἱ ἰατροὶ, μέχρι τινὰ θεραπεύοντες, ἐπιμελοῦνται τῶν ὅλων σωμάτων πρῶτον, οὕτω χρῆναι καὶ τὸν μέλλοντα τἀνθάδε κατάψεσθαι, τὴν τῶν ὅλων φύσιν εἰδέναι πρότερον, μέρος τε τῶν D ὄντων τὸν ἄνθρωπον· καὶ τἀγαθὸν διττὸν, τὸ μὲν ἡμέτερον, τὸ δὲ τοῦ παντὸς, κυριώτερον δὲ τὸ τοῦ παντός· διὰ γὰρ ἐκείνου[a] καὶ τοῦτο γίνεσθαι. Φησὶ δ' Ἀριστόξενος ὁ μουσικὸς Ἰνδῶν εἶναι τὸν λόγον τοῦτον. Ἀθήνῃσι γὰρ ἐντυχεῖν Σωκράτει τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων ἕνα τινὰ, κἄπειτα αὐτοῦ πυνθάνεσθαι, τί ποιῶν φιλοσοφοίη· τοῦ δὲ εἰπόντος, ὅτι ζητῶν περὶ τοῦ ἀνθρωπίνου βίου, καταγελάσαι τὸν Ἰνδὸν, λέγοντα μὴ δύνασθαί τινα τὰ ἀνθρώπινα κατιδεῖν, ἀγνοοῦντά γε τὰ θεῖα. Τοῦτο μὲν οὖν εἰ ἀληθές ἐστιν, οὐκ ἂν δύναιτό τις διατεινόμενος εἰπεῖν. Διεῖλε δ' οὖν Πλάτων τήν τε περὶ τῶν ὅλων φιλοσοφίαν, καὶ τὴν πολιτικὴν, ἔτι δὲ τὴν λογικήν. » Τοιαύτης οὔσης τῆς

Digitized by Google

κατὰ Πλάτωνα φιλοσοφίας, καιρὸς καὶ τὴν Ἑβραίων ἐπισκέψασθαι, μακρῷ πρόσθεν ἢ Πλάτωνα γενέσθαι τὸν ὅμοιον πεφιλοσοφηκότων τρόπον. Εὖροις δ' οὖν καὶ παρ' αὐτοῖς τήν τε σύμφωνον τὴν τριμέρειαν, ἠθικῶν τε, καὶ λογικῶν, καὶ φυσικῶν μαθημάτων, τόνδε ἐπιστήσας τὸν τρόπον.

A rum esset, uti philosopharetur : quo respondente, de humanæ vitæ rationibus quærendum ipsi et cogitandum esse : tum vero risisse Indum, cum negaret humana quemquam pervidere posse, qui divinorum ignoratione laboraret. Id porro verum sit, necne, ut maxime contendat, statuere nemo potest. Interea Plato philosophiam, in eam, quæ de universo disputaret, in civilem, ac disserendi magistram partitus est. » Cum igitur ea Platonicæ philosophiæ ratio sit, tempus est ut Hebræorum quoque philosophiam contemplemur, qui profecto longe antequam Plato nasceretur, persimile philosophandi genus habuerunt. Enimvero tripartitam apud eos, cumque Platonica illa congruentem disciplinarum, vel ad mores, vel ad vim disserendi, vel ad naturam ipsam pertinentium divisionem reperias, si de re tota hunc in modum cogitare velis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Περὶ τῶν παρ' Ἑβραίοις ἠθικῶν δογμάτων.

Τὰ μὲν οὖν ἠθικὰ πρώτιστα πάντων φιλοτίμως ἐσπουδασμένα παρ' αὐτοῖς, ἔργοις πολὺ πρότερον τῶν λόγων, μάθοις ἂν τὰ κατὰ τοὺς ἄνδρας διασκοπούμενος. Ἐπεὶ καὶ τέλος ἀγαθῶν τοῦ τε μακαρίως ζῆν ὕστατον ὅρον τὴν εὐσέβειαν, τήν τε διὰ τῆς τῶν ἠθῶν κατορθώσεως πρὸς τὸν Θεὸν φιλίαν ἠγάσαντό τε καὶ μετεδίωξαν· ἀλλ' οὐ σωμάτων ἡδονήν, κατ' Ἐπίκουρον· οὐδ' αὖ τὴν τριγένειαν τῶν ἀγαθῶν, κατ' Ἀριστοτέλην, τὰ περὶ σῶμα, καὶ τὰ ἐκτὸς ἐν ἴσῳ τοῖς τῆς ψυχῆς ἀγαθοῖς ἐκτετιμηκότα· οὐ μὴν οὐδὲ τὴν ἐσχάτην ἄγνοιάν τε καὶ ἀμαθίαν ἣν ὀνόματι σεμνοτέρῳ τινὲς ἐποχὴν ἀνειρήκασιν· ἀλλ' οὐδ' αὖ τῆς ψυχῆς τὴν ἀρετήν· πόση γὰρ ἐν ἀνθρώποις αὕτη, καὶ τί καθ' ἑαυτὴν ἄνευ Θεοῦ πρὸς τὸν ἅλυπον συντείνοι ἂν βίον; Δι' ὃν [a] τὰ πάντα τῆς εἰς τὸν Θεὸν ἐλπίδος, πείσματος ὥσπερ ἀῤῥαγοῦς ἐξάψαντες, τὸν θεοφιλῆ μόνον ἀπέφηναν εἶναι μακάριον. Ὅτι δὴ ὁ πάντων ἀγαθῶν ταμίας Θεὸς, ζωῆς ὢν πάροχος, καὶ αὐτῆς ἀρετῆς πηγὴ, τῶν περὶ σῶμα καὶ τῶν ἐκτὸς ἁπάντων χορηγὸς ὑπάρχων, μόνος ἂν εἴη πρὸς τὸν μακάριον βίον, τῷ τὴν πρὸς αὐτὸν φιλίαν διὰ τῆς παναληθοῦς εὐσεβείας στειλαμένῳ, αὐτάρκης. Ἔνθεν ὁ πάνσοφος Μωσῆς, πρῶτος ἁπάντων γραφῇ παραδοὺς τὸν τῶν πρὸ αὐτοῦ θεοφιλῶν Ἑβραίων βίον, τὸν πολιτικὸν ὁμοῦ καὶ πρακτικὸν δι' ὑφηγήσεως ἱστορικῆς ὑποτέθειται τρόπον. Ἧς ἀρχόμενος, ἀπὸ τῶν καθόλου τὴν διδασκαλίαν ἐποιήσατο, Θεὸν τῶν ὅλων αἴτιον ὑποστησάμενος, κοσμογονίαν καὶ ἀνθρωπογονίαν ὑπογράψας. Εἶθ' οὕτως ἀπὸ τῶν καθόλου ἐπὶ τὰ κατὰ μέρος προελθὼν τῷ λόγῳ, καὶ διὰ τῆς τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν μνήμης εἰς τὸν τῆς ἐκείνων ἀρετῆς τε καὶ θεοσεβείας ζῆλον τοὺς φοιτητὰς παρορμήσας, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αὐτὸς αὐθέντης νόμων εὐσεβῶν τῶν πρὸς αὐτοῦ συντεθέντων ἀποφανθεὶς, κατὰ πάντα δῆλος ἂν εἴη τοῦ φιλοθέου τρόπου διὰ τῆς τῶν ἠθῶν ἐπιμελείας πρόνοιαν πεποιημένος, ὥσπερ οὖν καὶ τοῦτο προλαβὼν ὁ λόγος ἐν τοῖς πρόσθεν φανερὸν κατεστήσατο. Μακρὸν δ' ἂν εἴη καὶ τοὺς ἑξῆς μετὰ Μωσέα προφήτας, τούς τε τούτων προτρεπτικοὺς μὲν ἀρετῆς, ἀποτρεπτικοὺς δὲ κακίας ἁπάσης λόγους, ἐν τῷδε καταβάλλεσθαι. Τί δ' εἰ σοι τοῦ σοφωτάτου Σολομῶντος τὰς ἠθικὰς παραφέροιμι διδασκαλίας; οἷς [b] καὶ οἰκείων λόγων ἀνέθηκε σύγγραμμα, *Παροιμίας* ἐπονομάσας, ἐπιτόμους γνώ-

[a] Ἰσ. διό. [b] Ἰσ. αἷς.

CAPUT IV.

De morum apud Hebræos disciplina.

B Ac præ cæteris quidem omnibus, ea quæ morum ad disciplinam pertinent, summo quodam ab illis præcipuoque studio, longeque ante rebus ipsis culta esse quam verbis, si eorum instituta scrutari placet, intelliges. Nam et bonorum ipsi finem, et summum beate vivendi terminum, pietatem, et profectam ex morum integritate **512** cum Deo conjunctionem, tam diligenter persecuti sunt, quam complexi vehementer. Non jam corporis voluptatem, ut Epicurus : non triplex illud Aristotelis bonorum genus, qui corporis fortunæque bona, eodem in loco pretioque, quo animi opes habuit : non summam illam rerum imperitiam et ignorantiam omnium, quam nonnulli honestiore quodam nomine assensionis retentionem appellarunt : non C denique virtutem ipsam animi : nam quantula tandem ipsa inter homines futura esset, aut quid omnino, si Deum seponeres, ad vitam molestia liberandam per sese posset? Quare divina ex fiducia, tanquam ex fune quodam vi nulla rumpendo cuncta suspendentes, eum duntaxat, qui Deo charus esset, beatum esse statuerunt. Deus enimvero, uti bonorum omnium dispensator, auctorque vitæ, nec modo bona virtutis ipsius, verum etiam omnium tam corporis quam fortunæ bonorum largitor est, ita solus ei ad beate vivendum satis omnino fuerit, qui ejus in amicitiam vera sit ac solida pietate susceptus. Quo factum etiam est, uti sapientissimus ille Moses, cum primus omnium, Hebræorum illorum vitam, qui ante sese divinæ hujus amicitiæ D participes fuerant, scriptis mandaret, non reipublicæ modo, sed etiam instituendæ vitæ formam, historica narratione complexus sit. Cujus doctrinæ ab universi rationibus initium duxit, rerum omnium auctorem Deum statuens, dum mundi simul et hominis ortum molitionemque delineat. Tum ab universis illis ad singulares oratione delapsus, dum renovanda priscorum illorum memoria lectores auditoresque suos ad ipsorum virtutem ac religionem imitandam exstimulat ; imo dum ipsemet legum sanctissimarum auctorem simul latoremque profitetur, quam studiose illam hominis cum Deo consuetudinem, suscepta morum censura promoverit, aperte omnibus palamque testatur, uti jam su-

Digitized by Google

perioribus libris ostendimus. At longum sane foret, cum alios deinceps prophetas, qui Mosem secuti sunt, tum singulos ipsorum, quibus vel ad virtutem adhortantur, vel dehortantur a vitiis, orationes hoc in volumen includere. Quid porro, si tibi moralia sapientissimi Salomonis præcepta commemorem, quibus peculiare quoddam familiarium dictorum opus addictum voluit, quæ Proverbia nuncupavit, concisas brevesque sententias apophthegmatum similes, uno quodam argumenti genere complexus? Atque ita Hebræi jam olim, 513 priusquam Græci prima elementa didicissent, cum optimis ipsi moribus instituti sunt, tum in ejusdem etiam disciplinæ communionem, quotquot sese convenirent, prolixe admodum ac liberaliter acceperunt.

μας ἀποφθέγμασιν ἐοικυίας ὑποθέσει περιλαβὼν μιᾷ. Καὶ τὸν μὲν ἠθικὸν τρόπον ταύτῃ πη παῖδες Ἑβραίων ἐκ παλαιῶν, πρὶν ἢ καὶ τὰ πρῶτα στοιχεῖα μαθεῖν Ἕλληνας, αὐτοί τε ἐπαιδεύοντο, καὶ τοῖς προσιοῦσι τῆς αὐτῆς ἀφθόνως ἐκοινώνουν παιδείας.

CAPUT V.

De Hebræorum philosophia in disserendo posita.

Jam vero partem illam philosophiæ, quæ in disserendi ratione versatur, non contortis sophismatis, et fallacibus conclusiunculis, ut Græci solent, excolendam ipsi tractandamque putaverunt, sed percipiendæ studio veritatis: ad quam ii sane, qui divinam apud illos sapientiam profitebantur, intelligentia diviniori luce collustrata, feliciter aspirarunt. Iidem, uti eorum etiam animos, quos disciplinis suis imbuendos suscipiebant, ad illam capessendam acuerent, sacras iis sententias, plenasque gravitatis et honestatis historias, cum modulatis alternisque carminibus, certa numerorum lege comprehensis, problemata insuper atque ænigmata, nonnullasque eruditas, et allegoriis involutas quæstiones, cum verborum elegantia, et suavi pro linguæ ratione dictionis lepore conjunctas, a teneris unguiculis ingerebant. Imo primariarum etiam disciplinarum deuterotas quosdam habuere (sic enim litterarum suarum interpretes vocare soliti erant), qui res ænigmatis adumbratas, non vulgo quidem ac promiscue omnibus, sed iis tamen, qui ad eorum intelligentiam idonei censerentur, illustriori explicatione aperirent. Id plane secutus sapientissimus apud eos Salomon, inde quoque sui *Proverbiorum* operis initium fecit, hac fere de causa ad hoc scribendi genus adductum se esse testatus, cum disertis conceptisque verbis oportere ait[99], « quemlibet hominem scire sapientiam, et disciplinam, et intelligere verba prudentiæ: suscipere cavillationes sermonum, et intelligere justitiam veram, et judicium dirigere. Ut det, inquit, innocentibus astutiam, et adolescenti sensum, et intelligentiam. Hæc enim audiens sapiens, sapientior erit, et intelligens gubernacula possidebit. Et animadvertet parabolam, et tenebrosum sermonem, verba sapientum, et ænigmata. » Quæ quidem operis hujus promissa ejusmodi cum sint: tum vero singulas eorum, quæ dicta sint, propositiones, earumque 514 solutiones, illam denique disserendi artem, cum hominum illorum sapientia linguaque congruentem, quæ passim in propheticis omnibus ipsorum litteris exsistit, observare quilibet poterit, qui modo libros orationis suæ monimenta complexos otiose volutare ac perlegere voluerit. Præterea, si cui forte honesta cupiditas ipsius quoque linguæ

[99] Prov. I, 1.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Περὶ τῆς παρ' Ἑβραίοις λογικῆς πραγματείας.

Καὶ τὸν λογικὸν δὲ τρόπον τῆς Ἑβραίων φιλοσοφίας οὐ καθάπερ Ἕλλησι φίλον, δεινότητι σοφισμάτων καὶ λογισμοῖς πρὸς ἀπάτην τετεχνασμένοις, δεῖν ζῆν ἡγοῦντο μετιέναι, καταλήψει δὲ αὐτῆς ἀληθείας, ἣν ὑπὸ θείου φωτὸς τὰς ψυχὰς καταυγασθέντες οἱ παρ' αὐτοῖς θεόσοφοι, εὗρον τε καὶ ἐφωτίσθησαν. Ἐφ' ἣν ἀκονῶντες τοὺς τὰ οἰκεῖα μαθήματα παιδευομένους, λόγων τε αὐτοῖς ἱερῶν ἀπαγγελίας, ἱστοριῶν τε σεμνῶν διηγήματα, ᾠδῶν τε καὶ ἐπῳδῶν ἐμμέτρους συνθέσεις, καὶ ἔτι προβλήματα καὶ αἰνίγματα, καί τινας σοφὰς καὶ ἀλληγορικὰς θεωρίας μετὰ κάλλους εὐεπείας, καὶ τῆς κατὰ τὴν οἰκείαν γλῶτταν εὐφραδοῦς ἀπαγγελίας, ἐξ ἔτι νηπίας αὐτοῖς παρεδίδοσαν ἡλικίας. Ναὶ μὴν καὶ τῶν πρώτων μαθημάτων δευτεραί τινες ἦσαν αὐτοῖς· οὕτω δὲ φίλον τοὺς ἐξηγητὰς τῶν παρ' αὐτοῖς Γραφῶν ὀνομάζειν· οἱ τὰ δι' αἰνιγμάτων ἐπεσκιασμένα, εἰ καὶ μὴ τοῖς πᾶσι, τοῖς γοῦν πρὸς τὴν τούτων ἀκοὴν ἐπιτηδείοις, δι' ἑρμηνείας καὶ σαφηνείας ἐξέφαινον. Ταύτῃ τοι πάλιν ὁ σοφώτατος παρὰ τοῖσδε Σολομὼν, ἐνθένδε ποθὲν τὴν καταρχὴν τοῦ τῶν *Παροιμιῶν* ἐποιήσατο συγγράμματος, μονονουχὶ τὴν αἰτίαν αὐτῷ τῆς γραφῆς ταύτην εἶναι διδάξας, δι' ὧν αὐτοῖς ῥήμασι, « δεῖν » ἔφησε « πάντα ἄνδρα γνῶναι σοφίαν καὶ παιδείαν, καὶ νοῆσαι λόγους φρονήσεως, δέξασθαί τε στροφὰς λόγων, νοῆσαί τε δικαιοσύνην ἀληθῆ, καὶ κρῖμα κατευθύνειν. ἵνα δῷ, φησὶν, ἀκάκοις πανουργίαν, παιδί τε νέῳ αἴσθησιν καὶ ἔννοιαν. Τῶνδε γὰρ ἀκούσας σοφὸς, σοφώτερος ἔσται· ὁ δὲ νοήμων κυβέρνησιν κτήσεται, νοήσει τε παραβολὴν, καὶ σκοτεινὸν λόγον, ῥήσεις τε σοφῶν, καὶ αἰνίγματα. » Καὶ τὰ μὲν τῆς τοῦ δηλωθέντος συγγράμματος ἐπαγγελίας τοιαῦτά τινα ἦν· τὰς δ' ἐν μέρει τῶν λεχθέντων προτάσεις, καὶ τούτων τὰς ἐπιλύσεις, τήν τε λογικὴν πραγματείαν, οἰκείως τῇ τῶν ἀνδρῶν σοφίᾳ τε καὶ φωνῇ διὰ πασῶν τῶν παρ' αὐτοῖς προφητικῶν Γραφῶν φερομένην, ὅτῳ φίλον, τῆς τούτων ἐντεύξεως τὰς βίβλους ἐπὶ σχολῆς μετὰ χεῖρας λαβὼν εἴσεται. Εἰ δέ τις καὶ τῆς γλώττης αὐτῆς φιλοκάλως γένοιτο ἐν πείρᾳ, ἴδοι ἂν οἷα παρὰ βαρβάροις, ἄνδρας λογικωτάτους, οὐδὲν σοφιστῶν οὐδὲ ῥητόρων ἀποδέοντας τῇ οἰκείᾳ γλώττῃ. Εἶεν δ' ἂν αὐτοῖς καὶ ἔμμετροι ποιήσεις, ὡς ἡ μεγάλη Μωσέως ᾠδὴ καὶ τοῦ Δαβὶδ ὁ ριη' ψαλμὸς, τῷ καλουμένῳ παρ' Ἕλλησιν ἡρῴῳ μέτρῳ συνεστραμμένοι. Φασὶ γοῦν ἐξάμετρα εἶναι ταῦτα, δι' ἐκεινοι-

Digitized by Google

ἕκκα συλλαβῶν πεποιημένα. Καὶ τὰ λοιπὰ δὲ τὰ παρ' αὐτοῖς στιχήρη δι' ἐπῶν λέγεται τριμέτρων τε καὶ τετραμέτρων, κατὰ τὴν οἰκείαν αὐτῶν συγκεῖσθαι φωνήν. Καὶ τὰ μὲν τῆς λέξεως αὐτοῖς ὧδέ πη λογικῆς συνέσεως ἔχει· τὰ δὲ δὴ τῆς διανοίας οὐδ' ἔστι παρακαλεῖν [a] ἀνθρώποις. Θεοῦ γὰρ καὶ αὐτῆς ἀληθείας λόγια, δι' αὐτῶν ἐκπεφωνημένα, θεσπίσματα, καὶ προρρήσεις, μαθήματά τε εὐσεβῆ, καὶ τὰ τῶν ὄντων ἐπιγνώσεως δόγματα περιειλήφασι. Τεκμήρια δ' ἂν λάβοις τῆς παρὰ τοῖς ἀνδράσι λογικῆς ἀκριβείας, ἀπὸ τῆς ὀρθότητος τῆς τῶν ὀνομάτων θέσεως, ἧς πέρι καὶ ὁ Πλάτων τῇ Ἑβραίων μαρτυρῶν δόξῃ δῆλος ἂν εἴη, καὶ κατ' αὐτό γε τοῦτο σύμφωνος ὢν τῇ κατὰ τοὺς ἄνδρας φιλοσοφίᾳ, ὡς γοῦν ἐκ τούτων διαγνῶναι ῥᾴδιον.

A cognitionem pepererit, agnoscet ille profecto viros, ut in barbara gente, disserendi peritissimos, qui nihil aut sophistis, aut oratoribus, pro linguæ suæ vi ac ratione concedant. Habent illi quoque opera sua versuum numeris comprehensa, cujusmodi est magnum illud Mosis carmen, psalmusque Davidis centesimus decimus octavus, quod utrumque eo versuum, quod heroicum Græci vocant, genere continetur. Quippe hexametris syllabarum sedecim ambo constare dicunt. Reliqua vero carminum apud eos genera, ex trimetris ac tetrametris versibus, pro linguæ suæ proprietate, conflata perhibentur. Et dictionem illi quidem habent, eam disserendi vim ac solertiam includentem. Nam quæ B ad sensum ejus sententiamque pertinent, ea cum hominibus conferre sit nefas : cum Dei ac veritatis ipsius oracula verbis illis expressa, responsa item prædictaque divina, cum disciplinis ad pietatem informantibus, et præceptis ad cognoscendam rerum naturam spectantibus complectantur. Cæterum quam illi matura disserendi facultate præstent, ex recta nominum apud illos impositione conjicias, quo etiam in genere ad Hebræorum opinionem suffragium quoque suum adjungit Plato, et cum eorum philosophia palam aperteque consentit, ut ex sequentibus intelligi facile poterit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ'.

Περὶ τῆς παρ' Ἑβραίοις τῶν ὀνομάτων ὀρθότητος.

« Πρώτου Μωσέως μακρῷ πρόσθεν, ἢ τὸ τῆς φιλοσοφίας ὄνομα εἰς Ἕλληνας ἐλθεῖν, διὰ πάσης αὐτοῦ τῆς γραφῆς μυρία περὶ τῆς τῶν ὀνομάτων θέσεως πεπραγματευμένου· καὶ τοτὲ μὲν φυσικώτατα τῶν παρ' αὐτῷ πάντων τὰς ἐπωνυμίας διατεταγμένου, τοτὲ δὲ τῷ Θεῷ τὴν κρίσιν τῆς τῶν εὐσεβῶν ἀνδρῶν C μετωνυμίας ἀναθέντος· φύσει τε, ἀλλ' οὐ θέσει, τὰ ὀνόματα κατὰ τῶν πραγμάτων κεῖσθαι πεπαιδευκότος, ἐπόμενος ὁ Πλάτων συμφέρεται τοῖς αὐτοῖς, οὐκ ἄλλως [b] ἢ βαρβάρων μνησθείς, καὶ παρὰ τοῖσδε φήσας τόνδε σώζεσθαι τὸν τρόπον, τάχα που τοὺς Ἑβραίους αἰνιττόμενος, ἐπεὶ μηδὲ παρ' ἑτέροις βαρβάροις ῥᾴδιον τὴν τοιάνδε παραφυλάξαι θεωρίαν. Λέγει δ' οὖν ἐν *Κρατύλῳ*, καὶ οὐ τοῦτο εἶναι ὄνομα ὃ ἄν τινες συνθέμενοι καλεῖν, καλῶσι, τῆς αὐτῶν φωνῆς μόριον ἐπιφθεγγόμενοι, ἀλλ' ὀρθότητά τινα τῶν ὀνομάτων πεφυκέναι, καὶ Ἕλλησι καὶ βαρβάροις τὴν αὐτὴν ἅπασι. » Καὶ προῒὼν ἑξῆς φησιν· « Οὐκοῦν οὕτως ἀξιώσεις (22) καὶ τὸν ὀνομαθέτην, τόν τε ἐνθάδε καὶ τὸν ἐν βαρβάροις, ἕως ἂν καὶ τὸ τοῦ ὀνόματος εἶδος ἀποδιδῷ τὸ προσῆκον ἑκάστῳ, ἐν ὁποιαισοῦν συλλαβαῖς οὐδὲν χεῖρω ὀνομαθέτην εἶναι τὸν ἐνθάδε ἢ τὸν ἀπ' οὐρανοῦ ἄλλοθεν (23). » Εἶθ' ἑξῆς πάλιν τὸν ἐπιστήμονα τῆς ὀρθότητος τῶν ὀνομάτων διαλεκτικὸν καὶ ὀνομαθέτην εἶναι φήσας, οὕτω λέγει· « Τέκτονος μὲν ἄρα ἔργον ἐστὶν τὸ ποιῆσαι πηδάλιον ἐπιστατοῦντος κυβερνήτου, εἰ μέλλοι καλὸν εἶναι τὸ πηδάλιον. Φαίνεται. Ὀνομαθέτου (24) δέ γε, ὡς ἔοικεν, ὄνομα, ἐπι-

CAPUT VI.

De recta nominum apud Hebræos impositione.

« Mosem illum, qui longe antequam vel ipsum philosophiæ nomen auditum esset in Græcia, de nominum impositione tam sæpe tamque diligenter sua passim historia disputavit, quique partim eorum, qui apud sese erant, omnium, uti singulorum maxime natura postulabat, cognomenta statuit, partim eorum, ubi de viris sanctioribus ageretur, mutationem, divino totam arbitrio judicioque reservavit, cum abs natura potius, quam ex impositione quadam sua rebus singulis constare nomina intelligeret : **515** principem hoc in genere ducemque secutus Plato, eamdem prorsus insistit vitam, nec aliorum, quam barbarorum, mentionem facit, apud quos eam nominis imponendi rationem servari testatur ; Hebræos, opinor, significans, cum apud alios sane barbaros hoc studii solertiæque genus haud facile reperias. Enimvero docet in *Cratylo*, nequaquam id nomen habendum esse, quod ex condicto mutuoque consensu, nonnulli unam aliquam linguæ suæ particulam effundentes indiderint : sed potius D quamdam nominum proprietatem rebus ipsis innatam esse, ejusdem omnino tam apud barbaros, quam apud Græcos rationis. » Ac deinceps ita pergit : « Statuas igitur, inquit, necesse est, quicunque vel hic vel inter barbaros nomina rebus imponat, eum, quandiu suum cuique ac proprium nomen imponet, quibuscunque demum syllabis utatur, nihilo deteriorem alterum altero nominum auctore, præcedente, in eo maxime Plato fuit, ut nomina rebus imponere, sapientis legislatoris esse confirmaret, ab eo loco litteræ F : Ἆρ' οὐχὶ ὁ νόμος δοκεῖ σοι ὁ παραδιδοὺς αὐτὰ (ὀνόματα); Ἔοικε. Νομοθέτου ἄρα ἔργῳ χρήσεται ὁ διδασκαλικὸς, ὅταν ὀνόματα χρῆται. Δοκεῖ μοι. Νομοθέτης δέ σοι δοκεῖ πᾶς εἶναι ἀνὴρ, ὁ τὴν τέχνην ἔχων; Ὁ τὴν τέχνην, etc. Idem

[a] *Isc.* παραβαλεῖν, ἢ παραλαβεῖν. [b] *Forte* ἄλλων.

(22) *Οὐκοῦν οὕτως ἀξιώσεις.* Exstat hic Platonis locus in *Cratylo*, pag. 260, edition. Græco-Lat. Ficini.

(23) Plato, ὁπωσοῦν ἄλλοθι.

(24) *Ὀνομαθέτου.* Plato Νομοθέτου, quemadmodum alt. manuscript. Ficinus tamen vertit, *nominis impositor*. At νομοθέτου vera lectio est, tametsi primo aspectu, ὀνομαθέτου arrideat. Pagina enim

Digitized by Google

rem habendum esse. » Tum ubi rursus eum, cui recta nominum ratio cognita sit atque perspecta, dialecticum verumque nominum auctorem appellavit, ita prosequitur : « Fabri quidem lignarii operæ fuerit, gubernatoris jussu clavum moliri, qui aptum modo clavum istum habere volet. Fuerit sane. Ergo legislatoris utique fuerit, ex hominis dialectici præceptis nomen imponere, si modo rite imponendum erit. Sic est. Tibi igitur, o Hermogenes, fatendum, opinor, erit, hanc nominum impositionem, non leve quiddam, ut existimas, nec vulgarium ac plebeiorum hominum opus esse, adeoque vere dictum a Cratylo est, suum a natura rebus inesse nomen, nec artificem nominum quemvis esse posse, sed eum duntaxat, qui et innatum rei cuique nomen pervidere, et illius quasi formam litteris deinde ac syllabis repræsentare possit. » Hæc ille. Tum pluribus interjectis, barbarorum iterum mentionem facit ; deinde vim quoque nominum maximam a barbaris ad Græcos profectam esse, his ipsis verbis ingenue confitetur : « Equidem sic existimo, inquit, Græcos, eosque præsertim qui sub barbarorum potestate vixerunt, pleraque nomina a barbaris accepisse. Quid tum postea ? Nimirum, si quis quam illa recte apteque conveniant, ex Græcæ linguæ, non ex ejus, unde natum quodque fuerit, proprietate quæret, eum utique hæsurum intelligis. Et merito quidem. » Hactenus Plato. At illum sane Moyses antevertit, qui utpote sapientissimus non legislator modo, sed etiam dialecticus, hac de re quid scribat accipe ; « Formatis **516** igitur, inquit [93], Deus de limo cunctis animantibus terræ, et universis volatilibus cœli, adduxit ea ad Adam, ut videret, quid vocaret ea : et omne, quod vocavit Adam animæ viventis, ipsum erat nomen ejus. » Cum enim ait, « ipsum erat nomen ejus, » quid aliud quam appellationes, uti natura postulabat, inditas esse significat ? Quippe quod jamjam impositum nomen fuerat, idem multo ante in ipsa natura inclusum fuisse, adeoque suam illam in appellato quoque appellationem antegressam esse declarat, quam deinde vir ille divino Spiritu afflatus, vi quadam superiore imposuit. Quin ipsum etiam Adami nomen, quod Hebraicum per sese est, jure apud Mosem hominis e terra nati cognomentum censeatur, cum apud Hebræos Adam *terra* nuncupetur : ex quo factum sit, ut qui primus e terra natus erat,

[93] Gen. II, 7.

στάτην ἔχοντος διαλεκτικὸν ἄνδρα, εἰ μέλλοι καλῶς ὄνομα τεθήσεσθαι (25). Ἔστι ταῦτα. Κινδυνεύει ἄρα, ὦ Ἑρμόγενες, εἶναι οὐ φαῦλον, ὡς σὺ οἴει, ἡ τοῦ ὀνόματος θέσις, οὐδὲ φαύλων ἀνδρῶν, οὐδὲ τῶν ἐπιτυχόντων. Καὶ Κρατύλος ἀληθῆ λέγει, λέγων φύσει τὸ (25') ὀνόματα εἶναι τοῖς πράγμασι, καὶ οὐ πάντα δημιουργὸν ὀνομάτων εἶναι, ἀλλὰ μόνον ἐκεῖνον, τὸν ἀποβλέποντα εἰς τὸ τῇ φύσει ὄνομα ὂν ἑκάστῳ, καὶ δυνάμενον αὐτοῦ τὸ εἶδος τιθέναι εἰς τε τὰ γράμματα καὶ τὰς συλλαβάς. » Τοσαῦτα εἰπών, μετὰ πλεῖστα βαρβάρων αὖθις ἀναφέρει τὴν μνήμην, κἄπειτα εἰς Ἕλληνας παρὰ βαρβάρων ἥκειν τὰ πολλὰ τῶν ὀνομάτων διαρρήδην ὁμολογεῖ, φάσκων αὐτοῖς ῥήμασιν· « Ἐννοῶ, ὅτι πολλὰ οἱ Ἕλληνες ὀνόματα, ἄλλως τε καὶ οἱ ὑπὸ τοῖς (26) βαρβάροις οἰκοῦντες, παρὰ τῶν βαρβάρων εἰλήφασι. Τί οὖν δή (27) ; Εἴ τις ζητοίη, ταῦτα κατὰ τὴν Ἑλληνικὴν φωνὴν ὡς εἰκότως (28) κεῖται, ἀλλὰ μὴ κατ' ἐκείνην, ἐξ ἧς τὸ ὄνομα τυγχάνει ὄν, οἶσθα, ὅτι ἀποροίη ἄν. Εἰκότως. » Ταῦτα ὁ Πλάτων. Φθάνει γε μὴν αὐτὸν Μωϋσῆς, ὃς, οἷα δὴ σοφὸς νομοθέτης ὢν ὁμοῦ καὶ διαλεκτικὸς, ἐπάκουσον τί φησι· « Καὶ ἔπλασεν ὁ Θεὸς ἐκ τῆς γῆς πάντα τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ, καὶ πάντα τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἤγαγεν αὐτὰ πρὸς τὸν Ἀδὰμ, ἰδεῖν, τί καλέσει αὐτά· καὶ πᾶν ὃ ἂν ἐκάλεσεν αὐτὸ Ἀδὰμ ψυχὴν ζῶσαν, τοῦτο ἦν ὄνομα αὐτοῦ. » Διὰ γὰρ τοῦ φάναι, « τοῦτο ἦν ὄνομα αὐτοῦ, » τί ἄλλο ἢ κατὰ φύσιν τεθεῖσθαι τὰς προσηγορίας παρίστησι ; τὸ γὰρ ἐπικληθὲν ἄρτι φησὶ τοῦτο καὶ πάλαι πρότερον ἐν τῇ φύσει περιέχεσθαι, εἶναί τε καὶ προϋπάρχειν ἑκάστῳ τῶν ἐπωνομασμένων τοῦτο ὄνομα, ὅπερ ὁ δηλούμενος ἄνθρωπος ἐπιθειάσας δυνάμει κρείττονι τέθειται. Καὶ αὐτὸ δὲ τὸ Ἀδὰμ, Ἑβραίων ὑπάρχον ὄνομα, παρὰ τῷ Μωσεῖ τοῦ γηγενοῦς ἀνθρώπου γένοιτ' ἂν ἐπώνυμον, ὅτι δὴ παρ' Ἑβραίοις Ἀδὰμ ἡ γῆ καλεῖται· παρ' ὃ καὶ ὁ πρῶτος γηγενὴς ἐτύμως Ἀδὰμ ὑπὸ Μωσέως ἀνείρηται. Ἔχοι δ' ἂν καὶ ἄλλην ἡ προσηγορία διάνοιαν, εἰς τὸ ἐρυθρὸν μεταλαμβανομένη, καὶ τὴν τοῦ σώματος παριστῶσα φύσιν. Ἀλλὰ τὸν μὲν γεώδη (29), καὶ χήϊνον, καὶ γηγενῆ, ἢ τὸν σωματικὸν καὶ σάρκινον ἄνθρωπον, τῷ τοῦ Ἀδὰμ ἐπεσημήνατο προσρήματι. Καλοῦσι δὲ καὶ ἄλλως παῖδες Ἑβραίων τὸν ἄνθρωπον, Ἐνὼς ἐπυνομάζοντες, ὃν δή φασιν εἶναι τὸν ἐν ἡμῖν λογικὸν, ἕτερον ὄντα τὴν φύσιν τοῦ γεώδους Ἀδάμ. Διάνοιαν δὲ περιέχει καὶ ὁ Ἐνὼς οἰκείαν, *ἐπιλήσμων* τῇ Ἑλλήνων ἑρμηνευόμενος φωνῇ. Τοιοῦτον δὲ πέφυκεν ὑπάρχειν τὸ ἐν ἡμῖν

ex nostro perspicue satis auferes, infra pag. 520.

(25) Plato, θήσεσθαι.

(25') *Τὸ*. Forte τά. Edit.

(26) *Οἱ ὑπὸ τοῖς*. Articulum οἱ ex Platone addidimus.

(27) *Τί οὖν δή ;* etc. Ita locum distinximus, Platonem secuti, apud quem Τί οὖν δή ; verba sunt Hermogenis : at Socratis, quæ sequuntur.

(28) *Εἰκότως*. Ita rursus distinguendum fuit ; est enim hoc adverbium Hermogenis Socrati assentientis. Tum vero, πῦρ, ὕδωρ, κύνας, et alias ejusmodi voces, Phrygias potius esse quam Græcas, ait Socrates. Idem tamen infra, pag. 274, indicare videtur, primorum nominum rationem, vel ad deos, vel ad barbaros homines revocare velle, speciosum quoddam illius effugium esse, qui rationis hujus reddendæ molestiam deprecetur : Εἰ μὴ ἄρα δή, inquit, ὥσπερ οἱ τραγῳδοποιοὶ, ἐπειδάν τι ἀπορῶσιν, ἐπὶ τὰς μηχανὰς καταφεύγουσι, θεοὺς αἴροντες, καὶ ἡμεῖς οὕτως εἰπόντες ἀπαλλαγῶμεν, ὅτι τὰ πρῶτα ὀνόματα οἱ θεοὶ ἔθεσαν. Ἆρα καὶ ἡμῖν κράτιστος οὗτος τῶν λόγων ; ἢ ἐκεῖνος, ὅτι παρὰ βαρβάρων τινῶν αὐτὰ παρειλήφαμεν ; (εἰσὶ δὲ ἡμῶν ἀρχαιότεροι βάρβαροι·) ἢ ὅτι ὑπὸ παλαιότητος ἀδύνατον αὐτὰ ἐπισκέψασθαι ; Αὗται γὰρ ἂν πᾶσαι ἐκδύσεις εἶεν, καὶ μάλα κομψαὶ τῷ μὴ ἐθέλοντι λόγον διδόναι περὶ τῶν πρώτων ὀνομάτων, ὡς ὀρθῶς κεῖται.

(29) *Ἀλλὰ τὸν μὲν γεώδη*, etc. Vide supra p. 307.

Digitized by Google

λογικὸν τῆς πρὸς τὸ θνητὸν καὶ ἄλογον συμπλοκῆς ἕνεκα. Τὸ μὲν γὰρ πάντη καθαρὸν, καὶ ἀσώματον, καὶ θεῖον, καὶ λογικὸν, οὐ μόνον τῶν πρόσθεν γενομένων τὴν μνήμην, ἀλλὰ καὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι τὴν γνῶσιν δι' ἄκραν ἀρετὴν θεωρίας περιείληφε· τὸ δ' ἐν σαρξὶ πεπιλημένον, ὀστέοις τε καὶ νεύροις καταπεπαρμένον[a], ὄγκον τε μέγαν καὶ βαρὺν ἐπηχθισμένον τὸ σῶμα, λήθης πολλῆς καὶ ἀμαθείας συνιδὼν ὁ παρ' Ἑβραίοις λόγος, εὐθυβόλῳ κέκληκε προσρήματι, Ἐνὼς ἐπονομάσας, ὅπερ δηλοῖ τὸν ἐπιλήθιμονα. Κεῖται γοῦν παρά τινι προφήτῃ· « Τί ἐστι ἄνθρωπος, ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ; ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν; » Ἀνθ' οὗ τὸ Ἑβραϊκὸν ἐπὶ μὲν τῆς πρώτης τοῦ ἀνθρώπου κλήσεως τὸ Ἐνὼς περιείληφεν· ὡσεὶ ἔλεγε σαφέστερον· Τί οὗτός ἐστιν ὁ ἐπιλήσμων, ὅτι σὺ, ὦ Θεὲ, μιμνήσκῃ αὐτοῦ, καίπερ ὄντος ἐπιλήσμονος; Τὸ δὲ, « Ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν; » « Ἢ υἱὸς Ἀδὰμ » κεῖται παρὰ τοῖς δηλουμένοις· ὡς εἶναι τὸν αὐτὸν καὶ Ἀδὰμ καὶ Ἐνώς· τοῦ μὲν σαρκικοῦ διὰ τοῦ Ἀδὰμ, τοῦ δὲ λογικοῦ διὰ τοῦ Ἐνὼς παρισταμένου. Καὶ τὰ μὲν Ἑβραίων λόγια οὕτω πως διαιρεῖ τὴν ἐτυμολογίαν. Ὁ δὲ Πλάτων τὸν ἄνθρωπον τῇ Ἑλλήνων φωνῇ παρὰ τὸ ἀναθρεῖν φησι κεκλῆσθαι, λέγων· « Ὁ δὲ ἄνθρωπος ἅμα ἐώρακε, τοῦτο δέ ἐστι ὄπωπε, καὶ ἀναθρεῖ καὶ λογίζεται τοῦτο ὃ ὄπωπεν, ἵνα ᾖ ἀναθρῶν ἃ ὄπωπε. » Πάλιν Ἑβραῖοι τὸν ἄνδρα ἴς καλοῦσι. Παρῆκται δὲ αὐτοῖς τοὔνομα ἀπὸ τοῦ ἔς, δι' οὗ σημαίνουσι τὸ πῦρ, ἵνα ᾖ παρὰ τὸ θερμὸν καὶ διάπυρον τῆς τοῦ ἀνδρὸς φύσεως ὁ ἀνὴρ ὠνομασμένος. Ἡ δὲ γυνὴ, ἐπείπερ εἴρηται ἐκ τοῦ ἀνδρὸς εἰλῆφθαι, καὶ τὴν προσηγορίαν ἐπικοινωνεῖ τῷ ἀνδρί. Ἴσσα γὰρ ἡ γυνὴ λέγεται παρ' αὐτοῖς, ὥσπερ ἴς ὁ ἀνήρ. Ὁ δὲ Πλάτων τὸν ἄνδρα « παρὰ τὴν ἄνω ῥοὴν » ὀνομάζεσθαι λέγει. Καὶ ἐπιλέγει· « Ἡ δὲ γυνὴ γονή μοι φαίνεται βούλεσθαι εἶναι. » Πάλιν Μωσῆς τὸν οὐρανὸν ἐτύμως τῇ Ἑβραίων γλώσσῃ στερέωμα προσαγορεύει, παρὰ τὸ πρῶτον εἶναι, μετὰ τὴν ἀσώματον καὶ νοερὰν οὐσίαν, τοῦδε τοῦ κόσμου στερεὸν καὶ αἰσθητὸν σῶμα. Ὁ δὲ Πλάτων τῷ οὐρανῷ φησιν ὀρθῶς ὄνομα κεῖσθαι, διὰ τὸ ἄνω ὁρᾶν ποιεῖν. Πάλιν Ἑβραῖοι τῷ μὲν ἀνωτάτῳ (29*) τοῦ Θεοῦ κύριον ὄνομα ἄῤῥητον εἶναι καὶ ἄφθεγκτον, οὐδὲ φαντασίᾳ διανοίας ληπτόν· αὐτὸ δὲ τοῦτο καθ' ὃ Θεὸν ὀνομάζομεν, Ἐλωῒμ καλοῦσι, παρὰ τὸ ἦλ (30), ὡς ἔοικε· τοῦτο δὲ ἑρμηνεύουσι ἰσχὺν, καὶ δύναμιν· ὥστ' εἶναι τοῦ Θεοῦ τοὔνομα παρ' αὐτοῖς, ἀπὸ τῆς ἀμφὶ αὐτὸν δυνάμεώς τε καὶ ἰσχύος ἐπιλελογισμένον, δι' ἧς νοεῖται παντοδύναμος, καὶ πάντα ἰσχύων, ὡς ἂν τὰ πάντα συστησάμενος. Ὁ δὲ Πλάτων Θεὸν καὶ θεοὺς, παρὰ τὸ θέειν, ὅπερ ἐστὶ τρέχειν, τοὺς ἐν οὐρανῷ φωστῆρας κεκλῆσθαί φησι. Τοιαῦτα δή τινα, ὡς ἐν τύπῳ φάναι, τὰ παρ' Ἑβραίοις καὶ παρὰ Πλάτωνι περὶ ὀρθώσεως ὀνομάτων διηκρίβωται. Καὶ τὰς ἐν ἀνθρώποις δὲ προσηγορίας μετά τινος διανοίας φησὶν ὁ Πλάτων τεθεῖσθαι· καὶ τόν γε λόγον ἀποδι-

A is a Mose Adamus vere ac proprie diceretur. Quanquam et alia quoque appellationis hujus ratio esse potest, quasi ex rubro colore ducatur, et corporis naturam repræsentet. Cæterum hominem quidem Hebræi, sed terrenum, atque ex terra fictum natumque, vel ex corpore carneque conflatum Adami nomine significant : at hominem dum proprie appellare volunt, vocem Enos usurpare solent, qua homo ille noster ratione præditus, atque ab terreno Adamo natura sejunctus exprimatur. Hoc etiam Enos singulare habet, ut *immemorem* Græca lingua significet. Enimvero id ei parti nostræ, quæ adjunctam rationem habet, propter ejus cum mortali et rationis experte commercium, usu venit. Nam id sane, quod purum omnino, quod sine corpore, B quod divinum ac ratione præditum est, non præteritorum modo memoriam, sed etiam futurorum cognitionem, ob vim contemplandi summam complectitur. Quod autem carni tanquam luto immersum est, quod ex ossibus nervisque compactum, quod impósito corpore, velut ingenti quadam mole oppressum, id cum Hebræus multa cum oblivione, tum imperitia laborare intelligeret, Enos convenienti admodum, et oblivionem significante nomine appellavit. Et quidem apud aliquem prophetam legimus[94] : « Quid est homo, quod memor es ejus ? aut filius hominis, quoniam visitas eum ? » Quo loco Hebraica lingua pro illa priori hominis appellatione, vocem Enos adhibuit ; quasi clarius diceret : Quid obliviosus iste est, ut ejus, o Deus, C meminisse velis, cum usque adeo sit immemor ? Quod autem subjungitur, **517** « aut filius hominis, quoniam visitas eum ? » Hebræi legunt, « aut filius Adam. » Ita cum unum et eumdem vox utraque significet, corporeus tamen Adami, Enos vero nomine, ratione præditus designatur. Atque hunc in modum Hebraicæ litteræ ambarum vocum etymologiam distinguunt. At vero Plato, ἄνθρωπον, *hominem*, Græca lingua παρὰ τὸ ἀναθρεῖν, a contemplando nominatum esse contendit : « Homo enim, inquit, simul atque vidit aliquid (ὄπωπε Græci dicunt), id ipsum quod viderit, contemplatur ac secum ipse reputat, ut ἄνθρωπος dicatur, quasi ἀναθρῶν ἃ ὄπωπε, *contemplans ea quæ viderit.* » Virum præterea Hebræi vocant *is* ; quod nomen ab D *es*, quod *ignem* significat, derivatur, ut viri nomen ab calida et ignea viri natura inditum fuerit. Mulier vero, uti ex viro sumpta perhibetur, ita in ejus nominis communionem vocata est; *issa* enim ab illis nuncupatur, ut vir *is*. At Plato, cum ἄνδρα, *virum*, παρὰ τὴν ἄνω ῥοήν, hoc est *ab superiore defluxu* dictum esse defendit, tum ita subjungit : « Γυνὴ autem, *mulier*, quasi γονὴ, *fetus*, aut *semen* appellata mihi videtur. » Rursus Moses cœlum vere ac proprie firmamentum Hebraica voce nuncupat, quod secun-

[94] Psal. VIII, 5.

[a] *Mss.*, καταπεπαρμένον.

(29*) *Τῷ ἀνωτάτῳ*. Sic editi. Forte legendum τὸ ἀνωτάτω, quod referatur ad ὄνομα. EDIT.

(30) *Παρὰ τὸ ἦλ*. Recte. Est enim אֵל fortitudo · unde nascitur אל quod præter fortitudinem, etiam fortem, Deumque significat.

Digitized by Google

dum illam corporis expertem intelligentemque naturam, primum hujus mundi firmum sit corpus sensuque perceptum. At Plato rite οὐρανῷ, *cælo*, id nominis inditum esse ait, quod τὸ ἄνω ὁρᾶν, hoc est *uti suspiciamus* efficiat. Hebræi nomen summæ illius Dei naturæ proprium, nec ulla voce repræsentari, nec animi cogitatione comprehendi posse eum statuant, quod a nobis Dei nomine exprimitur, id ipsum Eloim dicere consueverunt, ab *el*, ut videtur, quod apud illos *robur potestatemque* significat, ut Dei nomen apud ipsos ab ejus potestate ac robore derivetur, unde illum omnia omnino posse, utpote qui molitus omnia fuerit, intelligimus. At Plato Deum atque deos, Θεὸν καὶ θεούς, nominatos esse mavult, quod illa cœli sidera θέειν, id est, *currere*, videamus. Atque ita Hebræi simul atque Plato; rem enim adumbrasse satis est, de recta nominum impositione statuerunt. Quin etiam ipsas quoque hominum appellationes certo consilio inditas fuisse Plato confirmat, et rationem earum aliquam afferre conatur. Itaque Hectorem nescio quo pacto, quod rex Trojanorum esset, ἀπὸ τοῦ ἔχειν καὶ κρατεῖν, quæ *habere ac imperare* significant, appellatum esse conjicit; Agamemnonem **518** vero, διὰ τὸ ἄγαν μένειν, quod nimium persisteret, atque in iis, quæ adversus Trojanos susceperat, consiliis firmiter admodum et constanter hæreret. Sic Orestem, διὰ τὸ ὀρεινόν, quod montanis, hoc est agrestibus ac ferinis; Atreum, διὰ τὸ ἀτηρόν, quod perniciosis ac pestiferis moribus esset; Pelopem, quod non ea, quæ semota longius, sed ea duntaxat, quæ πέλας, hoc est *propinquiora* essent, videret; Tantalum quasi ταλάντατον, *miserrimum*, ob earum, quibus oppressus est, miseriarum magnitudinem. Ista quidem aliaque sexcenta a Platone dicta reperias, quibus nomina primis illis hominibus non pro arbitrio, sed pro naturæ conditione imposita docere conatur. At enimvero quæ apud Mosen leguntur, ea nunquam aut coacta dixeris, aut arguta illa sophistarum in cudendis vocibus arte conficta. Agnosces videlicet, quem Hebræi Cainum vocant, *æmulationem* apud Græcos significare, quo nomine appellatus nefarius homo fuerit, quod adversus fratrem æmulatione invidiaque flagraret; Abelem contra *luctum* sonare, quod parentibus suis luctum attulisset: qui diviniore quodam instinctu consilioque permoti ejusmodi liberis suis nomina indiderint. Quid si Abrahamum proferam? Ille nimirum antea, dum sapientiam Chaldaicam profiteretur, in rerum superiorum disputatione occupatus, atque in siderum, quæque ad cœlum pertinent, omnium contemplatione assiduus, Abram vocabatur, quæ vox Græce sublimem parentem significat. At Deus, cum eumdem a rerum nostrarum consuetudine, ad illustriorum illarum, quæque aspectabiles omnes superant, commercium evehe-

A δόναι πειρᾶται· οὐκ οἶδ' ὅπως τὸν μὲν Ἕκτορα κεκλῆσθαι εἰπὼν ἀπὸ τοῦ ἔχειν καὶ κρατεῖν, διὰ τὸ βασιλέα εἶναι τῶν Τρώων· τὸν δὲ Ἀγαμέμνονα, διὰ τὸ ἄγαν μένειν, καὶ τοῖς δόξασι παρὰ * τῶν Τρώων εὐτόνως καὶ καρτερῶς παραμένειν· τὸν δὲ Ὀρέστην, διὰ τὸ ὀρεινὸν, καὶ ἄγριον, καὶ θηριώδες τοῦ τρόπου καὶ τὸν μὲν Ἀτρέα, διὰ τὸ ἀτηρόν τινα γεγονέναι τὸ ἦθος· τὸν δὲ Πέλοπα, οἷόν τινα οὐ τὰ πόρρω, ἀλλὰ μόνα τὰ πέλας καὶ ἐγγὺς ὁρῶντα· τὸν δὲ Τάνταλον ταλάντατόν τινα φησι, διὰ τὰ περὶ αὐτὸν δυστυχήματα, σημαίνειν. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα μυρία ἄλλα εὕροις ἂν εἰρημένα τῷ Πλάτωνι, φύσει τεθεῖσθαι, ἀλλ' οὐ θέσει τοῖς πρώτοις τὰ ὀνόματα διδάσκειν πειρωμένῳ. Ἀλλ' οὐ καὶ τὰ παρὰ Μωσεῖ βεβιασμένα ἂν εἴποις, οὐδέ γε κατά τινα σοφιστικὴν εὑρεσιλογίαν πεποιημένα· μαθὼν, ὡς ὁ μὲν παρ' Ἑβραίοις Κάϊν ζῆλος παρ' Ἕλλησι μεταλαμβάνεται· τούτου δ' ἠξιώθη τοῦ προσρήματος ὁ δηλούμενος, διὰ τὸ ζηλῶσαι τὸν ἀδελφὸν τὸν Ἄβελ. Καὶ ὁ Ἄβελ δὲ ἑρμηνεύεται πένθος, τοῦ τοιοῦδε πάθους γεγονὼς καὶ αὐτὸς τοῖς γονεῦσιν αἴτιος, οἱ κατά τινα θειοτέραν προμήθειαν γενομένοις τοῖς παισὶ ταύτας τέθεινται τὰς ἐπωνυμίας. Τί δ' εἴ σοι τὸν Ἀβραὰμ (31) παραφέροιμι; Μετεωρολόγος τις οὗτος, καὶ τῆς τῶν ἄστρων θεωρίας, τῶν τε κατ' οὐρανὸν μαθημάτων εἰδήμων τὸ πρὶν, ὅτε τῆς Χαλδαϊκῆς μετεποιεῖτο σοφίας, γεγονὼς, Ἀβρὰμ ἐκαλεῖτο· τοῦτο δ' Ἑλλήνων φωνῇ πατέρα μετέωρον σημαίνει. Ἀλλ' ὁ Θεός γε αὐτὸν, τῶν τῇδε ἐπὶ τὰ ἐπιφανῆ καὶ τῶν ὁρωμένων ἐπέκεινα προάγων, εὐθυβόλῳ κέχρηται μετωνυμίᾳ, « Οὐκέτι, φήσας, κληθήσεται τὸ ὄνομά σου Ἀβρὰμ, ἀλλὰ Ἀβραὰμ ἔσται τὸ ὄνομά σου, ὅτι πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε. » Τοῦτο δ' ὁποίας ἔχεται διανοίας, μακρὸς ἂν εἴη λόγος. Ἀπαρκεῖ δὲ κἂν τούτῳ τὸν Πλάτωνα μάρτυρα τοῦ λόγου παραθέσθαι, ὑπὸ θειοτέρας δυνάμεως ἔνια τῶν ὀνομάτων τεθεῖσθαι φάμενον. Λέγει δ' οὖν αὐτοῖς ῥήμασιν· « Ἐσπουδάσθαι γὰρ ἐνταῦθα μάλιστα πρέπει τὴν θέσιν τῶν ὀνομάτων· ἴσως δὲ ἔνια αὐτῶν καὶ ὑπὸ θειοτέρας δυνάμεως ἢ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἐγενήθη. » Τοῦτό γέ τοι αὐτὸ διὰ πλειόνων καὶ ἡ παρ' Ἑβραίοις ἱερὰ πιστοῦται Γραφή· πρῶτός τε Μωσῆς ἁπάντων, ὃς ἐκ θειοτέρας δυνάμεως τὸν Ἀβραὰμ, καὶ τὸν τούτου παῖδα τὸν Ἰσαὰκ, καὶ ἔτι τὸν Ἰσραὴλ ἐπωνομάσθαι ἐδίδαξε. Γέλως δὲ ὁ Ἰσαὰκ ἑρμηνεύεται, τὸ τῆς ἐναρέτου χαρᾶς ἐπαγόμενος σύμβολον, ἣν τοῖς θεοφιλέσι γέρας ἐξαίρετον δώσειν ὁ Θεὸς ἐπήγγελται. Ὁ δὲ τούτου παῖς Ἰσραὴλ, ἦν μὲν τὸ πρὶν τὸ τοῦ Ἰακὼβ ὄνομα ἐπενηνεγμένος, ἀντὶ δὲ τοῦ Ἰακὼβ ὁ Θεὸς αὐτῷ τὸ τοῦ Ἰσραὴλ ὄνομα δωρεῖται, τὸν ἀσκητὴν καὶ πρακτικὸν ἐπὶ τὸν θεωρητικὸν μεταστησάμενος. Ἡτερνιστῆς γὰρ ὁ Ἰακὼβ ἑρμηνεύεται, ὡς τὸν ἀρετῆς ἐναθλῶν ἀγῶνα· Ἰσραὴλ δὲ ὁρῶν Θεὸν, ὁποῖος ἂν εἴη ὁ γνωστικὸς καὶ θεωρητικὸς ἐν ἀνθρώπῳ νοῦς. Τί με δεῖ νῦν τοῦ πανσόφου Μωσέως, ἢ τῶν παρ' Ἑβραίοις ἱερῶν λόγων, διὰ μυρίων ἄλλων τὴν ὀρθό-

* *Forte* κατά.

(31) *Τὸν Ἀβραάμ.* Vide quæ obiter supra notavimus, pag. 420, de Abraham nomine.

Digitized by Google

τητα τῆς τῶν οἰκείων ὀνομάτων θέσεως ἐξαπλοῦν, μακροτέρας σχολῆς δεομένων τῶν κατὰ τὸν τόπον; Αὐτίκα δὴ καὶ τῶν πρώτων τῆς γραμματικῆς στοιχείων Ἕλληνες μὲν οὐκ ἂν ἔχοιεν τὰς ἐτυμολογίας εἰπεῖν, οὐδ' αὐτός γ' ἂν φαίη Πλάτων τὸν λόγον ἢ τὸν λογισμὸν τῶν φωνηέντων, ἢ τῶν συμφώνων· Ἑβραίων δ' ἂν εἴποιεν παῖδες τοῦ τε ἄλφα τὴν αἰτίαν, ὃ παρ' αὐτοῖς καλεῖται ἄλφ, τοῦτο δὲ σημαίνει μάθησιν· καὶ τοῦ βῆτα, ὅπερ βὴθ φίλον αὐτοῖς προσαγορεύειν, οὕτω δὲ τὸν οἶκον ὀνομάζουσιν· ὥστε δηλοῦν τὴν διάνοιαν· Μάθησις οἴκου· ὡσεὶ σαφέστερον ἐλέγετο· Διδαχή τις καὶ μάθησις οἰκονομίας. Καὶ τὸ γάμμα δὲ παρ' αὐτοῖς τρίτον κέκληται γίμελ· οὕτω δὲ τὴν πλήρωσιν ὀνομάζουσιν. Εἶτ' ἐπειδὴ τὰς δέλτους δὲλθ καλοῦσι, τὸ τέταρτον στοιχεῖον οὕτω προσεῖπον, ὁμοῦ διὰ τῶν δύο στοιχείων σημαίνοντες, ὅτι ἡ ἔγγραφος μάθησις πλήρωσίς ἐστι δέλτων. Ἐπιὼν δέ τις καὶ τὰ λοιπὰ τῆς γραμματικῆς στοιχεῖα, μετά τινος αἰτίας καὶ λογισμοῦ εὕροι ἂν ἕκαστα παρ' αὐτοῖς ὠνομασμένα. Ἐπεὶ καὶ τῶν ἑπτὰ φωνηέντων τὴν ἐπὶ τὸ αὐτὸ σύνθεσιν μιᾶς τινος ἀπορρήτου προσηγορίας περιέχειν φασὶν ἐκφώνησιν, ἣν διὰ τεσσάρων στοιχείων παῖδες Ἑβραίων σημειούμενοι, ἐπὶ τῆς ἀνωτάτω τοῦ Θεοῦ δυνάμεως κατατάττουσιν, ἄλεκτόν τι τοῖς πολλοῖς καὶ ἀπόῤῥητον τοῦτ' εἶναι παῖς παρὰ πατρὸς εἰληφότες. Καὶ τῶν παρ' Ἕλλησι δὲ σοφῶν, οὐκ οἶδ' ὁπόθεν τις τοῦτο μαθὼν ἠνίξατο, ὧδέ πη δι' ἐπῶν φήσας·

A ret, peropportunum ejus nominis mutationem instituit, his verbis : « Non amplius vocabitur nomen tuum Abram, sed Abraham erit nomen tuum, quia patrem multarum gentium posui te[28]. » Cujus oraculi vim atque sententiam explicare longum esset. Verum satis hoc etiam loco fuerit hanc ad veritatem Platonis suffragium adjungere, qui diviniore aliqua vi nomina quædam imposita fuisse pronuntiat. Sic enim ad verbum ipse, « Hic enim, inquit, maxime, præcipuum quoddam in nominibus rite imponendis adhibitum studium fuisse decet ; imo ex iis etiam nonnulla fortasse, vi quadam nostra hac longe diviniori constituta sunt. » At illud ipsum divinæ litteræ longe sane luculentius uberiusque confirmant, ac Moses ipse præ cæteris, qui divi-

B nitus Abrahamum ejusque filium **519** Isaacum, nec non et Israelem appellatos esse testatur. Et *risum* quidem Isaacus significat, ut hoc suo nomine castam illam sanctamque lætitiam repræsentaret, quam amicis suis Deus tanquam singulare munus ac præmium pollicetur. Ejusdem filius Israel, cum antea Jacobi nomen habuisset, abs Deo postea Israelis nomen accepit, ex actuoso et laborioso homine contemplator effectus. Nam Jacobus sane *calce impetentem* sonat, quasi virtutis certamine defungentem ; at Israel, *eum qui Deum videt*, significat, cujusmodi mens hominis esse debeat, quæ in cognitione et contemplatione versetur. Sed enim quid attinet hoc loco, vel Mosis illius sapientissimi, vel sacrarum apud Hebræos litterarum, summam in propriis nominibus imponendis maturitatem atque solertiam, sexcentis aliis exemplis illustrare, cum hoc disputationis genus longe majus otium desideret ? Enimvero ne primorum quidem, quæ ipso statim initio, se offerunt, grammatices elementorum, Græci homines notationem afferre possint : quin hæreat etiam ipse Plato, si vocalium aut consonantium explicanda ratio atque appellatio sit. At vero Hebræi eam in promptu habent. Nam alpha quidem, quod alph ipsi vocant, *disciplinam* significat ; betha vero, quod beth appellare solent, *domum* sonat : utrumque sententiam hanc efficit, Disciplina domus : quasi apertius diceretur, doctrina quædam seu disciplina rei domesticæ. Gamma, quod ipsis quoque tertium elementum est, gimel dicunt, eoque *plenitudinem* quamdam significant. Tum quoniam δέλτους hoc est *tabulas*, delth nominant ; quarto elemento idem etiam nomen indidere, ut ambarum litterarum conjunctione doceant, comprehensam scripto disciplinam, tabularum plenitudinem esse. Atque ita deinceps elementa grammaticæ reliqua, nominis quoque sui reperies propriam apud Hebræos ac singularem habere rationem. Nam et septem quoque vocalium inter sese commissionem, ejusmodi nomen efficere volunt, quod explicari voce non possit, quodque Hebræi quatuor elementis inclusum summæ Dei potestati exprimendæ attribuunt, sic tamen ut idem proferri vulgo non posse longa serie posteri a majoribus acceperint. Et vero, unus etiam aliquis e Græciæ sapientibus, id ipsum, unde unde hauserit, subobscure his versibus adumbravit

Ἑπτά με φωνήεντα Θεὸν μέγαν ἄφθιτον αἰνεῖ
Γράμματα, τὸν πάντων ἀκάματον πατέρα.
Εἰμὶ δ' ἐγὼ πάντων χέλυς ἄφθιτος, ἣ τὰ λυ-
Ἁρμοσάμην δίνῃς οὐρανίοιο μέλη.

C **520** *Me septem interitus expers vocalia Numen,*
Cunctorumque Patrem septem elementa vocant.
Idem æterna chelys rerum, quæque ordine jussit
Constantique polum ducere lege modos.

Ἑβροίοις δ' ἂν καὶ τῶν λοιπῶν παρ' Ἑβραίοις στοιχείων, ἐπιστήσας ἑκάστῳ, τὰ σημαινόμενα. Τοῦτο δὲ ἤδη καὶ διὰ τῶν πρόσθεν ἡμῖν συνέστη, ὁπηνίκα παρὰ βαρβάρων τὰ πάντα ὠφελῆσθαι τοὺς Ἕλληνας ἀπεδεικνύομεν. Πολλὴν δ' ἂν τις καταμάθοι, τὴν Ἑβραίων γλῶτταν πολυπραγμονῶν, ὀνομάτων ὀρθότητα παρὰ τοῖς ἀνδράσι φερομένην· ἐπεὶ καὶ αὐτὸ τοῦ παντὸς ἔθνους τὸ προσηγορικὸν ὄνομα ἀπὸ τοῦ

Cæterorum item apud Hebræos elementorum significationes, si enucleare singula volueris, omnino reperies : quod ipsum jam a nobis antea præstitum est, cum nihil non Græcos a barbaris accepisse demonstraremus. Postremo qui Hebræorum linguam rimari diligentius scrutarique voluerit, is profecto summam quamdam apud illos nominum proprietatem esse cognoscet. Atque id ipsi vel ex unico

[28] Gen. XVII, 5.

Digitized by Google

gentis universæ nomine constare potest, quod ab Hebere derivatur. *Transeuntem* enim significat, cum et transitum et transeuntem Hebraica lingua, voce unica, Heber appellet. Et ea quidem nominis hujus ratio est, uti ab rerum præsentium vanitate ad divinarum studia sese conferre, nec in eorum, quæ videntur, contemplatione ullo modo acquiescere ac sistere, sed ab iis potius ad semota illa penitusque recondita de universi Conditore ac molitore, theologiæ mysteria transire doceantur. Ita plane primos illos qui sese præpotenti rerum omnium moderatori auctorique Deo consecrarent, et sinceram veramque religionem diligenter excolerent, Hebræos, quasi mente transeuntes ac trajicientes nuncuparunt. Sed quorsum in colligenda nominum apud Hebræos omnium proprietate, maturaque admodum impositione diutius immoremur, cum ad hanc quæstionem integra quædam ac singularis opera requiratur? Cæterum, mihi quidem videor, quomodo saltem informanda re fieri potuit, Hebræorum in disserendo vim atque facultatem, vel paucis iis, quæ abs me commemorata sunt, satis illustrasse: siquidem ea Platonis sententia placet, dum is plebeiorum ac vulgarium hominum esse negat, propria nativaque rerum nomina invenire, sed tantum sapientis legislatoris, et scienter periteque ratiocinantis, qualem profecto cum Mosem ipsum, tum Hebraicorum oraculorum vim esse demonstravi. Quid ergo proximum est, nisi ut quemadmodum ipsi de rerum natura philosophati sint, exquiramus?

A Ἕβερ τὸ παρώνυμον εἴληφε. Σημαίνει δὲ τοῦτο τὸν διαπερῶντα· ἐπεὶ καὶ διάβασις καὶ διαπερῶν τῇ Ἑβραίων φωνῇ Ἕβερ ὀνομάζεται. Διδάσκει δὲ ὁ λόγος περᾶν καὶ διαβαίνειν ἀπὸ τῶν τῇδε ἐπὶ τὰ θεῖα, μηδαμῶς τε ἐναπομένειν καὶ ἵστασθαι ἐπὶ τῇ θέᾳ τῶν ὁρωμένων· ἀπὸ δὲ τούτων ἐπὶ τὰ ἀφανῆ καὶ ἀόρατα τῆς περὶ τοῦ τῶν ὅλων ποιητοῦ τε καὶ δημιουργοῦ θεολογίας διαβαίνειν. Ταύτῃ τοι τοὺς πρώτους μόνῳ τῷ πανηγεμόνι καὶ αἰτίῳ τῶν ὅλων ἀνακειμένους, εὐσεβείᾳ τε καθαρᾷ καὶ ἀληθεῖ προσανέχοντας, Ἑβραίους ἐφώνουν, περατικούς τινας καὶ διαβεβηκότας τῇ διανοίᾳ τοὺς τοιούτους ἀποκαλοῦντες. Καὶ τί με δεῖ ἐπὶ πλεῖον μηκύνειν, τὰ πάντα συνάγοντα τῆς τῶν Ἑβραίων ὀνομάτων ὀρθότητός τε καὶ ἀκριβείας, τοῦ προβλήματος οἰκείας δεομένω πραγματείας; Πλήν, ὡς ἐν τύπῳ φάναι, ἡγοῦμαι καὶ διὰ τῶν λεχθέντων τῆς παρ' Ἑβραίοις λογικῆς ἐ- B δασκαλίας τὴν ἀπόδειξιν παρεσχηκέναι· εἰ δὴ, κατὰ τὸν Πλάτωνα, οὐ φαύλων ἦν ἀνδρῶν οὐδὲ τῶν τυχόντων, ἀλλὰ σοφοῦ καὶ διαλεκτικοῦ τινος νομοθέτου, φύσιν ὀνομάτων οἰκείαν τοῖς πράγμασιν εὑρέσθαι, οἷος ἡμῖν ὁ Μωσῆς καὶ τὰ Ἑβραίων ἀποδέδεικται λόγια. Τί δὴ οὖν μετὰ τὰ λογικὰ ἕπεται, ἢ τὰ φυσικὰ ἐπισκέψασθαι, ὅπως ποτὲ καὶ περὶ ταῦτα εἶχον Ἑβραίων παῖδες;

521 CAPUT VII.

De naturali Hebræorum philosophia.

Tertiam hanc Hebraicæ philosophiæ partem, quæ C naturalis vocatur, quæque ab iisdem quoque, in rerum sola mente perceptarum, et corporis omnis expertium contemplationem, et in earum, quæ sensibus usurpantur, tractationem dividitur, laudatissimi prophetæ cum noverant ipsi per sese, tum, ubi postularet occasio, suis passim oraculis aspergebant: quam illi tamen neque conjecturis quibusdam, aut mortalis cogitationis industria didicerant, neque ullius sese humani præceptoris auctoritate jactabant: sed divinæ cuidam superioris potestatis vi, divinique Spiritus afflatui totam illam cognitionem acceptam ferebant. Quem illi quidem secuti, D ut de rebus futuris infinita divinitus prædixerunt, sic etiam et de universi molitione infinita, quo modo natura postulabat, disputarunt, et de animantium ipsarum naturis infinita tractarunt; quibus et sexcenta de plantis in suis quique prophetiis addiderunt. Et sane Moses, qui lapidum etiam vires apprime calleret, non obiter aut perfunctorie, cum de summi sacerdotis cultu dissereret, in eorum consideratione versatus est. At vero Salomon, si quisquam alius, in hac physiologiæ parte summam omnino laudem est, vel ipso divinæ Scripturæ testimonio, consecutus. Sic enim illa: « Locutus est quoque Salomon, inquit, tria millia parabolas, et fuerunt carmina ejus quinque et mille. Et disputa-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Περὶ τῆς καθ' Ἑβραίους φυσιολογίας.

Καὶ τὸ τρίτον δὲ μέρος τῆς καθ' Ἑβραίους φιλοσο- C φίας (τοῦτο δ' ἦν τὸ φυσικὸν, διαιρούμενον καὶ παρ' αὐτοῖς εἴς τε τὴν τῶν νοητῶν καὶ ἀσωμάτων ἐποπτείαν, καὶ εἰς τὴν τῶν αἰσθητῶν φυσιολογίαν) οἱ κατὰ πάντα τέλειοι προφῆται ᾔδεσάν τε, καὶ τοῖς οἰκείοις, ὅτε δὴ καιρὸς ἐκάλει, κατεμίγνυον λόγοις· οὐ στοχασμοῖς καὶ θνητῆς διανοίας ἐπιτηδεύσει μαθόντες, οὐδ' ἐπὶ διδασκάλοις ἀνδράσι σεμνυνόμενοι, θεοφορήσει δὲ κρείττονος δυνάμεως, καὶ θείου Πνεύματος ἐπινοίᾳ τὴν γνῶσιν ἀνατιθέντες. Ἔνθεν μυρία μὲν αὐτοῖς περὶ τῶν μελλόντων τεθέσπιστο, μυρία δὲ περὶ τῆς τοῦ παντὸς συστάσεως πεφυσιολόγητο· καὶ D αὖ πάλιν μυρία περὶ ζώων φύσεως διείληπτο· πλεῖστα δὲ ὅσα καὶ περὶ φυτῶν ταῖς οἰκείαις ἕκαστος προφητείαις κατεβέβλητο. Μωσῆς δὲ, καὶ λίθων δυνάμεις εὖ μάλα ἐξεπιστάμενος, οὐ παρέργως ἐπὶ τῆς τοῦ ἀρχιερέως στολῆς τῇ τούτων κέχρητο θεωρίᾳ· καὶ αὖ πάλιν Σολομὼν, εἰ καί τις ἄλλος, ἐν τῇ τούτων διαπρέψαι φυσιολογίᾳ πρὸς τῆς θείας μαρτυρεῖται Γραφῆς, ὧδε περιεχούσης· « Καὶ ἐλάλησε Σολομὼν τρισχιλίας παραβολὰς, καὶ ἦσαν ᾠδαὶ αὐτοῦ πεντακισχίλιαι. Καὶ ἐλάλησε περὶ τῶν ξύλων ἀπὸ τῆς κέδρου τῆς ἐν τῷ Λιβάνῳ καὶ ἕως τῆς ὑσσώπου τῆς ἐκπορευομένης διὰ τοῦ τοίχου. Καὶ ἐλάλησε περὶ τῶν κτηνῶν, καὶ περὶ τῶν πετεινῶν, καὶ περὶ τῶν ἑρπετῶν, καὶ περὶ τῶν ἰχθύων. Καὶ παρεγένοντο πάντες οἱ λαοὶ ἀκοῦσαι τῆς σοφίας Σολομῶντος, καὶ

Digitized by Google

(18) *Ἔν τε ῥυθμοῖς σχήματα*, etc. Ficini. *Tum figuras eorum rhythmis, quam accentus harmoniis.* Σχήματα, seu σχημάτια, hic et alibi passim, certi quidam corporis motus, quos in saltationibus edebant in numerum : Latinis *staticuli* dicebantur. Aristoteles, lib. *De poetica*, Οἱ ὀρχησταὶ διὰ τῶν σχηματιζομένων ῥυθμῶν, μιμοῦνται καὶ ἤθη, καὶ πάθη, καὶ πράξεις. Aristophanes, in *Pace* : *Ἀλλ' ἐγωγ' οὐ σχηματίζειν βούλομαι.* Id erat λέγειν κατὰ τὴν ὄρχησιν, id est, ipso gestu motuque corporis, aliquid inter saltandum venuste ac decore exprimere, ut loquitur Athenæus lib. XIV. Quid ῥυθμοῦ nomine Plato intelligat, ex toto illo lib. II *De legibus* cognosci potest, maximeque pag. 580, F, dum ita statuit, τῇ δὲ τῆς κινήσεως τάξει, ῥυθμὸς ὄνομα εἴη. Tum de harmonia, τῇ δ' αὖ τῆς φωνῆς, τοῦ τε ὀξέος ἅμα καὶ βαρέος συγκερασθέντων, ἁρμονίας ὄνομα προσαγορεύοιτο. Et pag. 582, E, ubi voces illæ σχῆμα, μέλος, ῥυθμός, clarius usurpantur : Οὐ γὰρ ἄν, inquit, ἐκεῖναί γε (Musæ) ἐξαμάρτοιέν ποτε τοσοῦτον, ὥστε ῥήματα ἀνδρῶν ποιήσασαι, τὸ σχῆμα γυναικῶν καὶ μέλος ἀποδοῦναι καὶ μέλος ἐλευθέρων αὖ καὶ σχήματα ξυνθεῖσαι, ῥυθμοὺς δούλων καὶ ἀνελευθέρων προσαρμόττειν.

(19-20) *Τοὺς ποιητάς*. Plato, eodem lib. II *De legibus*, pag. 579, A.

(21) *Τρίτον δὲ πλοῦτος*. Platonem secutus sum, apud quem legitur, τρίτον δὲ ἰσχὺς, τέταρτον δὲ πλοῦτος.

(22) *Ὡς ταῦτά ἐστι ξύμπαντα*. Huc pertinent illa Synesii orat. *De Regno*, pag. 8, ubi cum τὰ θυραῖα τῶν ἀγαθῶν, Platonico et Aristotelico more ὀργανικὰ vocavisset, utpote, ὑπηρετεῖν εἰδότα κἀκείνοις οὐ μεῖον, ἢ ἀρεταῖς, ita prosequitur, ὥσπερ οὖν εὐχῆς ἄξια ἀπεῖναι τοῦ φαύλου τὰ ὄργανα, ὅπως ἀνέργητον ἔχῃ τὴν μαχθηρίαν· οὕτω παρεῖναι τῷ καλῶς χρησομένῳ, οὗ πάντες ἂν, καὶ πόλεις, καὶ ἴδιῶται ὀνίναιντο, ἵνα μὴ ἀχρεία καὶ ἄπρακτος ἀρετὴς φύσις, ἀγνωσμένη μαραίνηται, ἀλλ' εἰς ἀνθρώπων εὐεργεσίας δαπανήσῃ τὴν δύναμιν.

Digitized by Google

αἰσθάνεσθαι, καὶ τὸ παράπαν ζῆν, μέγιστον μὲν κακὸν τὸν ξύμπαντα χρόνον ἀθάνατον ὄντα καὶ κεκτημένον πάντα τὰ λεγόμενα ἀγαθὰ, πλὴν δικαιοσύνης τε καὶ ἀρετῆς ἁπάσης· ἔλαττον δὲ, ἐὰν ὡς ὀλίγιστον ὁ τοιοῦτος χρόνον ἐπιζῴη. Ταῦτα δὴ λέγειν οἶμαι τοὺς παρ' ὑμῖν ποιητὰς, ἅπερ ἐγὼ, πείσετε καὶ ἀναγκάσετε, ἔτι τούτοις ἑπομένους ῥυθμούς τε καὶ ἁρμονίας ἀποδόντας, παιδεύειν οὕτω τοὺς νέους ὑμῶν. Ἦ γὰρ ὁρᾶτε (23); Ἐγὼ μὲν γὰρ λέγω σαφῶς, τὰ μὲν κακὰ λεγόμενα ἀγαθὰ τοῖς ἀδίκοις εἶναι, τοῖς δὲ δικαίοις κακά· τὰ δὲ ἀγαθὰ, τοῖς μὲν ἀγαθοῖς ὄντως ἀγαθὰ, τοῖς δὲ κακοῖς κακά. Ὅπερ οὖν ἠρόμην, ἆρα ξυμφωνοῦμεν ἐγώ τε καὶ ὑμεῖς, ἢ πῶς; » Οὐ πόρρω ταῦτα τυγχάνει τῶν τοῦ Δαβὶδ Ψαλμῶν, οὓς προλαβὼν θεῖῳ πνεύματι συνέταξε δι' ὠδῶν καὶ ὕμνων, τίς μὲν ὁ ἀληθῶς μακάριος, τίς δὲ ὁ τούτῳ ἐναντίος, παιδεύσας. Ἐντεῦθεν γοῦν αὐτῷ καὶ κατάρχεται ἡ βίβλος φήσαντι· « Μακάριος ἀνὴρ ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν· » καὶ τὰ ὅμοια. Ἃ δὴ μεταβαλὼν ὁ Πλάτων, φησὶ δεῖν τοὺς ποιητὰς λέγειν, ὡς ὁ μὲν ἀγαθὸς ἀνὴρ, σώφρων ὢν καὶ δίκαιος, εὐδαίμων ἐστὶ καὶ μακάριος· ἐὰν δὲ ἆρα πλουτῇ, ἢ δὲ ἄδικος, ἄθλιός ἐστιν. Ὃ καὶ αὐτὸ πάλιν ὁ Δαβὶδ ὧδέ πως ἐξέδωκε διὰ τῶν Ψαλμῶν εἰπών· « Πλοῦτος ἐὰν ῥέῃ, μὴ προστίθεσθε καρδίαν· » καὶ πάλιν· « Μὴ φοβοῦ, ὅταν πλουτήσῃ ἄνθρωπος, ἢ ὅταν πληθυνθῇ ἡ δόξα τοῦ οἴκου αὐτοῦ. » Ἐπὶ σχολῆς δ' ἂν εὕροις ἕκαστα τῶν εἰρημένων τῷ φιλοσόφῳ, πρὸς λέξιν κείμενα δι' ὅλης τῆς ἱερᾶς τῶν Ψαλμῶν γραφῆς.

omnis cumulus habetur, ut primum hæc omnia consecutus eris, continuo immortalem evadere. At ejusmodi cum vester, opinor, tum meus quoque sensus est, viris quidem justis ac piis optimam esse rerum istarum omnium possessionem, at improbis longe pessimam, initio ab ipsamet sanitate ducto. Nam videre, audire, sentire, omninoque vivere, ut maximum ei malum fuerit, qui hæc omnia, quæ vulgo bona dicuntur, sempiterno tempore immortalis possideat, a justitia et virtute sejuncta; sic ei longe minus, qui talis cum esset, nonnisi brevissimo tempore vixerit. Hæc utique vestri ut poetæ canant, vel impetrabitis, vel extorquebitis, nec non ut aptum iis et cohærens numerorum concentusque genus adhibeant, quod erudiendis adolescentibus vestris opportunum sit futurum. Utrum enim hoc advertitis?—Equidem id clare pronuntio, quæ mala dicuntur, injustis bona, mala justis esse; quæ bona, bonis vere bona, malis autem mala.—Utrum igitur, in eo quod rogabam, inter nos convenimus, an secus? » Platonica ista non admodum a Psalmis Davidis absunt, quos quidem ipse divino afflatus Numine tanto ante ex cantibus hymnisque contexuit, quisnam vere aut beatus, aut miser esset, exponens. Et quidem suum ipse librum inde auspicatur, dum ait: « Beatus vir, qui non **596** abiit in consilio impiorum [61];» et similia, quibus nonnihil immutatis, Plato hanc poetis necessitatem imposuit, uti virum bonum, vel hoc ipso, quo temperantiam et æquitatem colat, felicem beatumque pronuntient; improbum autem, ut divitiis circumfluat, miserum prædicent. Quod ipsum David in suis quoque Psalmis expressit, his verbis: « Divitiæ si affluant, nolite cor apponere [62]. » Atque iterum, « Ne timeas, cum dives factus fuerit homo, aut cum multiplicata fuerit gloria domus ejus. [63]. » Quin etiam quidquid eo loco dictum a philosopho est, id tu omne sigillatim, in sacro Psalmorum volumine, ad verbum expressum, majore otio reperies.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Ὅτι οὐ πάντων ἐστὶ τὰς ὀρθὰς ᾠδὰς καὶ τὰ μέλη δύνασθαι ποιεῖν, ἀλλ' ἢ μόνου Θεοῦ, ἢ θείου τινὸς ἀνδρός.

« Νομοθετικὸν (24) μὲν οὖν καὶ πολιτικὸν ὑπερβαλλόντως. Ἀλλ' ἕτερα φαῦλα ἂν εὕροις αὐτόθι· τοῦτο δ' οὖν τὸ περὶ μουσικὴν ἀληθές τε καὶ ἄξιον ἐνοίας· ὅτι δυνατὸν ἆρα ἦν περὶ τῶν τοιούτων νομοθετεῖσθαι, βεβαίως θαῤῥοῦντα, μέλη τὰ τὴν ὀρθότητα φύσει παρεχόμενα. Τοῦτο δὲ Θεοῦ ἢ θείου τινὸς ἀνδρὸς ἂν εἴη. » Εἰκότως ἆρα καὶ παρ' Ἑβραίοις νενομοθέτητο, μηδὲ ἄλλους ὕμνους καὶ ᾠδὰς ἐν ταῖς θείαις διδασκαλίαις ἀποδέχεσθαι ἢ τὰς ὑπὸ τοῦ θείου Πνεύματος διὰ τῶν θείων καὶ προφητικῶν ἀνδρῶν πεποιημένας, τά τε τούτοις κατάλληλα μέλη, τῷ συνήθει παρ' αὐτοῖς ᾀδόμενα τρόπῳ.

CAPUT XXII.

Non cujusvis esse laudabiles odas et carmina scribere, sed vel unius Dei, vel divini cujusdam hominis.

« Imo, quod summi prorsus inquit Plato, cum in legibus ferendis, tum in constituenda republica momenti sit. Nam ut alia quædam apud eos leviuscula reperias; hoc sane quod in musica statuunt, et verum, et observatione dignum est: fieri nimirum potuisse, ut hoc etiam in genere legislator, si constanter auderet modo, concentus eos lege sancirei, qui per sese honestatem naturæ ac probitatem adjungerent. Cæterum id vel Dei, vel divini cujusdam hominis proprium fuerit. » Jure ergo cautum apud Hebræos fuit, ut ne alii divinis in doctrinis hymni cantusque locum haberent, quam quos divinus ipse ore fudisset, eoque præterea modulorum genere, receptoque more caneretur.

Spiritus divinorum ac propheticorum hominum quod et cum ipsis cohæreret, et solemni apud eos

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Περὶ τῶν δοκιμάζειν οἷόν τε τὰς κατὰ Θεὸν πεποιημένας ᾠδάς.

« Συγχωρῶ (25) γε τό γε τοσοῦτον καὶ ἐγὼ τοῖς

CAPUT XXIII.

De iis qui divinos illos cantus probare possint.

« Ego vero, inquit Plato, id multitudini conce-

[61] Psal. I, 1. [62] Psal. LXI, 11. [63] Psal. XLVIII, 17.

(23) *Ἦ γὰρ ὁρᾶτε.* Familiaris, ut in dialogis, compellatio, nec vernaculæ nostræ dissimilis, *Car, voyez-vous bien. Mais, voyez-vous bien.*

(24) *Νομοθετικόν.* Plato, eodem lib. II *Leg.*, pag. 577, D.

(25) *Συγχωρῶ.* Id. ibid., pag. 578, C.

Digitized by Google

dam ipse quoque, musicam voluptate metiri oportere, sic tamen, ut non in plebeiorum hominum voluptate acquiescamus, sed optimam fere musam illam esse statuamus, quæ optimos atque **597** optime institutos, maxime vero quæ unum aliquem virtute doctrinaque præstantem delectabit. Quare virtutem in primis carminum illorum judicibus necessariam esse defendimus, cum ii non prudentia modo, verum etiam constantia præditi esse debeant. Nec enim profecto deceat, ut æquus verusque judex, aut ab ipsomet theatro edoctus, et partim multitudinis strepitu, partim stultitia propria stupefactus judicium ferat; aut dum etiam ipse veritatem agnoscit, ignavia tamen debilitatus ac metu, illo ipso ore, quo paulo ante cum ad judicandum accederet, testes appellavit deos, falsam vanamque sententiam indigne pronuntiet. Nec enim ipse tanquam discipulus, sed tanquam spectatorum, uti par est, magister futurus, illisque adeo, si voluptatem perperam et alieno loco præ se ferent, constanter repugnaturus sedet. » Eodem plane modo, non infimæ quondam apud Hebræos multitudinis erat, aut de iis qui tanquam divino Spiritu afflati producerentur, aut de divinis ipsis carminibus statuere : sed pauci erant, divino Spiritu, cujus propria illa unis ea de re statuere, ipsosque adeo prophetarum libros consecrare, cæteros vero tanquam adulterinos ac spurios abjudicare liceret.

A πολλοῖς, δεῖν τὴν μουσικὴν ἡδονῇ κρίνεσθαι· μὴ μέντοι τῶν γε ἐπιτυχόντων, ἀλλὰ σχεδὸν ἐκείνην εἶναι Μοῦσαν καλλίστην, ἥτις τοὺς βελτίστους καὶ ἱκανῶς πεπαιδευμένους τέρπει, μάλιστα δὲ ἥτις ἔνι τὴν ἀρετῇ τε καὶ παιδείᾳ διαφέροντα. Διὰ ταῦτα δὲ ἀρετῆς φαμεν δεῖσθαι τοὺς τούτων κριτὰς, ὅτι τῆς γε ἄλλης μετόχους αὐτοὺς εἶναι δεῖ φρονήσεως, καὶ δὴ καὶ τῆς ἀνδρείας. Οὔτε γὰρ παρὰ θατέρου (26) ἀεὶ τόν γε ἀληθῆ κριτὴν κρίνειν μανθάνοντα, καὶ ἐκπλητόμενον ὑπὸ τοῦ θορύβου τῶν πολλῶν, καὶ τῆς αὐτοῦ ἀπαιδευσίας, οὔτ' αὖ γιγνώσκοντα, δι' ἀνανδρείαν καὶ δειλίαν, ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος, οὗπερ τοὺς θεοὺς ἐπεκαλέσατο, μέλλων κρίνειν, ἐκ τούτου ψευδόμενον ἀποφαίνεσθαι ῥᾳθύμως τὴν κρίσιν. Οὐ γὰρ μαθητὴς, ἀλλὰ διδάσκαλος, ὃς (27) γε τὸ δίκαιον, θεατῶν μᾶλλον ὁ κριτὴς καθίζει, καὶ ἐναντιωσόμενος τοῖς τὴν ἡδονὴν μὴ προσηκόντως μηδὲ ὀρθῶς ἀποδεδοῦσι θεαταῖς. » Καὶ παρ' Ἑβραίοις τὸ παλαιὸν οὐ τοῦ τυχόντος ἦν τὸ κρίνειν τοὺς ἐκ θείου Πνεύματος προφερομένους, καὶ τὰς ἐνθέους ᾠδὰς, ἀλλ' ἦσαν βραχεῖς καὶ σπάνιοι μέτοχοι καὶ αὐτοὶ θείου Πνεύματος διακριτικοῦ τῶν λεγομένων, οἷς καὶ μόνοις ἐξῆν ἐγκρίνειν, καὶ δὴ ἀφιεροῦν τὰς προφητῶν βίβλους, τὰς δὲ τῶν μὴ τοιούτων ἀποδοκιμάζειν.

B

CAPUT XXIV.

Cantus etiam in conviviis, tanquam convivales quasdam leges, recipiendos esse.

« Cæterum, inquit Plato, quod a nobis suscepta primum disputatio sequebatur, ut opis aliquid ad Bacchi chorum probe instituendum afferret, id hactenus pro facultate nostra disseruimus. Nunc ergo videamus utrum a nobis perfectum id fuerit. Sane conventum ejusmodi necesse quodammodo est, dum compotatio magis semper magisque fervet, turbulentiorem evadere; quod etiam ab initio his in rebus, de quibus nunc agitur, necessitate quadam evenire posuimus. — Necesse id quidem. — Tum vero quisque solito levior indulget sibi, ac lætitia solutus ut liberius effusiusque loquitur, ita neminem interim ex vicinis audit, sed potius idoneus sibi quidam, et sui, et cæterorum omnium moderator videtur. — Quippe. — Nos vero diximus, ubi hæc eveniunt, bibentium animos, posteaquam ignem ferri more conceperint, **598** molliores ac juniores fieri; ut perinde omnino ac dum teneriores adhuc essent, ei qui alios erudire ac fingere possit ac noverit, faciliores sese tum ac tractabiliores præbeant. Fictorem porro statuimus illum ipsum, qui tum bonus etiam nobis legislator erat. Hic convivales quoque leges describet, quibus petulantior ista confidentis et audaculi hominis, qui nullum jam ordinem, nullas silendi ac loquendi, nullas bibendi canendique

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ'.

Ὅτι καὶ ἐν τοῖς συμποσίοις παραληπτέον τὰς ᾠδὰς, ὥσπερ τινὰς νόμους συμποτικούς.

« Καὶ ὅπερ (28) ὁ λόγος ἐν ἀρχαῖς ἐβουλήθη, τὴν τῷ τοῦ Διονύσου χορῷ βοήθειαν ἐπιδεῖξαι καλῶς λεγομένην, εἰς δύναμιν εἴρηκε. Σκοπώμεθα δὴ εἰ τοῦθ' οὕτω γέγονε, θορυβώδης μέν που ὁ ξύλλογος ὁ τοιοῦτος ἐξ ἀνάγκης, προϊούσης τῆς πόσεως ἔτι μᾶλλον (29) ἀεὶ (30), ξυμβαίνει γενόμενος, ὅπερ ὑπεθέμεθα κατ' ἀρχὰς ἀναγκαῖον εἶναι γίνεσθαι περὶ τῶν νῦν λεγομένων (31). — Ἀνάγκη. — Πᾶς δέ γε αὐτὸς αὑτοῦ κουφότερος αἴρεται, καὶ γέγηθέ τε καὶ παῤῥησίας ἐμπίμπλαται, καὶ ἀνηκουστίας ἐν τῷ τοιούτῳ τῶν πέλας, ἄρχων δ' ἱκανὸς ἀξιοῖ αὐτοῦ τε καὶ τῶν ἄλλων γεγονέναι. — Τί μήν; — Οὐκοῦν ἔφαμεν ὅταν γίνηται ταῦτα, καθάπερ τινὰ σίδηρον, τὰς ψυχὰς τῶν πινόντων διαπύρους γενομένας, μαλακωτέρας (32) γίνεσθαι καὶ νεωτέρας, ὥστ' εὐαγώγους ξυμβαίνειν τῷ δυναμένῳ τε καὶ ἐπισταμένῳ παιδεύειν τε καὶ πλάττειν, καθάπερ ὅτ' ἦσαν νέαι· τοῦτον δὲ εἶναι τὸν πλάστην τὸν αὐτὸν, ὅνπερ τότε τὸν ἀγαθὸν νομοθέτην· οὗ νόμους εἶναι δεῖ συμποτικοὺς, δυναμένους τὸν εὐέλπιν καὶ θαῤῥαλέον ἐκεῖνον γινόμενον, καὶ ἀνεσχυντότερον τοῦ δέοντος, καὶ οὐ θέλοντα τάξιν, καὶ τὸ κατὰ μέρος σιγῆς καὶ λόγου, καὶ πόσεως καὶ μούσης ὑπομένειν, ἐθέλειν ποιεῖν πάντα τούτοις τἀναντία· καὶ εἰσιόντι τῷ μὴ καλῷ θάῤῥει τὸν κάλλιστα διαμαχόμενον φόβον εἰσπέμπειν, οἵους τε εἶναι μετὶ

D

(26) *Θατέρου*. Ita etiam Plato; sed omnino reponendum θεάτρου, ex alt. manuscr.
(27) Plato et ms., ὡς.
(28) *Καὶ ὅπερ*. Ibid., pag. 583, C.
(29) *Ἔτι μᾶλλον*. Præstat ἐπὶ μᾶλλον, ex Plat.
(30) *Ἀεί*. Melius quam ei apud Platonem.
(31) Plato, γιγνομένων.
(32) Plato, μαλθακωτέρας.

Digitized by Google

δίκης, ὃν αἰδῶ τε καὶ αἰσχύνην θεῖον φόβον ὠνομάκαμεν. — Ἔστι ταῦτα.—Τούτων δέ γε τῶν νόμων εἶναι νομοφύλακας καὶ συνδημιουργοὺς αὐτοῖς τοὺς ἀθορύβους καὶ νήφοντας. » Εἰκότως τοιγαροῦν καὶ ἡμῖν αὐτοῖς ἐν τοῖς συμποσίοις ᾠδὰς καὶ ὕμνους εἰς Θεὸν πεποιημένους ᾄδειν παραδέδοται, τοῦ προέχοντος κόσμου τῶν παρ' ἡμῖν φυλάκων ἐπιμελομένων.

A vices ferre possit, impudentia ad contrariæ honestatis et modestiæ officia revocetur : atque ita subcunti paulatim gliscentique proterviæ, adversarius opponatur honestissimus ille metus, idemque cum æquitate conjunctus, quem pudorem ac verecundiam, divinum utique metum, appellavimus. — Sic est. — Harum præterea legum custodes, qui suam illis operam navarent, quietos homines ac sobrios esse voluimus. » Hæc ille. Jure igitur hic apud nos etiam in conviviis, odas et hymnos in Dei laudem canendi receptus mos est : quo in genere, honestati ac modestiæ nostri quoque moderatores invigilant atque prospiciunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ'.

Ὅτι οὐ πᾶσιν ἐπιτρεπτέον τὴν τοῦ οἴνου πόσιν.

« Εἰ μέν τις (33) πόλις, ὡς οὔσης σπουδῆς, τῷ ἐπιτηδεύματι τῷ νῦν εἰρημένῳ χρήσεται μετὰ νόμων καὶ τάξεως, ὡς τοῦ σωφρονεῖν (34) εἵνεκα μελέτῃ (35) χρωμένη, καὶ τῶν ἄλλων ἡδονῶν μὴ ἀφέξεται ὡσαύτως καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, τοῦ κρατεῖν αὐτῶν ἕνεκα μηχανωμένη, τοῦτον μὲν τὸν τρόπον ἅπασι τούτοις χρηστέον· εἰ δ' ὡς παιδιᾷ τε καὶ ἐξέσται τῷ βουλομένῳ, καὶ ὅταν βούληται, καὶ μεθ' ὧν ἂν βούληται, πίνειν μετ' ἐπιτηδευμάτων ὠντινωνοῦν ἄλλων· οὐκ ἂν τιθείμην ταύτην τὴν ψῆφον, ὡς δεῖ ποτε μέθῃ χρῆσθαι ταύτην τὴν πόλιν ἢ τοῦτον τὸν ἄνδρα, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον τῆς Κρητῶν καὶ Λακεδαιμονίων χρείας προσθείμην ἂν τῷ Καρχηδονίων νόμῳ, μηδέποτε μηδένα ἐπὶ στρατοπέδου γεύεσθαι τούτου τοῦ πόματος, ἀλλ' ὑδροποσίαις συγγίνεσθαι τοῦτον τὸν χρόνον ἅπαντα· καὶ κατὰ πόλιν, μήτε δοῦλον μήτε δούλην γεύεσθαι μηδέποτε, μηδὲ ἄρχοντας τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν ὃν ἂν ἄρχωσι, μηδ' αὖ κυβερνήτας, μηδὲ δικαστὰς ἐνεργοὺς ὄντας, οἴνου γεύεσθαι τὸ παράπαν· μηδὲ ὅστις βουλευσόμενος εἰς βουλὴν ἀξίαν τινὰ λόγου συνέρχεται· μηδέ γε μεθ' ἡμέραν μηδένα τὸ παράπαν, εἰ μὴ σωμασκίας ἢ νόσων ἕνεκα· μηδ' αὖ νύκτωρ ὅταν ἐπινοῇ τις παῖδας ποιεῖσθαι ἀνὴρ ἢ καὶ γυνή. Καὶ ἄλλα δὲ πάμπολλα ἄν τις λέγοι, ὡς τοῖς νεῶν τε καὶ νόμον ἔχουσιν ὀρθὸν οὐ ποτέος οἶνος. Ὥστε κατὰ τὸν λόγον τοῦτον οὐδ' ἀμπελώνων ἂν πολλῶν δέοι οὐ δή τινι (36) πόλει· τακτὰ δὲ τἆλλα ἂν εἴη γεωργήματα, καὶ πᾶσα ἡ δίαιτα. » Καὶ Μωϋσῆς δὲ, προλαβὼν μὴ δεῖν τοὺς ἱερέας οἴνου ἀπογεύεσθαι κατὰ τὸν τῆς ἱερουργίας καιρὸν νομοθετεῖ φάσκων· « Καὶ ἐλάλησε Κύριος τῷ Ἀαρὼν, λέγων· οἶνον καὶ σίκερα οὐ πίεσθαι σὺ καὶ οἱ υἱοί σου μετὰ σοῦ, ἡνίκα ἂν εἰσπορεύησθ' εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου, ἢ προσπορευομένων ὑμῶν πρὸς τὸ θυσιαστήριον, καὶ οὐ μὴ ἀποθάνητε· νόμιμον αἰώνιον εἰς τὰς γενεὰς ὑμῶν. » Ὁ δὲ αὐτὸς καὶ τοῖς εὐχὴν εὐχομένοις νομοθετεῖ λέγων· « Ἀνὴρ ἢ γυνὴ, ὃς ἂν μεγάλως εὔξηται εὐχὴν, ἁφαγνίσασθαι ἁγνείαν Κυρίῳ, ἀπὸ οἴνου καὶ σίκερα ἁγνισθήσεται· καὶ ὄξος ἐξ οἴνου καὶ ὄξος ἐκ σίκερα οὐ πίεται. » Ἀλλὰ καὶ Σολομὼν τοὺς ἄρχοντας καὶ τοὺς δικαστὰς εἴργει τῆς χρήσεως, λέγων· « Μετὰ βουλῆς πάντα ποίει, μετὰ βουλῆς οἰνοποτεῖ. Οἱ δυνάσται θυμώδεις εἰσὶν, οἶνον μὴ πινέτωσαν,

B

C

D

CAPUT XXV.

Vini bibendi copiam non omnibus promiscue faciendam esse.

« Si quæ civitas, inquit Plato, ut in re seria fieri solet, hunc morem, prout legum ordinisque ratio postulabit, usurpare volet, perinde ac si parandæ temperantiæ gratia, exercitatione quadam uteretur : itemque si ab aliis similiter voluptatibus, eodem consilio, non abstinebit, ut earum hac tandem arte victrix esse queat : hoc sane modo rebus iis omnibus per me utatur licet. Sin autem id totum ludus quidam erit, si et volenti cuilibet, et ubi, ac quibuscum ipse voluerit, ita bibere permittetur, ut pro arbitrio aliud simul quodlibet exercitationis genus adjungat ; nunquam equidem auctor fuerim, ut ejusmodi vel reip. vel homini largioribus poculis indulgere liceat. Tum enimvero Carthaginiensium legem multo magis, quam aut Cretensium, aut Lacedæmoniorum consuetudinem probarim, uti nemo unquam in exercitu genus hoc poculenti gustet, sed toto militiæ tempore aquam bibere consuescat : domi vero, ne servus quisquam aut ancilla vinum attingat unquam : ne magistratus toto illo anno, quo rempublicam gerent, ne moderatores aut judices, **599** quandiu judicia exercebunt, neu quisquam de re alicujus momenti sententiam in concilio dicturus ; imo etiam nemini prorsus interdiu, vino uti concesserim, nisi vel exercitatio corporis, vel morbi ratio postulabit ; neque noctu, seu vir, seu mulier fuerit, si operam liberis dare cogitabit. Hæc et alia pleraque afferri possint, quamobrem vino abstinere debeant, qui et maturi judicii et rectæ legis ductum sequantur. Ex quo sane id efficitur, nulla ut civitas multis admodum vineis indigeat : sed potius, ut eum reliquus omnis agrorum cultus, tum etiam ratio victus universa modicis omnino finibus includatur. » Ita Plato. Quem ante jam Moyses occupaverat, cum sacerdotibus, quo tempore sacris operandum erat, vino interdiceret, his verbis : « Dixit quoque Dominus ad Aaron : Vinum et omne quod inebriare potest, non bibetis, tu et filii tui tecum, quando intratis in tabernaculum testimonii, aut cum acceditis ad altare, ne moriamini : legitimum sempiternum in generationes vestras [a]. » Idem viris pariter ac mulieribus vota nuncupantibus, hanc legem dicit : « Vir, sive mulier,

[a] Levit. x, 9.

(33) *Εἰ μέν τις.* Plato, II *Leg.*, 4, 584, D.

(34) *Τοῦ σωφρονεῖν.* Male apud Platonem, τῷ σωφρ.

(35) *Μελέτῃ.* Ita reposuimus ex manuscr., licet etiam apud Platonem μελέτης haberetur.

(36) Plato, ἢ δ' οὔ τινι.

Digitized by Google

cum magnum illud votum fecerint sese Domino consecrandi, a vino et omni quod inebriare potest abstinebunt; et acetum ex vipo, et ex qualibet alia potione, qua inebriari quis potest, non bibetur [65]. » Salomon quoque principes simul et judices vino abstinere jubet, dum ait : « Omnia cum prudentia fac, et cum prudentia vinum bibe. Proceres iracundi sunt, vinum ii ne bibant, ne bibentes obviscantur sapientiæ et laborum [66]. » Quin etiam Apostolus Timotheo, morborum causa, vino uti permittens : « Modico, inquit, vino utere, propter stomachum tuum [67], et frequentes tuas infirmitates. »

A ἵνα μὴ πιόντες ἐπιλάθωνται τῆς σοφίας καὶ τῶν πόνων. » Καὶ ὁ Ἀπόστολος δὲ νόσων ἕνεκα ἐπιτρέπει Τιμοθέῳ, λέγων· « Ὀλίγῳ οἴνῳ χρῶ διὰ τὸν σόν μαχόν σου καὶ τὰς πυκνάς σου ἀσθενείας.

CAPUT XXVI.

Ne Platonem quidem ipsum ignorasse, quæ abs sese leges conderentur, iis barbaros quosdam suis in rebus publicis vivere.

« Utrum, inquit, viris in philosophia versatissimis instituendæ reipublicæ necessitas, aut ultimis illis antiquissimisque temporibus fuerit, aut hodieque sit apud barbarum aliquem populum, et longissime nostris ab oculis conspectuque semotum, aut etiam futura sit aliquando : hic vero contentiosi admodum esse nolimus, ut genus GOD hoc reipub. et exstitisse jam olim, et etiamnum exsistere, tum certe futurum esse pugnemus cum reipublicæ principatum ipsa sibi Musa vindicarit. Nam quæ fieri per sese possunt, eadem esse posse nequam negabimus. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚϚ'.

Ὅτι οὐκ ἠγνόει ὁ Πλάτων τὰ ὑπ' αὐτοῦ νομοθετούμενα παρά τισι βαρβάροις πολιτεύεσθαι.

« Εἰ τοίνυν (37) ἄκροις εἰς φιλοσοφίαν πόλεώς τις ἀνάγκη ἐπιμεληθῆναι, ἢ γέγονεν ἐν τῷ ἀπείρῳ τῷ παρεληλυθότι χρόνῳ, ἢ καὶ νῦν ἐστιν ἔν τινι βαρβαρικῷ τόπῳ, πόρρω που ἐκτὸς ὄντι τῆς ἡμετέρας ὄψεως, ἢ καὶ ἔπειτα γενήσεται· περὶ τούτου ἕτοιμοι (38) τῷ λόγῳ διαμάχεσθαι, ὡς γέγονεν ἡ εἰρημένη πολιτεία, καὶ ἔστι, καὶ γενήσεταί γε, ὅταν αὐτὴ ἡ Μοῦσα πόλεως ἐγκρατὴς γένηται. Ἃ γὰρ ἀδύνατον (39) γενέσθαι, οὐδ' ἡμεῖς ἀδύνατα λέγομεν. »

CAPUT XXVII.

Bellum nobiscum esse nobis, et cum nostris cupiditatibus ac perturbationibus gerendum.

« Idem autem, inquit, num etiam de se ipso, tanquam de hoste cogitare debet, an secus? — O hospes Atheniensis (nec enim Atticum te dixerim, quod mihi cognomento ex Dei nomine petito dignior videaris), utique disputationem hanc dum sapienter ad principium ipsum revocas, illustriorem efficis. Ita facilius etiam intelliges, quam recte dictum a nobis paulo ante fuerit, cum publice universis universos, tum sibi privatim ac proprie singulos hostes atque infestos esse. — Quæ tua hæc oratio est, vir maxime? — Hoc in bello, mi hospes, uti se ipsum vincere, victoriarum omnium princeps atque optima est : sic a se ipso vinci, omnium longe turpissimum ac pessimum fuerit. Quippe genus hoc orationis, suum cuique nostrum, ac secum ipso bellum quoddam intestinum esse significat. » Tum aliis plerisque interjectis, ita prosequitur. « Num igitur nostrum quemlibet unum aliquem esse statuimus? — Utique. — Sed ita unum, ut duos apud se consiliarios habeat dissentientes ac stolidos, quibus voluptatis et doloris nomen tribuimus. — Sic est. — Utrique rerum etiam futurarum

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΖ'.

Ὅτι πόλεμος ἡμῖν ἐστι πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς καὶ τὰ ἐν ἡμῖν πάθη.

« Αὐτῷ δὲ (40) πρὸς ἑαυτὸν πότερον ὡς πολεμίῳ πρὸς πολέμιον διανοητέον, ἢ πῶς ἔτι λέγομεν; — Ἆ ξένε Ἀθηναῖε, (οὐ γάρ σε Ἀττικὸν ἐθέλοιμι' ἂν προσαγορεύειν· δοκεῖς γάρ μοι τῆς Θεοῦ ἐπωνυμίας ἄξιος εἶναι μᾶλλον ἐπονομάζεσθαι·) τὸν γὰρ λόγον ἐπ' ἀρχὴν ὀρθῶς ἀναγαγών, σαφέστερον ἐποίησας· ὥστε ῥᾷον ἂν εὑρήσεις (41), ὅτι νῦν δὴ ὀρθῶς ὑφ' ἡμῶν ἐρρέθη τὸ πολεμίους εἶναι πάντας πᾶσι δημοσίᾳ τε καὶ ἰδίᾳ ἑκάστους αὐτοὺς σφίσιν αὐτοῖς.—Πῶς εἴρηκας, ὦ θαυμάσιε; — Κάνταῦθα, ὦ ξένε, τὸ νικᾶν αὐτὸν ἑαυτὸν πασῶν νικῶν πρώτη τε καὶ ἀρίστη τὸ δὲ ἡττᾶσθαι αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ πάντων αἰσχιστόν τε ἅμα καὶ κάκιστον. Ταῦτα γάρ, ὡς πολέμου ἐν ἑκάστοις ἡμῶν ὄντος πρὸς ἡμᾶς αὐτούς, σημαίνει. » Καὶ μεθ' ἕτερα τούτοις προστίθησι λέγων· « Οὐκοῦν ἕνα (42) μὲν ἡμῶν ἕκαστον αὐτὸν τιθῶμεν; — Ναί. — Δύο δὲ κεκτημένον ἐν αὐτῷ ξυμβούλω, ἐναντίω τε καὶ ἄφρονε, ὦ προσαγορεύομεν ἡδονὴν καὶ λύπην;— Ἔστι ταῦτα. — Πρὸς δὲ τούτοιν ἀμφοῖν αὖ δόξας μελλόντων, οἷν κοινὸν μὲν ὄνομα ἐλπίς, ἴδιον δὲ φόβος μὲν, ἡ πρὸ λύπης ἐλπίς, θάρρος δὲ ἡ πρὸ τοῦ ἐναντίου. Ἐπὶ δὲ πᾶσι τούτοις λογισμὸς ὅ τι ποτ' αὐτῶν

[65] Num. VI, 2, 3. [66] Prov. III, 7; XXXI, 4. [67] I Tim. V, 23.

(37) *Εἰ τοίνυν.* Exile hoc fragmentum non reperi, nec tanti est.

(38) *Ἕτοιμοι.* Præmittenda, credo, negatio est, itemque paulo post, ante γέγονεν· vix enim mihi persuaserim, Platonem hoc admodum pugnare voluisse, genus illud reip. jam olim inter barbaros exstitisse : satis est, si negare nollet.

(39) *Ἀδύνατον.* Sensus omnino postulat δυνατόν, eaque mens Eusebii.

(40) *Αὐτῷ δέ.* Plato, lib. I *Leg.*, pag. 565, C. Porro locum hunc insinuabat Themistius, orat. 10, pag. 229, cum ita loqueretur : Καὶ τοῦτο οὖν ἐγὼ Πλάτωνος θαυμάζω, καὶ ἔτι μᾶλλον, ὅταν διδάσκῃ, ὅτι πολέμου καὶ εἰρήνης σπέρματα ἐν ἑκάστῃ ψυχῇ πρῶτόν ἐστι. Καὶ ὅστις οἷός τε πρὸς ἑαυτὸν ἄγειν εἰρήνην, οὗτος οἷός τε καὶ πρὸς τοὺς ἔξωθεν πολέμους (malim πολεμίους, quid enim est ἄγειν εἰρήνην πρὸς τὸν πόλεμον;) ᾧ δὲ ἀδύνατος ἡ πρὸς ἑαυτὸν ἐκεχειρία, σχολῇ ποτ' ἂν οὗτος τὰς πρὸς ἀλλήλους σπονδὰς ἀγαπάσειεν. Εἶναι γάρ τι καὶ ἐν ἑκάστῳ βάρβαρον ψῦλον, λίαν αὐθαδες καὶ δυστειθὲς, τὸν θυμὸν λέγω, καὶ τὰς ἀπλήστους ἐπιθυμίας, ἀντικαθήμενα γένη τῷ λογισμῷ, καθάπερ Ῥωμαῖοι (malim Ῥωμαίοις) Σκύθαι, καὶ Γερμανοί, etc.

(41) Plato, ἀνευρήσεις.

(42) *Οὐκοῦν ἕνα.* Plato, ibid., pag. 573, B, C, D.

Digitized by Google

ἄμεινον ἢ χεῖρον, ὃς, γενόμενος δόγμα πόλεως κοινόν, νόμος ἐπωνόμασται. » Καὶ ἑξῆς φησιν· « Τόδε δ' ἴσμεν, ὅτι ταῦτα τὰ πάθη ἐν ἡμῖν, οἷον νεῦρα ἢ μήρινθοί τινες ἐνοῦσαι, σπῶσί τε ἡμᾶς καὶ ἀλλήλαις ἀνθέλκουσιν ἐναντίαι οὖσαι ἐπ' ἐναντίας πράξεις, οὗ δὴ (45) διωρισμένη ἀρετὴ καὶ κακία κεῖται. Μιᾷ γάρ φησιν ὁ λόγος δεῖν τῶν ἕλξεων ξυνεπόμενον ἀεὶ, καὶ μηδαμῇ ἀπολειπόμενον ἐκείνης, ἀνθέλκειν τοῖς ἄλλοις νεύροις ἕκαστον· ταύτην δ' εἶναι τὴν τοῦ λογισμοῦ ἀγωγὴν χρυσῆν καὶ ἱερὰν, τῆς πόλεως κοινὸν νόμον ἐπικαλουμένην, ἄλλας δὲ σκληρὰς καὶ σιδηρᾶς, τὴν δὲ μαλακὴν ἅνεσιν χρυσῆν οὖσαν· τὰς δὲ ἄλλας παντοδαποῖς εἴδεσιν ὁμοίας (44)· δεῖν δὲ τῇ καλλίστῃ ἀγωγῇ τοῦ νόμου ἀεὶ ξυλλαμβάνειν· ἅτε γὰρ τοῦ λογισμοῦ καλοῦ μὲν ὄντος, πράου τε καὶ οὐ βιαίου, δεῖσθαι ὑπηρετῶν αὐτοῦ τὴν ἀγωγὴν, ὅπως ἂν ἐν ἡμῖν τὸ χρυσοῦν γένος νικᾷ τὰ ἄλλα γένη. Καὶ οὕτω δὴ (45) περὶ θαυμάτων ὡς ὄντων ἡμῶν ὁ μῦθος ἀρετῆς σεσωσμένος ἂν εἴη, καὶ τὸ κρεῖττω ἑαυτοῦ καὶ ἥττω εἶναι τρόπον τινὰ φανερὸν ἂν γένοιτο μᾶλλον ὃ νοεῖ· καὶ ὅτι πόλιν καὶ ἰδιώτην, τὸν μὲν λόγον ἀληθῆ λαβόντα ἐν ἑαυτῷ περὶ τῶν ἕλξεων, τούτῳ ἑπόμενον δεῖ ζῆν, πόλιν δὲ ἢ παρὰ θεῶν τινος ἢ παρ' αὐτοῦ τούτου γνόντος ταῦτα λόγον παραλαβοῦσαν, νόμον θεμένην, αὐτῇ τε ἁμιλεῖν καὶ ταῖς ἄλλαις πόλεσιν. Οὕτω κακία δὴ καὶ ἀρετὴ σαφέστερον ἡμῖν διηρθρωμένον ἂν εἴη. » Καὶ παρ' ἡμῖν ὁ θεῖος τὰ ὅμοια διδάσκει λόγος, φάσκων· « Συνήδομαι τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον· βλέπω δὲ ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου ὀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου· » Καὶ πάλιν· « Μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορούντων, ἢ καὶ ἀπολογουμένων· » ὅσα τε ἄλλα τούτοις παραπλήσια.

opiniones adjunctæ duæ, quæ commune quidem spei nomen sortitæ sunt; sed tamen spes illa quæ dolorem antegreditur, metus: quæ contrariam voluptatem antecedit, fiducia proprie nominatur. His omnibus rationis præest consilium, quo quid ex iis vel melius sit, vel deterius exploratur; quodque ubi commune totius reip. decretum fuerit, tum vero lex appellari solet. » Et paulo post: « Hoc, inquit, intelligimus, perturbationes illas, nervorum in nobis ac funium quorumdam instar esse, a quibus, ut aliis alii contrarii sunt, ita contraria in studia trahimur, ubi virtus et vitium, suis ambo finibus ac regionibus circumscripta versantur. Ratio quippe docet, motui duntaxat alteri sic obsequendum cuique perpetuo, ut nunquam ab eo discedens, oppositis funibus constanter renitatur. Atque hunc sapientis consilii aureum esse sacrumque ductum, quam publicam et communem civitatis legem **601** appellamus: reliquos enim motus, duriores ac ferreos, ductum hunc unum, quod aureus sit, facilem etiam ac suavem esse; cumque cæteri omnes tam varii sint tamque multiplices, hunc vultum semper unum eamdemque formam retinere. Et vero ductum hunc legis tanquam optimum, semper nobis ac studiose promovendum esse. Nam cum illud rationis consilium ita bonum atque honestum sit, ut tamen suavitate ducat, non vi cogat; hunc ipsius ductum administrorum quorumdam opera indigere ut in nobis aureum hocce genus, cæteram illam nationem turbamque domare possit. Atque ita demum virtutis illa, quæ de nobis tanquam miraculi similibus celebratur fabula, explicari facile defendique poterit; tum clarius simul illustriusque constabit, non modo quid illud significet, hominem seipso unum, modo superiorem, modo inferiorem esse: verum etiam ejusmodi cum privato cuique, tum ipsi quoque reip. cautionem esse necessariam, ut privatus vera et propria motuum illorum in sese ratione perspecta, vitam illa diligenter instituat; civitas, posteaquam vel ab aliquo numine, vel certe ab eo jam explorata illa sint, eamdem cognitionem hauserit, illam ipsam legis loco haberi jubeat, quam deinceps, et secum ipsa et cum aliis civitatibus agendo sequatur. Atque ita planius atque distinctius vitii virtutisque rationes cognoscemus. » Hactenus Plato. Cui sane quam affinia litteræ nos divinæ docent. Ita enim Apostolus: « Condelector, inquit, legi Dei secundum interiorem hominem: video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ [60]. » Itemque: « Inter sese invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus [61]. » Et cætera id genus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΗ'.

Ὅτι οὐ τὸ σῶμα, ἀλλ' ἡ ψυχὴ αἰτία τυγχάνει τῶν παλαιῶς ὑφ' ἡμῶν πραττομένων.

« Μεμνήμεθά (46) γε μὴν ὁμολογήσαντες ἐν τοῖς πρόσθεν, ὡς, εἰ ψυχὴ φανείη πρεσβυτέρα τοῦ σώματος οὖσα, καὶ τὰ ψυχῆς τῶν τοῦ σώματος ἔσοιτο πρεσβύτερα. — Πάνυ μὲν οὖν. — Τρόποι δὲ καὶ ἤθη, καὶ βουλήσεις, καὶ λογισμοὶ, καὶ δόξαι ἀληθεῖς, ἐπιμέ-

CAPUT XXVIII.

Non in corpus, sed in animum, culpam eorum quæ a nobis peccantur, esse conferendam.

« Jam vero meminimus, inquit Plato, hoc a nobis superius esse concessum, si corpore antiquiorem animum esse constaret, quidquid etiam animi proprium esset, id omne rebus ad corporis naturam pertinentibus antiquius futurum. — Sane, memini-

[60] Rom. VII. 22-23. [61] Rom. II, 15.

(45) *Οὗ δή.* Ita reposuimus ex Platone et manuscr. pro οὐ δή, quod vitiosum erat.

(44) *Εἴδεσιν ὁμοίας.* Plato post ὁμοίας minorem distinctionem adhibet, dum legit, δεῖν τῇ καλλίστῃ, etc., sine δέ. Ego Eusebium sequi malo, vellem tamen ante τὰς δὲ ἄλλας aliquid præmiî, v. c., καὶ τὴν μὲν μονοειδῆ εἶναι, ut magis sequentibus opponeretur, quas ait παντοδαποῖς εἴδεσιν ὁμοίας, quemadmodum alias quidem σκληρὰς καὶ σιδηρᾶς, hanc vero μαλακὴν καὶ χρυσῆν esse dixerat.

(45) *Καὶ οὕτω δή*, etc. Vide num Ficini congruat interpretatio: *Et sic fabula, quia mira res, homo esse narratur, virtute servabitur.* Equidem hæc non intelligo. Vult, opinor, philosophus, ea demum ratione, quam præscribit, intellectum iri, quod plerisque fabulosum videatur, homines virtutis studiosos miraculi similes esse: prorsus enim admirabile quiddam est, in homine uno, tantam ac assiduam esse cum vitiis et cupiditatibus rationis virtutisque pugnam, in qua vincat sæpius triumphetque virtus.

(46) *Μεμνήμεθα.* Plato, lib. X *Leg.*, pag. 6λ), :λ

Digitized by Google

mus. — Mores igitur, affectiones, voluntates, judicia, veræ opiniones, curæ, recordationes, proceritate, latitudine, mole, viribusque corporis priores sint, necesse est, si animum corpore priorem esse concedimus. — Necesse id quidem. — 602 Ergo, quod indidem sequitur, non id etiam fateri nos oportet, bonorum, simul et malorum honestorum item ac turpium, justorum et injustorum, adeoque contrariorum omnium causam animum esse; siquidem ipsi omnium omnino causam assignandam esse volumus? » Atque hæc ex *Legum* decimo. Quibus Moyses consentanee loquitur, dum illud suis in legibus frequenter inculcat : « Si anima peccaverit, et fecerit iniquitatem, » et cætera quæ ab illo passim eamdem in sententiam afferuntur.

A λειαί τε καὶ μνῆμαι, πρότερα μήκους σωμάτων, καὶ πλάτους, καὶ βάθους, καὶ ῥώμης εἴη γεγονότα ἂν, εἴπερ καὶ ψυχὴ σώματος. — Ἀνάγκη. — Ἆρ' οὖν τὰ μετὰ τοῦτο ὁμολογεῖν ἀναγκαῖον, τῶν τε ἀγαθῶν αἰτίαν εἶναι ψυχὴν καὶ τῶν κακῶν, καὶ καλῶν, καὶ αἰσχρῶν, δικαίων τε καὶ ἀδίκων, καὶ πάντων τῶν ἐναντίων, εἴπερ τῶν πάντων γε αὐτὴν θήσομεν αἰτίαν; » Καὶ ταῦτα δὲ ἀπὸ τοῦ δεκάτου τῶν *Νόμων* προκείσθω. Συνᾴδει δὲ αὐτοῖς ὁ Μωϋσῆς πολλάκις ἐν τοῖς νόμοις εἰπών, « Καὶ ἐὰν ψυχὴ ἁμάρτῃ καὶ ποιήσῃ πλημμέλημα· » καὶ ὅσα τούτοις ἐμφερῶς εἴρηται παρ' αὐτῷ.

CAPUT XXIX.

De eo qui sincere integreque philosophatur. Ex Theæteto.

Hebrææ litteræ de eo qui serio vereque philosophetur, ita prænuntiant, « Bonum est viro, cum portaverit jugum ab adolescentia sua : sedebit solitarius, et tacebit, quia levavit super se [70]. » Itemque de prophetis Deo charissimis, eos ut summum ad philosophiæ culmen aspirarent, in solitudinibus, montibus ac speluncis versatos esse docet, ubi mentem haberent in unius Dei cogitatione defixam. Audi tu vero, quemadmodum genus illud vitæ Plato divinis quoque laudibus extulerit, ubi de eo qui summam illam philosophandi laudem sequatur, hæc habet : « Dicamus igitur, inquit, uti par est, quando ita tibi videtur, de summis illis philosophandi principibus : (quid enim eos moremur, qui philosophiæ studio perperam abutuntur?) Illi videlicet jam usque ab adolescentia, viam quæ in forum ducat ignorant : ubi vel exerceantur judicia, vel senatus, vel publicum aliud civitatis concilium habeatur, nesciunt : leges ac plebiscita, neque dum promulgantur audiunt, neque perscripta cum fuerint omnino vident. Sodalitiorum ad magistratus creandos, factiones, conventus, cœnæ, comessationes cum tibicinis, horum ipsis quidquam factitare, ne per somnium quidem in mentem venit. Rectene an secus factum in civitate quid fuerit; num cuipiam a majoribus, seu paterno seu materno ex genere, mali quid obvenerit, magis ipsos latet, quam numerus, quod aiunt, arenarum. Atque hæc ille omnia sic ignorat, ut eadem abs sese ignorari nesciat. Quippe nec enim laudis aucupandæ causa ab earum sese rerum communione segregat : sed revera solum ejus corpus in civitate versatur et habitat; mens vero dum universa ista humiliora existimat, nihilque facit, passim interea volitat (ut cecinit Pindarus), 603 quæ sub terris, quæque supra terras dimetiens, rerumque cœlestium rationes astronomiæ vi enucleans, totamque omnino

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κϑ'.

Περὶ τοῦ καθαρῶς φιλοσοφοῦντος. Ἀπὸ τοῦ Θεαιτήτου.

Τῆς παρ' Ἑβραίοις γραφῆς περὶ τοῦ σπουδῇ φιλοσοφοῦντος φασκούσης, « Ἀγαθὸν ἀνδρὶ, ὅταν ἄρῃ ζυγὸν ἐκ νεότητος αὐτοῦ· καθήσεται κατεμόνας, καὶ σιωπήσεται, ὅτι ἦρεν ἐφ' ἑαυτῷ, » καὶ περὶ τῶν θεοφιλῶν προφητῶν, ὡς ἄρα δι' ἀκρότητα φιλοσοφίας ἐν ἐρημίαις, καὶ ὄρεσι, καὶ σπηλαίοις διῆγον, πρὸς μόνῳ τῷ Θεῷ τὴν διάνοιαν ἔχοντες· ἐπάκουσον τοῦ Πλάτωνος, ὅπως καὶ αὐτὸς τὸν τοιόνδε τοῦ βίου τρόπον ἐκθειάζει, ὧδέ πη περὶ τοῦ ἄκρως φιλοσοφοῦντος διεξιών· « Λέγωμεν δὴ (47), ὡς ἔοικεν, ἐπεί σοί γε δοκεῖ, περὶ τῶν κορυφαίων· (τί γὰρ ἂν τις τοὺς γε φαύλως διατρίβοντας ἐν φιλοσοφίᾳ λέγοι;) οὗτοι δέ που ἐκ νέων πρῶτον μὲν εἰς ἀγορὰν οὐκ ἴσασι τὴν ὁδὸν, οὐδὲ ὅπου δικαστήριον, ἢ βουλευτήριον, ἢ τι κοινὸν ἄλλο τῆς πόλεως συνέδριον· νόμους δὲ καὶ ψηφίσματα λεγόμενα, ἢ γεγραμμένα οὔθ' ὁρῶσιν, οὔτ' ἀκούουσι. Σπουδαὶ δὲ ἑταιρῶν ἐπ' ἀρχὰς, καὶ σύνοδοι, καὶ δεῖπνα, καὶ σὺν αὐλητρίσι κῶμοι, οὐδὲ ὄναρ πράττειν (48) προσίσταται αὐτοῖς. Εὖ δὲ ἢ κακῶς τι γέγονεν ἐν πόλει, ἢ τί τῳ κακὸν ἐστιν ἐκ προγόνων γεγονὸς, ἢ πρὸς ἀνδρῶν, ἢ γυναικῶν, μᾶλλον αὐτὸν (49) λέληθεν, ἢ οἱ τῆς θαλάσσης λεγόμενοι χόες. Καὶ ταῦτα πάντα οὐδ' ὅτι οὐκ οἶδεν, οἶδεν. Οὐδὲ γὰρ αὐτῶν ἀπέχεται τοῦ εὐδοκιμεῖν χάριν· ἀλλὰ τῷ ὄντι τὸ σῶμα μόνον ἐν τῇ πόλει κεῖται αὐτοῦ, καὶ ἐπιδημεῖ· ἡ δὲ διάνοια, ταῦτα πάντα ἡγησαμένη σμικρὰ, καὶ οὐδὲν ἀτιμάσασα, πανταχῇ πέτεται, κατὰ Πίνδαρον, τά τε γᾶς ὑπένερθε, καὶ τὰ ἐπίπερθεν γεωμετροῦσα, οὐρανοῦ τε ὕπερ ἀστρονομοῦσα, καὶ πάσαν πάντη φύσιν ἐρευνωμένη τῶν ὄντων ἑκάστου ὅλου, εἰς τι τῶν ἐγγὺς οὐδὲν ἑαυτὴν συγκαθιεῖσα. — Πῶς τοῦτο λέγεις, ὦ Σώκρατες; — Ὥσπερ καὶ Θαλῆν ἀστρονομοῦντα, ὦ Θεόδωρε, καὶ ἄνω βλέποντα, πεσόντα εἰς φρέαρ Θρᾷττά τις ἐμμελὴς καὶ χαρίεσσα θεραπαινὶς ἀποσκῶψαι λέγεται, ὡς τὰ μὲν ἐν οὐρανῷ προθυμοῖτο εἰδέναι, τὰ δὲ ἔμπροσθεν αὐτοῦ καὶ παρὰ πόδας λανθάνοι αὐτόν. Ταὐτὸν δὲ ἀρχεῖ σκῶμμα καὶ

[70] Thren. III, 27, 28.

(47) *Λέγωμεν δή*, 28. Plato in *Theæteto*, p. 127, E. Qui locus plane insignis et eximius est.

(48) *Οὐδὲ ὄναρ πράττειν*. Subaudi τὰ τοιαῦτα, superiora enim in nominandi casu, Attico more, pendent. Ita etiam vulgo diceremus, *Car les bri-*

gues, etc., *ils n'y songent pas même*.

(49) *Μᾶλλον αὐτόν*. Pro αὐτούς. Crebra hæc apud Atticos, maximeque Platonem, casuum mutatio; apud Hebræos longe crebberrima.

Digitized by Google

πάντας ὅσοι ἐν φιλοσοφίᾳ διάγουσι. Τῷ γὰρ ὄντι τὸν τοιοῦτον ὁ μὲν πλησίον καὶ ὁ γείτων λέληθεν, οὐ μόνον ὅ τι πράττει, ἀλλ' ὀλίγου καὶ εἰ ἄνθρωπός ἐστιν, ἢ τι ἄλλο θρέμμα· τί δέ ποτ' ἐστὶν ἄνθρωπος, καὶ τί τῇ τοιαύτῃ φύσει προσήκει διάφορον τῶν ἄλλων ποιεῖν ἢ πάσχειν, ζητεῖ τε, καὶ πράγματα ἔχει διερευνώμενος. Μανθάνεις γάρ που, ὦ Θεόδωρε, ἢ οὔ; — Ἔγωγε· καὶ ἀληθῆ λέγεις. — Τοιγάρτοι, ὦ φίλε, ἰδίᾳ τε συγγινόμενος ὁ τοιοῦτος ἑκάστῳ, καὶ δημοσίᾳ, ὅπερ ἀρχόμενος ἔλεγον, ὅταν ἐν δικαστηρίῳ ἢ που ἄλλοθι ἀναγκασθῇ περὶ τῶν παρὰ πόδας καὶ τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς διαλέγεσθαι, γέλωτα παρέχει οὐ μόνον Θράτταις, ἀλλὰ καὶ τῷ ἄλλῳ ὄχλῳ, εἰς φρέατά τε καὶ πᾶσαν ἀπορίαν ἐμπίπτων ὑπὸ ἀπειρίας· καὶ ἡ ἀσχημοσύνη δεινὴ δόξαν ἀβελτηρίας παρεχομένη. Ἔν γε γὰρ ταῖς λοιδορίαις ἴδιον ἔχει οὐδὲν οὐδένα λοιδορεῖν, ἅτε οὐκ εἰδὼς κακὸν οὐδὲν οὐδενὸς ἐκ τοῦ μὴ μεμελετηκέναι, ἀπορῶν οὖν γελοῖος φαίνεται· ἔν τε τοῖς ἐπαίνοις καὶ ταῖς τῶν ἄλλων μεγαλαυχίαις, οὐ προσποιητῶς, ἀλλὰ τῷ ὄντι γελῶν ἔνδηλος γιγνόμενος, ληρώδης δοκεῖ εἶναι. Τύραννόν τε γὰρ ἢ βασιλέα ἐγκωμιαζόμενον, ἕνα τῶν νομέων, οἷον συβώτην, ἢ ποιμένα, ἢ τινα βουκόλον ἡγεῖται ἀκούειν εὐδαιμονιζόμενον πολὺ βδάλλοντα· δυσκολώτερον δὲ ἐκείνων ζῷων καὶ ἐπιβουλότερον, ποιμαίνει (50) τε καὶ βδάλλειν νομίζει αὐτούς. Ἄγροικον δὲ καὶ ἀπαίδευτον ὑπὸ ἀσχολίας οὐδὲν ἧττον τῶν νομέων τὸν τοιοῦτον ἀναγκαῖον γίνεσθαι, σηκὸν ἐν ὄρει τὸ τεῖχος περιβεβλημένον. Γῆς δὲ ὅταν μυρία (51) πλέθρα ἢ ἔτι πλείω ἀκούσῃ, ὅστις ἄρα κεκτημένος θαυμαστὰ πλήθη κέκτηται, πάνυ σμικρὰ δοκεῖ ἀκούειν, εἰς ἅπασαν εἰωθὼς τὴν γῆν βλέπειν. Τὰ δὲ δὴ γένη (52) ὑμνούντων, ὡς γενναῖός τις ἑπτὰ πάππους πλουσίους ἔχων ἀποφῆναι, παντάπασιν ἀμβλὺ καὶ ἐπὶ σμικρὸν ὁρώντων ἡγεῖται τὸν ἔπαινον, ὑπὸ ἀπαιδευσίας οὐ δυναμένων εἰς τὸ κᾶν ἀεὶ βλέπειν, οὐδὲ λογίζεσθαι ὅτι πάππων καὶ προγόνων (53) ἑκάστῳ μυριάδες γεγόνασιν ἀναρίθμητοι, ἐν αἷς πλούσιοι καὶ πτωχοί, βασιλεῖς καὶ δοῦλοι, βάρβαροί τε καὶ Ἕλληνες πολλάκις μυριοι γεγόνασιν ὀτιοῦν· ἀλλ' ἐπὶ πέντε καὶ εἴκοσι καταλήγῳ προγόνων σεμνυνομένων ἢ καὶ ἀναφερόντων εἰς Ἡρακλέα τὸν Ἀμφιτρύωνος. Ἄτοπα αὐτῷ

A rerum singularum, quas hujus universi ambitus complectitur naturam sic explorans, ut tamen nullam ad earum quas propiores habet sese abjiciat.— Quo tu sensu hoc ais, o Socrates? — Prorsus, mi Theodore, quo modo Thaletem aliquando, qui dum oculis in cœlum defixis astra contemplaretur, proximum in puteum deciderat, ancilla quædam Thressa, elegans et urbana hoc joco perstrinxit: Qui res cœlestes nosse contenderet, eum quæ proxima pedibus essent, non videre. Quod sane dictum in eos omnes convenire possit, qui philosophiæ studio sese dedunt. Siquidem reipsa, natio hæc hominum, non modo quid proximus ac vicinus agat, verum etiam homone ille sit, an aliud quoddam animantis genus, propemodum ignorat: ea-

B dem tamen quid homo ipse sit, quidve naturam ejusmodi, præter aliarum conditionem vel agere vel pati deceat, cum rimatur studiose, tum in ea cura laboris plurimum ac difficultatis exhaurit. Jamne intelligis, mi Theodore? an non? — Intelligo equidem. Et vera sane loqueris. — Nimirum ergo, qui ejusmodi fuerit, Theodore, is seu privatim cum quocunque versabitur, seu publice, quemadmodum initio dixi, vel in judicio, vel ubi ubi de rebus quas ante pedes atque in oculis habeat, dicere cogetur, non Thressis modo mulierculis, sed etiam reliquæ multitudini risum movebit, cum, ob rerum imperitiam, in puteos atque in omnis dubitationis æstum inciderit. Et quidem grave admodum stuporis genus ineptiarum est, quod afferat opinionem stultitiæ. Nam ut aliorum conviciis appetitus,

C quod proprium ipse nihil habeat, quo vicissim alios remordeat (quippe qui nullum cujusquam vitium noverit, procul ab simili cogitatione semotus), ob hæsitantiam ridiculus esse solet: sic in aliorum etiam laudibus, et insolenti rerum suarum jactantia, dum idem non simulate, sed vere palamque ridet, hardus ac delirus videtur. Nam tyrannum aut regem laudari si audiet, pecuarium sibi aliquem, subulcum puta, vel pastorem, vel bubulcum, quod affatim mulgeat, beatum celebrari persuadebit:

(50) *Ποιμαίνει*. Reponendum ex Platone et manuscr. ποιμαίνειν.

(51) *Μυρία*. Ita quidem omnes. Legendum tamen est μύρια, cum sequatur, ἢ ἔτι πλείω, quod absurde post μυρία sequeretur.

(52) *Τὰ δὲ δὴ γένη*. Huc satyra Juvenalis octava pertinet,

Stemmata quid faciunt?

Persius item sat. 3 inane hoc in Romanis dolescentibus αὔχημα castigabat.

An deceat pulmonem rumpere ventis,
Stemmate quod Tusco ramum millesime ducas?

Adi et Senecam epist. 44: *Iterum*, inquit, *tu mihi te pusillum facis, et dicis, malignius tecum egisse naturam prius, deinde fortunam: cum possis te eximere vulgo, et ad felicitatem omnium maximam emergere. Si quid aliud est in philosophia boni, hoc est, quod stemma non inspicit.* Quam hoc nostri Platonis ex genio?

(53) *Πάππων καὶ προγόνων*. Seneca, ibid., aureis etiam verbis atque sententiis: *Omnibus nobis,*

totidem ante nos sunt: nullius non origo ultra memoriam jacet. Plato ait (utique hoc ipso loco, qui Lipsio πολυμνήμονι non veniebat in mentem) *neminem regem non ex servis esse oriundum, neminem non servum ex regibus. Omnia ista longa varietas miscuit, et sursum deorsum fortuna versavit. Quis ergo generosus? Ad virtutem bene a natura compositus. Hoc unum est intuendum. Alioqui, si ad vetera revocas, nemo non inde est, ante quod nihil est. A primo mundi ortu, usque in hoc tempus, perduxit nos ex splendidis sordidisque alternata series.* Audi et Juvenalem cum satyrico sale:

Et tamen, ut longe repetas, longeque revolvas
Nomen, ab infami gentem deducis asylo.
Majorum primus, quisquis fuit ille tuorum,
Aut pastor fuit, aut illud quod dicere nolo.

Qui famem tuam expleri hoc cibo voles, Tiraquellum perlege, vivam illam ac spirantem bibliothecam, in opere *De nobilitate*, maximeque cap. 22, num. et seq.

Digitized by Google

nisi quod abs tyrannis ac regibus difficilius ac magis insidiosum animantis genus, quam ab aliis pasci ac mulgeri existimat. Enimvero philosophum istum, quod rerum usu nullo sit, nihilominus quam pastores ipsos rusticum ac rudem esse necesse est, qui mœnibus in urbe, non secus ac caulis in monte cingatur. **604** Idem si forte decem jugerum millia, vel etiam plura commemorari audierit, perinde ac si eorum possessor vim agrorum immensam possideret; exiguum sibi quiddam audire videbitur, quod orbem terrarum universum animo complecti soleat. Jam qui ad efferendam generis alicujus antiquitatem, avos ab illo septem, eosque locupletes nominari posse dictitant, genus hoc laudis, hominum esse obtusi admodum angustique visus arbitratur, qui stultitiæ suæ vitio rerum universitatem perpetuo circumspicere non possint, nec omnino cogitare, innumerabilem cuique avorum esse majorumque multitudinem, in qua sæpe divitum et inopum, regum et servorum, barbarorum et Græcorum series infinita ducatur. Qui si quinque ac viginti majorum stemmate glorientur, aut suum quoque genus ad Herculem Amphitryonis filium referant, vile nimis ac putidum jactantiæ genus arbitratur. Nam quod alius retro quintus ac vicesimus ab Amphitryone, alius ab eodem quinquagesimus, eo natus uterque loco sit, quem sua cuique fortuna statuerit, risum tenere non potest, cum istos nec secum id cogitare, nec stolidæ mentis ineptias excutere posse animadvertit. Idem vero in his omnibus ab hominum vulgo deridetur, partim quod cæteros arroganter despicere videatur, partim quod in obviis quibusque cæcutiat ac titubet. — Prorsus uti res est loqueris, mi Socrates. — At vero, Theodore, si quem vicissim ex istis sursum philosophus traxerit, eumque angustiori hac quæstione relicta, Qua in re vel ego te, vel tu me ipse læseris, ad plenam illam et integram de justitia et injustitia disputationem accedere, quid per sese utraque sit, quid vel ambæ a cæteris omnibus, vel altera differat ab altera, enucleare jusserit: aut si eumdem ab illo vulgari, Utrum fortunatus rex illo sit, qui magnam auri vim possideat, ad universam regni adeoque totius humanæ felicitatis aut miseriæ contemplationem traduxerit, ut statuat, tum quænam propria sit utriusque ratio, tum quemadmodum utramque vel suspicere vel declinare hominis naturæ conveniat. De his omnibus cum nostro huic tam angustæ mentis, quam acri ac vehementi rabulæ pronuntiandum erit, tum enimvero quamdam veluti talionis legem subibit. Nam e superiore loco pendulus, et inferiora despiciens, insolentia rei vertiginem subito patietur, et partim æstuando, partim

A καταφαίνεται σμικρολογίας (54). Ὅτι καὶ ὁ ἐκ Ἀμφιτρύωνος εἰς τὸ ἄνω πεντεκαιεικοστὸς τοιοῦτος ἦν, οἷα συνέβαινεν αὐτῷ τύχῃ, καὶ ὁ πεντηκοστὸς ἀπ' αὐτοῦ, γελᾷ, οὐ δυναμένων λογίζεσθαί τε καὶ χαυνότητα ἀνοήτου ψυχῆς ἀπαλλάττειν. Ἐν ἅπασι δὲ τούτοις ὁ τοιοῦτος ὑπὸ τῶν πολλῶν καταγελᾶται, τὰ μὲν ὑπερηφάνως ἔχων ὡς δοκεῖ, τὰ δ' ἐν ποσὶν ἀγνοῶν τε καὶ ἐν ἑκάστοις ἀπορῶν. — Παντάπασι τὰ γιγνόμενα λέγεις, ὦ Σώκρατες. — Ὅταν δέ γέ τινα αὐτὸς (55), ὦ φίλε, ἑλκύσῃ ἄνω, καὶ ἐθελήσῃ τις αὐτῶν (56) ἐκβῆναι ἐκ τοῦ, Τί ἐγώ σε ἀδικῶ ἢ σὺ ἐμέ, εἰς σκέψιν αὖ δικαιοσύνης τε καὶ ἀδικίας, τί τε ἑκάτερον αὐτοῖν, καὶ τί τῶν πάντων ἢ ἀλλήλων διαφέρετον· ἢ ἐκ τοῦ, Εἰ βασιλεὺς εὐδαίμων κεκτημένος τε αὖ πολὺ χρυσίον, εἰς βασιλείας πέρι καὶ ἀνθρωπίνης B ὅλως εὐδαιμονίας καὶ ἀθλιότητος ἐπίσκεψιν, ποίω τί τινέ ἐστον, καὶ τίνα τρόπον ἀνθρώπου φύσει προσήκει τὸ μὲν κτήσασθαι αὐτοῖν, τὸ δὲ ἀποφυγεῖν· περὶ πάντων τούτων ὅταν αὖ δέοι λόγον διδόναι τὸν σμικρὸν ἐκεῖνον τὴν ψυχήν, καὶ δριμὺν, καὶ δικανικὸν, πάλιν αὖ ἀντίστροφα ἀποδίδωσιν· ἰλιγγιῶν τε γὰρ καὶ ἀπ' ὑψηλοῦ κρεμασθεὶς, καὶ βλέπων μετέωρος ἄνωθεν ὑπὸ ἀληθείας (57) ἀδημονῶν τε, καὶ ἀπορῶν, καὶ βαρβαρίζων, γέλωτα Θράτταις μὲν οὐ παρέχει, οὐδ' ἄλλῳ ἀπαιδεύτῳ οὐδενὶ, οὐ γὰρ αἰσθάνονται· τοῖς δ' ἐναντίως, ἢ ὡς ἀνδραπόδοις τραφεῖσι πᾶσιν. Οὗτος δὴ ἑκατέρου τρόπος, ὦ Θεόδωρε. Ὁ μὲν, τῷ ὄντι ἐν ἐλευθερίᾳ τε καὶ σχολῇ τεθραμμένου, ὃν δὴ φιλόσοφον καλεῖς, ᾧ ἀνεμέσητον εὐήθει δοκεῖν καὶ οὐδενὸς εἶναι, ὅταν εἰς δουλικὰ ἐμπέσῃ διακονήματα, οἷον στρωματόδεσμον μὴ ἐπιστάμενος συσκευάσασθαι, μηδὲ ὄψον C ἡδῦναι, ἢ θωπας λόγους· ὁ δ' αὖ, τὰ μὲν τοιαῦτα πάντα δυναμένου τορῶς τε καὶ ὀξέως διακονεῖν, ἀναβάλλεσθαι δὲ οὐκ ἐπισταμένου ἐπὶ δεξιὰ ἐλευθέρως, οὐδ' ἁρμονίαν (58) λόγων λαβόντος ὀρθῶς ὑμνῆσαι θεῶν τε καὶ ἀνδρῶν εὐδαιμόνων βίον ἀληθῆ. — Ἐπὶ πάντας, ὦ Σώκρατες, πείθοις ἃ λέγεις ὥσπερ ἐμὲ, πλείων ἂν εἰρήνη καὶ κακὰ ἐλάττω κατ' ἀνθρώπους εἴη. — Ἀλλ' οὔτ' ἀπολέσθαι τὰ κακὰ δυνατὸν, ὦ Θεόδωρε (ὑπεναντίον γάρ τι τῷ ἀγαθῷ αἰεὶ εἶναι ἀνάγκη), οὔτε ἐν θεοῖς αὐτὰ ἱδρύσθαι. Τὴν δὲ θνητὴν φύσιν καὶ τόνδε τὸν τόπον περιπολεῖ ἐξ ἀνάγκης. Διὸ καὶ πειρᾶσθαι χρὴ ἐνθένδε ἐκεῖσε φεύγειν ὅτι τάχιστα. Φυγὴ δὲ ὁμοίωσις θεῷ κατὰ τὸ δυνατόν· ὁμοίωσις δὲ D ἐστι δίκαιον καὶ ὅσιον μετὰ φρονήσεως γενέσθαι. Ἀλλὰ γὰρ, ὦ ἄριστε, οὐ πάνυ τι ῥᾴδιον πεῖσαι, ὡς ἄρα οὐχ ὧν ἕνεκα οἱ πολλοί φασι δεῖν πονηρίαν μὲν φεύγειν, ἀρετὴν δὲ διώκειν, τούτων χάριν τὸ μὲν ἐπιτηδευτέον, τὸ δ' οὔ, ἵνα δὲ (59) μὴ κακὸς, καὶ ἵνα ἀγαθὸς δοκῇ εἶναι. Ταῦτα μὲν γάρ ἐστιν ὁ λεγόμενος γραῶν ὕθλος, ὡς ἐμοὶ φαίνεται· τὸ δὲ ἀληθὲς ὧδε λέγομεν. Θεὸς οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἄδικος, ἀλλ' ὡς οἷόν τε δικαιότατος· καὶ οὐκ ἔστιν αὐτῷ ὁμοιότερον οὐδὲν

(54) *Σμικρολογίας*. Lege τῆς σμικρολ. ex Platone et manuscripto.

(55) *Αὐτός*. Recte, non αὐτόν, ut in Platone. Deinceps enim de philosopho ipso loquitur, qui vicissim hominem ἀφιλόσοφον, καὶ ἀγοραῖόν τινα, traducat, ridendumque proponet.

(56) *Τίς αὐτῶν*. Mallem abesse τις, et αὐτῶν in αὐτόν mutari, sensu clarissimo, qui alioqui perobscurus.

(57) *Ἀληθείας*. Reponendum, ex Platone et manuscriptis, ἀθείας.

(58) *Οὐδ' ἁρμονίαν*. Melius ex Platone, οὐδέ γε ἁρμ.

(59) *Ἵνα δέ*. Lege ἵνα δή, ut apud Platonem.

Digitized by Google

ἢ ὃς ἂν ἡμῶν αὖ γένηται ὅτι δικαιότατος. Περὶ τοῦτον (60) καὶ ἡ ὡς ἀληθῶς δεινότης ἀνδρὸς, καὶ ἡ εὐγένειά τε, καὶ ἡ ἀνδρεία. Ἡ μὲν γὰρ τούτου γνῶσις, σοφία καὶ ἀρετὴ ἀληθινή· ἡ δὲ ἄγνοια, ἀμαθία καὶ κακία ἐναργής. Αἱ δ' ἄλλαι δεινότητές τε δοκοῦσαι καὶ σοφίαι, ἐν μὲν πολιτικαῖς δυναστείαις γιγνόμεναι, φορτικαί, ἐν δὲ τέχναις, βάναυσοι. Τῷ οὖν ἀδικοῦντι καὶ ἀνόσια λέγοντι ἢ πράττοντι μακρῷ ἄριστ' ἔχει τὸ μὴ συγχωρεῖν (61) δεινῷ ὑπὸ πανουργίας εἶναι. Ἀγάλλονται γὰρ τῷ ὀνείδει, καὶ οἴονται ἀκούειν, ὅτι οὐ λῆροί εἰσι, γῆς ἄλλως ἄχθη, ἀλλ' ἄνδρες οἵους δεῖ ἐν πόλει τοὺς σωθησομένους. Λεκτέον οὖν τἀληθές, ὅτι τοσούτῳ μᾶλλόν εἰσιν οἷοι οὐκ οἴονται, ὅτι οὐχὶ οἴονται. Ἀγνοοῦσι γὰρ ζημίαν ἀδικίας, ἣν δεῖ ἥκιστα ἀγνοεῖν. Οὐ γάρ ἐστιν, ἣν δοκοῦσι, πληγαί τε καὶ θάνατοι, ὧν ἐνίοτε πάσχουσιν (62) οὐδὲν ἀδικοῦντες, ἀλλὰ ἣν ἀδύνατον ἐκφυγεῖν. — Τίνα δὴ λέγεις; — Παραδειγμάτων, ὦ φίλε, ἐν τῷ ὄντι ἐστώτων, τοῦ μὲν θείου εὐδαιμονεστάτου, τοῦ δὲ ἀθέου ἀθλιωτάτου· οὐχ ὁρῶντες ὅτι οὕτως ἔχει, ὑπὸ ἠλιθιότητός τε καὶ τῆς ἐσχάτης ἀνοίας, λανθάνουσι τῷ μὲν ὁμοιούμενοι διὰ τὰς ἀδίκους πράξεις, τῷ δὲ ἀνομοιούμενοι· οὗ δὴ τίνουσι δίκην, ζῶντες τὸν εἰκότα βίον ᾧ ὁμοιοῦνται. Ἂν δὲ εἴπωμεν, ὅτι, ἂν μὴ ἀπαλλαγῶσι τῆς δεινότητος, καὶ τελευτήσαντας αὐτοὺς ἐκεῖνος μὲν ὁ τῶν κακῶν καθαρὸς τόπος οὐ δέξεται, ἐνθάδε δὲ τὴν αὐτοῖς ὁμοιότητα διαγωγῆς ἀεὶ ἕξουσι, κακοὶ κακοῖς συνόντες, ταῦτα δὴ καὶ παντάπασιν ὡς δεινοὶ καὶ πανοῦργοι ἀνοήτων τινῶν ἀκούσονται. — Καὶ μάλα δή, ὦ Σώκρατες. — Οἶδά τοι, ὦ ἑταῖρε. Ἓν μέντοι τι αὐτοῖς συμβέβηκεν, ὅταν ἰδίᾳ λόγον δέῃ δοῦναι, καὶ δέξασθαι, περὶ ὧν φέγουσι, καὶ θελήσωσιν ἀνδρικῶς πολὺν χρόνον ὑπομεῖναι, καὶ μὴ ἀνάνδρως φυγεῖν· τότε ἀτόπως, ὦ δαιμόνιε, τελευτῶντες οὐκ ἀρέσκουσιν αὐτοῖ αὐτοῖς, περὶ ὧν λέγουσι, καὶ ἡ ῥητορικὴ ἐκείνων πως ἀπομαραίνεται, ὥστε παίδων μηδὲν δοκεῖν διαφέρειν. »

A hæsitando, partim barbarum nescio quid commurmurando, risum vicissim, non jam Thressis quibusdam, aut bardo cuipiam ac stupido, qui ejusmodi nihil sentire possit; at iis demum qui aliter ac mancipia educati fuerint, omnibus excitabit. Talis est, mi Theodore, hominis utriusque conditio. **605** Altera quidem ejus, qui reipsa in libertate et otio educatus fuerit, quem tu philosophum vocas. Huic enim impune ac sine probro liceat, cum in servile ministerii genus inciderit, simplicem et ineptum videri, adeoque nullum esse, qui exempli causa nec stragula componere, nec cibos obsoniis, nec blanditiis orationem condire noverit. Altera vero ejus est, qui cum strenuam istis omnibus operam eleganter et expedite navare possit, ingenui B tamen ac liberalis chori vel prolusionem solerter instituere non potest, nedum ut, orationis concentu integre accurateque percepto, veram aut deorum aut beatorum hominum vitam celebrare queat.— Si fidem, o Socrates, ab aliis omnibus perinde ut abs me hoc in genere impetrares, major sane quies, malorumque minus in humana vita versaretur. — Atqui fieri, mi Theodore, non potest, uti mala vel omnino tollantur (cum aliquid semper bono contrarium superesse necesse sit), vel apud deos locum habeant. At circa mortalem naturam, et inferiorem hanc regionem assidue necessarioque vagantur. Quamobrem enitendum præcipue nobis, ut hinc ea celeritate quanta fieri poterit maxima fugiamus. C Quæ quidem fuga nihil est aliud, quam similitudo cum Deo, quatenus ad eam aspirare licet. Hoc porro similitudinis genus in æquitate, sanctimonia prudentiaque consistit. Sed enim, vir optime, usque adeo facile persuaderi non potest, non eo consilio quod hominum vulgo, cum in vitio fugiendo, tum in persequenda virtute propositum esse solet, incumbendum in alterum esse, ab altero discedendum, hoc est, ne malus, sed potius ut bonus esse videaris. Hæ quippe sunt, ut mihi quidem videntur, aniles quas vocant fabulæ. Cæterum, quod omnino verum est, ita statuimus. Deus nullo plane modo injustus est, sed vim omnem justitiæ perfectionemque complexus; nec similius ei quidquam esse possit, quam qui justissimus etiam inter homines fuerit. Hac una re vis omnis industriaque hominis, inertia simul et imbecillitas æstimari debet. Nam ut ejus cognitio vera est cum virtute sapientia; sic ejusdem ignoratio, certissima cum inscitia, tum improbitas est. Cætera quæ vulgo videntur facultatis ac solertiæ genera, et in civili administratione gravia sunt ac molesta, et in artium classe illiberalia. Quisquis igitur aliis injuriosus est, resque indignas aut loquitur, aut molitur, ei sane quam optimum fuerit, si nunquam id ipsi concedamus, ut astutia valere dicatur. Gaudent enim hoc probri genere, sibique persuadent, aliud significari nihil, quam sese non stipites quosdam esse, aut inutilia terræ pondera, sed homines ejusmodi, quales eos esse, qui in repub. maxime retineantur, oporteat. Verum ergo palam et aperte dicendum est, **606** eos nimirum, quales minime arbitrantur, hoc est magis, quo minus arbitrantur. Veram enim ac propriam improbitatis pœnam ignorant, quam minime omnium ignorare debuerant. Nec enim illa, in

(60) *Περὶ τοῦτον*, etc. Apud Platonem hæc ita leguntur, Περὶ τούτου καὶ ἡ ὡς ἀληθῶς δεινότης ἀνδρὸς, καὶ οὐδενία τε, καὶ ἀνανδρία. Quæ lectio mihi ob sequentia vehementer probatur, in quibus σοφία et ἀρετὴ ab ἀμαθίᾳ et κακίᾳ distinguuntur. Mallem tamen περὶ τοῦτο quam περὶ τούτου, aut περὶ τοῦτον.

(61) *Τὸ μὴ συγχωρεῖν*, etc. Ficinus vertit, *si nihil cavitie possit, nec artibus malis utamur* [lege *utatur*]. At philosophus tantum vult, etiamsi talis re ipsa sit, agendum esse tamen, ne talem se haberi sentiat.

(62) *Ὧν ἐνίοτε πάσχουσιν*. Si οὐδὲν cum πάσχουσι conjungatur, sensus erit, *cum horum aliquando nihil subeant, qui peccarunt*. Sin vero, cum ἀδικοῦντες, sensus est quem expressimus. At Ficinus, posteriorem hunc secutus, post ἀδικοῦντες legisse videtur, ἐκφεύγουσι δὲ οἱ ἀδικοῦντες, addit enim, *et injusti sæpe desinant*. Cui lectioni admodum faveo.

Digitized by Google

plagis, ut existimant, aut morte consistit, cum ista sæpenumero subeant illi quoque, qui nihil peccarunt; sed illa demum est, quam effugere improbus nemo possit. — Quam tu pœnam intelligis? — Cum in rerum natura, mi Theodore, exemplaria duo sint, divinum alterum, idemque beatissimum, alterum impium, idemque miserrimum: illi dum ita rem habere non vident, quo stupore sunt atque dementia, alteri se flagitiis ac sceleribus persimiles, alteri dissimillimos fieri non sentiunt. Cujus sane delicti hoc ipso pœnas luunt, quo vitam agunt, ei cujus similes efficiuntur, maxime consentaneam. Quibus si futurum præterea commiserimur, nisi ab ista nequitiæ vi discesserint, uti non jam eos post obitum locus ille ab omni scelerateorum contagione semotus excipiat, sed potius ut istic sibi moribusque suis persimilem vitæ rationem perpetuo habeant, hoc est ut cum improbis improbi versari cogantur; id enimvero non secus ac deliratium quorumdam somnium, homines plani ac versipelles exaudient. — Ita prorsus, o Socrates. — Equidem id probe novi, Theodore. Sed tamen hoc iis saltem usu venit, ut si quando privatim, rerum earum quas despicere ac deridere solent, ultro citroque rationes expendere opportuerit, atque hac in disputatione gradum paulo diutius et constantius figere, non turpiter fugere voluerint: tum vere ne sibi quidem ipsis in oratione sua placeant, suaque sibi rhetorica nescio quo pacto contabescat; prorsus, nihil ut a pueris differre videantur. »

CAPUT XXX.

De toto illo sophisticæ genere, quod inter homines reperiri solet.

In nostris quoque libris de toto illo sophisticæ genere, quod hominum animos occupavit, multa dicuntur: « Sapientia enim hujus mundi stultitia est apud Deum. Scriptum est enim: Perdam sapientiam sapientium, et prudentiam prudentium reprobabo. Ubi sapiens? ubi scriba? ubi conquisitor hujus sæculi [1-2]? » Similiter ab iis qui divinam philosophiam profiteri velint, humile abjectumque nihil cogitandum esse his verbis edocemur: « Considerantibus nobis non quæ videntur, sed quæ non videntur: Quæ enim videntur, momentanea sunt; quæ vero non videntur, æterna. » 607 Præterea improbitatem circa terram vitamque mortalem vel-B utari, aliquot Scripturæ divinæ locis admonemur: ut cum ait: « Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt [3]; » itemque: « Sufficit diei malitia sua [4]. » Quin etiam propheta: « Exsecratio, inquit, et furtum, et adulterium, et cædes effusa sunt super terram, et sanguines sanguinibus miscent [5]. » Hinc etiam ad Deum nobis confugiendum esse Moyses edicens: « Post Dominum Deum tuum ambulabis, et ipsi adhærebis [6]. » Imo Deum ipsum nobis imitandum esse decet his verbis: « Sancti eritis, quoniam Dominus Deus vester sanctus est [7]. » itemque David, cum justum esse Deum intelligeret, nosque ad ejus imitationem cohortaretur: « Justus Dominus, inquiebat, et justitias dilexit [8]. » Idem contemptum divitiarum hoc modo præcipiebat: C « Divitiæ si affluant, nolite cor apponere [9]; » et rursus: « Ne timeas cum dives factus fuerit homo, aut cum multiplicata fuerit gloria domus ejus: quoniam, cum mortuus fuerit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria ejus [10]. » Honores etiam et magistratus humanos nihili admodum æstimandos esse docuit, dum ait: « Nolite confidere in principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus. Exibit spiritus ejus, et revertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes ejus [11]. »

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Περὶ πάσης τῆς ἐν ἀνθρώποις σοφιστείας.

Καὶ περ' ἡμῖν περὶ πάσης τῆς ἐν ἀνθρώποις σοφιστείας εἴρηται· « Ἡ γὰρ σοφία τοῦ κόσμου τούτου μωρία παρὰ τῷ Θεῷ ἐστι. Γέγραπται γάρ, Ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν, καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω. Ποῦ σοφός; ποῦ γραμματεύς; ποῦ συζητητὴς τοῦ αἰῶνος τούτου; » Ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ δὴ μηδὲν συμπερλόγον φρονεῖν τοὺς κατὰ Θεὸν φιλοσοφοῦντας διδασκόμεθα ἐν οἷς εἴρηται· « Σκοπούντων ἡμῶν οὐ τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα· Τὰ γὰρ βλεπόμενα πρόσκαιρα, τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα αἰώνια. » Καὶ περὶ τοῦ τὴν κακίαν περὶ γῆν καὶ τὸν θνητὸν βίον εἰλῆσθαι φησί που ὁ θεῖος Λόγος· « Ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρὸν, ὅτι αἱ ἡμέραι πονηραί εἰσι· καί· « Ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς. » Λέγει δὲ καὶ ὁ προφήτης· « Ἀρὰ, καὶ κλοπὴ, καὶ μοιχεία, καὶ φόνος κέχυται ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ αἵματα ἐφ' αἵμασι μίσγουσι. » Περὶ δὲ τοῦ φεύγειν ἐνθένδε πρὸς τὸν Θεόν φησιν ὁ Μωϋσῆς· « Ὀπίσω Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου πορεύσῃ, καὶ πρὸς αὐτὸν προσκολληθήσῃ. » Ὁ δ' αὐτὸς μιμεῖσθαι τὸν Θεὸν διδάσκει λέγων· « Ἅγιοι ἔσεσθε, ὅτι Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν ἅγιός ἐστι. » Δίκαιον δὲ καὶ ὁ Δαυὶδ τὸν Θεὸν εἰδὼς, ἡμᾶς τε αὐτοὺς μιμητὰς γενέσθαι παρορμᾷ φησι· « Δίκαιος Κύριος, καὶ δικαιοσύνας ἠγάπησεν. » Ὁ δ' αὐτὸς πλούτου καταφρονεῖν ἐκπαίδευσε, λέγων· « Πλοῦτος ἐὰν ῥέῃ, μὴ προστίθεσθε καρδίαν· » καί· « Μὴ φοβοῦ, ὅταν πλουτίσῃ ἄνθρωπος, ἢ ὅταν πληθυνθῇ ἡ δόξα τοῦ οἴκου αὐτοῦ· ὅτι οὐκ ἐν τῷ ἀποθνήσκειν αὐτὸν λήψεται τὰ πάντα, οὐδὲ συγκαταβήσεται αὐτῷ ἡ δόξα αὐτοῦ. Ἀλλὰ μηδὲ τὰς ἐν ἀνθρώποις ἀρχὰς θαυμάζειν ἐδίδασκεν ἐν τούτοις· « Μὴ πεποίθατε ἐπ' ἄρχοντας, ἐν' υἱοὺς ἀνθρώπων, οἷς οὐκ ἔστι σωτηρία. Ἐξελεύσεται τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ ἀπαλεύσεται εἰς τὴν γῆν αὐτοῦ· Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἀπολοῦνται πάντες οἱ διαλογισμοὶ αὐτοῦ. »

[1-2] I Cor. I, 18-20; Isa. XXIX, 14. [3] Ephes. V, 16. [4] Matth. VI, 34. [5] Osee. IV, 2. [6] Deut. X, 20. [7] Levit. XI, 45. [8] Psal. X, 8. [9] Psal. LXII, 11. [10] Psal. XLVIII, 17, 18. [11] Psal. CXLV, 2-4.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΑ'.

Ὅτι δεήσει ποτὲ τῷ ψεύδει ἀντὶ φαρμάκου χρῆσθαι ἐπὶ ὠφελείᾳ τῶν δεομένων τοῦ τοιούτου τρόπου.

« Νομοθέτης (63) δέ οὗ τι καὶ σμικρὸν ὄφελος, εἰ καὶ μὴ τοῦτο ἦν οὕτως ἔχων, ὡς καὶ νῦν αὐτὸ ἤρηχ' ὁ λόγος ἔχειν, εἴπερ τι καὶ ἄλλο ἐτόλμησεν ἂν ἐπ' ἀγαθῷ ψεύδεσθαι πρὸς τοὺς νέους, ἔστιν δ τι (64) τούτου ψεῦδος λυσιτελέστερον ἂν εἰρέσθαι ποτε, καὶ δυνάμενον μᾶλλον ποιεῖν μὴ βίᾳ, ἀλλ' ἑκόντας πάντας πάντα τὰ δίκαια (65); Καλὸν μὲν ἡ ἀλήθεια, ὦ ξένε, καὶ μόνιμον· δοκεῖ μὴν οὐ ῥᾴδιον εἶναι πεῖθειν. » Μυρία δ' ἂν εὑρήσεις τοιαῦτα καὶ ἐν Ἑβραίων γραφαῖς, ὡς ἂν περὶ Θεοῦ ζηλοῦντος, ἢ ὑπονοῦντος, ἢ ὀργιζομένου, ἢ τισιν ἄλλοις ἀνθρωποπαθέσιν ἐνεχομένου ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν δεομένων τοῦ τοιοῦδε τρόπου παρειλημμένα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΑΒ'.

Ὅτι μὴ μόνον ἀνδρας, ἀλλὰ καὶ γυναικας, καὶ πᾶν γένος ἀνθρώπων προσίεσθαι χρὴ εἰς τὴν προειρημένην παιδείαν.

« Ἆρ' οὖν ἡμῖν (66) τά τε (67) ἔμπροσθεν ὁμολογεῖται; περὶ τοῦ δεῖν (68) πάντα ἄνδρα, καὶ παῖδα, ἐλεύθερον, καὶ δοῦλον, θῆλύν τε καὶ ἄῤῥενα, καὶ ὅλῃ τῇ πόλει ὅλην τὴν πόλιν αὐτὴν ἐκτῇ ἐκφέουσαν μὴ παύεσθαι ποτε ταῦτα ἃ διεληλύθαμεν, ἀμωσγέπως ἀεὶ μεταβαλλόμενα, καὶ ποικίλης (69) παρεχόμενα ποικιλίαν, ὥστ' ἀπληστίαν εἶναί τινα τῶν ὕμνων τοῖς ἥδεσι καὶ ἡδονήν. — Πῶς δ' οὐκ ἂν ὁμολογεῖτ' ἐν δεῖν ταῦτα οὕτω πράττεσθαι; » Καὶ ἐν τῷ πέμπτῳ δὲ τῆς *Πολιτείας* ὅμοια τούτοις γράφει, τάδε λέγων· « Οἶσθά τι (70) οὖν ὑπ' ἀνθρώπων μελετώμενον, ἐν ᾧ οὐ πάντα ταῦτα (71) τὸ τῶν ἀνδρῶν γένος διαφέροντες ἔχει ἢ τὸ τῶν γυναικῶν; Ἢ μακρολογῶμεν, εἴν τε ὑφαντικὴν λέγοντες, καὶ τὴν τῶν πεπάνων τε καὶ ἀῤῥημάτων θεραπείαν; ἐν οἷς δή τι δοκεῖ τὸ γυναικεῖον γένος εἶναι, οὗ καὶ καταγελαστότατόν ἐστι πάμπαλιν ἡττώμενον. Ἀληθῆ, ἔφη, λέγεις, ὅτι καὶ πολὺ κρατεῖται ἐν ἅπασιν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τὸ γένος τοῦ γένους. Γυναῖκες μέντοι πολλαὶ πολλῶν ἀνδρῶν ἐπιτήδειαι εἰς πολλά· τὸ δὲ ὅλον ἔχει ὡς σὺ λέγεις. Οὐκοῦν ἆρα ἐστὶν, ὃ φίλε, ἐπιτήδευμα τῶν πόλιν διοικούντων, γυναικὸς, διότι γυνὴ, οὐδ' ἀνδρὸς, διότι ἀνήρ· ἀλλ' ὁμοίως διεσπαρμέναι αἱ φύσεις ἐν ἀμφοῖν τοῖν ζώοιν· καὶ πάντων μὲν μετέχει γυνὴ ἐπιτηδευμάτων κατὰ φύσιν, πάντων δὲ ἀνὴρ· ἐπὶ πᾶσι δὲ ἀσθενέστερον γυνὴ ἀνδρός. — Πάνυ γε. — Ἦ οὖν πάντα πρὸς πάντα προσάξομεν, γυναικὶ δὲ οὐδέν; — Καὶ πῶς; — Ἀλλ' ἔστι γάρ, οἶμαι, ὡς φήσομεν, καὶ

False nonnunquam, veluti pharmaco, ad eorum utilitatem, qui hoc loquendi genere eous habeant, utendum esse.

« Legislator, inquit Plato, qui nonnihil prodesse voluerit, etiamsi non eo se modo res haberet, quo esse habere jam evicimus, si quid unquam apud junieres utilitatis causa falsi dicere potuit, estne quod utilius unquam potuerit, aut quo facilius efficiat, ut omnes ad omnia æquitatis officia, non vi, sed ultro ac sponte adducantur? Veritas quidem, mi hospes, egregium quid ac stabile est, at eam persuadere, non ita promptum. » His tu affinia Hebræorum in litteris sexcenta reperies, quibus Deum modo æmulari, modo vel sopitum, vel iratum, aut aliis quibusdam humanis perturbationibus obnoxium facimus, dum eorum consulunt rationibus, qui hoc loquendi genere opus habent.

CAPUT XXXII.

Non solum viros, sed etiam mulieres, adeoque genus hominum universum, hujus in disciplinæ communionem vocandum esse.

« An inter nos, inquit Plato, de superioribus illis convenit? — Quænam illa? — Oportere videlicet, uti omnes tam viri quam pueri, tam liberi quam servi, tam fœminæ quam mares, totaque adeo respublica toti reipublicæ, quam præcepimus carminum genera nunquam accinere desinat, semper tamen immutata nonnihil, atque omni subinde varietate temperata, ut hymnorum istorum voluptas nullam unquam suis modulateribus afferat satietatem. — Qui tandem negari posset quin ita fieri oporteat? » His gemina sunt, quæ idem Plato *Reipublicæ* quinto docet his verbis : « Num tu aliquid ipse noveris, quod ab hominibus tractari soleat, in quo non virorum genus muliebri omnibus hisce naturæ dotibus antecellat? An pluribus nobis in texendi, placentas et obsonia conficiendi artificio, ac cæteris id genus recensendis immorandum, in quibus sane fœminarum genus esse aliquid videtur, et tamen vinci ridiculum est? — Vera loqueris, inquit. — Nam et in omnibus, ut ita dicam, genus a genere plurimum superatur, et tamen viris plerisque multæ sæpe mulieres pluribus in rebus antecellunt. Cæterum universe ita res habet uti dicis. Munus igitur, o amice, inter eos qui reipublicam gerunt, nullum est, quod aut mulieris, quatenus mulier, aut viri, quatenus vir est, proprium sit : sed in utroque sexu simili quodammodo præeminentiæ sunt naturæ dotes, ita ut viri simul ac mulieris ad philosophiam aditus.

(63) *Νομοθέτης*. Plato, II *Leg.*, pag. 680, C.
(64) *Ἔστιν δ τι*, etc. Ita Plato, et recte; qui ibam periodum interrogatione claudit.
(65) *Τὰ δίκαια*. Deest verbum, puta πράττειν, ποιεῖσθαι, ἐλάσθαι, ἀφελεῖσθαι, aut al. simile : nam πεῖν, quod præcedit, cum participio δυνάμενον nstruitur.
(66) *Ἆρ' οὖν ἡμῖν*. Plato, II *Leg.*, pag. 680, H. ibus non absimilia disputantur a Clemente lexandrino, *Strom.* lib. IV, pag. 565, ubi etiam ex pecuri mente, nulli aut ætati aut conditioni prohibendus est ad philosophiam aditus.
(67) *Τά τε*. Melius τά γε, ut Plato.
(68) *Περὶ τοῦ δεῖν*, etc. Etiamsi hæc oratio vitii nihil habeat, Platoni tamen hærere malui, apud quem τοῦ πέρι; cum interrogatione legitur, et Clinia tribuitur. Sequentia ita concipiuntur, τὸ δεῖν πάντα, etc., quæ ab Atheniensi respondentur.
(69) *Παντὸς*. Plato, πάντως.
(70) *Οἶσθά τι*. Plato, V *De republ.*, pag. 458, F.
(71) *Ταῦτα*. Malim ταὐτά.

Digitized by Google

lieres in eorumdem studiorum communionem vocentur, licet in omnibus mulier viro longe sit infirmior.—Ita prorsus.—Quid igitur? Omniane viris imperabimus, mulieri nihil?—Cur enim?—Ex feminis utique, alias, ut postea dicemus, ad medicinam aptas reperies, alias minime : itemque alias ad musicam a natura comparatas, alias ab eadem per sese abhorrentes. — Enimvero. — Alias præterea cum exercitationibus publicis, tum etiam bello gerendo idoneas, ineptas ad utrumque alias. Idem 609 mihi videtur. — Quid porro sapientia, non eam similiter aliæ studio, aliæ odio prosequuntur? non aliæ rursus ferociores habent spiritus, aliæ humiliores? — Et hoc tibi assentior. — Nonnullæ sunt etiam ad custodiendum aptæ, aliæ non item. Nunquid enim ejusmodi aliquam virorum idoneam custodiæ naturam secrevimus? — Sane secrevimus. — Eadem ergo tam viri quam mulieris ad reipublicæ custodiam natura est, nisi quod infirmior hujus est, illius robustior. — Eadem. — Erunt igitur cum ejusmodi viris, aliquot etiam id genus mulieres seligendæ, ut cum iis civitatem incolant pariter, pariterque custodiant, cum et hoc ad muneris genus idoneæ sint, et cum viris naturæ cognationem habeant. » Ita Plato. Jure igitur ac merito leges quoque nostræ, genus omne tam mulierum quam virorum, tam servorum quam liberorum, tam barbarorum quam Græcorum, in divinæ doctrinæ ac philosophiæ communionem admittit.

A γυνὴ ἰατρική, ἡ δ' οὔ· καὶ μουσική, ἡ δ' ἄμουσος φύσει· Τί μήν; Καὶ γυμναστικὴ δὲ ἄρα οὐδὲ πολεμικὴ (72)· ἡ δὲ ἀπόλεμος, καὶ οὐ φιλογυμναστική. — Οἶμαι ἔγωγε. — Τί δὲ, φιλόσοφός τε καὶ μισόσοφος; καὶ θυμοειδὴς, ἡ δὲ ἄθυμός ἐστι (73); — Καὶ ταῦτα. — Ἔστιν ἄρα καὶ φυλακικὴ γυνὴ, ἡ δ' οὔ; Ἢ οὐ τοιαύτην καὶ τῶν ἀνδρῶν τῶν φυλακικῶν φύσιν ἐξελεξάμεθα; — Τοιαύτην μὲν οὖν. — Κἀὶ γυναικὸς ἄρα καὶ ἀνδρὸς ἡ αὐτὴ φύσις εἰς φυλακὴν πόλεως, πλὴν ὅσῳ ἀσθενεστέρα, ἡ δὲ ἰσχυροτέρα ἐστί. — Φαίνεται. — Καὶ γυναῖκες ἄρα αἱ τοιαῦται τοῖς τοιούτοις ἀνδράσιν ἐκλεκτέαι συνοικεῖν τε καὶ ξυμφυλάττειν, ἐπείπερ εἰσὶν ἱκαναὶ καὶ ξυγγενεῖς αὐτοῖς τὴν φύσιν. » Εἰκότως ἄρα καὶ ὁ παρ' ἡμῖν λόγος ὑποδέχεται πᾶν γένος οὐ μόνον ἀνδρῶν, ἀλλὰ καὶ γυναικῶν, οὐδ' ἐλευθέρων καὶ δούλων μόνον, ἀλλὰ καὶ βαρβάρων καὶ Ἑλλήνων, εἰς τὴν κατὰ Θεὸν παιδείαν τε καὶ φιλοσοφίαν.

CAPUT XXXIII.

Eorum causa, qui minus apud nos ex rationis præscripto vivunt, genus universum traducendum non esse.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΓ'.

Ὅτι μὴ χρὴ ἐκ τῶν οὐ κατὰ λόγον παρ' ἡμῖν βιούντων τὸ πᾶν ἔθνος διαβάλλειν

« Atque hoc in genere ita philosophemur, inquit Plato. Age, Si quis capras alere, adeoque pecoris hoc et possessionis genus, tanquam fructuosum laudaret : alius contra, quod forte capras alicubi, dum sine caprario pascerent, cultis quibusdam agris damnum inferre vidisset, improbaret : semelque gregem universum aut sine pastore, aut cum malis pastoribus intuitus, continuo rem totam vellicaret; eumne propterea sano maturoque judicio quodlibet aliud pecoris genus repudiaturum arbitramur? — Cur autem? » Et paucis interjectis : « Quid porro societatis cujuscunque seu laudatorem, seu vituperatorem, quæ cum per se moderatori parere debeat, tum etiam cum eo conjuncta plurimum affert utilitatis? Si nunquam illam viderit, secum ipsam et cum suo moderatore versari sed potius aut semper omni magistratu carere, aut cum improbis tantum magistratibus consuescere; an istos, amabo, societatum ejusmodi spectatores, recte quidquam aut vituperare posse aut laudare putabimus?—Nam qui? » Hæc ille. Verum ergo similiter non fuerit, si quos fortasse apud nos, aut sine moderatore ac principe, aut cum pravis magistratibus, se perperam gerere constiterit, illico totum hoc scholarum nostrarum genus reprehendere : sed potius ex eorum qui recte in iis probeque versentur, moribus, religiosum ac pium reipublicæ institutum admirari.

C « Σκεψώμεθα δέ πη τῇδε. Φέρε, εἴ τις αἰγῶν τροφὴν, καὶ τὸ ζῷον, καὶ αὖ τὸ κτῆμα, ὡς ἔστι καλὸν, ἐπαινοῖ, ἄλλος δέ τις, ἑωρακὼς αἶγας χωρὶς νεμομένας αἰπόλου, ἐν ἐργασίμοις χωρίοις (74) δρώσας κακὰ, διαφέγοι· καὶ πᾶν ῥέμμα ἄναρχον, ἢ μετὰ κακῶν ἀρχόντων ἰδὼν, οὕτω μέμφοιτο· κατὰ τὸν τοιοῦτον λόγον ἡγούμεθα ὑγιὲς ἄν ποτε ψέξαι καὶ ὁτιοῦν; — Καὶ πῶς; » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Τί δὲ ἐπαινέτην ἢ ψέκτην κοινωνίας ἡστινοσοῦν, ἧς πέφυκέ τε εἶναι ἀρχῶν, μετ' ἐκείνου τε ὠφέλιμός ἐστιν, ὁ δὲ μήτε τωραχὼς εἴη ποτὲ ὀρθῶς αὐτὴν ἑαυτῇ κοινωνοῦσαν μετ' ἄρχοντος, ἀεὶ δὲ ἄναρχον, ἢ μετὰ κακῶν ἀρχόντων ξυνοῦσαν; οἰόμεθα δή ποτε τοὺς τοιούτους θεωροὺς τῶν τοιούτων κοινωνιῶν, χρηστῶς τι ψέγειν ἢ ἐπαινεῖσθαι; — Πῶς δ' ἄν; » Οὐ δὴ χρὴ καὶ παρ' ἡμῖν εἴ τινες φαίνοιντο δίχα προστάτου καὶ ἄρχοντος, ἢ μετὰ κακῶν ἀρχόντων δρῶντες κακὰ ψέγειν τὸ πᾶν ἡμῶν διδασκαλεῖον· μᾶλλον δὲ ἀπὸ τῶν ὀρθῶς μετιόντων τὸ θεοσεβὲς πολίτευμα θαυμάζειν.

(72) *Οὐδὲ πολεμική.* Legendum καὶ πολεμική. Male item apud Platonem, καὶ γυμναστικὴ, ἦδ' ἄρα οὔ, οὐδὲ πολεμική. Quorsum enim sequens ταύτολογία, ἡ δὲ ἀπόλεμος, καὶ οὐ φιλογυμναστική;

(73) *Ἢ δὲ ἄθυμός ἐστι;* Malim, ut apud Platonem, ἡ δὲ ἄθυμος; Ἔστι καὶ ταῦτα.

(74) *Ἐργασίμοις χωρίοις.* Culta loca intelligit, quæ sæpissime uno verbo ἔργα dicuntur. Xenoph. passim, ut in *Κυνηγετ.*, Τὰ μὲν δρη οἷόν ἐστι καὶ ἰχνεύειν, καὶ μεταθεῖν καθαρῶς· τὰ δὲ ἔργα, οὐδέτερα, διὰ τοὺς τριμμούς. Id est, *montes ea insequendi et transcurri sine offensione possunt, arva neutrum patiuntur, ob tramites limitesque crebros.* Contra ὀργὰς, ἄδος, id est ἄνετος γῆ, *terra inculta*, qualis est saltus.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΔ'.

Ὅπως μετέβαλεν ὁ Πλάτων ἐπὶ τῷ Ἑλληνικώτερον τὰ ἐν Παροιμίαις λόγια.

Ἐν ταῖς Παροιμίαις Σολομῶντος συντόμως φερομένου τοῦ· « Μνήμη δικαίων μετ' ἐγκωμίων, ὄνομα δὲ ἀσεβῶν σβέννυται· » καὶ πάλιν εἰρημένου τοῦ· « Μὴ μακαρίσῃς ἄνδρα πρὸ τελευτῆς αὐτοῦ· » ἐπάκουσον ὅπως τὴν διάνοιαν ἑρμηνεύει λέγων ὁ Πλάτων ἐν τῷ ἑβδόμῳ τῶν *Νόμων*· « Τῶν πολιτῶν (75) ὁπόσοι τέλος ἔχοιεν τοῦ βίου, κατὰ σώματα, ἢ κατὰ ψυχὰς ἐξειργασμένοι ἔργα καλὰ καὶ ἐπίπονα, καὶ τοῖς νόμοις εὐπειθεῖς γεγονότες, ἐγκωμίων αὐτοὺς τυγχάνειν πρέπον ἂν εἴη. — Πῶς δ' οὔ ; — Τούς γε μὴν ἔτι ζῶντας ἐγκωμίοις τε καὶ ὕμνοις τιμᾶν οὐκ ἀσφαλὲς, πρὶν ἂν ἅπαντά τις τὸν βίον διαδραμὼν, τέλος ἐπιστήσηται καλόν. Ταῦτα δὲ πάντα ἡμῖν ἔστω κοινὰ, ἀνδράσι τε καὶ γυναιξὶν, ἀγαθοῖς καὶ ἀγαθαῖς διαφανῶς γενομένοις. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΕ'.

Περὶ πλούτου καὶ πενίας.

« Πλοῦτον δὲ καὶ πενίαν μή μοι δῷς, » τοῦ Σολομῶντος φήσαντος ἐν Παροιμίαις, ὁ Πλάτων ἐν τρίτῳ *Πολιτείας* (76) φησὶν· « Ἕτερα δὲ, ὡς ἔοικε, τοῖς φύλαξιν εὑρήκαμεν, ἃ παντὶ τρόπῳ φυλακτέον, ὅπως μή ποτε αὐτοὺς λήσῃ εἰς τὴν πόλιν παραδύντα. — Τὰ ποῖα ταῦτα ; — Πλοῦτός τε, ἦν δ' ἐγὼ, καὶ πενία· ὡς τοῦ μὲν τρυφὴν, καὶ ἀργίαν, καὶ νεωτερισμὸν ἐμποιοῦντος, τῆς δ' ἀνελευθερίαν, καὶ κακοεργίαν πρὸς τῷ νεωτερισμῷ. Κακοεργία δέ ἐστι πᾶσα πρᾶξις ἄτιμος. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΣ'.

Περὶ γονέων τιμῆς.

Πάλιν Μωϋσέως ἐν τοῖς νόμοις φάντος, « Ἕκαστος πατέρα αὐτοῦ καὶ μητέρα φοβείσθω· » καὶ, « Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου, ἵνα εὖ σοι ᾖ· » καὶ ὁ Πλάτων ὁμοίως Μωϋσῇ τιμᾶν καὶ φοβεῖσθαι ὧδέ πώς φησιν ἐν τοῖς *Νόμοις*· « Πᾶς δὲ νοῦν ἔχων (77) φοβεῖται καὶ τιμᾷ γονέων εὐχὰς, εἰδὼς πολλοῖς καὶ πολλάκις ἐπιτελεῖς γενομένας. » Καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ φησί· « Πᾶς ἡμῖν αἰδείσθω (78) τὸν ἑαυτοῦ πρεσβύτερον ἔργῳ τε καὶ λόγῳ. Τὸν δὲ προέχοντα εἴκοσιν ἡλικίας ἔτεσιν ἄρρενα ἢ θῆλυν, νομίζων ὡς πατέρα ἢ μητέρα διευλαβείσθω. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΖ'.

Περὶ κτήσεως οἰκετῶν.

Μωϋσῆς ἐν τοῖς νόμοις ἀπαγορεύσαντος, Ἑβραίοις Ἑβραίους δουλεύειν, καὶ φήσαντος, « Ἐὰν κτήσῃ παῖδα Ἑβραῖον, ἓξ ἔτη δουλεύσει σοι· τῷ δὲ ἑβδόμῳ

A

610 CAPUT XXXIV.

Quemadmodum Plato quædam ex Proverbiis oracula, Græca dictione purius et elegantius expresserit.

In Salomonis Proverbiis ita breviter legitur: « Memoria justorum cum laudibus, nomen vero impiorum exstinguitur[1]. » Itemque : « Ne beatum dixeris virum ante mortem ejus[2]. » Audi vero quemadmodum loci utriusque sententiam Plato *Legum* septimo reddiderit : « E civibus, inquit ille, qui finem vivendi fecerint, eos, si modo corpore vel animo præclare ac strenue se gesserint, legibusque paruerint, laudibus celebrari verum fuerit. — Quidni ante? — At dum adhuc vivunt, hoc eos laudationum et cantuum genere prosequi, minus securum, omninoque priusquam decurso quis totius B vitæ spatio, laudabili eam exitu terminarit. Atque hæc omnia nobis ex æquo tam mulieribus quam feminis, qui modo eximia probitate fuerimus, communia sunto. »

CAPUT XXXV.

De opibus et inopia.

Salomonis in Proverbiis hæc precatio est, « Divitias et paupertatem ne dederis mihi. » Plato autem *Reipublicæ* tertio : « Ergo alia quædam, inquit, ni fallor, reperimus, quæ ne in civitatem furtim unquam et occulte subeant, ab ejus moderatoribus omni provisione cavendum erit. — Quænam illa? — Opes, inquam, et inopia : quod illæ quidem luxum, ignaviam, rerumque novarum molitionem invehant, C hæc vero præter factiones, illiberalitatem simul atque malitiam. Malitiæ autem nomine indignum omne facinus continetur. »

CAPUT. XXXVI.

De parentum honore et observantia.

Moysis hoc in suis legibus præceptum est : « Quilibet patrem suum et matrem timeat. » Itemque : Honora patrem tuum et matrem tuam, ut bene tibi sit[3]. » Hoc metus honorisque genus Plato similiter in *Legibus* ita sanxit : « Quicunque mentis compos fuerit, inquit, is parentum suorum preces ac vota metuet, **611** plurimique faciet, quod in multis et sæpius commissa illa et convicta esse noverit. » Rursusque alio libro : « Nemo non apud nos eum a quo ætate superabitur, tam opere quam verbis observato. Qui D autem se annis viginti antecedet, seu vir ille, seu femina fuerit, hunc in patris aut matris loco habens, venerator. »

CAPUT XXXVII.

De possessione servorum.

Vetuit Moyses in legibus, ne Hebræis Hebræi serviant, additque, « Si emeris servum Hebræum, sex annos serviet tibi : septimo autem anno dimit-

[1] Prov. x, 7. [2] Eccli. xi, 30. [3] Exod. xx, 12.

(75) *Τῶν πολιτῶν*. Plato, lib. VII *Leg.*, p. 632, A.

(76) *Ἐν γ' Πολιτείας*. Imo lib. IV *De republ.*, pag. 446.

(77) *Πᾶς δὲ νοῦν ἔχων*. *Legum* XI, pag. 682, H, ubi πᾶς δή. Ib. F. hac ipsa de re ita scribit, Οἰδίπους, inquit, ἀτιμασθείς, ἐπεύξατο τοῖς αὐτοῦ τέκνοις, ἃ δὴ καὶ πᾶς ὑμνεῖ τέλεα καὶ ἐπήκοα γενέσθαι παρὰ θεῶν· Ἀμύντορά τε Φοίνικι τῷ ἑαυτοῦ ἐπαρᾶσθαι παιδὶ θυμωθέντα, καὶ Ἱππολύτῳ Θησέα, καὶ ἑτέρους ἄλλοις μυρίους μυρίοις· ὧν γέγονε σαφὴς, ἐπηκόους εἶναι γονεῦσι πρὸς τέκνα θεούς.

(78) *Πᾶς ἡμῖν αἰδείσθω*. Lib. IX *Legum*, p. 662, F.

Digitized by Google

tes eum liberum [1]. » Quibus gemina Plato in *Republica* præcipiens : « Græcum, inquit, servum Græcus nemo possideat, idque cum cives nostri diligenter observent, tum aliis quoque Græcis idem ut faciant auctores sint.—Prorsus, inquit.—Sic enimvero futurum est, ut multo libentius, dum sibi mutuo parcent, in barbaros arma convertant. »

CAPUT XXXVIII.

Quomodo illud Moysis expresserit, « Terminos æternos ne transferas quos posuerunt patres tui. »

« Nemo, inquit, agri fines moveto, neque civis ullius sui quem vicinum habuerit, neque alterius cujuscunque finitimi, etiam extranei, qui fundum sub extremos agri sui limites possideat ; ratus vere id esse, immota, quod aiunt, loco movere. » Tum addit : « Si quis fixos limites transiliens vicini agrum cum suo coluerit, non modo justum ei damnum sarcito, verum etiam ut hominis impudentiæ et liberalitati medicina fiat, illati detrimenti duplum alterum ei quem læserit, repræsentato. »

CAPUT XXXIX.

Locus Platonis huic similis, « Reddens peccata patrum in filios in tertiam et quartam generationem, iis qui oderunt me. »

« Rem ut verbo complectar, inquit, nec parentis probra, nec pœnæ liberorum quemquam alium consequantor, nisi **612** si quando pater, et avus, et avi pater continenti serie pœnas luere debeant. »

CAPUT XL.

De furibus.

Moysis lex est [2] : « Si quis furatus fuerit vitulum aut ovem, si jugulaverit, aut vendiderit, quinque vitulos reddet pro vitulo, et quatuor oves pro ove. Quod si deprehensum fuerit et repertum in manu ejus furtum, a vitulo et asino usque ad ovem, viventia dupla restituet. » Audi jam, quemadmodum Plato similia statuat : « Si fur, inquit, rem quamlibet seu magnam seu parvam furabitur, lex in omnes una, una judicio pœna statuatur : Primum, quod furto sublatum erit, uti duplum ejus repræsentet, quisquis furti damnatus erit, si modo supra sortem solvere per reliquarum facultatum copiam poterit : sin autem, in vinculis sit, donec aut solverit, aut ab eo a quo furti damnatus est, veniam impetrarit. »

CAPUT XLI.

De fure interfecto.

Præterea, cum ita statuisset Moyses, « Si fur parietem effodiens deprehensus, et plagis acceptis mortuus fuerit, cædes alteri non imputabitur [3] ; » Plato deinde affinia sanciens : « Qui nocturnum furem, inquit, in ædes furandi animo subeuntem in-

[1] Exod. xxi, 2. [2] Exod. xxii, 1. [3] ibid. 2.

ἔτει ἐξαποστελεῖς αὐτὸν ἐλεύθερον· » καὶ ὁ Πλάτων ὁμοίως ἐν *Πολιτείᾳ* φησί· « Μηδὲ Ἕλληνα (79) ἄρα δοῦλον κεκτῆσθαι, μήτε αὐτούς· τοῖς τε ἄλλοις Ἕλλησιν οὕτω ξυμβουλεύειν. — Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. — Μᾶλλον γ' ἂν οὖν οὕτω πρὸς βαρβάρους· τρέποιντο, ἑαυτῶν δὲ ἀπέχοιντο. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΑΗ'.

Ὡς μετέβαλε τὸ, « Μὴ μέταιρε ὅρια ἀκίνητα, ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες σου. »

« Μὴ κινείτω (80) γῆς ὅρια μηδείς, μήτε οἰκείου πολίτου γείτονος, μήτε ὁμοτέρμονος ἐν ἐσχατιαῖς κεκτημένου ἄλλῳ ξένῳ γειτόνων, νομίσας τὸ τὰ ἀκίνητα κινεῖν ἀληθῶς τοῦτ' εἶναι. » Καὶ ἑξῆς φησιν· « Ὃς δ' ἂν ἐπεργάζηται τὰ τοῦ γείτονος, ὑπερβαίνων τοὺς ὅρους, τὸ μὲν βλάβος ἀποτινέτω· τῆς δὲ ἀναιδείας ἅμα καὶ ἀνελευθερίας ἕνεκα ἰατρευόμενος, διπλάσιον τοῦ βλάβους ἄλλο ἐκτισάτω τῷ βλαφθέντι. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΑΘ'.

Ὅμοιον τὸ, « Ἀποδιδοὺς ἁμαρτίας πατέρων ἐπὶ τέκνα ἐπὶ τρίτην καὶ τετάρτην γενεὰν τοῖς μισοῦσί με. »

« Ἑνὶ δὲ λόγῳ, πατρὸς ἀνείδη καὶ τιμωρίας παίδων μηδενὶ συνέπεσθαι, πλὴν ἐάν τίς τινι πατὴρ, καὶ πάππος, καὶ πάππου πατὴρ ἀφεξῆς ὄφλωσι δίκην. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Μ'.

Περὶ κλεπτῶν.

Μωϋσέως νόμου φάντος· « Ἐὰν κλέψῃ τις (81) μόσχον ἢ πρόβατον, καὶ σφάξῃ αὐτὸ, ἢ ἀποδῶται, πέντε μόσχους ἀποτίσει ἀντὶ τοῦ μόσχου, καὶ τέσσαρα πρόβατα ἀντὶ προβάτου. Ἐὰν δὲ καταληφθῇ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὸ κλέμμα, ἀπὸ μόσχου καὶ ὄνου ἕως προβάτου, ζῶντα διπλᾶ ἀποτίσει· » ἐπάκουσον, ὡς καὶ ὁ Πλάτων τούτοις ἕπεται λέγων· « Κλέπτης δὲ ἐάν τε μέγα, ἐάν τε μικρὸν κλέπτῃ τις, εἷς αὖ νόμος ἐπικείσθω, καὶ μία δίκης τιμωρία σύμπασι· Τὸ μὲν γὰρ δὴ κλαπὲν χρεὼν διπλάσιον πρῶτον ἐκτίνειν, ἐὰν ὀφλῇ τις τὴν τοιαύτην δίκην, καὶ ἱκανὴν ἔχῃ τὴν ἄλλην οὐσίαν, ἀποτίνειν ὑπὲρ τοῦ κλήρου· ἐὰν δὲ μὴ, δεδέσθαι, ἕως ἂν ἐκτίσῃ τὸν καταδικαζόμενον (82). »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΑ.

Περὶ κλέπτου ἀναιρουμένου.

Πάλιν Μωϋσέως φάντος, « Ἐὰν δὲ ἐν τῷ διωρύγματι (83) εὑρεθῇ ὁ κλέπτης, καὶ πληγεὶς ἀποθάνῃ, οὐκ ἔστιν αὐτῷ φόνος· » συνᾴδει κἀν τούτῳ λέγων ὁ Πλάτων· « Νύκτωρ φῶρα εἰς οἰκίαν ἰόντα ἐπὶ κλοπῇ χρημάτων ἐὰν ἑλὼν κτείνῃ τις, ἔστω καθαρός· καὶ

(79) *Μηδὲ Ἕλληνα.* Lib. v *De republ.*, p. 464, D, ubi hæc pluribus. Quæ lex apud Christianos pie sancteque viget.

(80) *Μὴ κινείτω.* Lib. VIII *De legib.*, p. 648, D. Διὸς ὁρίου primam hanc legem esse jubet. Mosaica lex Deut. XIX, 14, ita habet : *Non assumes et transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores in possessione tua.* Et cap. XXVII : *Maledictus, qui transfert terminos proximi sui ; et dicet omnis populus, Amen.*

(81) *Ἐὰν κλέψῃ τις.* Plato, IX *Leg.*, p. 653, C.

(82) *Τὸν καταδικαζόμενον.* Plato, ἢ πείσῃ τὸν καταδικασάμενον. Quam lectionem, ut veram, secuti sumus.

(83) *Ἐὰν δὲ ἐν τῷ διωρύγματι.* Plato, IX *Leg.*, p. 660, E, ubi de cæde multa.

Digitized by Google

ἐὰν λωποδύτην ἀμυνόμενος ἀποκτείνῃ, καθαρὸς ἔστω. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΒ'.

Περὶ ὑποζυγίου.

« Ἐὰν δὲ ἄρα (84) ὑποζύγιον ἢ ζῶον ἄλλο τι φονεύσῃ τινά, πλὴν τῶν ὅσα ἐν ἀγῶνι τῶν δημοσίᾳ τιθεμένων ἀθλεύοντά τι τοιοῦτον δράσῃ, ἐπεξίτωσαν μὲν οἱ προσήκοντες τοῦ φόνου τῷ κτείναντι· διαδικαζόντων δὲ τῶν ἀγρονόμων, οἷσιν ἂν καὶ ὁπόσοις προστάξῃ ὁ προσήκων. Τὸ δὲ ὅρλον ἔξω τῶν ὅρων τῆς χώρας ἀποκτείναντας διορίσαι. » Ταῦτα ὁ Πλάτων. Ὁ δὲ Μωϋσῆς προλαβών φησιν· « Ἐὰν δὲ κερατίσῃ ταῦρος ἄνδρα ἢ γυναῖκα, καὶ ἀποθάνῃ, λίθοις λιθοβοληθήσεται ὁ ταῦρος, καὶ οὐ βρωθήσεται τὰ κρέατα αὐτοῦ· ὁ δὲ κύριος τοῦ ταύρου ἀθῷος ἔσται. »

CAPUT XLII.

De jumento.

« Si jumentum, inquit Plato, aut aliud animantis genus quempiam interfecerit, nisi tamen ab aliquo ex iis quæ ad publicos solemnesque ludos adhibentur, in ipso certaminis æstu id fieret, cædis reum ab interfecti propinquis peragatur. Qua de causa cognoscant agrorum curatores ii, quibus a propinquo mandatum negotium erit. Ii vero damnatum jumentum, ubi morte multaverint, ex illius regionis finibus ejiciant. » Hæc Plato. Ante quem Moyses ita jam, hoc in genere statuerat, « Si taurus virum aut 613 mulierem cornu percusserit, si percussus mortuus fuerit; lapidabitur taurus, nec comedentur carnes ejus: dominus vero tauri innocens erit [1]. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΓ'.

Ὅτι τοῖς αὐτοῖς ὁ Πλάτων, οἷς καὶ ἡ παρ' Ἑβραίοις γραφὴ, κέχρηται παραδείγμασιν.

Τῆς προφητικῆς γραφῆς λεγούσης· « Υἱὲ ἀνθρώπου· ἰδοὺ γεγόνασί μοι ὁ οἶκος Ἰσραὴλ ἀναμεμιγμένοι πάντες χαλκῷ καὶ κασσιτέρῳ, καὶ σιδήρῳ, καὶ μολύβδῳ. Ἐν μέσῳ καμίνου ἀργυρίου ἀναμεμιγμένοι εἰσί. Διὰ τοῦτο εἰπέ· Τάδε λέγει Κύριος· Ἀνθ' ὧν ἐγένεσθε πάντες εἰς σύγκρασιν μίαν, διὰ τοῦτο ἐγὼ εἰσδέξομαι ὑμᾶς, καθὼς εἰσδέχεται ἄργυρος, καὶ χαλκὸς, καὶ σίδηρος, καὶ μόλυβδος, καὶ κασσίτερος εἰς μέσον καμίνου, τοῦ ἐμφυσῆσαι εἰς αὐτοὺς πῦρ, τοῦ χωνευθῆναι. » Καὶ ὁ Πλάτων ὡσαύτως ἐπάκουσον ἃ φησιν· « Οὐκοῦν ἀκούετε λοιπὸν τοῦ μύθου. Ἐσμὲν γὰρ δὴ (85) πάντες οἱ ἐν τῇ πόλει ἀδελφοὶ, ὡς φήσομεν πρὸς αὐτοὺς μυθολογοῦντες. Ἀλλ', ὡς φασιν, ὁ Θεὸς πλάττων, ὅσοι μὲν ἡμῶν ἱκανοὶ ἄρχειν, χρυσὸν ἐν τῇ γενέσει ξυνέμισγεν αὐτοῖς, διότι τιμιώτατοί εἰσιν· ὅσοι δ' ἐπίκουροι, ἄργυρον· σίδηρον δὲ καὶ χαλκὸν τοῖς γεωργοῖς, καὶ τοῖς ἄλλοις δημιουργοῖς. Ἅτε οὖν ξυγγενεῖς ὄντες ἅπαντες, τὸ μὲν πολὺ ὁμοίους ἂν ἡμῖν αὐτοῖς γεννῷμεν ἔφυ δ' ὅτε ἐκ χρυσοῦ γεννηθείη ἂν ἀργυροῦν, καὶ ἐξ ἀργυροῦ χρυσοῦν ἔγγονον, καὶ τἆλλα πάντα ἐξ ἀλλήλων οὕτως. Τοῖς οὖν ἄρχουσι καὶ πρῶτον καὶ μάλιστα παραγγέλλει ὁ Θεὸς, ὅπως μηδενὸς οὕτω φύλακες ἀγαθοὶ γένωνται, μηδ' οὕτω σφόδρα φυλάξωσι μηδὲν, ὡς τοὺς ἐγγόνους, ὅτι αὐτοῖς τούτων ἐν ταῖς ψυχαῖς παραμέμικται. Καὶ ἐὰν σφέτερος ἔγγονος ὑπόχαλκος ἢ ὑποσίδηρος γένηται, μηδενὶ τρόπῳ κατελεήσωσιν, ἀλλὰ τὴν τῇ φύσει προσήκουσαν τιμὴν ἀποδιδόντες, ὡς αὖσιν, ἢ ὡς δημιουργούς, ἢ γεωργούς. Καὶ ἐὰν αὖ ἐκ τούτων ἢ ὑπόχρυσος ἢ ὑπάργυρος φυῇ τις, τιμήσαντες ἀνάξουσι τοὺς μὲν εἰς φυλακὴν, τοὺς δ' εἰς ἐπικουρίαν· ὡς χρησίμου ὄντος τότε τὴν πόλιν διαφθαρῆναι, ὅταν αὐτὴν ὁ σιδηροῦς φύλαξ ἢ ὁ χαλκοῦς διαφυλάξῃ. Τοῦτον οὖν τὸν μῦθον ὅπως ἂν πεισθεῖεν, ἔχεις τινὰ μηχανήν; »

CAPUT XLIII.

Platonem iisdem, quibus Hebræorum litteræ, similitudinibus usum esse.

Prophetæ vox est [2]: « Fili hominis: ecce facti sunt mihi domus Israel, permisti omnes ære, et stanno, et ferro, et plumbo. In medio fornacis argenti permisti sunt. Propterea dic: Hæc dicit Dominus: Pro eo quod facti estis omnes in massam unam, propterea ego suscipiam vos, quemadmodum suscipitur argentum, et æs, et ferrum, et plumbum, et stannum in medio fornacis, ut insuffletur in eos ignis, ipsique conflentur. » Jam audisis quam affinia loquatur Plato: « Fabulæ igitur, inquit, quod superest auditote. Enimvero quotquot in civitate versamur (sic enim hanc iis fabulam pertexemus), fratres sumus omnes. Verum fictor ille Deus, ut aiunt, qui ex nobis ad imperandum apti essent, aurum iis dum procrearentur admiscuit, ex quo plurimum dignitatis consecuti sunt. Qui vero ad operam aliis navandam idonei forent, his argentum aspersit: agricolis denique ac cæteris opificibus, ferrum atque æs infudit. Ergo cum tanta omnes cognatione conjuncti simus, nobis quidem ut plurimum similes procreamus: sed tamen contingit aliquando, ut ex aureo argenteum, vel ex argenteo aureum, cæteraque vicissim omnia ex aliis alia generentur. Principibus igitur ac magistratibus primum hoc Deus ac præcipue mandat, uti nihil æque diligenter ac studiose curandum sibi ac providendum existiment, quam ut ex iis metallis quid cuique liberorum nepotumque suorum animo admistum sit, intelligant. Quos porro ex illis aut subæreos, aut subferreos esse cognoverint, iis nihil prorsus indulgeant, sed illos prout naturæ suæ conditio postulabit, in opificum aut agricolarum classem ordinemque transcribant. Similiter, quos vel subaureos, vel subargenteos a natura factos esse deprehenderint, eos pro sua quemque dignitate, ad rempublicam vel gerendam, vel juvandam

[1] Exod. xxi, 28. [2] Ezech. xxii, 18.

(84) *Ἐὰν δὲ ἄρα.* Plato, ibid., C.

(85) *Ἐσμὲν γὰρ δή.* Plato, lib. III *De republ.*, pag. 443, H.

Digitized by Google

tes eum liberum [1]. » Quibus gemina Plato in *Republica* præcipiens : « Græcum, inquit, servum Græcus nemo possideat, idque cum cives nostri diligenter observent, tum aliis quoque Græcis idem ut faciant auctores sint.—Prorsus, inquit.—Sic enimvero futurum est, ut multo libentius, dum sibi mutuo parcent, in barbaros arma convertant. »

CAPUT XXXVIII.

Quomodo illud Moysis expresserit, « Terminos æternos ne transferas quos posuerunt patres tui. »

« Nemo, inquit, agri fines moveto, neque civis ullius sui quem vicinum habuerit, neque alterius cujuscunque finitimi, etiam extranei, qui fundum sub extremos agri sui limites possideat ; ratus vere id esse, immota, quod aiunt, loco movere. » Tum addit : « Si quis fixos limites transiliens vicini agrum cum suo coluerit, non modo justum ei damnum sarcito, verum etiam ut hominis impudentiæ et liberalitati medicina fiat, illati detrimenti duplum alterum ei quem læserit, repræsentato. »

CAPUT XXXIX.

Locus Platonis huic similis, « Reddens peccata patrum in filios in tertiam et quartam generationem, iis qui oderunt me. »

« Rem ut verbo complectar, inquit, nec parentis probra, nec pœnæ liberorum quemquam alium consequantor, nisi **612** si quando pater, et avus, et avi pater continenti serie pœnas luere debeant. »

CAPUT XL.

De furibus.

Moysis lex est [2] : « Si quis furatus fuerit vitulum aut ovem, si jugulaverit, aut vendiderit, quinque vitulos reddet pro vitulo, et quatuor oves pro ove. Quod si deprehensum fuerit et repertum in manu ejus furtum, a vitulo et asino usque ad ovem, viventia dupla restituet. » Audi jam, quemadmodum Plato similia statuat : « Si fur, inquit, rem quamlibet seu magnam seu parvam furabitur, lex in omnes una, una judicio pœna statuatur : Primum, quod furto sublatum erit, uti duplum ejus repræsentet, quisquis furti damnatus erit, si modo supra sortem solvere per reliquarum facultatum copiam poterit : sin autem, in vinculis sit, donec aut solverit, aut ab eo a quo furti damnatus est, veniam impetrarit. »

CAPUT XLI.

De fure interfecto.

Præterea, cum ita statuisset Moyses, « Si fur parietem effodiens deprehensus, et plagis acceptis mortuus fuerit, cædes alteri non imputabitur [3] ; » Plato deinde affinia sanciens : « Qui nocturnum furem, inquit, in ædes furandi animo subeuntem in-

[1] Exod. xxi, 2. [2] Exod. xxii, 1. [3] ibid. 2.

ἔτει ἐξαποστελεῖς αὐτὸν ἐλεύθερον· » καὶ ὁ Πλάτων ὁμοίως ἐν *Πολιτείᾳ* φησί· « Μηδὲ Ἕλληνα (79) ἄρα δοῦλον κεκτῆσθαι, μήτε αὐτούς· τοῖς τε ἄλλοις Ἕλλησιν οὕτω ξυμβουλεύειν. — Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. — Μᾶλλον γ' ἂν οὖν οὕτω πρὸς βαρβάρους· τρέποιντο, ἑαυτῶν δὲ ἀπέχοιντο. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΗΒ'.

Ὡς μετέβαλε τὸ, « Μὴ μέταιρε ὅρια αἰώνια, ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες σου. »

« Μὴ κινείτω (80) γῆς ὅρια μηδείς, μήτε οἰκείου πολίτου γείτονος, μήτε ὁμοτέρμονος ἐν ἐσχατιαῖς κεκτημένου ἄλλῳ ξένῳ γειτόνων, νομίσας τὸ τὰ ἀκίνητα κινεῖν ἀληθῶς τοῦτ' εἶναι. » Καὶ ἑξῆς φησιν· « Ὃς δ' ἂν ὑπερβαίνηται τὰ τοῦ γείτονος, ὑπερβαίνων τοὺς ὅρους, τὸ μὲν βλάβος ἀποτινέτω· τῆς δὲ ἀναιδείας ἅμα καὶ ἀνελευθερίας ἕνεκα ἰατρευόμενος, διπλάσιον τοῦ βλάβους ἄλλο ἐκτισάτω τῷ βλαφθέντι. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΑΘ'.

Ὅμοιον τὸ, « Ἀποδιδοὺς ἁμαρτίας πατέρων ἐπὶ τέκνα ἐπὶ τρίτην καὶ τετάρτην γενεὰν τοῖς μισοῦσί με. »

« Ἐνὶ δὲ λόγῳ, πατρὸς ὀνείδη καὶ τιμωρίας παίδων μηδενὶ συνέπεσθαι, πλὴν ἐάν τίς τινι πατὴρ, καὶ πάππος, καὶ πάππου πατὴρ ἑφεξῆς ὄφλωσι δίκην. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Μ'.

Περὶ κλεπτῶν.

Μωϋσέως νόμου φάντος· « Ἐὰν κλέψῃ τις (81) μόσχον ἢ πρόβατον, καὶ σφάξῃ αὐτὸ, ἢ ἀποδῶται, πέντε μόσχους ἀποτίσει ἀντὶ τοῦ μόσχου, καὶ τέσσαρα πρόβατα ἀντὶ προβάτου. Ἐὰν δὲ καταληφθῇ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὸ κλέμμα, ἀπὸ μόσχου καὶ ὄνου ἕως προβάτου, ζῶντα διπλᾶ ἀποτίσει· » ἐπάκουσον, ὡς καὶ ὁ Πλάτων τούτοις ἕπεται λέγων· « Κλέπτης δὲ ἐάν τε μέγα, ἐάν τε μικρὸν κλέπτῃ τις, εἷς αὖ νόμος ἐπικείσθω, καὶ μία δίκης τιμωρία σύμπασι· Τὸ μὲν γὰρ δὴ κλαπὲν χρεὼν διπλάσιον πρῶτον ἐκτίνειν, ἐάν ὀφλῇ τις τὴν τοιαύτην δίκην, καὶ ἱκανὴν ἔχῃ τὴν ἄλλην οὐσίαν, ἀποτίνειν ὑπὲρ τοῦ κλήρου· ἐὰν δὲ μὴ, δεδέσθαι, ἕως ἂν ἐκτίσῃ τὸν καταδικασζόμενον (82). »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΑ.

Περὶ κλέπτου ἀναιρουμένου.

Πάλιν Μωϋσέως φάντος, « Ἐὰν δὲ ἐν τῷ διωρύγματι (83) εὑρεθῇ ὁ κλέπτης, καὶ πληγεὶς ἀποθάνῃ, οὐκ ἔστιν αὐτῷ φόνος· » συνᾴδει κἀν τούτῳ λέγων ὁ Πλάτων· « Νύκτωρ φῶρα εἰς οἰκίαν ἰόντα ἐπὶ κλοπῇ χρημάτων ἐὰν ἑλὼν κτείνῃ τις, ἔστω καθαρός· καὶ

(79) *Μηδὲ Ἕλληνα.* Lib. v *De republ.*, p. 464, D, ubi hæc pluribus. Quæ lex apud Christianos pie sancteque viget.

(80) *Μὴ κινείτω.* Lib. viii *De legib.*, p. 648, D. Διὸς ὅρίου primam hanc legem esse jubet. Mosaica lex Deut. xix, 14, ita habet : *Non assumes et transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores in possessione tua.* Et cap. xxvii : *Maledictus, qui transfert terminos proximi sui ; et dicet omnis populus, Amen.*

(81) *Ἐὰν κλέψῃ τις.* Plato, ix *Leg.*, p. 853, C.

(82) *Τὸν καταδικαζόμενον.* Plato, ἢ πείσῃ ὃν καταδικασάμενον. Quam lectionem, ut veram, secuti sumus.

(83) *Ἐὰν δὲ ἐν τῷ διωρύγματι.* Plato, ix *Leg.*, p. 660, E, ubi de cæde multa.

Digitized by Google

ἐὰν λωποδύτην ἀμυνόμενος ἀποκτείνῃ, καθαρὸς ἔστω. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΒ'.

Περὶ ὑποζυγίου.

« Ἐὰν δὲ ἄρα (84) ὑποζύγιον ἢ ζῶον ἄλλο τι φονεύσῃ τινά, πλὴν τῶν ὅσα ἐν ἀγῶνι τῶν δημοσίᾳ τιθεμένων ἀθλεύοντά τι τοιοῦτον δράσῃ, ἐπεξίτωσαν μὲν οἱ προσήκοντες τοῦ φόνου τῷ κτείναντι· διαδικαζόντων δὲ τῶν ἀγρονόμων, οἷσιν ἂν καὶ ὁπόσοις προστάξῃ ὁ προσήκων. Τὸ δὲ ὅρλον ἔξω τῶν ὅρων τῆς χώρας ἀποκτείναντας διορίσαι. » Ταῦτα ὁ Πλάτων. Ὁ δὲ Μωϋσῆς προλαβών φησιν· « Ἐὰν δὲ κερατίσῃ ταῦρος ἄνδρα ἢ γυναῖκα, καὶ ἀποθάνῃ, λίθοις λιθοβοληθήσεται ὁ ταῦρος, καὶ οὐ βρωθήσεται τὰ κρέατα αὐτοῦ· ὁ δὲ κύριος τοῦ ταύρου ἀθῷος ἔσται. »

CAPUT XLII.

De jumento.

« Si jumentum, inquit Plato, aut aliud animantis genus quempiam interfecerit, nisi tameu ab aliquo ex iis quæ ad publicos solemnesque ludos adhibentur, in ipso certaminis æstu id fieret, cædis reum ab interfecti propinquis peragatur. Qua de causa cognoscant agrorum curatores ii, quibus a propinquo mandatum negotium erit. Ii vero damnatum jumentum, ubi morte multaverint, ex illius regionis finibus ejiciant. » Hæc Plato. Ante quem Moyses ita jam, hoc in genere statuerat, « Si taurus virum aut **613** mulierem cornu percusserit, si percussus mortuus fuerit ; lapidabitur taurus, nec comedentur carnes ejus : dominus vero tauri innocens erit [1]. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΓ'.

Ὅτι τοῖς αὐτοῖς ὁ Πλάτων, οἷς καὶ ἡ παρ' Ἑβραίοις γραφὴ, κέχρηται παραδείγμασιν.

Τῆς προφητικῆς γραφῆς λεγούσης· « Υἱὲ ἀνθρώπου· ἰδοὺ γεγόνασί μοι ὁ οἶκος Ἰσραὴλ ἀναμεμιγμένοι πάντες χαλκῷ καὶ κασσιτέρῳ, καὶ σιδήρῳ, καὶ μολύβδῳ. Ἐν μέσῳ καμίνου ἀργυρίου ἀναμεμιγμένοι εἰσί. Διὰ τοῦτο εἰπέ· Τάδε λέγει Κύριος· Ἀνθ' ὧν ἐγένεσθε πάντες εἰς σύγκρασιν μίαν, διὰ τοῦτο ἐγὼ εἰσδέξομαι ὑμᾶς, καθὼς εἰσδέχεται ἄργυρος, καὶ χαλκὸς, καὶ σίδηρος, καὶ μόλυβδος, καὶ κασσίτερος εἰς μέσον καμίνου, τοῦ ἐμφυσῆσαι εἰς αὐτοὺς πῦρ, τοῦ χωνευθῆναι. » Καὶ ὁ Πλάτων ὡσαύτως ἐπάκουσον ἃ φησιν· « Οὐκοῦν ἀκούετε λοιπὸν τοῦ μύθου. Ἐσμὲν γὰρ δὴ (85) πάντες οἱ ἐν τῇ πόλει ἀδελφοί, ὡς φήσομεν πρὸς αὐτοὺς μυθολογοῦντες. Ἀλλ', ὡς φασιν, ὁ Θεὸς πλάττων, ὅσοι μὲν ἡμῶν ἱκανοὶ ἄρχειν, χρυσὸν ἐν τῇ γενέσει ξυνέμισγεν αὐτοῖς, διότι τιμιώτατοί εἰσιν· ὅσοι δ' ἐπίκουροι, ἄργυρον· σίδηρον δὲ καὶ χαλκὸν τοῖς γεωργοῖς, καὶ τοῖς ἄλλοις δημιουργοῖς. Ἅτε οὖν ξυγγενεῖς ὄντες ἅπαντες, τὸ μὲν πολὺ ὁμοίους ἂν ἡμῖν αὐτοῖς γεννῷμεν ἔφη δ' ὅτε ἐκ χρυσοῦ γεννηθείη ἂν ἀργυροῦν, καὶ ἐξ ἀργυροῦ χρυσοῦν ἔγγονον, καὶ τἆλλα πάντα ἐξ ἀλλήλων οὕτως. Τοῖς οὖν ἄρχουσι καὶ πρῶτον καὶ μάλιστα παραγγέλλει ὁ Θεὸς, ὅπως μηδενὸς οὕτω φύλακες ἀγαθοὶ γένωνται, μηδ' οὕτω σφόδρα φυλάξωσι μηδὲν, ὡς τοὺς ἐγγόνους, ὅτι αὐτοῖς τούτων ἐν ταῖς ψυχαῖς παραμέμικται. Καὶ ἐὰν σφέτερος ἔγγονος ὑπόχαλκος ἢ ὑποσίδηρος γένηται, μηδενὶ τρόπῳ κατελεήσωσιν, ἀλλὰ τὴν τῇ φύσει προσήκουσαν τιμὴν ἀποδιδόντες, ὡς αὖσιν, ἢ ὡς δημιουργοὺς, ἢ γεωργούς. Καὶ ἐὰν αὖ ἐκ τούτων ἢ ὑπόχρυσος ἢ ὑπάργυρος φυῇ τις, τιμήσαντες ἀνάξουσι τοὺς μὲν εἰς φυλακὴν, τοὺς δ' εἰς ἐπικουρίαν· ὡς χρησίμου ὄντος τότε τὴν πόλιν διαφθαρῆναι, ὅταν αὐτὴν ὁ σιδηροῦς φύλαξ ἢ ὁ χαλκοῦς διαφυλάξῃ. Τοῦτον οὖν τὸν μῦθον ὅπως ἂν πεισθεῖεν, ἔχεις τινὰ μηχανήν; »

CAPUT XLIII.

Platonem iisdem, quibus Hebræorum litteræ similitudinibus usum esse.

Prophetæ vox est [2] : « Fili hominis : ecce facti sunt mihi domus Israel, permisti omnes ære, et stanno, et ferro, et plumbo. In medio fornacis argenti permisti sunt. Propterea dic : Hæc dicit Dominus : Pro eo quod facti estis omnes in massam unam, propterea ego suscipiam vos, quemadmodum suscipitur argentum, et æs, et ferrum, et plumbum, et stannum in medio fornacis, ut insuffletur in eos iguis, ipsique conflentur. » Jam audisis quam affinia loquatur Plato : « Fabulæ igitur, inquit, quod superest auditote. Enimvero quotquot in civitate versamur (sic enim hanc iis fabulam pertexemus), fratres sumus omnes. Verum fictor ille Deus, ut aiunt, qui ex nobis ad imperandum apti essent, aurum iis dum procrearentur admiscuit, ex quo plurimum dignitatis consecuti sunt. Qui vero ad operam aliis navandam idonei forent, his argentum aspersit : agricolis denique ac cæteris opificibus, ferrum atque æs infudit. Ergo cum tanta omnes cognatione conjuncti simus, nobis quidem ut plurimum similes procreamus : sed tamen contingit aliquando, ut ex aureo argenteum, vel ex argenteo aureum, cæteraque vicissim omnia ex aliis alia generentur. Principibus igitur ac magistratibus primum hoc Deus ac præcipue mandat, uti nihil æque diligenter ac studiose curandum sibi ac providendum existiment, quam ut ex iis metallis quid cuique liberorum nepotumque suorum animo admistum sit, intelligant. Quos porro ex illis aut subæreos, aut subferreos esse cognoverint, iis nihil prorsus indulgeant, sed illos prout naturæ sue conditio postulabit, in opificum aut agricolarum classem ordinemque transcribant. Similiter, quos vel subaureos, vel subargenteos a natura factos esse deprehenderint, eos pro sua quemque dignitate, ad rempublicam vel gerendam, vel juvandam

[1] Exod. xxi, 28. [2] Ezech. xxii, 18.

(84) *Ἐὰν δὲ ἄρα.* Plato, ibid., C.

(85) *Ἐσμὲν γὰρ δή.* Plato, lib. III *De republ.*, pag. 443, H.

Digitized by Google

admoveant. Tum enim utique rempublicam interire oportebit, cum ejus administrationem ferreus quispiam æreusve custos susceperit. 614 Num tu vero artem aliquam atque rationem in promptu habes qua hæc iis fabula persuaderi possit? »

CAPUT XLIV.

De iisdem similibus.

Alia quædam apud Hebræos prophetia est, qua populi principes ita compellantur : « O pastores Israel, nunquid pastores semetipsos pascunt? nonne pastores oves suas pascunt? Ecce lac comeditis, et quod crassum est jugulatis, et lanis operimini, oves autem meas non pascitis : quod perierat non quæsistis, et quod confractum erat non alligastis, et quod erraverat non reduxistis[1]. » Quo etiam illud salutaris Evangelii pertinet, « Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis : mercenarius autem, et qui non est pastor, cujus non sunt oves propriæ, dimittit eas[2]. » Jam vero Platonem audi, quemadmodum illa ipsa primo *De republica* interpretetur. « Nunc autem, inquit, vides, mi Thrasymache (ut superiora illa denuo repetamus), te, qui verum medicum principio definieris, deinceps tamen veri pastoris esse noluisse, diligenter ac studiose gregem custodire, sed potius eum, quatenus pastor est, sic oves suas pascere, ut non jam qui oves optime habeant, sed epulonis cujusdam convivium instruentis more, qui laute convivas suos excipiat, attente consideret ; vel sane quemadmodum eas, tanquam æruscator aliquis, non tanquam pastor, suo compendio vendat. Arti sane pastorali curæ aliud nihil est, quam ut creditis sibi commissisque gregibus optima quæque ac saluberrima provideat. Nam artem ipsam quod attinet, abunde, ni fallor, rebus per sese omnibus, ut optima illa vereque pastoralis omnino sit, necessariis instructa est. Ita nunc quidem fateri necesse esse arbitrabar, principatum omnem, quatenus principatus est, ejusmodi esse, qui alteri nemini, quam potestati suæ fideique commissis, optima quæque prospiciat, seu publicus ille sit, seu privatus etiam principatus. Tu vero rerumpublicarum principes, si vere modo principes fuerint, principatum ultro gerere arbitraris? »

615 CAPUT XLV.

De iisdem.

Alterius apud Hebræos prophetæ vox est : « Ex timore tuo, Domine, in utero concepimus, et parturivimus, et peperimus spiritum salutis[3]. » Plato autem in *Theæteto* Socratem ita loquentem inducit : « Qui consuetudine mea utuntur, inquit, ii feminis parientibus persimiles sunt. Parturiunt illi siquidem, et noctes atque dies ipsis etiam puerperis vehementius angi solent. Hunc vero partus dolorem artis meæ vi cum excitare ipse, tum etiam levare possum. »

[1] Ezech. xxxiv, 2. [2] Joan. x, 11. [3] Isa. xxvi, 18.

(86) *Νῦν δὲ ὁρᾷς.* Primo *De republ.*, p. 417, C.

(87) *Ἰατρόν.* Post hanc vocem deesse aliquid suspicor, id nimirum quod medicum esse definit, v. c., τῶν καμνόντων θεραπευτήν. Ita enim supra, pag. 415, Ὁ τῷ ἀκριβεῖ λόγῳ ἰατρὸς, πότερον χρηματιστής ἐστιν, ἢ τῶν καμνόντων θεραπευτής ; Καὶ λέγε τὸν τῷ ὄντι ἰατρὸν ὄντα. Τῶν καμνόντων, ἔφη, θεραπευτής

(88) *Ποιμαίνειν.* Ms., παίνειν, quod valde probe.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΔ'.

Ἔτι περὶ τῶν ὁμοίων ὑποδειγμάτων.

Τῆς παρ' Ἑβραίοις προφητείας φασκούσης πρὸς τοὺς προεστῶτας τοῦ πλήθους· « Ὦ ποιμένες Ἰσραὴλ μὴ βόσκουσι ποιμένες ἑαυτούς ; οὐ τὰ πρόβατα βόσκουσιν οἱ ποιμένες ; Ἰδοὺ τὸ γάλα κατεσθίετε, καὶ τὸ παχὺ σφάζετε, καὶ τὰ ἔρια περιβάλλεσθε, καὶ τὰ πρόβατά μου οὐ βόσκετε· καὶ τὸ ἀπολωλὸς οὐκ ἐζητήσατε, καὶ τὸ συντετριμμένον οὐ κατεδήσατε, καὶ τὸ πλανώμενον οὐκ ἐπεστρέψατε· » ἀλλὰ καὶ τοῦ σωτηρίου λόγου φάσκοντος, « Ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων· ὁ δὲ μισθωτὸς, καὶ οὐκ ὢν ποιμὴν, οὗ οὐκ ἔστιν ἴδια τὰ πρόβατα, καταλείπει αὐτά· » ἐπάκουσθι καὶ τοῦ Πλάτωνος, ἐν τῷ πρώτῳ τῆς *Πολιτείας* ὅπως ποτὲ ταῦτα διερμηνεύει. « Νῦν δὲ ὁρᾷς (86), ὦ Θρασύμαχε (ἐπὶ γὰρ τὰ ἔμπροσθεν ἐπισκεψώμεθα), ὅτι τὸν ὡς ἀληθῶς ἰατρὸν (87) τὸ πρῶτον ὁριζόμενος, τὸν ὡς ἀληθῶς ποιμένα οὐκέτι ὤου δεῖν ὕστερον ἀκριβῶς φυλάξαι· ἀλλὰ ποιμαίνειν (88) οἴει αὐτὸν τὰ πρόβατα, καθόσον ποιμήν ἐστιν, οὐ πρὸς τὸ τῶν προβάτων βέλτιστον βλέποντα, ἀλλ' ὥσπερ δαιτυμόνα τινὰ, καὶ μέλλοντα ἑστιάσασθαι, πρὸς τὴν εὐωχίαν· ἢ αὖ πρὸς τὸ ἀποδόσθαι, ὥσπερ χρηματιστὴν, ἀλλ' οὐ ποιμένα. Τῇ ποιμενικῇ δ' οὐ δήπου ἄλλου του μέλει, ἢ ἐφ' ᾧ τέτακται, ὅπως τούτῳ τὸ βέλτιστον ἐκποριεῖ· ἐπεὶ τά γε αὐτῆς, ὥστ' εἶναι βελτίστη, ἱκανῶς δήπου ἐκπεπόρισται, ἕως γε ἂν μηδὲν ἐνδέῃ τοῦ ποιμενικὴ εἶναι. Οὕτω δὴ ἐμοιγε νῦν δὴ ἀναγκαῖον εἶναι ἡμῖν ὁμολογεῖν, πᾶσαν ἀρχὴν, καθόσον ἀρχὴ, μηδενὶ ἄλλῳ τὸ βέλτιστον σκοπεῖσθαι ἢ ἐκείνῳ τῷ ἀρχομένῳ τε καὶ θεραπευομένῳ, ἐν πολιτικῇ καὶ ἰδιωτικῇ ἀρχῇ. Σὺ δὲ τοὺς ἄρχοντας ἐν ταῖς πόλεσι, τοὺς ὡς ἀληθῶς ἄρχοντας, ἑκόντας οἴει ἄρχειν ; »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΕ'.

Ἔτι περὶ τοῦ αὐτοῦ.

inquam motum, qui per se ipsum exsistit, mutationum omnium ut antiquissimam, ita potissimam ac præstantissimam dicamus necesse est; qui vero extrinsecus inferatur, aliaque moveat, secundo loco numerandam. — Non potuisti verius. — Nunc, quoniam huc usque devenimus, age hoc etiam respondeamus. — Quid tandem? — Si quando motum illum principem, in re aliqua vel terrestri, vel aquatili, vel ignea, seu simplex illa, seu mista fuerit, inesse videamus, quemadmodum affectam illam esse dicemus? — Rogasne, utrum eam quæ se ipsam movebit, vivere statuamus? — Ita, vivere. Quid enim aliud? Animum vero si cuipiam inesse viderimus, num aliud quid ipsum, quam hoc idem, vivere, inquam, dicemus? — Aliud nihil. — Attende per Jovem, sodes: annon rebus in singulis tria quidem agnoscis? — Quæ? — Primum, essentiam; alterum, essentiæ rationem; tertium denique, nomen ipsum; duoque præterea de singulis quæri posse. — Quæ duo? — Alterum quidem, dum nomine ipso proposito, rationem quærimus; alterum vero, dum ratione producta, nomen rogamus. Num vero tale quid placet etiam in præsentia dicere? — Quidnam illud? — Est nimirum in cæteris aliquid, tum etiam in numero, quod in partes æquales dividatur duas. Et in numero quidem ejus generis nomen est, par; ratio vero, numerus ipse, qui duas in partes æquales dividatur. — Sic est. — Ego vero simile quid dico. Nunquid rem eamdem utroque modo significamus, seu dum ratio quæritur, nomen respondeamus, seu dum nomen, rationem? ita ut, tam nomine, quam ratione, parem unum eumdemque numerum bifariam divisum, appellemus? — Prorsus eamdem. — Ejus autem rei, cui nomen animus, quæ tandem ratio est? **625** Aliamne aliquam habemus quam eam, qua de paulo ante, motum, inquam, illum, qui per se ipsum exsistat? Vin' tu ejus naturæ, quam animi nomine omnes appellamus, propriam hanc rationem esse, quod se ipsam moveat? — Volo, enimvero. — Hoc autem si ita est, num aliquid præterea desideramus, quasi minus effectum adhuc probatumque fuerit, animum idem esse ac primam generationem motumque rerum, non modo quæ sint, verum etiam quæ vel fuerint, vel futuræ sint; itemque contrariarum illis omnium, quandoquidem semel eam mutationis ac motus omnis, omnibus causam esse constiterit? — Nihil sane. — Imo animum et rerum antiquissimam omnium, et motus principium esse, satis superque demonstratum est. Nonne igitur impressus alteri aliunde motus, quique nunquam efficiat, ut se ipsum quidquam

(27) *Μῶν ἄλλο*, etc. Ficinus, *Num ob aliud vivere ipsum, quam ob hoc putabimus? Ob hoc ipsum.* Legit forte ἓν τινι, non ἐν τισι, et τούτῳ pro ταύτῃ τῇ ψυχῇ sumpsit. At Plato nondum id agit, ut corpus animo vivere ostendat, sed tantum, ut animum ipsum per sese vivere doceat. Forte τοῦτο pro τούτῳ melius legeretur.

(28) *Εἰς ἴσα μέρη*. Hæc Plato non habet.

(29) *Ἄρτιον ὀνόματι*, etc. Ficinus legit, ὀνόματι, καὶ λόγῳ δίχα διαιρούμενον, ut ἄρτιον cum solo ὀνόματι, et διαιρούμενον cum λόγῳ conjungatur. Nec displicet ea distinctio. Utramque tamen editionem secutus sum, quod in lectione major quædam, et qualis a Platone postulatur, *ὀνόματος* et λόγου conjunctio videatur.

Digitized by Google

moveat, secundus jure habeatur, atque adeo quotus cuique vel longissime numerando progredienti placuerit, cum inanimi corporis vere mutatio sit ?— Jure profecto. — Recte igitur ac proprie, imo verissime perfectissimeque dixerimus, annon, animam corpore priorem esse; corpus vero secundum, atque posterius, animique imperio suapte natura subditum ? — Verissime. — Jam vero, hac de re meminimus inter nos, supra convenisse, ut si modo animum corpore priorem esse constaret, tum quæ ad animi rationem pertinent, iis quæ corpori tribuuntur, priora censerentur ? — Sane meminimus. — Mores igitur, animique sensus, voluntates, cogitationes, veræ opiniones, curæ, recordationes, corporum proceritate, crassitudine, altitudine ac robore priores fuerint oportet, si animum corpore priorem fuisse concedimus.— Utique necesse est.— Hinc porro nunquid necessario sequitur, ut animum, si omnium causam illam esse volumus, bonorum simul et malorum, honestorum ac turpium, justorum et injustorum, adeoque contrariorum omnium causam esse dicamus ?— Quis neget ? — Nonne igitur necesse est, animum qui rebus omnibus quæ quoquoversum moventur, et moderetur, et in illis insit, ipsum quoque cœlum per sese moderari ?— Omnino.—Unumne autem an plures ? Plures certe : nam pro vobis respondere juvat. Nec pauciores duobus recte posuerimus, beneficum alterum, alterum maleficum.—Et hoc mihi vehementer probatur.—Hæc igitur cum ita sint : Animus certe quidem universa illa, quæ cœli, terrarum, mariumque complexus ambit, suis ipsa motibus agit ac versat, quorum hæc nomina sunt, **626** velle, considerare, curare, opinari, seu vere, seu falso, lætari, dolere, audere, metuere, odisse, diligere, ac cæteris omnibus, qui vel istorum affines ac gemini sunt, vel primarii fontesque reliquorum, assumptis una posterioribus corporum motibus, in omnibus deinde accretionem aut diminutionem, raritatem aut densitatem, quæque hos comitantur, calores, frigora, gravitates, levitates, durum et molle, album et nigrum, acerbum, dulce, amarum efficiunt, cæteraque prorsus omnia, quibus animus dum utitur, si intellectum, Deus ipse, Deum assumat, cuncta recte ac feliciter moderatur ; sin autem cum amentia conjungatur, contraria efficit omnia. Damusne ista hunc in modum se habere, an adhuc num quid aliud statuamus, incerti sumus?— Minime vero.— Utrum igitur animi genus, cœli ac terrarum, imo totius orbis principatum tenere volumus ? illudne quod prudentia et virtute præditum est, an quod utraque caret? Num ad hæc ita responderi placet ? — Quomodo? -- Ita videlicet. Si universa cœli via atque conversio, eorumque simul omnium quæ cœlo con-

(30) Fic. et ms., προσλαμβάνειν.

(31) *Τῶν ἁπάντων*. Post ἁπάντων prioris editionis turpe glossema cum Platone sustulimus ; legebatur enim, τούτοιν δὴ τοῖν κινήσεσιν.

(32) *Τὴν ἐν ἑνὶ φερομένην*. Ita reposui ex alt. ms., cum et in priori editione et apud Platonem legeretur, τοῖν ἐν ἑνὶ φερομένοιν. Sane quæ sequitur, αὐτὴν, οἰκειοτάτην, ὁμοίαν, huic emendationi egregie suffragantur.

A δικαίων τε καὶ ἀδίκων, καὶ πάντων τῶν ἐναντίων, εἴπερ τῶν πάντων γε αὐτὴν θήσομεν αἰτίαν ; — Πῶς γὰρ οὔ ; — Ψυχὴν δὴ διοικοῦσαν καὶ ἐνοικοῦσαν ἅπασι τοῖς πάντη κινουμένοις, μῶν οὐ καὶ τὸν οὐρανὸν ἀνάγκη διοικεῖν φάναι ; — Τί μήν ; — Μίαν ἢ πλείους ; Πλείους· ἐγὼ ὑπὲρ σφῶν ἀποκρινοῦμαι. Δυοῖν μέν γέ που ἔλαττον μηδὲν τιθῶμεν, τῆς τε εὐεργέτιδος, καὶ τῆς τἀναντία δυναμένης ἐξεργάζεσθαι. — Σφόδρα ὀρθῶς εἴρηκας. — Εἶεν. Ἄγει μὲν δὴ ψυχὴ πάντα τὰ κατ' οὐρανὸν, καὶ γῆν, καὶ θάλατταν, ταῖς αὐτῆς κινήσεσιν, αἷς ὀνόματά ἐστι, βούλεσθαι, σκοπεῖσθαι, ἐπιμελεῖσθαι, βουλεύεσθαι, δοξάζειν, ψευδῶς, ἐψευσμένως, χαίρουσαν, λυπουμένην, θαρροῦσαν, φοβουμένην, μισοῦσαν, στέργουσαν, καὶ πάσαις ὅσαις τούτων ξυγγενεῖς ἢ πρωτουργοὶ κινήσεις τὰς δευτερουργοὺς αὖ παραλαμβάνουσαι κινήσεις σωμάτων, ἄγουσι πάντα εἰς αὔξησιν, καὶ φθίσιν, καὶ διάκρισιν, καὶ σύγκρισιν, καὶ τούτοις ἑπομένας θερμότητας, ψύξεις, βαρύτητας, κουφότητας, σκληρὸν καὶ μαλακὸν, λευκὸν καὶ μέλαν, αὐστηρὸν καὶ γλυκὺ, καὶ πικρὸν, καὶ πᾶσιν οἷς ψυχὴ χρωμένη, νοῦν μὲν προσλαμβάνουσα, ἀεὶ θεὸν, θεὸς οὖσα, ὀρθὰ καὶ εὐδαίμονα πάντα ἀπεργάζεται· ἀνοίᾳ δὲ ξυγγενομένη, πάντα αὖ τἀναντία τούτοις ἀπεργάζεται. Τιθῶμεν ταῦτα οὕτως ἔχειν, ἢ ἔτι διστάζομεν, εἰ ἕτερός πως ἔχει ; — Οὐδαμῶς. — Πότερον οὖν δὴ ψυχῆς τὸ γένος ἐγκρατὲς οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ πάσης τῆς περιόδου γεγονέναι φῶμεν, καὶ φρόνιμον, καὶ ἀρετῆς πλῆρες, ἢ τὸ μηδέτερα κεκτημένον ; Βούλεσθε οὖν πρὸς ταῦτα ὧδε ἀποκρινώμεθα ; — Πῶς ; — Εἰ μὲν, ὦ θαυμασιε, φῶμεν, ἡ ξύμπασα οὐρανοῦ ὁδὸς ἅμα καὶ φορὰ, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ ὄντων ἁπάντων, νοῦ κινήσει καὶ περιφορᾷ, καὶ λογισμοῦ ὁμοίαν φύσιν ἔχει, καὶ ξυγγενῶς ἔρχεται, δῆλον ὡς τὴν ἀρίστην ψυχὴν φατέον ἐπιμελεῖσθαι τοῦ κόσμου παντὸς, καὶ ἄγειν αὐτὸν τὴν τοιαύτην ὁδὸν ἐκείνην. — Ὀρθῶς. — Εἰ δὲ μανικῶς τε καὶ ἀτάκτως ἔρχεται, τὴν κακήν. — Καὶ ταῦτ' ὀρθῶς. — Τίνα οὖν δὴ καὶ κίνησις φύσιν ἔχει, τοῦτ' ἤδη χαλεπὸν, ὦ φίλοι, ἐρώτημα ἀποκρινόμενον εἰπεῖν ἐμφρόνως. Διὸ δὴ καὶ ἐμοὶ τῆς ἀποκρίσεως ὑμῖν δίκαιον τανῦν προλαμβάνειν (30). — Εὖ λέγεις.—Μὴ τοίνυν ἐξεναντίας, οἷον εἰς ἡμᾶς ἀποβλέποντες, νύκτα ἐν μεσημβρίᾳ ἐπαγόμενοι, κακῶς ὁμεῖσθα τὴν ἀπόκρισιν, ὡς νοῦν ποτε θνητοῖς ὁμοιούμενόν τε καὶ γνωσόμενοι ἱκανῶς. Πρὸς δὲ εἰκότος τοῦ ἐρωτωμένου βλέποντας, ἀσφαλέστερον ὁρᾶν. — Πῶς λέγεις ; — Ἦ προσέοικε κινήσει νοῦς τῶν δὴ ἐκείνων κινήσεων, τὴν εἰκόνα λάβωμεν· ἣν συναναμνησθεὶς ὑμῖν ἐγὼ κοινῇ τὴν ἀπόκρισιν ποιήσομαι. — Κάλλιστα ἂν λέγοις. — Μεμνήμεθα τοίνυν τό γε τοιοῦτον τῶν τότε ἔτι, ὅτι τῶν ἁπάντων (31) τὰ μὲν μένειν δεῖσθαι, τὰ δὲ μένειν ἔθεμεν. — Ναί. — Τῶν δ' αὖ κινουμένων, τὰ μὲν ἐν ἑνὶ τόπῳ κινεῖσθαι, τὰ δὲ ἐν πλείοσι φερόμενα. — Ἔστι ταῦτα. — Ταύταιν δὲ τὴν κινήσεοιν τὴν ἐν ἑνὶ φερομένην (32) ἀεὶ, περί τε

Digitized by Google

μεσον ἀνάγκη κινεῖσθαι, τῶν ἐντόρνων οὖσαν (33) μίμημά τι κύκλων, εἶναί τε αὐτὴν τῇ τοῦ νοῦ περιόδῳ πάντως, ὡς δυνατὸν, οἰκειοτάτην τε καὶ ὁμοίαν. — Πῶς λέγεις; — Τὸ κατὰ ταὐτὰ δήπου, καὶ ὡσαύτως, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ, καὶ περὶ τὰ αὐτὰ, καὶ πρὸς τὰ αὐτὰ, καὶ ἕνα λόγον, καὶ τάξιν μίαν, ἄμφω κινεῖσθαι λέγοντες, νοῦν, τήν τε ἐν ἑνὶ φερομένην κίνησιν, σφαίρας ἐντόρνου ἀπεικασμένα (34) φοραῖς, οὐκ ἄν ποτε φανεῖμεν φαῦλοι δημιουργοὶ λόγῳ καλῶν εἰκόνων. — Ὀρθότατα λέγεις. — Οὐκοῦν αὖτη γε, ἡ μηδέποτε ὡσαύτως, μηδὲ κατὰ τὰ αὐτὰ, μηδ' ἐν ταὐτῷ, μηδὲ περὶ ταὐτὰ, μηδὲ πρὸς τὰ αὐτὰ, μηδ' ἐν ἑνὶ φερομένη, μηδ' ἐν κόσμῳ, μηδ' ἐν τάξει, μηδ' ἔν τινι λόγῳ κίνησις, ἀνοίας ἂν αὖ πάσης εἴη ξυγγενής. — Εἴη γὰρ ἂν ἀληθέστατα. — Τανῦν δὴ χαλεπὸν οὐδὲν ἔτι διαρρήδην εἰπεῖν, ὡς, ἐπειδὴ ψυχὴ μέν ἐστιν ἡ περιάγουσα ἡμῖν πάντα, τὴν δὲ οὐρανοῦ περιφορὰν ἐξ ἀνάγκης περιάγειν φατέον ἐπιμελουμένην καὶ κοσμοῦσαν, ἤτοι τὴν ἀρίστην ψυχὴν, ἢ τὴν ἐναντίαν. — Ὦ ξένε, ἀλλ' ἔκ γε τῶν νῦν εἰρημένων, οὐδ' ὅσιον ἄλλως ἔχειν, ἢ πᾶσαν ἀρετὴν ἔχουσαν ψυχὴν μίαν, ἢ πλείους περιάγειν αὐτά. — Κάλλιστα, ὦ Κλεινία, ὑπήκουσας τοῖς λόγοις. Τόδε δὲ προσεπάκουσον ἔτι. — Τὸ ποῖον; — Ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα, εἴπερ ψυχὴ περιάγει πάντα, ἆρ' οὐ καὶ ἓν ἕκαστον; — Τί μήν; — Περὶ ἑνὸς δὴ ποιησώμεθα λόγους, οἳ καὶ ἐπὶ πάντα ἁρμόττοντες ἡμῖν τὰ ἄστρα φανοῦνται. — Τίνος; — Ἡλίου πᾶς ἄνθρωπος σῶμα μὲν ὁρᾷ, ψυχὴν δὲ οὐδείς· οὐδὲ γὰρ ἄλλου σώματος οὐδενὸς, οὔτε ζῶντος, οὔτε ἀποθανόντος, τῶν ζώων οὐδενός. Ἀλλὰ ἐλπὶς πολλὴ (35), τὸ παράπαν τὸ γένος ἡμῖν τοῦτο ἀναίσθητον πάσαις ταῖς τοῦ σώματος αἰσθήσεσι περιπεφυκέναι, νοητὸν δὲ μόνον. Νῷ δὴ καὶ νοήματι λάβωμεν αὐτοῦ περὶ τὸ τοιόνδε. — Ποῖον; — Ἥλιον εἰ περιάγει ψυχὴ, τριῶν αὐτὴν ἓν λέγοντες ὁρᾶν, σχεδὸν οὐκ ἀποτευξόμεθα. — Τίνων; — Ὡς ἡ ἐνοῦσα ἐντὸς τῷ περιφερεῖ τούτῳ φαινομένῳ σώματι, πάντη διακομίζει τὸ τοιοῦτον, καθάπερ ἡμᾶς ἡ παρ' ἡμῖν ψυχὴ πάντη περιφέρει· ἢ ποθεν ἔξωθεν σῶμα αὐτῇ πορισαμένη πυρὸς ἢ τινος ἀέρος, ὡς λόγος ἐστί τινων, ὠθεῖ ἁμα σώματι σῶμα· ἢ τρίτον, αὐτὴ ψιλὴ σώματος οὖσα, ἔχουσα δὲ δυνάμεις ἄλλας τινὰς ὑπερβαλλούσας, καύματι ποδηγεῖ. — Ναί. — Τοῦτο μὲν ἀνάγκη, τούτων ἓν γέ τι δρῶσαν ψυχὴν πάντα διάγειν (36). » Ταῦτα μὲν οὖν ἐν τῷ δεκάτῳ τῶν *Νόμων* εἴρηται τῷ ῥηλοσόφῳ. Καὶ ἐν τῷ *Φιλήβῳ* δὲ ἐπάκουσον, ὅπως κατασκευάζει διάνοιαν. « Πάντες γὰρ (37) συμφωνοῦσιν οἱ σοφοὶ, ὄντως (38) ἑαυτοὺς σεμνύνοντες, ὡς νοῦς ἐστι βασιλεὺς ἡμῖν οὐρανοῦ τε καὶ γῆς· καὶ ἴσως εὖ λέγουσι. Διὰ μακροτέρων δ', εἰ βούλει, τὴν σκέψιν αὐτοῦ τοῦ γένους ποιησώμεθα. — Λέγε ὅπως βούλει,

A tinentur, intellectus motui, conversioni et cogitationibus natura similis est, et affinem ei cursum instituit; sequitur omnino, ut optimum illum animum totius universi curam gerere, atque illud per hanc ipsam viam agere fateamur. — Recte id quidem. — Sin autem furiose ac perturbate volvitur, ut hoc idem malo animo tribuamus. — Et istud quoque recte. — Nunc vero cujus tandem naturæ intellectus motum esse arbitramur? Huic sane quæstioni, o amici, sapienter respondere difficile est. Quare verum fuerit in præsentia, hanc me vobis respondendi curam suscipere. — Probe loqueris. — Caveamus igitur, ne adverso quasi vultu in solem intuentes, ipsaque meridie noctem inducentes, perinde respondeamus, ut si mortalibus oculis intellectus ipse per-
B videri aliquando posset, penitusque cognosci. Securius itaque fuerit, illum ipsum defixo in ejus imaginem obtutu contemplari. — Quomodo hoc intelligis? — Cujus ex decem illis motibus similior intellectus fuerit, ejus ut imaginem deligamus; quam ubi vobis in memoriam revocaro, tum responsionem omnium causa subjiciam. — Optime loqueris. — Principio, illud saltem meminimus constitutum a nobis fuisse, ex omni rerum multitudine moveri alias, alias quiescere. — Meminimus. — **627** Deinde ex iis quæ moventur, alia uno in loco, in pluribus alia moveri. — Sic est. — His igitur ex motibus, eum qui uno semper in loco versetur, circa medium ali-
C quod, uti circulos torno factos, videmus agitari, atque ad intellectus conversionem imitatione ac similitudine, quam proxime fieri potest, accedere necesse est. — Clarius istud, quæso. — Nempe, si utrumque, intellectum, inquam, et motum illum, qui uno semper in loco versatur, quo modo sphæram aliquam volvi solitam videmus, una semper eademque ratione, in eodem, circa eadem, atque ad eadem, unoque ordine converti dixerimus; nemini, opinor, præclaras imagines ratiocinando perperam fingere merito videamur. — Optime id quidem. — Ergo alter ille motus, qui nunquam similiter, nec secundum eadem, nec in eodem, nec circa eadem, nec ad eadem, nec uno in loco, nec apto quodam et eleganti ordine, nec certa ratione versatur, summa cum amentia conjunctus haberi debet. — Et hoc
D quoque verissimum. — Jam ergo palam proliteri liceat, quandoquidem animus is est, qui versat omnia, ipsam quoque cœli conversionem animi alicujus, seu boni, seu contrarii arbitrio ac moderatione gubernari. — Enimvero, mi hospes, ex iis quæ jamjam dicta sunt, aliud quidquam statuere nefas sit, quam sive unum aliquem animum, sive plures

(33) *Οὖσαν*. Sic omnino legendum, non οὐσῶν, ut Plato et prior editio.

(34) *Ἀπεικασμένα*. Ita recte Plato, non ἀπειασμένην, quod perperam ante legebatur.

(35) *Ἐλπὶς πολλή*. Non vertit Ficinus. Idem est, ac κινδυνεύει, ἔοικεν, φαίνεται, et cætera id genus Platoni familiaria, cum verisimile quid esse sit.

(36) *Διάγειν*. Mirum est præteritam ab Eusebio sequentem periodum, quæ conceptis verbis animum illum, alium non esse quam Deum, ita concludit : Αὐτοῦ (ἡλίου) δὴ ἄμεινον ταύτην τὴν ψυχὴν, εἴτε ἐν ἅρμασιν ἔχουσα ἡμῖν ἥλιον, ἄγει φῶς τοῖς ἅπασιν, εἴτε ἔξωθεν, εἴθ' ὅπως, εἴθ' ὅπη, θεὸν ἡγεῖσθαι χρεών πάντα ἄνδρα, ἢ πῶς; καὶ, τόν γέ που μὴ ἐπὶ τὸ ἔσχατον ἀφιγμένον ἀνοίας.

(37) *Πάντες γάρ*. Plato, pag. 79 D.

(38) *Ὄντως*. Melius quam ut in Platone, οὕτως.

Digitized by Google

omni virtutis genere præstantes, corporum illorum conversioni præesse. — Egregie, mi Clinia, disputationis hujus vim cepisti. Sed tamen audisis illud quoque. — Quidnam? — Solem, lunam astraque cætera, si animus universa circumagit, numquid etiam singula? — Quidni enim? — De uno igitur ea dicamus, quæ in reliquam siderum multitudinem convenire possint. — Quo de autem? — Solis corpus nemo non videt, animum videt nemo. — Quid mirum? — Ne ullius quidem alterius animantium corporis, seu viventis adhuc, seu jam mortui. Sed nimirum probabile admodum est, genus illud totum ejusmodi esse, quod omnes corporis sensus ita fugiat, ut tamen intelligentiæ vi capiatur. Mente igitur atque intelligentia, quod a nobis de illo additur, informemus. — Quid illud? — Solem si animus circumagit, e tribus unum ab eo fieri si dixerimus, haud, opinor, aberrabimus.—Quæ tu mihi tria? — Nimirum, aut inclusum **628** rotundo illo, quod cernimus, corpore animum, illud omnem in partem circumferre, uti quoquoversum a nostro ipsi animo circumferimur : aut eumdem induto sibi aliunde, vel igneo, vel aetio corpore, quod nonnulli malunt, corporis vi corpus impellere : aut postremo, ipsum illum, ut corpore omni per sese careat, aliis tamen eximiisque viribus instructum, admirabili quodam modo solem deducere.— Sane. — Ab animo, dum ex iis unum aliquid efficit, versari omnia regique necesse est. » Atque hæc philosophus *Legum* decimo. Audi jam quemadmodum in *Philebo* sententiam ille suam astruat. « Sapientes, inquit, omnes, qui modo jure hoc nomine gloriantur, intellectum cœli terrarumque regem esse consentiunt. Ac forte quidem hoc recte. Nos vero si placet, fusius rem totam uberiusque tractemus.—Tu vero,uti videbitur, o Socrates, nec ullam hoc in genere longitudinem vereare, cum nemini molestus sis futurus. — Præclare. Incipiamus igitur hunc in modum quærere. — Quem, sodes? — Utrum, mi Protarche, res omnes, atque hoc, uti vocamus, universum casus et fortunæ vi temere agi statuimus; an contra, quemadmodum majores nostri voluere, mentis ac sapientiæ cujusdam admirabilis consilio gubernari? - - Absit, o sapientissime Socrates, uti prius illud a nobis dicatur, quod vel ore tenus proferri nefas esse dixerim. At vero menti rerum universarum moderationem assignare, id equidem et mundi hujus aspectu, et solis, lunæ aliorumque siderum, adeoque omni hac conversione dignum existimo, nec aliter unquam hac de re aut loquar aut sentiam.— Vis enimvero, uti hac in rerum moderatione statuenda, quod veteres uno consensu professi sunt, id nostris ipsi verbis comprobemus, nec aliorum sententiam citra periculum afferre contenti, eamdem quam ipsi aleam maledictionemque subeamus, cum argutus ac vehemens quispiam, non eo quo dici-

μηδὲν μῆκος ὑπολογιζόμενος ἡμῖν, ὦ Σώκρατες, ὡς οὐκ ἀπεχθησόμενος. — Καλῶς εἶπας. Ἀρξώμεθα δέ πως ὧδε ἐπανερωτῶντες. — Πῶς; — Πότερον, ὦ Πρώταρχε, τὰ ξύμπαντα, καὶ τόδε τὸ καλούμενον ὅλον, ἐπιτροπεύειν φῶμεν τὴν τοῦ ἀλόγου καὶ εἰκῇ δύναμιν, καὶ τὰ ὅπῃ ἔτυχεν; ἢ τἀναντία, καθάπερ ἄρτι πρόσθεν ἡμῶν ἔλεγον, νοῦν καὶ φρόνησίν τινα θαυμαστὴν συντάττουσαν διακυβερνᾶν; —Οὐδὲν τῶν αὐτῶν, ὦ θαυμάσιε Σώκρατες. Ὃ μὲν γὰρ δὴ σὺ λέγεις, νῦν οὐδ' ὅσιον εἶναί μοι φαίνεται· τὸ δὲ νοῦν πάντα διακοσμεῖν αὐτὰ φάναι, καὶ τῆς ὄψεως τοῦ κόσμου, καὶ ἡλίου, καὶ σελήνης, καὶ ἄστρων, καὶ πάσης τῆς περιφορᾶς ἄξιον, καὶ οὐκ ἄλλως ἔγωγ' ἂν ποτε περὶ αὐτῶν εἴποιμι, οὐδ' ἂν δόξαιμι.—Βούλει δῆτα καὶ ἡμεῖς τοῖς ἔμπροσθεν ὁμολογουμένοις ξυμφήσωμεν, ὡς ταῦθ' οὕτως ἔχει; καὶ μὴ μόνον (39) οἰώμεθα δεῖν τὰ ἀλλότρια ἄνευ κινδύνων λέγειν, ἀλλὰ καὶ συγκινδυνεύωμεν, καὶ μετέχωμεν τοῦ ψόγου, ὅταν ἀνὴρ δεινὸς φῇ ταῦτα μὴ οὕτως, ἀλλ' ἀτάκτως ἔχειν; — Πῶς γὰρ οὐκ ἂν βουλοίμην; — Ἴθι δή, τὸν ἐπιόντα περὶ τούτων νῦν ἡμῖν λόγον ἄθρει. — Λέγε μόνον. — Τὰ περὶ τὴν τῶν σωμάτων φύσιν ἁπάντων τῶν ζώων, πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ πνεῦμα καθορῶμέν που, καὶ γῆν, καθάπερ οἱ χειμαζόμενοί φασιν, ἐνόντα ἐν τῇ συστάσει; — Καὶ μάλα. — Χειμαζόμεθα γὰρ ὄντως ὑπὸ ἀπορίας ἐν τοῖς νῦν λόγοις. Φέρε δὴ περὶ ἑκάστου τῶν παρ' ἡμῖν λάβε τὸ τοιόνδε. — Ποῖον; — Ὅτι σμικρόν τι τούτων ἕκαστον παρ' ἡμῖν ἔνεστι, καὶ φαῦλον, καὶ οὐδαμῇ οὐδαμῶς εἰλικρινὲς ὄν, καὶ τὴν δύναμιν οὐκ ἀξίαν τῆς φύσεως ἔχον. Ἓν δὲ λαβὼν, περὶ πάντων νόει ταὐτόν· οἷον πῦρ ἐστι μέν που παρ' ἡμῖν, ἔστι δ' ἐν τῷ παντί. — Τί μήν; — Οὐκοῦν σμικρὸν μέν τι τὸ παρ' ἡμῖν, καὶ ἀσθενὲς, καὶ φαῦλον, τὸ δ' ἐν τῷ παντὶ, πλῆθός τε θαυμαστὸν καὶ κάλλει, καὶ πάσῃ δυνάμει τῇ περὶ τὸ πῦρ οὖσῃ; — Καὶ μάλα ἀληθὲς ὃ λέγεις. — Τί δέ; τρέφεται καὶ γίνεται ἐκ τούτου, καὶ ἄρχεται τὸ τοῦ παντὸς πῦρ, ὑπὸ τοῦ παρ' ἡμῖν πυρὸς, ἢ τοὐναντίον, ὑπ' ἐκείνου τό τε ἐμὸν, καὶ τὸ σὸν, καὶ τὸ τῶν ἄλλων ζώων, ἅπαντ' ἴσχει ταῦτα; — Τοῦτο μὲν οὐδὲ ἀποκρίσεως ἄξιον ἐρωτᾷς. — Ὀρθῶς. Ταυτὰ γὰρ ἐρεῖς, οἶμαι, περί τε τῆς ἐν τοῖς ζώοις γῆς τῆς ἐνθάδε, καὶ τῆς ἐν τῷ παντί· καὶ τῶν ἄλλων δὴ ὅσων ἠρώτησα ὀλίγον ἔμπροσθεν, οὕτως ἀποκρινῇ. — Τίς γὰρ ἀποκρινόμενος ἄλλως ὑγιαίνων ἄν ποτε φανείη; — Σχεδὸν οὐδ' ὁστισοῦν· ἀλλὰ τὸ (40) μετὰ τοῦτο ἐξῆς ἔπου. Πάντα γὰρ ταῦτα ἡμεῖς τανῦν δὴ λεχθέντα, ἆρ' οὐκ εἰς ἓν συγκείμενα ἰδόντες, ἐπωνομάσαμεν σῶμα; — Τί μήν; —Ταὐτὸν δὴ λάβε καὶ περὶ τοῦδε, ὃν κόσμον λέγομεν· διὰ τὸν αὐτὸν γὰρ τρόπον ἂν εἴη που σῶμα σύνθετον ὂν ἐκ τῶν αὐτῶν. — Ὀρθότατα λέγεις.—Πότερον οὖν ἐκ τούτου τοῦ σώματος ὅλου τὸ παρ' ἡμῖν σῶμα, ἢ ἐκτοῦ παρ' ἡμῖν τοῦτο τρέφεταί τε, καὶ ὅσα νῦν δὴ περὶ αὐτῶν ἐπείπομεν, εἰληφέτε καὶ ἔχει; —Καὶ τοῦτ' ἔτερον, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἄξιον ἐρωτήσεως. — Τί δὲ τόδε ἆρα ἄξιον ἐρωτήσεως; ἢ πῶς ἐρεῖς; — Λέγε τί

(39) *Καὶ μὴ μόνον*, etc. Ficinus, *nec modo putemus alia sine periculo proferri non posse*, nullo, ut videtur, sensu, aut plane contrario.

(40) Forte τῷ.

Digitized by Google

ποῖον. — Τὸ παρ' ἡμῖν σῶμα ἆρ' οὐ ψυχην φήσομεν ἔχειν; — Δῆλον, ὅτι φήσομεν. — Πόθεν, ὦ φίλε Πρώταρχε, λαβὸν, εἴπερ μὴ τό γε τοῦ παντὸς σῶμα ἔμψυχον ὂν ἐτύγχανε, ταὐτά γε ἔχον τούτῳ, καὶ ἔτι πάντη καλλίονα; — Δῆλον, ὡς οὐδαμόθεν ἄλλοθεν, ὦ Σώκρατες. — Οὐ γάρ που δοκοῦμέν γε, ὦ Πρώταρχε, τὰ τέτταρα ἐκεῖνα, πέρας, καὶ ἄπειρον, καὶ κοινὸν, καὶ τὸ τῆς αἰτίας γένος ἐν ἅπασι τέταρτον ἐνὸν, τοῦτ' ἐν μὲν τοῖς παρ' ἡμῖν ψυχήν τε παρέχον, καὶ σωμασκίαν (41) ἐμποιοῦν, καὶ πταίσαντος σώματος ἰατρικὴν, καὶ ἐν ἄλλοις ἄλλα συντιθὲν καὶ ἀσκούμενον, πᾶσαν καὶ παντοίαν σοφίαν ἐπικαλεῖσθαι· τῶν δὲ αὐτῶν τούτων ἐν ὅλῳ τε οὐρανῷ, καὶ κατὰ μεγάλα μέρη, καὶ προσέτι καλῶν καὶ εἰλικρινῶν, ἐν τούτοις δὲ οὐκ ἄρα μεμηχανῆσθαι τὴν τῶν καλλίστων καὶ τιμιωτάτων φύσιν. — Ἀλλ' οὐδαμῶς τοῦτό γ' ἂν λόγον ἔχοι. — Οὐκοῦν εἰ μὴ τοῦτο, μετ' ἐκείνου τοῦ λόγου ἂν ἑπόμενοι βέλτιον λέγοιμεν, ὡς ἔστιν, ἃ πολλάκις εἰρήκαμεν, ἄπειρόν τε ἐν τῷ παντὶ πολὺ, καὶ πέρας ἱκανὸν, καί τις ἐπ' αὐτοῖς αἰτία οὐ φαύλη, κοσμοῦσά τε καὶ συντάττουσα ἐνιαυτούς τε καὶ ὥρας καὶ μῆνας, σοφία καὶ νοῦς λεγομένη δικαιότατα ἄν. — Δικαιότατα δῆτα. — Σοφία μὴν καὶ νοῦς ἄνευ ψυχῆς οὐκ ἂν ποτε γενοίσθην. — Οὐγαροῦν. — Οὐκοῦν ἐν μὲν τῇ τοῦ Διὸς ἐρεῖς φύσει βασιλικὴν μὲν ψυχὴν, βασιλικὸν δὲ νοῦν ἐγγίνεσθαι, διὰ τὴν τῆς αἰτίας δύναμιν· ἐν δὲ ἄλλοις ἄλλα καλὰ, καθότι φίλον ἑκάστοις, λέγεσθαι.

A mus ordine, sed perturbate ac temere ferri cuncta pugnabit. — Quidni enim id velim? Age ergo, ac mihi consequentiam hujus disputationis attende. — Perge tu modo. — Quatuor illa, ex quibus animantium omnium corporum natura consistit, ignem, aquam, spiritum ac terram, num in ipsa eorum concretione utcunque agnoscimus, quomodo videlicet homines loquuntur tempestate jactati? — Sane. — Hoc enim in orationis genere, æstu quodam incertitudinis vere jactamur. **629** Age vero, ac de quolibet eorum quæ nobis insunt, ejusmodi aliquid accipe. — Quid, obsecro? — Exiguam aliquam et despicabilem e singulis particulam inesse nobis, quæ nec ullo modo pura sinceraque sit, nec vim et facultatem habeat natura dignam. Quod ubi B de uno aliquo statueris, tum de universis idem intellige. Ignis, exempli causa, utcunque in nobis est, est etiam in universo. — Utique. — Cum igitur, qui in nobis est, is et exiguus admodum, et imbecillus, ac languidus sit, tum vero qui in universo est, is copia simul ac pulchritudine, cunctaque adeo vi, quæ ignis propria est, plane admirabilis. — Verissime loqueris. — Quid vero? Utrum deinceps ignem illum universi, ab eo qui in nobis est, ali, duci regique arbitraris, an potius ab illo tam meum, quam tuum, ac cæterorum animantium ignem hæc omnia suscipere? — Hoc vero ne responsione quidem dignum existimo. — Et merito sane. Nec aliter, opinor, cum de hac terra, quæ animantibus inest, tum de illa quæ in universo, loquare: ac de aliis omnibus, de quibus paulo ante quærebam, idem omnino respondeas. — Quis enim, si modo sanus erit, aliud unquam respondeat? — Opinor, nemo. Sed pergamus ad cætera. Nunquid illa quatuor, ubi conflata in unum coaluerint, corpus appellamus? — Ita. — Idem igitur de eo quem mundum vocamus intellige. Is enim eodem plane modo corpus haberi debet, cum ex iisdem conflatus sit. — Rectissime loqueris. — Utrum igitur ab universo illo corpore nostrum hoc, an potius a nostro illud et alitur, et cætera quæ jamjam addidimus, accipit? — Neque hoc alterum, o Socrates, responsione dignum est. — Quid vero tertium hoc? responsione dignum erit, an secus? — Profer illud sis. — Nostrum hoc corpus animone præditum esse fatebimur? — Fatebimur utique. — Unde autem illum hauserit, mi Protarche, nisi universi corpus animatum fuerit, et iisdem omnino, quibus hoc nostrum, longeque adeo præstantioribus instructum facultatibus? — Liquet, o Socrates, unde potuerit, esse nihil. — Enimvero, non arbitramur, o Protarche, quatuor illa, terminum, infinitum, mistum ex utroque, tum vero quartum illud, quod omnibus inest, causæ genus, quod nostris et animum infundat, et corporis vel exercendi, vel, si quoquomodo laboraverit, curandi facultatem tribuat, et in aliis componat alia, alia reparet; summæ cujusdam et absolutæ sapientiæ nomine dignum esse: **630** eadem cum et in toto cœlo, et in majoribus illis partibus locum habeant, nec specie modo, sed etiam integritate præstent, illa tamen rerum pulcherrimarum, ac nobilissimarum natura carere. — Quippe alienum id ab omni ratione fuerit. — Illud ergo si rejicimus, superest, ut rationis hujus vim secuti, melius ita statuamus, esse nimirum, quod jam sæpenumero diximus, hoc in universo, cum immensum quiddam atque infinitum, tum etiam terminum ei convenientem, causam insuper aliquam non communem atque vulgarem, quæ annos, tempestates, menses que digerat, atque moderetur, sapientiam atque intellectum jure optimo nuncupandam. — Optimo sane. — Sapientia porro atque intellectus ab animo sejungi non possunt. — Nullo modo. — Concludas igitur oportet, causæ hujus vi, et Jovis naturam, regium quemdam animum ac regium intellectum possidere, et in aliis præclara quædam alia reperiri, hoc illove nomine, prout sua cujusque ratio postulet, appellanda. » Hactenus Plato.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΒ'.

Ὅπως περὶ τοῦ προνοεῖν τοῦ παντὸς τὸν Θεὸν διέξεισιν ἐν τῷ δεκάτῳ τῶν Νόμων.

« Τὸν δ' ἡγούμενον (42) μὲν θεοὺς εἶναι, μὴ φρον-

CAPUT LII.

Quemadmodum idem ipse Deum universi curam gerere philosophetur. Legum X.

« Jam vero, inquit Plato, alloquendus ille nobis,

(41) *Σωμασκίαν.* Plato, σῶμα, σκιάν, flagitioso errore, qui Ficino admodum imposuit; vertit enim, *animum corpusque præbet, dum imprimit umbram.*

(42) *Τὸν δ' ἡγούμενον.* Plato *Leg.* x, pag. 670 D.

Digitized by Google

qui deos esse cum existimet, ijs tamen rerum humanarum curam eripiat. Quod tu, vir optime (sic enim ipsum compellemus), deos esse credis, divina quædam affinitas, ad cognatum tibi numen et agnoscendum, et colendum, te, ut videtur, adducit. At vero improborum et injustorum hominum privata publicaque fortuna, quæ cum re ipsa felicitatis habeat nihil, vulgi tamen opinione felicissima prædicatur, adeoque talis et carminibus, et omni sermonum genere perperam celebratur, vehementius te quam cautius ad impietatem abripit. Aut etiam forte, dum nefarios homines ad extremam usque senectutem pervenire vides, liberosque simul ac nepotes summis in honoribus constitutos relinquere, gravius perturbaris. Atque ita, dum vel auditione accipis, vel oculis ipse tuis nonnullos fortasse vides, qui gravissimis obstricti sceleribus, ob illa ipsa ex humili tenuique fortuna ad tyrannidem opesque maximas evehantur : tum enimvero deos quidem, quasi rerum istarum auctores, propter affinitatem cum illis tuam criminari non vis; sed partim cæco abreptus æstu, partim de diis dubitare nescius, **631** eam in mentis ægritudinem devenisti, ut eos quidem esse fateare, cæterum ab iisdem res humanas funditus negligi arbitrere. Quamobrem, ne talis opinio te in graviorem impietatis pestem conjiciat, si quo modo eam, ne longius serpat, amoliri verbis, et quasi averruncare poterimus, sequentem disputationem, cum priore illa, quam adversus eum, qui deos prorsus esse nullos putabat, ipso statim initio pertexuimus, accurate ac studiose conjungamus. Et vos quidem, o Clinia, tuque Megille, adolescentis vicem hic quoque subeuntes, ipsius loco, quemadmodum jam ante fecistis, respondetote. Ego, si quid interdum spissius inciderit, vos trans fluvium, uti adhuc feci, trajiciam. — Recte. Fac modo quod polliceris, nos vicissim quod jubes, quantum in nobis erit, faciemus. — Principio, difficile, opinor, id saltem ostendere non fuerit, diis res parvas non minus curæ esse quam maximas. Audiebam enim atque intereram, cum paulo ante diceretur, eos cum virtute omni præditos esse, tum rerum universarum curam maxime propriam ac peculiarem habere. — Ego vero id etiam admodum exaudivi. — Quod ergo sequitur, conjuncta nunc opera videamus, ecquam iis virtutem maxime tribuamus, cum eos bonos esse confitemur. Age, nonne temperantia, et intelligendi facultate præstare, virtuti assignamus, vitioque contraria? — Sane, assignamus. — Quid vero? non etiam virtuti fortitudinem, timiditatem vitio? — Prorsus. — Ex iisdem nunquid alia turpia, honesta alia esse dicimus? — Et necessario. — Præterea, si quæ in iis

τίζειν δὲ αὐτοὺς τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων, παραμυθητέον. Ὦ ἄριστε δή, φῶμεν, ὅτι μὲν ἡγῇ θεοὺς συγγένειά τις ἴσως σε θεία πρὸς τὸ ξύμφυτον ἄγει τιμᾷν καὶ νομίζειν εἶναι· κακῶν δὲ ἀνθρώπων καὶ ἀδίκων τύχαι ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, ἀληθείᾳ μὲν οὐκ εὐδαίμονες, δόξαις δὲ εὐδαιμονιζόμεναι σφόδρα, ἀλλ' οὐκ ἐμμελῶς, ἄγουσί σε πρὸς ἀσέβειαν, ἔν τε μούσαις οἷα ὀρθῶς ὑμνούμεναι ἅμα καὶ ἐν παντοίοις λόγοις. Ἢ καὶ πρὸς τέλος ἴσως ἀνοσίους ἀνθρώπους ὁρῶν ἐλθόντας γηραιοὺς, παῖδας παίδων καταλιπόντας ἐν τιμαῖς ταῖς μεγίσταις, ταράττῃ τανῦν (43), ὅταν ἐν ἅπασι τούτοις ἰδὼν, ἢ δι' ἀκοῆς αἰσθόμενος, ἢ καὶ παντάπασιν αὐτὸς αὐτῶν τινι αὐτόπτης προστυχὼν, πολλῶν ἀσεβημάτων καὶ δεινῶν γενομένων τισὶ, δι' αὐτὰ ταῦτα ὁρᾷς ἐκ σμικρῶν εἰς τυραννίδας τε καὶ τὰ μέγιστα ἀφικομένους, τότε διὰ πάντα τὰ τοιαῦτα δῆλος εἶ μέμφεσθαι μὲν θεοὺς ὡς αἰτίους ὄντας τῶν τοιούτων διὰ ξυγγένειαν οὐκ ἂν ἐθέλων, ἀγόμενος δὲ ὑπό τε ἀλογίας ἅμα καὶ οὐ δυνάμενος δυσχεραίνειν θεοὺς, εἰς τοῦτο νῦν τὸ πάθος] ἐλήλυθας, ὥστ' εἶναι μὲν δοκεῖν αὐτοὺς, τῶν δ' ἀνθρωπίνων καταφρονεῖν καὶ ἀμελεῖν πραγμάτων. Ἵνα οὖν μὴ ἐπὶ μεῖζον ἔλθῃ σοι πάθος πρὸς ἀσέβειαν τὸ νῦν παρὸν δόγμα, ἀλλ' ἐάν πως οἷον ἀποδιοπομπήσασθαι λόγοις αὐτὸ προσὼν (44) γενώμεθα δυνατοὶ, πειρώμεθα, συνάψαντες τὸν ἑξῆς λόγον, ᾧ πρὸς τὸν παράπαν οὐκ ἡγούμενον θεοὺς ἐξ ἀρχῆς διεπερανάμεθα, τούτῳ τανῦν προσχρήσασθαι. Σὺ δ', ὦ Κλεινία τε καὶ Μέγιλλε, ὑπὲρ τοῦ νέου, καθάπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ἀποκρινόμενοι διαδέχεσθε. Ἐὰν δέ τι δύσκολον ἐγγίγνηται τοῖς λόγοις, ἐγὼ σφῶν, ὥσπερ νῦν δή, δεξάμενος, διαβιβῶ τὸν ποταμόν. — Ὀρθῶς λέγεις, καὶ σὺ οὕτω ταῦτα δρᾶ, ποιήσομέν τε ἡμεῖς εἰς τὸ δυνατὸν, ἃ λέγεις. — Ἀλλ' οὐδὲν τάχ' ἂν ἴσως εἴη χαλεπὸν ἐνδείξασθαι τοῦτό γε, ὡς ἐπιμελεῖς σμικρῶν εἰσι θεοὶ οὐχ ἧττον ἢ τῷ μεγέθει διαφερόντων. Ἤκουον γάρ που, καὶ παρῆν τοῖς νῦν δὴ λεγομένοις, ὡς ἀγαθοί γε ὄντες πᾶσαν ἀρετὴν, τὴν τῶν πάντων ἐπιμέλειαν οἰκειοτάτην αὐτῶν οὖσαν κέκτηνται. — Καὶ σφόδρα γε ἐπήκουον. — Τὸ μετὰ τοῦτο τοίνυν κοινῇ συνεξετάζωμεν, τίνα λέγοντες ἀρετὴν αὐτῶν, ὁμολογοῦμεν αὐτοὺς ἀγαθοὺς εἶναι. Φέρε, τὸ σωφρονεῖν νοῦν τε κεκτῆσθαι, φαμὲν ἀρετᾶς τὰ δὲ ἐναντία, κακίας; — Φαμέν. — Τί δαί; ἀρετῆς μὲν ἀνδρείαν εἶναι, δειλίαν δὲ κακίας; — Πάνυ μὲν οὖν. — Καὶ τὰ μὲν αἰσχρὰ τούτων, τὰ δὲ καλὰ φήσομεν; — Ἀνάγκη. — Καὶ τῶν μὲν προσήκειν ἡμῖν, εἴπερ ὁπόσα φλαῦρα, θεοῖς δὲ οὔτε μέγα οὔτε σμικρὸν τῶν τοιούτων μετὸν ἐροῦμεν; — Καὶ ταῦθ' οὕτως ὁμολογοῖ πᾶς ἄν.—Τί δαί; ἀμέλειάν τε, καὶ ἀργίαν, καὶ τρυφὴν, εἰς ἀρετὴν ψυχῆς θήσομεν; ἢ πῶς λέγεις; — Καὶ πῶς; — Ἀλλ' εἰς τοὐναντίον; — Ναί.— Τἀναντία ἄρα τούτοις εἰς τοὐναντίον; — Τοὐναντίον. — Τί οὖν; τρυφῶν, καὶ ἀμελὴς, ἀργός τε, ὃν ὁ

(43) *Ταράττῃ τανῦν.* Hæc apud Platonem ita leges, ταράττῃ τανῦν ἐν ἅπασι τούτοις· ἰδὼν ἢ δι' α. α. η. κ. π. αὐτὸς αὐτόπτης προστυχὼν, etc. Ego libenter αὐτῶν τινι expunxerim, sequitur enim de pluribus γενομένων τισι. At ὅταν retineo, præsertim cum sequatur τότε. Credo etiam ἰδὼν abesse posse, nisi sit, εἰδὼς, scire autem potest, seu quod viderit, seu quod audierit.

(44) *Προσὼν.* Mallem προϊόν.

Digitized by Google

ποιητὴς (45) κηφῆσι κοθούροισι μάλιστα εἴκελον ἔφασκεν εἶναι, γίγνοιτ' ἂν ὁ τοιοῦτος (46) πᾶσιν ἡμῖν; — Ὀρθότατά γε εἰπών. — Οὐκοῦν τόν γε Θεὸν οὐ ῥητέον ἔχειν ἦθος τοιοῦτον, ὃ γέ τοι αὐτὸς μισεῖ· τῷ δέ τι τοιοῦτον φθέγγεσθαι πειρωμένῳ οὐκ ἐπιτρεπτέον. — Οὐ μὲν δή· πῶς γὰρ ἄν; — Ὧ δὴ προσήκει μὲν πράττειν καὶ ἐπιμελεῖσθαι διαφερόντως τινός· ὁ δὲ τούτου τοῦ γένους τῶν μὲν μεγάλων ἐπιμελεῖται, τῶν σμικρῶν δὲ ἀμελεῖ, κατὰ τίνα οὖν ἐπαινοῦντες τὸν τοιοῦτον λόγον, οὐκ ἂν παντάπασι πλημμελοῖμεν; Σκοπῶμεν δὲ ὧδε. Ἆρ' οὐ κατὰ δύο εἴδη τὸ τοιοῦτον πράττει ὁ πράττων, εἴτε Θεὸς εἴτε ἄνθρωπος; — Ποίῳ δὴ λέγομεν (47); — Ἢ διαφέρον οὐδὲν οἰόμενος εἶναι τῷ ὅλῳ, ἀμελουμένων τῶν σμικρῶν, ἢ ῥᾳθυμίᾳ καὶ τρυφῇ, εἰ διαφέρει ὁ δὲ ἀμελεῖ· ἢ ἔστιν ἄλλως πως γιγνομένη ἀμέλεια; Οὐ γάρ που, ὅταν γε ἀδύνατον ᾖ τῶν πάντων ἐπιμελεῖσθαι, τότε ἀμέλεια ἔσται τῶν σμικρῶν ἢ μεγάλων, μὴ ἐπιμελουμένῳ, ὧν ἂν δυνάμει Θεὸς, ἢ φαῦλός τις ὢν ἐλλιπὴς, καὶ μὴ δυνατὸς ἐπιμελεῖσθαι γίγνηται. — Πῶς γὰρ ἄν; — Νῦν δὴ δύο ὄντες τρισὶν ἡμῖν οὖσιν ἀποκρινάσθωσαν, οἱ θεοὺς μὲν ἀμφότεροι ὁμολογοῦντες εἶναι, παραιτητοὺς δὲ ἕτερος, ὁ δὲ ἀμελεῖς τῶν σμικρῶν. Πρῶτον μὲν θεοὺς ἀμφότεροί φατε γινώσκειν, καὶ ὁρᾷν, καὶ ἀκούειν πάντα, λαθεῖν δὲ αὐτοὺς οὐδὲν δυνατὸν εἶναι τῶν ὁπόσων εἰσὶν αἱ αἰσθήσεις τε καὶ ἐπιστῆμαι. Ταύτῃ δέ γε λέγετε ἔχειν ταῦτα, ἢ πῶς; — Οὕτως. — Τί δαί; δύνασθαι πάντα ὁπόσων αὖ δύναμίς ἐστι θνητοῖς τε καὶ ἀθανάτοις; — Πῶς γὰρ οὐ συγχωρήσονται καὶ ταῦτα οὕτως ἔχειν; — Καὶ μὴν ἀγαθούς τε καὶ ἀρίστους ὡμολογήκαμεν αὐτοὺς εἶναι πέντε ὄντες. — Σφόδρα γε. — Ἆρ' οὖν οὐ ῥᾳθυμίᾳ μὲν καὶ τρυφῇ ἀδύνατον αὐτοὺς ὁμολογεῖν πράττειν ὁτιοῦν τὸ παράπαν, ὄντας γε οἵους λέγομεν; Δειλίας γὰρ ἔγγονος ἔν γε ἡμῖν ἀργία, ῥᾳθυμία δὲ ἀργίας καὶ τρυφῆς. — Ἀληθέστατα λέγεις. — Ἀργίᾳ μὲν δὴ καὶ ῥᾳθυμίᾳ οὐδεὶς ἀμελεῖ θεῶν· οὐ γὰρ μέτεστιν αὐτῷ που δειλίας. — Ὀρθότατα λέγεις. — Οὐκοῦν τὸ λοιπὸν, εἴπερ ἀμελοῦσι τῶν σμικρῶν καὶ ὀλίγων τῶν περὶ τὸ πᾶν, ἢ γινώσκοντες, ὡς τὸ παράπαν οὐδενὸς τῶν τοιούτων ἐπιμελεῖσθαι δεῖ, δρῷεν ἂν τοῦτο, ἢ τί τὸ λοιπὸν πλὴν τοῦ γινώσκειν τοὐναντίον; — Οὐδέν. — Πότερον οὖν, ὦ ἄριστε καὶ βέλτιστε, θῶμέν σε λέγοντα, ὡς ἀγνοοῦντάς τε, καὶ, δέον ἐπιμελεῖσθαι, δι' ἄγνοιαν ἀμελοῦντας, ἢ γινώσκοντας ὅτι δεῖ (καθάπερ οἱ φαυλότατοι τῶν ἀνθρώπων λέγονται ποιεῖν, εἰδότες ἄλλα εἶναι βελτίω πράττειν, ὧν δὴ πράττουσι), διά τινας ἥττας ἡδονῶν ἢ λυπῶν οὐ ποιεῖν; — Πῶς γὰρ ἄν; — Οὐκοῦν δὴ τά γε ἀνθρώπινα πράγματα τῆς τε ἐμψύχου μετέχει φύσεως ἅμα, καὶ θεοσεβέστατον αὐτό ἐστι πάντων ζώων ἄνθρωπος. — Ἔοικε γοῦν. — Θεῶν γε μὴν κτήματά φαμεν εἶναι πάντα ὁπόσα θνητὰ ζῶα ἢ νεκρὰ, ὥνπερ καὶ τὸν οὐρανὸν ὅλον. —

vitiosa sunt, ea locum in nobis habere posse, nullum in diis? — Ne istud quidem a quoquam negetur. — Jam, negligentiam, otium atque delicias, utrum animi virtuti tribuimus, an non? Qui enim tribuamus? Num igitur contrario? — Certe. — Quæ sunt igitur iis contraria, contrario assignabimus. — Ita, contrario. — Quid igitur? Quisquis deliciose, negligenter et otiose vivit, nonne is ejusmodi merito a nobis omnibus habeatur, quem fucis inertibus simillimum poeta vocat? — Optime ille quidem. — Ergo nec ii mores Deo tribuendi, quos ipsemet oderit, nec ferendus quisquam, qui ita loqui audeat. — Neutrum sane: qui enim deceat? — Jam cujus sit aliquid efficere simul, et majorem in modum curare, is si ex eo genere majora curabit, negliget minora, qua tandem eum laude prosequemur, quin toto cœlo aberremus? Enimvero sic philosophemur. Nonne **632** qui aliquid ejusmodi faciat, is sive Deus fuerit, sive homo, duobus modis hoc fecerit? — Quibus tandem? — Aut, quod illam rerum minorum despicientiam, totius universi nihil interesse putet, aut si cum intersit, negligat tamen quod pigritia deliciisque vincatur: nisi alia tibi quædam occurrit negligentiæ ratio. Nec enim si omnium omnino haberi cura non possit, ei negligentiæ tribuatur, qui rerum vel minorum vel majorum curam non suscipiat, quibus curandis, sive Deus, sive humilior quispiam, propter infirmitatem suam par esse non possit. — Quis enim id jure fecerit? — Nunc igitur nobis tribus duo isti respondeant, qui cum ambo deos esse fateantur, eosdem tamen alter exorari facile, alter res minores negligere contendit. Principio, deos ambo nosse, videre, audire omnia conceditis, ac nihil eorum penitus latere posse, quæ vel sensus, vel scientia percipiat. Utrum in eo convenimus, an non? — Convenimus. — Quid illud? num illos etiam omnia posse, quæ in mortali aut immortali potestate versentur? — Nam quis hoc etiam neget? — Atqui bonos illos esse, adeoque optimos, jam nos quinque concessimus. — Et quidem libentissime. — Fieri ergo non potest, ut quod ejusmodi esse defendimus, ab iis quidquam omnino vel desidia vel mollitie fieri velimus. Nam et apud nos timiditatis fetus otium est, desidia vero atque mollities otii. — Verissime hoc tu quidem. — Deorum ergo nullus quidquam præ otio desidiaque negligit, cum timiditas in eum nulla cadat. — Et istud quam optime. — Igitur, si rerum hoc in universo minorum ac tenuiorum curam abjiciunt, reliquum est, id ut faciant, aut quod nihil prorsus eorum sibi curandum esse statuant; aut quid aliud superest, nisi ut contra sentiant? — Nihil. — Utrum igitur, vir optime, deos existimas

(45) *Ὁ ποιητής*. Hesiodus, cujus in *Ἔργ.* illud est:

. . . Ὅς κεν ἀεργὸς
Ζώῃ, κηφήνεσσι κοθούροις εἴκελος ὁρμήν.

Virgil., IV *Georg.*:

Ignavum fucos pecus a præsepibus arcent.

(46) *Τοιοῦτος*. Ficinus et Serranus vertunt, *odio habeatur*. Quæ odium significet, vox nulla est; sed Platonica trajectio, quasi diceret τοιοῦτος ἂν γίγνοιτο, ὃν ὁ ποιητής, etc. Articulus autem ὁ cum τοιοῦτος Attice conjunctus est.

(47) *Ποίῳ δὴ λέγομεν*. Rectius, quam apud Platonem Ποίῳ δή; λέγομεν.

Digitized by Google

ignorantia laborare, quamque ab iis curam suscipi oporteret, ob eamdem ignorantiam abjicere; an, cum ea sibi curanda esse noverint, tamen (quod pessimis hominibus, usu venire dicunt, qui alia quam quæ faciunt, factu meliora esse satis intelligant) seu voluptate, seu dolore victos non facere?— Quis tandem hoc illudve dicat? — Et quidem res humanæ cum animata natura præditæ sunt, tum vero animantibus omnibus religione ac divino cultu homo antecellit. — Consentaneum id hercle est.— Quidquid porro animantium, seu mortalium, seu spiritalium est, quorum in numero totum quoque cælum reponitur, id omne deorum possessionem esse concedimus.(47)—Quidni enim?—Esto igitur, hæc a diis vel exilia vel magna habeantur: utrumvis enim quis dixerit, nunquam ab iis tamen, quorum in possessione sumus, cum iidem et providentissimi et optimi sint, jure negligamur. Verum alterum hoc præterea consideremus. — Quidnam?— Noane sensus et potentia contrariam a natura habeat facilitatis ac difficultatis rationem? — Clarius, obsecro. — Parva nimirum difficilius et videre est, et audire, quam magna: ferre vero, aut tenere, aut curare parva quivis et exilia facilius, quam magna possit. — Longe profecto. — An si medicus aliquis, cum integrum corpus fidei commissum suæ curare non vellet modo, sed etiam posset, majoribus tantum partibus mederetur, minores cæteras negligeret, corpus integrum hac ejus curatione aliquando convalesceret? — Nullo sane modo. — Ne gubernatoribus quidem, imperatoribus, œconomis, aut iis qui in reip. administratione versentur, aut illi omnino generis ejusdem, si pauca quædam minorave contempserit, plurium aut majorum feliciter cura succedat. Majores quippe lapides sine minoribus firmiter cohærere posse architecti negant. — Et vero qui possent? — Caveamus ergo, ne Deum mortalibus unquam artificibus deteriorem putemus: ut cum illi propria sibi opera, tam minora quam majora, quo præstantiores ii sunt, hoc una eademque arte diligentius ac perfectius elaborent; Deus tamen, qui et sapientissimus ipse sit, et operum suorum curam suscipere velit idem ac possit, minora quibus facilius provideret, quod minora sint, tanquam piger, ac mollis quispiam et laborum magnitudine fractus, omnino despiciat, una in majorum gubernatione defixus. — Hanc de diis opinionem, mi hospes, nulla ex parte unquam probemus. Est enim hæc non impia minus, quam falsa cogitatio. — Num vero tibi jam videmur de deorum negligentia, pro rei magnitudine

A Πῶς γὰρ οὔ; — Ἤδη τοίνυν ἡ σμικρὰ ἢ μεγάλα τις φάτω ταῦτα εἶναι τοῖς θεοῖς· οὐδ' ἑτέρως (48) γὰρ τοῖς κεκτημένοις ἡμᾶς ἀμελεῖν ἂν εἴη προσῆκον, ἐπιμελεστάτοις γε οὖσι καὶ ἀρίστοις. Σκοπῶμεν δὲ ἔτι καὶ τόδε ἔτι πρὸς τούτοις. — Τὸ ποῖον; — Περί τε αἰσθήσεως καὶ δυνάμεως· ἆρ' οὐκ ἐναντίως ἀλλήλαιν πρὸς ῥᾳστώνην καὶ χαλεπότητά ἐστον πεφυκότε; — Πῶς λέγεις; — Ὁρᾷν μέν που καὶ ἀκούειν τὰ σμικρὰ χαλεπώτερον ἢ τὰ μεγάλα· φέρειν δὲ αὖ, καὶ κρατεῖν, καὶ ἐπιμελεῖσθαι τῶν σμικρῶν καὶ ὀλίγων, παντὶ ῥᾷον ἢ τῶν ἐναντίων. — Καὶ πολύ γε. — Ἰατρῷ δὴ προστεταγμένον ὅλον τι θεραπεύειν βουλομένῳ καὶ δυναμένῳ, τῶν μὲν μεγάλων ἐπιμελὲς ἔσται (49), τῶν μορίων δὲ καὶ σμικρῶν ἀμελές (50)· εἶθ' (51) ἕξει ποτὲ καλῶς αὐτὸ τὸ πᾶν; — Οὐδαμῶς. B — Οὐ μὴν οὐδέ γε κυβερνήταις, οὐδὲ στρατηγοῖς, οὐδ' οἰκονόμοις, οὐδ' αὖ τισι πολιτικοῖς, οὐδ' ἄλλῳ τῶν τοιούτων οὐδενὶ χωρὶς τῶν ὀλίγων ἢ σμικρῶν, πολλὰ ἢ μεγάλα· οὐδὲ γὰρ ἄνευ τῶν σμικρῶν τοὺς μεγάλους φασὶν οἱ λιθολόγοι λίθους εὖ κεῖσθαι.— Πῶς γὰρ ἄν; — Μὴ τοίνυν τὸν Θεὸν ἀξιώσωμέν ποτε θνητῶν δημιουργῶν ψαυλότερον, οἳ τὰ προσήκοντα αὐτοῖς ἔργα, ὅσῳπερ ἂν ἀμείνους ὦσι, τόσῳ ἀκριβέστερα καὶ τελεώτερα μιᾷ τέχνῃ σμικρὰ καὶ μεγάλα ἀπεργάζονται· τὸν δὲ Θεὸν ὄντα τε σοφώτατον, βουλόμενόν τε ἐπιμελεῖσθαι καὶ δυνάμενον, ὧν μὲν ῥᾷον ἐπιμεληθῆναι, σμικρῶν ὄντων, μηδαμῇ ἐπιμελεῖσθαι, καθάπερ ἀργὸν ἢ δειλόν τινα διὰ πόνους ῥᾳθυμοῦντα, τῶν δὲ μεγάλων. — Μηδαμῶς δόξαν τοιαύτην περὶ θεῶν, ὦ ξένε, ἀποδεχώμεθα· οὐδαμῇ γὰρ οὔτε ὅσιον, οὔτ' ἀληθὲς τὸ διανόημα διανοοίμεθ' ἄν. — Δοκοῦμεν δέ μοι (52) νῦν ἤδη καὶ μεγάλα μετρίως διειλέχθαι τῷ φιλαιτίῳ τῆς ἀμελείας περὶ θεῶν; — Ναί. — Τῷ γε βιάζεσθαι τοὺς λόγους ὁμολογεῖν αὐτὸν μὴ λέγειν ὀρθῶς (53). Ἐπῳδῶν γε μὴν προσδεῖσθαί μοι δοκεῖ μύθων ἔτι τινῶν. — Ποίων, ὦ ἀγαθέ; — Πείσωμεν τὸν νεανίαν τοῖς λόγοις (54), ὡς τῷ τοῦ παντὸς ἐπιμελουμένῳ πρὸς τὴν σωτηρίαν καὶ ἀρετὴν τοῦ ὅλου πάντ' ἐστὶ συντεταγμένα, ὧν καὶ τὸ μέρος εἰς δύναμιν ἕκαστον τὸ προσῆκον πάσχει καὶ ποιεῖ. Τούτοις δέ εἰσιν ἄρχοντες προστεταγμένοι ἑκάστοις ἐπὶ τὸ σμικρότατον ἀεὶ πάθης καὶ πράξεως, εἰς μερισμὸν τὸν ἔσχατον τέλος ἀπειργασμένοι· ὧν ἓν καὶ τὸ σὸν, ὦ σχέτλιε, μόριον, εἰς τὸ πᾶν ξυντείνει βλέπον ἀεί, καίπερ πάνσμικρον ὄν. Σὲ δὲ λέληθε (55) περὶ τοῦτο αὐτό, ὡς γένεσις ἕνεκα ἐκείνου γίνεται πᾶσα, ὅπως ᾖ τῷ τοῦ παντὸς βίῳ ὑπάρχουσα εὐδαίμων οὐσία, οὐχ ἕνεκα σοῦ γινομένη, σὺ δ' ἕνεκα ἐκείνου. Πᾶς γὰρ ἰατρὸς καὶ πᾶς ἔντεχνος δημιουργὸς παντὸς μὲν ἕνεκα πάντα ἐργάζεται, πρὸς τὸ κοινῇ ξυντείνων βέλτιστον, μέρος μὲν ἕνεκα ὅλου, καὶ οὐχὶ ὅλον μέρους ἕνεκα ἀπεργάζεται.

(47) Forte οὐδετέρως.
(48) *Ἐπιμελὲς ἔσται.* Plato, ἐπιμελουμένῳ.
(49) *Ἀμελές.* Plato, ἀμελοῦντι.
(50) *Εἶθ'.* Non habet Plato istud εἶθ'.
(51) Forte σοι.
(52) *Μὴ λέγειν ὀρθῶς.* Recte. Nam apud Platonem, ὀρθῶς respondenti Liniæ perperam tribuitur.
(53) *Τοῖς λόγοις.* Post λόγοις in priori editione addebatur, ὁμολογεῖν αὐτὸν μὴ λέγειν ὀρθῶς· sed hæc Plato non agnoscit, et superioribus ex versibus alienum in locum irrepserant.
(54) *Σὲ δὲ λέληθε*, etc. S. Augustin. lib. I *contra Academic.*, initio: *Etenim fortasse*, inquit, *quæ vulgo fortuna nominatur, occulto quodam ordine regitur, nihilque seu commodi, seu incommodi contingit in parte, quod non conveniat et congruat universo.*

Digitized by Google

Σὺ δὲ ἀγαναχτεῖς, ἀγνοῶν ὅπη τὸ περὶ σὲ ἄριστον, A τῷ παντὶ ξυμβαίνει καὶ σοὶ κατὰ δύναμιν τὴν τῆς κοινῆς γενέσεως. Ἐπεὶ δὲ ἀεὶ ψυχὴ συντεταγμένη σώματι τοτὲ μὲν ἄλλῳ, τοτὲ δ' ἄλλῳ, μεταβάλλει παντοίας μεταβολὰς δι' ἑαυτὴν ἢ δι' ἑτέραν ψυχήν, οὐδὲν ἄλλο ἔργον τῷ πεπτευτῇ λείπεται πλὴν μετατιθέναι, τὸ μὲν ἄμεινον γινόμενον ἦθος εἰς βελτίω τόπον, χεῖρον δὲ εἰς τὸν χείρονα, κατὰ τὸ πρέπον αὐτῶν ἕκαστον, ἵνα τῆς προσηκούσης μοίρας λαγχάνῃ. — Πῇ λέγεις; — Ἥπερ ἂν ἔχοι λόγον ῥᾳστώνη ἐπιμελείας Θεοῦ τῶν πάντων, ταύτῃ μοι δοκῶ φράζειν. Εἰ μὲν γὰρ πρὸς τὸ ὅλον ἀεὶ βλέπων πλάττοι τις, μετασχηματίζων τὰ πάντα (οἷον ἐκ πυρὸς ὕδωρ ἐμψύχων [56]), καὶ μὴ ξύμπολλα ἐξ ἑνὸς ἢ ἐκ πολλῶν ἕν, πρώτης ἢ δεύτερας, ἢ καὶ τρίτης γενέσεως μετειληφότα, πλήθεσιν ἄπειρ' ἂν εἴη, τῆς μετατιθεμένης (57) κοσμήσεως· νῦν δ' ἔστι θαυμαστὴ ῥᾳστώνη τῷ τοῦ παντὸς ἐπιμελουμένῳ. — Πῶς αὖ λέγεις; — Ὧδε. Ἐπειδὴ κατεῖδεν ἡμῶν ὁ βασιλεὺς ἐμψύχους οὔσας τὰς πράξεις ἁπάσας, καὶ πολλὴν μὲν ἀρετὴν ἐν αὐταῖς οὖσαν, πολλὴν δὲ κακίαν· ἀνώλεθρον δὲ ὂν γενόμενον, ἀλλ' οὐκ αἰώνιον, ψυχὴν καὶ σῶμα, καθάπερ οἱ κατὰ νόμον ὄντες θεοί· (γένεσις γὰρ οὐκ ἂν ποτε ἦν ζώων, ἀπολομένου τούτοιν θατέρου·) καὶ τὸ μὲν ὠφελεῖν ἀεὶ πεφυκὸς ὄν, ἀγαθὸν ψυχῆς, διενοήθη, τὸ δὲ κακὸν βλάπτειν (58)· ταῦτα πάντα ξυνιδὼν, ἐμηχανήσατο ποῦ κείμενον ἕκαστον τῶν μερῶν νικῶσαν ἀρετὴν, ἡττωμένην δὲ κακίαν ἐν τῷ παντὶ παρέχοι μάλιστ' ἂν καὶ ῥᾷστα καὶ ἄριστα. Μεμηχάνηται δὴ πρὸς πᾶν τοῦτο, τὸ ποιόν τι γιγνόμενον ἀεὶ ποίαν ἕδραν δεῖ μεταλαμβάνον οἰκίζεσθαι καὶ τίνας ποτὲ τόπους· τῆς δὲ γενέσεως τοῦ ποίου τινὸς ἀφῆκε ταῖς βουλήσεσιν ἑκάστων ἡμῶν τὰς αἰτίας. Ὅπῃ γὰρ ἂν ἐπιθυμῇ, καὶ ὁποῖός τις ὢν τὴν ψυχὴν, ταύτῃ σχεδὸν ἑκάστοτε καὶ τοιοῦτος γίγνεται ἅπας ἡμῶν, ὡς τοπολύ. — Τὸ γοῦν εἰκός. — Μεταβάλλει μὲν τοίνυν πάνθ' ὅσα μέτοχά ἐστι ψυχῆς, ἐν αὐτοῖς κεκτημένα τὴν τῆς μεταβολῆς αἰτίαν· μεταβάλλοντα δὲ φέρεται κατὰ τὴν τῆς εἱμαρμένης τάξιν καὶ νόμον· σμικρότερα μὲν τῶν ἠθῶν μεταβάλλοντα, ἐλάττω (59), κατὰ τὸ τῆς χώρας ἐπίπεδον μεταπορεύεται· πλείω δὲ καὶ ἀδικώτερα, μεταπεσόντα εἰς βάθος, τά τε κάτω λεγόμενα τῶν τόπων, ὅσα ᾅδην τε, καὶ τὰ τούτων ἐχόμενα τῶν ὀνομάτων ἐπονομάζοντες, σφόδρα φοβοῦνται καὶ ὀνειροπολοῦσι ζῶντες, διαλυθέντες τε τῶν σωμάτων. Μείζω δὴ D ψυχὴ (60) κακίας ἢ ἀρετῆς ὁπόταν μεταβάλλῃ, διὰ τὴν αὐτῆς βούλησίν τε καὶ ὁμιλίαν γενομένην ἰσχυρὰν, ὁπόταν μὲν ἀρετῇ θείᾳ προσμίξασα γίνηται διαφερόντως τοιαῦτα διαφέροντα (61), καὶ μετέβαλε

mediocriter cum homine contentioso disputasse? — Certe. — Saltem ut is perperam se locutum esse fateri cogatur. At nunc eidem quibusdam præterea verisimilibus argumentis, quasi cantionum illecebris opus videtur. — Quibus tandem, bone vir? — Quibus adductus adolescens hoc sibi persuadeat, qui universi curam susceperit, eum ad illius salutem vimque conservandam, ordinata et constituta habere omnia, sic ut partes etiam singulæ, quidquid ad eas pertinet, pro suis viribus patiantur, et agant. Eæ vel minutissimis in rebus, quæ sibi aut subeundæ sint, aut præstandæ, suos quæque principes ac præfectos habent, qui finem ad ultimam usque particulam integre accurateque perducant. **634** E quibus una etiam est tua, miselle, particula, quæ tametsi perpusilla sit, ad universum tamen per sese tendit semper ac respicit. Ignoras tu vero interea, ortus rerum omnes universi causa fieri, ut vitam ejus complexa natura in summa felicitate versetur: qui profecto illius gratia factus es, non illa tui. Siquidem medicus omnis, omnisque peritus artifex, sic totius causa omnia perficit, sic unum illud quod communiter optimum sit intuetur, ut totius causa partem, non totum partis causa moliatur. Tu vero indignaris, quod nescias, id quod in te optimum est, quemadmodum vi quadam communis ortus, universo tibique conveniat. Et quoniam animus cum corpore semper, alio tamen alioque complexus, nullum non mutationis genus subit, cum sua, tum alterius cujusdam animi causa, sortis nostræ moderatori reliquum hoc unum est, uti mores, si meliores effecti erunt, meliorem, sin autem deteriores, deteriorem in locum pro sua cujusque ratione traducat, ut sedem singula convenientem ac propriam sortiantur. — Clarius ista, sodes. — Equidem ita loquor, quomodo res omnes Deo curæ esse facilius intelligi possit. Etenim, si quis semper ad totum respiciens, ita fingeret ac refingeret omnia (ut si aquam igne animaret), tamen ut neque multa ex uno, neque e multis unum aliquid efficeret, ea sane posteaquam primam, aut secundam, aut tertiam generationem subiissent, ista rerum ordinisque mutatione, infinitum quantum augerentur. Nunc vero, universi moderatori facilitas quædam admirabilis suppetit. — Necdum istud intelligo. — Audi ergo. Novit rex ille noster, actiones omnes animatas esse, easdem cum virtutis habere, tum etiam vitiositatis plurimum: animum item et corpus, ut pestem ex se nullam habeant, carere tamen immortera.

(56) *Ἐμψύχων*. Legebatur ἔμψυχον, ut apud Platonem, sed adnotat Serranus alibi etiam legi ἐμψύχου ex quo ἐμψύχων facere malui; vere enim aqua illa, quæ frigida prius et immota consistebat, subjecto igne incalescens et ebullions, μετασχηματίζεται, ac propemodum ἐμψύχεται.

(57) *Τῆς μετατιθεμένης*. Usitatius et clarius diceretur, μετατιθεμένης τῆς κοσμήσεως.

(58) *Τὸ δὲ κακὸν, βλάπτειν*. Mallem, τὸ δὲ βλάπτειν, κακόν.

(59) *Ἐλάττω*. Forte, ἐλάττω μὲν καὶ δικαιότερα, ut iis opponantur quæ paulo post πλείω καὶ ἀδικώτερα.

(60) *Μείζω δὴ ψυχή*. Corruptus hic locus est. Editio Ficini et Serrani habet, μείζων δὲ δὴ ψ. κ. η. α. ο. μεταλάβῃ. Conjiciebam, μείζων δὴ ψ. κακίαν ἢ ἀρετῇ (vel κακίαν ἢ ἀρετὴν) ὁπόταν μεταβάλλῃ.

(61) *Τοιαῦτα διαφέροντα*. Plato, τοιαύτη διαφέροντα. Serranus aliam lectionem affert, τοιαύτη διαφερέται. Ergo, si τοιαύτη retineatur, et διαφέροντα, vel διαφέρεται rejiciatur, obscuritatis nihil admodum fore arbitror. — Legi posse opinatur Heinichen τοιαύτη, διαφέροντα καὶ μετέβαλε. Edit.

Digitized by Google

talitate, qua veri legitimique dii perfruantur (alioqui nulla unquam animantium generatio fieret, altero morte sublato) ; ad extremum, quidquid jurare per sese potest, id omne animi bonum, quidquid nocere solet, malum esse statuit. Quibus omnibus exploratis, molitus hoc demum est, quemadmodum ita partes singulæ constituerentur, uti cum maxime, tum etiam facillime atque optime, certam in universo virtutis victoriam facerent, vitiositate prostrata. Quam in rem universi bono excogitavit, quam quodque sedem pro naturæ suæ conditione, quemque locum aliquando sortiri firmum ac stabilem oporteret. At vero, ut talis quisque talisve fieret, causas omnes nostræ in voluntatis potestate reliquit. Qualis enim **635** cupiditate quisque et animo fuerit, talis fere passim esse solet.— Et consentaneum id quidem. — Quæcunque igitur animo prædita sunt, mutantur omnia, quod in se ipsis causam mutationis habeant. Qua in mutatione, fati præscriptum ac legem sequuntur. Quorum enim animorum tolerabiliores fuerint remissioresque mores, ii dum ea mutatio fit, utpote leviores, in summum regionis solum commeant ; quorum autem graviores et injustiores, ii vastam in altitudinem, et depressiora loca detruduntur, quæ qui adhuc vivunt, quique corporibus soluti jam sunt, inferorum, ac similibus aliis nominibus admodum horrere, ac sæpius somniare solent. Ita, cujus animi cum suapte voluntate, tum acri et corroborata consuetudine major aut vitiositas, aut virtus exstiterit, is sub illam mutationem, si divinam ad virtutem adhæserit, ejusque singulariter et eximie similis fuerit, sedem quoque suam alioqui sanctissimam, cum alia quadam adhuc meliore commutat. Qui vero contrariam viam institerit, vitam quoque deinceps contrariis in locis, et contraria sorte degit. Ea judicii ratio, mi adolescens, qui te a dijs negligi arbitraris, a diis qui in Olympo versantur, constituta est : ut qui deterior fuerit, ad deteriorum ; qui melior, ad meliorum animorum societatem commigret ; et cum in vita, tum quolibet mortis in genere, quibus a similibus similes affici deceat, patiatur atque agat omnia. Hoc judicium neque tu, neque alius quisquam defugisse se, atque ita deos ipsos superasse gloriabitur : quippe quod ejus auctores maxime præ cæteris omnibus sanctum esse voluerint, omnisque propterea vereri oporteat ; nec enim illud te unquam præteribit. Nec tam pusillus tenuisque ges, ut ab eo te in abditos terræ sinus latebrasque subducas : nec vero tam sublimis, ut in cœlum evoles. At dignas omnino pœnas daturus ipse es, sive hic maneas, sive trajiciaris ad inferos, sive ad locum aliquem iis adhuc horridiorem deferaris.

τόπον ἄγιον ὅλον, μετακομισθεῖσα εἰς ἀμείνω τινὰ τόπον ἕτερον· ὅταν δὲ τἀναντία ἐπὶ τἀναντία μεθιδρύσατο (62) τὸν αὐτῆς βίον. Αὕτη τοι δίκη ἐστὶ θεῶν, οἳ Ὄλυμπον ἔχουσιν, ὦ παῖ, καὶ νεανίσκε, ἀμελεῖσθαι δοκῶν ὑπὸ θεῶν· κακίω μὲν γινόμενον, πρὸς τὰς κακίους ψυχάς, ἀμείνω δὲ πρὸς τὰς ἀμείνους πορευόμενον, ἔν τε ζωῇ καὶ ἐν πᾶσι θανάτοις, πάσχειν τε (63) ἃ προσῆκον δρᾶν ἐστι τοῖς προσφυέσι (64) τοὺς προσφερεῖς, καὶ ποιεῖν. Ταύτης τῆς δίκης οὔτε σὺ μήποτε, οὔτ' ἄλλος ἀτυχὴς (65) γενόμενος ἐπεύξεται περιγενέσθαι θεῶν· ἣν πασῶν δίκην δικῶν διαφερόντως ἑταξάν τε οἱ τάξαντες, χρεών τε ἐξευλαβεῖσθαι τὸ παράπαν. Οὐ γὰρ ἀμεληθήσῃ ποτὲ ὑπ' αὐτῆς· οὐχ οὕτω σμικρὸς ὢν δύσῃ κατὰ τὸ τῆς γῆς βάθος, οὐδ' ὑψηλὸς γενόμενος εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναπτήσῃ· τίσεις δὲ σαυτῷ τὴν προσήκουσαν τιμωρίαν εἴτ' ἐνθάδε μένων, εἴτε καὶ ἐν ᾅδου διαπορευθείς, εἴτε καὶ τούτων εἰς ἀγριώτερον (66) ἔτι διακομισθεὶς τόπον. Ὁ αὐτὸς δὲ λόγος σοι καὶ περὶ ἐκείνων ἂν εἴη, τῶν οὓς σὺ κατιδὼν ἐκ σμικρῶν μεγάλους γεγονότας, ἀνοσιουργήσαντας, ἢ τι τοιοῦτον πράξαντας, ὡήθης ἐξ ἀθλίων εὐδαίμονας γεγονέναι, καὶ ὡς ἐν κατόπτροις αὐτῶν ταῖς πράξεσιν ἠγῆσω καθεωρακέναι τὴν πάντων ἀμέλειαν θεῶν, οὐκ εἰδὼς αὐτῶν τὴν συντέλειαν, ὅπη ποτὲ τῷ παντὶ ξυμβάλλεται Γινώσκειν δὲ αὐτήν, ὦ πάντων ἀνδρειότατε, πρὸς οὐδὲν δοκεῖς (66*), ἢν τις μὴ γινώσκων, οὐδ' ἂν τύπον ἴδοι ποτὲ, οὐδὲ λόγον ξυμβάλλεσθαι περὶ βίου δυναὸς ἂν γένοιτο, εἰς εὐδαιμονίαν τε καὶ δυσδαίμονα τύχην. Ταῦτα εἰ μέν σε πείθει Κλεινίας δδε, καὶ ξύμπασα ἡμῶν ἥδε ἡ γερουσία, περὶ θεῶν ὡς οὐκ οἶσθα δ τι λέγεις, καλῶς ἂν σοι Θεὸς αὐτὸς ξυλλαμβάνοι· εἰ δ' ἐπιδεὴς ἔτι λόγου ἂν εἴης, λεγόντων ἡμῶν πρὸς τὸν τρίτον ἐπάκουε, εἰ νοῦν καὶ ὁπωσοῦν ἔχεις. » Τοίνυν ὁ νοῦς, εἰ καὶ μὴ τὰ ῥήματα, ἐν τοῖς Ἑβραίων λογίοις προκαταβέβληται, συντομώτατα, καὶ δι' ὀλίγων τῆς διανοίας περιεχομένης. Τό τε γὰρ, « Οὐχ οὕτω σμικρὸς ὢν δύσῃ κατὰ τὸ τῆς γῆς βάθος, οὐδ' ὑψηλὸς γενόμενος εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναπτήσῃ, » ὅμοιον ἂν εἴη τῷ παρὰ τῷ Δαυὶδ, τοῦτον ἔχοντι τὸν τρόπον· « Ποῦ πορευθῶ ἀπὸ πνεύματός σου, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου ποῦ φύγω ; Ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανὸν, σὺ ἐκεῖ εἶ· ἐὰν καταβῶ εἰς τὸν ᾅδην, πάρει. Εἰ ἀναλάβοιμι πτέρυγας, καὶ κατασκηνώσαιμι εἰς τὰ ἔσχατα τῆς θαλάσσης· καὶ γὰρ ἐκεῖ ἡ χείρ σου ὁδηγήσει με· » ἀλλὰ καὶ τό· « Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ, καὶ ποίησιν χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα. » Καὶ πάλιν ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ τό· « Ἀναβλέψατε εἰς ὕψος τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ ἴδετε, τίς κατέδειξε ταῦτα πάντα· » καὶ τό· « Ἐκ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων ἀναλόγως ὁ Γενεσιουργὸς θεωρεῖται· » καὶ τό· « Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ, ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης· » ἀλλὰ καὶ τὸ, « Ἐζήλωσε

(62) *Μεθιδρύσατο.* Melius quam apud Platonem, μεθιδρύσασα, convenit enim cum præcedenti μετέβαλε.

(63) *Πάσχειν τε.* Plato post πάσχειν τε, addit καὶ ποιεῖν, quod hic in periodi finem rejicitur.

(64) *Προσφυέσι.* Plato, προσφερέσι, melius, cum sequatur προσφερεῖς.

(65) *Ἀτυχὴς.* Ficinus legit, εὐτυχὴς.

(66) *Ἀγριώτερον.* Plato, ἀγριώτερον, quod magis placet, vel ἀποπώτερον, ut etiam legi Serranus adnotat.

(66*) Lege Πῶς οὐ δεῖν.

Digitized by Google

ἐπὶ ἀνόμοις, εἰρήνην ἁμαρτωλῶν θεωρῶν· » μεταπεφράσθαι μοι δοκεῖ ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος διὰ τοῦ· « Ὁ αὐτὸς δὲ λόγος σοι καὶ περὶ ἐκείνων ἂν εἴη, τῶν οὓς σὺ κατιδὼν ἐκ μικρῶν μεγάλους γεγονότας, ἀνοσιουργήσαντας, ἢ τι τοιοῦτον πράξαντας, ὡφθης ἐξ ἀθλίων εὐδαίμονας γεγονέναι. » Καὶ τὰ ἄλλα δὲ, ὅσα τούτοις ὁμοίως εἴρηται, προῦλαβε τὴν εἰς πλάτος ἐκτεθεῖσαν τοῦ Πλάτωνος ἑρμηνείαν ἐν τοῖς Ἑβραίων λόγοις. Ἕκαστον δ' οὖν αὐτῶν κατὰ μέρος εὕροις ἂν ἀκριβῶς ἐξετάζων τοῖς Ἑβραίων συμφερόμενον γράμμασι. Ἑβραίων δὲ εἶναι λόγους, οὐ μόνον τὰ παρὰ Μωϋσῇ λόγιά φημι, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ἄλλων μετὰ Μωϋσέα θεοφιλῶν ἀνδρῶν, εἴτε προφητῶν εἴτε καὶ ἀποστόλων τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ὧν ἡ τῶν δογμάτων συμφωνία, μιᾶς εἰκότως αὐτοὺς καὶ τῆς προσηγορίας ἀξιώσειεν.

A Quod ipsum tibi de illis quoque statuendum est, quos tu cum ex parvis magnos evasisse, post grave aliquod vel impietatis, vel alterius sceleris exemplum videres, beatos ex miseris factos putabas; et quorum in maleficiis, tanquam in speculis, quam abs diis omnia negligantur, videre tibi videbare, ignorans videlicet, qui tandem aut qua parte istorum finis et exitus cum universi rationibus coliæreret. Illum porro, vir generosissime, qui tandem sciens volensque negligere potes, qui tamen ejusmodi est, ut qui ab ejus cognitione **636** imparatus sit, nihil unquam vel animo informare possit, nec ullam de humanæ vitæ seu felicitate, seu miseria disputationem instituere. Hoc si tibi Clinias iste de diis, ac senatus hic noster omnis persuadere poB tuerit, nescire te quid loquare, singulare a Deo ipso opus habebis, age porro, nosque de tertio illo dis-

beneficium acceperis. Sin longiori adhuc oratione serentes, si quid omnino mentis habes, attende. » Hæc Plato. Quorum sane mens, si minus verba ipsa, multo ante Hebræorum exstabat in litteris, sed brevissime ac paucissimis vocibus comprehensa sententia. Nam illud quidem, « Nec tam pusillus fies, ut ab ejus te oculis in abditos terræ sinus latebrasque subducas; nec vero tam sublimis, ut in cœlum evoles, » dicto huic Davidico proximum est: « Quo ibo a spiritu tuo? et quo a facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es; si descendero in infernum, ades. Si sumpsero pennas, et habitavero in extremis maris; etenim illuc manus tua deducet me [1]; » deinde hoc ejusdem prophetæ: « Cœli enarrant gloriam Dei, et opera manuum ejus annuntiat firmamentum [2]; » itemque illud Isaiæ: « Tollite in altum oculos vestros, et videte, quis ostendit hæc omnia [3]; » et hoc: « Ex magnitudine et pulchritudine creaturarum Creator cum proportione spectatur [4]; » et hoc: « Invisibilia enim ejus a creatura mundi, per hæc quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque ejus virtus ac divinitas [5]; » postremo istud: « Zelavi super iniquos, pacem peccatorum videns [6]: » hæc omnia interpretatus videtur Plato dum ait, « Hoc ipsum tibi de illis quoque statuendum est, quos tu cum ex parvis magnos evasisse, post grave aliquod impietatis, vel alterius sceleris exemplum videres, beatos ex miseris factos putabas. » Ac cætera quæ eamdem in sententiam dicta sunt, in Hebræorum monimentis fusiorem illam Platonis explicationem occuparunt. Quæ tu singula, si accurate ac diligenter expendes, cum Hebræorum doctrina consentire reperies. Hebræorum autem librorum nomine, non sola Moysis oracula intelligo, sed aliorum etiam qui post eum scripsere, hominum Deo charissimorum, seu prophetæ, seu nostri quoque Servatoris apostoli fuerint, quibus ob summam dogmatum consensionem, una atque eadem appellatio jure tribuatur.

[1] Psal. CXXXVIII, 7. [2] Psal. XVIII, 2. [3] Isa. XL, 26. [4] Sap. XIII, 5. [5] Rom. I, 20. [6] Psal. LXXII, 3.

ΠΡΟΠΑΡΑΣΚΕΥΗΣ ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΡΙΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΝ.

PRÆPARATIONIS EVANGELICÆ

LIBER DECIMUS TERTIUS.

ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΤΟ ΤΡΙΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

α'. Ὅπως ὁ Πλάτων τῆς Ἑλληνικῆς θεολογίας ἀπήλεγξε τὴν ἀτοπίαν. Ἐκ τοῦ Τιμαίου.

637 *LIBRI DECIMI TERTII CAPITA.*

1. *Quemadmodum Plato Græcæ theologiæ ineptias coarguerit. Ex* Timæo.

Digitized by Google

2. *De eodem. Ex* Epinomide.

3. *Ex sec.* De republ. *De eodem : ac præterea Deum malorum auctorem non esse.*

4. *Præter obscenas fabulas, nihil istas de Græcis numinibus narrationes continere ; Socratemque, quod iis fidem non haberet, ab Atheniensibus interfectum esse. Ex* Euthyphrone.

5. *Ex Numenii lib.* De Platonis arcanis, *eamdem in rem.*

6. *In vulgi opiniones abeundum non esse, nec ab instituto suo, vel mortis metu discedendum. Ex* Critone.

7. *Reponendam iis non esse, a quibus injuriose tractemur, injuriam. Ex eodem.*

8. *Quæ semel recte statueris, ea ne mortis quidem metu abjicienda esse. Id quod in eos conveniet, qui persecutionum temporibus religionem ejurant.*

9. *Qualis animo sit oportet, qui mortis metu susceptum institutum ejuret.*

638 10. *Mortem veritatis causa non esse fugiendam. Ex* Socratis Apologia.

11. *Quemadmodum eorum mortem, qui vitam gloriose profuderunt, celebrari oporteat. Ex Platone.*

12. *Aristobulum Peripateticum etiam ante nos confessum esse, Hebræis e fontibus suam Græcos hausisse philosophiam.*

13. *Quæ a Græcis recte scripta fuerint, ea cum Hebræorum doctrina consentire, a Clemente præterea ostenditur* Strom. *quinto.*

14. *Non recte de omnibus pronuntiasse Platonem ; eoque nos haud absque ratione ab ejus philosophia discessisse, atque Hebræorum oracula complexos esse.*

15. *Non in omnibus Platonis, sed Hebræorum probandam esse de spiritalibus naturis disputationem.*

16. *De animo non recte, ut Hebræos, in omnibus sensisse Platonem.*

17. *Non quemadmodum Platoni visum est, animi naturam duabus ex partibus, quarum altera patiendi necessitate libera, patibilis altera sit, esse conflatam. Ex Severi Platonici disputatione* De animo.

18. *De cælo, deque collucentibus in eo sideribus, haud recte omnino sensisse Platonem. Ex* Epinomide, Timæo *et* Leg. x. *Quæ Moyses coli omnia vetuit, quemadmodum Hebræus etiam Philo interpretatur.*

19. *Quænam minus recte Plato de mulieribus statuerit.*

20. *Quænam Plato de infando amore in* Phædro *statuerit : quibus contraria sunt a Moyse sancita.*

21. *De legibus Platonis ad cædes pertinentibus, magna illa hominis mente indignis : quibuscum Moysis leges committendæ.*

639 PROŒMIUM.

Cum superioribus libris viderimus, Platonica ut plurimum philosophia, Moysis et sacrorum apud Hebræos oraculorum quamdam quasi Græcam in linguam conversionem continerî : nos deinceps partim quæ huic disputationî desunt adjungemus, partim quæ a superioris memoriæ scriptoribus in similium locorum tractatione dicta sunt, persequemur ; ad extremum speciosam illam nonnullorum criminationem diluemus : Ecquid tandem causæ sit, quamobrem si Moysi tam consentanee Plato philosophatus est, Moysis potius quam Platonis

A β'. Ἔτι ἀπὸ τοῦ λόγου Ἐπινομίδος, περὶ τοῦ αὐτοῦ.

γ'. Ἔτι ἀπὸ τοῦ δευτέρου τῆς Πολιτείας, περὶ τοῦ αὐτοῦ, καὶ περὶ τοῦ μὴ εἶναι τὸν Θεὸν τῶν κακῶν αἴτιον.

δ'. Ὅτι πλέον οὐδὲν τῶν αἰσχρῶν μύθων αἱ περὶ τῶν Ἑλληνικῶν θεῶν διηγήσεις περιέχουσιν, αἷς μὴ πειθόμενον Σωκράτην ἐκτεῖναι Ἀθηναίους. Ἀπὸ Εὐθύφρονος.

ε'. Νουμηνίου, ἐκ τῶν παρὰ Πλάτωνι Ἀπορρήτων, περὶ τοῦ αὐτοῦ.

ς'. Ὅτι μὴ δεῖ ταῖς τῶν πολλῶν προσέχειν δόξαις, μηδὲ τῆς ἰδίας μεταθέσθαι προαιρέσεως διὰ θανάτου φόβον. Ἀπὸ τοῦ Κρίτωνος.

ζ. Ὅτι μὴ δεῖ ἀμύνεσθαι τοὺς ἀδικεῖν ἡμᾶς παρεσκευασμένους. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.

η'. Ὅτι μὴ δεῖ τὰ ἅπαξ ὀρθῶς κριθέντα ἀθετεῖν, μηδ' εἰ θάνατόν τις ἐπάγοι. Ἁρμόσει δὲ πρὸς
B τοὺς ἐν καιροῖς διωγμῶν ἐξομνυμένους τὴν εὐσέβειαν.

θ'. Ὁποῖός ποτε ἔσται τὴν διάθεσιν ὁ διὰ θανάτου φόβον ἐξομνύμενος τὴν οἰκείαν πρόθεσιν.

ι'. Ὅτι μὴ δέοι φεύγειν τὸν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας θάνατον. Ἀπὸ τῆς Σωκράτους Ἀπολογίας.

ια'. Ὅπως δέοι τιμᾶν τὸν θάνατον τῶν εὐκλεῶς μεταλλαξάντων τὸν βίον· ἐκ τοῦ Πλάτωνος.

ιβ'. Ὅπως καὶ ὁ πρὸ ἡμῶν ἐξ Ἑβραίων Ἀριστόβουλος ὁ Περιπατητικὸς ἐκ τῆς παρ' Ἑβραίοις φιλοσοφίας ὁμολογεῖ τοὺς Ἕλληνας ὡρμῆσθαι.

ιγ'. Ὡς καὶ Κλήμης ὁμοίως τὰ καλῶς Ἕλλησιν εἰρημένα σύμφωνα τυγχάνειν τοῖς Ἑβραίων παρίστησι δόγμασιν. Ἀπὸ τοῦ ε' Στρωματέως.

ιδ'. Ὅτι μὴ πάντα ἐπιτυχῶς εἴρηται τῷ Πλάτωνι· διὸ οὐκ ἀλόγως τὴν κατ' αὐτὸν παρητήμεθα φιλοσοφίαν, τὰ δὲ Ἑβραίων ἀποδεχόμεθα λόγια.

C ιε'. Ὅτι μὴ καθόλου ὀρθῶς ὁ Πλάτων τὸν περὶ τῶν νοητῶν οὐσιῶν ἐχώδευσε λόγον, ἀλλ' Ἑβραῖοι.

ις'. Ὅτι μὴ Ἑβραίοις ὁμοίως κατὰ πάντα ὀρθῶς ἐδόξασε περὶ ψυχῆς ὁ Πλάτων.

ιζ'. Ὅτι κατὰ Πλάτωνα μὴ ἐξ ἀπαθοῦς καὶ παθητῆς οὐσίας, ἡ τῆς ψυχῆς συνέστηκε φύσις. Ἀπὸ τῶν Σευήρου τοῦ Πλατωνικοῦ, Περὶ ψυχῆς.

ιη'. Περὶ οὐρανοῦ καὶ τῶν ἐν αὐτῷ φωστήρων, ὅτι μὴ καθόλου ὀρθῶς ἐδόξασεν ὁ Πλάτων. Ἀπὸ τῆς Ἐπινομίδος, καὶ τοῦ Τιμαίου, καὶ τοῦ δεκάτου τῶν Νόμων. Ἅπερ Μωσῆς σέβειν ἀπαγορεύει, ὡς καὶ ὁ Ἑβραῖος Φίλων ἑρμηνεύει.

ιθ'. Ὁποῖα περὶ γυναικῶν οὐκ ὀρθῶς ὁ Πλάτων διετάξατο.

κ'. Ὁποῖα περὶ ἔρωτος ἐκθέσμου ὁ αὐτὸς διετάξατο ἐν Φαίδρῳ, οἷς Μωσῆς ἀντινομοθετεῖ.

D κα'. Περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι φονικῶν νόμων, οὐκ ἀξίων ὄντων τῆς μεγαλονοίας αὐτοῦ, οἷς τοὺς Μωσέως ἀντιπαραβλητέον.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Ἐπειδὴ πέφηνεν ἐν τοῖς πρὸ τούτου συγγράμμασιν ἡ κατὰ Πλάτωνα φιλοσοφία κατὰ τὰ πλεῖστα, Μωσέως καὶ τῶν παρ' Ἑβραίοις ἱερῶν λόγων ἑρμηνείαν ὥσπερ ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα φωνὴν περιέχουσα, ἔρχομαι νῦν ὁμοῦ καὶ τὰ λείποντα προσαποδοῦναι τῷ λόγῳ, καὶ τὰ τοῖς πρὸ ἡμῶν εἰς τοὺς τόπους εἰρημένα διελθεῖν· ὁμοῦ καὶ διαβολῆς εὐλόγου αἰτίαν ἀπολυσόμενος, εἰ δή τις ἡμῖν ἐπικαλῶν φαίη. Τί δήποτ' οὖν, Μωσέως καὶ Πλάτωνος τὰ συμβάντα περὶ φιλοσοφηκότων, οὐχὶ τὰ Πλάτωνος, ἀλλὰ τὰ Μωσέως μέτιμεν, τοὔμπαλιν δέον, ὅτι δὴ πρὸς τοῖς ἴσοις δό-

Digitized by Google

γμασι προσήκων ἡμῖν γένοιτ' ἂν Ἕλλησιν οὖσιν ὁ Ἑλληνικὸς μᾶλλον ἢ ὁ βάρβαρος. Ὀκνῶν δὲ ἀπαντῆσαι πρὸς τοῦτο, αἰδοῖ τῇ πρὸς τὸν φιλόσοφον, τοῦτον μὲν εἰς ὕστερον ἀνατίθεμαι τὸν λόγον· τὰ δέ γε πρῶτά μοι λεχθέντα πρῶτα διασκέψομαι. Λαβὼν οὖν ἀνάγνωθι, ὁποίαν ἐπήγετο δόξαν ὁ Πλάτων περὶ τῶν Ἑλληνικῶν θεολόγων τε καὶ ποιητῶν, ὅπως τε πάσας τὰς πατρίους περὶ τῶν θεῶν ὑπολήψεις ἠθέτει, καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς ἀτοπίαν διήλεγχεν.

A doctrinam sequamur, cum secus utique factum oporteret, quod præter dogmatum similitudinem, nobiscum etiam, utpote Græcis, Græco magis homini quam barbaro conveniret. Et quoniam ego, qua philosophum hunc observantia prosequor, huic adhuc reprehensioni occurrere vereor, hac tantisper oratione dilata, quæ primum ab me proposita sunt, ea primo loco discutiam. Sume ergo mihi Platonem, ac perlege, qualem ipse demum habuerit Græcorum theologorum ac poetarum opinionem, et quemadmodum patrias omnes de diis sententias rejecerit, earumque ineptias coarguerit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Ὅπως ὁ Πλάτων τῆς Ἑλληνικῆς θεολογίας ἀπήλεγχε τὴν ἀτοπίαν. Ἐκ τοῦ Τιμαίου.

« Περὶ δὲ τῶν ἄλλων (67) δαιμόνων εἰπεῖν τε καὶ γνῶναι τὴν γένεσιν μεῖζον ἢ καθ' ἡμᾶς. Πιστευτέον δὲ τοῖς εἰρηκόσιν ἔμπροσθεν, ἐκγόνοις μὲν θεῶν οὖσιν, ὡς ἔφασαν, σαφῶς δέ που τοὺς ἑαυτῶν προγόνους εἰδόσιν. Ἀδύνατον οὖν θεῶν παισὶν ἀπιστεῖν, καίπερ ἄνευ εἰκότων καὶ ἀναγκαίων ἀποδείξεων λέγουσιν· ἀλλ' ὡς οἰκεῖα φάσκουσιν ἀπαγγέλλειν, ἑπομένους τῷ νόμῳ πιστευτέον. Οὕτως οὖν κατ' ἐκείνους ἡμῖν ἡ γένεσις περὶ τούτων τῶν θεῶν ἐχέτω, καὶ λεγέσθω. Γῆς τε καὶ Οὐρανοῦ παῖδες Ὠκεανός τε καὶ Τηθὺς ἐγενέσθην· τούτων δὲ Φόρκυς, Κρόνος τε, καὶ Ῥέα, καὶ ὅσοι μετὰ τούτων· ἐκ δὲ Κρόνου καὶ Ῥέας, Ζεύς, Ἥρα τε, καὶ πάντες ὅσους ἴσμεν ἀδελφοὺς λεγομένους αὐτῶν, ἔτι τε τοὺς τούτων ἄλλους ἐγγόνους. » Διὰ τούτων πιστεύειν τοῖς περὶ θεῶν μύθοις, καὶ αὐτοῖς δὲ τοῖς τῶν μύθων ποιηταῖς, ὡς δὴ θεῶν ἐγγόνοις οὖσι παρακελευσάμενος, πρῶτα μὲν διὰ τοῦ φάναι ἐγγόνους εἶναι τῶν θεῶν τοὺς ποιητὰς χλευάζειν μοι δοκεῖ, ὡς καὶ τῶν θεῶν ἀνθρώπων γεγονότων, καὶ τοῖς ἐγγόνοις ὁμοίων τὴν φύσιν· διαβάλλει δ' ἐξῆς ἄντικρυς τοὺς θεολόγους οὓς ἐγγόνους ἔφησεν εἶναι θεῶν, δι' ὧν ἐπάγει φάσκων· « Καίπερ ἄνευ εἰκότων καὶ ἀναγκαίων ἀποδείξεων λέγουσι·· » δι' ὧν τε προστίθησι τὸ, ὡς ἔφασαν. Παίζειν δ' ἔοικε λέγων· « Σαφῶς γέ που τοὺς ἑαυτῶν προγόνους εἰδόσι· » καὶ τὸ, « Ἀδύνατον θεῶν παισὶν ἀπιστεῖν. » Καὶ τὸ παρὰ γνώμην δὲ ταῦτα λέγειν τῶν νόμων ἕνεκα διαῤῥήδην παρίστησιν ὁμολογήσας, ὅτι δέοι ἑπομένους τῷ νόμῳ πιστεύειν αὐτοῖς. Ὅτι δὲ ταῦτ' ἐνόει, ἐπάκουσον ὅπως γυμνῇ καὶ ἀκατακαλύπτῳ φωνῇ τοὺς δὴ θεολόγους ἅπαντας διαβάλλει, κόπτων ἐν Ἐπινομίδι τούτοις τοῖς ῥήμασιν.

B C D

CAPUT I.

Quemadmodum Plato Græcæ theologiæ ineptias coarguerit. Ex Timæo.

« Aliorum autem dæmonum, inquit ille, procreationem vel explicare, vel nosse, res est nostra facultate major. Quare hoc in genere, priscis illis testibus adhibenda fides, qui ut deum, quod ipsi aiunt, nepotes erant, ita majores suos maxime notos habuerunt. Nec fieri omnino potest, ut fides eorum filiis detrahatur, etiamsi nullis demonstrationibus necessariis, ac ne probabilibus quidem argumentis ipsorum testimonia comprobentur : sed necesse plane est, ut iis, quomodo lex imperat, tanquam suarum in rerum commemoratione credamus. Illam ergo deorum procreationem quod attinet, uti poetæ scribunt, ita nos quoque de ea statuamus ac loquamur. Terræ Cœlique liberi, Oceanus et Tethys : horum Phorcyn, Saturnus et Ops, cæterique fratres. Ex Saturno et Ope, Jupiter, Juno, ac reliqui, quos utriusque fratres appellari scimus, procreati. Atque ita deinceps de tota nepotum serie. » His Plato, dum et deorum fabulis, et earum auctoribus poetis, sic tanquam deorum nepotibus fidem adhibere jubet, primum is mihi, dum poetas deorum nepotes appellat, ridere ac jocari videtur, quasi deos ipsos et homines fuisse, et similem nepotibus suis naturam habuisse velit. Deinde vero, quos deorum nepotes vocarat, eosdem ipse theologos manifeste traducit, his verbis, « Etiamsi nullis demonstrationibus necessariis, ac ne probabilibus quidem argumentis eorum testimonia comprobentur ; » itemque dum addit, « Quod ipsi aiunt. » Quin et ludere plane videtur, dum ait, « Quippe qui majores suos maxime notos habuere. » Itemque, « Fieri nullo modo posse, ut fides deorum filiis detrahatur. » Cæterum quam id legum causa, præter mentem ipse dixerit, perspicue satis declarat, dum eos qui legem modo sequi voluerint, fidem ipsis adhibere oportere fatetur. Atque hanc illius vere sententiam fuisse ; ut facilius intelligas, audisis quemadmodum nuda claraque voce totum hoc theologorum genus reprehendat. Sic enim illos in *Epinomide* vellicat-

(67) *Περὶ δὲ τῶν* &c. Idem locus citatur infra, pag. 692. Habetur autem in *Timæo*, pag. 530 F. Clemens Alexandrin. v *Stromat.*, pag. 429 edit. Græco-Lat. eumdem laudat, ex quo id concludit, multo verius Christo sanctisque prophetis, res divinas pandentibus fidem haberi. Οὐκ οἶμαι, inquit, σαφέστερον ὑπὸ Ἑλλήνων προσμαρτυρήσεσθαι, τὸν Σωτῆρα ἡμῶν, καὶ τοὺς εἰς προφητείαν κεχρισμένους, τοὺς μὲν παῖδας Θεοῦ ἀνηγορευμένους, τὸν δὲ Κύριον Υἱὸν ὄντα γνήσιον, ἀληθεῖς εἶναι περὶ τῶν θείων μάρτυρας, διὸ καὶ δεῖν πιστεύειν αὐτοῖς, ἐνθέους οὔσι, προσέθηκε. Eusebius contra, hæc a Platone εἰρωνικῶς et χλευαστικῶς dicta interpretatur, licet eum infra, pag. 692, serio reprehendat, quod poetis tantum in *Timæo* tribuerit, quibus alibi fidem prope omnem detraheret.

Digitized by Google

CAPUT II.

De eodem, ex Epinomide.

« Deorum, inquit, atque animantium procreationem, quod majores nostri perperam de illa philosophati sint, melius hic mihi necessario tractandam atque explicandam puto, atque ita ut superior illa, quam adversus impios institui, disputatio relegatur. » At vero quam mature ac prudenter illam veterum theologiam repudiet, idem ipse docet secundo *De republica*, ubi sane verum fuerit diligentius attendere quemadmodum adversus poetas atque theologos, in iis præsertim quæ de Græcis numinibus tradita jam olim fuerant, invehatur. Sunt hæc ejus verba.

641 CAPUT III.

Ex secundo De republica. *De eodem ; ac præterea Deum malorum auctorem non esse.*

« In majoribus fabulis, inquam, minores etiam facile videbimus. Necesse enim est speciem unam aliquam esse, vimque minoribus æque majoribusque communem. Annon ita sentis? — Equidem, inquit ille, sed quas tu majores dicas, non capio. — Quas Hesiodus, inquam, atque Homerus, cæterique poetæ commemorant. Illi enim falsas hominibus fabulas commenti, et narrabant olim hodieque narrant. — Quas tandem, inquit ille, aut quid in iis reprehendis? — Cui ego : Quod et primum et omnium maxime reprehendendum est, præsertim ubi quis non recte mentiatur. — Quid illud porro? — Ubi quis male deorum heroumque naturam oratione repræsentat, perinde ut pictor faceret, qui tabellam ei rei nulla ex parte similem pingeret, quam penicillo exprimendam suscepisset. — Ea vero, inquit, reprehensione dignissima sint; sed clarius illa, sodes, atque distinctius. — Ego vero : Primum, inquam, maximum illud maximisque de rebus mendacium, qui narravit Hesiodus, quid videlicet actum a cœlo fuerit, quamque vicissim ei pœnam Saturnus reposuerit, perperam omnino confinxit. Jam quæ Saturnus idem aut gesserit, aut a filio pertulerit, ne si vera quidem essent, adeo tamen facile ac temere apud homines aut stultos, aut adolescentes jactanda viderentur, sed principio quidem, omnino tacenda : sin aperiendi necessitas aliqua foret, cum paucissimis, uti maxime arcana

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Ἔτι ἀπὸ τοῦ λόγου Ἐπινομίδος, περὶ τοῦ αὐτοῦ.

« Θεογονίαν τοίνυν καὶ ζωογονίαν, ὡς ἔοικεν, ἀναγκαῖον πρῶτόν μοι, κακῶς ἀπεικασάντων τῶν ἔμπροσθεν, βέλτιον ἀπεικάσαι κατὰ τὸν ὕστερον λόγον, ἀναλαβόντα ὃν πρὸς ἀσεβεῖς ἐπικεχείρηκα λόγον. » Ὅτι δ' εὐλόγως τὴν τῶν πρώτων θεολογίαν παραιτεῖται, διδάσκει ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς *Πολιτείας*, ἔνθα τὸν νοῦν ἐπιστῆσαι ἄξιον, ὁπόσα καὶ οἷα περὶ τῶν αὐτῶν ποιητῶν τε καὶ θεολόγων τῶν γε ἐκ παλαιοῦ παραδεδομένων περὶ τῶν Ἑλληνικῶν θεῶν διέξεισιν, ὧδε ῥήμασιν αὐτοῖς φάσκων.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

B *Ἔτι ἀπὸ τοῦ δευτέρου τῆς* Πολιτείας, *περὶ τοῦ αὐτοῦ, καὶ περὶ τοῦ μὴ εἶναι τὸν Θεὸν τῶν κακῶν αἴτιον.*

« Ἐν τοῖς μείζοσιν (68), ἦν δ' ἐγὼ, μύθοις, οἰόμεθα καὶ τοὺς ἐλάττους· δεῖ γὰρ δὴ τὸν αὐτὸν τύπον εἶναι, καὶ ταὐτὸν δύνασθαι τούς τε μείζους καὶ τοὺς ἐλάττους, Ἢ οὐκ οἴει; — Ἔγωγε, ἔφη· ἀλλ' οὐκ ἐννοῶ οὐδὲ τοὺς μείζους τίνας λέγεις. — Οὓς Ἡσίοδός τε, εἶπον, καὶ Ὅμηρος ἡμῖν ἐλεγέτην, καὶ οἱ ἄλλοι ποιηταί· οὗτοι γάρ που, μύθους ψευδεῖς τοῖς ἀνθρώποις συντιθέντες, ἔλεγόν τε καὶ λέγουσι. — Ποίους δή, ἦ δ' ὅς, καὶ τί αὐτῶν μεμφόμενος λέγεις; — Ὅπερ, ἦν δ' ἐγὼ, χρὴ πρῶτόν τε καὶ μάλιστα μέμφεσθαι, ἄλλως τε καὶ ἐάν τις μὴ καλῶς ψεύδηται. — Τί τοῦτο; — Ὅταν εἰκάζῃ τις κακῶς οὐσίαν τῷ C λόγῳ περὶ θεῶν τε καὶ ἡρώων, οἷοί εἰσιν, ὥσπερ γραφεὺς μηδὲν ἐοικότα γράφων, οἷς ἂν ὅμοια βουληθῇ γράψαι. — Καὶ γὰρ, ἔφη, ὀρθῶς ἔχει τά γε τοιαῦτα μέμφεσθαι· ἀλλὰ πῶς δὴ λέγομεν, καὶ ποῖα; — Πρῶτον μὲν δή, ἦν δ' ἐγὼ, τὸ μέγιστον, καὶ περὶ τῶν μεγίστων ψεῦδος ὁ εἰπὼν, οὐ καλῶς ἐψεύσατο, ὡς Οὐρανός τε εἰργάσατο, ἃ φησι δρᾶσαι αὐτὸν Ἡσίοδος, ὅ τε αὖ Κρόνος ὡς ἐτιμωρήσατο αὐτόν. Τὰ δὲ δὴ Κρόνου ἔργα καὶ πάθη ὑπὸ τοῦ υἱέος οὐδ' ἂν εἰ ἦν ἀληθῆ, ᾤμην δεῖν ῥᾳδίως οὕτω λέγεσθαι πρὸς ἄφρονάς τε καὶ νέους· ἀλλὰ μάλιστα μὲν σιγᾶσθαι· εἰ δ' ἀνάγκη τις ἦν λέγειν, δι' ἀπορρήτων ἀκούειν ὡς ὀλιγίστους, θυσαμένους οὐ χοῖρον (69), ἀλλά τι μέγα καὶ ἄπορον θῦμα, ὅπως ὅτι ἐλαχίστους συνέβη ἀκοῦσαι. — Καὶ γὰρ, ἦ δ' ὅς, οὗτοί γε οἱ λόγοι χαλε- D ποί. — Καὶ οὐ λεκτέοι γε, ἔφην, ὦ Ἀδείμαντε, ἐν τῇ

(68) *Ἐν τοῖς μείζοσιν.* Plato II *De republica*, pag. 429 F.

(69) *Οὐ χοῖρον.* Hujus victimæ præ cæteris meminit, vel quod antiquissima fuerit, maximeque vulgaris, ut ex Varrone aliisque constat : quo pertinet illud Clementis Alexandrini *Strom.* II, pag. 297 : Λέγεταί γ' οὖν τινα τῶν φιλοσοφούντων, ἐτυμολογοῦντα τὸν ὖν, θῦν εἶναι φάναι, ὡς εἰς θύσιν καὶ σφαγὴν μόνον ἐπιτήδειον. Itaque Plato eam μεγάλῳ καὶ ἀπόρῳ θύματι opposuerit. Vel potius quod in arcanis Cereris et Bacchi sacris, præcipuum hoc victimæ genus haberetur, quo verba illa spectant, δι' ἀπορρήτων ἀκούειν, etc. Aristophani ejusque scholiastæ crebra moris hujus mentio. *Batrax.* act. I, 7 :

Ὦ πότνια πολυτίμητε Δήμητρος Κόρη,
Ὡς ἡδύ μοι προσέπνευσε χοιρείων κρεῶν.

Scholiast., Παρόσον, inquit, χοῖροι τῇ Δήμητρι, καὶ τῷ Διονύσῳ ἐθύοντο, ὡς λυμαντικοὶ τῶν θεσῶν δωρημάτων. Et in *Acharn.*, act. III, 2, Megarensis quidam mercator puellas geminas porculorum larvis indebat, quas sub mysteriorum tempus in Attico foro venderet. His in saccum subeuntibus edicebat :

Χ' ᾗ σεῖτε φωνὰν χοιρίων μυστηρικῶν.

Ubi scholiast., Ὅτι ἐν τοῖς μυστηρίοις τῆς Δήμητρος χοῖρος θύεται· ἀνάκειται δὲ τὸ ζῷον τῇ θεῷ· ἕκαστος δὲ τῶν θυομένων (*forte*, θυόντων) ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἔθυεν. Ibidem quærenti Dicæopoli, Τί δαὶ φέρεις; respondet Megarensis :

. . . . Χοίρους ἐγὼ γα μυστικάς.

Hoc ipsum innuit Tibullus l. I, eleg. 10 :

At nobis ærata Lares depellite tela,
Hostiaque e plena mystica porcus hara.

Digitized by Google

ἡμετέρᾳ πόλει. Οὐδὲ λεκτέον νεῳ ἀκούοντι, ὡς ἀδικῶν τὰ ἔσχατα, οὐδὲν ἂν θαυμαστὸν ποιοῖ, οὐδ' εἰ ἀδικοῦντα πατέρα κολάζων παντὶ τρόπῳ, ἀλλὰ δρῴη ἂν ὅπερ θεῶν οἱ πρῶτοί τε καὶ μέγιστοι. Οὐ μὰ τὸν Δία, ἦ δ' ὅς, οὐδὲ αὐτῷ μοι δοκεῖ ἐπιτήδεια εἶναι λέγειν. — Οὐδέ γε, ἦν δ' ἐγώ, τὸ παράπαν, ὡς θεοὶ θεοῖς πολεμοῦσί τε, καὶ ἐπιβουλεύουσι, καὶ μάχονται· οὔτε γὰρ ἀληθῆ· εἴ γε δεῖ ἡμῖν τοὺς μέλλοντας τὴν πόλιν φυλάξειν, αἴσχιστον νομίζειν τὸ ῥᾳδίως ἀλλήλοις ἀπεχθάνεσθαι· πολλοῦ δεῖ Γιγαντομαχίας τε μυθολογητέον αὐτοῖς, καὶ ποικιλτέον, καὶ ἄλλας ἔχθρας πολλὰς καὶ παντοδαπὰς, θεῶν τε καὶ ἡρώων πρὸς συγγενεῖς τε καὶ οἰκείους αὐτῶν. Ἀλλ' εἴ πως μέλλοιμεν πείσειν, ὡς οὐδεὶς πώποτε πολίτης ἕτερος ἑτέρῳ ἀπήχθετο, οὐδ' ἔστι τοῦτο ὅσιον, τοιαῦτα μᾶλλον λεκτέα πρὸς τὰ παιδία εὐθὺς, καὶ γέρουσι καὶ γραυσὶ, καὶ πρεσβυτέροις γιγνομένοις, καὶ τοὺς ποιητὰς ἐγγὺς τούτων ἀναγκαστέον λογοποιεῖν. Ἥρας δὲ δεσμοὺς ὑπὸ υἱέος, καὶ Ἡφαίστου ῥίψεις ὑπὸ πατρὸς, μέλλοντος τῇ μητρὶ ἀμύνειν τυπτομένῃ, καὶ θεομαχίας ὅσας Ὅμηρος πεποίηκεν, οὐ παραδεκτέον εἰς τὴν πόλιν, οὔτ' ὑπονοίαις πεποιημένας, οὔτε ἄνευ ὑπονοιῶν. Ὁ γὰρ νέος οὐχ οἷός τε κρίνειν, ὅ τι ὑπόνοια, καὶ ὅ τι μή· ἀλλ' ἃ ἂν τηλικοῦτος ὢν λάβῃ ἐν ταῖς δόξαις, δυσέκνιπτά τε καὶ ἀμετάστατα φιλεῖ γίγνεσθαι. Ὧν δὴ ἴσως ἕνεκα περὶ παντὸς ποιητέον, ἃ πρῶτα ἀκούουσιν, ὅτι κάλλιστα μεμυθολογημένα πρὸς ἀρετὴν ἀκούειν. — Ἔχει γάρ, ἔφη, λόγον. Ἀλλ' εἴ τις αὖ καὶ ταῦτα ἐρωτῴη ἡμᾶς, ἅττα ἐστὶ, καὶ τίνες οἱ μῦθοι, τίνας ἂν φαῖμεν; — Καὶ ἐγὼ εἶπον· Ὦ Ἀδείμαντε, οὐκ ἐσμεν ποιηταὶ ἐγώ τε καὶ σὺ ἐν τῷ παρόντι, ἀλλ' οἰκισταὶ πόλεως. Οἰκισταῖς δὲ τοὺς μὲν τύπους προσήκει εἰδέναι, ἐν οἷς δεῖ μυθολογεῖν τοὺς ποιητὰς, παρ' οὓς ἐὰν ποιῶσιν, οὐκ ἐπιτρεπτέον· οὐ μὴν αὐτοῖς γε ποιητέον μύθους. — Ὀρθῶς, ἔφη· ἀλλ' αὐτὸ δὴ τοῦτο, οἱ τύποι περὶ θεολογίας τίνες ἂν εἶεν; Τοιοίδε πού τινες, ἦν δ' ἐγὼ, οἷος τυγχάνει ὢν ὁ θεὸς, ἀεὶ δή που ἀποδοτέον, ἐάν τέ τις αὐτὸν ἐν ἔπεσι ποιῇ, ἐάν τε ἐν μέλεσι, ἐάν τε ἐν τραγῳδίᾳ. — Δεῖ γάρ. — Οὐκοῦν ἀγαθὸς ὁ θεὸς τῷ ὄντι τε, καὶ λεκτέον οὕτω. — Τί μήν; Ἀλλὰ μὴν οὐδέν γε τῶν ἀγαθῶν, βλαβερόν. — Ἦ γάρ; — Οὔ μοι δοκεῖ. — Ἆρ' οὖν τὸ μὴ βλαβερὸν βλάπτει; — Οὐδαμῶς. — Ὃ δὲ μὴ βλάπτει, κακόν τι ποιεῖ; — Οὐδὲ τοῦτο. — Ὃ δέ γε μηδὲν κακὸν ποιεῖ, οὐδ' ἄν τινος εἴη κακοῦ αἴτιον. — Πῶς γάρ; — Τί δέ; ὠφέλιμον τὸ ἀγαθόν; — Ναί. — Αἴτιον ἄρα εὐπραγίας. Ναί. — Οὐκ ἄρα πάντων ἐστὶν αἴτιον τὸ ἀγαθόν· ἀλλὰ τῶν μὲν εὖ ἐχόντων αἴτιον, τῶν δὲ κακῶν ἀναίτιον. — Παντελῶς γε, ἔφη. Οὐδ' ἄρα, ἦν δ' ἐγὼ, ὁ θεὸς, ἐπεὶ ἀγαθὸς, πάντων γε εἴη αἴτιος, ὡς οἱ πολλοὶ λέγουσιν· ἀλλ' ὀλίγων ἐν τοῖς ἀνθρώποις αἴτιος, πολλῶν δὲ ἀναίτιος. Πολὺ γὰρ ἐλάττω τὰ ἀγαθὰ τῶν κακῶν ἡμῖν. Καὶ τῶν μὲν ἀγαθῶν οὐδένα ἄλλον αἰτιατέον, τῶν δὲ κακῶν ἄλλα ἅττα δεῖ ζητεῖν τὰ αἴτια, ἀλλ' οὐ τὸν θεόν. — Ἀληθέστατα, ἔφη, δοκεῖς μοι λέγειν. — Οὐκ ἄρα, ἦν δ' ἐγὼ, ἀποδεκτέον, οὔτε Ὁμήρου, οὔτε ἄλλου ποιητοῦ, ταύτην τὴν ἁμαρτίαν περὶ τοὺς θεοὺς ἀνοήτως ἁμαρτάνοντος καὶ λέγοντος·

solent, communicanda, et quidem auditoribus ejusmodi, qui non porcum, sed eximiam aliquam raramque victimam immolassent, ut quam paucissimi hujus in sermonis communionem venirent. — Enimvero grave, inquit, ac periculosum hoc sermonum genus. — Nec omnino, inquam, o Adimante, nostra in republica audiendum; nec audiente adolescente huic orationi locus esse debet, qui scelestissima quæque admittat, mirum ab eo nihil fieri ne si parentem quidem ipsum, a quo lesus fuerit, omni suppliciorum genere mulctaverit; sed illud duntaxat ipsum, quod primi maximique deorum ante jam fecerint. — Nec mihi per Jovem, inquit, ferenda vox ea videatur. — Neque altera sane hæc inquam: bellare deos, pugnareque cum diis, atque iisdem insidiari, cum et hoc ab omni veritate abhorreat, 642 et qui reip. nostræ custodes ac moderatores futuri sunt, eos civili odio facile dissidere, longe turpissimum ducere oporteat: nedum, ut iis fictitia, modisque omnibus variata, sive gigantum bella, sive alia omnis generis, deum simul et heroum, ab affinibus cognatisque dissidia narrari debeant. Contra vero, si quo modo persuadere poterimus, civi civem alteri infensum neminem unquam fuisse, nec id omnino fas esse; hæc atque similia pueris mature a senioribus et aniculis inculcanda erunt, ipsique poetæ cogendi, suas ut fabulas eo referant. At injecta Junoni a filio vincula, dejectum a patre Vulcanum, quod pulsatæ matri opem ferre vellet, cæterasque deorum pugnas, quotquot ab Homero conficta sunt, hac in civitate nunquam audire oportebit, sive arcanum aliquem sensum includant, sive nullum. Nec enim juvenis statuere potest, ubi aliquis ejusmodi sensus lateat, ubi nullus: sed quascunque opiniones ea primum ætate imbiberit, eæ deleri fere postea revelliquo non possunt. Itaque tanti, opinor, erit, ut quibus primum audiendis fabulis assuescent, ad virtutem eæ, quam rectissime fieri poterit, collineent. — Jure hoc tu quidem, et cum ratione, inquit: at si quis ex nobis quæret, cujusmodi ea, quæve fabulæ esse debeant, quid tandem respondebimus? — Cui ego, Poetæ, inquam, Adimante, in præsentia neque ego, neque tu sumus, sed reipublicæ conditores. Quos, ut formas illas et exemplaria nosse oporteat, quæ poetis in fabularum suarum fictionibus proposita esse debeant, et a quibus, si quando deflectent, ferendi non sint, fabulas ipsos quidem fingere non oportet. — Fateor, inquit, sed hoc ipsum tamen, formæ, inquam, illæ, quas ubi de diis loquendum erit, sequi oportebit, quales tandem esse debent? Tales, inquam, ut cujusmodi per sese Deus est, ejusmodi semper, tam heroicis, quam lyricis ac tragicis carminibus repræsentetur. — Decet enimvero. — Deus igitur, quod reapse bonus sit, bonus quoque celebrandus erit. — Erit omnino. — Atqui noxium bonum esse nullum potest: nonne? — Nullum, ut videtur. — Quod autem noxium non est, idne aliquando nocet? — Nunquam certe. — Quod porro

Digitized by Google

non nocet, an aliquid mali facit? — Ne istud quidem. — Quod autem mali nihil facit, id ne mali quidem ullius causa esse queat. — Nam qui? — Quid vero? an bonum utile quiddam est? — Ita. — Est ergo causa felicitatis alicujus. **643** Est.-Non igitur rerum omnium causa, bonum est, sed eorum duntaxat quæ bene se habent, malorum autem minime. — Prorsus, inquit. — Deus igitur, inquam, cum bonus sit, rerum omnium auctor certe non erit, quod tamen jactari vulgo solet: imo vero, paucarum admodum hominibus auctor erit, plurimarum minime: bonis enim longe paucioribus utimur, quam malis. Et bonorum quidem alteri nemini assignanda causa est, malorum autem aliis, quam Deus, nobis requirendæ. — Verissima loqui te puto. — Sequitur ergo, nec Homerum, nec alium poetam ullum audiendum, qui tam imprudenter in deos temereque peccet, ut dicat,

Dolia bina jacent Magni sub limina Patris:
Mitibus hoc fatis plenum est, at tristibus illud.

A Ὡς δοιοὶ (70) πίθοι κατακεῖνται ἐν Διὸς οὔδει,
Κηρῶν ἔμπλειοι· ὁ μὲν ἐσθλῶν, αὐτὰρ ὁ δειλῶν.

Cæterum cui Jupiter ex utroque aliquid affuderit, hunc

Καὶ ᾧ μὲν ἂν μίξας ὁ Ζεὺς ἀμφοτέρων δῷ.

Incertum modo læva premunt, modo læta sequuntur.

Ἄλλοτε μέν τε κακῶν ὅ γε κύρεται, ἄλλοτε δ' ἐσθλῶν·

Cui vero secus, nec est mera ex altero cuncta dederit.

ὯΙ δ' ἂν μὴ, ἀλλ' ἄκρατα τὰ ἕτερα,

Hunc dolor assiduus terrarum in sede fatigat.

Τὸν δὲ κακὴ βούβρωστις ἐπὶ χθόνα δῖαν ἐλαύνει.

Nec rursum ferendus qui dixerit, Jovem bonorum et malorum quæstorem nobis ac dispensatorem esse. Præterea si quis, quod jurisjurandi fœderumque religiones Pandarus conturbarit, id Minervæ Jovisque consilio factum esse scribet, nullo modo probabimus: uti nec deorum contentionem atque judicium ad Themidem Jovemque revocari. Similiter quominus illud Æschyli a junioribus audiatur, cavendum erit:

Οὐδ' ὡς ταμίας ὁ Ζεὺς (71) ἡμῖν ἀγαθῶν τε κακῶν τε τέτυκται. Τὴν δὲ ὅρκων καὶ σπονδῶν σύγχυσιν, ἣν ὁ Πάνδαρος συνέχεεν (72), ἐάν τις φῇ δι' Ἀθηνᾶς τε καὶ Διὸς γεγονέναι, οὐδὲ θεῶν ἔριν τε καὶ κρίσιν διὰ Θέμιδός τε καὶ Διός (73). Οὐδ' αὖ ὡς Αἰσχύλος λέγει, ἑατέον ἀκούειν τοὺς νέους·

— *Deus mortalibus causam serit,*
Donum ipse dum vult funditus pessundare.

B Ὅτι Θεὸς (74) μὲν αἰτίαν φύει βροτοῖς,
Ὅταν κακῶσαι δῶμα παμπήδην θέλῃ.

At si quis funestos illos Niobes, aut Pelopidarum casus, vel Trojanas calamitates, aut aliud quidquam ejusmodi versibus iambicis mandare voluerit, aut permittendum ei non erit, ut abs Deo facta illa esse dicat, aut si Deo tribuentur, ea tum forte ratio excogitanda illis erit, quam ipsimet investigamus; atque ita loquendum, abs Deo bona justaque profecta esse omnia, nec minus iis qui punirentur fructuosa. At vero et miseros fuisse qui

Ἀλλ' ἐάν τις ποιῇ, ἐν οἷς ταῦτα τὰ ἰαμβεῖα ἔνεστι, τὰ τῆς Νιόβης πάθη, ἢ τὰ Πελοπιδῶν, ἢ τὰ Τρωϊκά, ἢ τι ἄλλο τῶν τοιούτων, ἢ οὐ Θεοῦ ἔργα ἑατέον αὐτὰ λέγειν· ἢ εἰ Θεοῦ, ἐξευρετέον αὐτοῖς σχεδὸν, ὃν νῦν ἡμεῖς λόγον ζητοῦμεν· καὶ λεκτέον, ὡς ὁ μὲν Θεὸς δίκαιά τε καὶ ἀγαθὰ εἰργάζετο, οἱ δὲ ὠνίναντο κολαζόμενοι. Ὡς δ' ἄθλιοι μὲν οἱ δίκην διδόντες, ἦν δὲ ὁ δρῶν ταῦτα Θεὸς, οὐκ ἑατέον λέγειν τὸν ποιητήν. Ἀλλ' εἰ μὲν ὅτι ἐδεήθησαν κολάσεως λέγοιεν (75),

(70) Ὡς δοιοί. *Iliad.* Ω, v. 527. Versus isti sic leguntur:

Δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακεῖνται ἐν Διὸς οὔδει,
Δώρων οἷα δίδωσι, κακῶν, ἕτερος δὲ ἑάων.

Qui secundus, alius a Platonico est, sed Platonicus C longe melior. Sequitur:

ὯΙ μὲν καμμίξας δώῃ Ζεὺς τερπικέραυνος.
Ἄλλοτε μέν τε κακῷ ὅ γε κύρεται, ἄλλοτε δ' ἐσθλῷ.

Ita etiam Plato. Noster autem, κακῶν, ἐσθλῶν, utrumque rectum est. Concludit:

ὯΙ δέ κε τῶν λυγρῶν δώῃ, λωβητὸν ἔθηκε,
Καὶ ἑ κακὴ βούβρωστις ἐπὶ χθόνα δῖαν ἐλαύνει.

Adi Eustathium hoc loco, ubi monet nonnullos, secundi versus ambiguitate deceptos, tria dolia pro duobus accepisse; ipsumque adeo Pindarum, ἐντὸς ἄλλοις, καὶ ἐν οἷς λέγει:

Ἐν παρ' ἐσθλὸν πήματα σύνδυο δαίονται
. . . . . Ἀθάνατοι.

Quod explicans Eustath., λέγει δὲ, inquit, ἓν μὲν ἑτέρων, τὸ ἐκ τοῦ ἑνὸς πίθου· σύνδυο δὲ, τὰ ἐκ τῶν ἑτέρων δύο πίθων. Atque hinc omnino constat, cum Pindarus integro fere sæculo Platonem antecesserit, secundum illud carmen jam olim ita lectum esse, ut hodieque legitur: Platonem vero τὸ ἀμφίβολον tollere voluisse. Ἔλλειψιν agnoscit Eustathius, ut

κακῶν sit, pro εἷς μὲν κακῶν.

(71) Ταμίας ὁ Ζεύς. Allusit forte ad illud Homer. *Iliad.* Δ, v. 84:

Ζεὺς, ὅστ' ἀνθρώπων ταμίης πολέμοιο τέτυκται.

Qui versus *Iliad.* T, 224, reperitur.

(72) Ὁ Πάνδαρος συνέχεεν. Consule Homerum Ἰλιαδ. Δ, ubi Pandarus Minervæ quidem, sed Jovis obtemperantis consilio atque impulsu, Menelaum vulnerat, ac fœdus jam affectum omnino disturbat. Quo Virgiliani illud *Æneid.* v:

Pindare, qui quondam jussus confundere fœdus,
In medios telum torsisti primus Achivos.

(73) Θέμιδος καὶ Διός. Homer. Ἰλιαδ. Υ, initio. Adi præterea Quintum Smyrnæum lib. XII, a vers. 198, ubi Themis acerrimam deorum contentionem absente Jove concitatam, leni ac placida oratione sedat:

Ὣς φάτο· τοὶ δὲ πίθοντο, Διὸς τρομέοντες ὄμ-
[πλην.
Ὑσμίνης δ' ἔσχοντο, χόλον δ' ἀπὸ θύμοφι βά-
[λοντο
Ἀργαλέον, φιλότητα δὲ ὁμηθέα ποιήσαντο.

(74) Ὅτι Θεός. Hic locus in tragœdiis Æschyli, quæ nunc exstant, non occurrit.

(75) Λέγοιεν. Pro λέγοι· linea enim præcedente ποιητὴν dixerat. Familiaris Platoni numerorum mutatio.

Digitized by Google

ὡς ἄθλιοι, οἱ καλοὶ (76), διδόντες δὲ δίκην ὠφελοῦντο ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἐατέον. Κακῶν δὲ αἴτιον φάναι Θεόν τινι γίγνεσθαι, ἀγαθὸν ὄντα, διαμαχητέον παντὶ τρόπῳ, μήτε τινὰ ταῦτα λέγειν ἐν τῇ ἑαυτοῦ πόλει, εἰ μέλλει εὐνομήσεσθαι, μήτε τινὰ ἀκούειν, μήτε νεώτερον μήτε πρεσβύτερον, μήτε ἐν μέτρῳ, μήτ' ἄνευ μέτρου μυθολογοῦντα, ὡς οὔτε ὅσια ἂν λεγόμενα εἰ λέγοιτο, οὔτε ξύμφορα ἡμῖν, οὔτε ξύμφωνα αὐτὰ αὐτοῖς. — Ξύμψηφός σοί εἰμι, ἔφη, τούτου τοῦ νόμου, καὶ οἱ ἀρέσκει. — Οὗτος μὲν τοίνυν, ἦν δ' ἐγὼ, εἷς ἂν εἴη τῶν περὶ Θεοῦ νόμων τε καὶ τύπων, ἐν οἷς δεήσει τούς τε λέγοντας λέγειν, καὶ τοὺς ποιοῦντας ποιεῖν. — Μὴ πάντων αἴτιον τὸν Θεὸν, ἀλλὰ τῶν ἀγαθῶν. Καὶ μάλιστα, ἔφη, ἀπόχρη (77). — Τί δὲ δὴ ὁ δεύτερος τῶδε; ἆρα γόητα τὸν Θεὸν οἴει εἶναι, καὶ οἷον ἐξ ἐπιβουλῆς φαντάζεσθαι ἄλλοτε ἐν ἄλλαις ἰδέαις, τοτὲ μὲν αὐτὸν γιγνόμενον, καὶ ἀλλάττοντα τὸ αὑτοῦ εἶδος εἰς πολλὰς μορφὰς, τοτὲ δὲ ἡμᾶς ἀπατῶντα καὶ ποιοῦντα περὶ αὐτοῦ τοιαῦτα δοκεῖν· ἢ ἁπλοῦν τε εἶναι, καὶ πάντων ἥκιστα τῆς αὑτοῦ ἰδέας ἐκβαίνειν; — Οὐκ ἔχω, ἔφη, νῦν γε οὕτως εἰπεῖν. — Τί δὲ τόδε; οὐκ ἀνάγκη, εἴπερ τι ἐξίσταιτο τῆς αὑτοῦ ἰδέας, ἢ αὐτὸ ὑφ' αὑτοῦ μεθίστασθαι, ἢ ὑπ' ἄλλου; — Ἀνάγκη. — Οὐκοῦν ὑπὸ μὲν ἄλλου τὰ ἄριστα ἔχοντα ἥκιστα ἀλλοιοῦταί τε καὶ κινεῖται, οἷον σῶμα ὑπὸ σιτίων τε καὶ ποτῶν καὶ πόνων· καὶ πᾶν φυτὸν ὑπὸ εἰλήσεών τε, καὶ ἀνέμων, καὶ τῶν τοιούτων παθημάτων, οὐ (78) τὸ ὑγιέστατόν τε καὶ χαριέστατον ἥκιστα ἀλλοιοῦται. — Πῶς δ' οὔ; — Ψυχὴν δὲ αὐτὴν ἀνδρειοτάτην (79) τε καὶ φρονιμωτάτην ἥκιστ' ἂν τί πάθος ἔξωθεν ταράξειέ τε, καὶ ἀλλοιώσειε; — Ναί. — Καὶ μήν που καὶ τά γε ξύνθετα πάντα, σκεύη τε καὶ οἰκοδομήματα, καὶ ἀμφιέσματα, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, τὰ εὖ εἰργασμένα καὶ εὖ ἔχοντα, ὑπὸ χρόνου τε καὶ τῶν ἄλλων παθημάτων ἥκιστα ἀλλοιοῦται. — Ἔστι ταῦτα. — Πᾶν δὴ τὸ καλῶς ἔχον, ἢ φύσει, ἢ τέχνῃ, ἢ ἀμφοτέροις, ἐλαχίστην μεταβολὴν ὑπ' ἄλλου ἐνδέχεται. — Ἔοικεν. — Ἀλλὰ μὴν ὁ Θεός γε καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ πάντη ἄριστα ἔχει. — Πῶς δ' οὔ; — Ταύτῃ μὲν δὴ ἥκιστ' ἂν πολλὰς μορφὰς ἴσχοι ὁ Θεός. — Ἥκιστα δῆτα. — Ἀλλ' ἆρα αὐτὸς αὑτὸν μεταβάλλοι ἂν καὶ ἀλλοιοί; — Δηλονότι, ἔφη, εἴπερ ἀλλοιοῦται. — Πότερον οὖν ἐπὶ τὸ βέλτιόν τε καὶ κάλλιον μεταβάλλει ἑαυτὸν, ἢ ἐπὶ τὸ χεῖρον καὶ αἴσχιον αὑτοῦ; — Ἀνάγκη, ἔφη, ἐπὶ τὸ χεῖρον ἑαυτοῦ, εἴπερ ἀλλοιοῦται. Οὐ γάρ που ἐνδεᾷ γε φήσομεν τὸν Θεὸν κάλλους ἢ ἀρετῆς εἶναι. — Ὀρθότατα, ἦν δ' ἐγὼ, λέγεις. Καὶ οὕτως ἔχοντος, δοκεῖ ἂν τίς σοι, ὦ Ἀδείμαντε, ἑκὼν αὐτὸν χείρω ποιεῖν ὁτῳοῦν ἢ θεῶν ἢ ἀνθρώπων; — Ἀδύνατον, ἔφη. — Ἀδύνατον ἄρα ἔφην, καὶ Θεὸν ἐθέλειν αὐτὸν ἀλλοιοῦν· ἀλλ' ὡς ἔοικε, κάλλιστος καὶ ἄριστος ὢν εἰς τὸ δυνατὸν ἕκαστος αὐτῶν, μένει ἀεὶ ἁπλῶς ἐν τῇ αὑτοῦ μορφῇ. —

A pœnas eas sustinerent, illas tamen Deum inflixisse, hoc ut poeta canat, ferendum nunquam erit. 644 Quod si homines improbos, utpote miseros, animadversione opus habuisse dicerent, eamque dum subirent, opem sensisse divinam, hactenus id tolerari possit. At Deum, qui per sese bonus sit, causam ulli malorum esse, id vero ne aut a quoquam in sua civitate dicatur, si eam modo recte institutam volet, aut ullus occinentem audiat, omni ratione pugnandum erit, idque seu junior ille, seu senior fuerit, sive stricta, sive soluta oratione dicatur : quod ista nec pie narrari possint, nec ullam nobis utilitatem afferant, nec secum ipsa consentiant. — Ego vero, inquit, legis tecum hujus auctor libenter fuerim, ita mihi placet. — Hæc igitur, inquam, ex iis legibus atque formis, quas ubi de Deo loquendum erit, tam oratoribus quam poetis, propositas esse oportebit, una esto, Deum non omnium, sed bonorum duntaxat, causam esse. — Placet, inquit, aliunde est. — Hæc autem secunda, quid? An tu venelicum aliquem Deum esse, et tanquam ex insidiis alia repente aliaque forma nobis apparere existimas; ita ut modo per sese talis ipse fiat, crebrisque mutationibus novum subinde vultum ac speciem induat; modo illudens oculis, ut ejusmodi videatur, efficiat? an potius simplicem esse illum, minimeque omnium formam suam exuere? — Modo, inquit, quod tam universe respondeam non habeo. — Quid igitur ad hoc? Si quid formæ suæ mutationem subeat, nonne aut ipsum mutari per sese necesse est, aut ab alio? — Necesse id quidem. — Atqui vix ac ne vix quidem ab alio, quæ optime sese habent, mutari moverique solent : quo modo corpus a cibo, potu, laboribus, et quodvis plantæ genus, ab æstu, ventis, aliisque tempestatibus ita mutatur, ut tamen quod in eo genere sanissimum ac valentissimum est, id mutationem illam minime sentiat. — Quis enim hoc neget? — Animus igitur ipse, cum fortissimus idem sit ac prudentissimus, ab externa ulla vi minime perturbari mutarique poterit. — Sane. — Præterea, composita etiam omnia, ut vasa, ædificia, vestimenta, si modo recte confecta sint, partibusque suis omnibus absoluta, minimam similiter vel abs tempore vel ab alia quavis injuria mutationem subeunt. — Ita est. — Quidquid igitur vel abs natura, vel ab arte, vel ab utraque suam habet integritatem, id extrinsecæ mutationi minime obnoxium fuerit. — Ita videtur. — Jam vero, Deus profecto, quæque Dei sunt omnia, omni ex parte perfectissima sunt. — Quis neget? — Sequitur ergo Deum multiplices aliunde formas subire non posse. — Om-

(76) *Καλοί.* Reponend. καxοί ex Platone. Atque ita legitur infra, pag. 648.

(77) *Ἀπόχρη.* Approbantis vox est, quam satis feliciter æmulamur, cum dicimus, *C'est assez*; aut, *Cela va très-bien.*

(78) Forte οὖ.

(79) *Ἀνδρειοτάτην.* Plato, οὐ τὴν ἀνδρειοτ. Sed nostra lectio magis placet. Quod si negatio adhiberetur, mallem ante ἥκιστα collocari, quæ significaret nonne? Linea superiori pro χαριέστατον Plato legit ἰσχυρότατον.

Digitized by Google

nino sequitur. — An vero per sese varias **645** illas sui mutationes et conversiones efficiet? — Efficiet, inquit, si quando mutabitur. — Utrum igitur in melius sese aliquid præstantiusque mutabit, an contra in deterius ac turpius? — In deterius, inquit, necessario, si mutetur. Quippe, nunquam enim Deo pulchritudinis quidquam aut virtutis deesse dixerimus. — Rectissime loqueris, inquam. Sed, cum hoc ita sit, num tibi, o Adimante, Deum quisquam aut hominum, sese ullatenus deteriorem ultro facturus videtur? — Fieri non potest, inquit. — Nec fieri ergo potest, inquam, uti Deus se ipsum mutare velit : sed potius, ut liquet, deorum quivis, cum pro se quam pulcherrimus quisque, atque optimus sit, sui semper omnino similis idemque manet. — Prorsus hoc mihi necessarium videtur. — Desinat ergo, vir optime, poeta quilibet, istuc nobis occinere,

A Πᾶσα, ἔφη, ἀνάγκη ἐμοιγε δοκεῖ. — Μηδεὶς ἄρα, ἦν δ' ἐγὼ, ὦ ἄριστε, λεγέτω ἡμῖν τῶν ποιητῶν,

— Peregrino numina cultu,
Omnigenos induta habitus, nostra oppida lustrant.

Ὡς θεοὶ ξείνοισιν (80) ἐοικότες ἀλλοδαποῖσι,
Παντοῖοι τελέθοντες, ἐπιστρωφῶσι πόληας·

Nec ullus in posterum de Proteo ac Thetide mendacia ista confingat : nec in tragœdiis, aut alio poematis genere Junonem introducat, quæ sacerdotis B in speciem formamque mutata, almis illis Inachi Argivi fluvii liberis stipem corroget. Hæc aliaque id genus sexcenta nemo deinceps mentiatur. Caveant præterea matres, ne hausta semel rerum istarum opinione filiolis terrorem injiciant, dum ejusmodi commenta perperam fabulantur, deos noctu nonnullos oberrare omnigenis hospitibus similes, ne simul injuriose de diis impieque loquantur, simul liberos quoque suos meticulosiores efficiant. — Cavendum id sane, inquit. — Num vero, inquam, dii ut suapte natura mutari non possint, id tamen illusionibus ac præstigiis quibusdam agunt, nobis ut omni formarum genere induti videantur? — Forte an, inquit. — Ego vero, Fierine possit, uti Deus aut verbis, aut re ipsa inanium figurarum objecta specie mentiri velit? — Nescio, inquit. — Nescis tu, inquam, genus hoc mendacii, omnibus, ut ita loquar, diis et hominibus invisum esse? — Clarius istuc obsecro. — Nimirum, inquam, nemo est omnium, qui libenter, et parte sui præcipua, et præcipuis in rebus falli velit, imo qui non genus hoc mendacii præ cæteris omnibus reformidet. — Ne nunc quidem, inquit, satis id capio. — Videlicet, inquam, mirum me aliquid dicere arbitraris. Ego vero **646** tantum hoc dico, ita comparatos omnes esse, ut in rerum notionibus informandis, vel decipi se, vel deceptos aliquando esse, adeoque ignorantia laborare, conceptumque mendacium animo fovere, non tantum permoleste ferant, sed etiam ab eo hac in parte vehementer ab- D horreant.— Prorsus, inquit. — Atqui, recte, inquam, omnino, quod jamjam abs me dicebatur, hoc est quæ in hominis decepti animo versatur ignorantia, mendacium appelletur ; quod enim in verbis est positum, id ejus tantum, quod animum occupat, vitii imitatio quædam est, expressumque posterius simulacrum, non autem purum omnino putumque mendacium. An non ita est? — Ita prorsus. — Quod ergo re ipsa mendacium est, id non dii modo, verum etiam homines exosum habent. — Habent, ut

Μηδὲ Πρωτέως τε καὶ Θέτιδος καταψευδέσθω μηδείς· μηδ' ἐν τραγῳδίαις, μηδ' ἐν τοῖς ἄλλοις ποιήμασιν εἰσαγέτω Ἥραν ἡλιοωμένην ὡς ἱέρειαν, B ἀγείρουσαν Ἰνάχου Ἀργείου ποταμοῦ παισὶ βιοδώροις· καὶ ἄλλα τοιαῦτα πολλὰ μὴ ἡμῖν ψευδέσθωσαν. Μηδ' αὖ ὑπὸ τούτων ἀναπειθόμεναι αἱ μητέρες τὰ παιδία ἐκδειματούντων, λέγουσαι τοὺς μύθους κακῶς, ὡς ἄρα θεοί τινες περιέρχονται νύκτωρ πολλοῖς ξένοις καὶ παντοδαποῖς ἰνδαλλόμενοι, ἵνα μὴ ἅμα μανείς θεοὺς βλασφημῶσιν, ἅμα δὲ τοὺς παῖδας ἀπεργάζωνται δειλοτέρους. — Μὴ γὰρ, ἔφη. — Ἀλλ' ἄρα, ἦν δ' ἐγὼ, αὐτοὶ μὲν οἱ θεοί εἰσιν οἷοι μὴ μεταβάλλειν, ἡμᾶς δὲ ποιοῦσι δοκεῖν σφας παντοδαποὺς φαίνεσθαι, ἐξαπατῶντες καὶ γοητεύοντες ; — Ἴσως, ἔφη. Τί δέ ; ἦν δ' ἐγὼ, ψεύδεσθαι ὁ Θεὸς ἐθέλοι ἄν, — ἢ λόγῳ ἢ ἔργῳ φαντάσματα προτείνων ; — Οὐκ οἶδα, ἦδ' ὅς. — Οὐκ οἶσθα, ἦν δ' ἐγὼ, ὅτι τό γε ὡς ἀληθῶς ψεῦδος, εἰ οἷόν τε τοῦτ' εἰπεῖν, πάντες θεοί τε καὶ ἄνθρωποι μισοῦσι ; — Πῶς, ἔφη, λέγεις ; — Οὕτως, ἦν δ' ἐγὼ, ὅτι τῷ κυριωτάτῳ ἑαυτῶν ψεύδεσθαι, καὶ περὶ τὰ κυριώτατα οὐδεὶς ἑκὼν ἐθέλει, ἀλλὰ πάντων μάλιστα φοβεῖται ἐκεῖ αὐτὸ κεκτῆσθαι. — Οὐδὲ νῦν πω, ἦ δ' ὅς, μανθάνω. — Οἴει γάρ τί με, ἔφην, σεμνὸν λέγειν· ἐγὼ δὲ λέγω, ὅτι τῇ ψυχῇ περὶ τὰ ὄντα ψεύδεσθαί τε, καὶ ἐψεῦσθαι, καὶ ἀμαθῆ εἶναι, καὶ ἐνταῦθα ἔχειν τε καὶ κεκτῆσθαι τὸ ψεῦδος, πάντες ἥκιστ' ἂν δέξαιντο, καὶ μισοῦσι μάλιστα αὐτὸ ἐν τῷ τοιούτῳ. — Πολύ γ', ἔφη. — Ἀλλὰ μὴν ὀρθότατά γ' ἄν, ὃ νῦν δὴ ἔλεγον, τοῦτο ὡς ἀληθῶς ψεῦδος καλοῖτο, ἡ ἐν τῇ ψυχῇ τοῦ ἐψευσμένου ἄγνοια· ἐπεὶ τό γε ἐν τοῖς λόγοις, μίμημά τι τοῦ ἐν τῇ ψυχῇ (81) ἐστι παθήματος, καὶ ὕστερον γεγονὸς εἴδωλον, οὐ πάνυ ἄκρατον ψεῦδος· ἢ οὐχ οὕτω ; — Πάνυ μὲν οὖν. — Τὸ μὲν δὴ τῷ ὄντι ψεῦδος οὐ μόνον ὑπὸ θεῶν, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ ἀνθρώπων μισεῖται. — Δοκεῖ μοι. — Τί δὲ δὴ τὸ ἐν τοῖς λόγοις ψεῦδος, πότε, καὶ τί χρήσιμον, ὥστε μὴ ἄξιον εἶναι μίσους ; Ἆρ' οὐ πρός τε τοὺς πολεμίους καὶ τῶν καλουμένων φίλων τινὰς, ὅταν διὰ μανίαν ἢ τινα ἄνοιαν κακόν τι ἐπιχειρῶσι πράττειν, τότε ἀποτροπῆς ἕνεκα ὡς φάρμακον χρήσιμον γίγνεται ; Καὶ ἐν αἷς νῦν δὴ ἐλέγομεν, ταῖς μυθολογίαις, διὰ τὸ μὴ εἰδέναι, ὅπη τἀληθὲς ἔχει περὶ τῶν παλαιῶν, ἀφομοιοῦντες τῷ ἀληθεῖ τὸ ψεῦδος, ὅτι μά-

(80) *Ὡς θεοὶ ξείνοισιν.* Homerus *Odyss.* P, v. 486.

(81) *Ἐν τῇ ψυχῇ*, etc. Plato sic, ἡ ἐν τῇ ψυχῇ ἔννοια, ἡ τοῦ ἐψευσμένου. Mallem τῇ τοῦ ἐψ. Ficinus, *in animo mentientis inscitia.* Imo, qui mentitur, contra mentem ipse suam, ac verum illud, cujus sibi conscius est, loquitur. Est ergo passivum ἐψευσμένος.

Digitized by Google

λιστα οὕτω χρήσιμον ποιοῦμεν; — Καὶ μάλα, ἦδ' ὅς, A videtur. — Jam vero quod in verbis inest mendacium, quando tandem, et quod eam utilitatem habet, ut odio dignum haberi non debeat? Nonne cum adversus hostes, tum etiam erga nonnullos eorum quos amicos vocamus, si quando vel acti furore, vel ignorantia lapsi, mali aliquid moliantur, ejus avertendi causa, tanquam amuletum aliquod opportunum est? Quin etiam in illis ipsis, de quibus paulo ante agebamus, fabulis, quod nos rerum antiquarum veritas lateat. Dum ad veri similitudinem mendacium trahimus, nonne tum, ut aliquid ex eo fructus percipi possit, efficimus? — Certe, inquit. — Quonam igitur ex illis nominibus, utile Deo mendacium esse queat? Utrum, quod rerum antiquarum ignoratione laboret, quadam veri simulatione mentietur? — Ridiculum, inquit, hoc fuerit. — Mendax igitur in Deo poeta non est. — Mihi quidem non videtur. — An vero hostium metu? Absit. — An propter amicorum aut stultitiam aut furorem? — At stultus, inquit, furiosusque nemo amicus Deo esse potest. Causæ igitur nihil est, quamobrem mentiatur Deus. — Nihil. — Semota ergo ab omni mendacio est numinum deorumque natura. — Omnino, inquit. — Deus igitur quam simplicissimus est, idemque tam re, quam oratione verissimus, nec mutatur ipse, nec alios aut simulata specie, aut verbis, aut signorum ostentis, aut visis, aut somniis, in errorem inducit. Restat igitur, ut secundam hanc formam esse concedas, quam oratores et poetæ, cum de diis loquuntur, intueri debeant, eos nec sese tanquam veneficos immutare, nec verbis, aut re ipsa mentiendo, nobis imponere. — Concedo. — Itaque Homerum, ut in aliis plerisque laudemus, in eo tamen non laudabimus, quod somnium illud Agamemnoni a Jove immissum confinxerit. **647** Nec Æschylum probabimus, cum Thetidem introducit, Apollinem, ipsum quem in suis illa nuptiis cantorem habuerat,

Ἐνδαιτεῖσθαι (83) *τὰς ἐὰς εὐπαιδίας,* C
Νόσων τε ἀπείρους, καὶ μακραίωνος βίου (84),
Σύμπαντά τ' εἰπὼν, θεοφιλεῖς ἐμὰς τύχας
Παιὼν ἐπευφήμησεν, εὐθυμῶν ἐμέ.
Κἀγὼ τὸ Φοίβου θεῖον ἀψευδὲς στόμα
Ἡδιζον εἶναι, μαντικῇ βρύον τέχνῃ.
Ὁ δ' αὐτὸς ὑμῶν, αὐτὸς ἐν θοίνῃ παρὼν,
Αὐτὸς τάδ' εἰπὼν, αὐτός ἐστιν ὁ κτανὼν
Τὸν παῖδα τὸν ἐμόν.

Risisse sortem prolis egregiam suæ,
Mihi nam valentes, atque longævos fore
Dum caneret ipse liberos, nil insuper
Non sponte pæon addidit, charam deis
Vocans parentem, meque lætitia efferens,
Equidem subire fraudis ac falsi nihil
Divina vatis ora credideram sacri.
Ille ipse præco noster, ac mensæ comes.
Cuncta illa jactans, filium occidit meum.

Ὅταν τις τοιαῦτα λέγῃ περὶ θεῶν, χαλεπανοῦμέν τε, καὶ χορὸν οὐ δώσομεν (85), οὐδὲ τοὺς διδασκάλους ἐάσομεν ἐπὶ παιδείᾳ χρῆσθαι τῶν νέων, εἰ μέλλουσιν ἡμῖν οἱ φύλακες θεοσεβεῖς τε καὶ θεῖοι γίγνεσθαι, καθόσον ἀνθρώπῳ ἐπὶ πλεῖστον οἷόν τε.— Παντάπασιν D ἔφη, ἔγωγε τοὺς τύπους τούτους συγχωρῶ καὶ ὡς νόμοις ἂν αὐτοῖς χρῴμην. » Ταῦτα μὲν ὁ Πλάτων. Εὕροις δ' ἂν τὴν Ἑβραίων γραφὴν, οὐδαμῶς μὲν μύθους αἰσχροὺς περὶ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ, ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν θείων ἀγγέλων, οὐδέ γε περὶ τῶν θεοφιλῶν ἀνδρῶν, ὁμοίως ταῖς Ἑλληνικαῖς μυθολογίαις περιέχουσαν· τὸν δὲ ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος ἐκτεθέντα τύπον, ὅτι τε ἀγαθὸς ὢν ὁ Θεὸς τυγχάνει, καὶ τὰ

Hæc similiaque de diis a quocunque dicantur, feremus graviter, nec legendi docendique chori potestatem ei faciemus, nec iis præceptores in junioribus informandis abuti patiemur; si modo reip. nostræ custodes religiosos et, quantum homini licet, divinos habere cupiamus. — Ego vero, inquit, formas illas vehementer probo, iisque tanquam legibus maxime uti velim. » Hactenus Plato. Jam in Hebræorum litteris, nusquam omnino, turpes de universi moderatore Deo, ac ne de divinis quidem ipsius angelis, imo nec de hominibus etiam Deo charis fabulas, Græcis illis similes reperias. At sancitam illam a Platone formam passim invenias

(82) *Ἐνυπνίου πομπήν.* Homerus *Iliad.* B, initio.

(83) *Ἐνδαιτεῖσθαι.* Hæc apud Æschylum non legi. Apud Platonem est ἐνδατεισθαι. Hesychio ἐνδατουμένη, non tantum ἐπιλαμβανομένη, μερίζουσα, sed etiam ἐνδατούμενος, οἱονεὶ κακῶς λέγων σφοδρῶς. Hic videtur esse ἐνδαιτεῖσθαι, seu ἐνδατεῖσθαι, ἐν δαιτῇ κατειρωνεύειν. Sensus quidem id postulat. Ficinus hoc verbum præterit.

(84) *Μακραίωνος βίου.* Hoc malo quam μακραίωνας βίους, ut apud Platonem.

(85) *Χορὸν οὐ δώσομεν.* Neque id vertit Ficinus. Notum est qui tragœdiam docebat, huic legendi quoque docendique chori potestatem fieri solitam.

Digitized by Google

licet, Non modo bonum esse Deum, sed etiam quæcunque fecerit, in bonitatis suæ communionem vocasse. Sane quidem admirabilis ille Moyses, post operis cujuslibet enarrationem adjungit, « Et vidit Deus quod bonum erat ; » idemque post omnium expositionem, de universis universe ita concludit, « Et vidit Deus omnia quæ fecerat, et erant valde bona. » Præterea, commune Hebræorum dogma hoc est, malorum auctorem Deum non esse. Siquidem nec mortem fecit Deus, nec viventium interitu delectatur. Ut enim essent, omnia creavit, suntque salutares ex sese mundi generationes : « Invidia autem diaboli mors intravit in mundum [1]. » Quamobrem a propheta Deus etiam introducitur, cum eo qui suapte voluntate malus evaserat, hunc in modum expostulans : « Ego autem plantavi te vineam fructiferam, totam veram : quomodo conversa es retro, vinea aliena [2]. » Sicubi autem improbis divinitus evenire mala dicuntur, id accipiendum ita est, ut mala solius communione vocis pœnæ illæ nominentur, quas Deus per sese bonus, ad eorum, quibus immittuntur, non perniciem, sed utilitatem et commodum infligere dicatur : quemadmodum **648** medicus, qui ad laborantium salutem, molestum et grave curationis genus adhiberet, malum iis afferre pateretur. Quare in divinis etiam paginis, ubicunque a Deo mala hominibus immitti dicuntur, usurpanda sunt illa Platonis, abs Deo justa bonaque proficisci omnia, quæque hominibus tristia malaque videri solent, æquis quibusdam infligi ; cæterum qui puniantur, fructum ex iis capere : quod non tantum a philosopho, sed etiam a Scriptura confirmatur, dum ait, « Quem enim diligit Dominus, castigat ; flagellat autem omnem filium, quem recipit [3]. » At vero, et miseros fuisse, qui pœnas eas sustinerent, et illas tamen Deum immisisse, hoc ut poeta canat, ferendum nunquam erit. Quod si homines improbos, utpote miseros, animadversione opus habuisse dicerent, eamque dum subirent, opem sensisse divinam, hactenus id tolerari possit. Deum autem, qui per sese bonus sit, causam ulli malorum esse, id vero ne unquam dicatur, omni ratione pugnandum erit. Præterea Deum mutari non posse docet Hebræus propheta, ubi sic ejus ex persona loquitur : « Quoniam ego Dominus Deus vester, et non mutor. » Similiter David in sua illa theologia, sic exclamat : « Omnes sicut vestimentum veterascent, et sicut opertorium convolves illos, et mutabuntur. Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient [4]. » Ubi autem Dei Verbum, forma specieque humana indutum, Hebræorum litteræ repræsentant, dicendum enimvero, non quomodo Græcorum fabulæ de Proteo, Thetide ac Junone memorant, aut quales ideos illos jamjam audiebamus, noctu multis animantibus, atque omnigenis similes oberrare, divinum hoc Verbum sese hominibus exhibens ab illis introduci : sed potius, quemadmodum Plato ipse

πρὸς αὐτοῦ γεγονότα πάντα, τοιαῦτα. Ἐφ' [3] ἑκάστῳ δ' οὖν τῶν δημιουργημάτων ὁ θαυμάσιος Μωσῆς ἐπιλέγει· « Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς, ὅτι καλόν· » ἐπί τε πᾶσι τὸν περὶ πάντων συγκεφαλαιούμενος λόγον φησί· « Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς πάντα ὅσα ἐποίησε, καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν. » Δόγμα δ' Ἑβραίων ἐστὶ καὶ τὸ μὴ εἶναι τὸν Θεὸν κακῶν αἴτιον· εἰ δὴ ὁ Θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ τέρπεται ἐπ' ἀπωλείᾳ ζώντων· ἔκτισε γὰρ εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα, καὶ σωτήριοι αἱ γενέσεις τοῦ κόσμου· « Φθόνῳ δὲ διαβόλου θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον. » Διὸ καὶ παρὰ τῷ προφήτῃ εἰσήκται λέγων ὁ Θεὸς, πρὸς τὸν ἐξ οἰκείας προαιρέσεως κακὸν γεγενημένον· « Ἐγὼ δὲ ἐφύτευσά σε ἄμπελον καρποφόρον, πᾶσαν ἀληθινήν· πῶς ἐστράφης εἰς τὰ ὀπίσω, ἡ ἄμπελος ἡ ἀλλοτρία; » Εἰ δέ που λέγοιτο κακὰ τοῖς φαύλοις ἐκ Θεοῦ συμβαίνειν, ὁμωνύμως ἀκουστέον, ὡς τῶν τιμωριῶν οὕτω κεκλημένων, ἃς ἀγαθὸς ὢν ὁ Θεὸς οὐκ ἐπὶ βλάβῃ τῶν τιμωρουμένων, ἐπ' ὠφελείᾳ δὲ καὶ συμφέροντι λέγεται ἐπάγειν· ὥσπερ ἂν καὶ ἰατρὸς ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν καμνόντων κακὰ νομίζοιτο προσφέρειν, τὰς ἀλγεινὰς καὶ πικρὰς θεραπείας. Διὸ καὶ ἐπὶ τῆς θείας γραφῆς, ἔνθα εἴρηται κακὰ ἀνθρώποις ἐπάγεσθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, τὰ παρὰ τῷ Πλάτωνι λεκτέον, ὡς « Ὁ μὲν Θεὸς δίκαιά τε καὶ ἀγαθὰ εἰργάζετο, καὶ ὅτι τὰ σκυθρωπὰ, καὶ ἀνθρώποις κακὰ νενομισμένα τοῖς τούτων ἀξίως ἐπῆγεν· » οἱ δὲ ὦναντα κολαζόμενοι, οὐ μόνον κατὰ τὸν φιλόσοφον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν Ἑβραίων γραφὴν λέγουσαν· « Ὃν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει· μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν, ὃν παραδέχεται. » Ὡς δ' ἄθλιοι μὲν οἱ δίκην διδόντες, ἦν δ' ὁ ὁρῶν ταῦτα ὁ Θεὸς, οὐκ ἐατέον λέγειν τὸν ποιητήν· ἀλλ', εἰ μὲν, ὅτι ἐδεήθησαν κολάσεως, λέγοιεν, ὡς ἄθλιοι κακοὶ, διδόντες δὲ δίκην, ὠφελοῦντο ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἐατέον· κακῶν δὲ αἴτιον φάναι Θεόν τινι γίγνεσθαι, ἀγαθὸν ὄντα, διαμαχητέον παντὶ τρόπῳ. » Ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ μὴ ἀλλοιοῦσθαι τὸν Θεὸν ἡ παρ' Ἑβραίοις προφητεία ὧδέ πη ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ διδάσκει λέγουσα· « Διότι ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι. » Καὶ ἐν ταῖς θεολογίαις δὲ ὁ Δαβὶδ ἀναφωνεῖ λέγων· « Πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται, καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτούς, καὶ ἀλλαγήσονται. Σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσιν. » Εἰ δέ πη τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον εἰσάγουσιν, ἐν εἴδει καὶ σχήματι ἀνθρωπίνῳ παραφαινόμενον, λεκτέον, ὡς οὐ κατὰ τοὺς Ἑλλήνων μύθους ὁμοίως Ἡρωτεῖ, καὶ Θέτιδι, καὶ Ἥρᾳ, οὐδ' ὡς οἱ θεοὶ οἱ περιερχόμενοι νύκτωρ, πολλοῖς ζώοις καὶ πανταδαποῖς ἐνδαλλόμενοι, καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον ἀνθρώποις πεφηνότα εἰσάγουσιν οἱ Ἑβραίων λόγοι· ἀλλ' ὡς αὐτὸς ὁ Πλάτων δεῖν ποτέ φησιν ἐπὶ φίλων εὐεργεσίᾳ, ὅταν διὰ μανίαν ἢ τινα ἄνοιαν κακόν τι ἐπιχειρῶσι πράττειν, τότε ἀποτροπῆς ἕνεκα ὡς φάρμακον χρήσιμον γενέσθαι τὴν τοῦ Θεοῦ εἰς ἀνθρώπους πάροδον. Ἐπεὶ οὖν τῶν ἐπὶ γῆς ζώων οὐδὲν ἦν θεοφιλέστερον γένος ἀνθρώπου, συγγενές τε καὶ οἰκεῖον τῷ Θεοῦ Λόγῳ, παρ' οὗ καὶ λογικὸς τὴν τῆς ψυχῆς φύσιν ἀπείργαστο· εἰκότως, οἷα φίλου ζώου

[1] Sap. II, 24. [2] Jer. II, 21. [3] Hebr. XII, 6. [4] Psal. CI, 27

Digitized by Google

κηδόμενον τὸν ἐπουράνιον Λόγον, ἥκειν ἐπὶ θεραπείᾳ φασὶ παντὸς τοῦ γένους, νόσον καὶ μανίαν ἔκτοπον ὑπομείναντος, ὡς μήτε τὸν Πατέρα γινώσκειν Θεὸν, μήτε τὴν οἰκείαν τῆς νοερᾶς φύσεως οὐσίαν, μήτ' αὖ Θεοῦ πρόνοιαν, σώτειραν τῶν ὅλων, εἰς ἀλόγου δὲ ζώου σχεδὸν ὅσον παρατροπὴν ἥκοντος· διὸ δὴ τὸν Σωτῆρα καὶ ἰατρὸν ἐπιστῆναι λέγουσιν, οὐ μὲν δὴ τῆς οἰκείας ἐκτάντα φύσεως, οὐδέ γε ψευσάμενον τοὺς ὁρῶντας, ἅμφω δὲ ἀληθῆ φυλάξαντα, τό τε ἀφανὲς καὶ τὸ ὁρώμενον. Πῇ μὲν γὰρ ἀληθὴς ἄνθρωπος ἐωρᾶτο, πῇ δὲ Θεοῦ Λόγος ἦν ἀληθὴς, οὔ γοητεύων, οὐδὲ τοὺς θεωμένους ἐξαπατῶν· ἐπειδὴ τὸ Θεῖον ἀψευδὲς καλῶς ἔχειν ἐδόκει καὶ Πλάτωνι. « Κομιδῇ ἄρα ὁ Θεὸς Λόγος, ἁπλοῦς ὢν καὶ ἀληθὴς ἔν τε ἔργῳ καὶ λόγῳ, οὔτε αὐτὸς μεθίστατο, οὔτε ἄλλους ἐξηπάτα, οὔτε κατὰ φαντασίας, οὔτε κατὰ λόγους, οὔτε κατὰ σημείων πομπὰς, οὔθ' ὕπαρ, οὐδ' ὄναρ. » Πάντα γὰρ ὅσα τοιαῦτα, οἷα λογικῶν ψυχῶν ἰατρὸς, σωτηρίας ἕνεκα τοῦ παντὸς ἀνθρώπων γένους, ἀληθῶς, ἀλλ' οὐ δοκήσει, δι' οὗ ἀνείληψεν ἀνθρώπου διεπραγματεύσατο, τὴν πρὸς τὸν αὐτοῦ πατέρα φιλίαν τε καὶ ὑποστροφὴν (86), διὰ τῆς κατηγγελμένης ὑπ' αὐτοῦ θεογνωσίας, καὶ ἀληθοῦς εὐσεβείας, πᾶσιν ἡμῖν δωρούμενος. Καὶ τὰ μὲν ἡμέτερα τοιαῦτα. Τοῖς δὲ ἄλλως λέγουσι, χαλεπανοῦμέν τε, καὶ χορὸν οὐ δώσομεν, οὐδέ γε τοὺς διδασκάλους ἐάσομεν ἐπὶ παιδείᾳ χρῆσθαι τῶν νέων, εἰ μέλλουσιν ἡμῖν οἱ φύλακες θεοσεβεῖς τε καὶ θεῖοι γίγνεσθαι, ὡς καὶ τῷ φιλοσόφῳ ἄριστα ἔχειν ἐδόκει.

A docet, ut opis in amicos aliquid ac beneficii conferatur, si quando vel ob stultitiam mali quidpiam moliantur, tum ejus amoliendi causa, tanquam salutare quoddam amuletum, Dei apud homines adventum contingere. Quoniam igitur ex omnibus, quæ terrarum ambitu continentur, animantibus, homine charius Deo nullum est, qui cum Dei Verbo, cujus manu cum animo ratione prædito creatus est, necessitudine quadam et affinitate conjungitur : merito quidem cœleste Verbum, quod hujus tanquam dilecti animantis curam gereret, ad universi generis curationem venire pronuntiant : quippe quod morbo ac furore tam insano teneretur, ut nec Patrem Deum, **649** nec propriam naturæ suæ spiritalis essentiam, nec ipsius B Dei providentiam, rerum omnium conservatricem agnosceret, sed in brutæ animantis conditionem prope degenerasset : propterea, inquam, Servatorem ac medicum ad homines accessisse tentantur, sic tamen, ut neque suam ipse naturam exuerit, neque videntibus errorem ullum obtulerit, sed ambo illa, hoc est tam quod cerni oculis non poterat, quam quod sub aspectum cadebat, vera retinuerit. Idem enim et verus homo cernebatur, et verum simul Dei Verbum erat, quod nullis præstigiis utebatur, nec aspicientibus illudebat : quemadmodum etiam Platoni Numen ab omni mendacio alienum esse debere videbatur. « Itaque Deus Verbum simplex admodum, veraxque cum esset, tam re ipsa, quam oratione, nec per sese mutabatur, nec alios aut simulata specie, aut verbis, aut signorum ostentis, aut visis, aut somniis in errorem inducebat. » Quæcunque enim ipsum, tanquam animorum ratione præditorum medicum, ad salutem generi hominum universo afferendam præstare decuit, ea vere, non specie tenus, per eum, quem assumpsit, hominem cuncta perfecit, eaque quam prædicavit Dei cognitione, veraque pietate, nobis omnibus cum Patre suo amicitiam, ad eamque redeundi facultatem impertivit. Et nostra quidem hujusmodi sunt. Quicunque autem aliter loquentur, feremus sane graviter, nec legendi docendique chori potestatem iis faciemus, nec iis præceptores in junioribus informandis abuti patiemur, siquidem reip. nostræ custodes religiosos atque divinos, uti philosopho maxime placebat, habere cupiamus. C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Ὅτι πλέον οὐδὲν τῶν αἰσχρῶν μύθων αἱ περὶ τῶν Ἑλληνικῶν θεῶν διηγήσεις περιέχουσιν, αἷς μὴ πειθόμενον Σωκράτην ἐκτεῖναν Ἀθηναῖοι. Ἀπὸ τοῦ Εὐθύφρονος.

« Αὐτοὶ δὲ (87) οἱ ἄνθρωποι τυγχάνουσι νομίζοντες, τὸν Δία τῶν θεῶν ἄριστον καὶ δικαιότατον· καὶ τοῦτον ὁμολογοῦσι τὸν αὐτοῦ πατέρα δῆσαι, ὅτι τοὺς υἱεῖς κατέπινεν, οὐκ ἐν δίκῃ· καὶ ἐκεῖνόν γε αὐτὸν (88) αὐτοῦ πατέρα ἐκτεμεῖν, δι' ἕτερα τοιαῦτα. Ἐμοὶ δὲ χαλεπαίνουσιν, ὅτι τῷ πατρὶ ἐπεξέρχομαι ἀδικοῦντι. Καὶ οὕτως αὐτοὶ ἑαυτοῖς τὰ ἐναντία λέγουσιν, περί τε τῶν θεῶν, καὶ περὶ ἐμοῦ.—Ἆρα γε ὦ (89), Εὐθύφρον, D

CAPUT IV.

Præter obscenas fabulas, nihil istas de Græcis numinibus narrationes continere, Socratemque, quod iis fidem non haberet, ab Atheniensibus interfectum esse. Ex Euthyphrone.

« Jovem, inquit Plato, deorum optimum atque justissimum homines isti existimant, a quo tamen suum ipsius Patrem, quod filios injuria devoraret, vinctum esse confitentur : qui et ipse rursus ob alia quædam similia, patrem ante suum exsecuerat. **650** Iidem vero mihi succensent, quod Patrem injustitiæ reum in jus vocem. Ita secum ipsi pugnant, cum de dîis, ac de me loquuntur.—Enim-

(86) *Φιλίαν τε καὶ ὑποστροφήν.* Ita Clemens Alexandrinus *Protrepticon* suum concludit : Εἰ δὲ κοινὰ τὰ φίλων, θεοφιλὴς δὲ ὁ ἄνθρωπος τῷ Θεῷ (f. addend. φίλος)· καὶ γὰρ οὗν φίλος, μεσιτεύοντος τοῦ Λόγου γίνεται δὴ οὖν τὰ πάντα τοῦ ἀνθρώπου, ὅτι τὰ πάντα τοῦ Θεοῦ, καὶ κοινὰ ἀμφοῖν τοῖν φίλοιν τὰ πάντα, τοῦ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπου. Et paulo post de verborum operumque similitudine : Ὧδέ πως ἔχει τὰ ἡμέτερα, τῶν Χριστοῦ ὀπαδῶν· οἷαι μὲν αἱ βουλαὶ, τοῖοι καὶ οἱ λόγοι· ὁποῖοι δὲ οἱ λόγοι, τοιάδε καὶ αἱ πράξεις· καὶ ὁποῖα τὰ ἔργα, τοιοῦτος ὁ βίος. Χριστὸς ὁ σύμπας ἀνθρώπων βίος, τῶν Χριστὸν ἐγνωκότων.

(87) *Αὐτοὶ δέ.* Plato in *Euthyphrone*, pag. 49. Hic autem loquitur Euthyphro, qui factum ipse suum, deorum maximi exemplo defendebat.

(88) *Αὐτόν.* Melius, αὖ τόν, ut Plato.

(89) *Ἆρα γε*, Socrates loquitur.

Digitized by Google

vero causa hæc una est, Euthyphro, quæ me reum facit, quod ægre audiam, si quis talia de diis commemoret. Erit propterea, ut videtur, qui peccare me dicat. Et quidem si tu quoque rerum istarum adeo peritus, eadem in opinione versaris, nobis etiam, opinor, id erit necessario concedendum. Quid enim causæ diceremus, cum nihil iis de rebus scire nos, ultro ipsi fateamur? Sed tu, per Jovem illum amicitiæ præsidem, ea vere hunc in modum contigisse putas? — Imo et alia, mi Socrates, longe his mirabiliora, quæ hominum vulgus ignorat. Tunc igitur bellum inter deos, illasque graves inimicitias, atque contentiones, aliaque id genus permulta, quæ a poetis occinuntur, locum habere arbitraris? Sane quidem, cum sacra nobis alia boni pictores egregie variarint, tum vero magnis illis Panathenæis peplum quoddam ejusmodi varietatibus plenum, summam in arcem tollitur. Vera hæc esse, mi Euthyphro, num dicemus? — Imo, non ista solum, mi Socrates, sed etiam, quod paulo ante dicebam, alia tibi pleraque, si velis modo, de diis referam, quæ tu, sat scio, cum audies, obstupesces. » Hæc Plato in *Euthyphrone*. Quorum sententiam illustrat Numenius, in eo verbis.

A τοῦτ' ἐστὶν οὗ ἕνεκα τὴν γραφὴν φεύγω, ὅτι τὰ τοιαῦτα, ἐπειδάν τις περὶ τῶν θεῶν λέγῃ, δυσχερῶς πως ἀποδέχομαι, διὰ ἃ δή, ὡς ἔοικε, φήσει τίς με ἐξαμαρτάνειν. Νῦν οὖν, εἰ καί σοι ταῦτα συνδοκεῖ, τῷ εὖ εἰδότι περὶ τῶν τοιούτων, ἀνάγκη δή, ὡς ἔοικε, καὶ ἡμῖν συγχωρεῖν. Τί γὰρ καὶ φήσομεν, εἴ γε καὶ αὐτοὶ ὁμολογοῦμεν περὶ αὐτῶν μηδὲν εἰδέναι; Ἀλλά μοι εἰπὲ πρὸς Φιλίου, σὺ ὡς ἀληθῶς ἡγῇ ταῦτα οὕτω γεγονέναι; — Καὶ ἔτι τούτων θαυμασιώτερα, ὦ Σώκρατες, ἃ οἱ πολλοὶ οὐκ ἴσασι. Καὶ πόλεμον ἄρα ἡγῇ σὺ εἶναι τῷ ὄντι ἐν τοῖς θεοῖς πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἔχθρας γε δεινὰς, καὶ μάχας, καὶ ἄλλα τοιαῦτα πολλὰ, οἷα λέγεταί τε ὑπὸ τῶν ποιητῶν; καὶ ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν γραφέων, τά τε ἄλλα ἱερὰ ἡμῖν κατα πεποίκιλται, καὶ δὴ καὶ ἐν τοῖς μεγάλοις Παναθηναίοις ὁ πέπλος μεστὸς τῶν τοιούτων ποικιλμάτων ἀνάγεται εἰς τὴν ἀκρόπολιν. Ταῦτα ἀληθῆ εἶναι φῶμεν, ὦ Εὐθύφρον; — Μὴ μόνα γε, ὦ Σώκρατες, ἀλλ', ὅπερ ἄρτι εἶπον, καὶ ἄλλα σοι ἐγὼ πολλὰ, ἐάνπερ βούλῃ, περὶ τῶν θεῶν διηγήσομαι, ἃ σὺ ἀκούων εὖ οἶδ' ὅτι ἐκπλαγήσῃ. » Ταῦτα ὁ Πλάτων ἐν τῷ *Εὐθύφρονι*. Διασαφεῖ δὲ τὴν διάνοιαν ὁ Νουμήνιος, ἐν τῷ *Περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι ἀποῤῥήτων*, ὧδέ πη λέγων.

quem *De Platonicis arcanis* conscripsit, his

CAPUT V.

Ex Numenii libro De Platonis arcanis. *Eamdem in rem.*

« Si de Atheniensium theologia cum se Plato scripturum esse proposuisset, eam asperius deinde reprehendisset, quod partim mutua numinum dissidia contineret, partim liberos aut congressos cum parentibus, aut ab iis devoratos, partim sceleris utriusque causa, pœnas vel parentibus a liberis, vel fratribus a fratribus impositas, atque id genus alia celebraret : Hæc, inquam, si palam et aperte Plato accusasset, mihi sane causam Atheniensibus aliquam præbuisse videretur, ut in eo, quemadmodum et in Socrate, interficiendo. » **651** At vero, cum is nec vitæ, quam veritatis, retinendæ cupidior esset, et utramque tuto abs sese defendi posse videret, *Euthyphronem* illum hominem, arrogantem ac stolidum, quique de diis perperam, si quisquam alius, disputaret, Atheniensium vice introduxit : Socratem vero per sese, ac pio illo more genioque proprio, quo passim ille cum omnibus utebatur, coarguendum exhibuit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Νουμηνίου, ἐκ τῶν Περὶ Πλάτωνι *ἀποῤῥήτων. Περὶ τοῦ αὐτοῦ.*

« Εἰ μὲν, γράφειν ὑποτεινάμενος ὁ Πλάτων περὶ τῆς θεολογίας τῆς τῶν Ἀθηναίων, εἶτα ἐδυσχέραινεν αὐτῇ, καὶ κατηγόρει, ἐχούσῃ στάσεις μὲν πρὸς ἀλλήλους, τέκνων δὲ τῶν μὲν μίξεις τῶν δὲ ἐδωδὰς, τῶν δὲ ἀντὶ τούτων πατράσι τιμωρίας, ἀδελφῶν τε ἀδελφοῖς ὑμνούσῃ, καὶ ἄλλα τοιαῦτα, εἴπερ ὁ Πλάτων ταῦτὶ λαβὼν εἰς τὸ φανερὸν κατηγόρει, παρασχεῖν ἂν δοκεῖ μοι τοῖς Ἀθηναίοις αἰτίαν πάλιν κακοῖς γενέσθαι ἀποκτείνασι καὶ αὐτὸν, ὥσπερ τὸν Σωκράτην. » Ἐ ζῆν μὲν οὐκ ἂν προείλετο μᾶλλον ἢ ἀληθεύειν, ἐώρα δὲ ζῆν τε καὶ ἀληθεύειν ἀσφαλῶς δυνησόμενος, ἔθηκεν ἐν μὲν τῷ σχήματι τῶν Ἀθηναίων, τὸν *Εὐθύφρονα*, ὄντα ἄνδρα ἀλαζόνα, καὶ κομψὸν, καὶ εἴτις ἄλλος, θεολογεῖ κακῶς· αὐτὸν δὲ τὸν Σωκράτην ἐπ' αὐτοῦ τε, καὶ ἐν τῷ ἰδίῳ σχηματισμῷ, ἐν ᾧ περὶ εἰωθότος ἤλεγχεν ἑκάστῳ προσομιλῶν·

CAPUT VI.

In vulgi opiniones abeundum non esse, nec ab instituto suo vel mortis metu discedendum. Ex Critone.

« O amice Crito (inquit apud Platonem Socrates), tuum hoc studium, si modo cum æquitate conjunctum sit, maximi sane faciendum est; sin minus, quo vehementius est, eo molestius. Videndum ergo nobis, utrum ita sit agendum, necne. Equidem non tantum in præsentia, sed etiam perpetuo ita sum animo comparatus, ut quidquid a meis afferatur, nihil unquam præter eam rationem audiam, quæ

(90) Ὦ *φίλε Κρίτων*. Plato in *Critone*, p. 371, B.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ'.

Ὅτι μὴ δεῖ ταῖς τῶν πολλῶν προσέχειν δόξαις, μηδὲ τῆς ἰδίας μετατίθεσθαι προαιρέσεως, διὰ θανάτου φόβον. Ἀπὸ τοῦ Κρίτωνος.

« Ὦ φίλε Κρίτων (90), ἡ προθυμία σου πολλοῦ ἀξία, εἰ μετά τινος ὀρθότητος εἴη· εἰ δὲ μή, ὅσῳ μείζων, τοσούτῳ χαλεπωτέρα. Σκοπεῖσθαι οὖν χρὴ ἡμᾶς, εἴτε ταῦτα πρακτέον, εἴτε μή. Ὡς ἐγὼ οὐ μόνον νῦν, ἀλλὰ καὶ ἀεὶ τοιοῦτος, οἷος τῶν ἐμῶν μηδενὶ ἄλλῳ πείθεσθαι ἢ τῷ λόγῳ, ὃς ἂν μοι λογιζομένῳ βέλτιστος φαίνηται. Τοὺς δὴ λόγους, οὓς ἐν τῷ ἔμπροσθεν ἔλεγον, οὐ δύναμαι νῦν ἐκβάλλειν ἐκ τοῦ

Digitized by Google

μοι ἤδη ἡ τύχη γέγονεν· ἀλλὰ σχεδόν τι ὅμοιοι φαί- A
νονταί μοι, καὶ τοὺς αὐτοὺς πρεσβεύω καὶ τιμῶ,
ὥσπερ καὶ πρότερον (91). Ὧν ἐὰν μὴ βελτίω ἔχωμεν
λέγειν ἐν τῷ παρόντι εὖ ἴσθι, ὅτι οὐ μή σοι συγχω-
ρήσω, οὐδ' ἂν πλείω τῶν νῦν παρόντων ἡ τῶν πολ-
λῶν δύναμις, ὥσπερ παῖδας ἡμᾶς μορμολύττηται,
δεσμούς τε καὶ θανάτους ἐπιπέμπουσα, καὶ χρημά-
των ἁφαιρέσεις. Πῶς οὖν ἂν μετριώτατα σκοποίμεθα
αὐτά; Εἰ πρῶτον μὲν τοῦτον τὸν λόγον ἀναλάβοιμεν,
ὃν σὺ λέγεις, τὸν περὶ τῶν δοξῶν, πότερον καλῶς
ἐλέγετο ἑκάστοτε, ἢ οὔ, ὅτι ταῖς μὲν δεῖ τῶν δοξῶν
προσέχειν τὸν νοῦν, ταῖς δὲ, οὔ· ἢ πρίν με δεῖν ἀπο-
θνήσκειν, καλῶς ἐλέγετο, νῦν δὲ καπάδηλος ἄρα ἐγέ-
νετο, ὅτι ἄλλως ἕνεκα λόγου ἐλέγετο, ἦν δὲ παιδιὰ
καὶ φλυαρία ὡς ἀληθῶς. Ἐπιθυμῶ δ' ἔγωγε ἐπισκέ-
ψασθαι, ὦ Κρίτων, κοινῇ μετὰ σοῦ εἴ τί μοι ἀλλοιό- B
τερος φανεῖται, ἐπειδὴ ὧδ' ἔχω, ἢ ὁ αὐτὸς καὶ ἐάσο-
μεν χαίρειν, ἢ πεισόμεθα αὐτῷ. Ἐλέγετο δέ πως, ὡς
ἐγῷμαι, ἑκάστοτε ὧδε ὑπὸ τῶν οἰομένων τι λέγειν,
ὥσπερ νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον, ὅτι τῶν δοξῶν ἃς οἱ ἄν-
θρωποι δοξάζουσι, δέοι τὰς μὲν περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι,
τὰς δὲ μή. Τοῦτο πρὸς θεῶν, ὦ Κρίτων, οὐ δοκεῖ κα-
λῶς σοι λέγεσθαι; Σὺ γάρ, ὅσα γε τἀνθρώπεια, ἐκτὸς
εἰ τοῦ μέλλειν ἀποθνήσκειν αὖριον, καὶ οὐκ ἂν σε
παρακρούοι ἡ παροῦσα συμφορά. Σκόπει δή. Οὐχ
ἱκανῶς δοκεῖ σοι λέγεσθαι, ὅτι οὐ πάσας χρὴ δόξας
τὰς τῶν ἀνθρώπων τιμᾶν, ἀλλὰ τὰς μὲν, τὰς δ' οὔ;
οὐδὲ πάντων, ἀλλὰ τῶν μὲν, τῶν δ' οὔ; Τί φῂς;
ταῦτα οὐχὶ καλῶς λέγεται; — Καλῶς. — Οὐκοῦν τὰς
μὲν χρηστὰς τιμᾶν, τὰς δὲ πονηρὰς μή; — Ναί. C
Χρησταὶ δὲ οὐχ αἱ τῶν φρονίμων πονηραὶ δὲ αἱ τῶν
ἀφρόνων; — Πῶς δὲ οὔ; Φέρε δή, πῶς αὖ τὰ τοι-
αῦτα ἐλέγετο; Γυμναζόμενος ἀνὴρ, καὶ τοῦτο πράτ-
των (92), πότερον παντὸς ἀνδρὸς ἐπαίνῳ, καὶ ψόγῳ,
καὶ δόξῃ τὸν νοῦν προσέχει, ἢ ἑνὸς μόνου ἐκείνου, ὃς
ἂν τυγχάνῃ ἰατρὸς, ἢ παιδοτρίβης ὤν; — Ἑνὸς μό-
νου. — Οὐκοῦν φοβεῖσθαι χρὴ τοὺς ψόγους, καὶ ἀσπά-
ζεσθαι τοὺς ἐπαίνους τοὺς τοῦ ἑνὸς ἐκείνου (93), ἀλλὰ
μὴ τοὺς τῶν πολλῶν. — Δηλαδή. — Ταύτῃ ἄρα πρα-
κτέον αὐτῷ, καὶ γυμναστέον, καὶ ἐδεστέον γε, καὶ
ποτέον, ᾗ ἂν τῷ ἑνὶ δοκῇ τῷ ἐπιστάτῃ, καὶ ἐπαΐοντι
μᾶλλον, ἢ ξύμπασι τοῖς ἄλλοις. — Ἔστι ταῦτα. —
Εἶεν. Ἀπειθήσας δὲ τῷ ἑνὶ καὶ ἀτιμάσας αὐτοῦ τὴν
δόξαν καὶ τοὺς ἐπαίνους, τιμήσας δὲ τοὺς τῶν πολ-
λῶν καὶ μηδὲν ἐπαΐόντων, ἆρα οὐδὲν κακὸν πείσεται; D

mihi rem attente cogitanti optima videatur. Atqui ne in hac quidem fortuna, qua nunc utor, quæ antehac abs me disputata sunt, repudiare possum; ita fere mihi semper sui similia videntur; adeoque illa ipsa, quæ prius, amplector etiamnum ac sequor. Quibus proinde si melius nihil, hoc statu rerum, quod dicamus, occurrit, nunquam, mihi crede, tibi assentiar; ne si nobis quidem plura, quam adhuc videamus, terriculamenta vis illa populi tanquam pueris objecerit, vincula, mortes, ac bonorum direptiones intentando. Quis igitur a nobis optimus his in rebus æstimandis adhiberi modus poterit? Principio quidem, si tuam illam de opinionibus disputationem repetimus, rectene videlicet, an secus, dictum universe fuerit, in nonnullis opinionibus acquiescendum esse, in aliis minime: an potius, antequam mihi esset moriendi oblata necessitas, recte id ac vere diceretur, nunc autem plane constiterit, tum quidem aliter, sed dicis tantum causa disputatum, reipsa tamen ludum id totum ac nugas fuisse. Ego vero tecum una, mi Crito, attendere nunc et explorare cupio, num alius mihi, postquam hunc in locum fortunamque veni, sermo ille videatur, **652** an prorsus idem: ac proinde utrum eum facessere jubeamus, an eidem pareamus. Tum quidem, opinor, uti jamjam ipse dicebam, id communi quodam eorum, qui aliquid se dicere existimabant, judicio statuebatur; ex iis quæ in hominum opinione versantur, alia plurimi facienda esse, alia secus. Hoc igitur per deos, o Crito, non tibi recte statui videtur? Nam tu, quantum sane humanitus affirmari potest, extra periculum es crastino die moriendi, nec est quod præsens hic te casus transversum agat. Attende ergo. Num tu apte illud ac jure dici arbitraris, nec opiniones hominum omnes esse laudandas, sed aliquas tantum, alias non item: nec omnium etiam hominum, sed aliquorum duntaxat, aliorum secus? Quid ais? Nunquid istud recte dicitur? — Recte. — Laudandas ergo quæ bonæ sunt, quæ pravæ, repudiandas? — Ita. — Bonas autem non eas tu vocas, quæ a prudentibus, malas contra, quæ ab imprudentibus imbibuntur? — Quid enim aliud dicerem? Age hunc, quemadmodum ista porro disputabantur? Qui in gymnasiorum exercitationibus studiose

(91) *Οὕσπερ καὶ πρότερον.* Animus philosopho dignus. Audi et Senecam, sed jam senem, ac morti propinquiorem, epist. 26: *Ego certe,* inquit, *velut appropinquet experimentum, et ille laturus sententiam de omnibus annis meis dies venerit ita me observo et alloquor. Nihil est, inquam, adhuc, quod aut rebus, aut verbis exhibuimus. Levia sunt ista, et fallacia pignora animi, multisque involuta lenociniis. Quid profecerim, morti crediturus sum. Non timide componor ad illum diem, quo, remotis strophis ac fucis, de me judicaturus sum, utrum loquar fortia an sentiam: nunquid simulatio fuerit, et mimus, quidquid contra fortunam jactavi verborum contumacium. Disputationes et litterata colloquia, et ex præceptis sapientium verba collecta, et eruditus sermo, non ostendunt verum robur animi. Est enim oratio etiam timidissimis audax. Quid quæris, tunc apparebit, cum animam ages.* Vide et epistol. 30. Qualis extremo illo actu, reipsa fuerit, disces ex Tacito, lib. *Annal.* xv, nam supremas ejus voces temporum invidit injuria.

(92) *Τοῦτο πράττων.* Malui uno verbo, *studiose.* Idem tamen est, quod Latini a Numa instituti, seriis in rebus, ac præsertim in sacris admonebant: *Hoc age.* Plutarch. in *Numa*: Ὧν ἴχνος τι μέχρι νῦν διασώζοντες, ὅταν ἄρχων πρὸς ὄρνισιν ἢ θυσίαις διατρίβῃ, βοῶσιν ΟΚ ΑΓΕ· σημαίνει δὲ ἡ φωνὴ, *Τοῦτο πρᾶσσε.* Idem in *Rom. quæstion.*: Ῥωμαῖοι τὸ παλαιὸν ἐν ταῖς ἑορταῖς οὐδὲν ᾠκονόμουν, οὐδὲ ἐῤῥόντιζον, ἀλλ' ἢ περὶ τοὺς θεοὺς ἠσχολοῦντο, καὶ τοῦτο ἔπραττον.

(93) *Τοῦ ἑνὸς ἐκείνου.* Seneca in quadam epist.: *Argumentum pessimi turba est.* Et: *Numeranda non sunt judicia, sed ponderanda.*

Digitized by Google

versatur, utrum is cujuslibet hominis laude, vituperio et opinione moveri debet, an ejus tantum unius, qui aut medicus sit, aut similium exercitationum moderator? — Sane hujus tantum. — Hujus ergo duntaxat, non autem multitudinis, vel metuere reprehensiones, vel laudibus delectari oportebit. — Utique. — Unius ergo moderatoris potius, ac rerum istarum periti, quam aliorum omnium sensus atque judicium, tam in obeundis exercitationibus, quam in cibi potusque modo sequendum erit. — Sic est. — Bene habet. Quid si autem ejus unius rejecto ductu, et opinione laudibusque neglectis, stultæ multitudinis arbitrium sequatur, nihilne tandem ex eo mali patietur? — Nam qui aliter fiat? — Malum istuc autem cujusmodi est? quove pertinet? aut quam in refractarii partem redundat? — Nimirum in corpus, huic enim perniciem creat. — Recte respondes. Cæterorum igitur, mi Crito, ne singula persequamur, eadem omnium ratio est. Itaque res etiam justas injustasve quod attinet, turpes item aut honestas, bonas aut malas, de quibus instituta nunc a nobis quæstio est, utrum vulgi opinionem sequi ac formidare nos oportet, an unius duntaxat, si quis modo probe intelligens fuerit, quem etiamnum potius, quam reliquos omnes vereri ac metuere debeamus? Eumdem contra si minus audiemus, damnum ei parti ac detrimentum allaturi simus, quæ ut æquitate floret, sic in justitia contabescit? An totum istuc nihili facis? — Enimvero, Socrates, tecum sentio. — **653** Agedum igitur, si quod in nobis rerum et salubrium ope convalescit, et noxiarum usu deteritur, illud ipsimet ab hominibus imperitis inducti pessundabimus, cone jam profligato vivendum nobis ultra putabimus? Corpus autem illud est; nunquid? — Ita est. — Num ergo nobis, cum ægro ac vitioso corpore, potest esse vita vitalis? — Nullo modo. — At eo videlicet corrupto, vitalis erit, cui ut exitium injustitia, sic æquitas opem ac salutem affert. An corpore vilius habebimus, quidquid demum in nobis illud est, circa quod injustitia justitiaque versantur? — Absit. — Num igitur præstantius? — Multo sane. — Non admodum ergo, vir optime, curandum nobis erit, quid de nobis vulgus loquatur; sed quid ille tantum, qui rerum justarum et injustarum cognitione præstabit; unus, inquam, ille, ipsaque adeo veritas. Quare minus recte primum illud abs te positum est, ubi de rebus justis, honestis ac bonis agatur, earumque contrariis, vulgi opinionem aliquo nobis in numero habendam esse.» Hactenus Plato. Quam in sententiam illud est salutaris Evangelii, « Gloriam ab hominibus quæritis, et gloriam ab eo solo, qui vere unus est, non quæritis [a]. » Quocirca nos etiam in certaminibus pro religione susceptis, jure profecto non attendimus, quid de nobis multitudo loquatur, sed tantum quid unum illud Dei Verbum postulet; ad quod ubi nos semel considerare adjunximus, tum illud etiam perinde uti prius observare nos oportet, nec unquam omnino dimittere, tametsi nobis quasi pueris terriculamenta vis illa multitudinis objiciat. Quales etiam erant, qui apud Hebræos olim martyrii gloria claruere.

A — Πῶς γὰρ οὔ; — Τί δ' ἐστι τὸ κακὸν τοῦτο; καὶ ποῖ τείνει; καὶ εἰς τί τῶν τοῦ ἀπειθοῦντος; — Δηλονότι εἰς τὸ σῶμα, τοῦτο γὰρ διόλλυσι. — Καλῶς λέγεις. Οὐκοῦν καὶ τὰ ἄλλα, ὦ Κρίτων, οὕτως ἵνα μὴ πάντα διέωμεν. Καὶ δὴ καὶ περὶ τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων, καὶ αἰσχρῶν, καὶ καλῶν, καὶ ἀγαθῶν, καὶ κακῶν, περὶ ὧν νῦν ἡ βουλὴ ἡμῖν ἐστι, πότερον τῇ τῶν πολλῶν δόξῃ δεῖ ἡμᾶς ἕπεσθαι, καὶ φοβεῖσθαι αὐτήν, ἢ τῇ τοῦ ἑνός, εἴ τίς ἐστιν ἐπαΐων, ὃν δὴ καὶ αἰσχύνεσθαι καὶ φοβεῖσθαι μᾶλλον ἢ ξύμπαντας τοὺς ἄλλους; Ὃν εἰ μὴ ἀκολουθήσομεν, διαφθεροῦμεν ἐκεῖνο, καὶ λωβησόμεθα, ὃ τῷ μὲν δικαίῳ βέλτιον ἐγίνετο, τῷ δὲ ἀδίκῳ ἀπώλλυτο. Ἢ οὐδέν ἐστι τοῦτο; — Οἶμαι ἔγωγε, ὦ Σώκρατες. — Φέρε δή, ἐὰν τὸ ὑπὸ τοῦ ὑγιεινοῦ μὲν βέλτιον γιγνόμενον, ὑπὸ τοῦ νοσώδους δὲ διαφθειρόμενον, διολέσωμεν, πειθόμενοι μὴ τῇ τῶν ἐπαΐόντων δόξῃ, ἆρα βιωτὸν ἡμῖν ἐστι διεφθαρμένου αὐτοῦ; Ἔστι δέ που τοῦτο σῶμα, ἢ οὐχί; — Ναί. — Ἆρ' οὖν βιωτὸν ἡμῖν ἐστι μετὰ μοχθηροῦ καὶ διεφθαρμένου σώματος; — Οὐδαμῶς. — Ἀλλὰ μετ' ἐκείνου (94) ἆρα ἐστὶν ἡμῖν βιωτὸν διεφθαρμένου, ὃ τὸ ἄδικον μὲν λωβᾶται, τὸ δὲ δίκαιον ὀνίνησιν. Ἢ φαυλότερον ἡγούμεθα εἶναι τῷ σώματος ἐκεῖνο, ὅ τί ποτ' ἐστὶ τῶν ἡμετέρων, περὶ ὃ ἥτε ἀδικία καὶ ἡ δικαιοσύνη ἐστίν; — Οὐδαμῶς. — Ἀλλὰ τιμιώτερον; — Πολύ γε. — Οὐκ ἄρα, ὦ βέλτιστε, πάνυ ἡμῖν οὕτω φροντιστέον, τί ἐροῦσιν οἱ πολλοὶ ἡμᾶς, ἀλλὰ τί ὁ ἐπαΐων περὶ τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων, ὁ εἷς, καὶ αὐτὴ ἡ ἀλήθεια. Ὥστε πρῶτον μὲν ταύτῃ οὐκ ὀρθῶς εἰσηγούμενος τῆς τῶν πολλῶν δόξης δεῖν ἡμᾶς φροντίζειν περὶ τῶν δικαίων, καὶ καλῶν, καὶ ἀγαθῶν, καὶ τῶν ἐναντίων. » Καὶ ὁ σωτήριος δὲ Λόγος φησί· « Δόξαν τὴν παρὰ ἀνθρώπων ζητεῖτε, καὶ τὴν δόξαν τὴν παρὰ μόνου τοῦ ἑνὸς, οὐ ζητεῖτε. » Διὸ καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγῶσιν ὀρθῶς πράττομεν, οὐ σκοποῦντες τί ἡμᾶς οἱ πολλοὶ ἐροῦσιν, ἀλλὰ τί βούλεται εἷς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ἐν ἅπαξ κρίσει ἐλομένους, προσήκει ὁμοίως καὶ τότε, ὥσπερ αὖ καὶ πρότερον, τιμᾶν, καὶ μὴ μετατίθεσθαι, μηδ' ἂν ἡ τῶν πολλῶν δύναμις, ὥσπερ παῖδας ἡμᾶς μορμολύττηται. Τοιοῦτοι δὲ ἦσαν καὶ οἱ πάλαι παρ' Ἑβραίοις ἐν μαρτυρίῳ διαλάμψαντες.

[a] Joan. v, 44.

(94) Ἀλλὰ μετ' ἐκείνου. Animum accipe. Id enim vult Socrates, si ægro corpore injucunda vita est, corrupto animo, qui solus justitiæ capax et injustitiæ, longe graviorem eam videri debere.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Ὅτι μὴ δεῖ ἀμύνεσθαι τοὺς ἀδικεῖν ἡμᾶς παρεσκευασμένους. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.

« Οὐδενὶ τρόπῳ (95) φαμὲν ἑκόντας ἀδικητέον εἶναι, ἢ τινὶ μὲν ἀδικητέον τρόπῳ, τινὶ δ' οὔ; Ἢ οὐδαμῶς τό γε ἀδικεῖν οὔτε καλὸν οὔτε ἀγαθὸν, ὡς πολλάκις ἡμῖν καὶ ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ ὡμολογήθη, ὅπερ καὶ ἄρτι ἐλέγετο; Ἢ πᾶσαι ἡμῖν ἐκεῖναι αἱ πρόσθεν ὁμολογίαι, ἐν ταῖσδε ταῖς ὀλίγαις ἡμέραις ἐκκεχυμέναι εἰσί· καὶ πάλαι, ὦ Κρίτων, ἄρα τηλικοῖδε γέροντες ἄνδρες, πρὸς ἀλλήλους σπουδῇ διαλεγόμενοι, ἐλάθομεν ἡμᾶς αὐτοὺς παίδων οὐδὲν διαφέροντες; Ἢ παντὸς μᾶλλον οὕτως ἔχει, ὥσπερ τότε ἐλέγετο ἡμῖν, εἴτε φασὶν οἱ πολλοί, εἴτε μή· καὶ εἴτε δεῖ ἡμᾶς ἔτι τῶνδε χαλεπώτερα πάσχειν, εἴτε καὶ πραότερα, ὅμως τό γε ἀδικεῖν τῷ ἀδικοῦντι, καὶ κακὸν καὶ αἰσχρὸν τυγχάνειν ὂν παντὶ τρόπῳ φαμὲν, ἢ οὔ; — Φαμέν. — Οὐδαμῶς ἄρα δεῖ ἀδικεῖν; — Οὐ δῆτα. — Οὐδὲ ἀδικούμενον ἄρα ἀνταδικεῖν, ὡς οἱ πολλοὶ οἴονται, ἐπειδή γε οὐδαμῶς δεῖ ἀδικεῖν; — Οὐ φαίνεται. — Τί δὲ δή; κακουργεῖν δεῖ, ὦ Κρίτων, ἢ οὔ; — Οὐ δεῖ δή που, ὦ Σώκρατες. — Τί δὲ ἀντικακουργεῖν κακῶς πάσχοντα, ὡς οἱ πολλοὶ φασι, δίκαιον, ἢ οὐ δίκαιον; — Οὐδαμῶς· τὸ γάρ που κακὸν ποιεῖν ἀνθρώπους τοῦ ἀδικεῖν οὐδὲν διαφέρει. — Καλῶς λέγεις. — Οὔτε ἄρα ἀνταδικεῖν δεῖ, οὔτε κακῶς ποιεῖν οὐδένα ἀνθρώπων, οὐδ' ἂν ὁτιοῦν πάσχῃ τις ὑπ' αὐτῶν. Ἀλλ' ὅρα, ὦ Κρίτων ταῦτα καθομολογῶν, ὅπως μὴ παρὰ δόξαν ὁμολογῇς. Οἶδα γὰρ ὅτι ὀλίγοις τισὶ ταῦτα καὶ δοκεῖ καὶ δόξει. Οἷς οὖν οὕτω δέδοκται, καὶ οἷς μή, τούτοις οὐκ ἔστι κοινὴ βουλή· ἀλλ' ἀνάγκη τούτους ἀλλήλων καταφρονεῖν, ὁρῶντας τὰ ἀλλήλων βουλεύματα. Σκόπει δὴ οὖν καὶ σὺ εὖ μάλα, πότερον κοινωνεῖς καὶ συνδοκεῖ σοι, καὶ ἀρχώμεθα ἐντεῦθεν βουλευόμενοι, ὡς οὐδέποτε ὀρθῶς ἔχοντος οὔτε τοῦ ἀδικεῖν, οὔτε τοῦ ἀνταδικεῖν, οὔτε τοῦ κακῶς πάσχοντα ἀμύνεσθαι ἀντιδρῶντα κακῶς· ἢ ἀφίστασαι, καὶ οὐ κοινωνεῖς τῆς ἀρχῆς. Ἐμοὶ μὲν γὰρ καὶ πάλαι οὕτω καὶ νῦν ἔτι δοκεῖ. Καί σοι δὲ εἴ πῃ ἄλλῃ δέδοκται, λέγε, καὶ δίδασκε· εἰ δ' ἐμμένεις τοῖς πρόσθεν, τὸ μετὰ τοῦτο ἄκουε. — Ἀλλ' ἐμμένω τε καὶ συνδοκεῖ μοι. Ἀλλὰ λέγε. — Λέγω δὴ αὖ τὸ μετὰ τοῦτο, μᾶλλον δὲ ἐρωτῶ, πότερον ἃ ἄν τις ὁμολογήσῃ τῷ δίκαια ὄντα, ποιητέον, ἢ ἐξαπατητέον; — Ποιητέον. » Τούτοις παράθες τὸ, « Μηδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόντες, » καὶ τὸ, « Εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς· Προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων καὶ διωκόντων ὑμᾶς, ἵνα γένησθε υἱοὶ τοῦ Πατρὸς ὑμῶν, τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅστις τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. » Καὶ ἔτι τὸ, « Λοιδορούμενοι εὐλογοῦμεν, διωκόμενοι ἀνεχόμεθα, δυσφημούμενοι παρακαλοῦμεν, » ἐν τοῖς παρ' ἡμῖν ἱεροῖς φερόμενα γράμμασι. Καὶ ὁ προφήτης δὲ παρ' Ἑβραίοις φησίν· « Εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδιδοῦσί μοι κακά· » Καὶ πάλιν· « Μετὰ τῶν μισούντων τὴν εἰρήνην ἤμην εἰρηνικός. »

CAPUT VII.

Reponendam iis non esse, a quibus injuriose tractemur, injuriam. Ex eodem.

« Utrum, inquit Plato, injuriam sponte ullo unquam modo faciendam negamus, an aliquo fieri posse, aliquo non posse statuimus? Num, inquam, injuriam facere nullatenus honestum ac bonum est, quemadmodum inter nos antea sæpe convenit, ut etiam paulo ante dicebatur? **654** An vero quidquid a nobis antea constitutum erat, id omne paucis hisce diebus effudimus; nosque, mi Crito, ea jam ætate senes, dum inter nos studiose disceptamus, tandiu latuit, quam nihil a pueris differremus? An potius ita plane se res habet etiamnum, uti a nobis eo tempore disputabatur, sive suffragetur multitudo, sive non? adeoque seu nos istis etiam graviora maneant, seu leviora, injuriam tamen auctori suo malam prorsus esse turpemque defendimus, an non? — Hercle defendimus. — Itaque nullo modo facienda injuria est. — Nullo. — Igitur ne reponenda quidem inferenti, ut aliud vulgus opinetur, quandoquidem facienda nunquam est. — Et hoc consequens est. — Quid autem detrimentum afferre, mi Crito, decetne, an non? — Non sane, mi Socrates. — Rependere vero quod acceperis, æquumne porro, an secus? — Nullo modo: quippe detrimentum enim qui afferat, is ab injuriam inferente nihil differat. — Recte omnino. — Itaque nec reponenda vicissim injuria est, nec ulli prorsus incommodandum, quidquid ab aliis passi fuerimus. Sed vide sis, mi Crito, ne dum istuc fateris, præter opinionem ipse tuam fateare. Paucis enim id probatur sat scio, paucisque deinceps probabitur. Qui autem hoc in genere dissident, iis una consilii ratio communis esse non potest, sed dum aliorum alii studia considerant, eos sese mutuo despicere necesse est. Vide ergo tu quoque diligenter, num id æque tibi probetur ac mihi, indeque ambo communiter consiliorum nostrorum auspicia capere debeamus, verum esse nunquam aut facere injuriam, aut reponere, eique vicissim a quo male habitus fueris damni aliquid rependere: an contra discedas a nobis, neque nobiscum hoc in principio convenias. Nam mihi quidem, uti jam olim, ita etiam nunc id ipsum videtur. Tu si pristinam opinionem abjecisti, dic, et mutationis rationem expone: sin priorem illam retines, audi quod sequitur. — Ego vero et priorem illam retineo, et tibi prorsus assentior. Sed, amabo, prosequere. — Prosequor igitur, vel potius quæro, num quod æquum esse alteri confessus eris, faciendum id sit, an fraude omittendum? — Faciendum utique. » Hæc Plato. Quibuscum illud conferas tu velim: « Nulli malum pro malo reddentes [a]. » Nec non alterum illud: « Benedicite iis qui vos exsecrantur: orate pro calumniantibus et persequentibus vos, ut sitis filii Patris vestri qui in cœlis est, **655** qui solem suum oriri facit super malos et bonos, et pluit super ju-

[a] Rom. XII, 17.

(95) *Οὐδενὶ τρόπῳ.* Plato, in eodem *Critone*, pag. 372 F.

Digitized by Google

stos et injustos [7]. » Præterea illud Apostoli, « Maledicimur, et benedicimus : persecutionem patimur, et sustinemus : blasphemamur, et obsecramus [8], » quæ sacris nostrorum litteris continentur. Quilibus etiam accinit Hebræus propheta, dum ait ; « Si reddidi retribuentibus mihi mala [9]. » Atque iterum : « Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus. [10] »

CAPUT VIII.

Qui semel recte statueris, ea ne mortis quidem metu abjicienda esse. Id quod in eos conveniet, qui persecutionum temporibus religionem ejurant.

« Tum enimvero magnifice prædicabas, (ita leges ad Socratem) ne mortem quidem ipsam iniquo te animo laturum esse, quam etiam exsilio potiorem tibi esse dicebas. Nunc autem, nec ejus tu orationis testimonium vereris, nostraque auctoritate ita non moveris, eam ut etiam infringere ac pessundare moliaris. Id agis porro, quod servus nequissimus ageret, dum etiam adversus pacta illa atque conditiones, quibus te in rep. versaturum nobis recepisti, fugam cogitas. Nobis igitur primum illud responde, verene a nobis dicatur, an falso, te in rep. nostro ex præscripto, non verbis tenus, sed reipsa victurum recepisse? Quid nobis ad hæc respondendum, mi Crito? num ingenue confitendum? — Necesse id quidem, o Socrates. — Quid igitur, inquient, aliud facis, quam pacta illa conventa, quæ nobiscum pepigisti, violas? idque, cum nulla vel necessitate, vel fraude impulsus ea probaveris, nec angustum aliquod tempus ad deliberandum habueris, sed annos totos septuaginta, quibus sane, si minus tibi placeremus, nec justæ conditiones viderentur, abire potuisti. Verumtamen, neque Lacedæmonem aut Cretam, quarum tu leges passim et instituta commendas, nec aliam ullam, seu Græcam, seu barbaram civitatem huic prætulisti. Quin etiam ex ea rarius, quam ipsimet claudi, cæci, aliique id genus mutili homines, pedem extulisti. **656-658** Adeo tu præ cæteris Atheniensibus hac in civitate, atque in nobis ipsis placeat? Nunc tamen quæ ipsemet pepigisti, repudias; at servabis ea profecto, si nos audias, o Socrates. »

CAPUT IX.

Qualis animo sit oportet, qui mortis metu susceptum institutum ejuret.

« Etenim (pergunt eædem leges) quem legum ipsarum corruptorem esse constiterit, is facile admodum et juventutis et hominum imperitorum corruptor habeatur. Utrum ergo bene moratas civitates, et virorum honestissimorum consuetudinem declinabis? an vitam porro, dum id ages, tibi retinendam putabis? an cum iis potius versabere, nec sermones illos, quibus hic Socrates, pridem assuevisti, cum iis serere erubesces; virtutem, justitiam, leges, quæque legum ex præscripto fiant, maximo

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Ὅτι μὴ δεῖ τὰ ἅπαξ ὀρθῶς κριθέντα ἀθετεῖν, μηδ' εἰ θανάτου τις ἐπίοι. Ἀρμόσει δὲ πρὸς τοὺς ἐν καιροῖς διωγμῶν ἐξομνυμένους τὴν εὐσέβειαν.

« Σὺ δὲ τότε (96) μὲν ἐκαλλωπίζου, ὡς οὐκ ἀγαναντῶν, εἰ δέοι τεθνάναι σε, ἀλλὰ ῥᾴου, ὡς ἔφησθα, πρὸ τῆς φυγῆς θάνατον· νῦν δὲ οὔτε ἐκείνους τοὺς λόγους αἰσχύνῃ, οὔτε ἡμῶν τῶν νόμων ἐντρέπῃ, ἐπιχειρῶν ἡμᾶς διαφθείρειν· πράττεις τε ὅπερ ἂν δοῦλος ὁ φαυλότατος πράξειεν, ἀποδιδράσκειν ἐπιχειρῶν παρὰ τὰς συνθήκας τε καὶ ὁμολογίας, καθ' ἃς ἡμῖν συνέθου πολιτεύσεσθαι. Πρῶτον οὖν ἡμῖν τοῦτ' αὐτὸ ἀπόκρινα, εἰ ἀληθῆ λέγομεν, φάσκοντες σε ὡμολογηκέναι πολιτεύσεσθαι καθ' ἡμᾶς ἔργῳ, ἀλλ' οὐ λόγῳ, ἢ οὐκ ἀληθῆ; Τί φῶμεν πρὸς ταῦτα, ὦ Κρίτων; ἄλλο τι, ἢ ὁμολογῶμεν; — Ἀνάγκη, ὦ Σώκρατες. — Ἀλλὰ τί οὖν (97) ἂν φαῖεν; ἢ συνθήκας πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς καὶ ὁμολογίας παραβαίνεις, οὐχ ὑπὸ ἀνάγκης ὁμολογήσας, οὐδὲ ἀπατηθείς, οὐδὲ εἰς ὀλίγῳ χρόνῳ ἀναγκασθείς βουλεύσασθαι, ἀλλ' ἐν ἔτεσιν ἑβδομήκοντα, ἐν οἷς ἐξῆν σοι ἀπιέναι, εἰ μὴ ἠρέσκομεν ἡμεῖς, μηδὲ δίκαιαι ἐφαίνοντό σοι αἱ ὁμολογίαι εἶναι. Σὺ τε οὔτε Λακεδαίμονα προῃροῦ, οὔτε Κρήτην, ἃς δὴ ἑκάστοτε φὴς εὐνομεῖσθαι, οὔτε ἄλλην οὐδεμίαν τῶν Ἑλληνίδων πόλεων, οὐδὲ τῶν βαρβαρικῶν· ἀλλὰ ἐλάττω ἐξ αὐτῆς ἀπεδήμησας ἢ οἱ χωλοί τε καὶ τυφλοὶ, καὶ οἱ ἄλλοι ἀνάπηροι. Οὕτω σοι διαφερόντως τῶν ἄλλων Ἀθηναίων ἤρεσκεν ἡ πόλις τε καὶ ἡμεῖς, οἱ νόμοι δηλονότι. Τίνι γὰρ ἂν πόλις ἀρέσκοι ἄνευ νόμων; Νῦν δὲ δὴ οὐκ ἐμμένεις (98) τοῖς ὡμολογημένοις· ἐμμένοις δέ, ἐὰν ἡμῖν γε πείθῃ, ὦ Σώκρατες. »

acquievisti. Cui enim civitas sine legibus ulla placeat? Nunc tamen quæ ipsemet pepigisti, repudias; at servabis ea profecto, si nos audias, o Socrates. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Ὁποῖος ποτ' ἔσται τὴν διάθεσιν ὁ διὰ θανάτου φόβον ἐξομνύμενος τὴν οἰκείαν πρόθεσιν.

« Ὅστις γὰρ νόμων (99) διαφθορεύς ἐστι, σφόδρα που δόξειεν ἂν νέων τε καὶ ἀνοήτων ἀνθρώπων διαφθορεὺς εἶναι. Πότερον οὖν ἂν φεύξῃ τάς τε εὐνομουμένας πόλεις, καὶ τῶν ἀνδρῶν τοὺς κοσμιωτάτους, καὶ τοῦτο ποιοῦντι, ἆρα ἄξιόν σοι ζῆν ἔσται; ἢ πλησιάσεις τούτοις, καὶ ἀναισχυντήσεις, διαλεγόμενός τινας λόγους, ὦ Σώκρατες, οἷουσπερ ἐνθάδε, ὡς ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ δικαιοσύνη πλείστου ἄξιον τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τὰ νόμιμα καὶ οἱ νόμοι; Καὶ οὐκ οἴει ἄσχημον φανεῖσθαι τὸ τοῦ Σωκράτους πρᾶγμα; Οἴε

[7] Matth. v, 44, 45. [8] I Cor. iv, 12, 13. [9] Psal. vii, 5. [10] Psal. cxix, 7.

(96) *Σὺ δὲ τότε.* Plato in *Critone*, pag. 374 A.

(97) *Ἀλλὰ τί οὖν.* Plato, ἄλλο οὖν (φαῖεν) ἢ. Legendum arbitror, ἄλλοτι οὖν (φαῖεν) ἢ, phrasi ac sensu Platoni familiarissimis.

(98) *Οὐκ ἐμμένεις.* Lucas hic in priori editione misere truncatus fuerat; legebatur enim, οὐκ ἐμμένοις τοῖς ὡμολ. ἐὰν ἡμῖν, etc., contrario plane sensu. Integrum hic dedimus ex Platone.

(99) *Ὅστις γὰρ νόμων.* Plato ibid., p. 374 D.

Digitized by Google

σθαί γε χρή. Ἀλλ' ἐκ μὲν τούτων τῶν τόπων ἀπαρεῖς, ἴῃξεις δὲ εἰς Θετταλίαν, παρὰ τοὺς ξένους τοὺς Κρίτωνος. Ἐκεῖ γὰρ δὴ πλείστη ἀταξία καὶ ἀκολασία. Καὶ ἴσως ἂν ἡδέως σου ἀκούοιεν, ὡς γελοίως ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου ἀπεδίδρασκες, σκευήν τέ τινα περιθέμενος ἢ διφθέραν λαβών, ἢ ἄλλα οἷα δὴ εἰώθασιν ἐνσκευάζεσθαι οἱ ἀποδιδράσκοντες, καὶ τὸ σχῆμα τὸ σαυτοῦ μεταλλάξας. Ὅτι δὲ γέρων ἀνήρ, μικροῦ χρόνου τῷ βίῳ λοιποῦ ὄντος, ὡς τὸ εἰκός, ἐτόλμησας οὕτω γλίσχρως ἐπιθυμεῖν ζῆν, νόμους τοὺς μεγίστους παραβάς· οὐδεὶς ὅς ἐρεῖ (1); Ἴσως, ἂν μή τινα λυπήσῃς· εἰ δὲ μή, ἀκούσῃ, ὦ Σώκρατες, πολλὰ καὶ ἀνάξια σαυτοῦ. Ὑπερχόμενος δὴ βιώσῃ πάντας ἀνθρώπους, καὶ δουλεύων· τί ποιῶν; ἢ εὐωχούμενος ἐν Θετταλίᾳ; ὥσπερ ἐπὶ δεῖπνον ἀποδεδημηκὼς εἰς Θετταλίαν. Λόγοι δὲ ἐκεῖνοι οἱ περὶ δικαιοσύνης καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς ποῦ ἡμῖν ἔσονται; Ἀλλὰ δὴ τῶν παίδων ἕνεκα βούλει ζῆν, ἵνα αὐτοὺς ἐκθρέψῃς καὶ παιδεύσῃς; Τί δὲ, εἰς Θετταλίαν αὐτοὺς ἀγαγών, θρέψεις τε καὶ παιδεύσεις, ξένους ποιήσας, ἵνα καὶ τοῦτό σου ἀπολαύσωσιν, ἢ τοῦτο μὲν οὔ· αὐτοῦ δὲ τρεφόμενοι, σοῦ ζῶντος, βέλτιον θρέψονται καὶ παιδεύσονται, μὴ συνόντος σου αὐτοῖς; οἱ γὰρ ἐπιτήδειοι οἱ σοὶ ἐπιμελήσονται αὐτῶν. Πότερον δὲ, ἐὰν μὲν εἰς Θετταλίαν ἀποδημήσῃς, ἐπιμελήσονται· ἐὰν δὲ εἰς ᾅδου ἀποδημήσῃς, οὐχὶ ἐπιμελήσονται; Εἴπερ γέ τι ὄφελος αὐτῶν ἐστι, τῶν σοι φασκόντων ἐπιτηδείων εἶναι, οἴεσθαί γε χρή. Ἀλλ', ὦ Σώκρατες, πειθόμενος ἡμῖν τοῖς σοῖς τροφεῦσι, μήτε παῖδας περὶ πλείονος ποιοῦ, μήτε τὸ ζῆν, μήτε ἄλλο μηδὲν πρὸ τοῦ δικαίου· ἵνα εἰς ᾅδου ἐλθών, ἔχῃς ταῦτα πάντα ἀπολογήσασθαι τοῖς ἐκεῖ ἄρχουσιν. Οὔτε γὰρ ἐνθάδε σοι φαίνεται ταῦτα πράττοντι ἄμεινον εἶναι, οὐδὲ δικαιότερον, οὐδὲ ἄλλῳ τῶν σῶν οὐδενί, οὔτε ἐκεῖσε ἀφικομένῳ ἄμεινον ἔσται. Ἀλλὰ νῦν μὲν ἠδικημένος ἄπει (ἐὰν ἀπίῃς), οὐχ ὑφ' ἡμῶν τῶν νόμων, ἀλλ' ὑπ' ἀνθρώπων· ἐὰν δὲ ἐξέλθῃς οὕτως αἰσχρῶς, ἀνταδικήσας τε καὶ ἀντικακουργήσας, τὰς σαυτοῦ ὁμολογίας τε καὶ συνθήκας τὰς πρὸς ἡμᾶς παραβάς, καὶ κακὰ ἐργαζόμενος τούτους, οὓς ἥκιστα ἔδει, σαυτόν τε, καὶ τοὺς φίλους, καὶ πατρίδα, καὶ ἡμᾶς· ἡμεῖς τέ σοι χαλεπανοῦμεν ζῶντι, καὶ ἐκεῖ οἱ ἡμέτεροι ἀδελφοί, οἱ ἐν ᾅδου νόμοι, οὐκ εὐμενῶς σε ὑποδέξονται, εἰδότες ὅτι καὶ ἡμᾶς ἐπεχείρησας ἀπολέσαι, τὸ σὸν μέρος. »

A apud homines in pretio esse debere? Nec turpe Socratis factum visum iri existimas? At existimandum sane. Verum, iis tu relictis locis videlicet, Thessaliam cogitas, Critonis hospites aditurus. Illis enim effusa quædam licentiæ vis est, ac petulantiæ copia. Et fortassis ex te libenter audient, quam ridicule aufugeris ex carcere, habitu nescio quo, aut pelle quadam involutus, aut alio quolibet ejusmodi, quod induere homines fugitivi solent, vultum insuper speciemque tuam mentitus. Quid porro? vetulum hominem, cui, ut simile veri est, parum admodum vitæ superesset, gravissimis legibus violatis, tam sordide ac putide vivendi cupiditate captum fuisse; nemo erit qui objiciat? Nemo forte, si nemini molestus unquam eris. Sin autem; pleraque, B Socrates, ac te prorsus indigna auditurus es. Itaque nulli non obnoxius, ac servi more addictus vives. Nam quid ages præterea? Num in Thessalia convivia celebrabis? perinde nimirum, ut si cum Thessaliam peteres, epulas sequerere. At egregiæ illæ de justitia, deque omni virtutis genere disputationes, quo tandem avolarint? Enimvero liberorum tu causa vivendi cupidus es, ut illos educare atque instituere possis. Eos igitur in Thessaliam abductos educabis et institues, ubi hospites etiam ac peregrinos feceris, uti hoc quoque tibi acceptum referant? **659** An id quidem minime facturus es; sed tamen, cum hic educabuntur, atque instituentur, melius id te superstite, absente licet, futurum arbitraris, quod necessarii tui curam eorum gesturi C sint? Quid? Si in Thessaliam migraveris, curam illorum gerent; si migraveris ad inferos, nullam gerent? Gerent profecto, si quid in iis vere, quid tuos se necessarios esse dictitant, opis est ac præsidii constitutum. Quanquam, agesis, o Socrates, nosque nutrices tuas audi, neque liberos, neque vitam, neque aliud quidquam ei, quod justum est, antepone: ut cum ad inferos ventum erit, iis in omnibus causam judicibus illis tuam probare possis. Nam id sane liquet, hæc ut feceris, neque tecum propterea melius, neque cum tuorum ullo, melius hic aut æquius sanctiusve actum iri: ac ne illic quidem felicius. Quin tu igitur decedis, si tamen decedendum est, non a nobis quidem, sed ab

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Ὅτι μὴ δέοι φεύγειν τὸν ὑπὲρ ἀληθείας θάνατον. Ἀπὸ τῆς Σωκράτους Ἀπολογίας.

« Ἴσως δ' (2) ἂν οὖν εἴποι τις· Εἶτ' οὐκ αἰσχύνῃ, ὦ Σώκρατες, τοιοῦτον ἐπιτήδευμα ἐπιτηδεύσας, ἐξ οὗ κινδυνεύεις νυνὶ ἀποθανεῖν; Ἐγὼ δὲ τούτῳ δίκαιον ἂν λόγον ἀντείποιμι, ὅτι οὐ καλῶς λέγεις, ὦ ἄνθρωπε, εἰ οἴει δεῖν κίνδυνον ὑπολογίζεσθαι τοῦ ζῆν, ἢ τεθνά-

CAPUT X.

Mortem veritatis causa non esse fugiendam. Ex Socratis Apologia.

« Verum, inquit, ita forte quis objiciat, Quid non ergo te pudet, o Socrates, vitæ institutum ejusmodi secutum esse, quo tibi hoc mortis periculum creares? Cui ego jure sic reponam, Erras, mi homo, si apud eum, qui aliquo in numero sit,

hominibus injuriose tractatus? Nam si adeo turpiter aufugeris, injurias cum injuriis, cum maleficiis maleficia compensando, pacta nobiscum inita violando, malum iis etiam, quibus minime oportuit, tibi, amicis, patriæ, ac nobis ipsis creando: cum ipsæ tibi graviter adhuc vivo succensebimus. Enim illic sorores etiam nostræ, hoc est inferorum leges, eo te asperius excipient, quo te illum esse intelligent, qui nos, quantum in te fuit, exstinguere sis ac profligare conatus. »

(1) *Οὐδεὶς ὅς ἐρεῖ.* Ita recte scribit distinguitque Plato; male in priori editione, οὐδείς σε ἐρεῖ ἴσως.
(2) *Ἴσως δέ.* Plato in *Apolog. Socrat.*, p. 365 D

Digitized by Google

vitæ mortisve periculum tanti esse putes; nec illud potius unum ab eo cogitari, justene an injuste rebus in omnibus sese gerat, virique boni, an improbi facta persequatur. Enimvero, si quid tua hæc efficit oratio, nequam fuerint necesse est heroes illi omnes, qui apud Trojam obiere, ipseque **660** adeo Thetidis filius, qui præ turpitudinis et ignominiæ metu, ita periculum omne contempsit, ut cum eum cædem Hectoris anhelantem, Dea mater hoc fere modo revocare conaretur. Si Hectoris cæde, fili mi, Patrocli necem ulciscare, periturus es ipse quoque,

Nam te certa manet, inquit, *mors Hectore cæso:*

Ipse his auditis, calcatoque mortis omni discrimine, quod vitam ipsam cum ignavia conjunctam, suorumque mortis inultæ probrum longe vehementius formidaret, ita responderit, *Protinus o peream!* sed pœnis ab infesto homine repetitis, ne hic diutius classem ad meam ridiculus sessitem, *telluris inutile pondus*. Hunc tu hominem de morte ac periculo sollicitum fuisse arbitraris? Quippe, ita enim plane se res habet, Athenienses: quo quisque in loco vel seipsum constituerit, optimum id esse ratus, vel constitutus a magistratu fuerit, in eo sic manendum ipsi, ac periculum omne subeundum esse statuo, ut præ uno turpitudinis metu, nec mortem, nec aliud quidquam vel nauci faciat. Equidem facinus indignum admitterem, Athenienses, si quem mihi locum imperatores illi vestri, quibus me parere voluistis, sive apud Potidæam, sive apud Amphipolim, sive apud Delium, sive ubiubi assignarant, in eo eum hærerem, ut quivis alius mortisque subirem pericula; tum vero nunc, cum ita de me, quemadmodum jam mihi pridem persuasi, Deus ipse statuerit, ut me philosophi vitam vivere, nec me ipsum modo, verum etiam alios tentare probareque voluerit, mortis aut alterius cujuscunque rei metu, gradum hunc meum stationemque deserere: Indignum, inquam, flagitium esset, tumque adeo me juste quis omnino, quasi deos esse nullos putarem, impietatis arcesseret; quippe qui nec oraculo parerem, et mortem extimescerem, et sapiens viderer ipse mihi, cum non essem. Mortem enim timere, Athenienses, aliud nihil est, quam sapientem videri, qui non sit. Nempe, videri hoc tibi scire est, quod nescias. Nam mors ipsa quidem, num quasi bonorum omnium maximum homini eveniat, nemo novit: et vulgo tamen eam extimescunt, quasi malorum eam esse maximum optime nossent. Quis autem fœdissimum illud inscitiæ genus esse neget, cum ea scire quis sibi videtur, quæ nesciat. Equidem, Athenienses, hac in parte fortassis ab hominibus plerisque dissideo: **661** et si qua in re mihi quoquam sapientior viderer, in hac sane viderer, quod uti res illæ inferorum cujusmodi sint, non satis intelligo, ita nec eas me satis intelligere sentiam. At vero et injuriam facere, et ei quem superiorem agnoscas, sive Deus ille fuerit, sive homo, non parere, hoc et

A ναι ἄνδρα, ὅτου τι καὶ σμικρὸν ὄφελός ἐστιν· ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνο μόνον σκοπεῖν, ὅταν πράττῃ, πότερον ὥ-καια ἢ ἄδικα πράττει· καὶ· ἀνδρὸς ἀγαθοῦ ἔργα, ἢ κακοῦ. Φαῦλοι γὰρ ἄν, τῷ γε σῷ λόγῳ εἶεν, τῶν ἡμιθέων ὅσοι ἐν Τροίᾳ τετελευτήκασιν, οἵτε ἄλλοι καὶ ὁ τῆς Θέτιδος υἱός, ὃς τοσοῦτον τοῦ κινδύνου κατεφρόνησε, παρὰ τὸ αἰσχρόν τι ὑπομεῖναι, ὥστε, ἐπειδὴ εἶπεν ἡ μήτηρ αὐτῷ προθυμουμένῳ Ἕκτορα ἀποκτεῖναι, θεὸς οὕτω οὑτωσί πως, ὡς ἐγῷμαι, Ὦ παῖ, εἰ τιμωρήσεις Πατρόκλῳ τῷ ἑταίρῳ τὸν φόνον, καὶ Ἕκτορα ἀποκτενεῖς, αὐτὸς ἀποθανῇ·

Αὐτίκα γάρ τοι, φησί, μετ' Ἕκτορα πότμος ἑτοῖμος·

Ὁ δὲ τοῦτο ἀκούσας, τοῦ μὲν θανάτου καὶ τοῦ κινδύνου ὠλιγώρησε, πολὺ δὲ μᾶλλον δείσας τὸ ζῆν κακὸς ὤν, καὶ τοῖς φίλοις μὴ τιμωρεῖν, αὐτίκα, φησί· τεθναίην ἔπειτα ἐπιθεὶς τῷ ἀδικοῦντι, ἵνα μὴ ἐνθάδε μένων καταγέλαστος παρὰ νηυσὶ κορωνίσιν, ἄχθος ἀρούρης. Μὴ οὖν τὸν οἴει φροντίσαι θανάτου καὶ κινδύνου; Οὕτω γὰρ ἔχει, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῇ ἀληθείᾳ· οὗ ἄν τις αὐτὸν τάξῃ, ἡγησάμενος βέλτιστον εἶναι, ἢ ὑπὸ ἀρχόντων ταχθῇ, ἐνταῦθα δεῖ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, μένοντα κινδυνεύειν, μηδὲν ὑπολογιζόμενον, μήτε θάνατον, μήτε ἄλλο μηδέν, πρὸ τοῦ αἰσχροῦ. Ἐγὼ οὖν δεινὰ ἂν εἴην εἰργασμένος, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰ ὅτε μέν με οἱ ἄρχοντες ἔταττον, οὓς ὑμεῖς εἵλεσθε ἄρχειν μου, καὶ ἐν Ποτιδαίᾳ, καὶ ἐν Ἀμφιπόλει, καὶ ἐπὶ Δηλίῳ, καὶ ἀλλοῦ που, οὗ ἐκεῖνοι ἔταττον, ἔμενον ὥσπερ καὶ ἄλλος τις, καὶ ἐκινδύνευον ἀποθανεῖν· τοῦ δὲ Θεοῦ τάττοντος, ὡς ἐγὼ ᾠήθην τε καὶ ὑπέλαβον, φιλοσοφοῦντά με δεῖν ζῆν, καὶ ἐξετάζοντα ἐμαυτὸν, καὶ τοὺς ἄλλους· ἐνταῦθα δὲ, φοβηθείς, ἢ θάνατον ἢ ἄλλο ὁτιοῦν πρᾶγμα, λίποιμι τὴν τάξιν; Δεινὸν μέντ' ἂν εἴη, καὶ ὡς ἀληθῶς τότ' ἂν με δικαίως εἰσάγοι τις εἰς δικαστήριον, ὅτι οὐ νομίζω θεοὺς εἶναι, ἀπειθῶν τῇ μαντείᾳ, καὶ δεδιὼς θάνατον, καὶ οἰόμενος σοφὸς εἶναι, οὐκ ὤν. Τὸ γάρ τοι θάνατον δεδιέναι, ὦ ἄνδρες, οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ δοκεῖν σοφὸν εἶναι, μὴ ὄντα. Δοκεῖν γὰρ εἰδέναι ἐστὶν, ἃ οὐκ οἶδεν. Οἶδε μὲν γὰρ οὐδεὶς τὸν θάνατον, οὐδ' εἰ τυγχάνει τῷ ἀνθρώπῳ, πάντων μέγιστον ὂν τῶν ἀγαθῶν· δεδίασι δὲ ὡς οὐκ εἰδότες, ὅτι μέγιστον τῶν κακῶν ἐστι. Καίτοι πῶς οὐκ ἀμαθία ἐστὶν αὕτη ἡ ἐπονείδιστος, ἡ τοῦ οἴεσθαι εἰδέναι ἃ οὐκ οἶδεν; Ἐγὼ δ', ὦ ἄνδρες, τούτῳ καὶ ἐνταῦθα διαφέρω τῶν πολλῶν ἴσως ἀνθρώπων· καὶ εἰ δή τῳ σοφώτερός του φαίην εἶναι, τούτῳ ἄν, ὅτι οὐκ εἰδὼς ἱκανῶς περὶ τῶν ἐν Ἅιδου, οὕτω καὶ οἶμαι οὐκ εἰδέναι. Τὸ δὲ ἀδικεῖν, καὶ τὸ ἀπειθεῖν τῷ βελτίονι, καὶ θεῷ, καὶ ἀνθρώπῳ, ὅτι κακὸν καὶ αἰσχρόν ἐστιν, οἶδα. Πρὸ οὖν τῶν κακῶν, ὧν οἶδα ὅτι κακά ἐστιν, ἃ μὴ οἶδα, εἰ καὶ ἀγαθὰ ὄντα τυγχάνει, οὐδέποτε φοβήσομαι, οὐδὲ φεύξομαι. Ὥστε, οὐδ' εἰ με νῦν ὑμεῖς ἀφίετε, Ἀνύτῳ ἀπιστήσαντες· (ὃς ἔφη, ἢ τὴν ἀρχὴν οὐ δεῖν ἐμὲ δεῦρο εἰσιέναι, ἢ ἐπειδὴ εἰσῆλθον, οὐχ οἷόν τε εἶναι τὸ μὴ οὐκ ἀποκτεῖναί με, λέγων πρὸς ὑμᾶς, ὡς, εἰ διαφευξοίμην, ἤδη ἂν ὑμῶν οἱ υἱεῖς, ἐπιτηδεύοντες ἃ Σωκράτης διδάσκει, πάντες παντάπασι διαφθαρήσονται) εἶ μοι πρὸς ταῦτα εἴποιτε, Ὦ Σώκρατες, νῦν Ἀνύτῳ οὐ πεισόμεθα, ἀλλ' ἀφιέμέν σε, ἐπὶ τούτῳ μέντοι τε

ὥστε (3) μηκέτι ἐν ταύτῃ τῇ ζητήσει διατρίβειν, μηδὲ φιλοσοφεῖν· ἐὰν δὲ ἀλῶς ἔτι τοῦτο πράττων, ἀποθανῇ. Εἰ οὖν με, ὅπερ εἶπον, ἐπὶ τούτοις ἀφίοιτε· εἶποιμι ἂν ὑμῖν, ὅτι Ἐγὼ ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἀσπάζομαι μὲν καὶ φιλῶ, πείσομαι δὲ μᾶλλον τῷ Θεῷ ἢ ὑμῖν· καὶ ἕωσπερ ἂν ἐμπνέω, καὶ οἷός τε ὦ, οὐ μὴ παύσομαι φιλοσοφῶν, καὶ ὑμῖν παρακελευόμενός τε, καὶ ἐνδεικνύμενος, ὅτῳ ἂν ἀεὶ ἐντυγχάνω ὑμῶν, λέγων οἷά περ εἰώθα. » Καὶ μετὰ βραχέα (4) ἐπιλέγει· « Ἐννοήσωμεν δὴ καὶ τῇδε, ὡς πολλὴ ἐλπὶς (5) ἐστιν ἀγαθὸν αὐτὸ εἶναι. Δυοῖν γὰρ θάτερόν ἐστι τὸ τεθνάναι· ἢ γὰρ οἷον μηδέν τι εἶναι, μηδὲ αἴσθησιν μηδεμίαν μηδενὸς ἔχειν τὸν τεθνεῶτα· ἢ κατὰ τὰ λεγόμενα, μεταβολή τις τυγχάνει οὖσα, καὶ μετοίκησις τῆς ψυχῆς τοῦ τόπου τοῦ ἐνθένδε εἰς ἄλλον τόπον. Καὶ εἴτε δὴ μηδεμία αἴσθησίς ἐστιν, ἀλλ' οἷον ὕπνος, ἐπειδάν τις καθεύδων μηδὲ ὄναρ μηδὲν ὁρᾷ, θαυμάσιον κέρδος ἂν εἴη ὁ θάνατος. Ἐγὼ γὰρ ἂν οἶμαι, εἴ τινα ἐκλεξάμενον δέοι ταύτην τὴν νύκτα, ἐν ᾗ οὕτω κατέδαρθεν, ὥστε μηδὲν ὄναρ ἰδεῖν, καὶ τὰς ἄλλας νύκτας τε καὶ ἡμέρας τὰς τοῦ βίου τοῦ ἑαυτοῦ ἀντιπαραθέντα ταύτῃ τῇ νυκτί, εἰ δέοι σκεψάμενον εἰπεῖν, ὁπόσας ἄμεινον καὶ ἥδιον ἡμέρας καὶ νύκτας ταύτης τῆς νυκτὸς βεβίωκεν ἐν τῷ ἑαυτοῦ βίῳ, οἶμαι ἂν οὐκ ἰδιώτην τινά, ἀλλὰ τὸν μέγαν βασιλέα (6), εὐαριθμήτους ἂν εὑρεῖν αὐτὸν ταύτας πρὸς τὰς ἄλλας ἡμέρας τε καὶ νύκτας. Εἰ οὖν τοιοῦτον ὁ θάνατός ἐστι, κέρδος ἔγωγε λέγω· καὶ γὰρ οὐδὲν πλεῖον ὁ πᾶς χρόνος φαίνεται οὕτω δὴ εἶναι ἢ μία νύξ. Εἰ δ' αὖ οἷον ἀποδημῆσαί ἐστιν ὁ θάνατος ἐνθένδε εἰς ἄλλον τόπον, καὶ ἀληθῆ ἐστι τὰ λεγόμενα, ὡς ἄρα ἐκεῖ εἰσιν ἅπαντες οἱ τεθνεῶτες· τί μεῖζον ἀγαθὸν τούτου εἴη ἄν, ὦ ἄνδρες δικασταί; εἰ γάρ τις, ἀφικόμενος εἰς ᾅδου, ἀπαλλαγεὶς τούτων τῶν φασκόντων δικαστῶν εἶναι, εὑρήσει τοὺς ὡς ἀληθῶς δικαστάς, οἵπερ καὶ λέγονται ἐκεῖ δικάζειν, Μίνως τε, καὶ Ῥαδάμανθυς, καὶ Αἰακός, καὶ Τριπτόλεμος, καὶ ἄλλοι ὅσοι τῶν ἡμιθέων δίκαιοι ἐγένοντο ἐν τῷ ἑαυτῶν βίῳ, ἆρα φαύλη ἂν εἴη ἡ ἀποδημία; ἢ αὖ Ὀρφεῖ ξυγγενέσθαι καὶ Μουσαίῳ, καὶ Ἡσιόδῳ, καὶ Ὁμήρῳ, ἐπὶ πόσῳ ἂν τις δέξαιτ' ἂν ὑμῶν; Ἐγὼ μὲν γὰρ καὶ πολλάκις ἐθέλω τεθνάναι, εἴπερ ταῦτά ἐστιν ἀληθῆ. Ἐπεὶ ἔμοιγε καὶ αὐτῷ θαυμαστὴ ἂν εἴη ἡ διατριβὴ αὐτόθι, ὁπότε ἐντύχοιμι Παλαμήδει, καὶ Αἴαντι τῷ Τελαμῶνος, καὶ εἴ τις ἄλλος τῶν παλαιῶν διὰ κρίσιν ἄδικον τέθνηκεν (1)· ἀντιπαραβάλλοντι τὰ ἐμαυτοῦ πάθη, πρὸς τὰ ἐκείνων, ὡς ἐγῷμαι, οὐκ ἂν ἀηδὲς εἴη. Καὶ δὴ καὶ τὸ μέγιστον, τοὺς ἐκεῖ ἐξετάζοντα καὶ ἐρευνῶντα, ὥσπερ τοὺς ἐνταῦθα, διάγειν, τίς αὐτῶν σοφός ἐστι, καὶ τίς οἷός τε μὲν ἔστι δ' οὔ. » Καὶ παρ' ἡμῖν, « Πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις, » εἴρηται· καὶ, « Μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν

A malum et turpe esse profecto novi. Nunquam igitur ea quæ bona sint necne dubito, metuam fugiamque vehementius, quam ea mala, quæ vere mala esse novi. Quamobrem, ne si nec quidem nunc absolveretis (illa Anyti oratione rejecta, cum negaret aut me in jus omnino vocandum fuisse, aut quoniam vocatus sum, fas jam esse vobis, me non morte damnare: quippe qui futurum diceret, ut, si absolutus essem, vestri deinceps liberi, e Socratis disciplina viventes, omnes omnino corrumperentur), si me, inquam, hac ejus audita oratione, hunc in modum compellaretis: Nunc quidem, Socrates, misso interim Anyto, te absolvimus, sed ea lege, ut totum istuc in posterum inquirendi ac
B philosophandi genus omittas; nam si te adhuc id actitare constiterit, moriere. Hac si me, uti jam dicebam, conditione absolutum velletis, contra sic responderem. Vos equidem, Athenienses, colo ac diligo, sed tamen Deo potius quam hominibus obtemperabo, nec dum spirare quidem, eique rei vacare potero, philosophari desinam, vosque cohortari, et in quemcunque vestrum incidero, eum more meo libere ac fidenter admonere. » Tum paucis aliquot interjectis, « Quam magna porro spes, inquit, tenere nos debeat, boni aliquid hoc ipsum esse, ita quoque ratiocinemur. Necesse est enim mori sit alterum de duobus, ut aut in nihilum mortuus intercat, ac sensus omnino mors omnes auferat; aut in alium quemdam locum, ut vulgo
C dictitant, ex his locis morte migretur. Quamobrem sive sensus exstinguitur, morsque ei somno similis est, qui nonnunquam etiam sine visis somniorum, placatissimam quietem affert, dii boni, quid lucri est emori? Equidem sic existimo, si cui tanquam eximia seponenda nox illa fuerit, quam sine molestia somniorum ulla traduxerit, licet cum ea dies vitæ noctesque universas conferendo, quam multas toto illo spatio jucundius ac suavius egerit, aperiat, has, ab eo quidem, ut rex potentissimus fuerit, nedum ut privatus quispiam, præ aliarum multitudine, facile admodum numeratum iri. 662 Itaque si mors ejusmodi aliquid est, mortem in lucro pono: cum ei nocti similis futura sit perpetuitas omnis consequentis temporis. Sin aliqua vel-
D uti migratio est in alias quasdam oras, veraque sunt ea quæ dicuntur, qui e vita excesserunt, illas universos incolere: quid jam eo beatius est, judices, te cum ab iis, qui se judicum numero haberi volunt, evaseris, ad eos devenire, qui vere judices appellentur, Minoem, Rhadamanthum, Æacum, Triptolemum, convenireque heroes illos, qui juste et cum fide vixerint? Hæc peregrinatio vilisne vo-

(3) Forte γε.

(4) *Καὶ μετὰ βραχέα.* Imo satis multa; sequentia enim habentur pag. 368.

(5) *Ὡς πολλὴ ἐλπίς.* Cicero *Tuscul.* I, sect. 97, locum hunc convertit quidem, sed tamen sæpe Socratem minus κατὰ πόδας sequitur. Quantum licuit, divini hominis in dicendo voces atque sententias orationi nostræ intexuimus.

(6) *Τὸν μέγαν βασιλέα.* Persarum regem, Græcorum more, fortassis intelligit; malui tamen de quocunque accipere, ut latius pateret Socratis oratio; quam hoc loco, minus, ut mihi videtur, fideliter expressit Ficinus, ut facile deprehendet qui cum singulis singula contulerit.

(7) Forte add. *Καί.*

Digitized by Google

bis et contemnenda videri potest? Ut vero colloqui cum Orpheo, Musæo, Hesiodo, Homero liceat, quanti tandem æstimatis? Equidem sæpe mori vellem, ut ea quæ dico mihi liceret invenire. Quanta porro delectatione afficerer, cum Palamedem, cum Ajacem olim illum Telamonis filium, cum veteres alios judicio iniquorum circumventos atque damnatos convenirem? Quidni enim jucundum mihi foret, meam cum eorum casibus fortunam componere? Illud vero, quanti fieri debeat, eos etiam qui illic versentur, perinde ut qui hac in vita degunt, tentare scrutarique posse; quis ex omnibus vere sapiat, quis tantum opinione tenus? » Hæc ille. Quibus nostra hæc gemina, « Obedire oportet Deo magis, quam hominibus [10]. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere [11]. Scire etiam, quod si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, ædificationem ex Deo habemus, domum non manu factam, æternam in cœlis. Et peregrinantes a corpore, versamur cum Domino [12]; » qui etiam omnibus, qui in eum speraverint, suavem in Abrahæ, Isaaci et Jacobi sinu quietem, atque in cæterorum prophetarum justorumque consortio, qui Hebræos inter Deo chari fuerint, sempiternæ vitæ felicitatem pollicetur.

A οὐ δυναμένων ἀποκτεῖναι. Εἰδέναι τε, ὅτι, ἐὰν ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους καταλυθῇ, οἰκοδομὴν ἐκ Θεοῦ ἔχομεν, οἰκίαν ἀχειροποίητον, αἰώνιον ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ὅτι τε ἐκδημοῦντες ἀπὸ τοῦ σώματος, ἐνδημοῦμεν τῷ Κυρίῳ· » ὃς καὶ πᾶσι τοῖς εἰς αὐτὸν ἠλπικόσιν ἐπήγγελται, εἰς κόλπους Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ ἀναπαύσεσθαι, μετά τε τῶν ἄλλων παρ' Ἑβραίοις θεοφιλῶν προφητῶν τε, καὶ δικαίων, ἐν μακαρίᾳ ζωῇ τὸν μακρὸν αἰῶνα διάξειν.

CAPUT XI.

Quemadmodum eorum mortem, qui vitam gloriose profuderint, celebrari oporteat. Ex Platone.

663 Jam vero, inquit Plato, qui post egregia virtutis exempla, honestam in bello mortem occubuerint, nunquid eos in primis ex aureo illo genere fuisse dicemus? — Maxime vero. — Num etiam Hesiodum audiemus, dum ex eo genere qui vivendi finem fecerint, de illis ita pronuntiat,

Sunt alii heroes casti, terrasque frequentant,
Atque ultro mala depellunt, hominesque tuentur?

— Sane audiemus. — Consulto itaque Numine, quonam heroes illos ac semideos ritu, quove discrimine consecrari oporteat, religiose omnino quidquid responderit, observabimus. — Enimvero faciendum id erit. — Tum illos deinceps tanquam heroas venerabimur, eorumque sepulcra sanctiore cultu prosequemur. Eadem porro statuimus, ubi quis post vitam cum excellentis probitatis opinione traductam, supremum aut senio, aut alio quovis modo diem obierit. » Hæc Plato. Quæ quidem in hominum Deo charissimorum obitus egregie conveniunt, quos veræ pietatis milites jure appellaris. Nam et eorum sepulcra celebrare, et preces ibi votaque nuncupare, et beatas illorum animas venerari consuevimus, idque a nobis merito fieri statuimus. Atque ex Platonis operibus hæc a nobis selecta sunt: plura studiosus quilibet, nec apud ipsum modo, sed etiam fortassis apud alios, cum nostræ doctrinæ rationibus convenientia reperiat. Et quoniam hoc ipsum argumentum ante nos alii quoque nonnulli occuparunt, operæ pretium vide-

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ.

Ὅπως δέοι τιμᾶν τὸν θάνατον τῶν εὐκλεῶς μεταλλαξάντων τὸν βίον. Ἐκ τοῦ Πλάτωνος.

« Τῶν δὲ δὴ (8) ἀποθανόντων ἐπὶ στρατείας, ὃς ἂν εὐδοκιμήσας τελευτήσῃ, ἆρ' οὐ πρῶτον μὲν φήσομεν τοῦ χρυσοῦ γένους εἶναι; Πᾶν γε μάλιστα. Ἀλλ' οὐ πεισόμεθα Ἡσιόδῳ, ἐπειδάν τινες τοῦ τοιούτου γένους τελευτήσωσιν, ὡς ἄρα,

Οἱ μὲν, δαίμονες ἁγνοὶ ἐπιχθόνιοι τελέθουσιν,
Ἐσθλοὶ, ἀλεξίκακοι, φύλακες μερόπων ἀνθρώπων;

Πειστέον μὲν οὖν. Διαπυθόμενοι ἄρα τοῦ Θεοῦ, πῶς χρὴ τοὺς δαιμονίους τε καὶ θείους τιθέναι, καὶ τίνι διαφόρῳ, οὕτω καὶ ταύτῃ θήσομεν, ᾗ ἂν ἐξηγῆται. C Τί δ' οὐ μέλλομεν; Καὶ τὸν λοιπὸν δὴ χρόνον, ὡς δαίμονας γεγονότας, οὕτω θεραπεύσομέν τε, καὶ προσκυνήσομεν αὐτῶν τὰς θήκας. Τὰ αὐτὰ δὲ ταῦτα νομιοῦμεν, ὅταν τις γήρᾳ ἢ τινι ἄλλῳ τρόπῳ τελευτήσῃ τῶν ὅσοι ἂν διαφερόντως ἐν τῷ βίῳ ἀγαθοὶ κριθῶσι. » Καὶ ταῦτα δὲ ἁρμόζει ἐπὶ τῇ τῶν θεοφιλῶν τελευτῇ, οὓς στρατιώτας τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας οὐκ ἂν ἁμάρτοις εἰπών, παραλαμβάνεσθαι. Ὅθεν καὶ ἐπὶ τὰς θήκας αὐτῶν ἔθος ἡμῖν παριέναι, καὶ τὰς εὐχὰς παρὰ ταύταις ποιεῖσθαι, τιμᾶν τε τὰς μακαρίας αὐτῶν ψυχὰς, ὡς εὐλόγως καὶ τούτων ὑφ' ἡμῶν γιγνομένων. Ἀλλὰ γὰρ ἡμεῖς μὲν ταῦτα ἐκ τῶν Πλάτωνος ἀνελεξάμεθα· φιλόκαλος δέ τις ἄλλος καὶ τούτων ἔτι πλείω ἂν εὕροι παρὰ τῷ αὐτῷ, σύμφωνα τοῖς ἡμετέροις δόγμασι, τάχα δὲ καὶ παρ' ἑτέροις. D Ἐπεὶ δὲ τῆς αὐτῆς ἡμῖν ὑποθέσεως προλαβόντες ἐφήψαντο καὶ ἄλλοι, εὖ μοι δοκεῖ ἐπισκέψασθαι δεῖν καὶ τὰ τούτοις πεπονημένα. Παραθήσω δὲ πρώτου

[10] Act. v, 29. [11] Matth. x, 28. [12] II Cor. v, 1.

(8) *Τῶν δὲ δή.* Plato lib. v *De republ.*, pag. 464, B, C. Quibus similia *Menexeno* toto, sapienter et copiose persequitur, pag. 402 et seq.

Digitized by Google

Ἀριστοβούλου (9), τοῦ ἐξ Ἑβραίων φιλοσόφου, τὰς οὕτως ἐχούσας φωνάς.

tur, huc etiam ex eorum scriptis aliqua transferre. Primus esto Aristobulus, Hebræus philosophus, cujus verba hæc sunt ipsissima.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Ὅπως καὶ πρὸ ἡμῶν Ἀριστόβουλος ὁ Περιπατητικὸς ἐκ τῆς παρ' Ἑβραίοις φιλοσοφίας ὡμολόγει τοὺς Ἕλληνας ὡρμῆσθαι. Ἐκ τῶν Ἀριστοβούλου βασιλεῖ Πτολεμαίῳ προσπεφωνημένων.

CAPUT XII.

Aristobulum Peripateticum etiam ante nos confessum esse, Hebræis e fontibus suam Græcos hausisse philosophiam. Ex opere illo quod Ptolemæo regi Aristobulus inscripsit.

« Φανερὸν, ὅτι κατηκολούθησεν ὁ Πλάτων τῇ καθ' ἡμᾶς νομοθεσίᾳ, καὶ φανερός ἐστι περιειργασμένος ἕκαστα τῶν ἐν αὐτῇ. Διηρμήνευται γὰρ (10) πρὸ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως, δι' ἑτέρων, πρὸ τῆς Ἀλεξάνδρου καὶ Περσῶν ἐπικρατήσεως, τά τε κατὰ τὴν ἐξαγωγὴν τὴν ἐξ Αἰγύπτου τῶν Ἑβραίων, ἡμετέρων δὲ πολιτῶν, καὶ ἡ τῶν γεγονότων ἁπάντων αὐτοῖς ἐπιφάνεια, καὶ κράτησις τῆς χώρας, καὶ τῆς ὅλης νομοθεσίας ἐπεξήγησις· ὡς εὔδηλον εἶναι τὸν προειρημένον φιλόσοφον εἰληφέναι πολλά. Γέγονε γὰρ πολυμαθὴς, καθὼς καὶ Πυθαγόρας, πολλὰ τῶν παρ' ἡμῖν μετενέγκας εἰς τὴν ἑαυτοῦ δογματοποιίαν κατεχώρισεν. Ἡ δ' ὅλη ἑρμηνεία τῶν διὰ τοῦ νόμου πάντων ἐπὶ τοῦ προσαγορευθέντος Φιλαδέλφου βασιλέως, σοῦ δὲ προγόνου, προσενεγκάμενον μείζονα φιλοτιμίαν, Δημητρίου τοῦ Φαληρέως πραγματευσαμένου τὰ περὶ τούτων. » Εἶτα μεταξύ τινα εἰπὼν, ἐπιφέρει λέγων· « Δεῖ γὰρ λαμβάνειν τὴν θείαν φωνὴν, οὐ ῥητὸν λόγον, ἀλλ' ἔργων κατασκευὰς, καθὼς καὶ διὰ τῆς νομοθεσίας ἡμῖν ὅλην τὴν γένεσιν τοῦ κόσμου Θεοῦ λόγους εἴρηκεν ὁ Μωϋσῆς. Συνεχῶς γάρ φησιν ἐφ' ἑκάστου· « Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, καὶ ἐγένετο. » Δοκοῦσι δέ μοι, περιειργασμένοι πάντα, κατηκολουθηκέναι τούτῳ Πυθαγόρας τε καὶ Σωκράτης, καὶ Πλάτων, λέγοντες ἀκούειν φωνῆς Θεοῦ, τὴν κατασκευὴν τῶν ὅλων συνθεωροῦντες, ἀκριβῶς ὑπὸ Θεοῦ γεγονυῖαν, καὶ συνεχομένην ἀδιαλείπτως. Ἔτι δὲ καὶ Ὀρφεὺς ἐν ποιήμασι τῶν κατὰ τὸν ἱερὸν λόγον αὐτῷ λεγομένων οὕτως ἐκτίθεται περὶ τοῦ διακρατεῖσθαι θείᾳ δυνάμει τὰ πάντα, καὶ γενητὰ ὑπάρχειν, καὶ ἐπὶ πάντων εἶναι τὸν Θεόν. Λέγει δ' οὕτως·

« Satis constat, inquit, legum nostrarum instituta secutum esse Platonem, 664 et singula earum capita diligenter ac studiose perlegisse. Nam etiam ante Demetrium illum Phalereum, adeoque ante Alexandri ac Persarum imperium, ea jam omnia Græce ab aliis conversa fuerant, quibus cum illa Hebræorum populiarium nostrorum ex Ægypto migratio, tum eorum series, quæ cœlitus ipsis evenere, promissæ regionis occupatio, et universæ legis expositio continetur : nemini ut dubium esse possit, quin suos in libros laudatus inde philosophus pleraque derivarit. Fuit enim is lectionis plurimæ, quemadmodum et Pythagoras, qui e nostris selecta quoque permulta suis illis decretis inseruit. Post, regis Ptolemæi cognomento Philadelphi, avi tui, tempore, qui omnes hoc in genere studio et magnificentia superavit, integram eorum, quæ nostras ad leges pertinebant, omnium interpretationem, præcipua Demetrii Phalerei totum negotium moderantis opera, elaborarunt. » Tum quibusdam interjectis, ita prosequitur : « Divinam quippe vocem accipere nos sic oportet, non ut sermonem aliquem conceptis inclusum expressumque verbis, sed ut operum ipsorum molitionem, quo plane sensu creationem mundi universam legislator ille Moyses Dei vocem appellavit. Nam de singulis operibus ita pronuntiat : « Dixitque Deus, et factum est. » Id quod ego, Pythagoram, Socratem ac Platonem, cum nostra omnia curiose rimati essent, omnino secutos existimo, cum ses Dei vocem exaudire dicerent, in illa universi molitionis, quæ tam accurate a Deo perfecta, sui semper similis integraque persisteret, contemplatione defixos. Quinetiam Orpheus, in iis carminibus quæ ad sacri sermonis formam rationemque conscripsit, divina vi omnia contineri, eademque ortum habuisse, et cunctis Deum præesse, hunc in modum cecinit :

Φθέγξομαι (11) *οἷς θέμις ἐστὶ, θύρας δ' ἐπίθεσθε, βέβηλοι,*
Φεύγοντες δικαίων θεσμοὺς, θείοιο τεθέντος
Πᾶσι νόμου. Σὺ δ' ἄκουε, φαεσφόρου ἔγγονε Μήνης,
Μουσαῖ· ἐξερέω γὰρ ἀληθέα. Μηδέ σε τὰ πρὶν
Ἐν στήθεσσι φανέντα, φίλης αἰῶνος ἀμέρσῃ.
Εἰς δὲ λόγον θεῖον βλέψας, τούτῳ προσέδρευε,
Ἰθύνων κραδίης νοερὸν κύτος. Εὖ δ' ἐπίβαινε
Ἀτραπιτοῦ, μοῦνον δ' ἐσόρα κόσμοιο Τυπωτῆρ

Fas quibus est narrabo : fores claudunto, profani,
Queis sanctæ leges odio, quas omnibus auctor
Ipse tulit posuitque Deus. Tu vero, micantis
O Lunæ Musæe nepos, hæc auribus hauri.
Namque ego vera canam. Tibi ne modo pristinus error
Æternæ invideat felicia sæcula vitæ.
Sed fixa potius divina oracula mente
Excipiens, casto penitus sub pectore condas.
Ergo age, carpe viam, solum, interituque carentem

(9) Ἀριστοβούλου. Hunc etiam supra laudavit, pag. 324 et 376.

(10) Διηρμήνευται γάρ. Vide supra, pag. 351, 358, 410.

(11) Φθέγξομαι, etc. Consule Justinum Martyrem in *Parænet.*, pag. 12, ubi Orphei loco hæc præmittit : Ὀρφεύς γ' οὖν, ὁ τῆς παλυθεότητος ὑμῶν, ὡς ἂν εἴποι τις, πρῶτος διδάσκαλος γεγονὼς, οἷα πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ Μουσαῖον, καὶ τοὺς λοιποὺς γνησίους ἀκροατὰς, ὕστερον περὶ ἑνὸς καὶ μόνου Θεοῦ κηρύττει λέγων, ἀναγκαῖον ὑπομνῆσαι ὑμᾶς. Adi et Clement. Alexandrin. *Strom.* v, pag. 443, nisi malis apud nostrum legere, infra pag. 685, ubi carptim ex eodem Orpheo nonnulla delibat Aristobulus plenissime.

Digitized by Google

665 *Suspiciens genitorem orbis. Quem talibus*
[ecce
Prisca virum nobis olim monimenta loquuntur.

Unus, et ex sese Deus est, idem omnia condit,

Ac mundi late partes se fundit in omnes.
Mortales fugit ille oculos, animoque videtur.

Fonsque boni cum sit, nulli mala sævior unquam
Ipse creat, licet hunc vitali gratia passu,
Cumque odio, bellumque, luesque, dolorque sequan-
[tur.

Hunc alius præter nemo est. Quem cernere terris
Si prius exstantem poteris, facile omnia cernes.

Per me, si qua ejus sese vestigia forsan
Obtulerint, molesve manus, tu, nate, videbis.
Namque ipsum per se haud video, quod densa tuen-
[tem
Impediat nubes, ac dena volumina tardent.
Unus eum imperio mortalia fata regentem,
Nosse aliquis potuit, Chaldæo a sanguine cretus:

Norat enim, qua magnus iter sol flectat in orbem,
Æquatosque habilis circumque immunia terræ
Pondera, sed proprio gyros convertat in axe;
Et volucres effusus equos per cærula mundi
Verset agens, aurasque obeat, pelagusque profun-
[dum,
Et vivos rutili succendat luminis ignes.

Ille igitur magni supra laquearia cœli

Immotus, solioque micat sublimis in aureo.
Olli planta humiles subter premit ardua terras,
Oceani extremos attingit dextera fines:
Cujus inexhaustum quassi ab radicibus imis
Ferre negant robur nutanti vertice montes.
666 *Ergo ut siderea nunquam discedat ab arce,*
Cuncta tamen nostris præsens molitur in oris,
Principium in sese, ac medium, finemque coer-
[cens.
Hæc prisci retulere viri, terraque creatus
Mortalis docuit, divino abs Numine postquam
Hauserat, ac gemino tulerat viventia saxo.

A Ἀθάνατον. Παλαιὸς δὲ λόγος περὶ τοῦδε φα-
[είνει.
Εἷς ἐστ' αὐτοτελὴς (12), αὐτοῦ δ' ὕπο (13) πάντα
[τελεῖται·
Ἓν δ' αὐτοῖς αὐτὸς περιτίσσεται (14)· οὐδέ τις
[αὐτὸν
Εἰσοράᾳ ψυχῶν θνητῶν (15), νῷ δ' εἰσοράαται.
Αὐτὸς δ' ἐξ ἀγαθῶν (16) θνητοῖς κακὸν οὐκ ἐπι-
[τέλλει
Ἀνθρώποις· αὐτῷ δὲ χάρις καὶ μῖσος ὀπηδεῖ,
Καὶ πόλεμος, καὶ λοιμός, ἰδ' ἄλγεα δακρυόεντα.
Οὐδέ τις ἐσθ' ἕτερος. Σὺ δέ κεν (17) ᾗσι πάντ'
[ἐσορήσαις.
Αἴ κεν ἴδῃς αὐτὸν πρίν δή ποτε δεῦρ' ἐπὶ γαῖαν.
Τέκνον ἐμόν, δείξω σοι, ὀπηνίκα ἔρχομαι αὐ-
[τοῦ
Ἴχνια, καὶ χεῖρα στιβαρὴν κρατεροῖο Θεοῖο.
Αὐτὸν δ' οὐχ ὁρόω· περὶ γὰρ νέφος ἐστήρι-
[κται (18)
B Λοιπὸν ἐμοὶ (19)· στᾶσιν δὲ δέκα πτυχαὶ ἀνθρώ-
[ποισιν.
Οὐ γὰρ κέν τις ἴδοι θνητῶν μερόπων κριδνοντα,
Εἰ μὴ μουνογενὴς (20) τις ἀπορρὼξ φύλου ἁπ-
[θεν
Χαλδαίων. Ἴδρις γὰρ ἦην ἄστροιο πορείης,
Καὶ σφαίρης κίνησι' ἁμῷ γόνα ὡς περιτέλλει,
Κυκλοτερές τ' ἐν ἴσῳ, κατὰ δὲ σφέτερον κτύ-
[πον ἅπαν·
Πνεύματα δ' ἠτιοχεῖ, περί τ' ἠέρα, καὶ περὶ
[χεῦμα
Νάματος (21)· ἐκφαίνει δὲ πυρὸς σέλας ἐκπτε-
[ρύγου.
Αὐτὸς δὴ μέγαν (22) αὖθις ἐπ' οὐρανὸν ἑστήρι-
[κται,
Χρυσέῳ εἰνὶ θρόνῳ· γαίη δ' ὑπὸ ποσσὶ (23) βέ-
[βηκε·
Χεῖρα δὲ δεξιτερὴν ἐπὶ τέρμασιν Ὠκεανοῖο
Ἐκτέτακεν (24)· ὀρέων δὲ τρέμει βάσις ἔνδοθι θυμῷ,
Οὐδὲ φέρειν δύναται κρατερὸν μένος. Ἔστι δὲ
[πάντως
C Αὐτὸς ἐπουράνιος, καὶ ἐπὶ χθονὶ πάντα τελευτᾷ,
Ἀρχὴν αὐτὸς ἔχων, καὶ μέσσον (25), ἠδὲ τε-
[λευτήν,
Ὡς λόγος ἀρχαίων, ὡς ὁλογερὴς διέταξεν,
Ἐκ θεόθεν γνώμαισι λαβὼν κατὰ δίπλακα θε-
[σμόν.

(12) *Αὐτοτελής.* Justinus, αὐτογενής.

(13) *Αὐτοῦ δ' ὕπο*, etc. Justinus et Clemens, αὐτοῦ δ' ἔκγονα πάντα τέτυκται. Addit Clemens, legi etiam πέφυκεν.

(14) *Περιτίσσεται.* Justin., περιγίγνεται.

(15) *Ψυχῶν θνητῶν*, etc. Justin., θνητῶν· αὐτὸς δέ γε πάντας ὁρᾶται. Certe apud Eusebium, aut ψυχῶν pro ἀνθρώπων sumitur, aut scribuntur pugnantia; sequitur enim, νῷ δ' εἰσοράαται. Nisi hæc Orpheo subtilitas placuit, ut animo Deum videri negaret, mente concederet.

(16) *Αὐτὸς δ' ἐξ ἀγαθῶν*, etc. Clemens infra pag. 687 :

D *Αὐτὸς δ' ἐξ ἀγαθοῖο κακὸν θνητοῖσι φυτεύει,*
Καὶ πόλεμον κρυόεντα.

Justinus autem :

Οὗτος δ' ἐξ ἀγαθοῖο κακὸν θνητοῖσι δίδωσι,
Καὶ πόλεμον κρυόεντα, καὶ ἄλγεα δακρυόεντα.

Quorum versuum alia longe mens videtur. Eusebianorum sensus est, Deum ex bonorum suorum thesauris mala proprie dicta non immittere, tametsi bellum et aliæ id genus calamitates, quæ malorum pœnæ, non mala sint, ab eodem inferantur. Apud Justinum et Clementem, ἐξ ἀγαθοῦ, vel est μετὰ τἀγαθόν, vel ἐξ ἀγαθῆς διαθέσεως, ut ἀπὸ τοῦ βελτίστου, seu τοῦ κρατίστου, *optima fide*, *optimoque consilio*. Dionys. Halicarnass. lib. I : Αἰσθόμενος οὐκ ἀπὸ τοῦ βελτίστου ταῦτα πράττοντα τὸν ἀδελφόν. Id est, *Ubi sensisset hæc a fratre animo non optimo fieri.* Et lib. VII : Ὁ δὲ ἀγαθὸς, καὶ ἀπὸ τοῦ κρατίστου πρὸς τὰ κοινὰ προῖών. *At vir bonus, optimoque animo ad rempublicam accedens.* Interdum ἀπὸ παντὸς τοῦ βελτίστου. Idem lib. III : Τοῖς δὲ ἀπὸ παντὸς τοῦ βελτίστου κρίνουσι τὸ συμβεβηκός. *At iis, qui de illo casu bono ac sincero animo judicabant.*

(17) *Σὺ δέ κεν*, etc. Justin., χωρὶς μεγάλου βασιλῆος. Quæ sequuntur omittit usque ad, αὐτὸν δ' οὐχ ὁρόω.

(18) *Ἐστήρικται.* Justin. et Clemens addunt :

Πᾶσιν γὰρ (malim δὲ) *θνητοῖς θνηταὶ κῆραι εἰ-*
[σὶν ἐν δσσοις

Sequiturque apud Justinum :

Ἀσθενέες δ' ἰδέων Δία τὸν πάντων μεδέοντα.

Apud Clementem vero :

Μικρὰ, ἐπεὶ σάρκες τε καὶ ὀστέα ἐμπεφύασσι.

(19) *Λοιπὸν ἐμοί*, etc. Hæc et sequentia, usque ad αὐτὸς δὴ μέγαν, Justinus non repræsentat. Hic autem forte legendum λοιπὸν ἐμ' ἱστᾶσιν.

(20) *Εἰ μὴ μουνογενής.* Clemens infra, p. 685.

(21) *Νάματος*, etc. Hic versus a Clemente omittitur.

(22) *Αὐτὸς δὴ μέγαν.* Justinus :

Οὗτος γὰρ χάλκειον ἐς οὐρανὸν ἐστήρικται.

(23) *Γαίη δ' ὑπὸ ποσσί.* Justin., γαίης δ' ἐπὶ ποσσί. Juxta illud Isaiæ : *Terra autem scabellum pedum meorum.*

(24) *Ἐκτέτακεν.* Justin., Πάντοθεν ἐκτέτακεν· περὶ γὰρ (*mallem* δὲ) τρέμει οὔρεα μακρά, Καὶ πόντοι, πολιῆς τε βάθος χαροποῖο θαλάσσης. Cætera non habet.

(25) *Καὶ μέσσον.* Rectius Clemens infra p. 685, ἄμα, καὶ μέσον.

Digitized by Google

Ἄλλως οὐ θεμιτὸν δὲ (26) λέγειν· τρομέω δέ γε νῆα Ἐν νόῳ. Ἐξ ὑπάτου κραίνει περὶ πάντ' ἐπὶ τάξει, Ὦ τέκνον· σὺ δὲ τοῖσι νόοισι πελάζεο, γλώσσην Εὖ μάλ' ἐπικρατέων· στέρνοισι δὲ ἔνθεο φρένην.

Illa serus vulgare nefas : membrisque solutis, Mecum animo volvens trepido, quippe ordine cuncta Desuper ipse regit. Tu mentem advertito, fili, Frenatæque potens linguæ, rem pectore serva.

Καὶ Ἄρατος δὲ περὶ τῶν αὐτῶν φησιν οὕτως·

Quibus etiam hunc in modum Aratus accinit :

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεθα, τὸν οὐδέποτ' ἄνδρες ἐῶμεν Ἄρρητον· μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί, Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραί, μεστὴ δὲ θάλασσα, Καὶ λιμένες, πάντῃ δὲ Διὸς κεχρήμεθα πάντες. Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν· ὁ δ' ἤπιος ἀνθρώποισι Δεξιὰ σημαίνει, λαοὺς δ' ἐπὶ ἔργον ἐγείρει, Μιμνήσκων βιότοιο. Λέγει δ' ὅτε βώλος ἀρίστη, Βουσί τε καὶ μακέλῃσι· λέγει δ' ὅτε δεξιαὶ ὧραι, Καὶ φυτὰ ὑγρώσαι (27), καὶ σπέρματα πάντα βαλέσθαι.

Ab Jove principium, nullo qui tempore nobis Prætereundus erit : cujus late omnia numen Compita, et omne forum, pontique profunda tumentis, Atque omnes portus implet, nemoque potenti Auxilio carnisse queat. Genus omnis ab illo Quippe trahit : qui blanda hominibus pietate fovendo, Læta ollis dat signa manu, populosque frequentes Ultro operi accingit, vitæ dulcedine captos. Ille bobus glebæ ingenium duroque ligoni Utilis ante docet, necnon quo sidere tutum, Et plantas scrobibus, semenque abscondere terra.

Σαφῶς οἶμαι δεδεῖχθαι, ὅτι διὰ πάντων ἐστὶν ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ. Καθὼς δὲ δὴ (28) σεσημάγκαμεν περιαιροῦντες τὸν διὰ τῶν ποιημάτων Δία καὶ Ζῆνα· τὸ γὰρ τῆς διανοίας αὐτῶν ἐπὶ Θεὸν ἀναπέμπεται· διόπερ οὕτως ἡμῖν εἴρηται. Οὐκ ἀποικότως οὖν τοῖς ἐπιζητουμένοις προσηνέγμεθα ταῦτα. Πᾶσι γὰρ τοῖς φιλοσόφοις ὁμολογεῖται, ὅτι δεῖ περὶ Θεοῦ διαλήψεις ὁσίας ἔχειν, ὃ μάλιστα παρακελεύεται καλῶς ἡ καθ' ἡμᾶς αἵρεσις. Ἡ δὲ τοῦ νόμου κατασκευὴ πᾶσα τοῦ καθ' ἡμᾶς περὶ εὐσεβείας τέτακται, καὶ δικαιοσύνης, καὶ ἐγκρατείας, καὶ τῶν λοιπῶν ἀγαθῶν τῶν κατὰ ἀλήθειαν. » Τούτοις ἑξῆς μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει· « Ἐχομένως δ' ἐστὶν ὡς ὁ Θεὸς τὸν ὅλον κόσμον κατεσκεύακε, καὶ δέδωκεν εἰς ἀνάπαυσιν ἡμῖν. διὰ τὸ κακόπαθον εἶναι πᾶσι τὴν βιοτήν, ἑβδόμην ἡμέραν, ἣ δὴ καὶ πρώτη φυσικῶς ἂν λέγοιτο φωτὸς γένεσις, ἐν ᾧ τὰ πάντα συνθεωρεῖται. Μεταφέροιτο δ' ἂν τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῆς σοφίας. Τὸ γὰρ πάνφωτον ἐστιν ἐξ αὐτῆς. Καίτινες εἰρήκασι τῶν ἐκ τῆς αἱρέσεως ὄντες τῆς ἐκ τοῦ Περιπάτου, λαμπτῆρος αὐτὴν ἔχειν τάξιν· ἀκολουθοῦντες γὰρ αὐτῇ συνεχῶς, ἀτάραχοι καταστήσονται δι' ὅλου τοῦ βίου. Σαφέστερον δὲ καὶ κάλλιον τῶν ἡμετέρων προγόνων τις εἶπε Σολομὼν αὐτὴν πρὸ οὐρανοῦ καὶ γῆς ὑπάρχειν. Τὸ δὴ σύμφωνόν ἐστι τῷ προειρημένῳ. Τὸ δὲ διασαφούμενον διὰ τῆς νομοθεσίας, ἀποπεπαυκέναι τὸν Θεὸν ἐν αὐτῇ, τοῦτο, οὐχ ὥς τινες ὑπολαμβάνουσι, μηκέτι ποιεῖν τι τὸν Θεὸν καθέστηκεν, ἀλλ' ἐπὶ τῷ καταπεπαυκέναι τὴν τάξιν αὐτῶν, οὕτω τε εἰς πάντα τὸν χρόνον τεταχέναι. Σημαίνει γὰρ, ὡς ἐν ἓξ ἡμέραις ἐποίησε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, ἵνα τοὺς χρόνους δηλώσῃ, καὶ τὴν τάξιν προείπῃ τί τίνος προτερεῖ. Τάξας γὰρ, οὕτως αὐτὰ συνέχει, καὶ οὐ μεταποιεῖ. Διασεσάφηκε δ' ἡμῖν ταύτην ἕννομον ἕνεκεν σημείου τοῦ περὶ ἡμᾶς ἑβδόμου λόγου καθεστῶτος, ἐν ᾧ γνῶσιν ἔχομεν ἀνθρωπίνων καὶ θείων πραγμάτων. Δι' ἑβδομάδων δὲ καὶ πᾶς ὁ κόσμος κυκλεῖται τῶν ζωογονουμένων καὶ τῶν φυομένων ἁπάντων. Τῷ δὲ Σάββατον αὐτὴν προσαγορεύεσθαι, διερμηνεύεται ἀνάπαυσις οὖσα. Διασαφεῖ δὲ καὶ Ὅμηρος καὶ Ἡσίοδος, μετειληφότες ἐκ τῶν ἡμετέρων βιβλίων, ἱερὰν εἶναι. Ἡσίοδος μὲν οὕτως·

Hæc illi, quibus vim divinam omnia permeare, clare, opinor, satis ac perspicue significant. Nam Jovem illum quidem, poetarum versibus celebratum, pure, uti decet, ac restricte accepimus, quod mens eorum ac sententia Deum spectet unum atque designet. Quæ nos causa ratioque permovit, nobis ut hanc in disputationem, istuc orationis ac testimoniorum genus inferre merito posse videremur. In eo quippe philosophi omnes conveniunt, ut castas de Deo sanctasque notiones animo informandas esse præcipiant. Id quod præclare in primis instituti nostri vis ratioque docet. **667** Imo ad religionis, justitiæ, temperantiæ ac cæterorum id genus verorum bonorum possessionem et officia, lex apud nos tota revocatur. » Quibus idem post interjecta nonnulla subjungit : « Tum illud sane consentaneum, inquit, ut qui hoc universum procrearat Deus, idem, quod ærumnis pluribus omnium vita conflictetur, diem nobis septimum ad requietem ultro concesserit. Quem sane diem, si naturam spectaveris, primum quemdam lucis ortum, in qua cernantur universa, jure appellaris. Quod ipsum ad sapientiam quoque transferri possit, cum ex sapientia lux omnis oriatur. Ac nonnulli quidem Peripatetici, splendoris et rationem vimque tribuere, quem qui constanter ac perpetuo secuti fuerint, vitam illi totam sine ulla perturbatione traducent. Eamdem vero Salomon, e majoribus nostris unus, cœlo terraque priorem exstitisse, non clarius modo, sed etiam melius statuit. Id quod admodum etiam cum superiore illo consentiat. Cæterum quod in eadem habetur lege, eo die acquievisse Deum, id non, quomodo a plerisque, accipiendum est, quasi deinceps nihil omnino Deus efficiat; sed quod rerum omnium gradus et ordines absolverit, qui sui semper similes cum omni sæculorum perpetuitate propagentur. Sex enim dierum spatio, cœlum terramque ab eo, quæque utriusque ambitu continentur, creata esse omnia significat, ut suum cujusque tempus et ordinem, quo aliud quodque antecedit, aperiat. Quæ suo semel constituta loco, servat deinde semper, nec ulla ratione commutat. Quem eumdem fixum nobis diem ac solemnem esse voluit quo rationis

(26) Clem., σε.
(27) Clem. et ms., γυρῶσαι.
(28) Ms., δεῖ

illius septenariæ quoddam quasi signum tolleretur, per quem in rerum humanarum divinarumque notitiam devenimus. Hebdomadarum enim orbe, ipsa quoque tam animantium, quam plantarum omnium, universitas volvitur. Illum autem Sabbatum, hoc est *requietem* appellamus. Quem Hesiodus etiam atque Homerus, cum id nostris hausissent ex litteris, sacrum esse palam cecinerunt. Hesiodus quidem his versibus:

Lunæ prima dies, tum quarta et septima sacra est.
Itemque :
Septima jamque dies, læti lux candida solis.
Homerus autem sequentibus :
Septima sacra dies reserato illuxerat orbi.
668 Atque iterum :
Septima lux aderat, qua cuncta exacta fuere.
Et :
Septima ubi orta dies, Acherontis liquimus undas.

Quo quidem versu id significat, illa vere septenaria ratione, quæ animæ oblivionem vitiumque consequitur, repudiatis quæ ante placuerant, veritatis, uti jam dictum est, cognitionem haurimus. Quibus hæc Lini affinia sunt :

Septima jamque dies, qua cuncta exacta, rubebat.
Itemque :
Omine læta dies est septima, septima rerum
Ortus, et eximias inter perfecta coruscat.
Et,
Omnia sidereo septena videntur in orbe,
Motibus et propriis certos volvuntur in annos. »

Hæc Aristobulus. Quo eodem in genere, quæ Clementis nostri sententia fuerit, ex sequentibus intelliges.

CAPUT XIII.

Quæ a Græcis recte scripta fuerint, ea cum Hebræorum doctrina consentire, a Clemente præterea ostenditur, Stromate *quinto*.

« Verum quæ sequuntur, inquit, pertexamus, quæque Græci barbara ex philosophia suffurati sint, in medium proferamus. Ac primum quidem Stoici Deum ipsum, perinde ut animum, corpore ac spiritu suapte natura constare definiunt. Quod utrumque in Scripturis expressum reperies. Nec enim mihi nunc sensus earum cogites allegoricos, cujusmodi ab erudita illa et sapienti veritate traduntur, si forte, ut a peritis in luctatione fieri solet, aliud ostendant, aliud reipsa exhibeant. At Deum illi naturam omnem permeare volunt, quem nos effectorem solum, et **669** quidem verbo effectorem esse dicimus. Quibus illud *Sapientiæ* imposuit: « Pervadit autem ac subit per omnia propter suam munditiam [1], » cum id de illa, quam Deus omnium principem creavit, Sapientia dictum esse non intelligerent. Esto, inquiunt : sed tamen philosophi, nec Stoici tantum, aut Plato, atque Pythagoras, sed etiam Aristoteles Peripateticus, materiam inter

[1] Sap. VII, 24.

(29) *Τὰ δ' ἑξῆς.* Clemens Alexandrinus, *Strom.* v, pag. 431, A, edit. Græco-Lat., at Latinæ 594.

(30) *Καθάπερ οἱ σοφοὶ παλαισταί.* Clementis interpres hæc παραχοῦσαι videtur; vertit enim, *si nec sapientes luctatores, aliud eas ostendere significant.* Atqui similitudo petitur a palæstritis, qui aliud ipso motu corporis, oculorumve conjectu, præ se ferunt, aliud reipsa cogitant. Vulgo dicimus, *faire des feintes.*

Πρῶτον ἕνη, τετράς τε καὶ ἑβδόμη, ἱερὸν ἦμαρ.
Καὶ πάλιν λέγει·
Ἑβδομάτη δ' αὖθις, λαμπρὸν φάος ἠελίοιο.
Ὅμηρος δὲ οὕτω λέγει·
Ἑβδομάτη δ' ἦπειτα κατήλυθεν, ἱερὸν ἦμαρ.
Καὶ πάλιν
Ἑβδομον ἦμαρ ἦεν, καὶ τῷ τετέλεστο ἅπαντα.
Καί·
Ἑβδομάτη δή οἱ λίπομεν ῥόον ἐξ Ἀχέροντος.
Τοῦτο δὴ σημαίνων, ὡς ἀπὸ τῆς κατὰ ψυχὴν λήθης καὶ κακίας, ἐν τῷ κατ' ἀλήθειαν ἑβδόμῳ λόγῳ, καταλιμπάνεται τὰ προειρημένα, καὶ γνῶσιν ἀληθείας λαμβάνομεν, καθὼς προείρηται. Λίνος δέ φησιν οὕτως·
Ἑβδομάτη δή οἱ τετελεσμένα πάντα τέτυκται.
Καὶ πάλιν·
Ἑβδόμη εἰν ἀγαθοῖς, καὶ ἑβδόμη ἐστὶ γενέθλη·
Ἑβδόμη ἐν πρώτοισι, καὶ ἑβδόμη ἐστὶ τελείη.
Καί·
Ἑπτὰ δὲ πάντα τέτυκται ἐν οὐρανῷ ἀστερόεντι,
Ἐν κύκλοισι φανέντ' ἐπιτελλομένοις ἐνιαυτοῖς. »

Τὰ μὲν Ἀριστοβούλου τοιαῦτα. Ὁποῖα δὲ καὶ Κλήμεντι περὶ τῆς αὐτῆς εἴρηται ὑποθέσεως, γνοίης ἂν διὰ τούτων.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Ὡς καὶ Κλήμης ὁμοίως τὰ καλῶς Ἕλλησιν εἰρημένα σύμφωνα τυγχάνειν τοῖς Ἑβραίων παρίστησι δόγμασιν. Ἀπὸ τοῦ πέμπτου Στρωματέως Κλήμεντος.

« Τὰ δ' ἑξῆς (29) προσαποδοτέον, καὶ τὴν ἐκ τῆς βαρβάρου φιλοσοφίας Ἑλληνικὴν κλοπὴν σαφέστερον ἤδη παραστατέον. Φασὶ γὰρ σῶμα εἶναι τὸν Θεὸν οἱ Στωϊκοὶ, καὶ πνεῦμα κατ' οὐσίαν, ὥσπερ ἀμέλει καὶ τὴν ψυχήν. Πάντα ταῦτα ἀντικρυς εὑρήσεις ἐν ταῖς Γραφαῖς. Μὴ γάρ μοι τὰς ἀλληγορίας αὐτῶν ἐννοήσῃς τανῦν, ὡς ἡ γνωστικὴ παραδίδωσιν ἀλήθεια, εἰ ἄλλο τι δεικνύουσι, καθάπερ οἱ σοφοὶ παλαισταὶ (30), ἄλλο μηνύουσιν. Ἀλλ' οἱ μὲν διήκειν διὰ πάσης τῆς οὐσίας τὸν Θεόν φασιν· ἡμεῖς δὲ ποιητὴν μόνον αὐτὸν καλοῦμεν, καὶ λόγῳ ποιητήν. Παρήγαγε δ' αὐτοὺς τὸ ἐν τῇ *Σοφίᾳ* εἰρημένον· « Διήκει δὲ καὶ χωρεῖ διὰ πάντων διὰ τὴν καθαρότητα· » ἐπεὶ μὴ συνῆκαν λέγεσθαι ταῦτα ἐπὶ τῆς Σοφίας τῆς πρωτοκτίστου τῷ Θεῷ. Ναὶ, φασίν· ἀλλὰ ὕλην ὑποτίθενται οἱ φιλοσόφοι ἐν ταῖς ἀρχαῖς, οἵ τε Στωϊκοὶ, καὶ Πλάτων, καὶ Πυθαγόρας, ἀλλὰ καὶ Ἀριστοτέλης ὁ Περιπατητικὸς, οὐχὶ δὲ μίαν ἀρχήν. Ἴστωσαν δὲ τὴν καλουμένην ὕλην, ἄποιον καὶ ἀσχημάτιστον λεγομέ-

νην πρὸς αὐτῶν, τὸ μὴ τόδε (31), ἢ μὴ ὄν, πρὸς τοῦ Πλάτωνος εἰρῆσθαι, καὶ μή τι· μυστικώτατα. Μίαν γὰρ τὴν ὄντως οὖσαν ἀρχὴν εἰδὼς, ἐν τῷ *Timaïῳ* αὐταῖς φησι λέξεσι· « Νῦν δὴ οὖν τό γε παρ' ἡμῶν ὧδε ἐχέτω· τὴν μὲν περὶ ἁπάντων, εἴτε ἀρχὴν εἴτε ἀρχὰς, εἴτε ὅπη δοκεῖ τούτων πέρι, τανῦν οὐ ῥητέον δι' ἄλλο μὲν οὐδὲν, διὰ δὲ τὸ χαλεπὸν εἶναι κατὰ τὸν παρόντα τρόπον τῆς διεξόδου δηλῶσαι τὰ δοκοῦντα. » Ἄλλως τε ἡ λέξις ἡ προφητικὴ ἐκείνη· « Ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος, καὶ ἀκατασκεύαστος, » ἀφορμὰς αὐτοῖς ὑλικῆς οὐσίας παρέσχηται· Ναὶ μὴν Ἐπικούρῳ μὲν ἡ τοῦ αὐτομάτου παρεισδυσις, οὐ παρακολουθήσαντι τῷ ῥητῷ, γέγονεν ἐντεῦθεν, « Ματαιότης ματαιοτήτων, τὰ πάντα ματαιότης· » Ἀριστοτέλει δὲ μέχρι σελήνης ἐπῆλθε καταγαγεῖν τὴν Πρόνοιαν, ἐκ τοῦδε τοῦ ψαλμοῦ· « Κύριε, ἐν τῷ οὐρανῷ τὸ ἔλεός σου, καὶ ἡ ἀλήθειά σου ἕως τῶν νεφελῶν. » Οὐδέπω γὰρ ἀπεκαλύπτετο ἡ τῶν προφητικῶν δήλωσις μυστηρίων πρὸ τῆς τοῦ Κυρίου παρουσίας. Τάς τε αὖ μετὰ θάνατον κολάσεις, καὶ τὴν διὰ πυρὸς τιμωρίαν, ἀπὸ τῆς βαρβάρου φιλοσοφίας ἥ τε ποιητικὴ πᾶσα μοῦσα, ἀλλὰ καὶ ἡ Ἑλληνικὴ φιλοσοφία ὑφείλετο. Πλάτων γοῦν ἐν τῷ τελευταίῳ τῆς *Πολιτείας* αὐταῖς φησι ταῖς λέξεσιν· « Ἐνταῦθα δὴ (32) ἄνδρες ἄγριοι διάπυροι ἰδεῖν, παρεστῶτες, καὶ καταμανθάνοντες τὸ φθέγμα (33), τοὺς μὲν ἰδίᾳ παραλαβόντες ἦγον· τὸν δὲ Ἀριδαῖον (34) καὶ τοὺς ἄλλους συμποδίσαντες, χεῖράς τε καὶ πόδας, καὶ κεφαλὴν καταβαλόντες (35), καὶ ἐκδείραντες, εἷλκον παρὰ τὴν ὁδὸν ἐκτὸς ἐπ' ἀσπαλάθων κάμπτοντες (36). » Οἱ μὲν γὰρ ἄνδρες (37) οἱ διάπυροι, ἀγγέλους αὐτῷ βούλονται δηλοῦν, οἳ παραλαβόντες τοὺς ἀδίκους κολάζουσιν. « Ὁ ποιῶν, φησὶ, τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς πῦρ φλέγον. » Ἕπεται δὲ τούτοις, τὴν ψυχὴν εἶναι ἀθάνατον. Τὸ γὰρ κολαζόμενον, ἢ παιδευόμενον, ἐν αἰσθήσει ὄν, ζῇ, κἂν πάσχειν βούληται (38). Τί δέ; Οὐχὶ οἶδεν ὁ Πλάτων καὶ πυρὸς ποταμοὺς, καὶ τῆς γῆς τὸ βάθος, τὴν πρὸς τῶν βαρβάρων γέενναν καλουμένην, Τάρταρον ποιητικῶς (39) ὀνομάζων, Κωκυτόν τε καὶ Ἀχέροντα, καὶ Πυριφλεγέθοντα, καὶ τὰ τοιαῦτά τινα εἰς τὴν παίδευσιν σωφρονίζοντα παρεισάγων κολαστήρια; Τῶν σμικρῶν δὲ, κατὰ τὴν Γραφὴν, καὶ ἐλαχίστων

principia numerant, non principium unum statuunt. Atqui sciant isti velim, materiam illam, quam omni et qualitate et figura carere dicunt, a Platone quoque non certum quid, sive id quod non est, appellatam esse, adeoque non aliquid : quod quidem mysticum valde ac reconditum censeri debet. Nam qui verum illud unum principium agnosceret, in *Timæo* hæc habet ipsissima. « Nostra vero, inquit, ejusmodi ratio est. De universi seu principio seu principiis, quidve de iis sentiamus, in præsentia dicere omittendum, nec alia de causa, quam quod difficile sit, ea quam sequimur disputandi via, quæ nobis hoc in genere videantur, exponere. » Cæterum, propheticum illud : « Terra autem erat invisibilis et indigesta [1], » fingendæ hujus materiæ occasionem iis dedit. Et Epicurus sane, ut casu ac fortuito omnia fieri diceret, in animum induxit, quod illius dicti vim non caperet : « Vanitas vanitatum, omnia vanitas [2]; » quemadmodum Aristoteles, ut lunari orbe Providentiam definiret, ex illo psalmo hausit : « Domine, in cœlo misericordia tua, et veritas tua usque ad nubes [3]. » Neque enim ante Domini adventum propheticorum adhuc mysteriorum aperiebatur sententia. Jam luenda quoque post obitum supplicia, et illos ignium cruciatus, cum poetæ passim omnes, tum Græci etiam philosophi a barbara philosophia compilarunt. Plato quidem in ultimo *De republica* disertis conceptisque verbis : « Tum enimvero, inquit, feri homines, et aspectu ignei, audito mugitu, præsto aderant, aliisque seorsum abductis, Aridæum ac cæteros, manibus simul ac pedibus cervicibusque constrictis, humi afflictos, et cute detracta, foris secus viam per medias raptabant aspalathos. » Nam isti quidem homines ignei, angelos apud eum significant, qui arreptos sceleratos puniunt : juxta illud : « Qui facit angelos suos spiritus, et ministros ignem **670** urentem [4]. » Ex quibus immortalem animum esse consequitur. Quod enim aut punitur, aut eruditur, id cum sensu præditum sit, vivat necesse est, etiamsi pati dicatur. Quid porro? Numquid etiam Plato, et ignis fluvios, et illam terræ altitudinem agnovit, quæ a barbaris gehenna dicitur, quem ipse Tartarum poetice nominavit;

[1] Genes. I. 1. [2] Eccles. I, 2. [3] Psal. XXXV, 6. [4] Psal. CIII, 4.

(31) *Τὸ μὴ τόδε*, etc. Hæc apud Clementem ita concepta reperies, καὶ τολμηρότερον ἤδη μὴ ὂν πρὸς τ. Π. εἰρῆσθαι, καὶ μή τι μυστικώτατα μίαν τὴν ὄντως, etc. Quibus similia leguntur in ms. Eusebii. Nihil tamen in nostra lectione mutandum censeo, præsertim cum ex illis καὶ μή τι μυστικ. satis commode exprimi sententia nequeat.

(32) *Ἐνταῦθα δή*. Plato libro X *De republica*, pag. 519 D.

(33) *Τὸ φθέγμα*. Hervetus reddit, *sermonem intelligentes*. Φθέγμα hic *φθόγγος* est, et μύκημα *mugitus*, quem immanis hiatus ediderat. Præcessit enim apud Platonem οὓς (homines teterrimos) ὁλομένους ἤδη ἀναβήσεσθαι, οὐκ ἐδέχετο τὸ στόμιον, ἀλλ' ἐμυκᾶτο, ὁπότε τις τῶν οὕτως ἀνιάτως ἐχόντων εἰς πονηρίαν, ἢ μὴ ἱκανῶς δεδωκὼς δίκην, ἐπιχειροῖ ἐνιέναι.

(34) *Ἀριδαῖον*. Ita Justin. Martyr in *Paræneti.*, pag. 19. Clem., Ἀρίδιον, at Plato, Ἀρδιαῖον.

(35) *Καταβαλόντες*. Clemens, καταλαβόντες.

(36) *Κάμπτοντες*. Justin., γνάμπτοντες. Plato κνάμπτοντες, eodem sensu. Clemens et ms. κνάμπτοντες. Quod postremum si probatur, dicendum est eos non utcunque carptos et laceratos esse, verum etiam ad majorem doloris sensum aspalathis impositos. Ego alterum prætulerim.

(37) *Οἱ μὲν γὰρ ἄνδρες*. Justinus, inde resurrectionis etiam dogma colligens : Ἐνταῦθά, inquit, μοι δοκεῖ ὁ Πλάτων, οὐ μόνον τὸν περὶ κρίσεως, παρὰ τῶν προφητῶν μεμαθηκέναι λόγον, ἀλλὰ καὶ τὸν περὶ τῆς ἀπιστουμένης παρ' Ἕλλησιν ἀναστάσεως· τὸ γὰρ μετὰ σώματος κρίνεσθαι τὴν ψυχὴν φῆσαι, οὐδὲν ἕτερον δηλοῖ, ἢ ὅτι τῷ περὶ τῆς ἀναστάσεως ἐπίστευσε λόγῳ. Οὐ γὰρ δή που τὴν ψυχὴν, κεφαλὴν, καὶ χεῖρας, καὶ πόδας, καὶ δέρμα, ἔχειν φήσουσιν.

(38) Clem., λέγηται.

(39) *Ποιητικῶς*. Clementem corrige, apud quem male, προφητικῶς.

Digitized by Google

Cocytum præterea, Acherontem, Pyriphlegethontem, et similia pœnarum loca generaque, quibus hominum mores castigentur, invexit. Idem, quos ex Scriptura habemus parvulorum ac minimorum angelos, qui Deum ipsum videant, et diligentem illam vigilemque curam, quæ a præsidibus ac tutelaribus angelis in nos derivatur, aperiens, ita scribere non dubitat : « Ubi autem, inquit, suum quæque vitæ genus, prout cuique sors obtigerat, animæ omnes delegerint, tum easdem Lachesim convenire; hanc una cum singulis, quem ipsimet dæmonem optaverint, eum vitæ custodem futurum emittere, cujus etiam opera, quæ statuerint omnia, perficiantur. » Quod ipsum fortasse, attributum illud Socrati dæmonium innuebat. Præterea, quem a Moyse acceperant, mundi ortum philosophi tradidere. Quos inter Plato diserte : « Semperne fuerit, inquit, nullo generatus ortu, an ortus sit sub aliquo temporis principatu, quandoquidem cernitur, et tangitur, et est undique corporatus. » Itemque cum ait : « Atque illum quidem effectorem ac parentem hujus universitatis, invenire difficile; non modo generatum esse mundum ostendit, sed etiam ab ipso Deo generatum esse declarat, quippe quem ab illo uno satum, atque ex nihilo creatum esse velit. » In qua de mundi ortu opinione Stoici quoque versantur. Diabolum præterea, quem in barbara philosophia toties appellari audis, dæmonum principem, maleficum animum Plato vocat *Legum* decimo his verbis : « Numquid necesse est, animum, qui rebus omnibus quæ quoquoversum moventur, et moderetur, et insit, ipsum quoque cœlum per sese moderari? — Omnino. — Unumne autem, an plures? — Plures certe, nam pro vobis respondere juvat. Nec pauciores duobus recte posuerimus, beneficum alterum, alterum maleficum. » Idem in *Phædro* hæc habet : « Alia quoque mala sunt, at plerisque dæmon aliquis præsentem voluptatem admiscuit. » Quin et *Legum* decimo, apostolicum illud plane repræsentat : « Non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates, contra spiritualia eorum qui in cœlis versantur [1], » dum ita scribit : **671** « Cum enim jam inter nos ita convenerit, ut cœlum multis bonis, eorumque contrariis, et his quidem pluribus refertum esse, fateremur, immortalis profecto pugna hæc sit oportet, et incredibili quadam cautione indigeat. » Similiter mundum agnoscit barbara philosophia duplicem, alterum intelligentia, alterum sensu perceptum : e quibus archetypus ille sit, hic vero præclari exemplaris imago. Ac priorem qui-

A τοὺς ἀγγέλους, τοὺς ὁρῶντας τὸν Θεὸν, πρὸς δὲ καὶ τὴν εἰς ἡμᾶς δι' ἀγγέλων τῶν ἐφεστώτων ἥκουσαν ἐπισκοπὴν ἐμφαίνων, οὐκ ὀκνεῖ γράφειν· « Ἐπειδὴ δ' οὖν (40) πάσας τὰς ψυχὰς τοὺς βίους ἑλέσθαι, ὥσπερ ἔλαχον, ἐν τάξει προσιέναι (41) εἰς τὴν Λάχεσιν· ἐκείνην δὲ ἑκάστῳ, ὃν εἵλετο δαίμονα, τοῦτον φύλακα τοῦ βίου συμπέμπειν, καὶ ἀποπληρωτὴν τῶν αἱρεθέντων. » Τάχα δὲ καὶ τῷ Σωκράτει τὸ δαιμόνιον τοιοῦτόν τι ἠνίσσετο. Καὶ μὴν, γεννητὸν εἶναι τὸν κόσμον ἐκ Μωϋσέως παραλαβόντες, ἐδογμάτισαν οἱ φιλόσοφοι. Καὶ ὅ γε Πλάτων ἀντικρὺς εἴρηκε· « Πότερον ἦν ἀρχὴν ἔχων γενέσεως οὐδεμίαν, ἢ ἔγγονεν ἀπ' ἀρχῆς τινος ἁρξάμενος; ὁρατός τε γὰρ (42), ἁπτός τε, καὶ σῶμα ἔχει. » Αὖθίς τε ὀπόταν εἴπῃ· « Τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον, » οὐ μόνον γεννητὸν ἔδειξε τὸν κόσμον, ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτοῦ γεγονέναι σημαίνει· ὡς ἂν ἐκ μόνου γενομένου (43), καὶ ἐκ μὴ ὄντος ὑποστάντος. Γεννητὸν δὲ καὶ οἱ Στωϊκοὶ τίθενται τὸν κόσμον. Τόν τε ὑπὸ τῆς βαρβάρου φιλοσοφίας θρυλούμενον διάβολον, τὸν τῶν δαιμόνων ἄρχοντα, κακοεργὸν εἶναι ψυχὴν ἐν τῷ δεκάτῳ τῶν *Νόμων* ὁ Πλάτων λέγει ταῖσδε ταῖς λέξεσι· « Ψυχὴν διοικοῦσαν, καὶ ἐνοικοῦσαν τοῖς πάντῃ κινουμένοις, μῶν οὐ καὶ τὸν οὐρανὸν διοικεῖν ἀνάγκη φάναι; — Τί μήν; — Μίαν, ἢ πλείους; — Πλείους, ἐγὼ ὑπὲρ σφῶν ἀποκρινοῦμαι. Δυοῖν μέν που ἔλαττον μηδὲν τιθῶμεν, τῆς τε εὐεργέτιδος, καὶ τῆς τἀναντία δυναμένης ἐξεργάζεσθαι. » Ὁμοίως δὲ κἀν τῷ *Φαίδρῳ* τάδε γράφει· « Ἔστι μὲν δὴ καὶ ἄλλα κακὰ, ἀλλά τις δαίμων ἔμιξε τοῖς πλείστοις ἐν τῷ παραυτίκα ἡδονήν. » Ἀλλὰ κἀν τῷ δεκάτῳ τῶν *Νόμων* ἀντικρὺς τὸ ἀποστολικὸν δείκνυσιν ἐκεῖνο· « Οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰ πνευματικὰ τῶν ἐν οὐρανοῖς (44), » ὧδέ πως γράφων· « Ἐπειδὴ γὰρ συνεχωρήσαμεν ἡμῖν αὐτοῖς εἶναι μὲν τὸν οὐρανὸν πολλῶν μὲν τὸν ἀγαθῶν, εἶναι δὲ καὶ τῶν ἐναντίων, πλειόνων δὲ τῶν μὴ· μάχη δὴ, φαμὲν, ἀθάνατός ἐσθ' ἡτοιαύτη, καὶ φυλακῆς θαυμαστῆς δεομένη. » Κόσμον τε αὖθις τὸν μὲν νοητὸν οἶδεν ἡ βάρβαρος φιλοσοφία, τὸν δὲ αἰσθητόν· καὶ τὸν μὲν ἀρχέτυπον, τὸν δὲ εἰκόνα τοῦ καλοῦ παραδείγματος· καὶ τὸν μὲν ἀνατίθησι μονάδι, ὡς ἂν νοητὸν, τὸν δὲ αἰσθητὸν ἑξάδι· γάμος γὰρ παρὰ τοῖς Πυθαγορείοις, ὡς ἂν γόνιμος ἀριθμὸς, ἡ ἑξὰς καλεῖται. Καὶ ἐν μὲν τῇ μονάδι συνίστησιν οὐρανὸν ἀόρατον, καὶ γῆν ἀγίαν, καὶ φῶς νοητόν· « Ἐν ἀρχῇ γὰρ, φησὶν, ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος. » Εἶτ' ἐπιφέρει· « Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Γενέσθω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς. » Ἐν δὲ τῇ κοσμογονίᾳ τὴν αἰσθητὴν στερεὸν οὐρανὸν ἐδημιούργει (τὸ δὲ στερεὸν αἰσθη-

[1] Eph. VI, 12.

(40) *Ἐπειδὴ δ' οὖν*: Plato lib. X *De republica*, pag. 521, D, ista pluribus.

(41) *Προσιέναι*. Mendose apud Clement. προεῖναι.

(42) *Ὁρατός τε γάρ*, etc. Plato, ὁρατὸς γὰρ, ἁπτός τέ ἐστι, καὶ σῶμα ἔχων. At Clemens, ὁρατός τε γὰρ ὤν, ἁπτός ἐστιν· ἁπτός τε ὤν, καὶ σῶμα ἔχει.

(43) *Ὡς ἂν ἐκ μόνου γενομ.* Sensus quidem sine aliorum verborum accessione constat; plenius tamen apud Clement. post σημαίνει legitur, καθάπερ υἱὸν, πατέρα δὲ αὐτοῦ κεκλῆσθαι, ὡς ἂν ἐκ μόνου γεν.

(44) *Τῶν ἐν οὐρανοῖς*. Vulgo sic legitur, τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις.

Digitized by Google

A νίδης ἡμῖν διειλέχθαι, καὶ πᾶς ὅστις ἡμῖν πώποτε ἐπὶ κρίσιν ὥρμησε τοῦ τὰ ὄντα διορίσασθαι, πόσα τε καὶ ποῖά ἐστι. Μῦθόν τινα ἕκαστος φαίνεταί μοι διαγεῖσθαι, παισὶν ὡς οὖσιν ἡμῖν. Ὁ μὲν, ὡς τρία τὰ ὄντα, πολεμεῖ δὲ ἀλλήλοις ἐνίοτε αὐτῶν ἅττα πρὸς, τοτὲ δὲ καὶ φίλα γιγνόμενα, γάμους τε καὶ τόκους, καὶ τροφὰς τῶν ἐγγόνων παρέχεται. Δύο δὲ ἕτερος εἰπών, ὑγρὸν καὶ ξηρὸν, ἢ θερμὸν καὶ ψυχρὸν, συνοικίζει τε αὐτὰ καὶ ἐκδίδωσι. Τὸ δὲ παρ' ἡμῖν Ἐλεατικὸν ἔθνος ἅπαν, ἀπὸ Ξενοφάνους τε καὶ ἔτι πρόσθεν ἀρξάμενον, ὡς ἑνὸς ὄντος τῶν πάντων καλουμένων, οὕτω διεξέρχεται τοῖς μύθοις. Ἰάδες δὲ καὶ Σικελαί τινες (6) ὕστερον Μοῦσαι ξυνενόησαν, ὅτι συμπλέκειν ἀσφαλέστερον ἀμφότερα καὶ λέγειν, ὡς τὸ ὂν πολλά τε καὶ ἓν ἐστιν, ἔχθρᾳ δὲ καὶ φιλίᾳ συνέχεται. Διαφερόμενον γὰρ ἀεὶ ξυμφέρεται, φασὶν αἱ συντονώτεραι τῶν Μουσῶν· αἱ δὲ μαλακώτεραι τὸ μὲν ἀεὶ (7) ταῦτα οὕτως ἔχειν ἐχάλασαν· ἐν μέρει δὲ τοτὲ μὲν ἓν εἶναί φασι τὸ πᾶν καὶ φίλον ὑπ' Ἀφροδίτης· τοτὲ δὲ πολλὰ, καὶ πολέμιον αὐτὸ αὐτῷ διά τινός τι. Ταῦτα δὲ πάντα εἰ μὲν ἀληθῶς τις ἢ μὴ τούτων εἴρηκε, χαλεπὸν καὶ πλημμελὲς οὕτω μεγάλα κλεινοῖς καὶ παλαιοῖς ἀνδράσιν ἐπιτιμᾶν. » Καὶ μετὰ βραχέα ἐπιλέγει· « Τοὺς μὲν τοίνυν διακριβολογουμένους ὄντος τε πέρι καὶ μὴ πάντας μὲν οὐ διεληλύθαμεν· ὅμως δ' ἱκανῶς ἐχέτω· τοὺς δὲ ἄλλως λέγοντας αὖ θεατέον, ἵν' ἐκ πάντων ἴδωμεν, ὅτι τὸ ὂν τοῦ μὴ ὄντος οὐδὲν εὐπορώτερον εἰπεῖν ὅ τι ποτέ ἐστιν. Οὐκοῦν πορεύεσθαι χρὴ καὶ ἐπὶ τούτους. Καὶ μὴν ἔοικέ γε ἐν αὐτοῖς οἷον γιγαντομαχία τις εἶναι διὰ τὴν ἀμφισβήτησιν περὶ τῆς οὐσίας πρὸς ἀλλήλους. — Πῶς; — Οἱ μὲν εἰς γῆν ἐξ οὐρανοῦ καὶ τοῦ ἀοράτου πάντα ἕλκουσι, ταῖς χερσὶν ἀτεχνῶς πέτρας καὶ δρῦς περιλαμβάνοντες. Τῶν γὰρ τοιούτων ἐφαπτόμενοι πάντων, διισχυρίζονται τοῦτο εἶναι μόνον ὃ παρέχει προσβολὴν καὶ ἁφήν τινα, ταὐτὸν σῶμα καὶ οὐσίαν ὁριζόμενοι· τῶν δὲ ἄλλων εἴ τις φήσει μὴ σῶμα ἔχον εἶναι, καταφρονοῦντες τὸ παράπαν, καὶ οὐδὲν ἐθέλοντες ἄλλο ἀκούειν. — Ἡ δεινοὺς εἴρηκας ἄνδρας. Ἤδη γὰρ καὶ ἐγὼ τούτων πλέον συχνοῖς προσέτυχον. — Τοιγαροῦν οἱ πρὸς αὐτοὺς ἀμφισβητοῦντες μάλα εὐλαβῶς ἄνωθεν ἐξ ἀοράτου τοῦδε ἀμύνονται, νοητὰ ἅττα καὶ ἀσώματα εἴδη βιαζόμενοι τὴν ἀληθινὴν οὐσίαν εἶναι. Τὰ δὲ ἐκείνων σώματα, καὶ τὴν λεγομένην ὑπὸ τούτων ἀλήθειαν, κατὰ σμικρὰ διαθραύοντες ἐν τοῖς λόγοις, γένεσιν ἀντὶ οὐσίας φερομένην τινὰ προσαγορεύουσιν. Ἐν μέσῳ δὲ περὶ ταῦτα ἁπλητος ἀμφοτέρων μάχη τις, ὦ Θεαίτητε, ἀεὶ ξυνέστηκεν. — Ἀληθῆ. » Διὰ δὴ τοσούτων τοὺς πρὸ αὐτοῦ φυσικοὺς φιλοσόφους διαβέβληκεν ὁ Πλάτων. Ὁποίαν δὲ αὐτὸς περὶ τῶν ἐζητημένων ἐπῆγετο δόξαν, ἐν τοῖς πρὸ τούτου διειλήφαμεν, ὅτε συμφωνεῖν αὐτὸν τοῖς Ἑβραίων δόγμασι, καὶ τῇ Μωσέως συντρέχειν περὶ τοῦ ὄντος διδασκαλίᾳ παριστῶμεν.

(6) *Σικελαὶ καὶ τινες*. Empedoclem Agrigentinum intelligit, τὸν ποιητικοφιλόσοφον, qui quatuor elementis φιλίαν τε, ut Diogenes loquitur, ἣ συγκρίνεται, καὶ νεῖκος, ᾧ διακρίνεται, adjungebat.

(7) *Τὸ μὲν ἀεὶ*. Ficinus, *semper hæc ita solvunt suspenduntque*. Pauci, credo, id satis intelligunt. Platonis mens videtur, sententiam illam quæ ἀεὶ τὸ πᾶν οὕτως ἔχειν defendebat, utpote συντονωτέραν, a Siculis istis χαλασθῆναι, laxatam nonnihil ac mollitam esse.

Digitized by Google

Καὶ τοὺς αὐτοῦ δὲ τοῦ Πλάτωνος διαδόχους φέρε τῷ λόγῳ θεωρήσωμεν. Πλάτωνά φασιν, ἐν Ἀκαδημίᾳ συστησάμενον τὴν διατριβήν, πρῶτον Ἀκαδημαϊκὸν κληθῆναι, καὶ τὴν ὀνομασθεῖσαν Ἀκαδημαϊκὴν φιλοσοφίαν συστήσασθαι. Μετὰ δὲ Πλάτωνα Σπεύσιππον τὸν ἐξ ἀδελφῆς Πλάτωνος, τῆς Πώτωνος· εἶτα Ξενοκράτην· ἔπειτα Πολέμωνα τὴν διατριβὴν ὑποδέξασθαι. Τούτους δὲ ἀφ' Ἑστίας ἀρξαμένους εὐθὺς, τὰ Πλατωνικὰ φασι παραλύειν, στρεβλοῦντας τὰ τῷ διδασκάλῳ φανέντα ξένων εἰσαγωγαῖς δογμάτων. Ὥστε σοι μὴ εἰς μακρὸν ἐλπίζειν τὴν τῶν θαυμαστῶν ἐκείνων διαλόγων ἰσχὺν ἀποσβῆναι, ἅμα τε τῇ τοῦ ἀνδρὸς τελευτῇ, καὶ τὴν τῶν δογμάτων διαδοχὴν συναποτελευτῆσαι· μάχης ἐντεῦθεν καὶ στάσεως ἀπὸ τῶνδε ἀρξαμένης, οὗ ποτε καὶ εἰς δεῦρο διαλειπούσης τοὺς τὰ αὐτῷ φίλα ζηλοῦν ἀσπαζομένους, οὐδένας μὲν ὄντας, πλὴν εἰ μὴ εἷς που ἢ δεύτερος ἐν ὅλῳ τῷ βίῳ, ἢ καί τινες ἄλλοι κομιδῇ βραχεῖς τὸν ἀριθμόν· οὐδ' αὐτοὶ πάμπαν ἀλλότριοι ἐπιπλάστου σοφιστείας· ἐπεὶ καὶ οἱ πρόσθεν τὸν Πλάτωνα διαδεξάμενοι τοιοῖδε τινὲς διαβέβληνται. Πολέμωνα γάρ φασι διαδέξασθαι Ἀρκεσίλαον, ὃν δὴ κατέχει λόγος ἀφέμενον τὴν Πλάτωνος δογμάτων, ξένην τινὰ, καὶ, ὡς φασι, δευτέραν συστήσασθαι Ἀκαδημίαν. Φάναι γὰρ περὶ ἁπάντων ἐπέχειν δεῖν· εἶναι γὰρ πάντα ἀκατάληπτα, καὶ τοὺς εἰς ἑκάτερα λόγους ἰσοκρατεῖς ἀλλήλοις, καὶ τὰς αἰσθήσεις δὲ ἀπίστους εἶναι, καὶ πάντα λόγον. Ἐπῆνει γοῦν Ἡσιόδου τοῦτ' τὸ ἀπόφθεγμα·

A que jam incidi. — Horum porro adversarii, e superioribus quibusdam locis oculosque fugientibus considerate admodum repugnant, ac spiritales quasdam et corporis expertes formas veram ac propriam essentiæ rationem habere, argumentis urgent. Illorum autem corpora, quamque nominant ipsi veritatem suis in disputationibus minutatim concidentes, non essentiam, at generationem quamdam vocitant perpetuo motu agitatam : **726** ex quo proinde his de rebus inter utrosque assidua quædam exsistit et infinita contentio. — Sic est. » Hæc Plato, quibus philosophos, qui de physicis ante se tractaverant, mordet ac vellicat. Quibus de rebus ipsemet quemadmodum senserit, superioribus libris jam declaravimus, cum eum in ejus quod est tradenda explicandaque ratione, cum Hebræorum adeoque Moysis doctrina consentire ostendimus. Deinceps igitur ad ejusdem Platonis successores veniamus. Platonem ferunt, cum ad suas disputationes Academiam delegisset, omnium principem B academicum esse dictum, atque illud philosophiæ genus, quod etiam Academicum nominant, instituisse. Platoni Speusippum, ejus ex sorore Potonis filia nepotem, Speusippo Xenocratem successisse. Tum eodem in loco docendi munus a Polemone susceptum. Quos quidem aiunt, ab ipso quasi Lare exorsos, Platonicam doctrinam evertere, dum quæ præceptori suo placuerunt, peregrinorum dogmatum novitate depravant. Prorsus ut metuendum sit, ne admirabilium dialogorum vis illa singularis brevi exstinguatur, unaque cum hominis interitu ipsa quoque doctrinæ successio funditus intereat. Hæc enim pugna atque dissensio ab istis jam inde cœpta, qui se Platonis sectatores profitentur, huc usque omnes exercere non desinit. Quanquam tales profecto nulli jam sunt, si toto hoc temporis spatio unum fortassis alterumve, certe paucos admodum excipias. Qui tamen ne ipsi quidem fuere ab omni peregrina et sophistica specie alieni ; cum illi etiam, qui omnium primi Platonem exceperant, labem hanc et maculam effugere non potuerint. Nam Polemoni Arcesilam successisse aiunt, quem fama est relicta Platonis doctrina, peregrinam quamdam, atque, ut vocant, secundam Academiam instituisse. Hujus enim proprium id fuisse, ut diceret rebus in omnibus retinendam assensionem esse ; quod certo percipi nihil posset, quod æque probabilis esset in partem utramque disputatio, quod denique tam rationum omnium, quam sensuum fides laboraret. Quare laudabat illud Hesiodi,

Κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ νόον ἀνθρώποισιν. *Ignaras hominum suspendunt numina mentes.*

Ἐπειράτο δὲ καὶ παράδοξά τινα ἀνακαινίζειν. Μετὰ C δὲ τὸν Ἀρκεσίλαον τοὺς ἀμφὶ Καρνεάδην καὶ Κλειτόμαχον, τῆς τῶν προτέρων δόξης ἀποτραπέντας, τρίτης Ἀκαδημίας αἰτίους γενέσθαι φασίν. Ἔνιοι δὲ καὶ τετάρτην προστιθέασι, τὴν τῶν περὶ τὸν Φίλωνα καὶ Χαρμίδαν. Τινὲς δὲ καὶ πέμπτην καταλέγουσι, τὴν τῶν περὶ τὸν Ἀντίοχον. Τοιαύτη μέν τις ἡ αὐτοῦ Πλάτωνος ὑπῆρξε διαδοχή. Ὁποῖοι δὲ γεγόνασιν οἵδε τὸν τρόπον, λαβὼν ἀνάγνωθι τὰς ὧδε ἐχούσας Νουμηνίου τοῦ Πυθαγορείου φωνὰς, ἃς τέθειται ἐν τῷ πρώτῳ ὧν ἐπέγραψε *Περὶ τῆς τῶν Ἀκαδημαϊκῶν πρὸς Πλάτωνα διαστάσεως.*

Idem et nonnulla præter communem hominum opinionem innovare conabatur. Post Arcesilam, Carneades et Clitomachus exstitisse dicuntur, qui, rejecta superiorum opinione, tertiam Academiam fundaverint. Quibus et quartam addunt nonnulli, quæ Philonem et Charmidam principes habeat. **727** Imo et ab aliis quintam numerari audio, quæ parentem agnoscat Antiochum. Et Platonis quidem ejusmodi successores fuere. Quorum si mores et instituta nosse cupis, Numenium Pythagoreum consule, qui primo ex iis, quos *De Academicorum a Platone divortio* conscripsit, hæc ad verbum habet.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Περὶ τῆς κατὰ Πλάτωνα πρώτης διαδοχῆς. Ἐκ τῶν Νουμηνίου τοῦ Πυθαγορικοῦ.

« Ἐπὶ μὲν τοίνυν Σπεύσιππον τὸν Πλάτωνος μὲν ἀδελφιδοῦν, Ξενοκράτην δὲ τὸν διάδοχον τοῦ Σπευσίπ-

CAPUT V.

De prima Platonicæ doctrinæ successione. Ex Numenio Pythagorico.

« Speusippum, inquit, Plato nepotem habuit ex sorore : successit huic Xenocrates, quem in scho-

Digitized by Google

læ magisterio Polemo secutus est. Ab his Platonicæ doctrinæ ratio propagata, sui fere similis : cum hæc saltem assensionis decantata retentio, et quidquid huic affine est, nondum exsisteret. Iidem tamen, si cætera cogitemus, iis partim infractis, partim depravatis, primam illam successionem minime retinuerunt : sed inde statim incipientes, cum initio tum deinceps, diversas in factiones abiere, sive prudentes id fecerint, sive imprudentes, sive alia qualibet impulsi causa. Abfuit tamen, opinor, omnis ambitiosa contentio. Equidem Xenocratis causa secus dicere nihil velim, sed tamen Platonis causa dicendum est. Dolet enim profecto mihi, eos omnia molitos non esse, ut plenam sibi atque integram in omnibus cum Platone consensionem defenderent. Et ea quidem Plato dignus erat, qui magno illo Pythagora ut melior non fuerit, non fuit tamen fortasse deterior : quem discipuli quod secuti omnes ac venerati fuerint, id etiam egere potissimum, ut summo apud omnes in pretio habeatur. Hoc ipsum Epicurei, perperam illi quidem, sed tamen cum intelligerent, nulla unquam in re ab Epicuro dissidere visi sunt, sed potius eadem omnino se cum sapiente suo sentire professi, jure propterea id nominis habuere. Quin etiam, qui longissimo deinceps intervallo consecuti Epicurei sunt, ii nec abs sese mutuo, nec ab eodem Epicureo tantillum, quod quidem meminisse attineat, discessere. Imo sceleris apud eos, vel potius impietatis ille damnetur, qui novi quidpiam invexerit. **728** Quare nemo prorsus id audeat. Sed eorum dogmata ob constantem illam omnium inter se perpetuamque concordiam, in altissima quadam et tranquillissima pace versantur. Ita hæc Epicuri secta veræ cuidam reipublicæ persimilis est, quam ab omni seditione remotissimam, mens quædam una communis, unaque sententia moderetur. Quam illi disciplinam et antea secuti sunt multi perlibenter, et sequuntur etiamnum, atque adeo, ut simillimum veri est, in posterum sequentur. At Stoicos inter factiones exstitere, quæ ab ipsis eorum commissæ principibus, ad nos usque propagatæ sunt. Ac sese illi mutuo graviter admodum et acerbe redarguunt, dum alii suum adhuc institutum retinent, alii jam ab eo desciverunt. Et factiosorum quidem istorum principes eorum similes sunt, qui paucorum imperium acrius vehementius-

A που, Πολέμωνα δὲ τὸν ἐκδεξάμενον τὴν σχολὴν παρὰ Ξενοκράτους, ἀεὶ τὸ ἦθος διετείνετο τῶν δογμάτων σχεδόν τι ταὐτὸν ἕνεκά γε τῆς μήπω ἐποχῆς ταυτηὶ τῆς πολυθρυλλήτου τε, καὶ εἰ δή τινων τοιούτων ἄλλων. Ἐπεὶ εἴς γε τὰ ἄλλα πολλαχῆ (8) παραλύοντες, τὰ δὲ στρεβλοῦντες, οὐκ ἐνέμειναν τῇ πρώτῃ διαδοχῇ ἀρξάμενοι δὲ ἀπ' ἐκείνου, καὶ θᾶττον καὶ βράδιον διίσταντο προαιρέσει ἢ ἀγνοίᾳ, τὰ δὲ δή τινι αἰτίᾳ ἄλλῃ, οὐκ ἂν φιλοτίμῳ ἴσως. Καὶ οὐ μὲν βούλομαί γε φλαῦρον εἰπεῖν διὰ Ξενοκράτην, μᾶλλον μὴν ὑπὲρ Πλάτωνος ἐθέλω. Καὶ γάρ με δάκνει, ὅτι μὴ πᾶν ἔτι θόν τε καὶ ἕδρων, σώζοντες τῷ Πλάτωνι κατὰ κέντρα πάντη πᾶσαν ὁμοδοξίαν. Καίτοι ἄξιος ἦν αὐτοῦ ὁ Πλάτων, οὐκ ἀμείνων μὲν Πυθαγόρου τοῦ μεγάλου, οὐ μέντοι ἴσως οὐδὲ φλαυρότερος ἐκείνου· ᾧ σπουδ
B λουθοῦντες σεφθέντες τε οἱ γνώριμοι, ἐγένοντο πολυτιμητίζεσθαι αἰτιώτατοι τὸν Πυθαγόραν. Τοῦτο δὲ οἱ Ἐπικούρειοι οὐκ ὤφελον μέν, μαθόντες δ' οὖν, ἐν οὐδενὶ μὲν ὤφθησαν Ἐπικούρῳ ἐναντία θέμενοι οὐδαμῶς, ὁμολογήσαντες δὲ εἶναι σοφῷ συνδεδογμένα, καὶ αὐτοὶ διὰ τοῦτο ἀπέλαυσαν τῆς προσρήσεως εἱστῶτος. Ὑπῆρξέ τε ἐκ τούτου ἐπὶ πλεῖστον τοῖς μετέπειτα Ἐπικουρείοις μηδ' αὐτοῖς εἰπεῖν πω ἐναντίον, οὔτε ἀλλήλοις, οὔτε Ἐπικούρῳ μηδὲν εἰς μηδέτου καὶ μνησθῆναι ἄξιον. Ἀλλ' ἔστιν αὐτοῖς παρανόμημα, μᾶλλον δὲ ἀσέβημα, καὶ κατέγνωσται καινοτομηθέν. Καὶ διὰ τοῦτο οὐδεὶς οὐδὲ τολμᾷ. Κατὰ πολλὴν δὲ εἰρήνην αὐτοῖς ἠρεμεῖ τὰ δόγματα ὑπὸ τῆς ἐν ἀλλήλοις αἰεί ποτε συμφωνίας. Ἔοικέ τε ἡ Ἐπικούρου διατριβὴ πολιτείᾳ τινὶ ἀληθεῖ ἀστασιαστάτῃ, κοινὸν ἕνα νοῦν, μίαν γνώμην ἐχούσῃ. Ἀφ' ἧς ἦσαν, καὶ εἰσι, καὶ, ὡς ἔοικεν, ἔσονται φιλαπέλευθοι.
C Τὰ δὲ τῶν Στωϊκῶν ἐστασίασται, ἀρξάμενα ἀπὸ τῶν ἀρχόντων, καὶ μηδέπω τελευτῶντα καὶ νῦν. Ἐλέγχουσι δὲ ἀγαπώντως (9) ὑπὸ δυσμενοῦς ἐλέγχου, οἱ μέν τινες αὐτῶν ἐμμεμενηκότες ἔτι, οἱ δ' ἤδη μεταθέμενοι. Εἴξασιν (10) οὖν οἱ πρῶτοι ἀλιγαρχικωτέροις, οἱ δὴ διαστάντες ὑπῆρξαν εἰς τοὺς μετέπειτα πολλῆς μὲν τοῖς προτέροις, πολλῆς δὲ τῆς ἀλλήλοις ἐπιτιμήσεως αἴτιοι, εἰσέτι ἑτέρων ἑτεροι Στωϊκώτεροι· καὶ μᾶλλον ὅσοι πλεῖον ἐπὶ τὸ τεχνικὸν ὤφθησαν μικρολόγοι. Αὐτοὶ γὰρ οὗτοι τοὺς ἑτέρους ὑπερβαλλόμενοι τῇ τε πολυπραγμοσύνῃ, τοῖς τε σκαριφηθμοῖς (11) ἐπετίμων θᾶττον. Πολὺ μέντοι τούτων
D πρότερον ταὐτὰ ἔπαθον οἱ ἀπὸ Σωκράτους, ἀφελισσαντες διαφόρους τοὺς λόγους· ἰδίᾳ μὲν Ἀρίστιππος, ἰδίᾳ δὲ Ἀντισθένης· καὶ ἄλλαχοῦ ἰδίᾳ οἱ Μεγαρικοὶ

(8) Forte add. τὰ μέν.

(9) Ἀγαπώντως. Subobscure dicta hæc sunt. Ego mentem hominis potius quam verba secutus sum. An forte ἀγαπώντως, hoc loco, σφοδρῶς καὶ συντείνως? quod quæ diligimus, ea fere semper vehementer defendamus. An ἀλλήλους pro ἀγαπώντως reponendum? Certe Numenius hic parum ubique tersus.

(10) *Εἴξασιν*. Omnino vel ἐοίκασι reponendum est, vel εἴξασι pro ἐοίκασι positum, raro, ni fallor, exemplo, saltem apud solutæ orationis auctores.

(11) *Σκαριφηθμοῖς*. Ms., σκαρφηθμοῖς, adhuc vitiosius. Credo legendum σκαριφισμοῖς, hoc est λεπτολογίαις et contortulis argutiis, quibus carptim aliquid perstringatur potius, et quasi vellicetur, quam diligentius enucleetur. Aristophanes ἐν *Βατράχ.* act. IV :

Τὸ δ' ἐπὶ σεμνοῖσι λόγοις,
Καὶ σκαριφισμοῖσι λήρων
Διατριβὴν ἄργον ποιεῖσθαι,
Παραφρονοῦντος ἀνδρός.

Σκαριφήματα quoque dicebantur : imo, ut mox dicemus, Aristophani σκαλαθυρμάτια, in *Nubibus*, p. 161 :

Ὅστις σκαλαθυρμάτια ἄττα μικρὰ μανθάνων.

Scholiastes explicat, σκαλεύματα σμικρὰ, καὶ λεπτὰ παντάπασι νοήματα, καὶ σκαριφήματα. Subdit autem, ἐκ τούτου δὲ διαβάλλει Σωκράτην, ὡς τινὰ εἰσιν, ἃ διδάσκει, καὶ οὐδενὸς ἄξια λόγου.

Digitized by Google

σε καὶ Ἐρετρικοί, ἢ εἴ τινες ἄλλοι μετὰ τούτων. Αἴτιον δέ, ὅτι τρεῖς θεοὺς τιθεμένου Σωκράτους, καὶ φιλοσοφοῦντος αὐτοῖς ἐν τοῖς προσήκουσιν ἑκάστῳ ῥυθμοῖς, οἱ διακούσαντες τοῦτο μὲν ἠγνόουν, ὅροντο δὲ λέγειν πάντα αὐτὸν εἰκῇ, καὶ ἀπὸ τῆς νικώσης αἰεὶ προστυχῶς ἄλλοτε ἄλλης τύχης, ὅπως πνέοι. Ὁ δὲ Πλάτων, Πυθαγορίσας (ἦθει δὲ τὸν Σωκράτην μηδαμόθεν ἢ ἐκεῖθεν διὰ (12) τὰ αὐτὰ τοιαῦτα εἰπεῖν τε καὶ γνόντα εἰρηκέναι), ὧδε οὖν καὶ αὐτὸς συνεδήσατο τὰ πράγματα, οὔτε εἰωθότως, οὔτε δὲ εἰς τὸ φανερόν· διαγαγὼν δὲ ἕκαστα ὅπῃ ἐνόμιζεν, ἐπικρυψάμενος ἐν μέσῳ τοῦ δῆλα εἶναι καὶ μὴ δῆλα, ἀσφαλῶς μὲν ἐγράψατο, αὐτὸς δὲ αἰτίαν παρέσχε τῆς μετ' αὐτὸν στάσεώς τε ἅμα καὶ διολκῆς τῶν δογμάτων, οὐ φθόνῳ μέν, οὐδέ γε δυσνοίᾳ. Ἀλλ' οὐ βούλομαι, ἐπὶ ἀνδράσι πρεσβυτέροις εἰπεῖν ῥήματα οὐκ ἐναίσιμα. Τοῦτο δὲ χρὴ μαθόντας ἡμᾶς, ἐπενεγκεῖν ἐκεῖσε μᾶλλον τὴν γνώμην, καὶ ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς προὐθέμεθα, χωρίζειν αὐτὸν Ἀριστοτέλους καὶ Ζήνωνος, οὕτω καὶ νῦν τῆς Ἀκαδημίας, ἐὰν ὁ Θεὸς ἀντιλάβηται, χωρίζοντες, ἐάσομεν αὐτὸν ἐφ' ἑαυτοῦ νῦν εἶναι Πυθαγόρειον. Ὡς νῦν μανικώτερον ἢ Πενθεί τινι προσῆκε, διελκόμενος πάσχει μὲν κατὰ μέλη, ὅλως δ' ἐξ ὅλου ἑαυτοῦ μετατίθεταί τε καὶ ἀντιμετατίθεται οὐδαμῶς. Ὡς οὖν ἀνὴρ μειούων Πυθαγόρου καὶ Σωκράτους, τοῦ μὲν τὸ σεμνὸν ἀπαγαγὼν μέχρι τοῦ φιλανθρώπου, τοῦ δὲ τὸ κομψὸν τοῦτο καὶ παιγνιῆμον ἀναγαγὼν ἀπὸ τῆς εἰρωνείας (13) εἰς ἀξίωμα καὶ ὄγκον, καὶ αὐτὸ τοῦτο κεράσας Σωκράτει Πυθαγόραν, τοῦ μὲν δημοτικώτερος, τοῦ δὲ σεμνότερος ὤφθη. Ἀλλ' οὐ γάρ τι ταῦτα διαιτήσων ἦλθον, μὴ περὶ τούτων οὔσης νῦν μοι τῆς ζητήσεως. Ἃ δὲ προὐδέδοκτο, καὶ εἶμι ἐκεῖσε, ἡ δὴ φροῦδος ἀναδραμεῖν (14) δοκῶ μοι, μὴ καί που ἀποκρουσθῶμεν τῆς ὁδοῦ τῆς φερούσης. Πολέμωνος δὲ ἐγένοντο γνώριμοι Ἀρκεσίλαος καὶ Ζήνων· πάλιν γὰρ αὐτῶν μνησθήσομαι ἐπὶ τέλει. Ζήνωνα μὲν οὖν μέμνημαι ἐπῶν, Ξενοκράτει, εἶτα δὲ Πολέμωνι φοιτῆσαι, αὖθις δὲ παρὰ Κράτητι κυνίσαι. Νυνὶ δὲ αὐτῷ λελογίσθω, τε καὶ Στίλπωνός τε μετέσχε, καὶ τῶν λόγων τῶν Ἡρακλειτείων. Ἐπεὶ γὰρ συμφοιτῶντες παρὰ Πολέμωνι ἐφιλοτιμήθησαν ἀλλήλοις, συμπαρέλαβον εἰς τὴν πρὸς ἀλλήλους μάχην, ὁ μὲν Ἡράκλειτον, καὶ Στίλπωνα, ἅμα καὶ Κράτητα, ὧν ὑπὸ μὲν Στίλπωνος γένετο μαχητής, ὑπὸ δὲ Ἡρακλείτου αὐστηρὸς, συνικὸς δὲ ὑπὸ Κράτητος· ὁ δ' Ἀρκεσίλαος Θεόφραστον ἴσχει, καὶ Κράντορα τὸν Πλατωνικὸν, καὶ Διόδωρον, εἶτα Πύῤῥωνα· ὧν ὑπὸ μὲν Κράντορος πιθανουργικὸς, ὑπὸ Διοδώρου δὲ σοφιστὴς, ὑπὸ δὲ Πύῤῥωνος ἐγένετο παντοδαπὸς, καὶ ἴστης, καὶ οὐδέν. Ὅ τι δὲ ἐλέγετο περὶ αὐτοῦ ῥᾴδιον φέρεσθαι τί ἔπος παράγωμεν (15) καὶ ὑβριστικόν·

A que defendunt, suoque illo divortio in causa fuere, quamobrem posteri et majores suos, et sese mutuo intemperantius reprehendant; cum aliis adhuc alii stoicæ disciplinæ tenaciores essent. Quo in genere molestiores fuere, qui argutius ac subtilius quoddam artificium aucupari videbantur. Illi enim, ut curiositate cæteros ac vellicandi acumine superarent, sic paratiores erant ad reprehendendum. Quod ipsum tamen multo ante ipsos, factitatum ab iis est, qui e Socratis disputationibus contrarias eruerunt pugnantesque rationes: ubi seorsim Aristippus, seorsim Antisthenes, aliique similiter, ut Megarenses et Eretrii, ac si qui præterea cum istis numerandi sunt. Cujus divortii causa hæc fuit, quod cum Socrates deos tres poneret, atque B apud eos suis cujusque propriisque numeris philosopharetur, qui eum audiebant, cum illud minus caperent, tum vero temere, ac pro diverso fortunæ, alius alias superantis afflatu, omnia ab eo dici existimarent. At Plato, ut inhærebat Pythagoræ, sic optime noverat Socratem, nec aliunde, quam ex Pythagoreo illo fonte hausta illa dicere solitum, et prudentem ac scientem ea locutum fuisse. Quocirca rem totam ita convolvit ipse quoque, ut nec usitato more, nec perspicue loqueretur. At digestis pro arbitrio singulis, eaque obscuritate aspersa, ut partim intelligerentur, partim ignota remanerent, summa cautione scripsit ille quidem, sed tamen hujus quæ post eum secuta est dissensionis, dogmatumque suorum diversas in partes C sensusque divortii causam præbuit; non invidia certe quidem aut malevolentia. Enimvero nihil de antiquioribus illis, quod minus læti ominis sit, dicere statui. At nos hoc semel cognito sententiam eo potius nostram conferre oportebit; atque ut nobis ab initio propositum fuit, eum ab Aristotele ac Zenone sejungere, sic eumdem ab ipsa quoque Academia, 729 si consilium Deus probabit, segregantes, per se Pythagoreum esse patiemur. Quippe majori nunc certe furoris æstu, quam si Pentheus quidam esset, hinc indeque distractus, suis in membris patitur ille quidem, at nunquam ita sibi totus aufertur ipsi, ut alius omnino videatur. Sed potius, quasi Pythagoram inter Socratemque medius, dum illius gravitatem ad humanitatem inclinat et flectit, hujus urbanitatem et sales a risu ac dissimulatione ad di D gnitatem aliquam severitatemque traducit, adeoque cum Socrate jungit miscetque Pythagoram, comitate alterum, alterum gravitate vincit. At enimvero nequaquam id agimus hoc tempore, alia nobis præ manibus quæstio est. Revocamus ergo nos ad locum pensumque nostrum, atque ut a recto cursu e longius aberremus, ex eo quod alio nos abripuit diverticulo, redimus in viam. Discipulos habuit Polemo Arcesilam atque Zenonem (rursus enim tandem eorum meminero). Quippe dicere me jam me-

(12) Forte del. διά.

(13) *Τῆς εἰρωνείας.* Tullius, IV *Academic.*, cap. 15: *Cum aliud diceret atque sentiret* (Socrates), *libenter uti solitus est ea dissimulatione, quam Græci εἰρωνείαν vocant.*

(14) *Φροῦδος ἀναδραμεῖν.* Hoc est, opinor, λάθρα, tamque celeriter, ut oculos fallere possint, ut solent qui φροῦδοι γίνονται.

(15) *Παράγωγον.* Ex illo versiculo ἐπαρῳδήθη· *Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση τε χίμαιρα.*

Digitized by Google

miui, Zenonem Xenocratis primum, deinde Polemonis auditorem fuisse, tum a Cratete Cynica hausisse disciplinam. Nunc de eodem præterea sic habeto, illum et Stilponem et Heraclitum etiam audiisse. Cum enim Polemoni operam ambo darent, quod mutua quadam æmulatione ferrentur, pugnæ socios et adjutores optaverunt, Heraclitum, Stilponem et Cratetem, Zeno qui Stilponis consuetudine pugnax; Heracliti, austerus; Cratetis, Cynicus evasit. Arcesilas vero Theophrastum, Crantorem Platonicum, Diodorum, ac deinde Pyrrhonem: et a Crantore quidem ad persuadendum callidus, a Bidoro autem Sophista, denique a Pyrrhone cum omnem in partem versatilis ac temerarius, tum etiam nullus esse didicit. In quem propterea cani solitum aiunt hunc versiculum, ex alio quodam contumeliæ causa expressum,

Fronte Plato, pedibus Pyrrho, medio Diodorus.

Quem etiam a Timone scriptum est, a Menedemo acrimonia quadam instructum et armatum fuisse. Sic enim ille de Arcesila,

Ille ruens, medio Menedemi in pectore plumbum,

Pyrrhonisve altas glandes feret, aut Diodorum,

730 itaque spinosis Diodori hominis dialectici argutiis, ancipites illas ac dubias Pyrrhonis cogitationes intricans, nugaci et ineptæ loquacitati aliquod tamen ex vi et facultate Platonica ornamentum quærebat: homœjusmodi, affirmans simul idem, idemque negans, hinc, illinc, utrinque, vel undique potius subito se temereque versans ac revocans, incerti ambiguique sensus, veterator, præceps, atque, ut ipsemet, adeo ingenuus est, confitetur, nihil omnino sciens: postmodum tamen nescio quo pacto scientibus similis: sic umbratili quadam orationis specie omnis homo subinde apparuit. »

CAPUT VI.

De Arcesila, qui secundam Academiam instituit. Ex eodem.

« Nihilominus, inquit, ignotus erat Arcesilas, quam ambiguum esset, utros inter Homericus ille Diomedes versaretur, Trojanos, an Achivos. Is enim nec idem unquam ut diceret impetrare abs se poterat, nec id omnino solertis ingenii putabat esse. Ergo sophista dicebatur acer ac vehemens, quique minus hac in arte versatos jugularet. Nam quemadmodum Empusæ illæ solent, in disputationum suarum præstigiis, studio dataque opera componebat dabatque sese, ludificabatur, nihil nec sciebat ipse, nec scire alios patiebatur: terrorem omnibus ac perturbationem injiciebat: argutiarumque sibi ac veteratoriæ dictionis primas ita defendebat, hoc ut probro jucundissime frueretur, eoque se nomine mirum in modum circumspiceret, quod quid turpe quidve honestum, quid bonum quidve malum esset, ignoraret: sed potius, ubi quod primum in men-

(16) *Μενεδήμου.* Perperam apud Diogenem l. IV de Arcesila, habetur Μενέδημος. Hæc enim de Arcesila, non de Menedemo dicuntur.

(16*) *Θεύσεται.* Hinc etiam Diogenes corrigendus, apud quem male, θήσεται.

(17) *Ἢ Πύρρωνα.* Nihil muto. Dixit enim ἔχων Πύρρωνα, ἢ Διόδωρον, uti Μενεδήμου μᾶλλον δ᾽ ν. Mavult tamen Casaubonus εἰς Πύρρωνα, quemadmodum apud Diogenem sequitur, Νήξομαι εἰς Πύρρωνα, καὶ εἰς κολπὸν Διόδωρον. Meo judicio, εἰς Πύρρωνα, non

A *Πρόσθε Πλάτων, ὄπιθεν Πύρρων, μέσσος Διό-* [*δωρος.*

Τίμων δὲ καὶ ὑπὸ Μενεδήμου τὸ ἐριστικὸν φησι λαβόντα ἐξαρτυθῆναι, εἴπερ γε δή φησι περὶ αὐτοῦ

Τῇ μὲν ἔχων Μενεδήμου (16) *ὑπὸ στέρνοισι μό-* [*λυβδον,*
Θεύσεται (16*), *ἢ Πύρρωνα* (17) *τὸ πάτρειος, ἢ Διό-* [*δωρον.*

Ταῖς οὖν Διοδώρου διαλεκτικοῦ ὄντος, λεπτολογίαις τοὺς λογισμοὺς τοὺς Πύρρωνος καὶ τὸ σκεπτικὸν κατακλέξας, διεκόσμησε λόγου δεινότητι τῇ Πλάτωνος φλήναφόν τινα κατεστωμυλμένον· καὶ ἔλεγε, καὶ ἀντέλεγε, καὶ μετεκυλινδεῖτο κἀκεῖθεν, κἀντεῦθεν, ἑκατέρωθεν, ὁπόθεν τύχοι, παλινάγρετος, καὶ δύσκριτος, καὶ παλίμβολός τε ἅμα, καὶ παρακεκινδυνευμένος, οὐδέν τε εἰδὼς, ὡς αὐτὸς ἔφη, γενναῖος ὢν εἶτά πως ἐξέβαινεν ὁμοίως τοῖς εἰδόσιν, ὑπὸ σκιαγραφίας τῶν λόγων παντοδαπὸς πεφαντασμένος. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ'.

Περὶ Ἀρκεσιλάου τοῦ τὴν δευτέραν Ἀκαδημίαν ὑποστησαμένου. Ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

« Τοῦ τε Ὁμηρικοῦ Τυδείδου (18) ὁποτέροις μετείη ἀγνοουμένου, οὔτε εἰ Τρωσὶν ὁμιλέοι, οὔτε εἰ καὶ Ἀχαιοῖς, οὐδὲν ἧττον Ἀρκεσίλαος ἠγνοεῖτο. Τὸ γὰρ ἓνα τε λόγον καὶ ταὐτόν ποτ᾽ εἰπεῖν οὐκ ἐνῆν ἐν αὐτῷ, οὐδέ γε ἠξίου ἀνδρὸς εἶναί πω τὸ ταὐτὸ δεξιοῦ οὐδαμῶς. Ὠνομάζετο οὖν δεινὸς σοφιστὴς, τῶν ἀγυμνάστων σφαγεύς. Ὥσπερ γὰρ αἱ Ἔμπουσαι, ἐν τοῖς φάσμασι τοῖς τῶν λόγων ὑπὸ παρασκευῆς τε καὶ μελέτης ἐφήρμοττεν, ἐγοήτευεν, οὐδὲν εἶχεν εἰδέναι οὔτε αὐτὸς, οὔτε τοὺς ἄλλους ἐᾷν ἐδεικνύετο δὲ καὶ κατεθορύβει, καὶ σοφισμάτων γε καὶ λόγων κλοπῆς φερόμενος τὰ πρῶτα, κατέχαιρε τῷ ὀνείδει, καὶ ἡμβρύνετο θαυμαστῶς, ὅτι μήτε τι αἰσχρὸν ἢ καλὸν, μήτε ἀγαθὸν, μήτε αὖ κακόν ἐστί τι, ᾔδει· ἀλλ᾽ ὁπότερον εἰς τὰς ψυχὰς πέσοι, τοῦτο εἰπὼν, αὖθις μεταβαλὼν, ἀνέτρεπεν ἂν πλεοναχῶς ἢ δι᾽ ὅσων κατεσκεύαζε. Ἦν οὖν ὕδραν τέμνων ἑαυτὸν, καὶ

est πρὸς Πύρρ. aut κατὰ Πύρρωνος, sed potius δίκην Πύρρωνος καὶ Διοδώρου, cum utrumque potius æmularetur, quam in alterutrum aut utrumque ferretur. In nostris autem versibus, quorsum, ut δίκην Πύρρωνος aut Διοδώρου curreret, Menedemi plumbum pectore circumferret, non video.

(18) *Ὁμηρικοῦ Τυδείδου.* Nobis Homeri v. 85 *Iliad.* E :

Τυδείδην δ᾽ οὔκ ἂν γνοίης, ποτέροισι μετείη,
Ἠὲ μετὰ Τρίεσσι ὁμιλέοι, ἢ μετ᾽ Ἀχαιοῖς.

Digitized by Google

τεμνόμενος ὑφ' ἑαυτοῦ, ἀμφότερα ἀλλήλων (19) δυσκρίτως, καὶ τοῦ δέοντος ἀσκέπτως. Πλὴν τοῖς ἀκούουσιν ἦρκεσεν (20), ὁμοῦ τῇ ἀκροάσει εὐπρόσωπον ὄντα θεωμένοις· ἦν οὖν ἀκουόμενός καὶ βλεπόμενος ἥδιστος, ἐπεί τοι προσειθίσθησαν ἀποδέχεσθαι αὐτοῦ τοὺς λόγους ἰόντας ἀπὸ καλοῦ προσώπου τε καὶ στόματος οὐκ ἄνευ τῆς ἐν τοῖς ὄμμασι φιλοφροσύνης. Δεῖ δὲ ταῦτα ἀκοῦσαι μὴ ἁπλῶς, ἀλλ' ἔσχεν ὧδε ἐξ ἀρχῆς. Συμβαλὼν γὰρ ἐν παισὶ Θεοφράστῳ, ἀνδρὶ πράῳ καὶ οὐκ ἀφυεῖ τὰ ἐρωτικά, διὰ τὸ καλὸς εἶναι, ἔτι ὢν ὡραῖος, τυχὼν ἐραστοῦ Κράντορος τοῦ Ἀκαδημαϊκοῦ, προσεχώρησε μὲν τούτῳ, οἷα δὲ τὴν φύσιν οὐκ ἀφυής, τρεχούσῃ χρησάμενος αὐτῇ, ῥᾳδίᾳ, θερμουργῷ ὑπὸ φιλονεικίας, μετασχὼν μὲν Διοδώρου εἰς τὰ πεπανουργημένα πιθάνα (21) ταῦτα τὰ κομψά, ὠμιληκὼς δὲ Πύῤῥωνι (ὁ δὲ Πύῤῥων ἐκ Δημοκρίτου ὥρμητο ὁπόθεν γέ ποθεν·) οὗτος μὲν δὴ ἔνθεν καταρτυθείς, πλὴν τῆς προσρήσεως, ἐνέμεινε Πύῤῥωνι, ὡς τῇ πάντων ἀναιρέσει. Μνασέας γοῦν, καὶ Φιλόμηλος, καὶ Τίμων οἱ σκεπτικοί, σκεπτικὸν αὐτὸν προσονομάζουσιν, ὥσπερ καὶ αὐτοὶ ἦσαν, ἀναιροῦντα καὶ αὐτὸν τὸ ἀληθὲς, καὶ τὸ ψεῦδος, καὶ τὸ πιθανόν. Λεχθεὶς οὖν ἀναίτια (22) τῶν Πυῤῥωνείων Πυῤῥώνειος, αἰδοῖ τοῦ ἐραστοῦ ὑπέμεινε λέγεσθαι Ἀκαδημαϊκὸς ἔτι. Ἦν μὲν τοίνυν Πυῤῥώνειος, πλὴν τοῦ ὀνόματος· Ἀκαδημαϊκὸς δ' οὐκ ἦν, πλὴν τοῦ λέγεσθαι. Οὐ γὰρ πείθομαι, τοῦ Κνιδίου Διοκλέους φάσκοντος ἐν ταῖς ἐπιγραφομέναις Διατριβαῖς, Ἀρκεσίλαον φόβῳ τῶν Θεοδωρείων τε καὶ Βίωνος τοῦ σοφιστοῦ, ἐπεισιόντων τοῖς φιλοσοφοῦσι, καὶ οὐδὲν ὀκνούντων ἀπὸ παντὸς ἐλέγχειν, αὐτὸν ἐξευλαβηθέντα, ἵνα μὴ πράγματα ἔχῃ, μηδέν γε δόγμα ὑπειπεῖν φαινόμενον· ὥσπερ γὰρ τὸ μέλαν τὰς σηπίας, προβαλέσθαι πρὸ ἑαυτοῦ τὴν ἐποχήν. Τοῦτ' οὖν ἐγὼ οὐ πείθομαι. Οἱ δ' οὖν ἔνθεν ἀφορμηθέντες, ὅ τε Ἀρκεσίλαος, καὶ Ζήνων, ὑπὸ τῶν τοιούτων ἀρωγῶν, ἀμφοτέροις συμπολεμούντων λόγων, τῆς μὲν ἀρχῆς ὅθεν ἐκ Πολέμωνος ὡρμήθησαν, ἐπιλανθάνονται, διαστάντες δέ γε, καὶ σφέας αὐτοὺς ἀρτύναντες·

A tem venerat effutiisset, tum repente mutatus, id ipsum pluribus quam ante stabilierat, everteret. Se ipsum igitur ille quasi hydram secabat, et secabatur a se ipso, dum sic in utramque partem loqueretur, ut nec quid sibi vellet intelligerent, nec ullam ipse decori rationem haberet. Tenebat ille tamen auditores, dum in loquente summam oris dignitatem videbant. Fuit enim auditu simul aspectuque jucundissimus, adeoque libentissime hominis orationem excipiebat, præstanti ex vultu et ore manantem, nec absque nativa quadam suavitate oculorum. Quam ille speciem non subito præ se tulit, sed a primis statim annis induerat. **731** Cum Theophrasto enim a pueritia versatus, homine comi, nec a rebus amatoriis alieno, eleganti forma, et commoda adhuc ætate cum esset, Crantorem Academicum amatorem nactus, ejus consuetudine usus est ille quidem : cæterum ut erat a natura non ineptus, ea per sese ultro jam currente, facili, et contentionis æstu incitata usus, abs Diodoro quidem veteratorium illud, idemque plausibile ac venustum didicit orationis genus ; maxime tamen Pyrrhoni (hunc utcunque Democritus inchoarat) operam dedit : atque hac instructus conformatusque disciplina, in Pyrrhone, si appellationem excipias, tanquam in omnium eversione acquievit. Mnaseas quidem, Philomelus et Timo, Sceptici philosophi, Scepticum illum vocant sui persimilem, qui perinde ut ipsi veritatem, mendacium, ac verisimilitudinem omnem tolleret. Ergo quem Pyrrhonicum Pyrrhonici jure dixissent, is pro sua in amatorem observantia, Academicum se vocari adhuc passus est. Ita qui Pyrrhonicus, excepto nomine, totus erat, idem Academici præter nomen habebat nihil. Neque enim Cnidium illum Dioclem audio, qui in suis, ut eas inscripsit, *Diatribis*, Arcesilam docet, Theodoreorum ac Bionis sophistæ metu, qui, philosophis infesti, nullam non eos coarguendi occasionem arriperent, ita sibi, ne quid ab iis molestiæ pateretur, cavisse, ut nec certi quidquam statueret ; nam ut sepias effuso atramento, sic illum sese objecta hac assensionis retentione tegere ac tueri. Verum hoc, ut dixi, minus credo. Cæterum ambo illi Arcesilas et Zeno hinc semel exorti, et suorum quisque sociorum disputationibus tanquam armis opibusque freti, adeoque Polemonis scholam obliti sunt puguæ suæ tirocinium fuisse,

Σὺν δ' ἕβαλον (23) *ῥοθιοὺς, σὺν δ' ἔγχεα, καὶ μένε' ἀνδρῶν*
Χαλκεοθωρήκων· ἀσπὶς δ' ἀσπίδος ὀμφαλόεσσα
Ἔκλιν'· ἀλλήλῃσι, πολὺς δ' ὁρυμαγδὸς ὀρώρει·
Ἀσπὶς δ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνὴρ
Ἐδηοπάλιζεν.
Ἔνθα δ' ἄμ' οἰμωγή τε καὶ εὐχωλὴ πέλεν ἀνδρῶν,
Ὀλλύντων καὶ ὀλλυμένων.

D *Scutaque jam scutis, hastasque et robora ferreæ*
Committunt acies, clypeisque sonantibus icti
Densantur clypei : vastus fragor undique surgit.
Umbonem umbo premit, galeam galea, atque virum vir.
Hic vero crebri gemitus ac vota sequuntur,
Dum peri nunt, pereunque simul.

Τῶν Στωϊκῶν οἱ Ἀκαδημαϊκοὶ γὰρ οὐκ ἐβάλλοντο ὅπ' αὐτῶν, ἀγνοούμενοι ᾗ ἦσαν ἀλῶναι δυνατώτεροι. Ἠλίσκοντο δὲ, τῆς βάσεως αὐτοῖς σεισθείσης, εἰ

732 Stoicos intellige ; Academicos enim illi non petebant, quod qua parte capi facilius vincique possent, ignorarent. Atqui tum demum vincerentur, si

(19) *Ἀλλήλων*. Ἀλληλίζων, opinor, scripserat.
(20) *Ἤρκεσεν*. Quid si ἤρεσκεν?
(21) *Πιθάνια*. Mallem πιθανά vel πιθήνια.
(22) *Ἀναίτια*, etc. Forte, ἂν δικαίως ὑπὸ τῶν Πυῤῥων.
(23) *Σὺν δ' ἕβαλον*. *Iliad.* Δ, v. 447, et *Iliad.* Γ, v. 131, ubi non legitur Ἐδηοπάλιζεν.

Digitized by Google

suum illis exueteretur fundamentum, hoc est si neque principium suum retinerent, nec pugnandi ansam vel occasionem haberent. Ac principium quidem illud convelli poterat, si quis eos adversus Platonis mentem philosophari ostenderet : pugnandi vero ansa tum iis reliqua nulla foret, si vel unum aliquid decreto illi suo detraheretur, quod de phantasiæ comprehensione pronuntiat. Verum hujus aperiendæ rei tempus non est; alius erit de ea dicendi locus, in quo mihi diligentius versandum esse decrevi. Palam igitur ambo dissident illi quidem, sed tamen Arcesilas unus Zenonem petit. Habet enim Zenonis pugna speciosum quiddam et grave, nec multum sane Cephisodori rhetoris dimicationi præstat. Hic enim cum Isocratem præceptorem suum ab Aristotele vexari animadverteret, in Aristotelica doctrina plane hospes ac peregrinus quod esset, idemque magnam esse Platonicæ famam ac celebritatem videret, Aristotelem cum Platone sentire ratus, bellum gerebat cum Aristotele, Platonem ipsum ferichat, reprehensionemque suam ab ideis arcessitam, ad alia denique perducebat, quæ nihilo caperet ipse magis, sed tantum quæ reapse de illis statuebantur, ex verbis ac vocibus æstimaret. Cæterum omissa cum eo pugna quem bello appetierat, pugnabat cum eo cui bellum inferre nolebat. Zenonem quod attinet, is, ubi similiter Arcesilam reliquerat, si ne Platoni quidem ipsi bellum intulisset, egregie meo judicio philosophatus esset, pacis hujus causa certe quidem. Sin autem, nec ea fortassis ignorans quæ docebat Arcesilas, et Platonicæ contra doctrinæ rudis, ut ex iis, quæ Platoni ascri-

μήτε ἀρχὴν ἔχοιεν, μήτε μάχεσθαι ἀφορμὴν. Ἡ μὲν δὴ ἀρχὴ ἦν (24) τὸ μὴ Πλατωνικὰ λέγοντας αὐτοὺς ἐλέγξαι· τὸ δὲ μηδ' ἔχειν τινὰ ἀφορμὴν, ἣν εἶπον (25) μόνον ἔν τι μετέστρεψαν ἀπὸ τοῦ ὅρου τοῦ περὶ τῆς καταληπτικῆς φαντασίας ἀφελόντες. Ὅπερ νῦν μὲν οὐκ ἔστι μηνύειν μοι ἐν καιρῷ· μνησθήσομαι δ' αὐτοῦ αὖθις, ἐπὰν κατὰ τοῦτο μάλιστα γενέσθαι μέλλῃ. Διαστάντες δ' οὖν εἰς τὸ φανερὸν, ἕβαλλον ἀλλήλους οὐχ οἱ δύο, ἀλλ' ὁ Ἀρκεσίλαος τὸν Ζήνωνα. Ὁ γὰρ Ζήνων εἶχε δή τι τῇ μάχῃ σεμνὸν καὶ βαρὺ, καὶ Κηφισοδώρου τοῦ ῥήτορος οὐκ ἀμεινον· ὃς δὴ ὁ Κηφισόδωρος, ἐπειδὴ ὑπ' Ἀριστοτέλους βαλλόμενον ἑαυτῷ τὸν διδάσκαλον Ἰσοκράτην ἑώρα, αὐτοῦ μὲν Ἀριστοτέλους ἦν ἀμαθὴς καὶ ἄπειρος, ὑπὸ δὲ τοῦ καθορᾶν ἐνδοξα τὰ Πλάτωνος ὑπάρχοντα, οἰηθεὶς κατὰ Πλάτωνα τὸν Ἀριστοτέλην φιλοσοφεῖν, ἐπολέμει μὲν Ἀριστοτέλει, ἔβαλλε δὲ Πλάτωνα, καὶ κατηγόρει ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν ἰδεῶν, τελευτῶν εἰς τὰ ἄλλα, ἃ οὐδ' αὐτὸς ᾔδει, ἀλλὰ τὰ νομιζόμενα ἀμφ' αὐτῶν ἢ λέγεται ὑπονοῶν. Πλὴν οὗτος μὲν ὁ Κηφισόδωρος, ᾧ ἐπολέμει μὴ μαχόμενος, ἐμάχετο ᾧ μὴ πολεμεῖν ἐβούλετο. Ὁ μέντοι Ζήνων καὶ αὐτὸς, ἐπειδὴ τῷ Ἀρκεσιλάου μεθίετο, εἰ μὲν μηδὲ Πλάτωνι ἐπολέμει, φιλοσόφει δήπου ἐμοὶ κριτῇ πλείστου ἀξίως ἐκεῖνά γε τῆς εἰρημένης (26) ταύτης. Εἰ δ' οὐκ ἀγνοῶν μὲν ἴσως τὰ Ἀρκεσιλάου, τὰ μέντοι Πλάτωνος ἀγνῶν, ὡς ἐξ ὧν αὐτῷ ἀνέγραψεν ἐλέγχεται, ὅτι ἐποίησεν (27) ἐναντία καὐτὸς, μήτε ὢν ᾔδει πλήττων, ὃν τε αἰσχρῆν, ἀτιμότατα καὶ αἴσχιστα περιυβρικὼς, καὶ ταῦτα πολὺ κάκιον ἢ προσῆκεν κυνί. Πλὴν διείρξει γε μὴν μεγαλοφροσύνη ἀποσχόμενος τοῦ Ἀρκεσιλάου. Ἤτοι γὰρ ἀγνοίᾳ τῶν ἐκείνου, ἢ δέει τῶν Στωϊκῶν,

(24) *Ἡ μὲν δὴ ἀρχὴ ἦν.* Non satis, opinor, cum Numenii mente verba consentiunt. Verbis enim tenus Stoicis ἀρχὴν tribuit, vel eam certe quidem ostendit, quam adversus Academicos objicere debuissent; et tamen paulo ante de Academicis cum diceret, εἰ μήτε ἀρχὴν ἔχοιεν, suum quoddam illos principium habuisse declarabat, quod a Stoicis convellendum fuisset.

(25) *Ἂν εἶπον.* Locus, ut patet, corruptus est. Forte legi possit, ἀφορμὴν, ἣν, εἶπου μόνου, etc., ut paulo ante legitur ἀρχὴ ἦν. Sensus tamen obscurus perplexusque manet, quod minus ἐναργῶς, quæ Academicorum erant, a Stoicorum factione et oratione secernat. Et quidem si de Stoicorum decreto membrum hoc sumimus, velle Numenius id videtur, Arcesilam et profectos ab illo Academicos, ea quam avide arripiebant, pugnandi ansa carituros fuisse, si Zeno aliquid de suo illo decreto remittere voluisset, quo tam absolute comprehendendi vim phantasiæ tribuebat : de quo pagina sequenti. Sin, quod mihi certe probabilius est, de Academicorum decreto dictum id fuerit, hoc, opinor, significat, hominibus nihil omnino percipi et comprehendi posse καθόλου ὁριζομένοις, unum duntaxat aliquid auferendum ac detrahendum fuisse, quod vel ipsi perceptum satis et comprehensum fateri cogerentur. Quid autem illud? Non declarat Numenius. Facile tamen intelligitur, id ipsum videlicet, *percipi nihil comprehendique posse*. Audi Tullium lib. IV *Academic.*, sect. 18 : *Ex hoc*, inquit, *illud est natum, quod postulabat Hortensius, ut id ipsum saltem perceptum a sapiente diceretis, nihil posse percipi*. Et vero, licet Carneades ne id quidem exceptum esse pateretur, *Antiochus tamen, ad istum locum* (verba Tullii sunt) *pressius videbatur accedere. Quoniam enim id haberent Academici decretum, nihil posse percipi, non debere eos in suo decreto, sicut in cæteris rebus fluctuare, præsertim cum in ea summa consisteret*, etc.; quæ Tullius ita concludit : *Hoc igitur modo potius erat ab his postulandum, ut hoc unum saltem*, PERCIPI NIHIL POSSE, *perceptum esse dicerent*. Porro, totam illam Stoicorum de phantasia, seu visu, et comprehensione doctrinam, accurate idem Cicero ac diligenter exponit lib. I *Academic.*, sect. 39-41). Sed alius ille locus ex IV ejusdem operis, sect. 18, qui huc etiam maxime pertinet, sic legendus videtur : *Cum enim ita negaret* (Philo, qui Zenonis definitionem respuebat) *quidquam esse quod comprehendi posset* (id enim volumus esse ἀκατάληπτον), *si illud esset, sicut Zeno definiret, tale visum* (jam enim hoc pro φαντασίᾳ verbum satis hesterno sermone trivimus), *visum igitur impressum effictumque ex eo, unde esset, quale esse non posset ex eo, unde non esset.* (Id nos a Zenone definitum rectissime dicimus. Qui enim potest quidquam comprehendi, ut plane confidas id perceptum cognitumque esse, quod est tale quale vel falsum esse possit?) *Hoc cum infirmat tollitque Philo*, etc. Lambini emendatio a mente Ciceronis admodum videtur aliena. Nos particulam unicam *si* expungimus post *non posset*; illa vero, *id nos a Zenone*, usque ad *esse possit*, parenthesi includimus. Hæc tamen Platonico potius quam Tulliano more intricata videri possint.

(26) *Εἰρημένης.* Lege cum ms., εἰρήνης.

(27) *Ὅτι ἐποίησεν.* Pendet sententia. Legendum videtur οὕτως ἐποίησεν.

Digitized by Google

πολέμοιο μέγα στόμα πευκεδανοῖο ἀπετρέψατο ἄλλῃ εἰς Πλάτωνα. Ἀλλὰ καὶ περὶ μὲν τῶν Ζήνωνι εἰς Πλάτωνα κακῶς τε καὶ αἰδημόνως οὐδαμῶς νεωτερισθέντων εἰρήσεταί μοι αὖθίς ποτε, ἐὰν φιλοσοφίας σχολὴν ἀγάγω. Μή ποτε (28) μέντοι ἀγάγοιμι σχολήν ποτε τοσαύτην, τούτων γοῦν ἕνεκεν, εἰ μὴ ὑπὸ παιδιᾶς. Τὸν δ' οὖν Ζήνωνα ὁ Ἀρκεσίλαος ἀντίτεχνον καὶ ἀξιόνικον ὑπάρχοντα θεωρῶν, τοὺς παρ' ἐκείνου ἀποφερομένους λόγους καθῄρει, καὶ οὐδὲν ὤκνει. Περὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων ἃ ἐμεμάχητο ἐκείνῳ, οὔτ' ἴσως εἰπεῖν ἔχω, εἴ τε καὶ εἶχον, οὐδὲν ἔδει νῦν αὐτῶν μνησθῆναι· τὸ δὲ δόγμα τοῦτο αὐτοῦ πρώτου εὑρομένου, καὶτὸ ὄνομα βλέπων εὐδοκιμοῦν ἐν ταῖς Ἀθήναις, τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν, πάσῃ μηχανῇ ἐχρῆτο ἐπ' αὐτήν. Ὁ δ' ἐν τῷ ἀσθενεστέρῳ ὢν (29), ἡσυχίαν ἄγων, οὐ δυνάμενος ἀδικεῖσθαι, Ἀρκεσιλάῳ μὲν ἀφίετο, πολλὰ ἂν εἰπεῖν ἔχων, ἀλλ' οὐκ ἤθελε, τάχα δὲ μᾶλλον ἄλλως· πρὸς δὲ τὸν οὐκέτι ἐν ζῶσιν ὄντα Πλάτωνα ἐσκιαμάχει, καὶ τὴν ἀπὸ ἀμάξης πομπείαν πᾶσαν κατεθορύβει, λέγων, ὡς οὔτ' ἂν τοῦ Πλάτωνος ἀμυνομένου, ὑπερδικεῖν τε αὐτοῦ ἄλλῳ οὐδενὶ μᾶλλον· εἴτε μελήσειεν Ἀρκεσιλάῳ, αὐτός γε κερδανεῖν ᾤετο ἀποτρεψάμενος ἀφ' ἑαυτοῦ τὸν Ἀρκεσίλαον. Τοῦτο δὲ ἦδε καὶ Ἀγαθοκλέα τὸν Συρακούσιον ποιήσαντα τὸ σόφισμα ἐπὶ τοὺς Καρχηδονίους. Οἱ Στωϊκοὶ δὲ ὑπήκουον ἐκπεπληγμένοι· Ἡ μοῦσα γὰρ αὐτοῖς οὐδὲ τότε ἦν φιλολάγνος, οὐδ' ἐργάτις χαρίτων, ὑφ' ὧν ὁ Ἀρκεσίλαος, τὰ μὲν περικρούων, τὰ δὲ ὑποτέμνων, ἄλλα δ' ὑποσκελίζων, κατεγλωττίζετο αὐτούς, καὶ πιθανὸς ἦν. Τοιγαροῦν πρὸς οὓς μὲν ἀντέλεγεν, ἡττωμένων, ἐν οἷς δὲ λέγων ἦν, καταπεπληγμένων, δεδειγμένον πως τοῖς τότε ἀνθρώποις ὑπῆρχε, μηδὲν εἶναι μήτ' οὖν ἔπος, μήτε πάθος, μήτε ἔργον ἐν βραχύ, μηδὲ ἄχρηστον τοὐναντίον ὀφθῆναί ποτ' ἄν, εἴ τι μὴ Ἀρκεσιλάῳ δοκεῖ τῷ Πιταναίῳ (30). Τῷ δ' ἄρα οὐδὲν ἐδόκει, οὐδ' ἀπεφαίνετο οὐδὲν μᾶλλον, ἢ ῥηματίσκια ταῦτ' εἶναι καὶ φόβους.

A bit, facile deprehenditur, hoc belli genus suscepit, secus profecto quam par erat fecit ipse quoque, dum nec hominem sibi notum vulneravit, et quem minime decuerat, eum indignissime ac turpissime, adeoque longe fœdius, quem vel cani conveniret, contumeliis violavit. Cæterum magnitudine quadam animi abstinere se ab Arcesila declaravit. Nam seu quod hominis sensum ignoraret, seu quod Stoicos verereturTrucis ora ingentia belli alio, hoc est in Platonem, vertit. Sed enim de iis, quæ perperam ac sine ullo verecundiæ sensu Platonem Zeno molitus est tum agam uberius, cum a **733** philosophia vacavero : quanquam absit omnino, tantum unquam ab ea vacem, hoc ut argumenti genus aliter quam joco tractandum suscipiam. Nunc ut redeam ad Arcesilam, is Zenonem et artis contrariæ professorem, et sua dignum victoria cum videret, hominis disputationes convellebat, sui plane securus. Ac cætera quidem omnia, de quibus cum eo contendebat, nec fortasse possim, nec ut possim, nunc certe complecti oportet. At decretum illud, cujus ipse princeps auctor erat, quodque celebri tum nomine Athenis jactari videbat, illam inquam comprehendendi vim, quam phantasiæ tribuebat Zeno, machinis sibi omnibus petendam et concutiendam putavit. Alter interea adversus infirmiorem, quasi nihil ab eo lædi posset, movebat nihil : idem tamen misso Arcesila, in quem multa dicere potuisset (seu hominem urgere nollet, seu quid aliud sequeretur), cum Platone ipso, qui vivere jam desierat, sic tanquam in umbra pugnabat. Et vero nihil non conviciorum in eum, quasi e plaustro, promiscue tumultuarieque jactavit, nimirum quod nec reponere Plato jam posset, nec alium quemquam ejus causa laboraturum putaret; aut si forte laboraret Arcesilas, in lucro tamen poneret, sic a suis eum cervicibus esse depulsum. Quo quidem artificii genere Agathoclem Syracusium adversus Carthaginienses usum esse notat. Atque hæc Stoici cum stupore audiebant. Erat enim adhuc infans eorum musa, nec illarum facetiarum artifex, quibus Arcesilas Zenonis argumenta partim explodens, partim succidens, partim supplantans, sic eos linguæ vi obruebat, ut fidem etiam aliis faceret. Ita, cum et ii quibuscum oratione pugnabat, victi atque prostrati, et ii quorum in corona dicebat, perculsi attonitique manerent : quasi pro comperto erat ejusdem ætatis hominibus, nec vocem, nec malum, nec opus ullum vel minimum, quidquam esse, nec inane frivolumque contra visum iri quidquam, nisi quod Arcesilæ Pitanæo tale videretur. Et porro nihil plane videbatur, nec aliud quidquam omnino magis, quam hæc voculas tantum aliquas, et terrores esse declarabat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Ὁποῖος τῶν δηλουμένων ὁ βίος. Περὶ Λακύδου τοῦ τὸν Ἀρκεσίλαον διαδεξαμένου. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.

« Περὶ δὲ Λακύδου (31) βούλομαί τι διηγήσασθαι ἡδύ. Ἦν μὲν δὴ Λακύδης ὑπογλισχρότερος, καί τινα

734 CAPUT VII.

Cujusmodi superiorum illorum vita fuerit. Ac de Lacyde quodam Arcesilæ successore. Ex eodem.

« Jam vero, de Lacyde, inquit, facetum quiddam ac lepidum narrare statui. Erat is paulo sordidior,

(28) Forte del. ποτέ.

(29) *Ἐν τῷ ἀσθενεστέρῳ ὤν.* Expungendum arbitror participium ὤν, ut Arcesilam ἀσθενέστερον vocet.

(30) *Πιταναίῳ.* Diogenes Laertius lib. IV : Ἀρκεσίλαος, inquit, Ζεύθου, ἢ Σκύθου, Πιτανάτης, τῆς Αἰολίδος. Ibid. Ἦν μὲν οὖν αὐτῷ καὶ ἐν Πιτάνῃ περιουσία, ἀφ' ἧς ἀπέστειλεν αὐτῷ Πυλάδης ὁ ἀδελφός.

(31) *Περὶ δὲ Λακύδου.* Eadem commemorat Diogenes lib. IV, sed longe siccius atque frigidius. Subobscura videtur narratio, quæ tamen diligentius attendenti satis perspicuam habet explicatamque rationem.

Digitized by Google

atque ejusmodi qui œconomicus ille vulgo notissimus jure diceretur. Aperiebat idem penum, idemque claudebat; promebat ipse quibus uti vellet, cæteraque id genus omnia per sese factitabat : non frugalitatis ac temperantiæ studio, non coactus inopia, non penuria servorum laborans, qui aliquot saltem aleret, sed causam pro arbitrio quisque conjiciat. Ego lepidum illud commemorabo quod promisi. Cum igitur suam ipse sibi penum curaret, nec secum ejus clavim circumferre vellet, eam uti cellam clauserat, cava quadam in arcula deponebat. Tum aditu obsignato, annulum per seræ foramen demissum intra cellam evolvebat : ut ea rursus cum liberet clavi reserata, obvium annulum tollere, atque ita locum denuo cum obserare, tum etiam obsignare posset, annulumque simul per eamdem seram rursus immittere. At famuli, detecto heri artificio, postquam is aut inambulatum, aut alio quovis ierat, cella facile reserata, ubi prout collibuerat, alia vel edendo vel potando hausissent, alia secum ipsi asportassent, eadem vicissim factitantes, cellam primo claudebant, tum obsignabant, intro denique annulum non sine maximo in philosophum risu, per seræ foramen immittebant. At Lacydes cum cellæ vasa, quæ plena reliquerat, vacua reperiret, anceps ac dubius animi diu pependit : tandemque percipi comprehendique nihil, ab Arcesila doceri cum audiisset, id ipsum esse credidit, quod in sua sibi penu usu veniebat. His ille auspiciis apud Arcesilam philosophari cœpit, nihil se vel perspicui, vel sani, nec videre unquam, nec audire. Cumque aliquando e suis unum privatim ac familiariter seduxisset, hanc ei assensionis retentionem graviter, ut videbatur, ac vehementer confirmare cœpit. Enimvero, inquiebat, hoc tibi citra dubitationem ullam pronuntiare possum, quod exemplo ipse meo, non alterius cujusquam experientia didicerim. **735** Tum ab initio totum illum penus suæ casum exponebat. Quid igitur, inquiebat, huic argumento responderet Zeno, unde mihi certo ac tam aperte constitit, percipi nihil comprehendique posse? Nam qui posteaquam manibus ipse meis cellam idem clausi, idem obsignavi, idem annulum intromisi, reversus inde, cellaque reserata, intus annulum modo, non item cætera reperiam, non jure obsecro fidem omnem rebus detraham? Nec enim profecto ausim dicere, quemquam intro

τρόπον ὁ λεγόμενος Οἰκονομικὸς (32), οὗτος ὁ εὐοκιμῶν παρὰ τοῖς πολλοῖς. Αὐτὸς μὲν ἀνοιγνὺς τὸ ταμιεῖον, αὐτὸς δ' ἀποκλείων. Καὶ προηρεῖτο ἃ ὧν ἐδεῖτο, καὶ ἄλλα τοιαῦτα ἐποίει πάντα δι' αὐτουργίας, οὔτι που αὐτάρκειαν ἐπαινῶν, οὐδ' ἄλλως πενίᾳ χρώμενος, οὐδ' ἀπορίᾳ δούλων, ᾧ γε ὑπῆρχον δοῦλοι πλείστοι γοῦν· τὴν δὲ αἰτίαν ἕξεστιν εἰκάζειν. Ἐγὼ δὲ ἃ ὑπεσχόμην τὸ ἡδὺ, διηγήσομαι. Ταμιεύων γὰρ αὐτὸς ἑαυτῷ, τὴν μὲν κλεῖδα περιφέρειν ἐφ' ἑαυτοῦ οὐκ ἤθελεν· ἀποκλείσας δὲ, κατετίθει μὲν ταύτην εἴς τι κοῖλον γραμματεῖον. Σημηνάμενος δὲ δακτύλιον, τὸν μὲν δακτύλιον (33) κατεκύλιε διὰ τοῦ κλείθρου, ἔσω εἰς τὸν οἶκον μεθιείς, ὥσθ' ὕστερον, ἐπειδὴ καὶ ἐλθὼν ἀνοίξειε τῇ κλειδὶ, δυνησόμενος, ἀνελὼν τὸν δακτύλιον, αὖθις μὲν ἀπεκλείειν, εἶτα δὲ σημήνασθαι, εἶτα δ' ἀναβάλλειν ὀπίσω πάλιν ἔσω τὸν δακτύλιον διὰ τοῦ κλείθρου. Τοῦτο οὖν τὸ σοφὸν οἱ δοῦλοι κατανοήσαντες, ἐπειδὴ προῖοι Λακύδης εἰς περίπατον, ἢ ὅποι ἄλλοσε, καὶ αὐτοὶ ἀνοίξαντες ἴσν, κάπειτα ὡς σφισιν ἦν θυμὸς, τὰ μὲν φαγόντες, τὰ δ' ἐμπιόντες, ἄλλα δὲ ἀράμενοι, ἐκ περιόδου ταῦτα ἐποίουν, ἀπέκλειον μὲν, ἐσημαίνοντο δὲ, καὶ τὸν δακτύλιον, πολλά γε αὐτοῦ καταγελάσαντες, εἰς τὸν οἶκον διὰ τοῦ κλείθρου ἠφίεσαν. Ὁ Λακύδης οὖν, πλήρη μὲν καταλιπὼν, κενὰ δὲ εὑρισκόμενος τὰ σκεύη, ἀπορῶν τῷ γιγνομένῳ, ἐπειδὴ ἤκουε φιλοσοφεῖσθαι παρὰ τῷ Ἀρκεσιλάῳ τὴν ἀκαταληψίαν, ᾤετο τοῦτο ἐκείνῳ αὐτῷ συμβαίνειν περὶ τὸ ταμιεῖον. Ἀρξάμενός τε ἔνθεν, ἐφιλοσόφει παρὰ τῷ Ἀρκεσιλάῳ, μηδὲν μήτε ὁρᾷν, μήτε ἀκούειν ἐναργὲς, ἢ ὑγιές. Καί ποτε ἐκσπασάμενός τῶν προσομιλούντων αὐτῷ τινα εἰς τὴν οἰκείαν, ἰσχυρίζετο πρὸς αὐτὸν ὑπερφυῶς, ὡς ἔοικεν, τὴν ἐποχὴν, καὶ ἔφη· Τοῦτο μὲν ἀναμφίλεκτον ἔγωγέ σοι ἔχω φράσαι, αὐτὸς ἀπ' ἐμαυτοῦ μαθὼν, οὐκ ἄλλου πειραθείς. Κἄπειτα ἀρξάμενος περιηγεῖτο τὴν ὅλην τοῦ ταμιείου συμβᾶσαν αὐτῷ πάθην. Τί οὖν δὴ, εἶπεν, ἔτι Ζήνων λέγοι πρὸς οὕτως ὁμολογουμένην διὰ πάντων φανερὰν μοι ἐν τοῖς τοιοῖσδε ἀκαταληψίαν; Ὡς γὰρ ἀπέκλεισα μὲν ταῖς ἐμαυτοῦ χερσὶν, αὐτὸς δὲ ἐσημηνάμην, αὐτὸς δὲ ἀφῆκα μὲν εἴσω τὸν δακτύλιον· αὖθις δ' ἐλθὼν ἀνοίξας, τὸν μὲν δακτύλιον ὁρῶ ἔνδον, οὐ μέντοι καὶ τὰ ἄλλα, πῶς οὐ δικαίως ἀπιστούντως τοῖς πράγμασιν ἔξω; Οὐ γὰρ τολμήσω εἰπεῖν ἔγωγε, ἐλθόντα τινὰ κλέψαι ταῦτα ὑπάρχοντα ἔνδον τοῦ δακτυλίου. Καὶ ὃς (34) ἀκούων, ἦν γὰρ ὑβριστὴς, ἐκδεξάμενος τὸ πᾶν ὡς ἔσχεν ἀκοῦσαι, μόλις καὶ πρότερον ἑαυτοῦ κρατῶν, ἀπέῤῥηξε γέλωτα

(32) *Οἰκονομικος*. Significare videtur, aliquem eo tempore notissimum fuisse, quem ἀπὸ τῆς ἀκριβεστέρας οἰκονομίας, οἰκονομικὸν vulgo nominarent. Laertius de Lacyde nostro, τοῦτόν φασι καὶ περὶ οἰκονομίαν γλυκύτατα ἐσχηκέναι. Interpres γλυκύτατα, *felicissime*, reddidit. Quid si *lepidissime*?

(33) *Δακτύλιον*. Ne illum aut clavim amitteret, hanc in occulta quadam arcula deponebat, illum per seræ foramen intra cellam ipsam evolvebat. Servi, reperta clavi, sigillum revellebant, tum reserata janua, jacentem intro annulum colligebant; inde ubi genio liberaliter indulsissent, clauso ostio simile priori sigillum imprimebant, et annulo per eamdem seram immisso, clavim sua in arcula reponebant. Porro, cui suus toties annulus imposserat, idem, ut scribit Plutarch. opusc. *De adulator. et amici discrim.*, Cephisocratem amicum in judicio periclitantem, subducto judicum oculis, ipsius annulo liberavit. Τοῦ κατηγόρου, inquit, τὸν δακτύλιον αἰτήσαντος, ὁ μὲν (reus) ἡσυχῇ παρακαθῆκεν· αἰσθόμενος δὲ ὁ Λακύδης ἐπέβη τῷ ποδὶ, καὶ ἐκέκρυφεν· ἦν δὲ ὁ ἔλεγχος ἐν ἐκείνῳ. Μετὰ δὲ τὴν ἀπόφασιν, τοῦ Κηφισοκράτους δεξιουμένου τοὺς δικαστὰς, εἴ τις, ὡς ἔοικεν, ἐωρακὼς τὸ γενόμενον, ἐκλάνθανε Λακύδῃ χάριν ἔχειν καὶ τὸ πρᾶγμα διηγήσατο, Λακύδου πρὸς μηδένα φράσαντος.

(34) Forte ὁ.

Digitized by Google

καὶ μάλιστα πλατὺν, γελῶν τε ἔτι καὶ καγχάζων διήλεγχεν ἅμα αὐτοῦ τὴν κενοδοξίαν. Ὥστε ἔκτοτε Λακύδης, ἀρξάμενος, οὐκέτι μὲν τὸν δακτύλιον ἔσω ἐνέβαλλεν, οὐκέτι δὲ τοῦ ταμιείου ἐχρῆτο ἀκαταληψίᾳ, ἀλλὰ κατελάμβανε τὰ ἀφειμένα (33), καὶ μάτην (36) ἐπεφιλοσοφήκει. Οὐ μέντοι, ἀλλά γε παῖδες φόρτακες (37) ἦσαν, καὶ οὐ θάτερα ληπτοί· οἷοι δὲ οὗτοι οἱ κωμῳδικοί τε καὶ Γέται, καὶ Δακοὶ (38), κἀκ τῆς Δακικῆς λαλεῖν στωμυλήθρας (39) κατεγλωττισμένοι, εἴτε τινὸς Στωϊκοῦ τὰ σοφίσματα ἀκούσαντες, εἴτε καὶ ἄλλως ἐκμαθόντες, εὐθὺ τοῦ τολμήματος ἦσαν, καὶ παρελύοντο αὐτοῦ τὴν σφραγῖδα· καὶ τοτὲ μὲν ἑτέραν ἀντ' ἐκείνης ὑπετίθεσαν· τοτὲ δὲ οὐδὲ ἄλλην, διὰ τὸ οἴεσθαι, καὶ ἐκείνῳ γε ἀκατάληπτα ἔσεσθαι, καὶ οὕτω, καὶ οὐκ (40) ἄλλως. Ὁ δὲ, εἰσελθὼν ἐσκοπεῖτο· ἐσήμαντον δὲ τὸ γραμματεῖον (41) θεωρῶν, ἢ σεσημασμένον μὲν, σφραγῖδι δ' ἄλλῃ, ἠγανάκτει. Τῶν δὲ σεσημάνθαι λεγόντων, αὐτοῖς γοῦν τὴν σφραγῖδα ῥᾴσθαι τὴν αὐτοῦ, ἠκριβολογεῖτο ἂν (42), καὶ ἀπεδείκνυε. Τῶν δ' ἡττωμένων τῇ ἀποδείξει, καὶ φαμένων εἰ μή τι ἔπεστιν ἡ σφραγὶς, αὐτὸν ἴσως ἐπιλελῆσθαι καὶ μὴ σημήνασθαι· ναὶ μὴν αὐτός τε ἔφη σημηνάμενος μνημονεύειν, καὶ ἀπεδείκνυε, καὶ περιῄει τῷ οἴκῳ, καὶ ἐδεινολογεῖτο πρὸς αὐτοὺς, οἰόμενος παίζεσθαι, καὶ προσώμνυεν. Οἱ δ' ὑπολαβόντες τὰς προσβολὰς ἐκείνου, αὐτοί γε ᾤοντο ὑπ' αὐτοῦ παίζεσθαι· ἐπεὶ σοφῷ γε ὄντι δεδόχθαι τῷ Λακύδῃ εἶναι ἀδοξάστῳ, ὥστε καὶ ἀμνημονεύτῳ· μνήμην γὰρ εἶναι δόξαν· ἐναγχος γοῦν τοῦ χρόνου ἔφασαν ἀκοῦσαι ταῦτα

A subeuntem ea suffurari, cum intus annulum offendam meum. Hic auditor ille, unus enim erat ex furibus, ubi rem totam ut poterat narrantis ex ore audiisset, qui ægre admodum eatenus sese tenuerat, ingentem subito erupit in risum, cui dum indulget intemperantius, stolidam simul hominis opinionem coarguit. Itaque Lacydes in posterum nec annulum transmisit in cellam, nec suæ penus exemplo percipiendi vim amplius negavit, sed quæ adhuc negligentius habuerat, omnino comprehendit. Adeo suam novo in philosophiæ genere operam luserat. Sed nimirum servos habebat oris in risu durioris, quique neutram in partem facile caperentur: quales utique isti comœdiarum servuli sunt, Getæ atque Daci. Ergo hi lingua ut erant ad Dacicam illam jocandi ridendique procacitatem erudita ac procusa, sive Stoici cujusdam argutias audiissent, sive aliunde hoc didicissent, recta facinus aggressi, impressum ab eo sigillum ita revellebant, ut interdum alterum quoddam ejus in locum sufficerent, sæpe nullum; quod utrumvis factum esset, perinde rem ab eo nunquam perceptum iri existimarent. At ille domum ingressus, locumque diligenter inspiciens, si aut resignatum aut secus obsignatum videret, servis enimvero graviter sucrensebat. Quibus sigillum integrum esse defendentibus, contra ille disputabat accurate, ac demonstratione rem conficiebat. Qua victi servi, cum exciperent, si non exstaret sigillum, ab eo fortassis oblivione quadam

(35) *Κατελάμβανε τὰ ἀφειμένα.* Id est, opinor, re ipsa percepit, ac certo intellexit, quam multa negligenter habita profligasset.

(36) *Καὶ μάτην.* Quid si, καὶ δ τι μάτην?

(37) *Φόρτακες.* Hic novo satis exemplo, φόρτακες licti videntur, οἱ φορτικοὶ, τουτέστι φορτικῶς γλευστικοί, quod ex sequentibus facile intelligitur. Φόρτος Atticis *risus* est, sed immodicus, ac molestus. Aristophan. in *Pluto*: Ἔπειτα, καὶ τὸν φόρτον ἐκφύγοιμεν ἄν. Idem in *Pace*, ubi eum laudans, qui scurriles istos et illiberales risus ex comœdia frustulisset:

Ταῦτ' ἀφελὼν κακὰ, καὶ φόρτον, καὶ βωμολο-
[χεύματ' ἀγερῶ,
Ἐκόλπωσε τέχνην μεγάλην ἡμῖν.

Hinc et Hesychio τὰ φορτικὰ dicuntur γελοῖα, et ὑπερόψιας σκώμματα. Aristophan. *Vespis*:

Ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν λογίδιον, γνώμην ἔχον, ὑμῶν
[μὲν αὐτῶν οὐχὶ δεξιώτερον,
Κωμῳδίας δὲ φορτικῆς σοφώτερον.

Ubi meo judicio, κωμῳδία φορτική non est vel οἰκτρὰ, ἐν ᾗ φορτικά τινα εἰσάγουσιν, ut scholiastes exponit; nec, ut apud Stephan. alii, *insulsa et nepta*; sed potius, *scurrilis nimiam, et in risus effusa petulantiores*; narratio enim quam subjungit, aceta est illa quidem, sed liberalis tamen ac civilis.

(38) *Γέται καὶ Δακοί.* Δάκοι sæpius quam Δακοί reperias. Stephanus *De urbibus*, in voce *Δακία*, sic habet: Οἱ Δάκοι, οὓς καλοῦμεν Δάους. Γέτας γὰρ τοὺς πρὸς τὸν Πόντον κεκλημένους, καὶ τὴν ἐωΐδους δὲ, τοὺς πρὸς τάναντία, πρὸς Γερμανίαν, καὶ ἀπὸ τοῦ Ἴστρου πηγάς. Καὶ παρ' Ἀττικοῖς δὲ, τὰ τῶν οἰκετῶν ὀνόματα, Δάοι, καὶ Γέται. Strabo lib. VII hoc ipsum plenius: Δάκους δὲ . . . οὓς οἶμαι Δάους καλεῖσθαι τὸ παλαιὸν ἀφ' οὗ καὶ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ἐπεπόλασε τὰ τῶν οἰκετῶν ὀνόματα, Γέται, καὶ Δαῦοι. Atque id probabilius judicat, quam Davos illos a Scythis, οὓς καλοῦσι Δάας, ortos esse. Geta-

C rum et Davorum ex Terentii quoque fabulis nota dicacitas atque στωμυλία.

(39) *Λαλεῖν στωμυλήθρας.* Τὸ *λαλεῖν* minus hic necessarium videtur. Στωμυλήθρα vero, pro *στωμυλία* et *βωμολοχία*, veterum comicorum vox erat. Athenæo lib. VII, στωμυλῆθραι δαιταλεῖς, id est, *loquaces et dicaces convivæ*: sed, opinor, legendum στωμύληθροι, ut apud Suidam, στωμύληθρος pro στωμύλεθρος. Apud eumdem grammaticum legitur ῥομβοστωμυλήθρα, tum sequitur: Εὐβουλίδης φησὶν, ἐριστικὸς κερατίνας ἐρωτῶν, καὶ ψευδαλαζόσι λόγοις, τοὺς ῥήτορας κυλίων, ἀπῆλθ' ἔχων Δημοσθένους τὴν ῥομβοστωμυλήθραν. Qui locus intelligi debet ex Diogene Laertio, lib. II, ubi Euclidis vitam pertexens, inter ejus successores Eubulidem nominat, de quo hæc inter alia, περὶ τούτου φησί τις τῶν κωμικῶν·

Ὁ ὑβριστικὸς δ' Εὐβουλίδης, κερατίνας ἐρωτῶν,
D *Καὶ ψευδέσ' ἁλαζόσι λόγοις τοὺς ῥήτορας κυλίων,*
Ἀπῆλθ' ἔχων Δημοσθένους τὴν ῥωβοστωμυλή-
[θραν.

Itaque apud Suidam legendum videtur, Οὐριστικὸς, (φησί τις τῶν κωμικῶν) Εὐβουλίδης, etc. Versus enim illi non Eubulidis sunt, sed adversus Eubulidem. Utrum legas οὐβριστικὸς, an οὐριστικὸς, vix refert: fuit enim is, et ὑβριστικὸς, ut ex Diogene, loco citato, et Aristocle apud Euseb. nostrum infra, pag. 791, manifeste constat: fuit etiam ἐριστικὸς, ut pote Euclidis τῶν ἐριστικῶν principis discipulus atque successor. Sequitur κερατίνας ἐρωτῶν· supple ἐρωτήσεις, quod graviter ac sæpius utrinque ferirent. At ψευδαλαζόσι, quod habet Suidas, rectius videtur quam ψευδέσι ἁλαζόσι. Denique ῥομβοστωμυλήθρα, sive ῥωβοστωμυλήθρα, ficta vox est. Utrum legas elige; ῥωβο, duæ primæ, ut videtur, syllabæ sunt verborum ῥώω, et βοάω.

(40) Forte del. οὐκ.

(41) Forte ταμιεῖον.

(42) Forte del. ἄν.

Digitized by Google

obsignatum locum non fuisse. Imo, inquiebat, eum obsignare me oppido memini, simulque rem longa oratione demonstrabat, ac sese illudi sentiens, interposito etiam jurejurando, vehementius exaggerabat. Quos hominis impetus ita excipiebant, ut eum etiam jocari secum ac ludere sibi persuaderent, ex quo sapienti Lacydi visum esset, nihil sibi nec opinionis relinquere, nec memoriæ : memoriam quippe opinionem quamdam esse; **736** id, se quidem audientibus, ab eo nuper quibusdam ex amicis confirmatum fuisse. Has ille petitiones cum ita refutaret, ut alia quam Academici soleant omnia reponeret, servi Stoicum aliquem adeuntes, quid sibi dicendum foret ex eo discebant : atque inde orsi, argutias argutiis eludere, artique artem opponendo vere Academicos se fures probare : ac tum ipse quidem incessere Stoicos, servi contra ejus reprehensiones neganda comprehensione omni dissolvere, atque id, ut par erat, non sine risu ac salibus. Ibi ergo disputationes omnium, argumenta, verborumque pugnæ : cum nihil interea relinqueretur, non vas, non quidquam eorum quæ recondebantur in vasis, non aliud quidlibet, quod domesticam ad supellectilem pertineret. Ergo Lacydes æstuare, qui nihil omnino subsidii in dogmatis sui defensione reperiret : mox reputans ipse secum, ni furtum deprehenderet, cuncta sibi deinceps pessum itura, tandem inops consilii vicinos inclamare, appellare deos : sæpe hei mihi, pro facinus indignum, per deos deasque omnes ingeminare, ac cætera id genus argumenta, quæ homini gravioribus in querelis, ubi fidem non impetrat, sine arte natura suppeditat. Quæ quidem omnia magno clamore deplorata, magnam utique probabilitatis speciem ostendebant. Postremo hac in contentione pugnaque domestica, Stoicum apud servos agebat ille quidem : at cum ipsi Academica dogmata strenue constanterque defenderent, ne quid ultra molestiæ pateretur, domi deinceps hærebat perpetuo, ac pro cellæ suæ foribus assidebat. Verum ubi nihil agit, secum ipse cogitans, quo sua sibi versutia recideret : tandem animi sensum palam ac sine fuco aperiens, nimirum, inquit, famuli, aliter hæc in schola disputamus, aliter vivimus. » Ac de Lacyde quidem hactenus. Hujus auditores fuere permulti, quos inter Aristippus Cyrenæus excelluit. Omnibus tamen ex discipulis Evander post eum scholæ præfuit, ac cæteri eumdem postea consecuti. Quibus omnibus succedens hoc in docendi munere Carneades, tertiam conflavit Academiam. Et eadem qua Arcesilas orationis forma utebatur ipse quidem, cum et illum utramque partem disputandi morem teneret, et quæ ab aliis dicerentur omnia refelleret : cæterum ea erat assensionis retentio, in qua ab illo dissideret. Quippe fieri non posse dicebat, ut qui homo esset, is rerum in omnibus assensum inhiberet : aliud porro incertum esse, aliud comprehendi non posse; et comprehensionem quidem omnia fugere, non omnia tamen incerta esse. **737** Fuit is etiam stoicæ doctrinæ non ignarus, qua vehementius acriusque petenda, famæ sibi plurimum nomenque confecit, dum in id potius quod vulgo verisimile videbatur, quam in verum ipsum collineavit. Quare Stoicis etiam molestiæ plurimum facessebat. De hoc idem qui supra Numenius habet, quæ sequuntur.

A αὐτοῦ τρὸς τοὺς φίλους. Τοῦ δ' ἀναστρέφοντος αὐτοῖς τὰς ἐπιχειρήσεις, καὶ λέγοντος οὐκ Ἀκαδημεῖα, αὐτοί, φοιτῶντες εἰς Στωϊκῶν τινος, τὰ λεκτέα ἐντοῖς ἀνεμάνθανον· κἀκεῖθεν ἀρξάμενοι ἀντεσοφίστευον, καὶ ἦσαν ἀντίτεχνοι κλέπται Ἀκαδημαϊκοί. Ὁ δὲ Στωϊκοῖς ἐνεκάλει· οἱ παῖδες δὲ τὰ ἐγκλήματα παίλυον αὐτῷ ὑπὸ ἀκαταληψίας, οὐκ ἄνευ τωθασμῶν τινων. Διατριβαὶ οὖν ἦσαν πάντων ἐκεῖ, καὶ λόγοι, καὶ ἀντιλογίαι· καὶ ἐν οὐδὲν ἐν τῷ μέσῳ κατελείπετο, ἀλλ' ἀγγεῖον, οὐ τῶν ἐν ἀγγείῳ τιθεμένων, οὐχ ὅσα εἰς οἰκίας κατασκευὴν ἀλλ' ἔτι συντελῆ. Καὶ ὁ Λακύδης τέως μὲν ἠπόρει, μή τι λυσιτελοῦσαν ἑαυτῷ θεωρῶν τὴν ἑαυτοῦ δόγματος βοήθειαν, εἶτα μὴ ἐξελέγξαι (43) πάντα ἀνατρέψαι τε ἑαυτῷ δοκῶν, πεσὼν εἰς τὰμηχανον, τοὺς γείτονας ἐκεκράγει, καὶ τοὺς θεούς· καὶ
B ἰοὺ ἰού, καὶ φεῦ φεῦ, καὶ νὴ τοὺς θεούς, καὶ νὴ τὰς θεάς, ἄλλαι τε ὅσαι ἐν ἀπιστίαις δεινολογουμένων εἰσὶν ἄτεχνοι πίστεις, ταῦτα πάντα ἐλέγετο βοῇ καὶ ἀξιοπιστίᾳ. Τελευτῶν δὲ, ἐπεὶ μάχην εἶχεν ἀντιλεγομένην ἐπὶ τῆς οἰκίας, αὐτὸς μὲν ἂν δήπουθεν ἐστωϊκεύετο πρὸς τοὺς παῖδας· τῶν παίδων δὲ τὰ Ἀκαδημαϊκὰ ἰσχυριζομένων, ἵνα μηκέτι πράγματα ἔχῃ, οἰκουρὸς ἦν φίλος τοῦ ταμιείου προκαθήμενος. Οὔτε δὲ εἰς οὐδὲν ὠφελῶν, ὑπειδόμενος οἷ τὸ σοφὸν αὐτῷ ἔρχεται, ἀπεκαλύψατο. Ἄλλως, ἔφη, ταῦτα, ὦ παῖδες, ἐν ταῖς διατριβαῖς λέγεται ἡμῖν, ἄλλως δὲ ζῶμεν. » Ταῦτα μὲν καὶ περὶ τοῦ Λακύδου. Τούτου δὲ γίνονται ἀκουσταὶ πολλοί, ὧν εἷς ἦν διαφανὴς ὁ Κυρηναϊκὸς Ἀρίστιππος. Ἐκ πάντων δ' αὐτοῦ τῶν γνωρίμων,
C τὴν σχολὴν αὐτοῦ διεδέξατο Εὔανδρος καὶ οἱ μετὰ τοῦτον. Μεθ' οὓς Καρνεάδης ὑποδεξάμενος τὴν διατριβὴν, τρίτην συνεστήσατο Ἀκαδημίαν. Λόγων μὲν οὖν ἀγωγῇ ἐχρήσατο, ᾗ καὶ ὁ Ἀρκεσίλαος· καὶ γὰρ αὐτὸς ἐπετήδευε τὴν εἰς ἑκάτερα ἐπιχείρησιν, καὶ πάντα ἀνεσκεύαζε τὰ ὑπὸ τῶν ἄλλων λεγόμενα· μόνῳ δ' ἐν τῷ περὶ τῆς ἐποχῆς λόγῳ πρὸς αὐτὸν διέστη. φὰς ἀδύνατον εἶναι ἄνθρωπον ὄντα περὶ ἁπάντων ἐπέχειν· διαφορὰν δὲ εἶναι ἀδήλου καὶ ἀκαταλήπτου, καὶ πάντα μὲν εἶναι ἀκατάληπτα, οὐ πάντα δὲ ἄδηλα. Μετεῖχε δὲ οὗτος καὶ τῶν Στωϊκῶν λόγων, πρὸς οὓς καὶ ἐριστικῶς ἱστάμενος, ἐπὶ πλέον ἠύξήθη, τοῦ φαινομένου τοῖς πολλοῖς πιθανοῦ, ἀλλ' οὐ τῆς ἀληθείας στοχαζόμενος. Ὅθεν καὶ πολλὴν παρέσχε τοῖς Στωϊκοῖς ἀηδίαν. Γράφει δ' οὖν καὶ ὁ Νουμήνιος
D περὶ αὐτοῦ ταῦτα.

(43) *Εἶτα μὴ ἐξελέγξαι.* Mss., εἴτε μὴ ἐξελέγχοι πάντα ἀνατρέψεσθαι, etc. Ex quibus vera, opinor, lectio conjici possit : Εἶτα ἂν μὴ ἐξελέγχοις (vel εἴη μὴ ἐξελέγξας) πάντα ἀνατρέψεσθαι ἑαυτῷ δοκῶν.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Περὶ Καρνεάδου τοῦ τὴν τρίτην Ἀκαδημίαν ὑποστησαμένου. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.

« Καρνεάδης δὲ ἐκδεξάμενος παρήγγησιν, οὗ χρεὼν (44) φυλάξαι ὅσα ἀκίνητα καὶ ὅσα κεκινημένα ἦν, τούτου μὲν ἠμέλει· εἰς δ' Ἀρκεσίλαον, εἴτ' οὖν ἀμείνω, εἴτε καὶ φαυλότερα ἦν, ἐπανενεγκών, διὰ μακροῦ τὴν μάχην ἀνενέαζε. » Καὶ ἑξῆς ἐπιλέγει· « Ἦγε δ' οὖν καὶ οὗτος, καὶ ἀπέφερεν (45), ἀντιλογίας τε καὶ στροφὰς λεπτολόγους συνέφερε τῇ μάχῃ ποικίλλων, ἐξαρνητικός τε καὶ καταφαντικός τε ἦν, ἀμφοτέρωθεν ἀντιλογικός. Εἴ τέ (46) που ἔδει τι καὶ παῦμα ἐχόντων λόγων, ἐξηγείρετο λάβρος, οἷον ποταμὸς ῥοώδης, σφοδρῶς ῥέων (47), πάντα καταπιμπλὰς τὰ τῇδε καὶ τὰ ἐκεῖθι, καὶ εἰσέπιπτε, καὶ συνίσυρε τοὺς ἀκούοντας διὰ θορύβου. Τοιγαροῦν ἀπάντων τοὺς ἄλλους, αὐτὸς ἔμενεν ἀνεξαπάτητος· ὃ μὴ προσῆν τῷ Ἀρκεσιλάῳ. Ἐκεῖνος γὰρ, περιεχόμενος τῇ φαρμάξει τοὺς συγκορυβαντιῶντας, ἔλαθεν ἑαυτὸν πρῶτον ἐξηπατηκὼς μὴ ἠσθῆσθαι, πεπεῖσθαι δ' ἀληθῆ εἶναι, ἃ λέγει διὰ τῆς ἁπαξαπάντων ἀναιρέσεως χρημάτων. Κακὸν δὲ ἦν ἂν κακῷ ἐπανακείμενον, ὁ Καρνεάδης τῷ Ἀρκεσιλάῳ· μὴ χαλάσας τι σμικρὸν, ᾧ' οὗ οὐκ ἄπρακτοι ἔμελλον ἔσεσθαι, κατὰ τὰς ἀπὸ τοῦ πιθανοῦ λεγομένας αὐτῷ θετικάς τε καὶ ἀρνητικὰς φαντασίας, τοῦ εἶναι τόδε τι ζῶον, ἢ μὴ ζῶον εἶναι. » Τοῦτο οὖν ὑπανεὶς, ὥσπερ οἱ ἀναχάζοντες θῆρες, βαιότερον, καὶ μᾶλλον ἑαυτοὺς ἐᾶσιν εἰς τὰς ἰξμάς, καὶτὸς ἐνδοὺς, δυνατώτερον ἐπῆλθεν. Ἐπεί τε (48) ὑποσταίη τε καὶ εὖ ἔχοι, τηνικαῦτα ἤδη καὶ οὐ προδέδοκτο, ἐκὼν ἠμέλει καὶ ἐμέμνητο (49). Τὸ γὰρ ἀληθές τε καὶ τὸ ψεῦδος ἐν τοῖς πράγμασιν ἐνεῖναι συγχωρῶν, ὥσπερ ξυνεργαζόμενος τῆς ζητήσεως ῥοπῇ, παλαιστοῦ δεινοῦ λαβὴν δοὺς, περιεγίγνετο ὑπὸθεν. Κατὰ γὰρ τὴν τοῦ πιθανοῦ ῥοπὴν ἑκάτερον παρασχὼν, οὐδέτερον εἶπε βεβαίως καταλαμβάνεσθαι. Ἦν γοῦν λῃστὴς καὶ γόης σοφώτερος. Παραλαβὼν γὰρ ἀληθεῖ μὲν ὅμοιον ψεῦδος, καταληπτικῇ δὲ φαντασίᾳ καταληπτὸν ὅμοιον, καὶ ἀγαγὼν εἰς τὰς ἴσας, οὐκ εἴασεν οὔτε τὸ ἀληθὲς εἶναι, οὔτε τὸ ψεῦδος, ἢ οὐ μᾶλλον τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου, ἢ μᾶλλον ἀπὸ τοῦ πιθανοῦ. Ἦν οὖν ὀνείρατα ἀντὶ ὀνειράτων, διὰ τὸ ὁμοίας φαντασίας ἀληθέσιν εἶναι τὰς ψευδεῖς, ὡς ἀπὸ ὠοῦ τηρίνου πρὸς τὸ ἀληθινὸν ὠόν. Συνέβαινεν οὖν τὰ τακά, καὶ πλείω. Καὶ μέντοι λέγων ὁ Καρνεάδης ψυχαγώγει καὶ ἠνδραποδίζετο. Ἦν δὲ κλέπτων μὲν ἰφανὴς, φαινόμενος δὲ λῃστὴς, αἱρῶν καὶ δόλῳ καὶ βίᾳ τοὺς καὶ πάνυ σφόδρα παρεσκευασμένους. Πᾶσα τοῦν Καρνεάδου διάνοια ἐνίκα, καὶ οὐδεμία ἠτισοῦν ἄλλως· ἐπεὶ καὶ οἷς προσεπολέμει, ἦσαν εἰπεῖν δυνατώτεροι. Ἀντίπατρος γοῦν ὁ κατ' αὐτὸν γενόμενος, ἔμελλε μὲν ἀγωνιᾶν τι γράφειν· πρὸς δ' οὖν τοὺς ἀπὸ Καρνεάδου καθ' ἡμέραν ἀποφερομένους λόγους οὔποτε

CAPUT VIII.

De Carneade, qui tertiam Academiam instituit. Ex eodem.

« Carneades, inquit, docendi postea munere partibusque susceptis, eum aspernatus, cujus omnia, seu quæ adhuc integra immotaque consisterent, seu quæ ab aliis sollicitata jam essent, retinere debuerat; cunctisque ad Arcesilam, seu meliora, seu deteriora essent, relatis, pugnam ipse longo demum intervallo revocavit. » Inde nonnihil progressus : « Idem igitur, inquit, afferebat, idem auferebat, pugnamque suam contrariis sententiis, et versutis quibusdam ac subtilibus argutiis cum multiplici varietate miscebat, affirmando simul ac negando, et oppositis utrinque rationibus disputando. Quod si B alto quodam et exaggerato dicendi genere opus esset, tum eninvero vehementi ac rapido cursu ferebatur, ut amnis quidam incitatus et rapax, qui omnia passim inundet et obruat : sic in auditorem incumbebat, eumque secum magno cum fragore strepituque rapiebat. Quippe, cum in fraudem alios et errorem impelleret, tum fallebatur ipse nunquam; id quod locum in Arcesila non habebat. Is enim dum cæteros suis secum maleficiis ac præstigiis, Corybantum more insanientes circumferret, non sentiebat quam sese primum ipse deciperet, dum sibi quoque vera esse quæ diceret, omnia simul ac semel abolendo, persuadebat. Verum Carneadem Arcesilæ, sic tanquam malum malo impositum jure dixeris, qui ne tantillum quidem unquam remitteret, nisi quo effecturum se videbat, ut auditores postea quo se verterent non haberent : id quod eo visorum, ut appellabat, genere consequebatur, quæ probabili ratione certum ac singulare quiddam, animal esse, vel confirmandi, vel negandi vim haberent. Ergo postquam aliquid ejusmodi utcunque dederat, quemadmodum feræ aliquantum cedentes, in spicula tanto postmodum vehementius irruunt : sic ille ubi nonnihil indulserat, eo deinde potentius ingruebat. Idem ubi firmior jam erat solidiorque disputatio, tum illud ipsum, quod sibi ante visum esset, cujusque mentionem jam fecisset, ultro negligebat. **738** Nam qui verum ac falsum in rebus inesse concederet, perinde D ac si ad propriam sese quæstionis rationem accommodaret, quam ipsemet periti luctatoris more assam dederat, ea postmodum ipsa vincebat. Dum enim utrumque pro verisimilitudinis utrinque nutantis ratione concedebat, neutrum simul firmiter comprehendi posse dicebat. Fur ergo præstigiatorque fuit Arcesila solertior. Ita enimvero falsum aliquod, quodque percipiebatur phantasiæ percipienti simile adjungebat, ut paria geminaque ambo

(44) *Οὗ χρεών.* Οὗ. Cujus tandem? Platonis, opinor. In hoc quippe multus ante Numenius fuerat.

(45) *Ἀπέφερεν.* Quid si ἔφερεν? Est enim, ut pueris notum, ἄγειν καὶ φέρειν, sursum deorsumque ferre.

(46) Forte εἰ δέ.

(47) *Σφοδρῶς ῥέων.* Hæc glossemati simillima, cum præcedat ῥοώδης.

(48) Forte δέ.

(49) *Καὶ ἐμέμνητο.* Legendum καὶ οὐκ ἐμέμν., vel, quod quidem malim, οὗ προδέδοκτο, καὶ ἐμέμνητο, ἐκὼν ἠμέλει.

Digitized by Google

cum ostenderet, simul nec vero locum ullum, nec falso relinqueret, aut neutrum altero potius verum esse falsumve pateretur, aut si alterutrum potius, id tamen non nisi probabilitate tenus ejusmodi videretur. Somniis ergo somnia succedebant, dum veris etiam visis falsa similia putabantur, quomodo si ovi cerei visum cum vero ovo componatur. Incommoda hæc igitur aliaque plura contingebant. At enimvero Carneades interea, dicendi facultate auditorem permulcebat idem, idemque captivum trahebat : et fur occulte, manifeste prædo, vel fraude vel aperta vi paratissimum etiam quemque capiebat. Omnis quippe Carneadis vincebat opinio, alia cujuslibet nulla prorsus, cum adversarios omnes longe dicendo inferiores haberet. Antipater certe, illius æqualis, scripto duntaxat aliquid meditabatur, atque id admodum timide. Nam ad eas disputationes, quas a Carneade haberi quotidie audiebat, nunquam in lucem ac publicum prodiit, non in schola, non in deambulatione vel hilum a quoquam, ut aiunt, mussare unquam auditus est. Scripta solum quædam eminus intentabat, et angulos latebrasque captans, libros tantum posteris relinquebat, verum ejusmodi, qui ne nunc quidem, tum vero multo minus Carneadem illum, qui tantus ac tam admirabilis ejus ævi hominibus videbatur, sustinere possent. Et tamen ille ipse, qui Stoicos vellicandi studio palam cuncta miscebat, clam sodales inter suos eadem omnia fatebatur, vereque ac certo pronuntiabat, quæ alius quivis e populo. » Quibus deinde addit : « Mentorem Carneades primum habuit discipulum, non tamen successorem. Quod enim illum adhuc vivens cum pellice sua reperta, non jam viso tantum probabili, aut quasi minus hominem comprehenderet, at suis maxime erroris oculis, eumque vere comprehendens, ejus deinceps operam et consuetudinem repudiavit. Qui a doctore propterea deficiens, mutuis cum illo argutiis technisque pugnare, quæque ille incomprehensa defendebat, oppugnare cœpit. » **739** Itemque post alia : « Carneades autem, qui contraria vicissim omnia philosopharetur, triumphabat in mendaciis, quibus verum abolebat. Quanquam iis tanquam opportunis quibusdam velis utebatur, cum intro latitans vera callidius ac versutius loqueretur. Ita hoc ipsum philosopho accidebat, quod in leguminibus evenire solet, ex quibus quæ inania sunt et vacua, exsistunt ac summæ aquæ innatant, cum optima quæque lateant, et altiore fundo clausa teneantur. » Hæc de Carneade prodita legimus. Is Clitomachum artis doctrinæque successorem habuit; Philonem Clitomachus, de quo idem Numenius hæc breviter.

A ἐδημοσίευσεν, οὐκ ἐν ταῖς διατριβαῖς, οὐκ ἐν τοῖς περιπάτοις, οὐδὲ εἶπεν, οὐδὲ ἐφθέγξατο, οὐδ' ἤσαν τις αὐτοῦ, φασὶν, οὐδὲ γρῦ· ἀντιγραφὰς δὲ ἐπετείνετο, καὶ γωνίαν λαβὼν, βιβλία κατέλιπε γράφων τοῖς ὕστερον, οὔτε νῦν δυνάμενα, καὶ τότε ἀδυνατώτερα πρὸς οὕτως ἄνδρα ὑπέρμεγαν φανέντα, καὶ καταδόξαντα εἶναι τοῖς τότε ἀνθρώποις τὸν Καρνεάδην. Ὅμως δὲ, καίτοι καὶτὸς ὑπὸ Στωϊκῆς φιλονεικίας εἰς τὸ φανερὸν κυκῶν, πρός γε τοὺς ἑαυτοῦ ἑταίρους ἐν ἀπορρήτοις ὡμολόγει τε καὶ ἠλήθευε, καὶ ἐπαρρησιάζετο, ἃ κἂν ἄλλος τῶν ἐπιτυχόντων. » Εἶτα ἐξῆς φησι· « Καρνεάδου δὲ γίνεται γνώριμος Μέντωρ μὲν ὁ πρῶτος, οὐ μὴν διάδοχος. Ἀλλ' ἔτι ζῶν Καρνεάδης ἐπὶ παλλακῇ μοιχὸν εὑρὼν, οὐχ ὑπὸ πιθανῆς φαντασίας, οὐδ' ὡς μὴ κατειληφὼς, ὡς δὲ μάλιστα πιστεύων τῇ ὄψει, καὶ καταλαβὼν, παρητήσατο τῆς διατριβῆς. Ὁ δὲ ἀποστὰς ἀντεσοφίστευε, καὶ ἀντέτεχνος ἦν, ἐλέγχων αὐτοῦ τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἀκαταληψίαν. » Καὶ πάλιν ἐπιφέρει λέγων· « Ὁ δὲ Καρνεάδης, οἷον ἀνεστραμμένα φιλοσοφῶν, τοῖς ψεύμασιν ἐκαλλωπίζετο, καὶ ὑπ' αὐτοῖς τὰ ἀληθῆ ἠφάνιζε. Παραπετάσματι οὖν ἐχρῆτο τοῖς ψεύμασι, καὶ ἠλήθευεν ἔνδον λανθάνων καπηλικώτερον. Ἔπασχεν οὖν πάθημα ὀστράκων, ὧν τὰ μὲν κενὰ ἐπιπολάζει τε τῷ ὕδατι, καὶ ὑπέρχει, τὰ χρηστὰ δὲ αὐτῶν ἐστι κάτω καὶ ἐν ἀφανεῖ. » Ταῦτα καὶ περὶ Καρνεάδου λέγεται. Διάδοχος δ' αὐτοῦ τῆς διατριβῆς καθίσταται Κλειτόμαχος μεθ' ὃν Φίλων, οὗ περὶ ὁ Νουμήνιος μνημονεύει ταῦτα.

B

CAPUT IX.

De Philone, Clitomachi ejus successore, qui Carneadem exceperat. Ex eodem.

« Philo iste, inquit, principio quidem cum ab accepta scholæ præfectura recens adhuc esset, lætitia vehementiore perculsus, ac referendæ gratiæ percupidus, Clitomachi decreta colere, illustrare magis atque magis, Stoicos autem *radiante lacessere ferro*. At progressu temporis, cum usu quotidiano Academicorum illa retentio paulatim evanesceret, nihil jam suo pristino more sentiebat, sed ipsum in contrariam omnino partem convertebat ipsa casuum et malorum evidentia atque confessio. Ita cum pleraque certo jam planeque perciperet, exsistere tantum videlicet a quibus convinceretur, summopere cupiebat, ne terga ultro vertisse fugisseque videretur. Hujus porro

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Περὶ Φίλωνος τοῦ διαδεξαμένου Κλειτόμαχον, τὸν διαδεξάμενον Καρνεάδην. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.

« Ὁ δὲ Φίλων ἆρα οὗτος, ἄρτι μὲν ἐκδεξάμενος τὴν διατριβὴν, ὑπὸ χαρμονῆς ἐξεπέπληκτο, καὶ χάριν ἀποδιδοὺς ἐθεράπευε, καὶ τὰ δεδογμένα τῷ Κλειτομάχῳ ἠὔξε, καὶ τοῖς Στωϊκοῖς *ἐκορύσσετο κάρτα χαλκῷ*. Ὡς δὲ προϊόντος μὲν τοῦ χρόνου, ἐξιτήλου δ' ὑπὸ συνηθείας οὔσης αὐτῶν τῆς ἐπαχθῆς, οὐδὲν μὴ κατὰ τὰ αὐτὰ ἑαυτῷ ἐνόει, ἡ δὲ τῶν παθημάτων ἔτον ἀνέστρεφεν ἐνάργειά τε καὶ ὁμολογία. Πολλῷ δῆτ' ἔχων ἤδη τὴν διαίσθησιν, ὑπερεσπεύδετο, ὡς οἶσθ' ὅτι, τῶν ἐλεγξόντων τυχεῖν, ἵνα μὴ δόξειε μετὰ νῶτα βαλὼν αὐτὸς ἐκὼν φεύγειν. Φίλωνος δὲ γίνεται ἀκουστὴς Ἀντίοχος, ἑτέρας ἄρξας Ἀκαδημίας: Μνησάρχῳ γοῦν τῷ Στωϊκῷ σχολάσας; ἐναντιοῦται Φίλωνι τῷ καθηγητῇ ἐφρόνησε, μυρία τε ξένα προσῆψε

Digitized by Google

Ἀκαδημίᾳ. » Ταῦτα καὶ παραπλήσια τούτοις μυ- A Philonis auditor fuit Antiochus, novæ postea fun-
τῆς Πλάτωνος περὶ διαδοχῆς μνημονεύεται. Ὥρα dator Academiæ : qui Mnesarcho Stoico operam
οὖν, ἄνωθεν τὸν λόγον ἀναλαβόντας, τῶν Φυσικῶν cum dedisset, et a magistro Philone dissensit,
σοφῶν τὰς ψευδοδοξίας ὁμοῦ καὶ ἀντιδοξίας ἐπι- et aliena peregrinaque sexcenta Academiæ at-
ψασθαι· οἳ τὴν πολλὴν γῆν πλανηθέντες, καὶ τὴν texuit. » Hæc aliaque id genus infinita de Pla-
ἀληθοῦς εὑρεσιν περὶ πλείστου πεποιημένοι, tonis successione traduntur. Nunc igitur altius ora-
ς τε τῶν παλαιῶν ἁπάντων δόξαις καθωμιληκότες, tione repetita, physicorum istorum partim falsas,
τακριβὲς τῆς παρὰ πᾶσι Φοίνιξί τε καὶ Αἰγυπτίοις, partim contrarias pugnantesque sententias diligen-
τοῖς τε Ἕλλησι πολὺ πρότερον θεολογίας ἐξηκρι- tius excutere juverit : cumque tantum ipsi terrarum
κότες, τίνα τῶν πόνων τὸν καρπὸν εὕροντο, παρ' obierint, tanto arserint investigandi veri studio,
ῶν ἄξιον ἀκοῦσαι, ὡς ἂν μάθοιμεν εἴ τι θεοπρε- tanta in expendendis veterum omnium opinionibus
; εἰς αὐτοὺς παρὰ τῶν πρεσβυτέρων κατῆλθεν. assiduitate versati sint, denique tanto ante recon-
ρατεῖ μὲν γὰρ πρότερον ἐκ παλαιοῦ αἰῶνος παρὰ dita quæque omnium vel Phœnicum, vel Ægyptio-
ς ἔθνεσιν ἡ πολύθεος δεισιδαιμονία, νεώ τε καὶ rum, 740 vel Græcorum ipsorum theologiæ my-
στήρια ἱερὰ τῶν θεῶν κατὰ πόλεις καὶ χώρας συν- steria tam accurate perviderint; verum utique fue-
ως παρὰ πᾶσιν ἐφυλάττοντο. Οὐ δὴ οὖν οὐδὲ φι- B rit, quem tandem laborum suorum fructum conse-
σοφίας ἀνθρωπίνης ἦν χρεία, εἰ δὴ τὰ τῆς θεοσοφίας cuti sint, ex illis ipsis audire, ut intelligamus, ecquid
ὠφελήσει· οὐδ' ἦν τις ἀνάγκη καινοτομεῖν τοὺς σο- divina illa natura dignum ab antiquioribus acce-
ς, εἰ δὴ τὰ τῶν προγόνων αὐτοῖς εὖ ἔχοντα ἦν· perint. Enimvero ab ultima jam usque memoria, su-
ι' οὐδὲ στασιάζειν καὶ διαφέρεσθαι τοὺς γενναίους perstitiosus ille apud gentes plurium deorum cultus
σοφους, εἰ δὴ σύμφωνος καὶ ἀληθὴς ἡ πάτριος vigebat, templaque passim et sacra numinum my-
τοῖς περὶ θεῶν δόξα τυγχάνειν δεδοκίμαστο. Τί δὲ steria, tam in urbibus, quam in regionibus omni-
ι πολεμεῖν ἀλλήλοις, καὶ μάχεσθαι, ἢ τὴν μακρὰν bus longo jam usu celebrabantur. Itaque humana
ν ἄνω καὶ κάτω περιτρέχειν, πλανᾶσθαί τε καὶ tum philosophia opus nil dum erat, ubi divina sa-
βαρβάρων ὑποσυλᾶν, οἴκοι δέον μένοντας παρὰ pientia locum occuparat : nec sapientes illos novi
ὧν ἐκμανθάνειν, εἰ δή τινες ἦσαν θεοί, ἢ παρὰ τῶν quidquam moliri necesse fuit, si majorum institutis
λόγων ἀνδρῶν, τοὺς ἀληθεῖς καὶ ἀδιαπτώτους περὶ sua apud se integritas honestasque constaret : imo
ν ἐπιζητουμένων ἐν φιλοσοφίᾳ λόγους, περὶ ὧν nec præclaris philosophis tot factiones ac dissensio-
ρία δσα μοχθήσαντες διηνέχθησαν, μακρῷ τῆς nes excitandæ, si patria de diis opinio et secum
ληθοῦς εὑρέσεως ἀφυστερήσαντες; Τί δὲ καὶ περὶ ipsa consentiens, et vera judicaretur. Nam quid eos
ὧν νεώτερα χρῆν ἐπιζητεῖν τολμᾷν, ἢ στασιάζειν C attinebat, aut sic inter se confligere, aut tam longa
ι διαπυκτεύειν ἀλλήλοις, εἰ δὴ ἀσφαλὴς καὶ βεβαία sursum ac deorsum itinera conficere, vagarique
ὧν εὕρεσις, καὶ γνῶσις εὐσεβείας ἀληθὴς ἐν τελε- passim, et suas barbaris opes suffurari, cum domi
ῖς καὶ μυστηρίοις, τῇ τε ἄλλῃ τῶν παλαιτάτων potius quiescentes, vel abs diis, si qui forte dii es-
ριείχετο θεολογίᾳ, αὐτὴν ἐκείνην παρὸν ἀκίνητον sent, vel a theologis veras eorum, quæ in philoso-
ι ὁμολογουμένην συμφώνως περιέπειν; Ἀλλὰ γὰρ, phia disquiruntur, rationes haurire debuissent, de
ρανεῖν οὗτοι μηδὲν ἀληθὲς περὶ Θεοῦ παρὰ τῶν quibus ipsi post infinitos labores ab aliis dissidendo,
οτέρων μεμαθηκότες, οἰκείαις δ' ἐπινοίαις τῇ περὶ ab ipsa veritatis investigatione procul aberrarunt?
σεως ἐπιβεβληκότες ἐξετάσει, καὶ στοχασμοῖς μᾶλ- Quid porro necesse erat, nova de diis quædam com-
ν ἢ καταλήψει κεχρημένοι· τί χρὴ λοιπὸν μὴ οὐχὶ minisci, aut inter sese pugilum more conflictari, si
νομολογεῖν τὴν παλαιὰν τῶν ἐθνῶν θεολογίαν μηδὲν modo secura firmaque de diis existimatio, vera-
έον τῆς ἀποδοθείσης ἐν τοῖς πρὸ τούτου συγγράμ- que religionis cognitio, priscorum hominum sacris
σιν ἱστορίας ἐπέχειν; Ὅτι μὲν οὖν ἐξ ἀνθρωπίνων illis ritibus atque mysteriis, cæterisque theologiæ
σχασμῶν, καὶ πολλῆς λογομαχίας, καὶ πλάνης, suæ rationibus continebatur : cum illa ipsa nulla
λ' οὐκ ἔκ τινος ἀκριβοῦς καταλήψεως, ἡ παρὰ τοῖς D sui mutata parte, communi posterorum consensu ac
λλησιν ὑπέστη φιλοσοφία, ἐκ τῆς πρὸς Νεκτεναβὼ professione retineri posset? Sin autem id constat,
ν Αἰγύπτιον ἐπιστολῆς τοῦ Πορφυρίου μάθοις ἄν, recentiores istos veri de Deo nihil ab antiquioribus
τὸ δὴ τοῦτο ἀκούσας ὁμολογοῦντος ἐν τού- illis didicisse, ac suopte quemque ingenio sic in na-
ις. turæ investigationem incubuisse, ut conjecturis po-

is quam ulla comprehensione niterentur : quis non ingenue confitendum esse videat, nihil omnino æter ea, quæ superioribus libris indicavimus, gentium theologia contineri? Ac postremum quidem illud, quam ex accurata nulla comprehensione, sed quibusdam tantum ex conjecturis, magnoque verorum conflictu multis cum erroribus conjuncto Græcorum philosophia exstiterit, facile vel ex quum Porphyrii ad Nectenabonem Ægyptium epistola intelligas, in qua id ipsum totidem verbis audies fatentem.

Digitized by Google

741 CAPUT X.

Multas apud Græcos philosophos conjecturas esse, verborum pugnas, erroresque permultos; ex Porphyrii ad Nectenabonem Ægyptium epistola, non ex iis, quæ De animo *ad Boethum rescripsit, eoque ex libro quem* De hausta ex oraculorum responsis philosophia *edidit.*

« Hoc in meæ, inquit, erga te benevolentiæ officio, a diis ipsis bonisque dæmonibus, atque his affinibus quibusdam cognatisque philosophiæ partibus incipiam, de quibus a Græcis quoque philosophis permulta dicta sunt; verum ejusmodi, quæ partem sane maximam, fidei faciendæ principia non aliunde, quam ex sola conjectura ducerent. » Tum interjectis aliis ita progreditur : « Apud nos, inquit, verborum conflictus ingens, quippe qui humana tantum existimatione de bono statuamus. Cæterum qui ad assequendam illam cum superiori natura conjunctionem incumbunt, ii profecto hanc si partem investigationis prætermiserint, frustra tantum in sapientiæ studio laboris operæque consumunt. » Idem in iis, quæ *De animo* ad Boethum rescripsit, id ipsum conceptis fatetur verbis; dum ait, « Immortalem esse animum, illa intelligendi et commentandi vis absque ulla dubitatione convincit. Verumtamen quidquid rationum a philosophis hoc ad demonstrandum affertur, id totum propter eam, quam in omnibus repugnandi solertiam arguti et contentiosi homines repererunt, perfacile ad refellendum videtur. » Quid enim tota in philosophia sit, quod ab aliter sentientibus impugnari nequeat, cum in iis etiam, quæ perspicua ex sese videbantur, assensionem omnem retinere horum nonnulli maluerint? Postremo, in eo quoque libro, quem *De hausta ex oraculorum responsis philosophia* conscripsit, aberrasse Græcos diserte omnino confitetur, suum etiam Deum hanc in rem testatus, qui suis hoc ipsum oraculis responderit, barbarisque potius quam Græcis hominibus, veritatis inventæ laudem testimonio suo defenderit, eoque ferendo barbaros ipsos nominatim appellarit. Statim enim post oraculi expositionem ita concludit : « Audivisti quantum laboris exhaustum sit, ut corporis tantum causa piaculare quis sacrificium faceret, 742 non quod animi salutem invenisset? Quippe, vincta enim ære, ardua et salebrosa via est, qua ad deos itur, cujus barbari quidem complures semitas repererunt, Græci vero ab ea penitus aberrarunt. Quam si qui forte jam tenebant, eamdem ipsimet corruperunt. At ejus inventæ laudem Ægyptiis, Phœnicibus et Chaldæis (hos enim Assyrios vocat), Lydiis etiam et Hebræis suopte Deus testimonio vindicavit. » Hæc Græcus iste philosophus, vel ipse potius quem colebat Deus. Quis ergo deinceps nobis jure succenseat, quod aberrantes Græcos reliquerimus, ut Hebræos, a quibus comprehensam esse veritatem ipso deorum testimonio constiterit, sequeremur? Nam quid tandem a philosophis doctum iri nos exspectemus? aut quam ab iis deinde opem utilitatemque speremus, si quæ

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Ὅτι στοχασμοὶ, καὶ λογομαχίαι, καὶ πολλὴ πλάνη τυγχάνει παρὰ τοῖς Ἑλλήνων φιλοσόφοις. Ἀπὸ τῆς πρὸς Νεκτεναβὼ τὸν Αἰγύπτιον ἐπιστολῆς Πορφυρίου, καὶ ἀφ' ὧν ἀντέγραψε Βοηθῷ Περὶ ψυχῆς, καὶ ἀπὸ τῆς Περὶ τῆς ἐξ λογίων φιλοσοφίας.

« Ἀρξομαι δὲ τῆς πρὸς σὲ φιλίας ἀπὸ θεῶν καὶ δαιμόνων ἀγαθῶν, τῶν τε τούτοις συγγενῶν φιλοσοφημάτων, περὶ ὧν εἴρηται μὲν πλεῖστα, καὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησι φιλοσόφοις, εἴρηται δὲ ἐκ στοχασμοῦ τὸ πλέον τὰς ἀρχὰς ἔχον τῆς πίστεως. » Καὶ ὑποδὺς ἑξῆς ἐπιφέρει, λέγων· « Παρὰ μὲν γὰρ ἡμῖν λογομαχία τίς ἐστι πολλὴ, ἅτε ἐξ ἀνθρωπίνων λογισμῶν τοῦ ἀγαθοῦ εἰκαζομένου. Οἷς δὲ μεμηχάνηται ἡ πρὸς τὸ κρεῖττον συνουσία, εἰ παρεῖται τὸ μέρος τοῦτο εἰς ἐξέτασιν, μάτην αὐτοῖς ἡ σοφία ἐξήσκηται. » Ἀλλὰ καὶ ἐν οἷς ἀντέγραψε Βοηθῷ *Περὶ ψυχῆς*, ὁ αὐτὸς ὧδε γράφων ὁμολογεῖ πρὸς λέξιν· « Ὡς τὰ μὲν τῶν ἐννοιῶν, καὶ τὰ τῆς ἱστορίας ἀναμφιλέκτως συνίστησι τὴν ψυχὴν εἶναι ἀθάνατον· οἱ δὲ εἰς ἀπόδειξιν παρὰ τῶν φιλοσόφων κομισθέντες λόγοι δοκοῦσιν εἶναι εὐανάτρεπτοι διὰ τὴν ἐν πᾶσιν εὑρεσιλογίαν τῶν ἐριστικῶν. Τίς γὰρ λόγος τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ οὐκ ἀμφισβητήσιμος τοῖς ἑτεροδόξοις, ὅπου καὶ περὶ τῶν δοκούντων ἐναργῶν ἐπέχειν αὐτῶν τισιν ἔδοξε; » Καὶ ἐν οἷς δὲ ἐπέγραψε *Περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας*, διαῤῥήδην ὁμολογεῖ τοὺς Ἕλληνας πεπλανῆσθαι, ἐπιμαρτυρόμενος τὸν ἑαυτοῦ Θεὸν, ὡς τοῦτο καὶ τοῦ Ἀπόλλωνος διὰ χρησμῶν ἐξειπόντος, καὶ βαρβάροις μᾶλλον ἢ Ἕλλησι τὴν εὕρεσιν τῆς ἀληθείας ἐπιμαρτυρήσαντος, καὶ δὴ καὶ Ἑβραίων μνημονεύσαντος ἐν τοῖς μαρτυρηθεῖσι. Μετὰ γοῦν τὴν τοῦ χρησμοῦ παράθεσιν, ἑξῆς τούτοις κέχρηται τοῖς ἐπιλόγοις. « Ἀκήκοας πόσος πόνος, ἵν' ὑπὲρ σώματός τις τὰ καθάρσια θύσῃ, οὐχ ὅτι τῆς ψυχῆς τὴν σωτηρίαν ἐξεύρῃ; Χαλκόδετος γὰρ ἡ πρὸς θεοὺς ὁδὸς, αἰπεινή τε καὶ τραχεῖα, ἧς πολλὰς ἀτραπιὰς βάρβαροι μὲν ἐξεῦρον, Ἕλληνες δὲ ἐπλανήθησαν· οἱ δὲ κρατοῦντες ἤδη καὶ διέφθειραν. Τὴν δὲ εὕρεσιν Αἰγυπτίοις ὁ Θεὸς ἐμαρτύρησε, Φοίνιξί τε καὶ Χαλδαίοις (Ἀσσύριοι γὰρ οὗτοι)· Λυδοῖς τε καὶ Ἑβραίοις. » Ταῦτα ὁ φιλόσοφος, μᾶλλον δὲ ὁ αὐτοῦ Θεός. Ἆρ' οὖν ἄξιον μετὰ ταῦθ' ἡμῖν ἐπιμέμψασθαι, ὅτι δὴ τοὺς πεπλανημένους Ἕλληνας καταλείψαντες, τὰ Ἑβραίων εἱλόμεθα, τῶν ἐπ' ἀληθείας καταληψάμενα μαρτυρημένων; Τί δὲ χρὴ παρὰ φιλοσόφων μαθήσεσθαι προσδοκᾶν; ἢ ποία ἐλπὶς τῆς ἐξ αὐτῶν ὠφελείας, εἰ δὴ τὰ λεγόμενα παρ' αὐτοῖς ἐκ στοχασμῶν καὶ εἰκασμῶν τὸ πλέον τὰς ἀρχὰς ἔχοντα τῆς πίστεως τυγχάνει; Λογομαχίας δὲ τίς ὁ καιρὸς, εἰ δὴ πάντες οἱ τῶν φιλοσόφων λόγοι εὐανάτρεπτα καθεστήκασι, διὰ τὴν ἐν πᾶσιν εὑρεσιλογίαν; Ταῦτα γὰρ οὐ παρ' ἡμῶν ἀρτίως, ἀλλὰ παρ' αὐτῶν εἰρημένα ἠκούετο. Διόπερ εὖ μοι δοκοῦμεν καὶ μετὰ κρίσεως ἐξητασμένης, οὐχὶ δ' ἁλόγως, ὡς ἂν τούτων, καταπεφρονηκέναι. Τὰ δὲ παρ' Ἑβραίοις ἠγαπηκέναι, οὐχ ὅτι πρὸς τοῦ δαίμονος μεμαρτύρηται, ἀλλ' ὅτι τῆς ἐνθέου ἀοιδῆς τε καὶ δυνάμεως

Digitized by Google

μένοις δοκεῖ ἀποδείκνυται. Ἵνα δ' οὖν καὶ αὐτοῖς ἔρωμεν τὰς τῶν θαυμαστῶν φιλοσόφων λογομαχίας μάτην, τάς τε περὶ ἀρχῶν, καὶ περὶ θεῶν, καὶ τῆς τοῦ παντὸς συστάσεως διαφωνίας, μικρὸν μὲν ὕστερον ἐπιδείξομαί σοι τὰς αὐτῶν φωνάς. Πρῶτον δ' ἐπειδὴ περιφέρουσιν ἄνω καὶ κάτω θρυλλοῦντες τὰ μαθήματα, δεῖν ἐξ ἁπάντων φάσκοντες τοὺς μέλλοντας ἐν πείρᾳ τῆς τοῦ ἀληθοῦς καταλήψεως γίγνεσθαι, μεμαθεῖν ἀστρονομίαν, ἀριθμητικὴν, γεωμετρίαν, μουσικὴν, αὐτὰ δὴ τὰ παρὰ βαρβάρων εἰς αὐτοὺς ἥκειν ἀποδεδειγμένα (τούτων γὰρ ἄνευ μὴ δύνασθαι λόγιον ἄνδρα καὶ φιλόσοφον ἀποτελεσθῆναι, ἀλλ' οὐδὲ τῆς τῶν ὄντων ἀληθείας ψαῦσαι, μὴ τούτων ἐν ψυχῇ τῆς γνώσεως προτυπωθείσης)· εἶτ' ἐπανατεινάμενοι τῇ παθήσει τῶν εἰρημένων, ἐπ' αὐτοῦ μονονουχὶ τοῦ πράγματος βαίνειν μετέωροι ἀρθέντες οἴονται, ὡς δὴ τὸν θεὸν αὐτὸν ἐν τοῖς ἀριθμοῖς περιφέροντες· ἡμᾶς τε, ὅτι μὴ τὰ ὅμοια ζηλοῦμεν, βοσκημάτων κατ' οὐδὲν διαφέρειν ἡγοῦνται· ταύτῃ δέ φασι μηδὲ Θεὸν, μηδέ τι τῶν σεμνῶν ἡμᾶς δύνασθαι εἰδέναι φέρε, τοῦτο πρῶτον οὐκ ὀρθῶς ἔχον ἀπευθύνωμεν, τὸν ἀληθῆ λόγον ἀντὶ ῥητοῦ αὐτοῖς παραβάλλοντες. Ὁ δὲ, μυρίους μὲν Ἕλληνας, μυρία δὲ καὶ βαρβάρων γένη, τοὺς μὲν σὺν τοῖς εἰρημένοις μαθήμασιν οὔτε Θεὸν, οὔτε σώφρονα βίον, οὔθ' ὅλως τι τῶν βελτίστων καὶ συμφερόντων προγνόντας ἀποδείξει· τοὺς δὲ τῶν μαθημάτων ἐκτὸς πάντων εὐσεβεστάτους καὶ φιλοσοφωτάτους γεγονέναι. Ὁ γοῦν παρὰ πᾶσιν αὐτοῖς ᾀδόμενος Σωκράτης, ὅπως ποτὲ ἐδόξαζε περὶ τῶνδε, μάθοις ἂν Ξενοφῶντι πιστεύσας, ἐν Ἀπομνημονεύμασιν ᾗδέ πη ἱστοροῦντι.

A ab iis dicuntur, partem ea maximam fidei faciendæ principia non aliunde, quam ex conjecturarum quadam probabilitate ducant? Fructus porro verbosæ contentionis quinam ostenditur, si quidquid a philosophis rationum affertur, id totum propter argutam quamdam in omnibus repugnandi solertiam, perfacile sit ad refellendum? Hæc enim paulo ante non a nobis, sed ab illis ipsis dici audiebantur. Quæ quidem ejusmodi cum sint, ea profecto non temere, sed maturo admodum prudentique judicio, neglexisse, Hebræis autem hæsisse merito videamur: non quod abs dæmone testimonium habuerint, sed quod in iis divina plane vis ac potestas eluceat. Atque ut verbosas illas egregiorum philosophorum pugnas, deque principiis, de diis, et universi con-
B stitutione dissensiones reapse perspicias, eorum tibi paulo post ipsissima verba subjiciam. Primum tamen, quoniam mathematica illa sua tantopere jactare solent, prorsusque necessarium esse dictitant, ut quisquis comprehendendi veri studio teneatur, astronomiam, arithmeticam, geometriam, musicam, illa nimirum ipsa, quæ ad eos a barbaris profecta esse jam ostendimus, persequatur (his enim qui carebit, doctum perfectumque philosophum esse neminem, imo rerum veritatem ne primoribus quidem labris degustare posse, nisi qui harum ante rerum animo cognitionem impresserit): deinde hanc suarum artium peritiam magnificentius ostentantes, æthere sese medio sublimes propemodum
C incedere, numerisque suis ipsum quoque Deum circumferre arbitrantur: nos vero qui similium disciplinarum amore non flagremus, nihil a pecudibus abesse existimant, Deique propterea nunquam, nunquam rei paulo gravioris scitiam percepturos esse pronuntiant: **743** age, hoc ipsum quam pravum sit atque distortum, vera luminis loco ratione proposita, sic tanquam ad libellam ac regulam exigamus. Erit ea quidem ejusmodi, quæ Græcos innumerabiles, infinitosque barbaros complexa; alios tametsi ab his artibus doctrinisque paratos, nec Deum unquam, nec honestæ vitæ rationes, nec omnino præclarum et utile quidquam percepisse; alios, ut ab omnium disciplinarum præsidio destituti essent, religiosissimos tamen ac sapientissimos exstitisse demonstret. Enimvero, quænam hoc in genere Socratis illius, qui ab istis omnibus tantopere celebratur, sententia fuerit, e Xenophonte intelliges, si modo ei suis in *Memorabilibus* hæc scribenti fidem adhibebis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Περὶ γεωμετρίας, καὶ ἀστρονομίας, καὶ λογισμῶν. Ἀπὸ τῶν Ἀπομνημονευμάτων Ξενοφῶντος.

« Ἐδίδασκε δὲ (50), καὶ μέχρις ὅτου δέοι ἔμπειρον εἶναι ἑκάστου πράγματος τὸν ὀρθῶς πεπαιδευμένον. Αὐτίκα γεωμετρίαν μέχρι μὲν τούτου ἔφη δεῖν μανθάνειν, ἕως ἱκανός τις γένοιτο, εἴ ποτε δέήσειε, γῆν μέτρῳ ὀρθῶς ἢ παραλαβεῖν, ἢ παραδοῦναι, ἢ διανεῖμαι, ἢ ἔργον ἀποδεῖξαι. Οὕτω δὲ τοῦτο ῥᾴδιον μαθεῖν εἶναι, ὥστε τὸν προσέχοντα τὸν νοῦν τῇ μετρήσει, ἅμα τήν τε γῆν ὁπόση ἐστὶν εἰδέναι, καὶ ὡς μετρεῖται ἐπιστάμενον ἀπιέναι. Τὸ δὲ μέχρι τῶν δυσξυνέτων

CAPUT XI.

De geometria, astronomia et computo, e Xenophontis Memorabilibus.

D « Docebat, inquit ille, præterea, quatenus cujusque rei peritum esse hominem bene institutum oporteret. Principio geometriæ dandam eatenus operam esse dicebat, ut si quando res posceret, dimensam rite terram vel accipere ab alio, vel alii tradere, vel eam dividere, vel opus aliquod designare posset. Id porro tam esse ad discendum facile, ut qui dimensionem attendere voluerit, idem simul et quanta sit terræ magnitudo assequi possit;

(50) Ἐδίδασκε δέ. Xenophon *Memorabil.* lib. IV, pag. 814 B. Quatenus earum doctrinarum studiis eruditos esse oporteat reipub. principes, pluribus a Platone lib. *De repub.* disputatur. Λογιστικῆς summam cognitionem esse jubet geometriæ secundo loco dari operam, quatenus πρὸς τὰς στρατοπεδεύσεις, καὶ καταλήψεις χωρίων, καὶ συναγωγὰς, καὶ ἐκτάσεις στρατιᾶς, καὶ ὅσα δὴ ἄλλα σχημα-τίζουσι τὰ στρατόπεδα, conferre potest. De astronomia quid statuat, subobscurum est, nisi quod ἄντικρυς parum admodum περὶ τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ curiosos esse vult; atque in illis cœlestium orbium ac siderum conversionibus, umbram potius aut similitudinem veritatis, quam ipsammet veritatem agnoscit.

Digitized by Google

et quænam ejus metiendæ ratio breviter admodum expediteque cognoscere. At ejusdem in geometriæ studio, ad illas usque descriptiones intellectu difficiliores quemquam progredi, Socrati non placebat. Cui enim bono futuræ illæ essent, videre se, tametsi ne illarum quidem imperitus esset, negabat. Enimvero, ad exhauriendam hominis vitam cum satis illas esse, tum aliarum interim et plurium et utiliorum doctrinarum studia impedire. Astronomiam similiter eatenus complecti solum jubebat, ut noctis, mensis annique tempora cognosceres, atque hujus cognitionis ope, si quando vel iter, vel navigatio suscipienda esset, vel agendæ forent excubiæ, vel in aliud quidlibet, quod noctis, mensis annique spatio fieri solet, incumbendum, signis ad ea omnia suis quæque temporibus obeunda, certioribus uterere. Atqui hæc nihilo difficilius tam ex nocturnis venatoribus, quam ex navium gubernatoribus, et aliis quamplurimis **744** resciri posse, a quibus eorum peritiam suæ cujusque partes officiumque deposcat. At eamdem artem eo usque persequi, dum ea quæ non eodem motu circumferantur, stellasque simul errantes et vagas distinguere noveris, adeoque in earum abs terra intervallis, conversionibus, causisque rimandis ætatem viresque consumere; id vero graviter imprimis ac serio prohibebat, quod nullum hujus etiam operæ pretium videret, tametsi ne in istis quidem rebus hospes ipse ac peregrinus esset. Addebat, conficiendæ hominis vitæ illas quoque satis futuras, quæ interim a pluribus utilioribusque studiis avocarent. Postremo quibus cœlestia quæque numen rationibus moderetur, investigari nolebat, quod cum eo ab hominibus aspirari non posse, tum minus cum diis probari existimaret, qui quæ prompta notaque esse noluissent, inquireret. Nec minus illi, quem ea vehementius cura distineret, insaniæ periculum imminere dicebat, quam Anaxagoræ, qui explicatas abs se deorum machinas tantopere gloriabatur. Quippe, dum ignem atque solem idem esse diceret, nesciebat utique, ignem homines videre perfacile, solem tamen adversum intueri non posse: qui in sole apricantur, eos colorem inde nigriorem contrahere, qui ex igne non sequatur: eorum quæ nascantur e terra, sine solis splendore augeri crescereque nihil, nihil contra non ignis ardore languescere. Idem præterea solem ignitum lapidem esse cum diceret, non videbat, lapidem in ignem conjectum nec fulgere, nec diu resistere; solem ex omni ævo suum illum splendorem, quo cuncta superat, constantem perennemque retinere. Suis etiam auctor erat, ut in computandi arte discenda, perinde ut in aliis inanem ac supervacaneam operam caverent. Id quod in primis ab eo servabatur, qui commentationes ac disputationes suas omnes, quas cum discipulis habebat suis, unius utilitatis finibus includebat. » Hactenus Xenophon in *Memorabilibus*. Idem epistola quadam ad Æschinem scripta, de Platone, deque iis qui suam in explicanda universi natura physiologiam venditabant, hæc habet.

διαγραμμάτων γεωμετρίαν μανθάνειν ἀπεδοκίμαζεν· ὅ τι μὲν γὰρ ὠφελοίη ταῦτα, οὐκ ἔφη ὁρᾶν· καὶ τὰ οὐκ ἀπειρός γε αὐτῶν ἦν. Ἔφη δὲ ἱκανὰ αὐτὰ εἶναι ἀνθρώπου βίον κατατρίβειν, καὶ ἄλλων πολλῶν τε καὶ ὠφελίμων μαθημάτων ἀποκωλύειν. Ἐκέλευε δὲ καὶ ἀστρονομίας ἐμπείρους γίγνεσθαι, καὶ ταύτης μέντοι μέχρι τοῦ νυκτός τε ὥραν, καὶ μηνὸς, καὶ ἐνιαυτοῦ δύνασθαι γινώσκειν, ἕνεκα τοῦ, πορείας τε καὶ πλοῦ, καὶ φυλακῆς, καὶ ὅσα ἄλλα ἡ νυκτὸς, ἢ μηνὸς, ἢ ἐνιαυτοῦ πράττεται, πρὸς ταῦτ' ἔχειν τεκμηρίοις χρῆσθαι, τὰς ὥρας τῶν εἰρημένων διαγινώσκοντα. Καὶ ταῦτα δὲ ῥᾴδιον μαθεῖν παρά τε νυκτοθηρῶν, καὶ κυβερνητῶν, καὶ ἄλλων πολλῶν, οἷς ἐπιμελὲς ταῦτα εἰδέναι. Τὸ δὲ μέχρι τούτου ἀστρονομίαν μανθάνειν, μέχρι τοῦ καὶ τὰ μὴ ἐν τῇ αὐτῇ περιφορᾷ ὄντα, καὶ τοὺς πλανήτας καὶ ἀσταθμήτους ἀλλήλοις γίνεσθαι, καὶ τὰς ἀποστάσεις αὐτῶν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ τὰς περιόδους, καὶ τὰς αἰτίας αὐτῶν ζητοῦντα κατατρίβεσθαι, ἰσχυρῶς ἀπέτρεπεν. Ὠφέλειαν μὲν γὰρ οὐδεμίαν οὐδ' ἐν τούτοις ἔφη ὁρᾶν, καίτοι οὐδὲ τούτων γε ἀνήκοος ἦν. Ἔφη δὲ καὶ ταῦτα ἱκανὰ εἶναι κατατρίβειν ἀνθρώπου βίον, καὶ πολλῶν καὶ ὠφελίμων ἀποκωλύειν. Ὅλως δὲ τῶν οὐρανίων ᾗ ἕκαστα ὁ θεὸς μηχανᾶται, φροντιστὴν γίγνεσθαι ἀπέτρεπεν· οὐ γὰρ εὑρετὰ ἀνθρώποις αὐτὰ ἐνόμιζεν εἶναι, οὔτε χρίζεσθαι θεοὺς ἂν ἡγεῖτο τὸν ζητοῦντα, ἃ ἐκείνοι σημαίνειν οὐκ ἐβουλήθησαν. Κινδυνεύσαι δ' ἂν ἔφη, καὶ παραφρονῆσαι τὸν ταῦτα μεριμνῶντα, οὐδὲν ἧττον, ἢ Ἀναξαγόρας παρεφρόνησεν, ὁ μέγιστον φρονήσας ἐπὶ τῷ τὰς τῶν θεῶν μηχανὰς ἐξηγεῖσθαι. Ἐκεῖνος γὰρ λέγων μὲν τὸ αὐτὸ εἶναι πῦρ τε καὶ ἥλιον, ἠγνόει ὅτι τὸ μὲν πῦρ οἱ ἄνθρωποι ῥᾳδίως καθορῶσιν, εἰς δὲ τὸν ἥλιον οὐ δύνανται ἀντιβλέπειν. Καὶ ὑπὸ μὲν τοῦ ἡλίου καταλαμπόμενοι, τὰ χρώματα μελάτερα ἔχουσιν, ὑπὸ δὲ τοῦ πυρὸς, οὔ. Ἠγνόει δὲ καὶ ὅτι τῶν ἐκ τῆς γῆς φυομένων, ἄνευ μὲν ἡλίου αὐτῆς οὐδὲν δύναται καλῶς αὔξεσθαι, ὑπὸ δὲ τοῦ πυρὸς θερμαινόμενα πάντα ἀπόλλυται. Φάσκων δὲ τὸν ἥλιον λίθον διάπυρον εἶναι, καὶ τοῦτο ἠγνόει, ὅτι λίθος μὲν, ἐν πυρὶ ὤν, οὔτε λάμπει, οὔτε πολὺν χρόνον ἀντέχει· ὁ δὲ ἥλιος πάντα τὸν χρόνον πάντων λαμπρότατος ὢν, διαμένει. Ἐκέλευε δὲ καὶ λογισμοὺς μανθάνειν· καὶ τούτων δὲ ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἐκέλευε φυλάττεσθαι τὴν μάταιον πραγματείαν. Μέχρι δὲ τοῦ ὠφελίμου πάντα καὶ αὐτὸς συνεσκόπει, καὶ συνεξήγει τοῖς συνοῦσι. » Ταῦτα Ξενοφῶν ἐν Ἀπομνημονεύμασιν. Ἐν ἐπιστολῇ δὲ ὁ αὐτὸς τῇ πρὸς Αἰσχίνην περὶ Πλάτωνος καὶ τῶν αὐχούντων τὴν τοῦ παντὸς φυσιολογίαν τοιαῦτα γράφει.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Περὶ τῶν φυσιολογεῖν αὐχούντων. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἐν ἐπιστολῇ πρὸς Αἰσχίνην.

« Ὅτι μὲν γὰρ (51) τὰ θεῖα ὑπὲρ ἡμᾶς, παντὶ δῆλον· ἀπόχρη δὲ τῷ κρείττονι τῆς δυνάμεως (52) αὐτοὺς σέβειν· οἷοι δέ εἰσιν, οὔτε εὑρεῖν ῥᾴδιον, οὔτε ζητεῖν θεμιτόν. Οὐδὲ γὰρ δεσποτῶν φύσιν, ἡ πρᾶξιν, βούλοις εἰδέναι (53) πλέον ὑπηρεσίας προσήκει. Καὶ τὸ μέγιστον, ὅσῳ χρὴ ἄγασθαι τἀνθρώπινα διαπονουμένων, τοσῷδε (54) τοῖς δόξης ἐκ πολλῶν ἀκαίρων καὶ κενῶν γλιχομένοις ἄχθος φέρει. Πότε γὰρ, ὦ Αἰσχίνη, Σωκράτους ἀκήκοέ τις οὐρανίων πέρι λέγοντος, ἢ γραμμὰς εἰς ἐπανόρθωσιν παραινοῦντος μανθάνειν; Μουσικὴν μὲν γὰρ ἴσμεν αὐτὸν μέχρι ὤτων συνιέντα. Διετέλει δὲ ἐκάστοτε αὐτοῖς λέγων, εἴ καλὸν, καὶ ᾧ ἀνδρία, δικαιοσύνη τε καὶ ἄλλαι ἀρεταί· ἀνθρώπινα γὰρ αὐτὰ ἀγαθὰ ἐκάλει· τὰ δ' ἄλλα ἢ ἀδύνατον ἀνθρώποις ἀλῶναι ἔφασκεν, ἢ μύθων εἶναι συγγενῆ, μετ' ὀφρύος σοφιστῶν παίγνια διεξιόντων. Καὶ οὐκ ἔλεγε μὲν ταῦτα, οὐχὶ δὲ ἔπραττε. Γράφειν δὲ τὰ πραχθέντα εἰδότι σοι, καίπερ οὐκ ἡδὺς ἐσόμενον, χρόνον ἔχει, ἀνέγραφά τε ἄλλοθι. Παυσάσθωσαν οὖν ἐλεγχόμενοι, ἢ πρὸς τὸ εἰκὸς ἴστωσαν, οἷς Σωκράτης οὐκ ἤρεσεν, ᾧ ζῶντι μὲν ὁ θεὸς σοφίαν ἐμαρτύρησεν, οἱ δὲ κτείναντες τῆς μετανοίας ἐκκάθαρσιν οὐχ εὗρον. Τὸ δὲ καλὸν ἆρα, Αἰγύπτου ἠράσθησαν, καὶ τῆς Πυθαγόρα τερατώδους σοφίας· ὧν τὸ περιττὸν (55) καὶ μὴ μόνιμον ἐπὶ Σωκράτην ἤλεγξεν ἔρως τυραννίδος, καὶ ἀντὶ διαίτης λιτῆς ἐκκλιῶτις γαστρὸς ἀμέτρου τράπεζα (56). » Τοῦτα Ξενοφῶν, τὸν Πλάτωνα αἰνιττόμενος. Ὁ δέ γε Πλάτων ἐν *Πολιτείᾳ*, περὶ γυμναστικῆς καὶ μουσικῆς τάδ' ἱστορεῖ φάναι τὸν Σωκράτην.

CAPUT XII.

De iis qui rerum se naturam explicare gloriabantur. Ex ejusdem ad Æschinem epistola.

« Captum, inquit, nostrum a rebus divinis superari nemo non videt. Satis autem nobis fuerit, eas quanta possumus maxima pietate venerari: cujusmodi vero sint, nec assequi facile est, nec fas investigare. Nec enim servis licet herorum aut ingenium, aut rationes tenere, nisi quatenus ad obsequium necesse sit. Quodque maximum est, quo majorem li laudem merentur, qui rerum humanarum tractationem suscipiunt, eo gravius in alios pondus incumbit, qui ex alienis inutilibusque permultis gloriam aucupantur. Quis enim, mi Æschines, Socratem unquam audivit, aut cœlestibus de rebus disputantem, aut corrigendis moribus linearum figuras discere suadentem? Nam musicæ quidem, aurium tenus peritum illum fuisse constat. At vero inter suos perpetuo, de honesto, fortitudine, justitia, cæterisque virtutibus disserebat. Enimvero bona hæc proprie humana vocabat; cætera vel ab hominibus capi non posse, vel proxima fabulis esse dicebat, cujusmodi a sophistis ridicula pleraque cum supercilio tractari solerent. Nec aliter faciebat ipse quam loquebatur. Verum res ab eo gestas ad te, cui notæ satis illæ sunt, perscribi, ut injucundum tibi non esset, tamen et longioris id temporis fuerit, et jam ipsas alibi perscripsimus. Convicti ergo isti vel acquiescant penitus, vel æquitatis in partes aliquando concedant, quibus Socrates ille non placet cui vivo sapientiæ testimonium deus ipse dedit, cujus necis auctores nullam pœnitendo sceleris expiandi rationem inveniri potuerunt. Illud vero præclarum, quod Ægyptum isti, et prodigiosam Pythagoræ sapientiam adamarunt: quorum sane quam inanis et inconstans erga Socratem voluntas fuerit, amor ille tyrannidis, et, pro tenui frugalique victu, Sicula mensa immoderato abdomini serviens, manifeste palamque convincit. » Hæc Xenophon, Platonem subobscure significans. At ipsemet Plato in *Republica* quæ sequuntur de gymnasticæ ac musicæ artibus ab Socrate dicta commemorat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Περὶ γυμναστικῆς καὶ μουσικῆς. Ἀπὸ τοῦ Πλάτωνος ἐν Πολιτείᾳ.

« Τί ἂν οὖν εἴη (57), ὦ Γλαύκων, μάθημα, ψυχῆς ἕλκον ἀπὸ τοῦ γιγνομένου ἐπὶ τὸ ὄν; Τόδε δ' ἐννοῶ λέγων ἅμα. Οὐκ ἀθλητὰς μέντοι πολέμου ἔφαμεν τούτους ἀναγκαῖον εἶναι νέους ὄντας; — Ἔφαμεν

CAPUT XIII.

De gymnastica ac musicæ artibus. Ex Platone in Republica.

« Ecquod tandem, inquit, disciplinæ genus, mi Glauco, animum ab iis, quæ fiunt ad id quod est traducere ac transferre possit? Mihi quidem illud, dum loquor, in mentem venit. Nunquid nostros

(51) *Ὅτι μὲν γάρ.* Idem Xenophon, pag. 1000 B.

(52) *Τῷ κρείττονι τῆς δυνάμεως*, etc. Xenophontis interpres hæc ita mutat, τὸ κρεῖττον τῆς δυνάμεως αὐτὰ σέβειν. Metuit nimirum τὸ σολοικοφανές. Præcessit enim τὰ θεῖα, tum sequitur αὐτούς. Quidni ergo similiter οἷα, quod sequitur, mutabat in οἷα? Meo judicio, sollicitandum nihil est. Atticis enim, Xenophonti præsertim et Platoni, familiarissimum, casus, genera modosque mutare, ubi potissimum significationis potius quam vocum rationem habendam existimant. Quid autem sunt τὰ θεῖα, nisi θεοί? Quod etiam τῷ κρείττονι, seu τὸ *κρεῖττον τῆς δυνάμεως*, ita vertit, *majorem ob potestatem*, vereor ut Xenophontis ex mente sit: alioqui dixisset, opinor, ἐπὶ τῷ κρείττονι, vel διὰ τὸ κρεῖττον.

(53) *Δούλοις εἰδέναι*, etc. Xenophon, δούλους δεῖ εἰδέναι, οἷς οὐδὲν πλέον τῆς ὑπηρεσίας προσήκει, quæ oratio plenior est.

(54) *Τοσῷδε*, etc. Vitiosum est quod apud Xenophont. in margine adnotatur, τόσον τόδε τοῖς.

(55) *Ὧν τὸ περιττ.* Ita Xenophon. Male in priori editione, ὡς τὸ περιττ.

(56) *Σικελιῶτις ... τράπεζα.* Plato ipse, qui tacite hic a Xenophonte mordetur, lib. III *De repub.* Socratem habet Adimanto sic loquentem: Συρακουσίαν δέ, ὦ φίλε, τράπεζαν, καὶ Σικελικὴν ποικιλίαν ὄψων, ὡς ἔοικας, οὐκ αἰνεῖς, εἴπερ σοι ταῦτα δοκεῖ ὀρθῶς ἔχειν.

(57) *Τί ἂν οὖν εἴη.* Plato lib. VII *De repub.*, pag. 423 C Ficini Serrani autem 521 D.

Digitized by Google

(89) *Μηδὲν γὰρ ἐλλείπων.* Imo certe, quod optime Plato vidit, id omnino summæ ejus et indemnitæ bonitati debebatur. Ceterum in priori editione perperam legebatur, μηδὲν γὰρ ἐλλείπον.

Digitized by Google

Δηϊανείρας φαρμακευθεὶς ἰδολοφονήθη. Θαλῆς νοῦν τοῦ κόσμου Θεόν· Ἀναξίμανδρος τοὺς ἀστέρας οὐρανίους θεούς· Δημόκριτος Θεὸν ἐν πυρὶ σφαιροειδῆ τὴν τοῦ κόσμου ψυχήν· Πυθαγόρας τῶν ἀρχῶν τὴν μὲν μονάδα Θεόν· καὶ τὸ ἀγαθὸν, ἥτις ἐστὶν ἡ τοῦ ἑνὸς φύσις, αὐτὸς ὁ νοῦς· τὴν δ' ἀόριστον δυάδα, καὶ δαίμονα, καὶ τὸ κακὸν, περὶ ἣν ἐστι τὸ ὑλικὸν πλῆθος, ἐστὶ καὶ ὁρατὸς ὁ κόσμος.» Μετὰ δὲ τούτους (90) οἱ νέοι τῷ χρόνῳ πῶς ἐδόξαζον, ἄκουε. «Σωκράτης καὶ Πλάτων ἓν τὸ μονοφυὲς καὶ αὐτοφυὲς, τὸ μοναδικὸν, τῷ ὄντως ὂν ἀγαθόν· πάντα δὲ ταῦτα τῶν ὀνομάτων εἰς τὸν νοῦν σπεύδει. Νοῦς οὖν ὁ Θεὸς χωριστὸν εἶδος, τοῦτ' ἔστι τὸ ἀμιγὲς πάσης ὕλης, καὶ μηδενὶ παθητῷ συμπεπλεγμένον. Ἀριστοτέλης τὸν μὲν ἀνωτάτω Θεὸν εἶδος χωριστὸν, ἐπιβεβηκότα τῇ σφαίρᾳ τοῦ παντὸς, ἥτις ἐστὶν αἰθέριον σῶμα τὸ πέμπτον ὑπ' αὐτοῦ καλούμενον. Διῃρημένου δὲ τούτου κατὰ σφαίρας, τῇ μὲν φύσει συναφεῖς, τῷ λόγῳ δὲ κεχωρισμένας, ἑκάστην οἴεται τῶν σφαιρῶν ζῶον εἶναι, σύνθετον ἐκ σώματος καὶ ψυχῆς, ὧν τὸ μὲν σῶμά ἐστιν αἰθέριον, κινούμενον κυκλοφορικῶς, ἡ ψυχὴ δὲ λόγος ἀκίνητος, αἴτιος τῆς κινήσεως κατ' ἐνέργειαν. Οἱ Στωϊκοὶ κοινότερον Θεὸν ἀποφαίνονται πῦρ τεχνικὸν, ὁδῷ βαδίζον ἐπὶ γένεσιν κόσμου, περιειληφότος πάντας τοὺς σπερματικοὺς λόγους, καθ' οὓς ἕκαστα καθ' εἱμαρμένην γίνεται. Καὶ πνεῦμα μὲν διῆκον δι' ὅλου τοῦ κόσμου, τὰς δὲ προσηγορίας μεταλαμβάνον, διὰ τὰς ὕλης (91), δι' ἧς κεχώρηκε, παραλλάξεις. Θεὸν δὲ καὶ τὸν κόσμον, καὶ τοὺς ἀστέρας, καὶ τὴν γῆν, τόν τ' ἀνωτάτω πάντων νοῦν ἐν αἰθέρι. Ἐπίκουρος ἀνθρωποειδεῖς μὲν πάντας τοὺς θεοὺς, λόγῳ δὲ πάντας θεωρητοὺς διὰ τὴν λεπτομέρειαν τῆς τῶν εἰδώλων φύσεως. Ὁ δ' αὐτὸς ἄλλας τέσσαρας φύσεις, κατὰ γένος ἀφθάρτους τάσδε, τὰ ἄτομα, τὸ κενὸν, τὸ ἄπειρον, τὰς ὁμοιομερείας (92) καὶ τὰ στοιχεῖα.» Τοιαῦται μὲν δὴ τῶν Φυσικῶν φιλοσόφων καὶ αἱ περὶ Θεοῦ διαστάσεις τε καὶ δυσφημίαι, ὧν πρώτους ὁ λόγος συνίστησι τοὺς ἀμφὶ τὸν Πυθαγόραν τε καὶ Ἀναξαγόραν, Πλάτωνά τε καὶ Σωκράτη, νοῦν καὶ Θεὸν ἐπιστῆσαι τῷ κόσμῳ. Οὗτοι δὴ κομιδῇ παῖδες τοῖς χρόνοις ἀποδεικνυνται γενόμενοι, καθ' οὓς χρόνους ταῦτα ἱστόρηται, τῆς Ἑβραίων ἀρχαιολογίας (93). Οὐκ ἦν ἄρα παλαιοτάτη παρὰ πᾶσιν Ἕλλησι καὶ (94), τοῖς πρόπαλαι τὴν πολύθεον δεισιδαιμονίαν παρά τε Φοίνιξι καὶ Αἰγυπτίοις εἰσηγησαμένοις ἡ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ γνῶσις, ἣν πρῶτος Ἑλλήνων Ἀναξαγόρας, καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν ἐξήνεγκαν. Καὶ μὴν τὰ τῆς πολυθέου δεισιδαιμονίας πάντων ἐθνῶν ἐκράτει· ἀλλ' ἦν, ὡς ἔοικεν, οὐ τὴν ἀληθῆ περιέχοντα θεολογίαν, ἀλλ' ἣν Αἰγύπτιοι καὶ Φοίνικες πρῶτοι πάντων συστήσασθαι ἐμαρτυρήθησαν. Αὕτη δὲ ἦν θεοὺς μὲν οὐδαμῶς, οὐδέ τινας θείας δυνάμεις, ἄνδρας δὲ ἤδη πάλαι ἐν νεκροῖς κειμένους θεολογοῦσα, ὡς ὁ τῆς ἀληθείας

A lisset, Dejaniræ veneficio ac fraude sublatus est. Thales mundi mentem Deum esse voluit: Anaximander sidera cœlestes deos constituit: Democritus Deum in igne collocat, rotundum quemdam mundi animum: Pythagoras ex principiis unitatem Deum vocavit et bonum, quod propria unius natura, ipsaque adeo mens est: infinitum autem binarium, dæmonem, malumque dixit, ad quem et materiæ copia, et mundus hic quem videmus revocetur.» Post hos qui secuti sunt ætate juniores attende quid senserint. «Socrates et Plato unum aliquid statuunt, uniusque naturæ, quod ex sese ortum sit, idemque singulare, ac vere bonum: quæ omnis appellationum varietas unam ad mentem spectat ac tendit. Mens igitur Deus erit, semota B quædam forma, hoc est ab omni tam materiæ concretione quam patientis cujusvis societate disjuncta. Aristoteli placuit summum quidem illum Deum, semotam ac singularem esse formam, qui universi hujus sphæram insideat, corpus, inquam, illud ætherium, quod ab eodem quintum vocatur. **755** Et quidem universo plures in sphæras distincto, quæ suapte natura contiguæ, rationis unius vi separentur, earum quamlibet animal esse putat ex corpore animoque conflatum: ita quidem, ut corpus ætherium esse, atque in orbem moveri, animum, rationem immobilem, ac re ipsa motus efficientem esse velit. Stoici partem fere maximam, artificiosum illum ignem Deum esse pronuntiant, qui certo quodam ordine ad mundi hujus C procreationem feratur, qui suo ipse gremio cuncta rationum earum, ex quibus singula fato nascuntur, semina comprehendat. Adjungunt igni spiritum, qui mundum universum ita permeet, ut pro multiplici materiæ quam pervadit mutatione, multiplicem quoque nominum diversitatem accipiat. Postremo, divinitatem illi mundo, sideribus ac terræ sic attribuunt, ut mentem omnium altissimam in æthere constituant. Epicurus humana quidem specie deos figurabat omnes, eosdem tamen, quod suapte natura simulacrorum haberent exiles nimium tenuesque partes, rationis unius oculis cerni posse putabat. Alias præterea quatuor naturas addebat, quarum genus interire non D posset, atomos, vacuum, infinitum, et partium similitudines, quas etiam elementa nuncupabat.» Hæ sunt de Deo philosophorum illorum, quos Physicos vocabant, tam impiæ, quam diversæ pugnantesque sententiæ. Quorum omnium principes, Pythagoram, Anaxagoram, Platonem et Socratem ex illo Plutarchi testimonio constat, mentem atque Deum mundo præfecisse. Atqui hos omnes pueros admodum fuisse reperiemus, si eorum ætatem cum

(90) *Μετὰ δὲ τούτους*. Eusebius loquitur usque ad ἄκουε.

(91) *Διὰ τὰς ὕλης*, etc. Hinc Plutarchum emendes licet, apud quem minus recte, δι' ὅλης τῆς ὕλης, δι' ἧς κεχωρήκει, παραλλάξει.

(92) *Ὁμοιομερείας*. Verbo dixit, quod Plutarch., ὁμοιότητας· αὗται δὲ λέγονται ὁμοιομέρειαι.

(93) *Τῆς Ἑβραίων ἀρχαιολογίας*. Supple ἕνεκα. Id est, ὅσα γε πρὸς τὴν Ἑβρ. ἀρχαιολογίαν.

(94) *Ἕλλησι, καὶ*, etc. Manifesta hic trajectio est. Lege ergo, Ἕλλησι, παρά τε Φοίνιξι, καὶ Αἰγυπτίοις, καὶ τοῖς πρόπαλαι τὴν πολυθ. δεισιδαιμ. εἰσηγησαμένοις, ἡ τοῦ, etc. Imo ante τῆς πρόπαλαι, libenter τὸ καὶ expunxerim.

Digitized by Google

illa Hebræorum antiquitate conferamus. Ita non Dei sane fuit vel apud Græcos omnes, vel apud Phœnices et Ægyptios, aut si qui alii priscam illam de numinum multitudine superstitionem invexerunt, pervetusta cognitio, quam e Græcis primi Anaxagoras et Anaxagoræ suppares intulerunt. Enimvero gentes quidem omnes superstitiosus ille de pluribus diis error invaserat: ejusmodi tamen prorsus is erat, qui non veram ac propriam, sed eam modo, quam primum ab Ægyptiis atque Phœnicibus conflatam esse tot supra testimoniis ostendimus, theologiam contineret. Ea porro nec ullos omnino deos, nec divinas virtutes ullas, sed homines tantum pridem consepultos loquebatur, ut ipsa veritatis oracula tanto ante prodiderunt. Age ergo, totam hanc disputationem denuo repetamus. Et quoniam e Physicis illis philosophis, **756** ad sensus alii cuncta revocabant: alii ut Xenophanes Colophonius, et Parmenides Eleates, alia defendentes omnia, sensus tollebant, eorumque vi comprehendi nihil, atque uni propterea rationi fidem habendam esse dicebant: istorum nunc reprehensionem videamus.

A πάλαι ἀπέδειξε λόγος. Φέρ' οὖν, πάλιν ἀναλάβωμεν τὸν λόγον. Ἐπειδὴ τῶν Φυσικῶν φιλοσόφων οἱ μὲν πάντα κατέβαλλον ἐπὶ τὰς αἰσθήσεις, οἱ δ' αὖ πάλιν τούτοις ἀνθεῖλκον, ὡς οἱ περὶ τὸν Ξενοφάνην τὸν Κολοφώνιον, καὶ Παρμενίδην τὸν Ἐλεάτην, οἱ δὴ τὰς αἰσθήσεις ἀνῄρουν, μηδὲν εἶναι φάσκοντες καταληπτὸν τῶν ἐν αἰσθήσει, διὸ μόνῳ δεῖν πιστεύειν τῷ λόγῳ· τὰ πρὸς αὐτοὺς ἀντειρημένα διασκεψώμεθα.

CAPUT XVII.

Adversus Xenophanem et Parmenidem, qui sensus tollerent; ex libro octavo Aristoclis De philosophia.

« Longe alia, inquit, aliorum vox et oratio est. Sensus enim visaque omnia funditus repudianda, rationi uni fidem habendam opinantur. Ac primum quidem Xenophanes, Parmenides, Zeno et Melissus, in ea sunt doctrina versati, quam Stilpo deinde ac Megarenses philosophi defendere. Hi quidquid esset, unum duntaxat esse; quod ab eo diversum esset, id non esse: generari nihil: nihil corrumpi, moveri omnino nihil statuebant. Adversus istos alius erit pluribus philosophandi locus: nunc tamen, locum hunc quod attinet, ita ratiocinamur. Partem nostri divinissimam esse rationem fatemur ipsi quoque: sed tamen sensu præterea, quemadmodum et corpore, indigemus. Et vero sensum etiam ad promendum verum suapte natura comparatum esse, hoc argumento manifeste conficitur. Qui sentit, idem quin aliquid patiatur, fieri nullo modo potest. At qui patitur, hoc ipsum quod patitur, cognoscat necesse est. Sensus igitur cognitio quædam est. Jam si sentire pati aliquid est, et quidquid patitur, ab aliquo patitur, consequens omnino est, quod efficit, ab eo quod patitur esse diversum. Habemus ergo primum id esse, quod diversum vocatur, cujusmodi sunt color atque sonus; deinde quidquid est, non esse quid unum. Adde ne immobile quidem illud esse, cum ipsa sentiendi ratio motus quidam sit. Quare nemo est, qui non sensus, quo modo natura postulat, habere velit: credo quod omnes sanis potius, quam ullo vitio laborantibus fidem habeant. Et merito sane vehemens quidam illorum amor nobis altius insidet: nec tam insanus quisquam reperiatur, qui ut bonis omnibus aliis fruatur, sensus vel unius jacturam facere velit. **757** Qui autem eos criminantur, illos utique hanc semel in opinionem adductos, qua sensus inutiles existimant, id ipsum de sensibus, quod apud Homerum Pandarus de arcu suo dicebat, usurpare oporteret,

Infensus mihi continuo caput auferat hostis,
Ni fractam hanc manibus pharetram, quando illa per armos
Pendus iners pendet, mediis injecero flammis:

(95) *Καὶ τὸ μὴ ὂν ἕτερον εἶναι.* Repone cum altero ms., καὶ τὸ ἕτερον μὴ εἶναι.

KEΦΑΛΑΙΟΝ IZ'.

B *Πρὸς τοὺς περὶ Ξενοφάνην καὶ Παρμενίδην, τὰς αἰσθήσεις ἀναιροῦντας. Ἀπὸ τοῦ ὀγδόου τῶν* Περὶ φιλοσοφίας *Ἀριστοκλέους.*

« Ἄλλοι δ' ἐγένοντο τούτοις τὴν ἐναντίαν φωνὴν ἀφιέντες· οἴονται γὰρ δεῖν, τὰς μὲν αἰσθήσεις καὶ τὰς φαντασίας καταβάλλειν, αὐτῷ δὲ μόνον τῷ λόγῳ πιστεύειν. Τοιαῦτα γάρ τινα πρότερον μὲν Ξενοφάνης, καὶ Παρμενίδης, καὶ Ζήνων, καὶ Μέλισσος ἔλεγον, ὕστερον δ' οἱ περὶ Στίλπωνα καὶ τοὺς Μεγαρικούς. Ὅθεν ἠξίουν οὗτοί γε τὸ ὂν ἓν εἶναι, καὶ τὸ μὴ ὂν ἕτερον εἶναι (95), μηδὲ γεννᾶσθαί τι, μηδὲ φθείρεσθαι, μηδὲ κινεῖσθαι τὸ παράπαν. Τὸν μὲν οὖν πλείω πρὸς τούτους λόγον ἐσόμεθα φιλοσοφοῦντες· νυνὶ μέντοι πρὸς τοῦτο λεκτέον. Εἴποιμεν γὰρ ἄν, ὡς ὁ μὲν λόγος ἡμῶν εἴη τὸ θειότατον· οὐ μὴν ἀλλὰ δεῖ γε καὶ τῆς αἰσθήσεως, ὥσπερ γε δὴ καὶ σώματος. Ὅτι δὲ καὶ ἡ αἴσθησις ἀληθεύειν πέφυκε, δῆλον. Οὐ γὰρ οἷόν τε τὸν αἰσθανόμενον μὴ οὐχὶ πάσχειν τι· πάσχων δὲ τὸ πάθος ἂν εἰδείη. Γνῶσις οὖν τίς ἐστι καὶ ἡ αἴσθησις. Ἀλλὰ μὴν εἰ τὸ αἰσθάνεσθαι πάσχειν τί ἐστιν, ἅπαν δὲ τὸ πάσχον ὑπό του πάσχει, πάντως ἂν ἕτερον εἴη τὸ ποιοῦν καὶ τὸ πάσχον. Ὥστε πρῶτον εἴη ἂν τὸ λεγόμενον ἕτερον· οἷον τὸ χρῶμα καὶ ὁ ψόφος· ἔπειτα δὲ ἓν τὸ ὂν οὐκ ἔσται· καὶ μὴν οὐδὲ ἀκίνητον· ἡ γὰρ αἴσθησις ἐστι κίνησις. Ταύτῃ βούλεται πᾶς τις κατὰ φύσιν ἔχειν τὰς αἰσθήσεις, ἅτε δὴ πιστεύων, οἶμαι, ταῖς ὑγιαινούσαις μᾶλλον ἢ ταῖς νοσούσαις. Εἰκότως ἄρα καὶ δεινός τις ἔρως αὐτῶν ἡμῖν ἐντέτηκεν. Οὐδείς γέ τοι μὴ μεμηνὼς ἕλοιτ' ἂν ποτὲ μίαν αἴσθησιν ἀποβαλεῖν, ὅπως αὐτῷ πάντα τὰ ἄλλα ἀγαθὰ γένοιτο. Τοὺς δὲ διαβάλλοντας αὐτὰς ἐχρῆν, πεπεισμένους γε, ὅτι μάτην ἔχοιεν αὐτάς, εἰπόντες ἅπερ ὁ Πάνδαρος λέγει παρὰ τῷ Ὁμήρῳ περὶ τῶν ἑαυτοῦ τόξων·

Αὐτίκ' ἔπειτ' (96) ἀπ' ἐμεῖο κάρη τάμοι ἀλλότριος [φώς,
Εἰ μὴ ἐγὼ τάδε τόξα φαεινῷ ἐν πυρὶ θείην·
Χερσὶ διαπλάσσας, ἀνεμώλια γάρ μοι ὀπηδεῖ·

(96) Αὐτίκ' ἔπειτ'. *Iliad.* E, v. 214.

Digitized by Google

τὸ μετὰ τοῦτο διαλυμήνασθαι πάσας τὰς αἰσθήσεις ἑαυτῶν. Οὕτω γὰρ ἂν τις ἐπίστευεν αὐτοῖς ἔργῳ διδάσκουσιν, ὡς εἰς οὐδὲν αὐτῶν δέοιντο. Νυνὶ δὲ τοῦτο ἀτοπώτατόν ἐστι. Ἀχρήστους γὰρ ἀποφαίνοντες αὐτὰς τῷ λόγῳ, τοῖς ἔργοις τὰ μάλιστα χρώμενοι διατελοῦσιν αὐταῖς. Ὁ γέ τοι Μέλισσος ἐθέλων ἐπιδεικνύναι, ὅτι τῶν φαινομένων καὶ ἐν ὄψει, τούτων οὐδὲν εἴη τῷ ὄντι, διὰ τῶν φαινομένων ἀποδεικνύειν (97) αὐτῶν. Φησὶ γοῦν· Εἰ γάρ ἐστι γῆ, καὶ ὕδωρ, καὶ ἀὴρ, καὶ πῦρ, καὶ σίδηρος, καὶ χρυσός· καὶ τὸ μὲν ζῶν, τὸ δὲ τεθνηκὸς, καὶ μέλαν, καὶ λευκὸν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὅσα φασὶν εἶναι ἄνθρωποι ἀληθῶς, ἦ καὶ ἡμεῖς ὀρθῶς ὁρῶμεν καὶ ἀκούομεν· εἶναι ἐχρῆν καὶ τὸ ὂν τοιοῦτον, οἷον πρῶτον ἔδοξεν ἡμῖν εἶναι, καὶ μὴ μεταπίπτειν, μηδὲ γίνεσθαι ἕτερον, ἀλλ' εἶναι ὅμοιον, οἷόν πέρ ἐστιν ἕκαστον. Νῦν δὲ ἔφαμεν ὀρθῶς ὁρᾷν, καὶ ἀκούειν, καὶ συνιέναι· δοκεῖ δὲ ἡμῖν τὸ θερμὸν καὶ ψυχρὸν γίνεσθαι, καὶ τὸ ψυχρὸν θερμὸν, καὶ τὸ σκληρὸν μαλακὸν, καὶ τὸ μαλακὸν σκληρόν. Ταῦτα δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα λέγοντος αὐτοῦ, καὶ μάλα εἰκότως ἐπύθετό τις ἄν, Ἆρ' οὖν ὅτι ὁ νῦν θερμόν ἐστι, κἄπειτα τοῦτο γίνεται ψυχρὸν, οὐκ αἰσθόμενος ἔγωγε; Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων. Ὅπερ γὰρ ἔφην. εὑρεθείη ἂν οὐδὲν, ἀλλ' ἢ τὰς αἰσθήσεις ἀναιρῶν καὶ ἐλέγχων, διὰ τὸ μάλιστα πιστεύειν αὐταῖς. Ἀλλὰ γὰρ οἱ μὲν τοιοῦτοι λόγοι σχεδὸν ἱκανὰς ἤδη δεδώκασιν εὐθύνας· ἐξίτηλοί γέ τοι γεγόνασιν, ὡς εἰ μηδὲ ἠλέχθησαν (98) τὸ παράπαν. Ἤδη μέντοι θαῤῥοῦντες, λέγωμεν ὀρθῶς φιλοσοφεῖν τοὺς καὶ τὰς αἰσθήσεις καὶ τὸν λόγον ἐπὶ τὴν γνῶσιν τὴν τῶν πραγμάτων παραλαμβάνοντας.» Τοιοῖδε μὲν οὖν οἱ ἀμφὶ τὸν Ξενοφάνην, ὃς δὴ λέγεται συνακμάσαι τοῖς ἀμφὶ Πυθαγόραν καὶ Ἀναξαγόραν. Ξενοφάνους δὲ ἀκουστὴς γέγονε Παρμενίδης· τούτου Μέλισσος, οὗ Ζήνων, οὗ Λεύκιππος, οὗ Δημόκριτος, οὗ Πρωταγόρας, καὶ Νεσσᾶς· τοῦ δὲ Νεσσᾶ Μητρόδωρος, οὗ Διογένης, οὗ Ἀνάξαρχος. Ἀναξάρχου δὲ γνώριμος γέγονε Πύῤῥων, ἀφ' οὗ ἡ τῶν Σκεπτικῶν ἐπικληθέντων διατριβὴ συνέστη οὓς καὶ αὐτοὺς μηδὲν εἶναι τὸ παράπαν, μήτε γ' ἐν αἰσθήσει μήτ' ἐν λόγῳ καταληπτὸν ὁριζομένους, ἐπέχοντας δ' ἐν πᾶσιν, ὅπως ἀπήλεγχον οἱ ἀντιδοξάζοντες, μαθεῖν πάρεστιν ἀπὸ τοῦ δηλωθέντος συγγράμματος, ὧδέ πη πρὸς λέξιν ἔχοντος.

A simulque sensus omnes suos exstinguere: tum enim demum fides ipsis haberetur, cum iis sibi nihil opus esse re ipsa comprobarent. Nunc vero absurdissime faciunt, qui cum eos inutiles oretenus esse dictitent, iisdem tamen reipsa constantissime abutantur. Enimvero Melissus, eorum quæ apparent, quæque ob oculos posita sunt, nihil re vera esse probare dum vult, ex illis ipsis quæ apparent argumenta ducit. Quippe, si enim terra, inquit, si aqua et aer, si ignis, ferrum, aurum; si vivens aliquid, aliud mortuum, si nigrum atque album, si alia sunt omnia, quæ ab hominibus vere esse dicuntur: postremo si videmus ipsi audimusque recte; illud etiam profecto quod est tale semper manere debeat, quale primo nobis est visum, nec mutari subinde atque alterum fieri, sed potius idem constanter esse quidlibet quod semel est. Atqui recte cum videre nos, tum audire etiam et intelligere dicimus; et tamen frigidum id nobis quod calidum erat fieri videtur, calidumque vicissim quod erat frigidum, similiterque durum in molle, et molle rursus in durum mutari. Hæc igitur aliaque id genus quamplurima cum a Melisso dicantur, jure profecto quæsierit ex eo quispiam, num hoc ipsum, quod modo calidum est, frigidum id post modum fieri, sentiendo cognoverit. Nam cæterorum omnium eadem plane ratio est. Ita constabit omnino quam vere dictum abs me fuerit, eo tantum a Melisso tolli carpique sensus, quod fidem sensibus maximam habeat. Sed enim abunde opinor castigatum a nobis est totum hoc ratiocinandi genus, imo perinde jam exolevit, ac si nunquam penitus usurpatum fuisset. Hoc ergo nunc secure dicamus, recte illos philosophari, qui rerum in cognitione haurienda, sensus etiam cum ratione conjungunt.» Hactenus ille. Tales igitur Xenophanis sectatores fuere, quem Pythagoræ et Anaxagoræ temporibus floruisse aiunt. **758** Nam Xenophanis quidem auditor fuit Parmenides: hunc vero Melissus audivit, Melissumque Zeno: Zenoni Leucippus, Leucippo Democritus, Democrito Protagoras atque Nessas operam dedere. Jam Metrodorum Nessas, Diogenem Metrodorus, Anaxarchum Diogenes, Pyrrhonem Anaxarchus discipulum habuit. Scepticorum Pyrrho sectam instituit; quos itidem, quod nihil omnino vel sensu, vel ratione comprehendi posse statuerent, assensionemque propterea rebus in omnibus inhiberent, quemadmodum contrariæ sententiæ vindices arguerint, ex eodem Aristoclis opere cognosci potest. Sic enim ad verbum ipse loquitur (98*).

B

C

D

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Πρὸς τοὺς κατὰ Πύῤῥωνα Σκεπτικοὺς, ἤτοι ἐφεκτικοὺς ἐπικληθέντας, μηδὲν καταληπτὸν εἶναι ἀποφηναμένους. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.

« Ἀναγκαίως (99) δ' ἔχει πρὸ παντὸς διασκέψασθαι περὶ τῆς ἡμῶν αὐτῶν γνώσεως. Εἰ γὰρ αὖ μηδὲν πεφύκαμεν γνωρίζειν, οὐδὲν ἔτι δεῖ περὶ τῶν ἄλλων σκοπεῖν. Ἐγένοντο μὲν οὖν καὶ τῶν πάλαι τινὲς, οἱ

CAPUT XVIII.

Adversus eorum philosophorum sectam, qui quod Pyrrhonem secuti nihil comprehendi posse statuerint, Sceptici, et assensum inhibentes vocati sunt. Ex eodem Aristocle.

« Necesse est, inquit ille, cognitionis nostræ rationem ante omnia videamus. Nam si cognoscendi vim a natura nullam accepimus, omittamus licet de aliis quærere. Nonnullorum certe olim vox ea fuit,

(97) Forte ἀποδεικνύει.
(98) Forte ἐλέχθησαν.
(98*) Hic desinit Trapezuntii versio.

(99) Ἀναγκαίως. Subtilis ac solida est tota hæc ab Aristocle contra Scepticos suscepta disputatio.

Digitized by Google

quos refellit Aristoteles. Et Pyrrho quidem Eleus opinionis hujus defensor erat acer in primis ac vehemens, nihil tamen scriptum reliquit. At Timo, ejus discipulus, tria ei spectanda docet, qui ad felicitatem aspirat : primum, cujusmodi rerum natura sit : deinde, quem in iis modum tenere debeamus : postremo, quid iis eventurum sit, qui hoc fecerint. Res ergo quod attinet, promiscuas ipsi omnium habendas esse tradit, ac nutantes dubiasque rationes : proinde nec in sensibus, nec in opinionibus verum aut falsum inesse posse : ex quo demum id sequatur, fidem iis haberi nullam oportere, agendumque nobis propterea, nihil ut opinemur, nullam inclinemus in partem, inconcussi denique semper immotique maneamus : atque ita, quidquid propositum nobis fuerit, id non potius esse, quam non esse, aut esse idem et non esse dicamus, imo ne non esse quidem. Cæterum qui hunc in modum comparati fuerint, id consecuturos illos esse confirmat, primum ut asseverent nihil, deinde nulla ut unquam perturbatione moveantur, cui utrique voluptatem Ænesidemus adjungit. **759** Hæc a Timone summatim. Videamus an recte dicta. Cum igitur isti promiscuas rerum omnium rationes esse velint, proindeque aut ulli hærendum, aut opinandum quidquam esse negent : ex iis utique merito quærat aliquis, errentne qui discriminis aliquid inter eas constituant, an non? Si enim errant, utique non recte sentiunt. Ita nonnullos esse dicant ipsi quoque necesse est, qui falso de rebus opinentur, se porro unos esse, qui vere pronuntient : ex quo profecto sequitur veri aliquid falsique reperiri. Quod si non erramus, quotquot res ab aliis alias vulgo distinguimus, quænam illos intemperiæ tenent, qui nos tam vehementer incessant, cum eosdem errare necesse sit, dum nullum ab iis non discrimen excludunt? Verum esto, demus tamen illis nulla res prorsus omnes diversitate secerni : ab hominum vulgo nihil ergo differunt ipsi quoque. Sapientiam igitur isti quam nobis tandem ostendunt? aut cur omnes Timonis ore proscinduntur, Pyrrho celebratur unus? Præterea, si nihil in rebus discriminis est, ne differre quidem aut non differre, opinari aut non opinari discriminis quidquam subibunt. Cur enim sint potius ista quoque, quam non sint? vel, ut Timon ipse loqui solet, cur ita? cur non? Imo, quorsum tandem vel ipsum *cur*? omnem enim quæstionem funditus proinde tollendam esse constat. Desinant igitur molestiam nobis ultra facessere. Nam insaniunt illi profecto, dum suæ ipsorum artis obliti, nos opinari quidquam jubent simul atque vetant, iidemque pronuntiant aliquid de rebus, qui tamen nihil pronuntiandum esse statuunt. Nolunt te nimirum sentire cum ullo, sibi tamen omnes fidem habere volunt : dumque se nihil scire profitentur, omnes tamen, quasi res apprime norint, passim reprehendunt. At incerta omnia esse qui dicant, hos e duobus alterum, aut videre necesse est, aut aliquid pronuntiare. Si

ἀφέντες τήνδε τὴν φωνήν, οἷς ἀντείρηκεν ὁ Ἀριστοτέλης. Ἴσχυσε μέντοι τοιαῦτα λέγων καὶ Πύρρων ὁ Ἠλεῖος· ἀλλ' αὐτὸς μὲν οὐδὲν ἐν γραφῇ καταλέλοιπεν. Ὁ δέ γε μαθητὴς αὐτοῦ Τίμων φησὶ, δεῖν τὸν μέλλοντα εὐδαιμονήσειν εἰς τρία ταῦτα βλέπειν· πρῶτον μὲν, ὁποῖα πέφυκε τὰ πράγματα· δεύτερον δὲ, τίνα χρὴ τρόπον ἡμᾶς πρὸς αὐτὰ διακεῖσθαι· τελευταῖον δὲ, τί περιέσται τοῖς οὕτως ἔχουσι. Τὰ μὲν οὖν πράγματά φησιν αὐτὸν ἀποφαίνειν ἐπίσης ἀδιάφορα, καὶ ἀστάθμητα, καὶ ἀνέγκριτα· διὰ τοῦτο μήτε τὰς αἰσθήσεις ἡμῶν μήτε τὰς δόξας ἀληθεύειν ἢ ψεύδεσθαι. Διὰ τοῦτο οὖν μὴδὲ πιστεύειν αὐταῖς δεῖν, ἀλλ' ἀδοξάστους, καὶ ἀκλινεῖς, καὶ ἀκραδάντους εἶναι. περὶ ἑνὸς ἑκάστου λέγοντας, ὅτι οὐ μᾶλλόν ἐστιν, ἢ οὐκ ἔστιν, ἢ καὶ ἔστι, καὶ οὐκ ἔστιν, οὔτ' οὐκ ἔστιν. Τοῖς μέντοι διακειμένοις οὕτω περιέσεσθαι Τίμων φησὶ πρῶτον μὲν ἀφασίαν, ἔπειτα δ' ἀταραξίαν, Αἰνησίδημος δὲ ἡδονήν. Τὰ μὲν οὖν κεφάλαια τῶν λεγομένων ἐστὶ ταῦτα. Σκεψώμεθα δ' εἰ ὀρθῶς λέγουσιν. Ἐπεὶ τοίνυν ἐπίσης ἀδιάφορα πάντα φασὶν εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο κελεύουσι μηδενὶ προστίθεσθαι, μηδὲ δοξάζειν, εἰκότως ἄν, οἶμαι, πύθοιτό τις αὐτῶν· Ἆρά γε διαμαρτάνουσιν οἱ διαφέρειν αὐτὰ νομίζοντες, ἢ οὔ; Πάντως γὰρ, εἰ μὲν ἁμαρτάνουσιν, οὐκ ὀρθῶς ὑπολαμβάνοιεν ἄν. Ὥστε ἀνάγκη λέγειν αὐτοῖς εἶναί τινας τοὺς τὰ ψευδῆ περὶ τῶν ὄντων δοξάζοντας· αὐτοὶ τοίνυν εἶεν ἂν οἱ τἀληθῆ λέγοντες. οὕτω δὲ εἴη ἂν ἀληθές τι καὶ ψεῦδος. Εἰ δ' οὐχ ἁμαρτάνομεν οἱ πολλοὶ, τὰ ὄντα διαφέρειν οἰόμενοι, τί παθόντες ἐπιπλήττουσιν ἡμῖν; αὐτοὶ γὰρ ἁμαρτάνοιεν ἄν, ἀξιοῦντες μὴ διαφέρειν αὐτά. Καὶ μὴν εἰ καὶ δώημεν αὐτοῖς ἐπίσης ἀδιάφορα πάντα εἶναι, δῆλον, ὡς οὐκ ἂν διαφέροιεν οὐδ' αὐτοὶ τῶν πολλῶν. Τίς οὖν εἴη ἂν αὐτῶν ἡ σοφία; καὶ διὰ τί Τίμων τοὺς μὲν ἄλλους λοιδορεῖται πᾶσι, Πύρρωνα δ' ὑμνεῖ μόνον; Ἔτι γε μὴν, εἰ ἐπίσης ἐστὶν ἀδιάφορα πάντα, καὶ διὰ τοῦτο χρὴ μηδὲν δοξάζειν, οὐκ ἂν οὐδὲ ταῦτα διαφέροι· λέγω δὲ τὸ διαφέρειν, ἢ μὴ διαφέρειν, καὶ τὸ δοξάζειν, ἢ μὴ δοξάζειν. Τί γὰρ μᾶλλον ταῦτ' ἐστὶν, ἢ οὐκ ἔστιν; ἢ, ὡς φησι Τίμων, διὰ τί ναὶ καὶ διὰ τί οὔ; καὶ αὐτὸ τὸ διὰ τί; φανερὸν οὖν, ὡς ἀναιρεῖται τὸ ζητεῖν. Ὥστε παυσάσθωσαν ἐναχλοῦντες. Ἐπεὶ νῦν γε μεμήνασι, πόρρω τέχνης ἅμα μὲν ἡμᾶς διακελευόμενοι μὴ δοξάζειν, ἅμα δὲ κελεύοντες αὐτὸ τοῦτο ποιεῖν· καὶ λέγοντες, ὡς περὶ οὐδενὸς ἀποφαίνεσθαι δέοι, κἄπειτα ἀποφαινόμενοι. Καὶ ἀξιοῦσι μὲν μηδενὶ συγκατατίθεσθαι, πείθεσθαι δ' αὐτοῖς κελεύουσιν· εἶτα λέγοντες μηδὲν εἰδέναι, πάντας ἐλέγχουσιν, ὡς εὖ εἰδότες. Ἀνάγκη τε τοὺς φάσκοντας, ὡς ἄδηλα πάντα εἴη, δυεῖν θάτερον, ἢ σιωπᾷν, ἢ ἀποφαίνεσθαί τι καὶ λέγειν. Εἰ μὲν οὖν ἡσυχίαν ἄγοιεν, δῆλον, ὅτι πρός γε τοὺς τοιούτους οὐδεὶς ἂν εἴη λόγος· εἰ δ' ἀποφαίνοιντο, πάντη τε καὶ πάντας ἕξει τι φαῖεν ἄν, ἢ μὴ εἶναι, καθάπερ ἀμέλει νῦν φασιν, ὡς εἴη πάντα ἄγνωστα καὶ νομιστὰ πᾶσι, γνωστὸν δ' οὐδέν που. Ὁ τοίνυν ἀξιῶν ἢ τι δηλοῖ προῆγμαι, καὶ ἔνεστιν αὐτὸ συνεῖναι λεγόμενον, ἢ οὐκ ἔνεστιν. Ἀλλ' εἰ μὲν οὐ δηλοῖ, καθάπαξ οὐδεὶς οὐδ' οὕτω πρὸς τὸν τοιοῦτον ἂν εἴη λόγος· εἰ δὲ σημαίνει, πάντως ἢ ἄπειρα λέγοι ἄν, ἢ πεπερασμένα. Καὶ εἰ μὲν

Digitized by Google

ἄπειρα, οὐδ' ὅλως ἂν εἴη λόγος πρὸς αὐτόν· ἀπείρου γὰρ γνῶσις οὐκ ἔστι· πεπερασμένων δὲ ὄντων τῶν δηλουμένων, ἡ ἑνὸς ὁτουοῦν, ὁ τοῦτο λέγων, ὁρίζει τι καὶ κρίνει. Πῶς οὖν ἄγνωστα καὶ ἀνεπίκριτα πάντα εἴη ἄν; Εἰ δὲ φαίη ταῦτα καὶ εἶναι καὶ μὴ εἶναι, πρῶτον μὲν ἔσται ταὐτὸ καὶ ἀληθὲς καὶ ψεῦδος· ἔπειτα δὲ ἐρεῖ τι καὶ οὐκ ἐρεῖ, καὶ λόγῳ χρώμενος, ἀναιρήσει λόγον. Ἔτι δὲ ὁμολογῶν ψεύδεσθαι, πιστεύειν ἑαυτῷ φησι δεῖν. Ἄξιον δὲ ζητῆσαι, πόθεν καὶ μαθόντες, ἄδηλα πάντα φασὶν εἶναι. Δεῖ γὰρ εἰδέναι πρότερον αὐτοὺς, τί δήποτ' ἐστὶ τὸ δῆλον· οὕτω γοῦν ἂν ἔχοιεν λέγειν, ὡς οὐκ εἴη τὰ πράγματα τοιαῦτα. Πρῶτον γὰρ εἰδέναι χρὴ τὴν κατάφασιν, εἶτα τὴν ἀπόφασιν. Εἰ δὲ ἀγνοοῦσιν ὁποῖόν ἐστι τὸ δῆλον, οὐκ ἂν εἰδεῖεν οὐδὲ τί τὸ ἄδηλον. Ὁπόταν γε μὴν Αἰνησίδημος ἐν τῇ ὑποτυπώσει τοὺς ἑννέα διεξίῃ τρόπους (κατὰ τοσούτους γὰρ ἀποφαίνειν ἄδηλα τὰ πράγματα πεπείραται)· πότερον αὐτὸν φῶμεν εἰδότα λέγειν αὐτοὺς, ἢ ἀγνοοῦντα; Φησὶ γὰρ, ὅτι τὰ ζῶα διαφέρει, καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ, καὶ αἱ πόλεις, καὶ οἱ βίοι, καὶ τὰ ἔθη, καὶ οἱ νόμοι. Καὶ τὰς αἰσθήσεις δέ φησιν ἡμῶν ἀσθενεῖς εἶναι, καὶ πολλὰ τὰ ἔξωθεν λυμαινόμενα τὴν γνῶσιν, ἀποστήματα, καὶ μεγέθη, καὶ κινήσεις· ἔτι δὲ τὸ μὴ ὁμοίως διακεῖσθαι νέους καὶ πρεσβυτέρους, καὶ ἐγρηγορότας καὶ κοιμωμένους, καὶ ὑγιαίνοντας καὶ νοσοῦντας· οὐδενός τε ἡμᾶς ἁπλοῦ καὶ ἀκραιφνοῦς ἀντιλαμβάνεσθαι. Πάντα γὰρ εἶναι συγκεχυμένα, καὶ πρός τι λεγόμενα. Ταῦτα δὲ, φημὶ, καὶ τὰ τοιαῦτα κομψολογοῦντα αὐτὸν, ἡδέως ἂν τις εἴρετο· Πότερον εὖ εἰδὼς λέγοι, διότι τὰ πράγματα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, ἢ ἀγνοῶν; Εἰ μὲν γὰρ οὐκ ἤδει, πῶς ἂν ἡμεῖς αὐτῷ πιστεύοιμεν; εἰ δ' ἐγίνωσκε (1), κομιδῇ τις ἦν ἠλίθιος, ἅμα μὲν ἄδηλα πάντα ἀποφαινόμενος, ἅμα δὲ τοσαῦτα λέγων εἰδέναι. Καὶ μὴν ὁπότε γε τὰ τοιαῦτα διεξίοιεν, οὐδὲν ἀλλ' ἢ ἐπαγωγήν τινα λέγουσι, δεικνύντες ὁποῖ' ἄττα εἴη τὰ φαινόμενα καὶ τὰ καθ' ἕκαστα. Τὸ δὲ τοιοῦτο καὶ ἔστι καὶ λέγεται πίστις. Εἰ μὲν οὖν αὐτῇ συγκατατίθενται, δῆλον ὅτι δοξάζουσιν· εἰ δ' οὐ πιστεύουσιν, οὐδ' ἂν ἡμεῖς προσέχοιμεν αὐτοῖς. Ὅ γε μὴν Τίμων ἐν τῷ *Πύθωνι* διηγεῖται μακρόν τινα κατατείνας λόγον, ὡς ἐντύχοι τῷ Πύῤῥωνι βαδίζοντι Πυθοῖδε, παρὰ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀμφιαράου, καὶ τίνα διαλεχθεῖεν ἀλλήλοις. Ἆρ' οὐκ εὐλόγως ἂν τις αὐτῷ ταῦτα συγγράφοντι παραστὰς εἴποι, Τί, ὦ πονηρὲ, ἐνοχλεῖς σεαυτῷ ταῦτα συγγράφων, καὶ ἃ μὴ οἶσθα διηγούμενος; Τί γὰρ μᾶλλον ἐνέτυχες αὐτῷ καὶ διηλέχθης, ἢ οὐ διηλέχθης; Αὐτός τε ἐκεῖνος ὁ θαυμαστὸς Πύῤῥων, ἆρά γε ἤδει τὸ διὰ τί βαδίζοι Πύθια θεασόμενος: ἢ καθάπερ οἱ μεμηνότες, ἐπλανᾶτο κατὰ τὴν ὁδόν; Ἥνίκα δὲ ἤρξατο κατηγορεῖν τῶν ἀνθρώπων καὶ τῆς ἀγνοίας αὐτῶν, ἆρά γε φῶμεν αὐτὸν ἀληθῆ λέγειν, ἢ μή; Ἆρά γε καὶ τὸν Τίμωνα παθεῖν τι, καὶ συγκαταθέσθαι τοῖς λόγοις, ἢ μὴ προσέχειν; Εἰ μὲν γὰρ οὐκ ἐπείσθη, πῶς ἀντὶ χορευτοῦ φιλόσοφος (2) ἐγένετο, καὶ τὸν Πύῤῥωνα διε-

(1) *Εἰ δ' ἐγίνωσκε.* B. Augustinus lib. *De religione*, quærenti veritatem, *Saltem*, inquit, *scis te dubitare an sit aliquid veri, et hoc ipsum est veritas.*

quiescent, nulla cum iis futura disputatio est : sin dicent aliquid : vel esse quiddam, vel non esse omnino dicturi sunt : quemadmodum utique obscura esse cunctis universa nunc dicunt, atque in sola opinione posita, notum esse nihil. Porro qui sumit aliquid, aut rem illam sic aperit, ut intelligi dum explicatur ea possit, aut obscuram potius et ignotam relinquit. Si non aperiet, ne tum quidem ulla cum eo futura disputatio est. **760** Sin explicabit aliquid, prorsus aut infinita dicet, aut suis quibusdam finibus circumscripta. Quod si infinita, rursus omnem secum agendi facultatem eripiet, quod infiniti cognitio nulla esse possit. At si finita quædam, aut etiam unum aliquid aperiet; qui hoc faciat, definiat idem aliquid, judicetque necesse est. Quinam igitur obscura omnia et promiscua esse possint? Jam vero, si eadem esse simul ac non esse dicet : primum quidem verum simul idem ac falsum erit : deinde aliquid ipse dicet, dicetque nihil, atque ita orationem, oratione dum utetur, exstinguet. Præterea, qui se falsum dicere fateatur, idem sibi fidem haberi vult. Jam vero, quæri etiam ex illis poterit, unde tandem incerta esse universa didicerint? Prius enim quid illud sit quod certum vocatur, nosse debent; tumque demum, ejusmodi non esse omnia statuere poterunt : affirmationis quippe notitia negationis cognitionem antecedit. Qui si minus quid certum sit noverint, ne incertum quidem illi quid sit nosse poterunt. Enimvero cum Ænesidemus in sua illa, quam informabat hypotyposi, novem omnino modos exponeret (totidem enim quam incerta sint omnia declarare conabatur), utrum eosdem norat ipse qui diceret, an ignorabat? Nam is quidem in animantibus, imo etiam et in nobis ipsis, urbibus, institutis, moribus ac legibus discrimen agnoscit : idem vero et infirmos ait sensus esse nostros, et plurima quæ cognitioni extrinsecus officiant impedimenta commemorat, intervalla, magnitudines, motus, juvenum atque senum, vigilantium et dormientium, valentium et ægrotantium dissimiles aliosque sensus; rerum dum eas percipimus, quod permistæ sint omnes, et cum aliquo semper ad aliud quid ordine proferantur, sincerum nunquam simplicemque vultum. Hæc, inquam, ille cæteraque id genus dum magnifice loquitur, quærat ex eo jure quispiam, sitne hæc hominis varias illas rerum conditiones probe scientis, an potius ignorantis oratio? Si enim illas ignorat, qui tandem ipsi fidem habebimus? Sin eas probe norit, nec stolidus admodum est, qui cum obscura esse omnia statuat, tam multa se tamen scire confirmet. Utique dum talia oratione percensent, inductionem aliquam modo texunt, et cujusmodi quæque sint quæ appareant, sigillatim ostendunt : quod quidem orationis genus est vocaturque fides. Hanc igitur illi si sequuntur, eosdem proinde opinari nemo non videt : si vero non credunt, ne ipsi

(2) *Ἀντὶ χορευτοῦ φιλόσοφος.* Diogenes Laertius lib. IX ex Simone quodam Apollonide, Timonem hunc significat, a saltatione jam abstinere co-

Digitized by Google

quidem illos audiemus. **761** Jam vero quod in *Pythone* longam adeo Timon ipse narrationem instituit, quemadmodum in Pyrrhonem circa templum Amphiarai, dum Pythiam peteret, inciderit, et quosnam cum eo sermones miscuerit : quis non ea scribentem his verbis jure conveniat? Quid ipse tibi, homo nequam, molestus es, dum ista scribis, eaque commemoras, quæ tu nescis? Cur enim in eum incidisti, aut cur sermones cum eo miscuisti potius, quam non miscuisti? Pyrrho autem ille tuus tam excellens, tamque divinus, satisne quorsum ad Pythia spectanda pergeret ipse norat? an vero, quod furiosi solent, in via temere vagabatur? Idem vero cum et homines et hominum ignorantiam accusare cœpit, num ille nobis verum dicere videatur, an non? Quid Timon? an ejus est oratione commotus? fidem illi habuit, an negavit? Si negavit, quis tandem evasit e saltatore philosophus? aut cur Pyrrhonem tam vehementer postea constanterque suspexit? Qui si ejus verbis fidem habuit, inepte profecto facit, qui nos, dum philosophatur, philosophari vetet. Atque, ut universe loquamur, quid sannæ illæ Timonis omnes, et irrogatæ generi hominum universo contumeliæ : quid perniciosa Æneæsidemi rudimenta, quid verborum tota illa congeries sibi velit, mirum jure cuipiam videatur. Si enim id hoc in scribendi genere sequebantur, uti nos meliores efficerent, eoque sibi carpendos omnes et incessendos putarunt, ut nugas tandem habeamus veritatem, atque ita sese res, quomodo statuebat Pyrrho, habere credamus. Itaque si eorum in sententiam adducemur, dum et melius de rebus ipsi judicabimus, et saniora loquentes audiemus, ex deterioribus profecto meliores efficiemur. Quod si ita est, qui tandem promiscuæ adeo rerum omnium esse queant implicitæque rationes, aut ipsi nos hærere nemini, ac nihil existimare qui possimus? At vero si disputationis suæ fructus est nullus, quid molesti porro nobis esse perguni? aut quorsum versus iste Timonis,

A τέλεσε θαυμάζων; εἰ δὲ συγκατέθετο τοῖς λεγομένοις, ἄτοπος ἂν εἴη τις, αὐτὸς μὲν φιλοσοφῶν, ἡμᾶς δὲ κωλύων. Ἁπλῶς δὲ, θαυμάσαι τις ἂν, οἱ Τίμωνος σίλλοι (2'), καὶ αἱ κατὰ πάντων ἀνθρώπων βλασφημίαι, καὶ αἱ κακαὶ στοιχειώσεις Αἰνησιδήμου, καὶ πᾶς ὁ τοιοῦτος ὄχλος τῶν λόγων τί δήποτε βούλεται αὐτοῖς. Εἰ μὲν γὰρ οἰόμενοι κρείττους ἡμᾶς ἀπεργάσεσθαι, ταῦτα γεγράφασι, καὶ διὰ τοῦτο πάντας οἴονται δεῖν ἐλέγχειν, ὅπως παυσώμεθα φλυαροῦντες, βούλονται δηλονότι τὴν ἀλήθειαν ἡμᾶς εἰδέναι, καὶ ὑπολαβεῖν, ὅτι τοιαῦτα εἴη τὰ πράγματα, καθάπερ ἀξιοῖ Πύρρων. Ὥστε εἰ πεισθείημεν αὐτοῖς, ἐκ χειρόνων βελτίους ἂν γενοίμεθα, κρίναντες τὰ συμφορώτερα, καὶ τοὺς ἄμεινον λέγοντας ἀποδεξάμενοι. Πῶς οὖν ἐπίστης ἀδιάφορα τὰ πράγματα, καὶ ἀνεπίκριτα δύναιτ' ἂν B εἶναι; καὶ πῶς ἀσυγκατάθετοι καὶ ἀδόξαστοι γενοίμεθ' ἄν; Εἰ δ' οὐδὲν ὄφελός ἐστι τῶν λόγων, τί ἡμῖν ἐνοχλοῦσιν; ἢ διὰ τί Τίμων φησὶν·

Cum Pyrrhone hominum possit contendere nemo?

Nec enim causæ quidquam fuerit, quamobrem Pyrrhonem suum miremur potius, quam aut Corybum illum aut Melitidem, qui tamen stultitiæ principes haberi solent. Jam ne prætereundum illud quidem leviter est quod sequitur. Quem enim, obsecro, aut civem illum, aut judicem, cujusmodi vel consiliarium, vel amicum, vel denique hominem habituri sumus? aut quid ille flagitii non audebit, qui honestum vere nihil aut turpe, qui justum esse nihil aut injustum opinabitur? Apage enim, qui aut legum sententiam genus hoc hominum dixerit, aut pœnarum acerbitatem extimescere? Quomodo enim in eos metus iste cadat, qui ab omni se perturbatione vacuos prædicant? Nam de Pyrrhone quidem canit ista Timon,

C *Οὐκ ἂν δὴ Πύῤῥωνί γ' ἐρίσειεν βροτὸς ἄλλος;*

Οὐ γὰρ μᾶλλον Πύῤῥωνα θαυμάσαι τις ἂν ἢ τὸν Κόρυβον ἐκεῖνον, ἢ τὸν Μελιτίδην, οἳ δὴ δοκοῦσι μωρίᾳ διενεγκεῖν. Ἐνθυμεῖσθαι μέντοι χρὴ καὶ ταῦτα. Ὁποῖος γὰρ ἂν γένοιτο πολίτης, ἢ δικαστὴς, ἢ σύμβουλος, ἢ φίλος, ἢ ἁπλῶς εἰπεῖν ἄνθρωπος, ὅ γε τοιοῦτος; ἢ τί τῶν κακῶν οὐ τολμήσειεν ἄν, ὁ μηδὲν ὡς ἀληθῶς οἰόμενος εἶναι κακὸν, ἢ αἰσχρὸν, ἢ δίκαιον, ἢ ἄδικον; Οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνο φαίη τις ἄν, ὅτι τοὺς νόμους δεδοίκασι κριτὰς, καὶ τὰς τιμωρίας οἱ τοιοῦτοι. Πῶς γὰρ οἵ γε ἀπαθεῖς καὶ ἀτάραχοι, καθάπερ αὐτοί φασιν, ὄντες; Ὅ γέ τοι Τίμων ταῦτα καὶ λέγει περὶ τοῦ Πύῤῥωνος,

Unum illum novi quem nulla superbia tollat,
762 *Non fanda atque infanda doment, quibus* [*omnis ubique*
Succumbit populus, vario dum turbidus æstu,
Atque animi dubius, cæcaque cupidine præceps
Huc illuc rapitur.

D *Ἄλλοῖον τὸν ἄτυφον ἐγὼ ἴδον ἢ ἀδάμαστον*
Πᾶσιν ὅσοις δαμᾶται, ἅμ' ἀῤῥήτοις τε φατοῖς τε,
Λαῶν ἔθνεα κοῦφα, βαρυνόμεν' ἔνθα καὶ ἔνθα,
Ἐκ παθέων, δόξης τε, καὶ εἰκαίης νομοθήκης.

pisse, antequam in Pyrrhonem incidisset. Σίμων Ἀπολλωνίδης, inquit, φησὶ τὸν Τίμωνα εἶναι πατρὸς μὲν Τιμάρχου, Φλιάσιον δὲ τὸ γένος. Νέον δὲ καταλειφθέντα χορεύειν, ἔπειτα καταγνόντα, ἀποδημῆσαι εἰς Μέγαρα πρὸς Στίλπωνα, etc. Εἶτα (id est, contractis jam nuptiis), πρὸς Πύῤῥωνα εἰς Ἦλιν ἀποδημῆσαι μετὰ γυναικός, etc. Vide infra, pag. 763.

(2') *Σίλλοι.* Vide eumdem locum pag. 763. Diogenes lib. IX auctor est, Simonem etiam illum Apollonidem, qui de Timone loquebatur, *Sillorum* opus scripsisse, quod Tiberio Cæsari dedicarit, in quod Diogenes ipse commentarios edidisset. Tum de Timonis operibus, Τῶν δὲ *Σίλλων*, inquit, τρία ἐστὶν (βιβλία), ἐν οἷς, ὡσὰν Σκεπτικὸς ὤν, πάντας λοιδορεῖ, καὶ σιλλαίνει τοὺς Δογματικούς, ἐν παρῳδίας εἴδει. Ὧν τὸ μὲν πρῶτον, αὐτοδιήγητον ἔχει τὴν ἑρμηνείαν, τὸ δὲ δεύτερον καὶ τρίτον, ἐν διαλόγου σχήματι. Operis initium hoc fuisse tradit,

Ἔσπετε νῦν μοι ὅσοι πολυπράγμονές ἐστε σο- [*φισταί.*

Digitized by Google

Ὁπόταν μέντοι φῶσι τὸ σοφὸν δὴ τοῦτο, ὅτι δέοι κατακολουθοῦντα φύσει καὶ τοῖς ἔθεσι ζῆν, μηδενὶ μέντοι συγκατατίθεσθαι, πάνυ τινές εἰσιν εὐήθεις. Εἰ γὰρ μηδενὶ ἄλλῳ, τούτῳ γοῦν αὐτῷ δέοι ἂν συγκατατίθεσθαι, καὶ ὑπολαβεῖν οὕτως ἔχειν αὐτό. Τί δὲ μᾶλλον τῇ φύσει καὶ τοῖς ἔθεσι δεῖ κατακολουθεῖν, ἢ οὐ δεῖ, μὴ εἰδότας γε δὴ μηδὲν, μηδὲ ἔχοντάς τι ὅτῳ κρινοῦμεν; Ἐκεῖνο μὲν γὰρ καὶ παντάπασίν ἐστιν ἠλίθιον, ἐπειδὰν λέγωσιν, ὅτι καθάπερ τὰ καθαρτικὰ φάρμακα συνεκκρίνει μετὰ τῶν περιπτωμάτων καὶ ἑαυτὰ, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ πάντα ἀξιῶν εἶναι λόγος δῆλα μετὰ τῶν ἄλλων ἀναιρεῖ καὶ ἑαυτόν. Εἰ γὰρ αὐτὸς αὑτὸν ἐλέγχοι, ληροῖεν ἂν οἱ χρώμενοι τούτῳ, βέλτιον. οὖν ἡσυχίαν ἄγειν αὐτοὺς, καὶ μηδὲ τὸ στόμα διαίρειν. Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ὅμοιον ἔχει τι τὸ καθαρτικὸν φάρμακον, καὶ ὁ τούτων λόγος. Τὸ μὲν γὰρ φάρμακον ἐκκρίνεται, κἂν τοῖς σώμασιν οὐχ ὑπομένει· τὸν μέντοι λόγον ἔν ταῖς ψυχαῖς ὑπάρχειν δεῖ τὸν αὐτὸν ὄντα, καὶ πιστευόμενον αἰεί. Μόνος γὰρ οὗτος εἴη ἄν, ὁ ποιῶν ἀσυγκαταθέτους. Ὅτι δ' οὐκ οἴονται τὸν ἄνθρωπον ἀδόξαστον εἶναι, καὶ ὡδὶ καταμάθοι τις ἄν. Ἀδύνατον γὰρ τὸν αἰσθανόμενον μὴ αἰσθάνεσθαι. Τὸ δ' αἰσθάνεσθαι, γνωρίζειν τι ἦν. Ὅτι δὲ καὶ πιστεύει τῇ αἰσθήσει, πᾶσι φανερόν. Ἀκριβέστερον γὰρ θέλων ἰδεῖν, ἀπέψησε τὼ ὀφθαλμὼ, καὶ προσῆλθεν ἐγγύτερον, καὶ ἐπιλλίσατο. Καὶ μὴν ἡδόμενοί γε καὶ πονοῦντες ἴσμεν. Οὐδὲ γὰρ οἷόν τε τὸν καιόμενον ἢ τεμνόμενον ἀγνοεῖν. Τὰς δὲ δὴ μνήμας καὶ ἀναμνήσεις τίς οὐκ ἂν φαίη μεθ' ὑπολήψεως γίγνεσθαι; Περὶ μὲν γὰρ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν, ὅτι τὸ τοιοῦτον ἄνθρωπός ἐστιν, ἔτι δὲ περὶ τῶν ἐπιστημῶν καὶ τεχνῶν, τί λέγοι τις ἄν; οὐδὲν γὰρ ἦν τούτων, εἰ μὴ παφύκειμεν ὑπολαμβάνειν. Ἀλλ' ἔγωγε ἐῶ τἄλλα. Τοῖς μέντοι λεγομένοις ὑπὸ τούτων ἐάν τε πιστεύωμεν, ἐάν τε ἀπιστῶμέν, ἀναγκαίως ἔχει· δοξάζειν πάντη τε καὶ πάντως. Ὅτι μὲν οὖν ἀμήχανόν ἐστι φιλοσοφεῖν τὸν τρόπον τοῦτον, φανερόν· ὅτι δὲ καὶ παρὰ φύσιν, καὶ παρὰ τοὺς νόμους, ὡδὶ καταδοίμεν ἄν. Εἰ μὲν γὰρ ᾧ ὄντι τὰ πράγματα τοιαῦτα εἴη, τί λοιπὸν ἀλλ' ἢ καθάπερ ἐν ὕπνῳ ζῆν ἡμᾶς εἰκῆ καὶ ἐμπλήκτως; ὥστε φλυαροῖεν ἂν οἱ νομοθέται, καὶ στρατηγοὶ, καὶ οἱ παιδεύοντες. Ἀλλ' ἔμοιγε δοκοῦσιν οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἄνθρωποι ζῆν κατὰ φύσιν, μόνοι μέντοι τετυφῶσθαι, μᾶλλον δὲ μεμηνέναι μανίαν ἐρρωμένην οἱ ταῦτα ληροῦντες. Οὐχ ἥκιστα μέντοι τοῦτο καταμάθοι τις ἂν κἀκεῖθεν. Ἀντίγονος γὰρ ὁ Καρύστιος κατὰ τοὺς αὐτοὺς γενόμενος χρόνους, καὶ ἀναγράψας αὐτῶν τὸν βίον, φησὶ τὸν Πύῤῥωνα διωκόμενον ὑπὸ κυνὸς, ἀναφυγεῖν ἐπί τι δένδρον· σκωπτόμενον δ' ὑπὸ τῶν παρόντων, εἰπεῖν, ὡς χαλεπὸν εἴη τὸν ἄνθρωπον ἐκδῦναι. Φιλίστης δὲ τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ θυούσης, ἔπειτα τῶν φίλων τινὸς ὑποσχομένου τὰ πρὸς τὴν θυσίαν, καὶ μὴ παρασχομένου. Τοῦ μέντοι Πύῤῥωνος πριαμένου, καὶ ἀγανακτοῦντος, ἐπειδήπερ ὁ φίλος ἔλεγεν, ὡς οὐ ποιήσαιτο σύμφωνα τοῖς λόγοις, οὐδ' ἄξια τῆς ἀπαθείας· εἰπεῖν αὐτόν· Ἐν γοῦν γυναικὶ οὐ δεῖ τὴν ἀπόδειξιν αὐτῆς ποιεῖσθαι. Καίτοι δικαίως ἂν εἶπεν ὁ φίλος, ὅτι ματαία καὶ ἐν γυναικὶ, καὶ κυνὶ, καὶ πᾶσιν. Εἰ δή σοι

A Præterea dum egregium illud sapiensque dictum pronuntiant, in vita instituenda naturæ consuetudinisque ductum sequi oportere, simulque nulla penitus in re hærendum esse docent, faciunt ineptissime. Nam ut fides cæteris omnibus detrahatur, huic saltem habenda necessario sit, planeque statuendum ita rem habere. Sed enim cur naturæ consuetudinisque ductum sequi potius nos oporteat, quam ab eo discedere, qui nec sciamus omnino quidquam, nec cujus vi judicium ferri possit quid quam habeamus? Quod enim addunt, extremæ cujusdam stultitiæ est: quemadmodum pharmaca, in quibus purgandi vis est, sese cum excrementis ipsis pariter ac simul excernunt; ita quæ ratio incerta esse omnia conficiat, eam se quoque perinde B ut reliqua funditus convellere. Nam si refutat ipsa sese, insulse faciat ea qui utetur. Quiescant igitur isti, ac ne hiscant quidem. Tametsi nec pharmaco illi quo purgamur istorum ratio simile quidquam habet. Nam ita pharmacum excernitur, ut in corpore minime resideat: hæc ratio et eadem hæreat in mente semper, et fidem a nobis perpetuam impetret, necesse est, quod ea nos sola ne cuiquam assentiamur efficiat. Porro quam ne isti quidem opinandi vim homini eripiant, vel ex eo intelligas. Qui sentit, idem ut ne sentiat fieri nullo modo potest: sentire autem cognoscere est. At eos sensui fidem habere nemo non videt. Nam ut certius aliquid intueri possint, cum purgare oculos, tum etiam accedere propius, ac subinde nictando intueri C solent. Quid quod nostrum ipsi tam lætitiæ quam doloris sensum novimus? Nec enim fieri possit, ut sese uri quis aut secari nesciat. Memoriam similiter ac recordationem quis non existimatione conjunctam esse dixerit? Quid de communi omnium sensu, qui ejusmodi hominem esse clamat; quid de artibus doctrinisque dicetur? Istorum quippe nihil haberemus, nisi a natura existimandi vim haberemus. At mitto cætera, dum hoc unum maneat, fidem ut iis sive habeamus, sive negemus, opinandi facultatem necessario nobis esse relinquendam. Hactenus igitur nullam ejusmodi philosophandi rationem esse posse ostendimus. Quam eadem rationi ac legibus adversetur, hinc accipe. D Nam si vere ita res habeant, quid aliud superest, nisi ut sic, tanquam in somno, temere stolideque vivamus? Nugentur enimvero legislatores; duces præceptoresque nugentur. Equidem alios omnes ex naturæ præscripto vitam instituere sentio; rationem hanc philosophorum unam quæ tam absurda loquatur, delirare, aut potius vehementer furere statuo. Quod ipsum ex sequenti Pyrrhonis facto maxime intelliges. Antigonus 763 enim Carystius, qui sub eadem vivebat tempora, quique illorum vitam conscripsit, Pyrrhonem commemorat, ut sese insequenti cani eriperet, quamdam ad arborem confugisse: qua de causa cum ab iis qui aderant, rideretur, ægre admodum hominem exui respondisse. Præterea, cum Philista ejus soror sacrificium

Digitized by Google

adornaret, quemdam ex amicis, qui res ad illud necessarias pollicitus fuerat, promissis non stetisse. Pyrrhonem igitur eos sumptus facere coactum, graviter id acerbeque cum ferret, ex suo illo amico audiisse, parum se omnino suorum ex decretorum præscripto facere, atque ab omni perturbatione vacuum ostendere. Tum enimvero Pyrrhonem homini reposuisse, hujus rei fidem in mulierculæ causa fieri non debere. Cui sane amicus ille suus merito responderet, in muliere, in cane, in reliquis omnibus inane totum hoc disputandi genus futurum. Quod si nonnullum tibi operæ pretium ex hac oratione futurum videtur, haud abs re fuerit, tum quos habuerit iste sectatores, tum quos æmulatus ipse fuerit, cognoscere. Fuit igitur Pyrrho cujusdam Anaxarchi discipulus : ac primum quidem picturæ operam dedit, at successu parum læto : postmodum vero in Democriti libros cum incidisset, nihil aut in iis boni reperit, aut ipse conscripsit, sed deos tantum hominesque omnes contumeliis ac probris oneraret, ac sese tamen ab omni fastu vacuum diceret, scripto reliquit nihil. Is discipulum habeit Timonem Phliasium, qui cum antea saltatorem ageret in scenis, ubi deinde hominem audiisset, mordaces et aculeatos versus edidit, quibus totam superiorum philosophorum nationem proscindebat. Fuit enim is *Sillorum* auctor, quorum e numero sunt qui sequuntur,

A τῶν λόγων τούτων ἐστὶν ὄφελος, ὀρθῶς γ' ἔχει μαθεῖν, καὶ τίνες οἱ ζηλώσαντες αὐτὸν ἐγένοντο, καὶ τίνας ἐζήλωσεν αὐτός. Ὁ μὲν οὖν Πύῤῥων Ἀναξάρχου τινὸς ἐγένετο μαθητής, ὃς τὸ μὲν πρῶτον ἦν ζωγράφος, οὐδ' οὕτως εὐτυχής, ἔπειτα τοῖς Δημοκρίτου βιβλίοις ἐντυχών, χρηστὸν μὲν οὐδὲν οὔτε εὗρεν, οὔτε ἔγραψε, κακῶς δὲ πάντας εἶπε καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους. Αὐτὸς δ' ὕστερον τοῦτον τὸν τῦφον περιβαλλόμενος, καὶ καλῶν ἄτυφον ἑαυτὸν, οὐδὲν ἐν γραφῇ κατέλιπεν. Ἐγένετο δὲ μαθητὴς αὐτοῦ Τίμων Φλιάσιος, ὃς τὸ μὲν πρῶτον ἐχόρευεν ἐν τοῖς θεάτροις· ἔπειτα δ' ἐντυχὼν αὐτῷ, συνέγραψεν ἀργαλέας παῤῥῳδίας καὶ βωμολόχους, ἐν αἷς βεβλασφήμηκε πάντας τοὺς πώποτε φιλοσοφήσαντας. Οὗτος γὰρ ἦν ὁ τοὺς B *Σίλλους* γράψας, καὶ λέγων·

Vos genus infelix, nostræque infamia vitæ,

Nec nisi venter inest, cassio ex certamine ficti.

Et,

Quippe isti sensis pleni mendacibus utres.

At cum jam isti perinde ab omnibus neglecti jacerent, ut si fuissent ipsi nunquam, exstitit audiustertius Alexandriæ Ægypti Ænesidemus quidam, qui antiquum illud nugarum genus revocare conaretur. Atque hi fere sunt communi opinione principes, qui hanc philosophandi viam instituere. Et quidem hujus vel sectæ, vel disciplinæ, ve. quocunque alio nomine hanc appellare libeat, qui laudator esse velit, neminem futurum satis constat. Ego vero, ne philosophiam quidem eam vocarim, cum ipsa philosophandi principia funditus convellat. » Hæc igitur adversus philosophos Pyrrhonis sectatores dicta sunto. Quibus affinia sane ac gemina esse possint, quibus ii redarguantur, qui ex Aristippi Cyrenæi sententia, præter id quod patiendo subeatur, comprehendi nihil posse docuerunt. Socratis autem sodalis Aristippus fuit, qui Cyrenaicam sectam instituit, ex qua quidem Epicurus finis illius sui constituendi **764** ansam arripuit. Erat enim Aristippus mollis admodum ac voluptatis amans, qui tametsi nihil unquam ipse palam de fine disseruit, virtute tamen, ut loquuntur, beatitudinis fundamentum in voluptatibus positum esse docuit. Nam cum de voluptate perpetuo loqueretur, hanc suis auditoribus suspicionem movit, ut in vitæ deliciis collocatum ab eo finem putarent. Is Synallum quemdam ejusque filiam, Areten nomine, discipulos habuit. Ea filium suscepit Aristippum, qui ab eadem ad philosophiæ studia pelleetus, matris discipulus vulgo dicebatur. Hic aperte docuit, finem esse cum vo-

Σχέτλιοι ἄνθρωποι, κακὼ ἐλέγχεα, γαστέρες [*olov* (3)],
Τοίων ἔκ τ' ἐρίδων, ἔκ τε στοραχῶν (4) *πέπλασθε.*

Καὶ,

Ἄνθρωποι κενεῆς οἰήσιος ἔμπλεοι ἄσκοι.

Μηδενὸς δ' ἐπιστραφέντος αὐτῶν, ὡς εἰ μηδὲ ἐγένοντο τὸ παράπαν, ἐχθὲς καὶ πρώην ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ κατ' Αἴγυπτον Αἰνησίδημός τις ἀναζωπυρεῖν ἦρξατο τὸν ὕθλον τοῦτον. Καὶ σχεδὸν οἱ μὲν κράτιστοι δοκοῦντες εἶναι τῶν τὴν ὁδὸν βεβαδικότων ταύτην εἰσὶν οὗτοι. Ὅτι μὲν οὖν τὴν τοιαύτην εἴ τε αἵρεσίν, εἴ τε ἀγωγὴν λόγων, εἴ τε ὅπῃ καὶ ὅπως ἐθέλῃ τις καλεῖν αὐτὴν, οὐδεὶς ἂν εὖ φρονῶν ὀρθὴν εἶναι φαίη, δῆλον. Ἐγὼ μὲν οὐδὲ φιλοσοφίαν οἶομαι δεῖν ὀνομάζειν αὐτὴν, ἀναιροῦσάν γε δὴ τὰς τοῦ φιλοσοφεῖν ἀρχάς. » Ταῦτα μὲν οὖν πρὸς τοὺς κατὰ Πύῤῥωνα φιλοσοφεῖν νομιζομένους. Συγγενὴ δ' αὐτοῖς εἴη ἂν καὶ τὰ ἀντιλεγόμενα πρὸς τοὺς κατὰ Ἀρίστιππον τὸν Κυρηναῖον, μόνα λέγοντας εἶναι τὰ πάθη καταληπτά. Σωκράτους δ' ἑταῖρος ὁ Ἀρίστιππος ἦν, ὁ τὴν καλουμένην Κυρηναϊκὴν συστησάμενος αἵρεσιν, ἀφ' ἧς τὰς ἀφορμὰς Ἐπίκουρος πρὸς τὴν τοῦ τέλους ἔκθεσιν εἴληφεν. Ἦν δ' ὁ Ἀρίστιππος ὑγρὸς πάνυ τὸν βίον καὶ φιλήδονος· ἀλλ' οὐδὲν μὲν οὕτως ἐν τῷ φανερῷ περὶ τέλους διελέξατο· δυνάμει δὲ τῆς εὐδαιμονίας τὴν ὑπόστασιν ἔλεγεν ἐν ἡδοναῖς κεῖσθαι. Ἀεὶ γὰρ λόγους περὶ ἡδονῆς ποιούμενος, εἰς ὑπόληψιν ἦγε τοὺς προσιόντας αὐτῷ τοῦ λέγειν τέλος εἶναι τὸ ἡδέως ζῆν. Τούτου γέγονεν ἀκουστὴς Σύναλλος, καὶ ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ Ἀρήτη. Ἥτις, γεννήσασα παῖδα, ὠνόμασεν Ἀριστίππον, ὃς, ὑπαχθεὶς ὑπ' αὐτῆς εἰς λόγους φιλοσοφίας, μητροδίδακτος ἐκλήθη· ὃς καὶ σαφῶς ὥρισατο τέλος εἶναι τὸ ἡδέως ζῆν, ἡδονὴν ἐντάττων τὴν κατὰ κίνησιν. Τρεῖς γὰρ ἔφη παντασιώσεις εἶναι περὶ τὴν ἡμετέραν σύγκρασιν· μίαν μὲν,

(3) Forte εἶεν. — Quid si legatur οἷον, ut sensus sit, *ventres tantum?* Edit.

(4) Forte στομασιμῶν.

Digitized by Google

καθ' ἣν ἀλγοῦμεν, ἐοικυῖαν τῷ κατὰ θάλασσαν χειμῶνι· ἑτέραν δέ, καθ' ἣν ἡδόμεθα, τῷ λείῳ κύματι ἀφομοιούμενοι· εἶναι γὰρ λείαν κίνησιν τὴν ἡδονήν, οὐρίῳ παραβαλλομένην ἀνέμῳ, τὴν δὲ τρίτην μέσην εἶναι κατάστασιν, καθ' ἣν οὔτε ἀλγοῦμεν, οὔτε ἡδόμεθα, γαλήνῃ παραπλησίαν οὖσαν. Τούτων δὴ καὶ ἔφασκε τῶν παθῶν μόνων ἡμᾶς τὴν αἴσθησιν ἔχειν. Πρὸς οὓς ἀντιλέλεκται ταῦτα.

A luptate vivere, voluptatem eam intelligens, quæ in aliqua commotione versetur. Tria quippe temperationis nostræ genera statuebat : unum quo doleamus, ei quæ in mari excitatur tempestati persimile ; alterum quo lætemur, et æquato fluctui similes simus : æquatam enim commotionem esse voluptatem, secundi venti simillimam. Tertium denique medium genus, quo nec doleamus ipsi, nec lætemur, malaciæ ac tranquillitati propius. Horum ille duntaxat motuum aliquem a nobis sensum haberi docuit. At sequentibus refelli possit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Πρὸς τοὺς κατ' Ἀρίστιππον φιλοσόφους, μόνα λέγοντας τὰ πάθη εἶναι καταληπτά, τὰ δὲ λοιπὰ ἀκατάληπτα. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.

« Ἐξῆς δ' ἂν εἶεν οἱ λέγοντες μόνα τὰ πάθη καταληπτά. Τοῦτο δ' εἶπον ἔνιοι τῶν ἐκ τῆς Κυρήνης. Οὗτοι δ' ἦσαν, ὥσπερ ὑπὸ κάρου πιεζόμενοί τινες, οὐδὲν εἶναι τὸ παράπαν, εἰ μή τις παραστὰς αὐτοὺς παίοι καὶ κεντῴη. Καιόμενοι γὰρ ἔλεγον καὶ τεμνόμενοι γνωρίζειν, ὅτι πάσχοιέ τι, πότερον δὲ τὸ καῖον εἴη πῦρ, ἢ τὸ τέμνον σίδηρος, οὐκ ἔχειν εἰπεῖν. Τοὺς δὲ ταῦτα λέγοντας εὐθὺς ἔροιτό τις ἄν, εἰ δὴ τοῦτο γοῦν ἴσασιν αὐτοί, διό τι πάσχουσί τι καὶ αἰσθάνονται. Μὴ εἰδότες μὲν γὰρ, οὐδ' εἰπεῖν δυνηθεῖεν ἄν, ὅτι μόνον ἴσασι τὸ πάθος· εἰ δ' αὖ γνωρίζουσιν, οὐκ ἂν εἴη μόνα τὰ πάθη καταληπτά. Τὸ γὰρ, *Ἐγὼ καίομαι*, λόγος ἦν, καὶ οὐ πάθος. Ἀλλὰ μὴν ἀνάγκη γε τρία ταῦτα συνυφίστασθαι, τό τε πάθος αὐτὸ, καὶ τὸ ποιοῦν, καὶ τὸ πάσχον. Ὁ τοίνυν ἀντιλαμβανόμενος τοῦ πάθους πάντως αἰσθάνοιτ' ἄν. Οὐ γὰρ δὴ, ὅτι μὲν, εἰ τύχοι, θερμαίνεται γνωριεῖ, πότερον δ' αὐτὸς ἢ ὁ γείτων, ἀγνοήσει· καὶ νῦν ἢ πέρυσι· καὶ Ἀθήνῃσιν ἢ ἐν Αἰγύπτῳ· καὶ ζῶν ἢ τεθνεώς· ἔτι δὲ ἄνθρωπος ὢν ἢ λίθος. Οὐκοῦν εἴσεται καὶ ὑφ' οὗ πάσχει. Καὶ γὰρ ἀλλήλους γνωρίζουσι, καὶ ὁδοὺς, καὶ πόλεις, καὶ τὴν τροφήν. Οἱ δ' αὖ τεχνῖται τὰ ἐργαλεῖα τὰ αὑτῶν οἴδασι. Καὶ οἱ ἰατροὶ καὶ ναυτικοὶ σημειοῦνται τὰ μέλλοντα. Καὶ τῶν θηρίων οἱ κύνες εὑρίσκουσι τοὺς στίβους. Ἔτι γε μὴν ὁ πάσχων τι πάντως ἢ ὡς οἰκείου τινὸς, ἢ ὡς ἀλλοτρίου πάθους ἀντιλαμβάνεται. Πόθεν οὖν ἕξει λέγειν, ὅτι τοῦτο μέν ἐστιν ἡδονή, τοῦτο δὲ πόνος; ἢ ὅτι γευόμενος, ἢ ὁρῶν, ἢ ἀκούων, πάσχοι τι; καὶ τῇ μὲν γλώσσῃ γευόμενος, τοῖς δ' ὄμμασιν ὁρῶν, τοῖς δ' ὠσὶν ἀκούων; Ἢ πῶς ἴσασιν, ὅτι τοῦδι μὲν αἱρεῖσθαι χρῆν, τοῦδι δὲ φεύγειν; Εἰ δὲ μηδὲν τούτων γνοῖεν, οὐχ ἕξουσιν ὁρμήν, οὐδ' ὀρέξειν· οὕτω δ' οὐδ' ἂν ζῷα εἶεν. Γελοῖοι γάρ εἰσιν, ὁπότε λέγοιεν, ὅτι ταῦτα μὲν αὐτοῖς συμβέβηκεν, οὐ μὴν ἴσασί γε πῶς καὶ τίνα τρόπον. Οὗτοι γὰρ οὐδ' εἰ ἄνθρωποί πεφύκασιν, οὐδ' εἰ ζῶσιν, ἔχοιεν ἂν εἰπεῖν· οὐκοῦν οὐδ' εἰ λέγουσί τι, καὶ ἀποφαίνονται. Πρὸς δὴ τοὺς τοιούτους τίς ἂν εἴη λόγος; θαυμάσαι μέν τις ἄν, εἰ ἀγνοοῦσι πότερον ἐπὶ τῆς γῆς εἰσιν, ἢ ἐν τῷ οὐρανῷ· πολλῷ δὲ θαυμασιώτερον, εἰ οὐκ οἴδασι, καὶ ταῦτα, φάσκοντες φιλοσοφεῖν, ἆρά γε τὰ τέτταρα πλείονά ἐστιν ἢ τὰ τρία· καὶ τὸ ἓν καὶ τὰ δύο πόσα ἐστίν. Οὐδὲ γὰρ ὁπόσους ἔχουσιν ἐπὶ τῶν χειρῶν δακτύλους οὗτοί γε δύνανται εἰπεῖν, οὐδὲ πότερον ἕκαστος αὐτῶν εἷς ἐστιν ἢ πλείους. Ὥστε οὐδὲ

B

C

D

CAPUT XIX.

Adversus Aristippi sectatores, qui ea modo quæ patimur, comprehendi posse statuerunt, præterea nihil. Ex eodem.

τῆς ψυχῆς θεῖον σῶσαι δυνηθείσης· τά τε τῆς φύσεως πράγματα πάντα, κατὰ τὴν τῆς ψυχῆς διοίκησιν, ἔσχε τὸ καλῶς διοικεῖσθαι δύνασθαι. Ψυχὴ γὰρ πᾶσα, φησὶ, παντὸς ἐπιμελεῖται τοῦ ἀψύχου· πάντα δὲ οὐρανὸν περιπολεῖ ἄλλοτ' ἐν ἄλλοις εἴδεσι γινομένη. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ τῆς ἐπιστήμης, καὶ τῆς σοφίας, καὶ εἰς τὴν ἀθανασίαν τῆς ψυχῆς ἀνῆπται τῷ Πλάτωνι. Πᾶσαι γὰρ αἱ μαθήσεις ἀναμνήσεις (13)· καὶ οὐκ ἄλλως οἴεται δύνασθαι σώζεσθαι καὶ ζήτησιν καὶ μάθησιν, ἐξ ὧν ἐπιστήμη γίνεται. Εἰ δὲ μή ἐστιν ἡ ψυχὴ ἀθάνατος, οὐδὲ ἀνάμνησις· εἰ δὲ μὴ τοῦτο, οὐδὲ μάθησις. Πάντων οὖν τοῦ Πλάτωνος δογμάτων ἀτεχνῶς ἐξηρτημένων, καὶ ἐγκρεμαμένων τῆς κατὰ τὴν ψυχὴν θειότητός τε καὶ ἀθανασίας, ὁ μὴ συγχωρῶν τοῦτο, τὴν πᾶσαν ἀνατρέπει φιλοσοφίαν Πλάτωνος. Τίς οὖν ἐστιν ὁ πρῶτος ἐγχειρήσας ἀντιτάξασθαι ἀποδείξεσι, καὶ τὴν ψυχὴν ἀφελέσθαι τῆς ἀθανασίας καὶ τῆς ἄλλης πάσης δυνάμεως; Τίς δ' ἕτερος ἢ ὁ Ἀριστοτέλης; Τῶν μὲν γὰρ ἄλλων οἱ μὲν ἐπιδιαμένειν συνεχώρησαν οἱ δ', εἰ μὴ καὶ τοῦτο, δύναμίν γε ἐν τῷ σώματι καὶ κίνησίν τινα, καὶ ἔργα καὶ πράξεις ἀπένειμαν τῇ ψυχῇ· ὁ δὲ, ὅσῳπερ Πλάτων ἀπεσέμνυνε τὸ τῆς ψυχῆς πρᾶγμα, ἀρχὴν γενέσεως, καὶ Θεοῦ παίδευμα, καὶ τῶν ἁπάντων προστάτιν ἀποφηνάμενος, τὸ σῶμα δὲ (14) ἐφιλονείκησε καθελεῖν καὶ ἀτιμάσαι καὶ μικροῦ δεῖν μηδὲν ἀποφῆναι τὴν ψυχήν. Οὔτε γὰρ πνεῦμα (15), οὔτε πῦρ, οὔτε ὅλως σῶμα, ἀλλ' οὐδὲ ἀσώματον, οἷον εἶναί τε ἐφ' ἑαυτοῦ καὶ κινεῖσθαι· ἀλλ' οὐδ' ὅσον ἐπὶ τοῦ σώματος· ἀκίνητον, καὶ ὡς εἰπεῖν, ἄψυχον. Οἷον γὰρ τόδε ἐτόλμησεν, ἢ καὶ ἀπηναγκάσθη, ὡς καὶ τὰς πρωτουργοὺς κινήσεις (16) ἀφελέσθαι τῆς ψυχῆς, τὸ βουλεύσασθαι, τὸ διανοηθῆναι, τὸ προσδοκῆσαι, τὸ μνημονεῦσαι, τὸ λογίσασθαι! Οὐ γὰρ ψυχῆς ταῦτά ἐστι τὰ κινήματα, ὁ τῆς φύσεώς φησι γραμματεύς. Πάνυ γοῦν οὗτός ἐστι πιστὸς, ὡς συνῆκέ τι περὶ τῶν ἐκτὸς, ὁ τῆς αὐτοῦ ψυχῆς τοσοῦτον διημαρτηκὼς, ὡς μηδ' ὅτι διανοεῖται παρακαλουθεῖν. Οὐ γὰρ ἡ ψυχὴ, φησὶν, ἀλλ' ὁ ἄνθρωπός ἐστιν ὁ τούτων ἕκαστον ἐνεργῶν· ἡ ψυχὴ δὲ ἀκίνητος. Τούτῳ τοιγαροῦν ἑπόμενος Δικαίαρχος (17), καὶ κατ'

A seges illa complexioque moralium præceptionum, animi est immortalitatem secuta, quod excellentiam dignitatemque suam, adeoque generosum illum ardorem impetumque suum tueri ac retinere virtus, propter hanc animi divinitatem posset : et naturæ res omnes pro animorum administratione præclare ordinantur. Animus enim omnis, inquit, omnis inanimati curam suscipit : idemque cœlum omne versat ac regit, speciem in aliis aliam atque aliam inducens. Quin etiam quidquid scientiæ ac sapientiæ proprium est, id totum cum animi immortalitate Plato connexuit. Omnis enim doctrinæ perceptio recordatio quædam est : nec aliter inquisitionis ac disciplinæ, qua ex utraque scientia nascitur, rationem defendi posse arbitratur. Atqui si non est animus immortalis, recordatio quoque nulla est ; quam si sustuleris, disciplinam proinde nullam relinquis. Cum igitur dogmata Platonis universa ex animi divinitate et immortalitate apta vere ac suspensa sint, qui hanc utramque repudiet, is philosophiam Platonis omnem funditus evertat necesse est. Quis ergo primus omnium Platonicis demonstrationibus repugnare aggressus est, atque animum immortalitate simul ac facultate omni spoliare ? Quis autem alius præter Aristotelem ? Nam ex aliis quidem, partim eum aliquandiu permanere concedunt, partim, si minus hoc probant, vim certe aliquam et motionem in corpore cum propriis quibusdam functionibus animo reliquunt. Aristoteles autem, quo magnificentius animum Plato celebraverat, cum illum et ortus principium, Deique institutionem appellaret, hoc egit contra vehementius, ut eumdem abjiceret ac dedecoraret, imo vero nihil propemodum esse ostenderet. Enimvero neque spiritum illum esse, neque ignem, neque omnino corpus, imo nec etiam incorporeum, sic quidem ut ipse sit ac moveatur ex sese : quod ipsum nec ei concedit, ut est in corpore : prorsus ut immobilis ille sit, atque ut ita dicam, inanimus. Cujusmodi enim illud est, ut primarios etiam in agendo motus animo vel au-

(13) *Μαθήσεις ἀναμνήσεις.* Vide Platonem in *Phædone*, pag. 382 et seq., pro hujus erroris defensione longius quam par esset acriusque pugnantem.

(14) *Τὸ σῶμα δέ.* Hæc si retines, sententiam funditus omnem evertis, ut mediocriter attendenti patet. At τοσούτῳ, vel τόσῳ δή, et sensum implet, et superiori ὅσῳπερ optime respondet.

(15) *Οὔτε γὰρ πνεῦμα*, etc. Lege Aristotelem, lib. I *De anima*, cap. 2 et seq. ad libri calcem.

(16) *Πρωτουργοὺς κινήσεις.* Plato lib. X *De legib.*, Ἀγαι μὲν δὴ ψυχὴ πάντα τὰ κατ' οὐρανὸν, καὶ γῆν, καὶ θάλατταν, ταῖς αὐτῆς κινήσεσιν, αἷς ὄνομα τὰ ἐστι, βούλεσθαι, σκοπεῖσθαι, ἐπιμελεῖσθαι, βουλεύσασθαι, δοξάζειν, ἀρθῶς, εὐφημένως, χαίρουσαν, λυπουμένην, θαρροῦσαν, φοβουμένην, μισοῦσαν, στέργουσαν· καὶ πάσαις, ὅσαι τούτων ξυγγενεῖς, ἢ πρωτουργοὶ κινήσεις, τὰς δευτερουργοὺς αὖ παραλαμβάνουσαι κινήσεις σωμάτων, ἄγουσι πάντα εἰς αὔξησιν, καὶ φθίσιν, καὶ διάκρισιν, καὶ σύγκρισιν, etc. Aristoteles autem lib. I *De anima*, cap. 5, vel 4, ut in aliis editionibus functiones istas toti potius homini, quam animo uni tribuendas existimat, Τὸ δὲ

B

C

D

λέγειν, inquit, ὀργίζεσθαι τὴν ψυχὴν, ὅμοιον κἂν εἴ τις λέγοι, τὴν ψυχὴν ὑφαίνειν, ἢ οἰκοδομεῖν. Βέλτιον γὰρ ἴσως, μὴ λέγειν τὴν ψυχὴν ἐλεεῖν, ἢ μανθάνειν, ἢ διανοεῖσθαι, ἀλλὰ τὸν ἄνθρωπον τῇ ψυχῇ. Quæ doctrina vera est, nec, opinor, a Platone ipso negata, quemadmodum alias idem Aristoteles vere animum seu mentem intelligere pronuntiat, ut lib. III *De anima*, cap. 5, Ὁ ἄρα καλούμενος τῆς ψυχῆς νοῦς· λέγω δὲ νοῦν, ᾧ διανοεῖται καὶ ὑπολαμβάνει ἡ ψυχή.

(17) *Δικαίαρχος.* Hopperus Aristotelem hic *Dicæarchum*, *justitiæ principem*, dici arbitratus est. Dicæarchus iste philosophus erat ex Messana Siciliæ urbe, Ἀριστοτέλους ἀκουστής, ut scribit Suidas. De hoc multa passim Tullius, ut *Tuscul.* I, sect. 21 : *Dicæarchus autem*, inquit, *in eo sermone, quem Corinthi habitum tribus libris exposuit, primo libro multos loquentes facit : duobus Pheræcratem quemdam Pthiotam senem, quem ait Deucalione ortum, disserentem inducit ; nihil esse omnino animum, et hoc esse totum nomen inane, frustraque animalia et animantes appellari.* Et sect. 77 : *Acerrime autem*, inquit, *delicias meas Dicæarchus contra hanc immortalitatem disseruit. Is enim tres libros scripsit, qui*

Digitized by Google

deat, vel cogatur adimere, deliberationem, cogitationem, opinationem, recordationem, ratiocinationem! **810** Animi quippe motus isti non sunt, inquit noster hic naturæ scriba. Dignus videlicet, quem externis de rebus aliquid percepisse credamus, qui tantum ab animo ipse suo aberravit, ut ne propriam quidem ejus esse cogitationem assequi potuerit. Nec enim animus, inquit, sed homo potius efficit hæc omnia : animus vero manet immobilis. Itaque hunc secutus postea Dicæarchus, id quod ex ea doctrina consequens erat optime cum videret, totam animi naturam funditus sustulit. Nam constat illud quidem, esse aliquid animum, quod cerni per sese non possit : quo fit, ut saltem propter nullam sensuum operationem, animum esse dare debeamus. At vero delitescentis animi motiones, eo compellere nos videntur, uti aliquid ipsum esse fateamur. Nemo enim fere est qui hæc animi propria non esse intelligat, deliberare, considerare, et quocunque modo cogitare. Nam dum et corpus, et corporis facultates videmus, simulque genus illud functionum corporis esse non posse concludimus; aliud continuo quidpiam, quod per sese deliberet, in nobis esse, atque illud ipsum animum esse concedimus. Unde enim, si non inde, aliquid unquam de animo credidimus? Si quis igitur ista, quibus maxime proditur animus, eidem eripiens, alii cuidam rei tribuerit, is profecto, nec ullum, unde animus esse deprehendatur, vestigium, nec ubi usus animi aliquis esse possit, omnino quidquam relinquet. Quid igitur opis, qui animum immortalem esse defendet, ab eo qui animum ipsum interimat, exspectare possit? aut qui modi ejus, quo per sese illum moveri dicimus, ab iis doctrina ulla speretur, qui nullum prorsus ei motum concedant? Esto, dicat aliquis : at certe mentis immortalitatem quod attinet, Aristoteles cum Platone consentit. Is enim, ut non omnem animum immortalem esse velit, mentem quidem et divinam esse, et corruptionis expertem fatetur. Ergo, quæ mentis hujus essentia sit, quæ natura, unde vel ducat originem, vel hominibus inseratur, quo denique rursus avolet, idem ipse noverit : si tamen eorum omnino quæ de mente disputat, quidquam intelligit, ac non potius orationis obscuritate suam hac in re dubitationem dissimulans, ansam reprehensionis evitat, ac sepiarum more, tenebris sese, quo difficilius capiatur, involvit. Quanquam hic etiam penitus a Platone dissentit. Is enim mentem negat seorsum ab animo posse consistere; Aristoteles contra mentem ab animo sejungit ac separat. **811** Deinde, immortalitatem Plato, quod aliter fieri non posse videat, conjunctæ cum animo menti attribuit, qua solam hanc Aristoteles ab animoque disjunctam frui arbitratur. Postremo, migrare animum ex corpore, quod ita Platoni visum esset, probare non potuit : mentem idem ab animo, quoniam id Plato fieri non posse sentiebat, vel invitam abstraxit. » Hæc Atticus. Quibus libenter quæ sequuntur totidem verbis ex Plotino subjungam.

ἀκόλουθον ἱκανὸς ὢν θεωρεῖν, ἀνῄρηκε τὴν ὅλην ὑπόστασιν τῆς ψυχῆς. Ὅτι μὲν γὰρ ἀόρατόν τι καὶ ἀφανές ἐστιν ἡ ψυχή, δῆλον· ὥστε οὐκ ἂν διά γε τὴν ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων ἐνέργειαν δοίημεν εἶναι ψυχήν· αἱ δὲ κινήσεις αὐτῆς ἀφανοῦς οὔσης, ἀναγκάζειν ἡμᾶς δοκοῦσιν εἶναί τι τὴν ψυχὴν ὁμολογεῖν. Ταῦτα γὰρ ἅπας τις συνιέναι δοκεῖ τῆς ψυχῆς ὄντα, τὸ βουλεύεσθαι, καὶ σκοπεῖσθαι, καὶ καθ' ὃν δήποτε τρόπον διανοεῖσθαι. Ὅταν γὰρ ἴδωμεν τὸ σῶμα, καὶ τὰς τούτου δυνάμεις, καὶ ἐνθυμηθῶμεν δὲ τὰς τοιαύτας ἐνεργείας, ὡς οὐ σώματος οὔσας, δίδομεν εἶναί τι ἐν ἡμῖν ἕτερον τὸ βουλευόμενον· τοῦτο δὲ εἶναι τὴν ψυχήν. Ἐπεὶ πόθεν ἀλλαχόθεν ἐπιστεύσαμεν ὑπὲρ ψυχῆς; Ἂν οὖν τις ἐξ ὧν μάλιστα ψυχὴ φαίνεται, ταῦτα ἀφελόμενος ἑτέρῳ τινὶ προσάψῃ πράγματι, οὔτε ὅθεν οὖσα ἐμφαίνεται καταλέλοιπεν, οὔτε ὅ τι χρήσιμος ἂν εἶναι δοκοίη. Τίς οὖν ἡ βοήθεια τῷ τὴν ψυχὴν ἀθάνατον εἶναι θέλοντι παρὰ τοῦ τὴν ψυχὴν ἀποκτεννοῦντος; Τίς δὲ ἡ διδασκαλία τοῦ τρόπου τῆς κινήσεως, καθ' ὃν αὐτοκίνητον αὐτὴν φαμεν, παρὰ τῶν μηδὲ τὸ παράπαν αὐτῇ κίνησιν νεμόντων; Ναὶ· ἀλλὰ κατά γε τὴν ἀθανασίαν τοῦ νοῦ φήσαι τις ἂν αὐτὸν κοινωνεῖν Πλάτωνι. Καὶ γὰρ εἰ μὴ πᾶσαν βούλεται τὴν ψυχὴν ἀθάνατον εἶναι, τόν γε νοῦν ὁμολογεῖ θεῖόν τε καὶ ἄφθαρτον εἶναι. Τίς μὲν οὖν τὴν οὐσίαν καὶ τὴν φύσιν ὁ νοῦς, ὅθεν ὤν, καὶ πόθεν ἐπεισκρινόμενος τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ποῦ πάλιν ἀπαλλαττόμενος, αὐτὸς ἂν εἰδείη· εἴ γέ τι συνῆκεν ὧν λέγει περὶ τοῦ νοῦ, καὶ μὴ τὸ ἄπορον τοῦ πράγματος τῷ ἀσαφεῖ τοῦ λόγου περιστέλλων, ἐξίσταται τὸν ἔλεγχον, ὥσπερ αἱ σηπίαι τὸ δυσθήρευτον ἐκ τοῦ σκοτεινοῦ πορίζόμενος. Πάντως δὲ καὶ ἐν τούτοις διαφέρεται Πλάτωνι. Ὁ μὲν γάρ φησι νοῦν ἄνευ ψυχῆς ἀδύνατον εἶναι συνίστασθαι· ὁ δὲ χωρίζει τῆς ψυχῆς τὸν νοῦν. Καὶ τὸ τῆς ἀθανασίας ὁ μὲν μετὰ τῆς ψυχῆς αὐτῷ δίδωσιν, ὡς ἄλλως οὐκ ἐνδεχόμενον· ὁ δὲ φησιν αὐτῷ μόνῳ χωριζομένῳ τῆς ψυχῆς τοῦτο περιγίνεσθαι. Καὶ τὴν μὲν ψυχὴν τοῦ σώματος οὐκ ἠξίωσεν ἐκβαίνειν, ὅτι Πλάτωνι τοῦτο ἤρεσε· τὸν δὲ νοῦν ἀπορρήγνυσθαι τῆς ψυχῆς ἠνάγκασεν, ὅτι ἀδύνατον ἔγνω Πλάτων τὸ τοιοῦτο. » Ταῦτα μὲν ὁ Ἀττικός. Συνάψω δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ Πλωτίνου τόνδ' ἔχοντα τὸν τρόπον.

CAPUT X.

Ex secundo Plotini De animorum immortalitate *libro, adversus Aristotelem, qui animum entelechiam esse defendit.*

« Entelechia, inquit, de animo quemadmodum

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι.

Πλωτίνου, ἐκ τοῦ Περὶ ἀθανασίας ψυχῆς *δευτέρου, κατὰ Ἀριστοτέλην ἐντελέχειαν τὴν ψυχὴν φήσαντα εἶναι.*

« Τὸ δὲ τῆς ἐντελεχείας (18) ὥδ' ἂν τις ἐπισκέπτοιτο

Lesbiaci *vocantur, quod Mitylenis sermo habetur, in quibus vult efficere animos esse mortales.* Hujus etiam apud Plutarchum, Athenæum, et alios, crebra

(18) *Τὸ δὲ τῆς ἐντελεχείας.* Locum hunc Plotini exstare non puto. Mihi quidem libri tantum secundi

ψαιτο, πῶς περὶ ψυχῆς λέγεται. Τὴν ψυχὴν φασιν ἐν τῷ συνθέτῳ εἴδους τάξιν ὡς πρὸς ὕλην τὸ σῶμα ἔμψυχον ἔχειν, σώματος δὲ οὐ παντὸς εἶδος, οὐδὲ ἧ σῶμα, ἀλλὰ φυσικοῦ, ὀργανικοῦ, δυνάμει ζωὴν ἔχοντος. Εἰ μὲν οὖν ἧ παραβέβληται, ὡμοίωται, ὡς μορφὴ ἀνδριάντος πρὸς χαλκόν· καὶ διαιρουμένου τοῦ σώματος συμμερίζεσθαι (19) τὴν ψυχὴν, καὶ ἀποκοπτομένου τινὸς μέρους, μετὰ τοῦ ἀποκοπέντος ψυχῆς μόριον εἶναι, τήν τε ἐν τοῖς ὕπνοις ἀναχώρησιν μὴ γίνεσθαι, εἴπερ δεῖ πρατφυᾶ τὴν ἐντελέχειαν, οὗ ἐστιν, εἶναι· τὸ δ' ἀληθὲς, μηδὲ ὕπνον γίνεσθαι. Καὶ μὴν ἐντελεχείας οὔσης, οὐδὲ ἐναντίωσιν λόγου πρὸς ἐπιθυμίας· ἐν δὲ καὶ ταὐτὸν δι' ὅλου πεπονθέναι τὸ πᾶν, οὐ διαφωνοῦν ἑαυτῷ. Αἰσθήσεις δὲ μόνον δυνατὸν ἴσως γίνεσθαι, τὰς δὲ νοήσεις ἀδύνατον. Διὸ καὶ αὐτοὶ ἄλλην ψυχὴν τὸν νοῦν εἰσάγουσιν, ὃν ἀθάνατον τίθενται. Τὴν οὖν λογιζομένην ψυχὴν ἄλλως ἐντελέχειαν ἢ τοῦτον τὸν τρόπον ἀνάγκη εἶναι, εἰ δεῖ τῷ ὀνόματι τούτῳ χρῆσθαι. Οὐδ' ἡ αἰσθητικὴ, εἴπερ καὶ αὕτη τῶν αἰσθητῶν ἀπόντων τοὺς τύπους ἔχει, αὐτοὺς σὺ μετὰ τοῦ σώματος ἄρα ἕξει· εἰ δὲ μὴ, οὕτως ἐνέσονται ὡς μορφαὶ καὶ εἰκόνες· ἀλλ' ἀδύνατον ἄλλως δέχεσθαι, εἰ οὕτως ἐνεῖεν. Οὐκ ἄρα οὖσ' ἀχώριστος ἐντελέχεια. Καὶ μὴν οὐδὲ τὸ ἐπιθυμοῦν, μὴ σιτίων, μηδὲ ποτῶν, ἀλλ' ἄλλων παρὰ τὰ τοῦ σώματος, οὐδὲ αὐτὸ ἀχώριστος ἐντελέχεια. Λοιπὸν δὲ τὸ φυτικὸν ἂν εἴη. ὃ ἀμφισβήτησιν ἂν ὀδξειεν ἔχειν, μήποτε τοῦτον τὸν τρόπον ἐντελέχεια ἀχώριστος ἦ. Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο φαίνεται οὕτως ἔχον. Εἰ γὰρ ἡ ἀρχὴ παντὸς φυτοῦ περὶ τὴν ῥίζαν, καὶ αὐξανομένου τοῦ ἄλλου σώματος περὶ τὴν ῥίζαν, καὶ κάτω (20) ἐν πολλοῖς τῶν φυτῶν, ἡ ψυχὴ δηλονότι ἀπολιποῦσα τὰ ἄλλα μέρη, εἰς ἓν τι συνεστάλη· οὐκ ἄρα ἦν ἐν τῷ ὅλῳ ὡς ἀχώριστος ἐντελέχεια. Καὶ γὰρ αὖ ἐστι, πρὶν αὐξηθῆναι τὸ φυτὸν, ἐν τῷ ὀλίγῳ ὄγκῳ. Εἰ οὖν καὶ εἰς ὀλίγον ἔρχεται ἐκ μείζονος φυτοῦ, καὶ ἐξ ὀλίγου ἐπὶ πᾶν, τί κωλύει καὶ ὅλως χωρίζεσθαι; Πῶς δ' ἄν, καὶ ἀμερὴς οὖσα, μεριστοῦ τοῦ σώματος ἐντελέχεια γένοιτο μεριστή; Ἡ τε αὐτὴ ψυχὴ ἐξ ἄλλου ζώου ἄλλο γίνεται· πῶς οὖν ἡ τοῦ προτέρου τοῦ ἐφεξῆς ἂν γένοιτο, εἰ ἦν ἐντελέχεια ἑνός; Φαίνεται δὲ τοῦτο ἐκ τῶν μεταβαλλόντων ζώων εἰς ἄλλα ζῶα. Οὐκ ἄρα τῷ εἶδος εἶναί τινος, τὸ εἶναι ἔχει· ἀλλ' ἔστιν οὐσία, οὐ παρὰ τὸ ἐν σώματι ἱδρύσθαι, τὸ εἶναι λαμβάνουσα, ἀλλ' οὖσα πρὶν καὶ τοῦδε γενέσθαι· οἷον ζώου (21)§ οὐ τὸ σῶμα τὴν ψυχὴν γεννήσει. Τίς οὖν οὐσία αὐτῆς; Εἰ δὲ (22) μήτε σῶμα, μήτε πάθος σώματος, πρᾶξις δὲ καὶ ποίησις, καὶ πολλὰ καὶ ἐν αὐτῇ, καὶ ἐξ αὐτῆς· οὐσία παρὰ τὰ σώματα οὖσα, ποία τίς ἐστιν; Ἡ

usurpetur, sic habeto. Animum aiunt, cum animato corpore, veluti cum materia comparatum, in composito formæ rationem habere. Corpus autem accipiunt, non quodlibet, aut quatenus corpus ipsum est, sed naturale, organicum, et potestate vivens. Si ejus ergo similis est, quocum ipse confertur, eoque se modo habet, quo statuæ forma cum ære comparata, sequitur omnino, ubi corpus dividitur, animi simul divisionem fieri; ac resecta parte corporis, cum ea pariter animi partem esse aliquam: adeoque nec in somnis secessionem ipsius ullam contingere: cum entelechiam illam cum eo cujus propria est, ab ortu complexam esse oporteat: imo vero somnum reipsa nullum exsistere concluditur. Deinde si entelechiæ ratio probabitur, nulla jam rationis cum cupiditatibus luctatio relinquetur, sed uno prorsus eodemque sensu totum ipsum afficietur, ne a semetipso dissideat. Præterea, sensus fortasse tantum, non item intelligentiæ functiones obiri poterunt. Quocirca, alium insuper animum, hoc est mentem, introducunt, quam immortalem esse confirmant. Alius ergo modus, quam qui ab istis explicatur, necessario afferendus erit, quo animus ratiocinandi facultate præditus, entelechia dicatur, si hoc vocabulum retineri placet. Quin etiam anima illa, quæ sentiendi principium est, quæque rerum sensibus perceptarum easdem, licet absentium, formas conservat ipsa quoque, eas sine corpore conservare non poterit. Hoc autem si dabitur, eæ proinde figurarum imaginumque more in anima residebunt: atqui si hoc inessent modo, non aliter utique recipi ab ea possent. Ut ergo sit entelechia, non ejusmodi tamen est, quæ separari non possit. 312 Ex quo etiam efficitur, ut vel ipsa, non jam esculentorum ac poculentorum, sed eorum etiam quæ sunt extra corpus, appetentia, id genus entelechia esse non possit. Ea superest anima, quæ crescendi vim tribuit, qua de fortassis jure dubitetur, num hæc ipsi entelechiæ ratio convenire possit. Verum, ne illi quidem. Nam si plantæ omnis principium in radice versatur, parteque duntaxat inferiori, quæ a radice propius absit, ut multis in plantis evenire solet, crescente, anima relictis cæteris unam in aliquam sese collegit; talis ergo tota in planta non erat, qualis entelechia, quæ separari non possit. Adde hanc animam in planta, priusquam augeatur, mole jam tum perexigua contineri. Si ergo et majori ex planta, in angustum aliquid contrahitur, et angustiori ex spatio, totum in corpus diffunditur; quid vetat, quominus

Ennead. IV principium occurrit, ubi verbo uno entelechiam perstringit. Nam de animæ immortalitate, non duos, sed unum duntaxat librum ab eo scriptum esse reperio, qui septimus est ejusdem *Enead.* IV. In quo tamen de entelechia μηδὲ γρύ. Porro vitrea sunt hæc Plotini argumenta, quibus Aristotelicam entelechiam oppugnat.

(19) Forte add. δεῖ.

(20) *Καὶ κάτω.* Alt. ms. legit καὶ τὰ κάτω, quod mihi magis probatur; velim tamen post κάτω virgulam adhiberi, et particulam ὡς ante ἐν πολλοῖς inseri, hoc modo, τὰ κάτω, ὡς ἐν πολλοῖς.

(21) *Γενέσθαι, οἷον ζώου*, etc. Totum hunc locum sic distinguendum, ac legendum existimo, γενέσθαι, οἷον ζώου, οὗ τὸ σῶμα τὴν ψυχὴν ἂν γεννήσῃ, eo sensu quem expressi.

(22) *Εἰ δέ.* Vel δέ pro γάρ usurpatum, vel in γάρ mutandum videtur.

Digitized by Google

eadem omnino separetur? Jam, quomodo tandem, quæ partibus careat, corporis ejus, quod divisionem subire potest, eidem obnoxia divisioni entelechia esse queat? Atque eadem anima, aliud fit animal ex alio. Quemadmodum igitur, quæ prioris fuerat, alterius anima esse potest, si unius entelechia est? Hoc autem ex iis animantibus, quarum in alias mutatio fit, manifeste convincitur. Essentiam igitur in eo positam anima non habet, quod alicujus forma sit : sed ipsamet substantia est, quæ non ex eo, quod in corpore collocata sit, ut esset accepit; sed jam tum erat, priusquam certi hujus anima fieret, quatenus animalis, cujus corpus animam illam generaret. At quænam igitur illius essentia est? Nam si neque corpus est, neque corporis affectio, et tamen functiones, actiones, maleque id genus et insunt in ea, et ab ea proficiscuntur : cum illa proinde extra corporum ordines substantia quædam sit, cujusmodi tandem est? Num vero satis per sese liquet, quid vere ac proprie substantiam esse dicamus? Generatio quippe, non substantia, corporeum omne vocari debet, cum generetur, intereatque modo, nec vere sit unquam, sed ejus quod est nonnulla communione servetur, quatenus particeps ejus est. » Hæc Plotinus. Quæ hoc loco persecuti, nihil abs re fecerimus, si ex Porphyrio, quæ ad Boethum *De animo* scribit, deinceps attexemus.

A

CAPUT XI.

De eodem, ex Porphyrii ad Boethum opere De animo.

« Jam, inquit, adversus eum, qui entelechiam animum vocat, itaque immobilem esse vult, ut tamen alia moveat; **813** disputandum in primis, unde afflatus ille animantis, cum ipse quidem eorum quæ videt, quæque loquitur, nihil intelligit, et tamen animus non id quod adest, quodque præsens est, sed quod futurum intuetur, et pro illius ratione ac natura commovetur. Deinde in ipsa constitutione animantis, unde tandem ejusdem animi consilia, disquisitiones, voluntates, quæ profecto momenta quædam animi sunt, non corporis. » Quibus deinceps ita subjungit : « Animum autem vel gravitati, vel corporeis quibusdam et immobilibus, uniusque formæ qualitatibus similem facere, pro quibus aut movetur quod iis subjectum est, aut tale quid efficitur; hominis esset, aut sponte aut præter voluntatem ab animi dignitate prorsus aberrantis, nec videntis ullo modo, animi præsentia vivum fieri corpus animantis, ut ignis præsentia, vicina in aqua per seipsam frigida, calor excitatur, et aer qui absque solis lumine obscurus maneat, ejusdem ortu collustratur. Atqui nec aquæ calor, ignis calor est, aut ipsemet ignis; nec aeris lux, ingenitum soli lumen. Ita corporis animatio, quæ cum gravitate quadam et corporea qualitate confertur, animus ille non est, qui collocatus in corpore, vitalem ei quemdam suapte vi spiritum infundit. » Idemque postea : « Quæ de animo dicuntur ab aliis, ea nos certe quidem pudore suffundunt. Quem enim definitionis ejus non pudeat, per quam animus corporis naturalis et organici entelechia constituitur? Cui non ejus indignitatis plena videatur oratio, qui eo vel spiritum, vel spiritalem ignem contineri doceat, qui circumstantis aeris

B C D

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Πορφυρίου περὶ τοῦ αὐτοῦ, ἀπὸ τῶν πρὸς Βόηθον Περὶ ψυχῆς.

« Πρὸς δὲ τὴν ἐντελέχειαν (24) τὴν ψυχὴν εἰπόντα, καὶ ἀκίνητον παντελῶς οὖσαν κινεῖν ὑπειληφότα, ῥητέον πόθεν οἱ ἐνθουσιασμοὶ τοῦ ζώου, μηδὲν μὲν ξυνιέντος ὧν ὁρᾷ τε καὶ λέγει, τῆς δὲ ψυχῆς καὶ τὸ μέλλον καὶ μὴ ἐνεστὼς βλεπούσης, καὶ κατὰ ταῦτα κινουμένης. Πόθεν δὲ καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ ζώου συστάσεως, αἱ τῆς τοῦ ζώου ψυχῆς βουλαί τε, καὶ σκέψεις, καὶ θελήσεις ῥοπαὶ οὖσαι τῆς ψυχῆς, καὶ οὐ τοῦ σώματος. » Εἶθ' ἑξῆς ἐπιλέγει· « Τὸ δὲ βαρύτητι ἀπεικάζειν τὴν ψυχὴν, ἢ ποιότησι μονοειδέσι καὶ ἀκινήτοις σωματικαῖς, καθ' ἃς ἡ κινεῖται, ἢ ποιόν ἐστι τὸ ὑποκείμενον, ἐκπεπτωκότος ἦν τέλεον ἢ ἑκόντος ἢ ἄκοντος τῆς ψυχικῆς ἀξίας· καὶ οὐδαμῶς καθεωρακότος, ὡς παρουσίᾳ μὲν τῆς ψυχῆς ζωτικὸν γέγονε τὸ τοῦ ζώου σῶμα, ὡς πυρὸς παρουσίᾳ θερμὸν τὸ παρακείμενον ὕδωρ, ψυχρὸν ὂν καθ' ἑαυτό· καὶ ἡλίου ἀνατολῇ πεφώτισταί γε ὁ ἀὴρ, σκοτεινὸς ὢν ἄνευ τῆς τούτου ἐκλάμψεως. Ἀλλ' οὔτε ἡ θερμότης τοῦ ὕδατος ἡ θερμότης ἦν τοῦ πυρὸς, οὔτε τὸ πῦρ, οὔτε τὸ ἀέριον φῶς τὸ σύμφυτον τῷ ἡλίῳ φῶς. Ὡσαύτως οὐδὲ ἡ τοῦ σώματος ἐμψυχία, ἥτις ἔοικε τῇ βαρύτητι καὶ τῇ περὶ σῶμα ποιότητι, ἡ ψυχὴ ἡ ἐν τῷ σώματι καταταχθεῖσα, δι' ἣν καὶ πνοῆς τινος ζωτικῆς μετέσχε τὸ σῶμα. » Εἶθ' ἑξῆς μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει· « Τὰ μὲν οὖν ἄλλα ὅσα περὶ αὐτῆς εἰρήκασιν ἄλλοι, αἰσχύνην ἡμῖν φέρει. Πῶς γὰρ οὐκ αἰσχρὸς ὁ ἐντελέχειαν τιθεὶς τὴν ψυχὴν λόγος; σώματος φυσικοῦ ὀργανικοῦ; Πῶς δὲ οὐκ αἰσχύνης γέμων ὁ πνεῦμά πως ἔχειν αὐτὴν ἀποδιδοὺς, ἢ πῦρ νοερὸν, τῇ περιφύξει καὶ οἷον βαφῇ τοῦ ἀέρος ἀναφθὲν, ἢ στομωθέν; ὅ τε ἀτόμων ἄθροισμα θεὶς, ἢ ὅλως ἀπὸ σώματος αὐτὴν γεννᾶσθαι ἀποφαινόμενος; » Οὐ δὴ λόγον ἐν νόμοις ἀσεβῶν ἀσεβῆ εἶναι ἀπεφήνατο. Αἰσχύνης οὖν πάντες οὗτοι πλήρεις λόγοι. Ἐπὶ δὲ τῷ

(23) *Ὅτι ἦν.* Reponendum arbitror, ὅ τι ἦν. Apud philosophos enim, τὸ τί ἦν εἶναι, frequentissimum est, ἀντὶ τῆς οὐσίας, καὶ τῆς φύσεως.

(24) *Πρὸς δὲ τὴν ἐντελ.* Porphyriana hæc Plotinianis robustiora non sunt.

Digitized by Google

λέγοντι αὐτοκίνητον οὐσίαν οὐκ ἄν τις, φησὶν, αἰσχυνθείη.

refrigeratione, et asperso quasi humore, vel succendatur, vel etiam roboretur? Quis de eo non idem sentiat, qui aut ex atomorum conjunctione conflatum, aut omnino ex corpore procreatum animum arbitretur? » Quam sane doctrinam ipsemet in legibus, et impiorum hominum, et impiam esse declaravit. Flagitiosa igitur et indigna est ejusmodi omnis oratio. At qui animum, naturam per sese mobilem esse statuerit, hujus, inquit, neminem jure pudeat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Πρὸς τὸν αὐτὸν, διεσχθέντα τῷ Πλάτωνι καὶ ἐν τῷ περὶ τῆς καθόλου ψυχῆς λόγῳ. Ἀπὸ τῶν αὐτῶν (25).

« Ἔτι τοῦ Πλάτωνος λέγοντος τὴν ψυχὴν διακοσμεῖν τὰ πάντα, διήκουσαν διὰ πάντων, καὶ ταύτην, ἀφ' ἧς καὶ οἱ λοιποὶ διοικεῖσθαι συγχωροῦσιν ἕκαστα, καὶ μηδὲν ἄλλο εἶναι τὴν φύσιν ἢ ψυχὴν, καὶ δηλονότι ψυχὴν οὐκ ἄλογον, καὶ ἐκ τούτων συνάγοντος, ὅτι πάντα κατὰ πρόνοιαν γίνεται, εἴ γε καὶ κατὰ φύσιν· πρὸς οὐδὲν τούτων ἡμῖν Ἀριστοτέλης ὁμολογεῖ. Οὐ γὰρ εἶναι τὴν φύσιν ψυχὴν, καὶ τὰ περὶ γῆν ὑπὸ μιᾶς φύσεως διοικεῖσθαι. Εἶναι γὰρ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν πραγμάτων ἄλλας καὶ τὰς (26) αἰτίας. Τῶν μὲν γὰρ οὐρανίων ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἐχόντων, αἰτίαν τὴν εἱμαρμένην ὑποτίθησι· τῶν δὲ ὑπὸ σελήνην τὴν φύσιν· τῶν δὲ ἀνθρωπίνων, φρόνησιν καὶ πρόνοιαν, καὶ ψυχήν· τὸ μὲν γλαφυρὸν ἐν ταῖς τοιαύταις διαιρέσεσι παρεχόμενος, τὸ δὲ ἀναγκαῖον οὐ συνορῶν. Εἰ γὰρ μὴ μία εἴη δύναμις ἔμψυχος, διήκουσα διὰ τοῦ παντὸς, καὶ πάντα συνδοῦσα καὶ συνέχουσα, οὔτ' ἂν εὐλόγως τὸ πᾶν οὔτε καλῶς διοικούμενον εἶναι δύναιτο. Τῆς δ' αὐτῆς ἦν ἄρ' ἀβλαψίας, καὶ πόλιν ἐλπίσαι ποτὲ καλῶς χωρὶς ἑνώσεως διαγενέσθαι, καὶ τὸ πᾶν τόδε ἡγήσασθαι πάγκαλον τῷ λόγῳ διαφυλάξειν· οἷόν περ φαίνεται, μὴ συνδήσαντα καὶ συναρμόσαντα ἑνός τινος ὁμοίου κοινωνίᾳ. Καὶ τοιοῦτον μέν τι πρᾶγμα τὸ διοικοῦν ἕκαστα εἶναί φησιν, οἷον ἀρχὴν εἶναι κινήσεως· τοῦτο δὲ εἶναι ψυχὴν ὁμολογεῖν οὐ βούλεται· καίτοι καὶ τοῦ Πλάτωνος αὐτοῦ δεικνύντος, ὅτι τοῖς κινουμένοις ἅπασιν ἀρχὴ καὶ πηγὴ τῆς κινήσεως ἡ ψυχή. Καὶ ὃ μὲν ἂν ἔργον εἴη ψυχῆς λογικῆς καὶ φρονίμου, τὸ μηδὲν μάτην ποιεῖν, τοῦτο ἀνατίθησι τῇ φύσει, τοῦ δὲ ὀνόματος αὐτῇ τῆς ψυχῆς οὐ μεταδίδωσιν· ὥσπερ ἐκ τῶν ὀνομάτων, ἀλλ' οὐκ ἐκ τῶν δυνάμεων, τῶν πραγμάτων λαμβανομένων.

CAPUT XII.

Adversus eumdem, in illa etiam de universi animo disputatione a Platone dissidentem. Ex Attico.

814 « Præterea, cum Plato, inquit, animum cuncta permeantem rebus omnibus ornatum afferre dicat, atque ejusmodi esse, quem sua vi singula moderari ac regere cæteri quoque libenter concedant, naturam porro, aliud esse nihil quam animum, eumque certe non rationis expertem : indeque concludat, omnia quæ naturæ vis efficiat, Providentiæ consilio fieri : nihil eorum est, in quo nobiscum Aristoteli conveniat. Is enim et naturam animum esse, et unius tantum naturæ vi, quæ ad terram pertinent, gubernari negat. Causas enim alias atque alias rerum esse singularum. Ac cœlestium quidem, utpote quæ similes usque sui, et eodem semper in statu permaneant, causam vult esse fatum ; earum vero quæ luna inferiores sunt, naturam ; humanarum denique, prudentiam, Providentiam, et animum. Quo in rerum causarumque discrimine statuendo, venustatem aliquam secutus est, quod necessitatis erat non vidit. Nam si vis una quædam animata non esset, quæ universa pervadens, colligaret eadem atque contineret, nunquam hujus in universi dispositione tantum vel sapientiæ vel pulchritudinis cerneretur. Et ejusdem profecto cæcitatis est, uti civitatem aliquam egregie sine conjunctione habituram sperare, ita huic universo, eximiam illam ac singularem quam cernimus partium omnium speciem, defendere te ratiocinando posse arbitrari, nisi ea similis alicujus communione consocies atque devincias. Cæterum, quod res singulas moderetur, id quidem motus principium esse ait, idem tamen animum esse fateri non vult, tametsi rebus in omnibus quæ moventur, principium fontemque motus animum esse Plato demonstrarit. Quod autem animi ratione præditi atque sapientis proprium sit, nihil ut agat frustra, id naturæ totum attribuit, ei tamen animi nomen non tribuit : quasi ex nominibus, non autem ex facultatibus rerum initia viresque sumantur. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Πρὸς τὸν αὐτὸν διακαλέξαντα καὶ τὰς παρὰ τῷ Πλάτωνι ἰδέας, ἃς οὐκ ἀγνοεῖν καὶ οἱ Ἑβραίων ἤδη πρότερον συνεστήσαντο λόγοι. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.

« Τὸ δὲ κεφάλαιον (27) καὶ τὸ κῦρος τῆς Πλάτωνος αἱρέσεως, ἡ περὶ τῶν νοητῶν διάταξις, ἠτίμασται

CAPUT XIII.

Adversus eumdem Platonicas ideas illudentem, quas ne ipsis quidem Hebræis ignotas fuisse, superioribus eorum testimoniis jam vidimus. Ex eodem.

815 « Postremo, quod caput est, inquit, ac Platonicæ philosophiæ cardo, rerum sola mente per-

(25) Ἀπὸ τῶν αὐτῶν. Legendum ἀπὸ τῶν Ἀττικοῦ. Sequentes enim disputationes Attici sunt, ut ex stylo et tota disserendi ratione manifeste constat.

(26) Forte add. ἄλλας.

(27) *Τὸ δὲ κεφάλαιον*, etc. Ita Socrates ipse apud Lucianum, dialog. qui *Βίων πράσις* inscribitur. Quærebat ex eo mercator, τῆς δὲ σοφίας, τί σοι τὸ κεφάλαιον; respondet Socrates, Αἱ ἰδέαι, καὶ τὰ τῶν ὄντων παραδείγματα. Ὁπόσα γὰρ δὴ ὁρᾷς, τὴν γῆν, τάπι γῆς, τὸν οὐρανὸν, τὴν θάλατταν· ἀπάντων τούτων εἰκόνες ἀφανεῖς ἑστᾶσιν ἔξω τῶν ὅλων. Cui Mercat., Ποῦ δὲ ἑστᾶσιν; ille autem, Οὐδαμῶς (*cor.*: οὐδαμοῦ·), εἰ γάρ που εἶεν, οὐκ ἂν εἶεν, etc. In quibus et ridiculus est more suo Lucianus, et ridiculum Socratem facit.

Digitized by Google

ceptarum doctrina, quantum in Aristotele fuit, illusa, conculcata, probrisque omnibus jactata est. Cum enim intelligere non posset, res maximas atque divinas, quæ longe cæteris antecellant, simili aliqua facultate ad sui cognitionem indigere, minuta quadam sua et humili subtilitate confisus (quæ ut terrestrium in rerum naturam penetrare posset, earumque veritatem perspicere, purissimam tamen illam ac sincerissimam propriæ veritatis lucem intueri non poterat), adeoque se ipso, quodam quasi rerum illarum captu suo longe superiorum canone arbitroque usus, peculiares illas, cujusmodi Plato agnoverat, naturas valere jussit, illaque omnium altissima, nugas insulsasque cantilenas, et circulatorum fabulas appellare ausus est. Quippe summum illud atque ultimum est Platonicorum dogmatum, quod in spiritali hac et sempiterna idearum natura versatur. Ubi proinde supremus animo labor certamenque proponitur. Nam qui ad illam aspirare eaque frui potuerit, is beatus omnino; cui eamdem intueri ac pervidere non liquerit, omni felicitate vacuus spoliatusque relinquitur. Itaque hoc ubique Plato et omni ratione contendit, ut harum naturarum vim potestatemque demonstret. Negat enim aut ullius omnino rei causam commode reddi posse, nisi quæ harum communione nitatur, aut veri ullius haberi notitiam, nisi quæ ad easdem revocetur. Imo nec rationis ullum iis in omnibus pilum esse defendit, qui non earum substantiam fateantur. Et vere qui Platonicæ doctrinæ auctoritatem ac pondus addere statuerunt, hac præsertim in disputatione multi esse solent. Quod quidem necessario faciunt, nec enim Platonicum amplius quidquam tueri possunt, nisi eis primarias illas principesque naturas Platonis in gratiam concesseris. Hæc enim illa sunt, quibus cæteris omnibus maxime antecellit. Deum enim ipse cum universorum parentem ac moliorem, adeoque dominum et moderatorem agnoscere: cum idem ex nostris hisce operibus intelligeret, artificem id ante quod effecturus sit animo comprehensum tenere, ac tum demum quam illius speciem cogitando informarit, eam ipsis in rebus similitudine quadam exprimere: divinas similiter notiones, quæ rebus antiquiores, et eorum quæ fiunt exempla sint, eamdemque incorporeæ ac mente sola perceptæ, similesque sui semper, et eodem in statu permanentes; denique cum præcipua quadam ratione primum exsistentes, **316** tum cæteris deinde causæ quamobrem eo modo sint, quo singula sunt, pro sua cujusque cum principibus illis similitudine: notiones, inquam, illas nec videri facile, nec oratione satis explicari posse cum animadverteret; is quan-

(28) Forte ὄν.

(29) *Ἰδίας φύσεις*. Quid si ἀΐδίους φύσεις?

(30) *Τερετίσματα*. Alludit ad locum illum Aristotelis, ex *Analyticor. posterior.* lib. I, cap. 22, Τὰ γὰρ εἴδη γωρίστων· τερετίσματα γάρ ἐστι. Καὶ εἰ ἔστι τι, οὐδὲν πρὸς τὸν λόγον ἐστίν· οὐ γὰρ ἀποδείξεις περὶ τῶν τοιούτων εἰσίν. Errant qui τερετίσματα *terriculamenta* vertant, quasi essent τερατεύματα. Notum est τερετίσματα esse fractos solutosque cantus, et metaphorice, ῥωρολογίας τε καὶ λήρους.

(31) Forte ταύτας.

(32) *Νοηθέντι κατόπιν*. Novo more dictum videtur, pro τοῦ νοηθέντος ἀντικρυς.

καὶ προπεπηλάκισται, καὶ παντοίως, τό γε ἐξὸν (28) ἐπ' Ἀριστοτέλει, περιύβρισται. Οὐ γὰρ δυνάμενος ἐννοῆσαι, ὅτι τὰ μεγάλα καὶ θεῖα καὶ περιττὰ τῶν πραγμάτων παραπλησίου τινὸς δυνάμεως εἰς ἐπιγνωσιν δεῖται τῇ δ' αὐτοῦ λεπτῇ καὶ ταπεινῇ δριμύτητι πιστεύων, ἥτις διαδῦναι μὲν τῶν ἐπὶ γῆς πραγμάτων, καὶ τὴν ἐν τούτοις ἀλήθειαν ἰδεῖν ἐδύνατο, τῆς δ' ὄντως ἀληθείας ἐποπτεῦσαι τὸ πανόπτιον οὐχ οἷά τε ἦν αὐτῷ· κανόνι θ' αὑτῷ καὶ κριτῇ τῶν ὑπὲρ αὐτὸν χρησάμενος, ἀπέγνω τινὰς εἶναι ἰδίας φύσεις (29), οἵας Πλάτων ἔγνω, λήρους τε καὶ τερετίσματα (30) καὶ φλυαρίας ἐτόλμησεν εἰπεῖν τὰ τῶν ὄντων ἀνώτατα. Τὸ μὲν οὖν ἄκρον τε καὶ ἔσχατον τῶν Πλάτωνος φιλοσοφημάτων ἐστὶ τὸ περὶ τὴν νοητὴν ταύτην καὶ ἀΐδιον οὐσίαν τὴν τῶν ἰδεῶν. Ἔνθα δὴ πόνος τε καὶ ἀγὼν ἔσχατος τῇ ψυχῇ πρόκειται. Ὁ μὲν γὰρ μετασχὼν καὶ ἐφικόμενος αὐτῆς πάντως εὐδαίμων· ὁ δὲ ἀπολειφθεὶς καὶ ἀδυνατήσας ἅτοπος γενέσθαι πάντως ἄμοιρος εὐδαιμονίας καταλείπεται. Καὶ διὰ τοῦτο Πλάτων τε πανταχῇ διαγωνίζεται, δεικνὺς τὴν ἰσχὺν τούτων τῶν φύσεων. Οὔτε γὰρ αἰτίαν ὠντινωνοῦν ἀποδοῦναί φησιν οἷόν τε εἶναι καλῶς, ἂν μὴ τούτων μεθέξει, οὔτε γνῶσίν τινος ἀληθοῦς, ἂν μὴ τῇ πρὸς ταῦτα (31) ἀναφορᾷ· ἀλλ' εἰκὸς λόγου μετέσεσθαί τισιν, εἰ μὴ τὴν τούτων οὐσίαν ὁμολογήσειαν. Οἵ τ' αὖ τὰ τοῦ Πλάτωνος συνιστάντες ἐγνωκότες τὸν πλεῖστον ἀγῶνα τῶν λόγων ἐν τούτῳ τίθενται· πάνυ ἀναγκαίως. Οὐδὲν γάρ ἔτι τὸ Πλατωνικὸν ἀπολείπεται, εἰ μὴ τὰς πρώτας καὶ ἀρχικωτάτας φύσεις ταύτας συγχωρήσεταί τις αὐτοῖς ὑπὲρ Πλάτωνος. Ταῦτα γάρ ἐστιν, οἷς μάλιστα τῶν ἄλλων ὑπερέχει. Νοήσας γὰρ Θεὸν αὐτὸς ὡς τῶν ἁπάντων πατέρα καὶ δημιουργὸν, καὶ δεσπότην, καὶ κηδεμόνα καὶ γνωρίζων ἐκ τῶν ἔργων τὸν τεχνίτην πρόσθεν νοῆσαι τοῦτο ὃ μέλλει δημιουργήσειν, εἶθ' οὕτω τῷ νοηθέντι κατόπιν (32), ἐπὶ τῶν πραγμάτων προάγειν τὴν ὁμοιότητα· ταὐτὸν δὴ τὰ τοῦ Θεοῦ νοήματα πρεσβύτερα τῶν πραγμάτων, τὰ τῶν γενομένων παραδείγματα, ἀσώματα, καὶ νοητὰ, κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντα ἀεὶ, καὶ μάλιστα μὲν πρώτως αὐτὰ ὄντα, παραίτια δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῦ εἶναι ταὐτὰ ἕκαστα οἷά πέρ ἐστι, κατὰ τὴν πρὸς αὐτὰ ὁμοιότητα, συνιδὼν ὁ Πλάτων ὄντα οὐ ῥᾴστα ὀφθῆναι, οὐ μὴν οὐδὲ λόγῳ σοφῶς δηλωθῆναι δυνάμενα· αὐτὸς ὡς οἷόν τε ἦν ὑπὲρ αὐτῶν εἰπεῖν, καὶ φρονῆσαι, καὶ παρασκευάσαι τοὺς μέλλοντας ἐπακολουθήσειν, πραγματευσάμενος ταῦτα, καὶ τὴν σύμπασαν αὐτοῦ φιλοσοφίαν εἰς τοῦτο συνταξάμενος, περὶ ταῦτά φησι καὶ τὴν τούτων νόησιν τὴν σοφίαν εἶναι καὶ τὴν ἐπιστήμην, δι' ἧς τὸ ἀνθρώπινον τέλος καὶ ἡ μακαριστὴ βιοτὴ παραγίνεται.» Τοσαῦτα ὁ Ἀττικός. Παρὴν δὲ καὶ τούτων ἔτι πλείω ἐκ τῆς δηλωθείσης παραθέσθαι τοῦ ἀνδρὸς γραφῆς· πλὴν ἀλλὰ τοῖς ἐκτεθεῖσαν ἀρα-

Digitized by Google

σθέντες, μεταδηφόμεθα καὶ ἐπὶ τὴν τῶν Στωϊκῶν αἵ- A tum vel dicendo vel cogitando mens humana consequi, ac cæteris qui ad eam postea cognitionem aspiraturi essent, commonstrare viam poterat, ipsarum in tractationem incumbens, et cunctas eo revocans philosophiæ suæ rationes, in iis demum earumque notitia sapientiam ac scientiam positas esse defendit; quæ nos in humani finis et beatæ vitæ possessionem immittant. » Hactenus Atticus. Quo quidem illius ex opere, plura superioribus addere poteramus: nunc tamen ea protulisse contenti, Stoicorum deinceps ad sectam disciplinamque transeamus. Socrates igitur Antisthenem quemdam, virum sensu animisque tenus Heracleoticum, auditorem habuit, qui cum lætitiæ furorem anteponeret, tum discipulis quoque suis auctor erat, uti voluptatis causa ne digitum quidem tollerent. Huic Diogenes Cynicus operam dedit, qui ferino plane ritu philosophari statuens ipse quoque, adjunxit sibi quamplurimos. Successit ei Crates, qui discipulum habuit Zenonem Cittium, Stoicæ philosophiæ principem. Hujus successor fuit Cleanthes, Cleanthis Chrysippus, Chrysippi alter Zeno, cæterique deinceps. Qui quidem omnes et vitæ constantiam, et disserendi artem singulari studio coluisse dicuntur. Horum ergo decreta philosophica ex sequentibus fere intelliges.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

Περὶ τῆς τῶν Στωϊκῶν φιλοσοφίας· ὅπως τε ὁ Ζήνων τὸν περὶ ἀρχῶν ἀπεδίδου λόγον. Ἀπὸ τοῦ ἑβδόμου Περὶ φιλοσοφίας *Ἀριστοκλέους.*

« Στοιχεῖον εἶναί φασι τῶν ὄντων τὸ πῦρ, καθάπερ Ἡράκλειτος· τούτου δ' ἀρχὰς ὕλην καὶ Θεὸν, ὡς Πλάτων. Ἀλλ' οὗτοι ἄμφω σώματά φασιν εἶναι, καὶ τὸ ποιοῦν, καὶ τὸ πάσχον, ἐκείνου πρῶτον ποιοῦν αἴτιον ἀσώματον εἶναι λέγοντες· ἔπειτα δὲ καὶ κατά τινας εἱμαρμένους καὶ ὡρισμένους χρόνους ἐκπυροῦσθαι τὸν σύμπαντα κόσμον, εἶτ' αὖθις πάλιν διακοσμεῖσθαι· τὸ μέντοι πρῶτον πῦρ εἶναι καθαπερεί τι σπέρμα, τῶν ἁπάντων ἔχον τοὺς λόγους, καὶ τὰς αἰτίας τῶν γεγονότων, καὶ τῶν γινομένων, καὶ τῶν ἐσομένων· τὴν δὲ τούτων ἐπιπλοκὴν καὶ ἀκολουθίαν, καὶ εἱμαρμένην, καὶ ἐπιστήμην, καὶ ἀλήθειαν, καὶ C νόμον εἶναι τῶν ὄντων ἀδιάδραστόν τινα καὶ ἄφυκτον. Ταύτῃ δὲ πάντως διοικεῖσθαι τὰ κατὰ τὸν κόσμον ὑπέρευ, καθάπερ ἐν τῇ εὐνομωτάτῃ τινὶ πολιτείᾳ.

CAPUT XIV.

De Stoicorum philosophia: et quemadmodum Zeno de principiorum ratione statuerit. Ex Aristoclis De philosophia *septimo.*

« Rerum, inquit, elementum, uti Heraclitus, ignem esse volunt; ejus vero principia, materiam atque Deum, ut Plato. Verum hoc discrimine, quod Stoici ambo illa, tam efficiens quam patiens, corpora esse dicant; Plato contra primum illum effectorem, incorporeum auctorem esse statuat. Deinde certis quibusdam fatoque constitutis temporibus, **817** mundum universum conflagrare docent, indeque suam denuo speciem ornatumque recipere. Ac primum quidem illum ignem, quasi semen aliquod esse, quod rerum omnium rationes, ac præteritorum simul, præsentium, futurorumque causas contineat. Quarum complexio quædam et consequentia, eorum quæ sunt omnium fatum, scientia, veritas, et lex ejusmodi sit, quæ nullo pacto effugi aut declinari queat. Sic porro quæ in mundo sunt universa, quam optime gubernari, tanquam in republica æquissimis legibus constituta.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Ὁποίαν δόξαν ἐπάγονται οἱ Στωϊκοὶ περὶ Θεοῦ, καὶ περὶ συστάσεως τοῦ παντός. Ἀπὸ τῆς Ἐπιτομῆς Ἀρείου Διδύμου (33).

« Ὅλον δὲ τὸν κόσμον σὺν τοῖς ἑαυτοῦ μέρεσι προσαγορεύουσι Θεόν. Τοῦτον δὲ ἕνα μόνον εἶναί φασι καὶ τετελεσμένον, καὶ ζῶντα, καὶ ἀίδιον, καὶ Θεόν. Ἐν γὰρ τούτῳ πάντα περιέχεσθαι τὰ σώματα, κενὸν δὲ μηδὲν ὑπάρχειν ἐν αὐτῷ. Τὸ γὰρ ἐκ πάσης D τῆς οὐσίας ποιὸν προσαγορεύεσθαι τὸ κατὰ τὴν διακόσμησιν τὴν τοιαύτην καὶ διάταξιν ἔχον. Διὸ κατὰ

CAPUT XV.

Quam de Deo Stoici, deque hujus universi molitione sententiam introducunt. Ex Arii Didymi Epitoma.

« Mundum, inquit, universum, cum partibus ejus singulis, Deum appellant. Hunc quippe unum duntaxat esse aiunt, absolutum, animantem, sempiternum, ac Deum: illo enim corpora omnia contineri, et vacuum in eo superesse nihil. Enimvero quod ex omni substantia conflatum sit, id ipsum tale quid nominari, quatenus ornatum ejusmodi

(33) *Ἀρείου Διδύμου.* Plures Didymos novimus: qui Arius diceretur, mihi quidem ignotus est: et tamen constanter apud Eusebium sic vocatur. Suspicor non Ἀρείου, sed Ἀτηΐου, vel Ἀττίου legendum esse. Suidas, Δίδυμος, inquit, Ἀτηΐος, ἢ Ἄττιος χρηματίσας, φιλόσοφος Ἀκαδημαϊκὸς, πιθανῶν καὶ σοφισμάτων λύσεις ἐν βιβλίοις β', καὶ ἄλλα πολλά.

Digitized by Google

aliquem partiumque dispositionem complectitur. Itaque si prioris illius ratio habeatur, sempiternum ipsi mundum esse aiunt : sin ornatus iste spectatur, genitum, ac pro infinitarum, seu quæ jam præterierint, seu quæ futuræ postea sint, periodorum conversione mutabilem. Atque ita, quod ex omni substantia tale quid exsistit, mundum esse sempiternum ac Deum ; at mundum appellari, machinam hanc e cœlo, aere, terra, mari, ac propriis singulorum naturis constitutam. Mundum præterea, deorum simul et hominum, imo et omnium omnino, quæ ipsorum causa facta sint, domicilium vocari. Quemadmodum enim civitatis notio quædam et ratio duplex est, altera quatenus domicilium aliquid, altera quatenus multitudinem ex incolarum et civium societate conflatam significat : ita mundus quædam quasi civitas est, ex diis hominibusque constans, sic quidem ut principatum dii teneant, homines eorum imperio subditi teneantur. Cæterum mutuam eorum inter se conjunctionem esse, quam illa, quæ naturæ lex quædam est, communio rationis efficiat. Alia prorsus omnia propter eosdem facta esse. Quibus consentanee ponendum illud est, hominum curam gerere universi moderatorem Deum, quippe qui prolixa benignitate præditus, hominum amans, **818** justusque sit, et virtutum omnium complexione perfectus. Quocirca mundus quoque Ζεύς, hoc est Jupiter, vocatur, quod nobis τοῦ ζῆν, hoc est vivendi sit auctor. Eumdem, prout εἰρομένῳ λόγῳ, id est connexa quadam ratione, quam prætergredi ac violare nihil possit, ex omni æternitate cuncta moderatur, Εἱμαρμένην, hoc est Fatum, insuper appellari : Ἀδράστειαν vero, quasi dicas vim quamdam indeclinabilem, quod ipsum nihil effugiat : Providentiam denique, quod singula, prout cujusque usus exigit, proinde administret. Ducem porro principemque mundi, solem Cleanthes esse voluit, quod et siderum esset omnium maximus, et cunctarum ad rerum administrationem diem et annum, cæterasque tempestates efficeret. Alii ejusdem sectæ philosophi, terram mundi principatum habere maluerunt. Chrysippus eum purissimo ac defæcatissimo ætheri tribuit, quippe qui et omnium sit maxime mobilis, et totam mundi conversionem circumagat. » Hactenus ex Arii Didymi *Epitoma*. Jam adversus eorumdem Stoicorum de Deo sententiam pauca hæc afferre satis erit, quæ Porphyrius in iis, quæ ad Boethum *De anima* rescripsit, totidem verbis opposuit.

A μὲν τὴν προτέραν ἀπόδοσιν ἄϊδιον τὸν κόσμον εἶναί φασι, κατὰ δὲ τὴν διακόσμησιν γεννητὸν καὶ μεταβλητὸν, κατὰ περιόδους ἀπείρους γεγονυίας τε καὶ ἐσομένας. Καὶ τὸ μὲν ἐκ τῆς πάσης οὐσίας τοιοῦτον κόσμον ἀΐδιον εἶναι καὶ Θεόν· λέγεσθαι δὲ κόσμον σύστημα ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἀέρος, καὶ γῆς, καὶ θαλάττης, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς φύσεων· λέγεσθαι δὲ κόσμον, καὶ τὸ οἰκητήριον θεῶν καὶ ἀνθρώπων, καὶ τῶν ἕνεκα τούτων γενομένων. Ὃν γὰρ τρόπον πόλις λέγεται διχῶς, τό τε οἰκητήριον καὶ τὸ ἐκ τῶν ἐνοικούντων σὺν τοῖς πολίταις σύστημα· οὕτω καὶ ὁ κόσμος οἱονεὶ πόλις ἐστὶν ἐκ θεῶν καὶ ἀνθρώπων συνεστῶσα, τῶν μὲν θεῶν τὴν ἡγεμονίαν ἐχόντων, τῶν δὲ ἀνθρώπων ὑποτεταγμένων. Κοινωνίαν δ' ὑπάρχειν πρὸς ἀλλήλους, διὰ τὸ λόγου μετέχειν, ὃς ἐστὶ φύσει νόμος· τὰ δ' ἄλλα πάντα γεγονέναι τούτων ἕνεκα. Οἷς ἀκολούθως νομιστέον προνοεῖν τῶν ἀνθρώπων τὸν τὰ ὅλα διοικοῦντα Θεὸν, εὐεργετικὸν ὄντα, καὶ χρηστὸν, καὶ φιλάνθρωπον, δίκαιόν τε, καὶ πάσας ἔχοντα τὰς ἀρετάς. Διὸ δὴ καὶ Ζεὺς λέγεται ὁ κόσμος, ἐπειδὴ τοῦ ζῆν αἴτιος ἡμῖν ἐστι. Καθόσον δὲ εἰρομένῳ λόγῳ πάντα διοικεῖ ἀπαραβάτως ἐξ εἱμάρμενος, προσονομάζεσθαι Εἱμαρμένην· Ἀδράστειαν δὲ, ὅτι οὐδέν ἐστιν αὐτὸν ἀποδιδράσκειν· Πρόνοιαν δ', ὅτι πρὸς τὸ χρήσιμον οἰκονομεῖ ἕκαστα. Ἡγεμονικὸν δὲ τοῦ κόσμου Κλεάνθει μὲν ἤρεσε τὸν ἥλιον εἶναι, διὰ τὸ μέγιστον τῶν ἄστρων ὑπάρχειν, καὶ πλεῖστα συμβάλλεσθαι πρὸς τὴν τῶν ὅλων διοίκησιν, ἡμέραν καὶ ἐνιαυτὸν ποιοῦντα, καὶ τὰς ἄλλας ὥρας. Τισὶ δὲ τῶν ἀπὸ τῆς αἱρέσεως ἔδοξε γῆν τὸ ἡγεμονικὸν εἶναι τοῦ κόσμου. Χρυσίππῳ δὲ τὸν αἰθέρα τὸν καθαρώτατον καὶ εἰλικρινέστατον, ἅτε πάντων εὐκινητότατον ὄντα, καὶ τὴν ὅλην περιάγοντα τοῦ κόσμου φοράν. » Ταῦτα μὲν ἡμῖν ἀπὸ τῆς Ἐπιτομῆς Ἀρείου Διδύμου πρακείσθω. Πρὸς δὲ τὴν περὶ Θεοῦ τῶν Στωϊκῶν δόξαν ἀπαρκεῖ παραθέσθαι τὰς Πορφυρίου λέξεις ἐν ταῖς πρὸς Βόηθον ἀντιγραφείσιν αὐτῷ *Περὶ ψυχῆς*, τοιοῦτον ἐχούσας τὸν τρόπον

B

C

CAPUT XVI.

Contra Stoicorum de Deo sententiam. Ex Porphyrii ad Boethum opere De anima.

« Deum, inquit, spiritalem quemdam ignem sic appellant, nihil ut eumdem sempiternum facere verentur, imo etiam ejusmodi, qui omnia depascatur et perimat, quasi nostri hujus ac vulgaris ignis simillimus sit. Adeoque Aristoteli repugnare non dubitant, qui hoc abs se impetrari non patitur, ut æthereum regionem simili ex igne constituat. Ex quibus si forte quæsieris, qui possit ignis ejusmodi tandiu permanere, diversum quidem illum esse negant, sed talem ei naturam dum tribuunt,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙϚ'.

Πορφυρίου πρὸς τὴν τῶν Στωϊκῶν περὶ Θεοῦ δόξαν. Ἀπὸ τῶν πρὸς Βόηθον Περὶ ψυχῆς.

« Τὸν δὲ Θεὸν οὐκ ἀκνοῦσι, πῦρ νοερὸν εἰπόντες, ἄϊδιον καταλιπεῖν, καὶ φθείρειν μὲν πάντα λέγειν καὶ ἐπινέμεσθαι, ὡς τοιοῦτον ὂν πῦρ, οἷον τὸ ἡμῖν συνεγνωσμένον· ἀντιλέγειν τε (34) τῷ Ἀριστοτέλει, παραιτουμένῳ τὸν αἰθέρα ἐκ πυρὸς λέγειν τοιοῦτον. Ἀπαιτούμενοι δὲ, πῶς τὸ τοιοῦτον ἐπιδιαμένει πῦρ, ἄλλοιον μὲν πῦρ οὐ λέγουσιν εἶναι, τοιοῦτον δ' εἶναι φάσκοντες, πιστεύειν αὐτοῖς ἀξιώσαντες εἰποῦσι, τῇ ἄλλῃ πίστει ταύτῃ ἐπισυνάπτουσιν, ὅτι καὶ ἄϊδιόν ἐστι πῦρ, ἐκ μέρους καὶ τὸ αἰθέριον σβέννυσθαι καὶ ἀν-

(34) Forte δέ.

Digitized by Google

ἀπτεσθαι τιθέντες. Ἀλλὰ τὴν τούτων πρὸς μὲν ταῦτα ἀθλειφίαν, πρὸς δὲ τὰ τῶν παλαιῶν ῥᾳθυμίαν τε καὶ καταφρόνησιν, τί ἂν τις ἐπὶ πλέον μηκύνῃ;

A nudæ orationi filem haberi volunt; nisi quod insuper tam absurdæ opinioni hoc addunt, ut sempiternum ignem illum esse defendant, cum tamen ætherium exstingui partim, partim accendi velint. Sed eorum aut stuporem, aut veterum hac in disputatione contemptum pluribus exaggerare quid attinet?

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Ὅτι οὐκ ἂν εἴη σῶμα τὸ ὄν, κατὰ τοὺς Στωϊκούς. Ἀπὸ τοῦ πρώτου Περὶ τἀγαθοῦ Νουμηνίου.

819 CAPUT XVII.

Id quod vere est, corpus non esse, ut Stoici opinantur. Ex Numenii primo De bono.

« Ἀλλὰ τί δή ἐστι τὸ ὄν; ἆρα ταυτὶ τὰ στοιχεῖα τὰ τέτταρα, ἡ γῆ, καὶ τὸ πῦρ, καὶ αἱ ἄλλαι δύο μεταξὺ φύσεις; Ἆρα οὖν δὴ τὰ ὄντα ταῦτά ἐστιν ἤτοι ξυλλήδδην, ἢ καθ' ἓν γέ τι αὐτῶν; Καὶ πῶς, ἃ γέ ἐστι καὶ γεννητὰ καὶ παλινάγρετα, εἴ γέ ἐστιν ὁρᾶν αὐτὰ ἐξ ἀλλήλων γινόμενα, καὶ ἀπαλλασσόμενα, καὶ μήτε στοιχεῖα ὑπάρχοντα, μήτε συλλαβάς; Σῶμα μὲν ταυτὶ οὕτως οὐκ ἂν εἴη τὸ ὄν. Ἀλλ' ἆρα ταυτὶ μὲν οὔ, ἡ δ' ὕλη δύναται εἶναι ὄν. Ἀλλὰ καὶ ταύτην παντὸς μᾶλλον ἀδύνατον, ἀῤῥωστίᾳ τοῦ μένειν. Ποταμὸς γὰρ ἡ ὕλη ῥοώδης καὶ ὀξύῤῥοπος, βάθος, καὶ πλάτος, καὶ μῆκος ἀόριστος, καὶ ἀνήνυτος. » Καὶ μετὰ βραχέα ἐπιλέγει· « Ὥστε καλῶς ὁ λόγος εἴρηκε, φὰς, εἰ ἔστιν ἄπειρος ἡ ὕλη, ἀόριστον εἶναι αὐτήν· εἰ δὲ ἀόριστος, ἄλογον· εἰ δὲ ἄλογος, ἄγνωστον. Ἄγνωστον δέ γε οὖσαν αὐτὴν ἀναγκαῖον εἶναι ἄτακτον· ὡς τεταγμένα γνωσθῆναι πάνυ δήπουθεν ἂν εἴη ῥᾴδιον· τὸ δὲ ἄτακτον οὐχ ἑστηκεν· ὃ τι δὲ μὴ ἑστηκε, οὐκ ἂν εἴη ὄν. Τοῦτο δὲ ἦν ὅπερ ἡμῖν αὐτοῖς ὡμολογησάμεθα ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ταυτὶ πάντα συνενεχθῆναι τῷ ὄντι ἀθέμιστον εἶναι. Δοξάτω, μάλιστα μὲν πᾶσιν, εἰ δὲ μή, ἀλλ' ἐμοί. Οὐκοῦν φημι τὴν ὕλην οὔτε αὐτὴν, οὔτε τὰ σώματα εἶναι ὄν. Τί οὖν δή; εἰ ἔχομεν παρὰ ταῦτα ἄλλο τι ἐν τῇ φύσει τῇ τῶν ὅλων; Ναί· τοῦτο οὐδὲν εἰπεῖν ποικίλον, εἰ τόδε πρῶτον μὲν ἐν ἡμῖν αὐτοῖς ἅμα πειραθείημεν διαλεγόμενοι. Ἐπεὶ δὲ τὰ σώματά ἐστι φύσεις τεθνηκότα, καὶ νεκρὰ, καὶ πεφορημένα, καὶ οὐδ' ἐν ταὐτῷ μένοντα, ἆρ' οὐχὶ τοῦ καθέξοντος αὐτοῖς δεῖ; Παντὸς μᾶλλον. Εἰ μὴ τύχοι δὲ τούτου, ἆρα μείνειεν ἄν; Παντὸς ἧττον. Τί οὖν ἐστι τὸ κατασχῆσον; Εἰ μὲν δὴ καὶ τοῦτο εἴη σῶμα, Διὸς Σωτῆρος δοκεῖ ἂν ἐμοὶ δεηθῆναι αὐτὸ παραλυόμενον καὶ σκιδνάμενον. Εἰ μέντοι χρὴ αὐτὸ ἀπηλλάχθαι τῆς τῶν σωμάτων πάθης, ἵνα κἀκείνοις κεκυημένοις τὴν φθορὰν ἀμύνειν δύνηται, καὶ κατέχῃ, ἐμοὶ μὲν οὐ δοκεῖ ἄλλο τι εἶναι ἢ μόνον γε τὸ ἀσώματον· αὕτη γὰρ δὴ φύσεων πασῶν μόνη ἕστηκε, καὶ ἔστιν ἀραρυῖα, καὶ οὐδὲν σωματικὴ. Οὔτε γοῦν γίνεται, οὔτε αὔξεται, οὔτε κίνησιν κινεῖται ἄλλην οὐδεμίαν, καὶ διὰ ταῦτα καλῶς δίκαιον ἐφάνη πρεσβεῦσαι τὸ ἀσώματον.

B

C

D

« Verumtamen, inquit ille, quidnam igitur vere esse dicemus? Num hæc elementa quatuor, terram, ignem, mediasque duas inter utrumque naturas? Utrum ergo illa sunt, universa simul, an seorsim ac per sese singula? Qui tandem alterutrum dici possit, cum et genita illa sint, et exstincta rursus oriantur? passim enim ea videmus cum fieri ex sese mutuo, tum ita prorsus interire, ut nec elementa maneant, nec elementorum ulla complexio. Itaque corpus illud quod vere sit, in elementis reperiri non potest. Esto, elementis hoc minime conveniat, materiæ certe quidem optime conveniet. Atqui ab eo longissime abest materia, quod infirmior ea sit, quam ut constanter permanere queat. Est enim fluvius quidam vehemens et incitatus, cujus neque fundus, neque latitudo, neque longitudo certis ullis finibus comprehendi possit. » Tum paucis quibusdam interjectis: « Quamobrem, inquit, præclare dictum illud est, materiam si sit immensa, definiri proinde non posse; quod si verum est, eamdem rationis expertem esse; si denique rationis expers, cognitionem omnem fugere. Quod si cognosci non possit, confusam illam ac perturbatam esse necesse est, cum ordinata omnia sint ad cognoscendum longe facillima. Quod vero perturbatum est, id permanere profecto non potest; quod autem non permaneat, id utique vere non fuerit. Atque id ipsum est, quo de jam inter nos ante convenit, hæc omnia non posse cum ejus quod vere sit ratione consistere. Id quod maxime quidem omnibus placere velim; sin minus, placeat certe mihi. Materiam igitur, aut corpus ullum vere esse nego. De illis ergo quid dicimus? Num aliud quid præter ista nobis in tota rerum natura superest? Superest vero: neque id explicare difficilis admodum operæ fuerit, si modo primum illud in nobis ipsis pervidere mutua ratiocinatione conabimur. Et quoniam corpora vitæ nihil per sese habent, atque huc illucque jactantur, nec eodem semper loco vultuque persistunt, nonne aliquo proinde, cujus vi contineantur, opus habent? Maxime id quidem. Id vero si nancisci non potuerint, num manebunt illa per sese? Minime vero. Quid igitur illud erit, quod ipsa contineat? Enimvero si corpus id etiam fuerit, equidem, cum suapte natura dissolvatur atque dissipetur, 820 Jove quodam Servatore opus ei futurum existimo. Quod si ab omni corporum vitio liberum illud esse oporteat, ut eadem, ubi concepta jam sunt, vindicare ab interitu, et continere possit, mihi sane, præter id unum quod expers corporis sit, ejusmodi esse nihil videtur. Ex omnibus quippe naturis una hæc est, quæ cum ipsa consistat, tum etiam firma sit ac solida, nec corporei quidquam omnino simile habeat. Nec enim generatur illa, nec crescit, nec alio motu cietur ullo. Ac propterea æquum in primis et consentaneum merito visum est, hanc rei corporis experti prærogativam tribuere.

Digitized by Google

CAPUT XVIII.

Stoici de universi conflagratione quid sentiant.

« Placet, inquit, sectæ hujus antiquissimis atque primariis, post maximos quosdam conversionum circuitus, in aerem primo mutari universa, tum in ignem ætherium postremo dissolvi. » Quibus deinde subjungit : « Ex his porro manifeste liquet, eam rerum confusionem, non ad earum substantiam Chrysippum retulisse ; hoc enim prorsus fieri non potest : sed eam duntaxat, quæ pro aliqua mutatione sumatur. Corruptionis enim vocabulum, ubi de solita mundi post longissimas conversiones corruptione loquuntur, haud proprie quidem accipiunt, qui rerum in ignem omnium dissolutionem fieri tradunt, quam ipsi conflagrationem appellant ; sed ejus quæ in natura contingit mutationis loco, vocem illam corruptionis usurpant. Volunt enim Stoici, rerum naturam omnium in ignem tanquam in semen aliquod mutari, ex quo rursum qualis ante fuerat, perfectus ipsarum ornatus exsistat. Atque hoc dogma sectæ hujus et principes et vetustissimi comprobarunt, Zeno, Cleanthes et Chrysippus. Nam Chrysippi quidem discipulum, et successorem in schola Zenonem, in illa de conflagratione mundi quæstione, assensionem retinuisse aiunt.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Ὅπως οἱ Στωϊκοὶ περὶ τῆς τοῦ παντὸς ἐκπυρώσεως δοξάζουσιν.

C « At vero ne ullum quidem, si corpus animum esse dicamus, intelligentiæ locum relinqui, hujusmodi rationibus perspicue conficitur. Si enim sentire aliud nihil est, quam corpore utentem animum quæ sub sensum cadunt percipere; profecto aut intelligere, non erit corporis opera comprehendere, aut idem ipsum erit quod sentire. Si ergo intelligere est sine corpore aliquid percipere, multo sane prius necesse est, id quod intellecturum sit corpus non esse, quandoquidem uti eorum quæ sentiendo percipiuntur sensus est, sic eorum quæ intelligendo comprehenduntur, intelligentia. Quam discriminis rationem si probare nolunt, spiritalia quidem intelligi, et magnitudine carentia percipi fatebuntur. Quomodo igitur quod magnitudo quædam est, id quod magnitudine careat, et

D quod dividuum est, rem percipiet individuam?

(78) *Τὸ ὕστερον τὸ ἡγεμ.*, etc. Ita correximus ex Plotino, cum pessime legeretur, εἴπερ τὸ ἡγεμονοῦν ὁ νοῦς, ἦν αἰσθάνεσθαι.

(79) *Ἀλλὰ τὴν μὲν ἐφεξῆς.* Hæc et sequentia satis impedita, longe magis intricare Ficinus videtur. Confer, si vacat. Porro has quinque lineas, usque ad αἰσθάνεσθαι, Plotino mecum acceptas feres; quas similitudo vocum ἀλγήματος, ἀλγήματος, et ἀλλὰ, ἀλλά, nobis inviderat.

(80) *Ἄλλου παθόντος, ἄλλου.* Ita recte Plotin.; in priori editione desunt, παθόντος, ἄλλου.

(81) *Τὸ αἰσθανόμενον.* Non placet active sumi τὸ αἰσθανόμενον, hoc est, *quod sentiat*, præsertim cum sequatur, τοῦτο δὲ ποιεῖν, etc. Minus enim apte dicatur animus efficere, ut idem ipsemet ubique sit: aptissime contra, ut dolor ille, qui sentitur, per quascunque partes subeat atque propagetur, sibi tamen ubique similis permaneat. Atque is est, ni fallor, germanus Plotini sensus.

(82) *Ἐπεὶ αἰσθητ.* In priori editione, ἐπεὶ ἐπὶ αἰσθ., quod non emendassem, si postea secutum esset, ἐπὶ νοητῶν δέ. Male autem apud Plotinum ἔτι εἰ αἰσθ. Dubium non est quin ἔτι εἰ factum sit ex ἐπεί.

(83) *Αὐτὸ ἕκαστον, ἀνάγκη.* Rectius omnino quam, ut apud Plotinum, καθαρωτάτων, αὐτὸ ἑκάστου ἀνάγκη. Marsilius Ficin. αὐτὸ ἑκάστου vertit *scilicet uniuscujusque*, *ut dici solet*, *abstracti*, parum, opinor, ex mente Plotini.

(84) *Τὸ νοοῦν*, etc. Hoc etiam loco Plotinum secutus sum. Ante legebatur, τὸν νοῦν σώματος καθαρὸν ὄντα, ἐγγιγνόμενον γινώσκειν. Forte τὸ ἐγγιγνόμενον, pro ἢ γιγνόμενον, legi queat, id est, quum *ipsa in mente imprimitur*.

Digitized by Google

Utrum sua quadam individua facultate? Hoc si dicetur, corpus id non erit, quod intelliget. Nam uti res attingatur libeturque duntaxat, toto ipso nihil opus est, pars vel una sufficit. Si ergo, quod plane verum est, principes illas notiones singulas per sese, ab omni omnino corpore liberrimas esse concedent, id etiam quod intelligat, ita demum, si corpore liberum aut sit, aut fiat, cognoscere necesse est. Sin autem formarum, quæ ad materiam adhærescunt, notiones illas esse respondebunt, eæ tamen non nisi secretis corporibus, mentisque adeo vi secretis, haberi possunt. Nec enim aut corporis, aut omnino materiæ quidquam patitur, illa fieri solita circuli, trianguli, lineæ punctique secretio : proindeque animum etiam ipsum, qui eam efficiat, a corpore secernere, neque adeo corpus esse oportebit. Enimvero pulchrum, opinor, et justum, ipsaque proinde amborum intelligentia magnitudinis habent nihil. Quare ambo et individua quadam illius vi excipientur, et in illa sine partibus ullis sita remanebunt.

A τος καθαρὸν ὄν, ἢ γιγνόμενον (85), γινώσκειν· εἰ δὲ τῶν ἐν ὕλῃ εἰδῶν τὰς νοήσεις φήσουσιν εἶναι, ἅμα χωριζομένων γε τῶν σωμάτων γίνονται, τοῦ νοῦ χωρίζοντος. Οὐ γὰρ δὴ μετὰ σαρκῶν, ἢ ὅλως ὕλης ὁ χωρισμὸς, κύκλου, καὶ τριγώνου, καὶ γραμμῆς, καὶ σημείου. Δεῖ ἄρα καὶ τὴν ψυχὴν σώματος αὐτὴν ἐν τῷ τοιούτῳ χωρίσαι. Δεῖ ἄρα μηδὲ αὐτὴν σῶμα εἶναι. Ἀμέγεθες (86) δὲ οἶμαι καὶ τὸ καλὸν, καὶ τὸ δίκαιον, καὶ ἡ τούτων ἄρα νόησις. Ὥστε καὶ προσιόντα, τῷ ἀμερεῖ (87) αὐτῆς ὑποδέξεται, καὶ ἐν αὐτῇ ἀμερῆ κείσεται.

« Quid? si corpus animum dixerimus, temperantia, justitia, fortitudo, ac cæteræ, quomodo tandem ejus virtutes esse poterunt? Quippe spiritus videlicet aut sanguinis **832** aliquid virtutes illæ sunt. Nisi forte spiritus molestia quædam, fortitudo sit, temperantia ejusdem commoda temperatio, et vera illa pulchritudo, formosa quædam ac figuris adumbrata species, quam in nonnullis etiam videmus, elegantes illos corporeque pulchros vocamus. Ei sane quod umbratilem tantum aliquam, et figura tenus aut fortitudinem aut pulchritudinem habeat, spiritus conditio naturaque conveniat. Temperantia vero quid opus spiritui? Imo certe contra, in complexu tactuque, commoditatem potius aliquam sequetur, sicubi aut caleliat, aut frigus moderate captet, aut mollibus, teneris, ac lævibus adhæreat. Suum vero cuique pro dignitate tribuere, ad ipsum quid attinet? Utrum porro sempiternæ sunt virtutis illæ notione, cæteraque id genus spiritalia, in quibus animus occupatur; an contra nascitur virtus, eademque rursus interibit? At quis eam, aut qua ex re tandem efficiat? Tum enim hæc adhuc quæstio maneat, necesse est. Sempiterna profecto illa esse oportet, semperque manentia, cujusmodi ea sunt, quæ ad geometriam pertinent. Quod si sempiterna sunt, perpetuoque manentia, corpora igitur certe non sunt. Et id præterea, in quo versabuntur, simile quid esse oportebit, adeoque corpus non esse. Nec enim permanet, sed fluit assidue corporis natura quævis.

B « Πῶς δ' ἂν καὶ σώματος ὄντος τῆς ψυχῆς, ἀρετὴ αὐτῆς σωφροσύνη, δικαιοσύνη (88), ἀνδρεία τε καὶ ἄλλαι; Πνεῦμά τι γὰρ, ἢ αἷμά τι, τὸ σωφρονεῖν εἴη, ἢ δικαιοσύνη, ἢ ἀνδρεία, εἰ μὴ ἄρα ἡ ἀνδρεία τὸ δυσπαθὲς τοῦ πνεύματος εἴη, καὶ ἡ σωφροσύνη ἡ εὐκρασία, τὸ δὲ κάλλος εὐμορφία τις ἐν τύποις, καθ' ἣν λέγομεν, ἰδόντες, ὡραίους καὶ καλοὺς τὰ σώματα. Ἰσχυρῷ μὲν οὖν καὶ καλῷ ἐν τύποις πνεῦμά τι (89) εἶναι προσῆκοι ἂν· σωφρονεῖν δὲ τί δεῖ πνεύματι; Ἀλλ' οὖν (90) τοὐναντίον ἐν περιπτύξεσι καὶ ἁφαῖς εὖ παθεῖν, ὅπου ἢ θερμανθήσεται, ἢ συμμέτρως ψύχεος (91) ἁμερεῖ, ἢ μαλακοῖς τισι καὶ ἁπλοῖς (92) καὶ λείοις πελάσει; τὸ δὲ κατ' ἀξίαν νεῖμαι, τί ἂν αὐτῷ μέλοι; Πότερον δὲ ἀϊδίων ὄντων τῶν τῆς ἀρετῆς θεωρημάτων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν νοητῶν ἡ ψυχὴ ἐφάπτεται, ἢ γίνεται ἡ ἀρετὴ, καὶ ὀφείλει πάλιν φθείρεσθαι; Ἀλλὰ τίς ὁ ποιῶν, καὶ πόθεν; Οὕτω γὰρ ἂν ἐκεῖνο πάλιν μένοι. Δεῖ ἄρα ἀϊδίων εἶναι, καὶ μενόντων, οἷα καὶ τὰ ἐν γεωμετρίᾳ. Εἰ δὲ ἀϊδίων καὶ μενόντων, οὐ σωμάτων. Καὶ δεῖ ἄρα καὶ ἐν ᾧ ἔσται τοιοῦτον εἶναι· δεῖ ἄρα μὴ σῶμα εἶναι. Οὐ γὰρ μένει, ἀλλὰ ῥεῖ ἡ σώματος φύσις πᾶσα.

« Quod si dum corporum ipsi functiones vident, quæ calefaciant, refrigerent, propellant, ac deprimant; ibidem animum constituunt, eum velut actuoso quodam in loco defigentes : ignorant illi primum, ipsamet cornora, suis quibusdam incorpo-

D « Εἰ δὲ τὰς τῶν σωμάτων ποιήσεις ὁρῶντες, θερμαινούσας, καὶ ψυχούσας, καὶ ὠθούσας, καὶ βαρυνούσας, ἐνταῦθα τάττουσι τὴν ψυχὴν, οἷον ἐν δραστηρίῳ τόπῳ ἱδρύοντες αὐτήν· πρῶτον μὲν ἀγνοοῦσιν, ὡς καὶ (93) ταῦτα τὰ σώματα δυνάμεσι ταῖς ἐν αὐτοῖς ἀσωμάτοις

(85) Forte τὸ ἐγγιγνόμενον.

(86) *Ἀμέγεθες*. Ex Plotino. Pessime editum erat, *μέγεθος*.

(87) *Τῷ ἀμερεῖ*. Ex eodem pro *τὰ μέρη*, quod perspicue vitiosum erat.

(88) *Δικαιοσύνη*. Ab hac voce, quæ sequuntur hic apud Eusebium, ad capitis usque finem, apud Plotinum eo loco non reperies, nec Hopperus illa, nec Ficinus repræsentat. Sunt tamen Plotini ex genio, cum superioribus aptissime connectuntur, eaque Regii mss. et Montac. agnoscunt. Sane quæ apud Plotinum post *δικαιοσύνη* sequuntur, nullo sensu, vel dicuntur, vel desinunt. Ita hoc tam insigne fragmentum Eusebius, cum iis quæ hactenus ex Plotino mutuatus erat, non sine fenore compensabit.

(89) *Πνεῦμά τι*. Mallem πνεύματι.

(90) *Οὖν*. Ex utroque mss. non οὐ, ut ante.

(91) *Ψύχεος*. Ita Regii duo et Montac., non ψύχους. Homericum illud spectare visus est, *Odyss.* K, v. 555 :

Ψύχεος ἰμείρων κατελέξατο, οἰνοβαρείων.

(92) *Ἁπλοῖς*. Imo certe, ἁπαλοῖς, aliquot duplicia, ut plurimum simplicibus molliora.

(93) *Ἀγνοοῦσιν, ὡς καί*. Paucula hæc, sed necessaria, ex Montac. codice supplevimus. Tαῦτα quod sequitur melius abesset.

Digitized by Google

ταῦτα (94) ἐργάζεται· ἔπειτα ὅτι οὐ ταύτας τὰς δυνάμεις περὶ ψυχὴν (95) εἶναι ἀξιοῦμεν, ἀλλὰ τὸ νοεῖν, αἰσθάνεσθαι, λογίζεσθαι, ἐπιθυμεῖν, ἐπιμελεῖσθαι ἐμφρόνως καὶ καλῶς ἅπαντα, ἄλλην οὐσίαν ζητεῖ. Τὰς οὖν δυνάμεις τῶν ἀσωμάτων μεταβιβάσαντες εἰς τὰ σώματα, οὐδεμίαν ἐκείνοις καταλείπουσιν. Ὅτι δὲ καὶ τὰ σώματα ἀσωμάτοις δυνάμεσι δύναται ἃ δύναται (96), ἐκ τῶνδε δῆλον. Ὁμολογήσουσι γὰρ ἕτερον ποιότητα, καὶ ποσότητα εἶναι, καὶ (97) πᾶν σῶμα ποσὸν εἶναι, καὶ ἔτι οὐ πᾶν σῶμα ποσὸν (98) εἶναι, ὥσπερ τὴν ὕλην. Ταῦτα δὲ ὁμολογοῦντες, τὴν ποιότητα ὁμολογήσουσιν ἕτερον οὖσαν ποσοῦ, ἕτερον σώματος εἶναι. Πῶς γὰρ μὴ ποσὸν οὖσα σῶμα ἔσται, εἴπερ πᾶν σῶμα ποσόν; Καὶ μὴν καὶ ὅπερ ἄνω που ἐλέγετο, εἰ πᾶν σῶμα μεριζόμενον, καὶ ὄγκος πᾶς, ἀφαιρεῖται ὅπερ ἦν· κερματιζομένου δὲ τοῦ σώματος, ἐφ' ἑκάστῳ μέρει ἡ αὐτὴ ὅλη ποιότης μένει· οἷον γλυκύτης ἡ τοῦ μέλιτος οὐδὲν ἔλαττον γλυκύτης ἐστὶν ἐφ' ἑκάστῳ· οὐκ ἂν εἴη σῶμα γλυκύτης· ὁμοίως καὶ αἱ ἄλλαι. Ἔπειτα εἰ σώματα ἦσαν αἱ δυνάμεις, ἀναγκαῖον ἦν τὰς μὲν ἰσχυρὰς τῶν δυνάμεων μεγάλους ὄγκους, τὰς δὲ ὀλίγον δρᾷν δυναμένας, ὄγκους μικροὺς εἶναι. Εἰ δὲ μεγάλων μὲν τῶν ὄγκων μικραὶ, (99) ὀλίγοι δὲ μικρότατοι ὄγκων μεγίστας ἔχουσι τὰς δυνάμεις, ἄλλῳ τινὶ ἢ μεγέθει τὸ ποιεῖν ἀναθετέον· ἀμεγέθει ἄρα. Τὸ δὲ ὕλην μὲν τὴν αὐτὴν εἶναι σῶμα, ὡς φασιν, οὖσαν (1), διάφορα δὲ ποιεῖν ποιότητας προσλαβοῦσαν, πῶς οὐ δῆλον ποιεῖ, τὰ προσγενόμενα λόγους αὐτοὺς καὶ ἀσωμάτους εἶναι; Μηδ', ὅτι, πνεύματος ἢ αἵματος ἀποστάντων, ἀποθνήσκει τὰ ζῶα, λεγόντων. Οὐ γὰρ ἔστιν ἄνευ τούτων εἶναι, οὐδ' ἄνευ πολλῶν ἄλλων, οὐδὲ ἂν ἡ ψυχὴ εἴη. Καὶ μὴν οὔτε πνεῦμα διὰ πάντων, οὔτε αἷμα.

reis facultatibus hæc omnia perficere : deinde ne hoc quidem a nobis facultatum genus animo tribui, sed potius ita statui, ut intelligere, sentire, ratiocinari, concupiscere, cuncta denique sapienter ac rite moderari, aliam omnino quam corporis essentiam requirant. Isti vero rerum incorporearum facultates ad corpora transtulisse contenti, incorporeis ipsis nullam relinquunt. Cæterum ipsa etiam corpora, incorporeis facultatibus ea posse, quæ possint, ita planum efficio. Fatebuntur utique quantitatem esse a qualitate diversam : quippe corpus enim omne quantitate, nec omne tamen qualitate instructum esse, uti de materia certo constat. Siquidem hoc utrumque dum fatentur, fatentur una qualitatem, cum a quanto, tum etiam a corpore diversam esse. Quomodo enim quæ quantitate careat, corpus esse possit, cum omne corpus quantitate sit præditum? Præterea, quod supra jam attigimus, si corpus molesque omnis, dum in partes **833** secatur, id desinit esse quod erat; si corpore in minutissima quæque diviso, qualitas eadem singulis in partibus integra perseverat; uti mellis dulcedo, nihilo minus qualibet ejus in parte dulcedo est : certe nec dulcedo illa, nec similes aliæ qualitates corpora fuerint. Deinde, si corpora essent facultates illæ, valentiores utique facultates majori, imbecilliores minori mole præditas esse oporteret. Sin autem, et vastæ molis vires exiguæ sunt, et immensæ, molis perexiguæ; alteri sane rei quam magnitudini, efficiendi vis tribuenda erit : illi ergo tantum quæ magnitudine careat. Quid? hoc ipsum quod aiunt, eamdem omnino materiam et corpus esse, et susceptis deinde qualitatibus diversitatem efficere, num clare satis ostendit, quæ ad materiam accesserint, ea principes ipsas rationes et corpore carentes esse? Neque vero nobis objiciant, spiritu sanguineve dilapso, animantes interire. Licet enim sine illis esse non possint, certe nec sine permultis aliis, ut ipsemet adsit animus, esse non possunt. Quanquam nec spiritus ipse, nec sanguis, partes per omnes usquequaque diffusus est.

« Ἔτι δὲ (2), εἰ σῶμα οὖσα ἡ ψυχὴ διῆλθε διὰ παντὸς, κἂν κραθεῖσα εἴη, ὃν τρόπον τοῖς ἄλλοις (3) σώμασιν ἡ κρᾶσις. Εἰ δὲ ἡ τῶν σωμάτων κρᾶσις, οὐδὲν ἐνεργείᾳ εἰσεῖναι (4) τῶν κραθέντων· οὐδ' ἂν ἡ ψυχὴ ἔτι ἐνεργείᾳ ἐνείη τοῖς σώμασιν, ἀλλὰ δυνάμει μόνον, ἀπολέσασα τὸ εἶναι ψυχή. Ὥσπερ εἰ γλυκὺ καὶ πικρὸν κραθείη, τὸ γλυκὺ οὐκ ἔστιν· οὐκ ἄρα ἔχομεν ψυχήν. Τὸ δὲ δὴ σῶμα ὂν σώματι κεκρᾶσθαι, ὅλον δι' ὅλου, ὡς ὅπου ἂν ᾖ θάτερον, εἶναι ἴσον ὄγκον ἀμφοτέρων, καὶ τὸ πᾶν κατεχόντων, καὶ μηδεμίαν αὔξησιν γεγονέναι ἐπεμβληθέντος τῷ ἑτέρου, οὐδὲν ἀπολείψει ὃ μὴ τέμῃ. Οὐ γὰρ κατὰ μεγάλα μέρη παραλλὰξ ἡ

« Jam vero, si corporeus animus totum corpus undique pervaderet, cum eo proinde permistus esset, quomodo cæteris in corporibus mistio fieri consuevit. Quare, cum ejusmodi corporum mistio sit, ut ex iis quæ commista sunt, nullum reapse permaneat; ne animus quidem reapse in corporibus, sed virtute tantum inesset, animique naturam et rationem amitteret : quemadmodum si cum acerbo dulce misceretur, dulce amplius non esset : ita nullum jam animum haberemus. Enimvero, si corpus cum corpore, totum cum toto misceatur, ita ut ubicunque alterutrum erit, ibidem amborum toto

(94) Ἀσωμάτοις ταῦτα. Et hanc utramque vocem eodem ex Montac. addidimus.

(95) *Περὶ ψυχήν*. Ex eodem additum.

(96) Ἃ *δύναται*. Ex eodem.

(97) Forte καὶ γάρ.

(98) Forte ποιόν.

(99) Forte οἱ.

(1) *Οὖσαν*. Legendum εἶναι.

(2) Ἔτι *δέ*, etc. Ante legebatur ψυχὴ δὲ εἰ σῶμα οὖσα. Montac., ψυχὴ δὲ ἔτι εἴ σου. Mihi τὸ ἔτι δέ, probatum est : ψυχὴ abundare visum, sequitur enim ex eodem Mont., ἡ ψυχὴ διῆλθε, quæ verba deerant in priori editione.

(3) *Τοῖς ἄλλοις*. Additum ex eodem Montac.

(4) *Οὐδὲν ἐνεργείᾳ εἰσεῖναι*. In priori edit. deerant hæc ἐνεργείᾳ εἰσεῖναι. Montac. legebat οὐδὲ ἐνέργεια εἰσεῖναι. Correxi οὐδὲν ἐνεργείᾳ, dandi casu. Verbum εἰσεῖναι retineri potest; mallem tamen ἐνεῖναι, ut paulo post, ἐνείη τοῖς σώμ., non εἰσείη.

Digitized by Google

illo spatio diffusorum æqualis moles exsistat, nec ullum incrementum ex alterius accessione consequatur; nihil ab eo quod non secet ac dividat, relinquetur. Nec enim in majoribus duntaxat partibus, alterna quadam vicissitudine mistio fit (sic enim adjunctionem potius futuram aient): sed totum alterum permeans, majus licet injectum in minus (quod quidem fieri non potest, ut minus æquale majori fiat); sed permeans tamen, totum ubique secat. Itaque necesse est, si hoc ipsum quovis in puncto fiet, nec medium corpus ullum erit quod non secetur; ut in puncta corpus integrum dividatur, quod fieri nullo modo potest. Sin autem divisionis illius infinita ratio futura est (quodcunque enim corpus acceperis, dividuum semper est), tum vero non virtute duntaxat, sed etiam reapse infinita erunt. Totum ergo corpus totum aliud permeare non potest. Atqui totum animus permeat: corpore ergo caret animus.

A κρᾶσις (οὕτω γὰρ φασι παράθεσιν ἕτεσθαι)· διελήλυθὸς δὲ διὰ παντὸς, τὸ ἐπεμβληθὲν ἐπὶ σμικρότερον (ὅπερ ἀδύνατον, τὸ ἔλαττον ἴσον γενέσθαι τῷ μείζονι· ἀλλ' οὖν διελήλυθὸς, πᾶν τέμνει κατὰ πᾶν. Ἀνάγκη τοίνυν εἰ καθ' ὁτιοῦν σημεῖον, καὶ μὴ μεταξὺ σῶμα ἔσται ὃ μὴ τέτμηται, εἰς σημεῖα τὴν διαίρεσιν ὡς σώματος γεγονέναι, ὅπερ ἀδύνατον. Εἰς δὲ ἄπειρα τῆς τομῆς οὔσης (ὃ γὰρ ἂν λάβῃς σῶμα, διαιρετὸν ἐστι), οὐ δυνάμει μόνον, ἐνεργείᾳ δὲ τὰ ἄπειρα ἔσται. Οὐ τοίνυν ὅλον δι' ὅλου χωρεῖν δυνατὸν τὸ σῶμα· ἡ δὲ ψυχὴ δι' ὅλων (5) ἀσώματος ἄρα.

834 « Quod autem priorem illam ipsius naturam, spiritum proprie ac peculiariter esse dicunt, quæ ψυχρῷ, hoc est frigido in loco posita, atque aciem adepta majorem, ψυχὴ, hoc est animus, frigoris vi tenuior subtiliorque factus evadat; hoc ipsum quidem absurdum est, cum pleraque animantes et calidis nascantur in locis, et animum halleant hujusmodi refrigeratione carentem. At priorem quoque animi naturam, ex multiplici rerum externarum casu exsistere ac pendere volunt. Illi ergo quod deterius est, id primum faciunt, quo ipso præterea quiddam aliud, minus licet, prius tamen constituunt, quem habitum nominant. Mens autem postremo ab iis loco numeratur, ab animo scilicet ipso profecta. Nam si princeps omnium mens ponitur, secundo in gradu animum, naturam denique in tertio collocare oporteat; itaque semper quod deterius sit, habere posterius, si quidem ejusmodi natum est. Si ergo Deus ipse quoque, pro eo ac mente præditus est, posterior idem ac genitus sit, atque adventitiam mentem ipsam habeat; concludi forte possit, neque animum, neque mentem, neque Deum esse. Nunquam enim quod virtute tantummodo est, nisi prius id fuerit, quod actu sit, actu ipso futurum est. Cujus enim vi exsistat aliquando, si aliud præter ipsum nihil eoque prius fuerit? Sin autem se proferet, producetque per sese (quod ipsum tamen absurdum est), certe dum se ita proferet, aliquid intuebitur, quod non virtute, sed actu erit. Quanquam, id quod virtute est, si habeat idem ut sui semper simile maneat, exsistet actu per sese, atque id erit solam exsistendi potestatem habente præstantius, cum ab illo appetatur. Maneat igitur, prius id esse quod præstantius sit, itemque quod diversam a corpore naturam habeat, quodque actu semper exsistat. Inde enim, mentem et animum, natura priores esse, nec spiritus, aut corporis similem animum esse conficitur. Et quidem ad animum corporeæ naturæ subducendum, ab aliis cum et proferri alia possunt, et prolata jam sunt, tum hæc quoque nostra satis erunt.

B «Τὸ δὲ καὶ φύσει μὲν (6) προτέραν τὸ αὐτὸ πνεῦμα λέγειν· ἐν δὲ ψυχρῷ γενομένην καὶ στομωθεῖσαν, ψυχὴν γίνεσθαι, λεπτοτέραν ἐν ψυχρῷ γενομένην· ὃ δὴ (7) καὶ αὐτὸ ἄτοπον· πολλὰ γὰρ ζῶα ἐν θερμῷ γίνεσθαι, καὶ ψυχὴν ἔχει οὐ ψυχθεῖσαν. Ἀλλ' οὖν φασί γε προτέραν φύσιν ψυχῆς εἶναι κατὰ συντυχίας τὰς ἔξω γινομένην. Συμβαίνει οὖν αὐτοῖς τὸ χεῖρον πρῶτον ποιεῖν, καὶ πρὸ τούτου ἄλλο ἔλαττον, ἣν λέγουσιν ἕξιν. Ὁ δὲ νοῦς ὕστατος, ἀπὸ τῆς ψυχῆς ὁλονότι γενόμενος· ἢ εἰ πρὸ πάντων νοῦς, ἐφεξῆς ἕξει ψυχὴν ποιεῖν, εἶτα φύσιν· καὶ αἰεὶ τὸ ὕστερον χεῖρον, εἴπερ πέφυκεν. Εἰ οὖν καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸς κατὰ τὸν νοῦν ὕστερος, καὶ γεννητὸς, καὶ ἐπακτὸν τὸν νοῦν ἔχων, ἐνδέχοιτο ἂν μηδὲ ψυχὴν, μηδὲ νοῦν, μηδὲ Θεὸν εἶναι· εἰ τὸ δυνάμει (8), μὴ ὄντος πρότερον τοῦ ἐνεργείᾳ, καὶ νοῦ, γένοιτο, οὐδὲ ἥξει εἰς ἐνέργειαν τί γὰρ ἔσται τὸ ἄγον, μὴ ὄντος ἑτέρου παρ' αὐτὸ προτέρου; Εἰ δ' ἑαυτὸ ἄξει εἰς ἐνέργειαν, ὅπερ ἄτοπον, ἀλλὰ βλέπον γε πρός τι ἄξει, ὃ οὐ δυνάμει (9), ἐνεργείᾳ δὲ ἔσται. Καίτοι τὸ ἀεὶ μένειν τὸ αὐτὸ, εἴπερ τὸ δυνάμει ἕξει, καθ' ἑαυτὸ εἰς ἐνέργειαν ἥξει, καὶ τοῦτο κρεῖττον ἔσται τοῦ δυναμένου, οἷον ὀρεκτὸν ὂν ἐκείνου. Πρότερον ἄρα τὸ κρεῖττον (10), καὶ ἑτέραν φύσιν ἔχον σώματος, καὶ ἐνεργείᾳ ὂν ἀεί· πρότερον ἄρα καὶ νοῦς, καὶ ψυχὴ, φύσεως. Οὐκ ἄρα οὕτω ψυχὴ ὡς πνεῦμα, οὐδ' ὡς σῶμα. Ἀλλ' ὅτι μὲν οὐ σῶμα, λέγοιτ' ἂν, καὶ εἴρηται καὶ ἄλλοις ἕτερα, ἱκανὰ δὲ καὶ ταῦτα.

C

D

(5) Forte ὅλου.

(6) *Φύσει μέν*. Legendum videtur φύσιν μέν, ut paulo post linea 7.

(7) *Ὃδί*. Mss., ὃ δή, sed τὸ δή longe præstat.

(8) *Εἰ τὸ δυνάμει*, etc. Legendum existimo, εἰ γὰρ τὸ δυνάμει, si γένοιτο, quod sequitur, retineri placet. Sin quod ego mallem, γένοιτο delebitur, particula γάρ nihil opus erit, nec quidquam deerit ad loci hujus integritatem.

(9) *Ὃ οὐ δυν.* Ita recte Montac. In priori edit. ὃ et οὐ deerant.

(10) *Τὸ κρεῖττον*. Hæc usque ad ὂν ἀεί, debentur eidem Montac.

Digitized by Google

« Ἐπεὶ δὲ (11) καὶ ἄλλης φύσεως, δεῖ ζητεῖν τίς αὐτη. Ἆρ' οὖν ἕτερον μὲν σώματος, σώματός δέ τι, οἷον ἁρμονία; Τοῦτο γὰρ ἁρμονίαν τῶν ἀμφὶ Πυθαγόραν λεγόντων ἕτερον τρόπον, ᾠήθησαν αὐτό τοιοῦτόν τι εἶναι, οἷον καὶ ἡ περὶ χορδὰς ἁρμονία. Ὡς γὰρ ἐνταῦθα ἐντεταμένων τῶν χορδῶν, ἐπιγίνεταί τι οἷον πάθημα ἐπ' αὐταῖς, ὃ λέγεται ἁρμονία· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τοῦ ἡμετέρου σώματος, ἐν κράσει ἀνομοίων γινομένων, τὴν ποιὰν κρᾶσιν, ζωήν τε ἐργάζεσθαι, καὶ ψυχὴν οὖσαν τὸ ἐπὶ τῇ κράσει πάθημα. Ὅτι δὲ ἀδύνατον (12), πολλὰ ἤδη πρὸς ταύτην τὴν δόξαν εἴρηται. Καὶ γὰρ ὅτι μὲν πρότερον ἡ ψυχὴ, ἡ δ' ἁρμονία ὕστερον· καὶ ὡς τὸ μὲν ἄρχει καὶ ἐπιστατεῖ τῷ σώματι, καὶ μάχεται πολλαχῇ, ἁρμονία δὲ οὐκ ἂν οὖσα ταῦτα ποιοῖ· καὶ ὡς τὸ μὲν οὐσία, ἡ δὲ ἁρμονία οὐκ οὐσία· καὶ ὅτι ἡ κρᾶσις τῶν σωμάτων, ἐξ ὧν συνέσταμεν, ἐν λόγῳ οὖσα, ὑγεία ἂν εἴη (13)· καὶ ὅτι καθ' ἕκαστον μέρος ἄλλως κραθὲν, εἴη ἂν ψυχὴ ἑτέρα, ὥστε πολλὰς εἶναι· καὶ τόδε (14) μέγιστον, ὡς ἀνάγκη πρὸς τῆς ψυχῆς ταύτης ἄλλην ψυχὴν εἶναι, τὴν ποιοῦσαν τὴν ἁρμονίαν (15) ταυτήν· οἷον ἐπὶ τῶν ὀργάνων, τὸ μουσικὸν (16), τὸν ἐντιθέντα ταῖς χορδαῖς τὴν ἁρμονίαν, λόγον ἔχοντα παρ' αὐτῷ, καθ' ὃν ἁρμόσει. Οὔτε γὰρ ἐκεῖ αἱ χορδαὶ παρ' αὐτῶν, οὔτ' ἐνταῦθα (17) τὰ σώματα ἑαυτὰ εἰς ἁρμονίαν ἄγειν δυνήσεται. Ὅλως δὲ καὶ οὗτοι ἐξ ἀψύχων ἔμψυχα ποιοῦσι, καὶ ἐξ ἀτάκτων κατὰ συντυχίαν τὰ τεταγμένα τὴν τάξιν (18) καὶ τὴν ὑπόστασιν εἰληφέναι. Τοῦτο δὲ οὔτε ἐν τοῖς κατὰ μέρος, οὔτε ἐν τοῖς ἅλλοις (19) δυνατον γενέσθαι. Οὐκ ἄρα ἡ ψυχὴ ἁρμονία. »

« At quærendum porro, cujusnam alterius naturæ fuerit. Num igitur ita diversus a corpore est, ut tamen aliquid sit, quod eidem corpori maxime conveniat, cujusmodi harmonia est? Cum enim Pythagoras longe aliter hoc de harmoniæ genere disputaret, id isti ejus, quæ in fidibus sit harmoniæ, simile quid esse putaverunt. Ut enim hic, dum fides intenduntur, quædam illis accedit affectio, quam harmoniam vocamus : ita plane, cum inter sese mutuo dissidentia temperantur, certam hanc corporis nostri temperationem, vitam simul et animam efficere, quæ aliud nihil sit, quam illa ex temperatione profecta singularis quædam et peculiaris affectio. Verum adversus hanc opinionem tanquam omni probabilitate carentem, multa quoque disputata jam sunt. Principio, animam prius esse aliquid, harmoniamque posterius : deinde animum non corpori præesse tantum ac moderari, sed etiam cum eo pugnare sæpe, quod factura nunquam esset, si esset harmonia : tum, animam esse substantiam, qualis harmonia non sit : ad hæc, illam ipsam corporum, ex quibus concreti sumus, rectam justamque temperationem, valetudinis potius integritatem esse : imo, partibus in singulis, diversa quadam ratione temperatis, animam quoque diversam, proindeque plures uno in corpore futuras esse : postremo, quod hoc in genere potissimum est, ante hanc ipsam animam, aliam inesse quamdam oportere, quæ harmoniam illam efficeret; qualem organis præesse musicum hominem videmus, qui harmoniam fidibus immittat, eamque rationem penes sese habeat, qua illam omnem rite moderetur. Nec enim aut fides illic per se ipsas, aut corpora hic eam ad harmoniam se ipsa perducere unquam poterunt. Cæterum, uti hoc universe dicatur, exinanimis isti animata constituunt, atque ex inordinatis ordinata suum hunc ordinem propriamque naturam casu quodam accepisse volunt. Quod tamen nec singulis in partibus, nec ullo in toto evenire potest. Non est igitur animus harmonia. »

Ταῦτα μὲν ἀπὸ τῶν Πλωτίνου πρὸς τὴν τῶν Στωϊκῶν περὶ ψυχῆς δόξαν σωματικὴν αὐτὴν φασκόντων εἶναι. Ἀλλ' ἐπεὶ αὐτάρκως τά τε πρὸς Ἀριστοτέλην, καὶ τὸν Περίπατον, τά τε πρὸς τὴν Στωϊκῶν αἵρεσιν, ὡς ἐν ἐπιτομῇ παρατέθειμαι· ὥρα πάλιν ἐπανελθόντας, τῶν γενναίων φιλοσόφων ὁμοῦ πάντων τὰς θαυμαστὰς ἐπισκέψασθαι φιλολογίας· ὅτι μάλιστα κοινῶς πάντες Ἕλληνες θεοὺς ὁρατοὺς, ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ τοὺς λοιποὺς ἀστέρας, τά τε ἄλλα μέρη τοῦ κόσμου ἡγήσαντό τε καὶ ἐσέφθησαν· καὶ τάς γε μυθικὰς καὶ ληρώδεις αὐτῶν περὶ τῆς πολυ-

Atque hactenus ex Plotino contra Stoicorum de animo sententiam, qui corporeum illum esse dicerent. Sed quoniam adversus Aristotelem, Peripateticos omnes, Stoicorumque sectam, compendio licet, sat multa protulimus : superest uti ad caput denuo revertentes, egregias illas præstantium philosophorum simul omnium commentationes videamus : cum et Græci plane universi, solem, lunam, cæteraque sidera, partesque mundi reliquas, quæ visu ipso percipiantur, deorum loco habuerint atque coluerint : et fabulosas eorum ineptasque de

(11) *Ἐπεὶ δέ.* Ambo mss. Regii, Ἐπὶ δὲ ἄλλης φύσεως. Recte. Quod si ἐπεί retinebitur, sumetur pro ἔπειτα, ut supra in Platone et Plutarcho me observare memini; tuncque legendum erit, Ἐπεὶ δὲ ἄλλης φύσεως πέρι, δεῖ, etc., nisi tamen in illo gignendi casu, vel χάριν, vel ἕνεκα subaudiri placet.

(12) *Ὅτι δὲ ἀδύνατον.* Eamdem harmoniam refellunt Plato in *Phædone*, 388, 390, 391. Aristoteles lib. 1 *De anima*, cap. 4. Plotini rationes, si postremam excipias, eædem fere cum Platonicis, sed brevius pressiusque collectæ.

(13) *Ὑγεία ἂν εἴη.* Aristoteles loco citato, Ἁρμόζει δὲ μᾶλλον καθ' ὑγιείας λέγειν ἁρμονίαν, καὶ ἐκ τῶν σωματικῶν ἀρετῶν ἢ κατὰ ψυχῆς.

(14) Forte τὸ δή.

(15) *Τὴν ἁρμονίαν.* Trajecta hæc erant in priori editione. Legebatur enim ταῖς χορδαῖς λόγον ἔχοντα τὴν ἁρμονίαν παρ' αὐτῷ. Longe aptior nexus ille, quem ex Montac. restituimus.

(16) Forte τὸν μ. vel τῶν μους.

(17) *Παρ' αὐτῶν, οὔτ' ἐνταῦθα.* Hæc etiam ante hiantia Montac. implevit.

(18) *Τὴν τάξιν*, etc. Brevius ac melius, quam ut in Montac. cod., καὶ τὴν τάξιν οὐκ ἐκ τῆς ψυχῆς, ἀλλ' αὐτὴν ἐκ τῆς αὐτομάτου τάξεως τὴν ὑποστ. εἰληφ.

(19) Forte ὅλοις.

Digitized by Google

vana numinum multitudine narrationes, speciosis A istî explicationibus ad elementa et alia hujus universi membra transtulerunt. Quare factu mihi necessarium videtur, ut ipsorum his etiam de rebus opiniones congeramus, simulque dissidia, et arrogantem hominum vanitatem propius contemplemur. **836** Cæterum ista quoque non aliunde, quam ex illo Plutarchi opere hauriemus, ubi collectas hisce de rebus antiquiorum una recentiorumque sententias hunc in modum exponit.

CAPUT XXIII.

Naturalium philosophorum sententiæ, de sole.

« Solem Anaximander circulum esse vult, qui terræ magnitudinem octo ac viginti partibus superet, instructum orbita rotis curruum persimili, sed cava tamen, ignisque plena; qui quidem aliqua B ejus ex parte per angustius osculum, quasi per fistulæ foramen promicet : atque hunc esse solem. Xenophanes, ex collucentibus quibusdam igniculis, qui ex humida exhalatione coeuntes, solem ipsum inflammatis ex nubibus collectum efficiant. Stoici, succensum aliquid ac mente præditum, quod ex mari prorumpat. Plato, ex purissimo igne. Anaxagoras, Democritus et Metrodorus, massam aut lapidem igne succensum. Aristoteles, globum ex quinto corpore. Philolaus Pythagoreus, discum aliquem vitro persimilem, qui repercussum ex igne mundi splendorem excipiens, lucem ad nos per aerem, quoddam quasi colum, inde transmittat : ut igneus ille solis in cœlo fulgor, splendoris ejus si- C milis sit, qui ad nos e speculo reflexione transfunditur. Eum quippe solem, tanquam aliquod simulacri simulacrum, vocamus. Soles ab Empedocle pronuntur duo, quorum alter ille primigenius, ignis quidam sit in altero mundi hemisphærio, quod hactenus splendoris sui reflexioni semper adversum impleverit : alter hic qui nobis apparet, lucis repercussio quædam, in altero hoc hemisphærio, quod aere permistum calorem includente plenum est; quam repercussio ex terra quæ globosa est, in solem crystallo persimilem lucidat, ac simul in orbem alterius ignei motione rapiatur; hoc est, uti brevius expediam, aliud solem esse nihil, quam ejus qui circa terram est, ignis reflexionem. Epicurus denique, terrestrem massam, pumicis aut spongiæ crebris foraminibus similem, ignique succensam. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Δόξαι τῶν φυσικῶν φιλοσόφων, περὶ ἡλίου.

« Ἀναξίμανδρος (20), κύκλον εἶναι ὀκτωκαιεικοσαπλασίονα τῆς γῆς, ἁρματείῳ τροχῷ παραπλήσιον τὴν ἀψῖδα ἔχοντα, κοίλην, πλήρη πυρός, ἧς κατά τι μέρος ἐκφαίνειν (21) διὰ στομίου τὸ πῦρ, ὥσπερ διὰ πρηστῆρος αὐλοῦ· καὶ τοῦτ' εἶναι τὸν ἥλιον. Ξενοφάνης, ἐκ πυριδίων τῶν φαινομένων, συναθροιζομένων μὲν ἐκ τῆς ὑγρᾶς ἀναθυμιάσεως, συναθροιζόντων δὲ τὸν ἥλιον ἐκ νεφῶν πεπυρωμένων (22). Οἱ Στωϊκοί, ἀνάμμα νοερὸν (23) ἐκ θαλάσσης. Πλάτων, ἐκ τελείστου πυρός. Ἀναξαγόρας, Δημόκριτος, Μητρόδωρος, μῦδρον ἢ πέτρον διάπυρον. Ἀριστοτέλης, σφαῖραν ἐκ τοῦ πέμπτου σώματος. Φιλόλαος ὁ Πυθαγόρειος, δίσκον (24) ὑαλοειδῆ, δεχόμενον μὲν τοῦ ἐν τῷ κόσμῳ πυρὸς τὴν ἀνταύγειαν, διηθοῦντα δὲ πρὸς ἡμᾶς τὸ φῶς· ὥστε προσεοικέναι ἡλίου (25) τὸ ἐν οὐρανῷ πυρῶδες (26), τῇ ἀπὸ τοῦ ἐνόπτρου κατὰ ἀνάκλασιν διασπειρομένῃ πρὸς ἡμᾶς αὐγῇ. Καὶ γὰρ τοῦτον προσαγορεύομεν ἥλιον, οἱονεὶ εἴδωλον εἰδώλου. Ἐμπεδοκλῆς, δύο ἡλίους· τὸν μὲν ἀρχέτυπον πῦρ ἐν τῷ ἑτέρῳ ἡμισφαιρίῳ τοῦ κόσμου, πεπληρωκὸς τὸ ἡμισφαίριον, ἀεὶ καταντικρὺ τῆς ἀνταυγείας αὐτοῦ (27)· τὸν δὲ φαινόμενον ἀνταύγειαν εἶναι ἐν τῷ ἑτέρῳ ἡμισφαιρίῳ τῷ τοῦ ἀέρος (28) τοῦ θερμοῦ πεπληρωμένῳ, ἀπὸ κυκλοτεροῦς τῆς γῆς, κατ' ἀνάκλασιν, ἐγγινομένην εἰς τὸν ἥλιον τὸν κρυσταλλοειδῆ, συμπεριελκομένην δὲ τῇ κινήσει τοῦ πυρίνου. Ὡς δὲ βραχέως εἰρῆσθαι συντεμόντα, ἀνταύγειαν εἶναι τοῦ περὶ τὴν γῆν πυρὸς τὸν ἥλιον. Ἔκφυρος, γήϊνον πύκνωμα, κισσηροειδές, καὶ σπογγοειδὲς ταῖς κατατρήσεσιν (29), ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἀνημμένον. »

(20) *Ἀναξίμανδρος*. Plutarchum deinceps ad extremum fere librum loquentem audiemus, in libris *De placit. philosophor.* Primus hic locus exstabat lib. II, cap. 20.

(21) *Ἐκφαίνειν*. Melius quam ἐκφαινούσης, ut apud Plutarch.

(22) *Ἐκ νεφῶν πεπυρωμένων*. Plutarch., ἢ νέφος πεπυρωμένου, quam lectionem interpretes secuti sunt. Utraque defendi non incommode potest.

(23) *Νοερόν*. Hanc vocem Amiotus aut non legit, aut omisit.

(24) *Δίσκον*. Et hanc pretermisit Amiotus.

(25) *Ἡλίου*. Ita mss. duo, et recte. Prius legebatur ἡλίῳ, quam vocem excusus retinet, ipsique interpretes exprimere conati sunt.

(26) *Πυρῶδες*. Post hanc vocem ita legitur in excuso, τό τε δὴ ἀπ' αὐτοῦ καὶ ἐσοπτροειδὲς, καὶ τρίτον, τὴν ἀπὸ τοῦ ἐσόπτρου κατ' ἀνάκλασιν διασπειρομένην πρὸς ἡμᾶς αὐγήν. Quæ admodum intricata sunt, nec satis, ut videtur, apud Gallicos interpretem, expedita. Xylander Eusebio nostro hæsit.

(27) *Τῆς ἀνταυγείας αὐτοῦ*. Excus., τῇ ἀνταυγείᾳ ἑαυτοῦ τεταγμένον. Ego ἀνταυγείας retineo; τὸ τεταγμένον, vel adesse, vel abesse potest. Gallicam interpretationem, ut verum fatear, non satis intelligo.

(28) *Τῷ τοῦ ἀέρος*, etc. ita emendavimus ex Plutarcheis; perperam enim legebatur, τοῦ ἀέρος τὸ θερμοειδοῦς πεπληρωμένου.

(29) *Κατατρήσεσιν*. Ita excus. et recte, licet ma-

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Περὶ μεγέθους ἡλίου.

« Ἀναξίμανδρος (30), τὸν μὲν ἥλιον ἴσον εἶναι τῇ γῇ, τὸν δὲ κύκλον ἀφ' οὗ (31) τὴν ἐκπνοὴν ἔχει, καὶ ὑφ' οὗ φέρεται, ἑπταχαιεικοσαπλασίονα (32) τῆς γῆς. Ἀναξαγόρας πολλαπλασίονα Πελοποννήσου. Ἡράκλειτος, εὖρος ποδὸς ἀνθρωπείου. Ἐπίκουρος πάλιν φησὶν ἐνδέχεσθαι τὰ προειρημένα πάντα· ἢ τηλικοῦτον, ὑλίκος φαίνεται, ἢ μικρῷ μείζω, ἢ ἐλάττω. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ'

Περὶ σχήματος ἡλίου.

« Ἀναξιμένης (33) πλατὺν, ὡς πέταλον, τὸν ἥλιον. Ἡράκλειτος, σκαφοειδῆ, ὑπόκυρτον. Οἱ Στωϊκοὶ, σφαιροειδῆ, ὡς τὸν κόσμον καὶ τὰ ἄστρα. Ἐπίκουρος ἐνδέχεσθαι τὰ προειρημένα πάντα. Τοιοῦτος μὲν αὐτοῖς ὁ μέγας τῶν κατ' οὐρανὸν φαινομένων θεὸς ἥλιος. Μωϋσῆς δὲ, καὶ τὰ Ἑβραίων λόγια οὐδὲν τούτων πεπειργάζονται. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Περὶ σελήνης.

« Ἀναξίμανδρος (34), κύκλον εἶναι ἐννεακαιδεκαπλασίονα τῆς γῆς, ὥσπερ τὸν ἡλίου, πλήρη πυρὸς, ἐκλείπειν δὲ κατὰ τὰς ἐπιστροφὰς τοῦ τροχοῦ. Ὅμοιον δὲ εἶναι ἁρματείῳ τροχῷ, κοίλην ἔχοντι τὴν ἀψῖδα, καὶ πυρὸς πλήρη, καὶ μίαν ἐκπνοήν. Ξενοφάνης, νέφος εἶναι πεπιλημένον. Οἱ Στωϊκοὶ δὲ, μικτὸν ἐκ πυρὸς καὶ ἀέρος. Πλάτων, ἐκ πλείονος τοῦ γεώδους (35). Ἀναξαγόρας, Δημόκριτος, στερέωμα διάπυρον, ἔχον ἐν ἑαυτῷ πεδία, καὶ ὄρη, καὶ φάραγγας. Ἡράκλειτος, γῆν ὁμίχλῃ περιεχομένην. Πυθαγόρας, κατὰ τὸ πυροειδὲς σῶμα σελήνης. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΖ'.

Περὶ μεγέθους σελήνης.

« Οἱ Στωϊκοὶ μείζονα τῆς γῆς ἀποφαίνονται, ὡς καὶ τὸν ἥλιον. Παρμενίδης, ἴσην τῷ ἡλίῳ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ φωτίζεσθαι. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΗ'.

Περὶ σχήματος σελήνης.

« Οἱ Στωϊκοὶ, σφαιροειδῆ εἶναι, ὡς τὸν ἥλιον. Ἡράκλειτος, σκαφοειδῆ. Ἐμπεδοκλῆς, δισκοειδῆ. Ἄλλοι, κυλινδροειδῆ. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΘ'

Περὶ φωτισμοῦ σελήνης.

« Ἀναξίμανδρος, ἴδιον αὐτὴν ἔχειν φῶς, ἀραιότερον δέ πως. Ἀντιφῶν, ἧττον φέγγει λάμπειν τὴν σελή-

A

837 CAPUT XXIV.

De solis magnitudine.

« Anaximander, æqualem terræ solem esse; at eum circulum, unde respirandi vim et facultatem habeat, eadem septem et viginti partibus esse majorem. Anaxagorus, pluribus eum vicibus Peloponnesum adæquare. Heraclitus, humani pedis latitudine comprehendi. Epicurus itidem, superiora omnia vera esse posse; imo tantum etiam, quantus nobis videtur aut majorem paulo, paulove minorem. »

CAPUT XXV

De solis figura.

« Anaximenes, laminæ cujusdam more latum esse solem. Heraclitus, scaphæ non absimilem, incurvumque nonnihil. Stoici, globosum, qualis et mundus et astra omnia sint. Epicurus, hæc omnia probabilitate sua non carere. Atque hujusmodi solem, magnum illud eorum, quæ in cœlo videntur omnium numen esse philosophi putaverunt. At Moses Hebræorumque oracula longe sunt ab ista cariosarum opinionum vanitate disjuncti. »

B

CAPUT XXVI.

De luna.

« Anaximander, circulum eam esse, novemdecim vicibus terræ magnitudinem adæquantem, igne non secus ac eum quem soli tribuit, omnino plenum, cujus defectio luminis ex rotæ conversione oriatur. Quippe illum etiam rotæ currus simile esse, quæ concavam orbitam, igneque plenam habeat, unumque tantummodo spiraculum. Xenophanes, coactam esse constipatamque nubem. Stoici, quiddam ex igne aereque mistum. Plato, terreni plurimum habere. Anaxagoras et Democritus, firmum quid ac stabile, ignique succensum, campos ac montes in se vallesque complexum. Heraclitus, terram caligine circumfusam. Pythagoras, ignis ad speciem lunæ corpus accedere. »

C

838 CAPUT XXVII.

De lunæ magnitudine.

« Stoici, terra majorem illam esse pronuntiant, non secus ac solem. Parmenides, cum soli æqualem esse, tum ab eo quoque lumen accipere. »

CAPUT XXVIII.

De lunæ figura.

« Stoici, globosæ, non minus quam solem, figuræ. Heraclitus scaphæ, disci Empedocles, alii cylindro non absimilem. »

D

CAPUT XXIX.

De illuminatione lunæ.

« Anaximander, suum ei lumen ac proprium esse vult, sed paulo rarius. Antiphon, splendore quoque

(30) Ἀναξίμανδρος. Plutarch. eod. lib. cap. 21.
(31) Ἀφ' οὗ. Amiotus legit ἐφ' οὗ. Nihil muto.
(32) Ἑπταχαιεικοσαπλασίονα. Ita reposui ex Plutarcho; ita legit Amiotus, non ὀκτωκαιεικοσαπλασίονα, ut in priori editione; quod tamen Xylander secutus est. Omnino legendum censui; superiori enim capite statuit Anaximander, solis integrum circulum esse tantum ὀκτωκαιεικοσαπλασίονα τῆς γῆς. Nunc solis corpus ab extremo circulo distinguit, ac terræ prorsus æquale facit.

(33) Ἀναξιμένης. Plutarch. ibid., cap. 23.
(34) Ἀναξίμανδρος. Ibidem, cap. 25.
(35) Τοῦ πεδίου. Excusi, τοῦ πυρώδους, quod Amiotus sequitur: Xylander noster hæret. Rectius tamen videtur πυρώδους esse. Supra pag. 906 Platonem retinuimus, solem illum ex igne partem maximam constare; imo etiam in *Timæo* asserentem ipsos corporis cœlestis globos πλείστην ἐκ πυρὸς ἴδιον ἔχειν. Eamdem rem infra pag. 839 confirmatur.

Digitized by Google

lunam collucere suo: cujus pars ea, quæ aliquando latet, solis accessu obscuretur; cum ignis valentior imbecilliori tenebras effundere soleat: idque sideribus etiam aliis usu venire. Thales, ejusque sectatores, eamdem a sole potius illuminari. Heraclitus solis eamdem ac lunæ rationem esse: cum enim sidera sint, figura scaphæ similia, dum exhalationes humidas passim recipiunt, ea quam cernimus luce collustrari; et solem quidem clarius, quod puriori feratur in aere, lunam vero, quod in opaciore versetur, obscurius propterea nobis illucescere. »

CAPUT XXX.

De siderum errantium stabiliumque natura.

« Thales, terrena quidem esse astra, sed inflammata. Empedocles ignea, eo nimirum ex igne, quem æther olim in sese complexus, sub primam rerum secretionem extriverit. Anaxagoras, circumfusum nobis æthera, 839 cum ignem suapte natura esse, tum vehementi et incitato conversionis impetu avulsos abs terra lapides in stellas commutasse. Diogenes, sidera pumicum ad naturam accedere, ac mundi spiracula esse arbitratur: itemque lapides, qui oculorum aciem fugiant, quique sæpius in terram decidentes exstinguantur, cujusmodi lapidea illa stella fuerit, quæ ad oppidum illud ignea specie decidit quos vulgo Capræ fluvios nominamus. Empedocles, stabilia sidera in cœli crystallo illigata putat, errantia vero soluta esse ac libera. Plato, partem sane maximam ignea, quæ tamen aliorum itidem elementorum particulas, quasi gluten aliquod admittant. Xenophanes, inflammatis ex nubibus eas constituit; quæ cum exstinguantur interdiu, tum vero noctu, quidam quasi carbones, iterum accendantur: ipsa enim oriri modo, modo occidere, aliud esse nihil, quam eadem inflammari subinde, subindeque restingui. Heraclides, unaque Pytagorei, quodlibet sidus integrum esse mundum, qui terram aerem, atque cœlum, infinito quodam in spatio comprehendat. Atque hoc dogma passim Orphicis carminibus celebratur, quæ singulis ex sideribus mundos efficiunt. Epicurus harum sententiarum nullam omnino repudiat, suum illud, fieri posse, constanter retinens. »

CAPUT XXXI.

De siderum figura.

« Stoici, globosa esse sidera, non secus ac mundum, solem atque lunam. Cleanthes coni figuram iis attribuit. Anaximenes, crystallino in corpore clavorum in modum esse defixa. Nonnulli laminas quasdam igneas, quæ cælata veluti signa videantur. » Ejusmodi sunt, quæ de illis quos aspectabiles isti deos nominant, egregia nobis excogitavit philosophia. Jam quæ de universo quoque pronuntient ejusdem ex Plutarchi verbis intellige.

(36) *Θάλης*. Plutarch. eod. lib., cap. 13.
(37) *Τῶν ἄλλων*. Plutarch. addit, στοιχείων.

νην· τὸ δ' ἀποκρυπτόμενον περὶ αὐτὴν ἀπὸ τῆς προσβολῆς τοῦ ἡλίου ἀμαυροῦσθαι, πεφυκότος τοῦ ἰσχυροτέρου πυρὸς τὸ ἀσθενέστερον ἀμαυροῦν· ὃ δὴ συμβαίνει καὶ περὶ τὰ ἄλλα ἄστρα. Θαλῆς, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, ὑπὸ τοῦ ἡλίου φωτίζεσθαι τὴν σελήνην. Ἡράκλειτος, τὸ αὐτὸ πεπονθέναι τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην· σκαφοειδεῖς γὰρ ὄντας τοῖς σχήμασι τοὺς ἀστέρας, δεχομένους τε τὰ ἀπὸ τῆς ὑγρᾶς ἀναθυμιάσεως, φωτίζεσθαι πρὸς τὴν φαντασίαν· λαμπρότερον μὲν τὸν ἥλιον· ἐν καθαρωτέρῳ γὰρ ἀέρι φέρεσθαι, τὴν δὲ σελήνην ἐν θολερωτέρῳ, διὰ τοῦτο καὶ ἀμαυροτέραν φαίνεσθαι. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Λ'.

Τίς ἡ οὐσία τῶν πλανήτων ἄστρων καὶ ἀπλανῶν.

« Θάλης (36), γεώδη μὲν, ἔμπυρα δὲ τὰ ἄστρα. Ἐμπεδοκλῆς, πύρινα, ἐκ τοῦ πυρώδους, ὅπερ αἰθὴρ ἐν ἑαυτῷ περιέχων ἐξανέθλιψε, κατὰ τὴν πρώτην διάκρισιν. Ἀναξαγόρας τὸν περικείμενον αἰθέρα, πύρινον μὲν εἶναι κατὰ τὴν οὐσίαν, τῇ δ' εὐτονίᾳ τῆς περιδινήσεως ἀναspάσαντα πέτρας ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ καταφλέξαντα, ταύτας ἠστερικέναι. Διογένης, κισσηρώδη τὰ ἄστρα, διαπνοὰς δὲ αὐτὰ νομίζει τοῦ κόσμου. Πάλιν δὲ ὁ αὐτὸς, ἀφανεῖς μὲν λίθους, πίπτοντας δὲ πολλάκις ἐπὶ τὴν γῆν σβέννυσθαι, καθάπερ τὸν ἐν Αἰγὸς Ποταμοῖς πυροειδῶς κατενεχθέντα ἀστέρα πέτρινον. Ἐμπεδοκλῆς, τοὺς μὲν ἀπλανεῖς ἀστέρας συνδεδέσθαι τῷ κρυστάλλῳ, τοὺς δὲ πλανήτας ἀνεῖσθαι. Πλάτων, ἐκ μὲν τοῦ πλείστου μέρους πυρίνους, μετέχοντας δὲ καὶ τῶν ἄλλων (37), κόλλης δίκην. Ξενοφάνης, ἐκ νεφῶν μὲν πεπυρωμένων· σβεννυμένους δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἀναζωπυρεῖσθαι νύκτωρ, καθάπερ τοὺς ἄνθρακας· τὰς γὰρ ἀνατολὰς, καὶ τὰς δύσεις ἐξάψεις εἶναι καὶ σβέσεις. Ἡρακλείδης δὲ καὶ οἱ Πυθαγόρειοι, ἕκαστον τῶν ἀστέρων κόσμον ὑπάρχειν, γῆν περιέχοντα, ἀέρα τε καὶ αἰθέρα, ἐν τῷ ἀπείρῳ. Ταῦτα τὰ δόγματα ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς ἐμφέρεται· κοσμοποιοῦσι γὰρ ἕκαστον τῶν ἀστέρων. Ἐπίκουρος οὐδὲν ἀπογινώσκει τούτων, ἐχόμενος τοῦ ἐνδεχομένου. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΑ'.

Περὶ σχήματος ἀστέρων.

« Οἱ Στωϊκοὶ, σφαιρικοὺς τοὺς ἀστέρας, καθάπερ τὸν κόσμον, καὶ ἥλιον, καὶ σελήνην (38). Κλεάνθης, κωνοειδεῖς. Ἀναξιμένης, ἥλων δίκην κατεπηγμένους τῷ κρυσταλλοειδεῖ. Ἔνιοι δὲ πέταλα πύρινα εἶναι, ὥσπερ ζωγραφήματα. » Τοιαῦτα τῆς θαυμαστῆς φιλοσοφίας τὰ περὶ ὧν φασι φαινομένων θεῶν ἐξευρήματα. Οἷα δὲ καὶ περὶ τοῦ παντὸς διειλήφασιν, ἐκ τῆς αὐτῆς μάνθανε τοῦ Πλουτάρχου φωνῆς.

(38) *Καὶ σελήνην*. Κλεάνθης κωνοειδεῖς. Hæc addidimus ex Plutarcho.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΒ'.

Πῶς σύγκειται ὁ κόσμος.

« Ὁ τοίνυν κόσμος (39) περικεκλασμένῳ (40) σχήματι ἐσχημάτισται τὸν τρόπον τοῦτον. Τῶν ἀτόμων σωμάτων ἀπρονόητον καὶ τυχαίαν ἐχόντων τὴν κίνησιν, συνεχῶς τε καὶ τάχιστα κινουμένων, εἰς ταὐτὸ πολλὰ σώματα συνηθροίσθη, καὶ διὰ τοῦτο ποικιλίαν ἔχοντα σχημάτων καὶ μεγεθῶν. Ἀθροιζομένων δὲ ἐν ταὐτῷ τούτων, τὰ μὲν, ὅσα μείζονα ἦν καὶ βαρύτατα πάντων, ὑπεκάθιζεν· ὅσα δὲ μικρὰ καὶ περιφερῆ, καὶ λεῖα, καὶ εὐώλισθα, ταῦτα ἐξεθλίβετο κατὰ τὴν σύνοδον τῶν σωμάτων, εἴς τε τὸ μετέωρον ἀνεφέρετο. Ὡς δ' οὖν ἐξέλιπε μὲν ἡ πληκτικὴ δύναμις μετεωρίζουσα, οὐκέτι δὲ ἦγεν ἡ πληγὴ πρὸς τὸ μετέωρον, ἐκωλύετο δὲ ταῦτα φέρεσθαι κάτω, ἐπίζετο πρὸς τοὺς τόπους, τοὺς δυναμένους δέξασθαι. Οὕτοι δὲ ἦσαν οἱ πέριξ. Καὶ πρὸς τούτοις (41), τὸ πλῆθος τῶν σωμάτων περιεκλᾶτο· περιπλεκόμενα δὲ ἀλλήλοις κατὰ τὴν περίκλασιν τὸν οὐρανὸν ἐγέννησε. Τῆς δ' αὐτῆς ἐχόμεναι φύσεως αἱ ἄτομοι, ποικίλαι οὖσαι, καθὼς εἴρηται, πρὸς τὸ μετέωρον ἐξωθούμεναι, τὴν τῶν ἄστρων φύσιν ἀπετέλουν. Τὸ δὲ πλῆθος τῶν ἀναθυμιωμένων σωμάτων ἐπέπληττε τὸν ἀέρα, καὶ τοῦτον ἐξέθλιβε· πνευματούμενος δὲ οὗτος κατὰ τὴν κίνησιν, καὶ περιλαμβάνων τὰ ἄστρα, συμπεριῆγεν αὐτὰ, καὶ τὴν νῦν περιφορὰν αὐτῶν μετέωρον ἐφύλαττε. Κἄπειτα ἐκ μὲν τῶν ὑποκαθιζόντων ἐγενήθη ἡ γῆ, ἐκ δὲ τῶν μετεωριζομένων ὁ οὐρανὸς, πῦρ, ἀήρ. Πολλῆς δὲ ὕλης ἔτι περιειλημμένης ἐν τῇ γῇ, πυκνουμένης δὲ ταύτης, κατὰ τὰς ἀπὸ τῶν πνευμάτων πληγὰς, καὶ τὰς ἀπὸ τῶν ἀστέρων αὔρας, προσεθλίβετο πᾶς ὁ μικρομερὴς σχηματισμὸς ταύτης, καὶ τὴν ὑγρὰν φύσιν ἐγέννα. Ῥευστικῶς δ' αὐτὴ διακειμένη, κατεφέρετο πρὸς τοὺς κοίλους τόπους. καὶ δυναμένους χωρῆσαί τε καὶ στέξαι ἢ καθ' ἑαυτὸ τὸ ὕδωρ ὑποστὰν, ἐκοίλαινε τοὺς ὑποκειμένους τόπους. »

A

CAPUT XXXII.

Qua ratione mundus sit constitutus.

« Hic ergo mundus, circumflexa quam videmus figura, hunc in modum conformatus est. Cum individua corpora temerario quodam ac fortuito motu, eodemque perpetuo simul **840** ac celerrimo agerentur, corpora in unum plurima colere, multiplicemque propterea figurarum et magnitudinum varietatem habuere. Quibus in unum ita confluentibus, quæ maxima omnium erant atque gravissima, subsidebant : quæ minora, rotunda, lævia, dilapsuque facilia, concursu ipso corporum extrita atque protrusa sublime ferebantur. At ubi propellens ea vis et impetus superiorem in locum efferre destisset, cum ipsa quoque deorsum ferri prohiberentur, vicinis circum in locis, quibus excipi utcunque poterant vehementius premebantur. Eo quippe, vis ingens corporum circumflexu quodam agebatur ; in quo dum alia cum aliis implicata hærerent, cœlum genuerunt. Tum aliæ rursus atomi, eadem quidem natura præditæ, sed tamen, uti jam dictum est, specie formaque dissimiles, itemque sursum versus expulsæ, astrorum naturam perfecerunt. At corporum eorum multitudo, unde aliquid exhalationis efflatur, percussum elisit aerem ; qui motu ipso conversus in ventum, ambituque suo astra complexus, ea secum in orbem egit, quamque ipsorum in summa mundi parte conversionem hodieque cernimus, conservavit. Atque ita ex subsidentibus quidem corporibus terra, ex iis vero, quæ sublime delata sunt, cœlum, ignis, aer exstitere. At cum magnam adhuc materiæ copiam terra contineret, eaque cum ventorum percussione, tum astrorum etiam ipsorum afflatu densior ac spissior effecta esset, quidquid subtilioris ac tenuioris formæ habebat, expressum est, humidamque naturam procreavit. Quæ fluxa cum esset ac liquida, in ea continuo loca ferebatur, quæ concava simul essent, atque ad eam et capiendam et continendam idonea : vel eadem certe per sese consistens, subjecta loca excavavit. »

B

C

Τοιαύτη καὶ ἡ θαυμάσιος αὐτῶν κοσμογονία. Συνῆπται δὲ τούτοις ἄλλη τις πλείστη λογομαχία τῶν παντοίων περὶ προτάσεων ἀπορησάντων. Εἰ χρὴ τὸ πᾶν ἕν, ἢ πολλὰ ἡγεῖσθαι· καὶ εἰ ἕνα τὸν κόσμον, ἢ πλείους· καὶ εἴτε ἔμψυχος ὢν τος, καὶ προνοίᾳ τυγχάνει θεοῦ διοικούμενος, εἴτε καὶ τἀναντία· καὶ εἰ ἄφθαρτος, ἢ φθαρτός· καὶ πόθεν τρέφεται· καὶ ἀπὸ ποίου ἤρξατο ὁ Θεὸς κοσμοποιεῖν· περί τε τῆς τάξεως τοῦ κόσμου· καὶ τίς ἡ αἰτία τοῦ αὐτὸν ἐγκλιθῆναι. Περί τε τῆς ἐκτὸς τοῦ κόσμου περιφερείας· καὶ τίνα τὰ δεξιὰ καὶ τὰ ἀριστερὰ τοῦ κόσμου· περί τε οὐρανοῦ· καὶ πρὸς ἅπασι τούτοις, περί τε δαιμόνων καὶ ἡρώων· περί τε ὕλης, καὶ περὶ ἰδεῶν· περὶ τῆς τοῦ παντὸς τάξεως· ἔτι μὴν περὶ τῆς τῶν ἄστρων φορᾶς τε καὶ κινήσεως· καὶ πόθεν φωτίζονται οἱ ἀστέρες· καὶ περὶ τῶν καλουμένων Διοσκούρων· περὶ

D

Hunc etiam isti nobis egregium mundi ortum somniarunt. Quibus immensa quædam alia verborum pugna contentioque subjungitur, hominum in infinita quæstionum silva fluctuantium. Sitne unum aliquid habendum hoc universum an multiplex. Unicusne sit mundus, an plures. Sitne animatus hic noster, Deique providentia gubernetur, an contra. Interitune careat, an ei sit obnoxius. Quo idem pabulo nutriatur. Undenam ejus moliendi Deus initium duxerit. De mundi ordine. Quæ causa fuerit, quamobrem inclinatior fieret atque depressior. De mundi exteriore ambitu. Quænam dextræ illius **841** partes sint, quæque sinistræ. De cœlo. De dæmonibus præterea, deque heroibus. De materia simul et ideis. De ipso totius universi ordine. De conversione motuque siderum. Unde lumen stellæ acci-

(39) *Ὁ τοίνυν κόσμος.* Plutarch. ejusdem operis lib. I, cap. 4, ubi Democriti, Epicuri ac cæterorum ἀτομιζόντων opinionem exponit.

(40) *Περικεκλασμένῳ.* Amiotus, *figure ronde*, Xylander, *contracta forma*. Malui *circumflexa*.

(41) *Καὶ πρὸς τούτοις.* Hæc, et quæ sequuntur omnia, usque ad εἰ χρὴ τὸ πᾶν, etc., quæ habentur infra, in priori editione defuerunt, quæ partim ex Plutarcho, partim ex Montac. codice, qui nusquam fuit, quam hoc loco, liberalior, supplevimus.

Digitized by Google

piant. De iis quos vulgo Castores nominamus. De solis ac lunæ defectionibus. De ejusdem lunæ aspectu. Cur terrestri similior appareat. De intervallis, quibus a sole terraque distet. Itemque de annis. At hæc omnia, sexcentis eorum, de quibus loquimur, philosophorum disputationibus agitata, cum in pauca Plutarchus ita contraxerit, ut omnium breviter opiniones dissidiaque complexus sit : rem me non inutilem facturum existimo, si ejusdem verbis illa ipsa repræsentem, ut quam jure ac merito repudiari debeant, planum efficiam. Si enim secum ipsi tanta tamque pertinaci dissensione luctati sunt, aliudque nihil præter contentiones et pugnas in sese mutuo succenderunt, dum suorum quique vicinorum sententias inani verborum ambitione refellerent : quis non mature nos atque prudenter assensionem istis in rebus omnem retinuisse fateatur? Jam ergo prioribus illis, quæ de aliis etiam terræ propinquioribus disputarunt hoc loco, subjungam; uti de terræ figura : de ejusdem situ et inclinatione : itemque de mari : ut intelligas, quam non in superiorum modo ac cœlestium illorum, sed etiam in rerum ad terras pertinentium explicatione præclari philosophi dissenserint. Atque ut sapientium istorum sapientiam vehementius admireris, ea quoque proferam, quæ de animo, ac de principe animi facultate, pugna sententiarum acerrima docuerunt, cum ne suæ quidem ipsi naturæ conditionem rationemque cognoscerent. Sed jam ad ea nos, quæ primo sunt loco proposita referamus.

CAPUT XXXIII.

Utrum hoc totum unum sit.

« Stoici unum esse mundum, ejusque nomine cum universum ipsum, tum corpoream quoque naturam comprehendi voluerunt. Empedocles unum quidem esse mundum fatetur, eum tamen universum esse non vult, sed partem ejus tantum exiguam, reliquum vero inanem otiosamque materiam. Plato et mundum, uti sentit, unicum et unum aliquid hoc universum esse, argumentis conjicit omnino tribus; quod nisi omnia contineret, perfectus integerque non foret; quod similis exemplari suo non esset, nisi esset unigena ; postremo, quod omni corruptione liber esse non posset, si extra ipsum aliquid superesset. At Platoni respondere **842** possis; non continuo mundum esse perfectum, ut omnia contineat; perfectum quippe hominem esse, qui tamen non omnia contineat: exemplaria porro multa esse, ut in statuis, ædibus atque picturis usu venit : qui vero perfectus ille sit, cum extra ipsum aliquid in orbem versari queat? denique corruptionis expertem nec esse illum, nec esse posse qui genitus sit. Metrodorus, tam absurdum esse ait, infinito in spatio mundum exstitisse unum, quam ingenti quodam in agro spicam duntaxat unam generari. Vim porro mundorum infinitam esse, vel ex infinita principiorum multitudine manifeste concludi. Nam si finitus

(42) *Οἱ μὲν οὖν ἀπὸ τῆς Στοᾶς*. Plutarch. ejusdem oper. lib. I, cap. 5.

(43) Plutarch. τὸ σωματικόν.

(44) *Ἔσεσθαι*. Ita mss. duo, cum Morel., non sint, ut prius.

(45) *Οὐ τέλειος ὁ κόσμος*, etc. Manifestum loci

ἐκλείψεως ἡλίου καὶ σελήνης· καὶ περὶ ἐμφάσεως αὐτῆς· καὶ διὰ τί γεώδης φαίνεται· περὶ ἀποστημάτων αὐτῆς· ἔτι περὶ ἐνιαυτῶν. Ταῦτα δὲ πάντα ἐν μυρίοις τοῖς περὶ ὧν ὁ λόγος κατεσκευασμένα, ἐπειδὴ συνελὼν ὁ Πλούταρχος, ἐν ὀλίγοις συνῆξε τὰς ἁπάντων ἀποφάσεις καὶ τὰς διαφωνίας· ἡγοῦμαι ὡς ἄχρηστον αὐτὰς παραθεῖναι εἰς τὴν εὔλογον αὐτῶν παραίτησιν. Εἰ γὰρ αὐτοὶ πρὸς σφᾶς αὐτοὺς ἐναντία κατὰ διάμετρον ἔστησαν, μάχας τε καὶ πολέμους πλέον δ' οὐδὲν καθ' ἑαυτῶν ἐξήνεγκαν, τὰ τῶν πέλας ἕκαστοι φιλοτιμίᾳ λόγων ἀπελέγξαντες· πῶς οὐκ ἂν εἰκότως ἡμῖν ἀσφαλῆ τὴν περὶ τούτων ἐποχὴν γεγονέναι πᾶς ὁστισοῦν ὁμολογήσειε ; Προσθήσω δὲ ἐξῆς τοῖς εἰρημένοις, ὅσα καὶ περὶ τῶν προσεχεστέρων ἐπιπόρησαν· περὶ γῆς σχήματος· καὶ περὶ θέσεως καὶ ἐγκλίσεως αὐτῆς· καὶ ἔτι περὶ θαλάσσης· ὡς ἂν εἰδείης, ὅτι μὴ περὶ μόνων τῶν μετεώρων καὶ μεταρσίων οἱ γενναῖοι διέστησαν, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐν τοῖς περιγείοις διαπεφωνήκασιν. Ἵνα δὲ τῶν σοφῶν ἔτι μᾶλλον τὴν σοφίαν ἀποθαυμάσῃς, προσθήσω καὶ ὅσα περὶ ψυχῆς, καὶ τοῦ ἐν αὐτῇ ἡγεμονικοῦ διεμαχήσαντο, οὐδὲ σφᾶς αὐτοὺς ἐπιγνόντες οἵας εἶπ φύσεως. Ἀλλὰ γὰρ ἀνίωμεν ἐπὶ τὰ πρῶτα τῶν εἰρημένων.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΓ'

Εἰ ἓν τὸ πᾶν.

« Οἱ μὲν οὖν ἀπὸ τῆς Στοᾶς (42) ἕνα κόσμον ἀπεφήναντο, ὃν δὴ καὶ τὸ πᾶν ἔφασαν εἶναι, καὶ τὰ σωματικά (43). Ἐμπεδοκλῆς δὲ, κόσμον ἕνα, οὐ μέντοι τὸ πᾶν εἶναι τὸν κόσμον, ἀλλ' ὀλίγον τι τοῦ παντὸς μέρος, τὸ δὲ λοιπὸν ἀργὴν εἶναι τὴν ὕλην. Πλάτωνα δὲ τεκμαίρεται τὸ δοκοῦν, ὅτι εἷς ὁ κόσμος, καὶ ἓν τὸ πᾶν, ἐκ τριῶν· ἐκ τοῦ μὴ ἔσεσθαι (44) τέλειον, ἐὰν μὴ πάντα περιέχῃ· ἐκ τοῦ μὴ ἔσεσθαι ὅμοιον τῷ παραδείγματι, ἐὰν μὴ μονογενὴς ᾖ· ἐκ τοῦ μὴ ἔσεσθαι αὐτὸν ἄφθαρτον, ἐάν τι ἐξωτέρω αὐτοῦ ᾖ. Πρὸς δὲ τὸν Πλάτωνα λεκτέον, ὅτι οὐ τέλειος ὁ κόσμος (45), οὐδὲ γὰρ πάντα περιέχει· καὶ γὰρ ὁ ἄνθρωπός ἐστι τέλειος, ἀλλ' οὐ πάντα περιέχει· καὶ πολλὰ παραδείγματά ἐστιν, ὥσπερ ἐπ' ἀνδριάντων, καὶ οἰκιῶν, καὶ ζωγραφιῶν· πῶς δὲ τέλειος, εἴπερ ἐξωθέν τι αὐτοῦ περιδινεῖσθαι δύναται; ἄφθαρτος δὲ οὐκ ἔστι οὐδὲ δύναται εἶναι, γεννητὸς ὤν. Μητρόδωρος δὲ φησιν ἄτοπον εἶναι, ἐν μεγάλῳ πεδίῳ ἕνα στάχυν γεννηθῆναι, καὶ ἕνα κόσμον ἐν τῷ ἀπείρῳ. Ὅτι δὲ ἄπειρος κατὰ τὸ πλῆθος, δῆλον ἐκ τοῦ ἄπειρα τὰ αἴτια εἶναι. Εἰ μὲν γὰρ ὁ κόσμος πεπερασμένος, τὰ δὲ αἴτια πάντα ἄπειρα, ἐξ ὧν ὅδε ὁ κόσμος γέγονεν, ἀνάγκη ἀπείρους εἶναι. Ὅπου γὰρ τὰ πάντα γέγονεν αἴτια, ἐκεῖ καὶ ἀποτελέσματα. Αἴτια δὲ ἤτοι αἱ ἄτομοι, ἢ τὰ στοιχεῖα. »

CAP. XXVII. — De animæ immortalitate, ex Hebræorum Platonisque doctrina. 918
CAP. XXVIII. — De eadem, ex Porphyrio. 923
CAP. XXIX. — Quod mundus ortum habuerit. 927
CAP. XXX. — De cœli luminibus. 930
CAP. XXXI. — Omnia Dei opera bona esse. 930
CAP. XXXII. — De alteratione ac mutatione mundi. 930
CAP. XXXIII. — De resurrectione mortuorum, ex eodem. 934
CAP. XXXIV. — De supremo mundi fine. 935
CAP. XXXV. — Mortuos quosdam revixisse Plato scribit, cum Hebræis hoc etiam in genere consentiens. 935
CAP. XXXVI. — Ex Plutarcho in re simili. 938
CAP. XXXVII. — Platonem, de terra illa, quam cœlestem vocant, Hebræis simillima tradidisse. 939
CAP. XXXVIII. — De judicio quod mortem excipiat Platonem Hebræis affinia sensisse. 943

LIBER DUODECIMUS. 947

CAPUT PRIMUM. — Hebræos, etiam consentiente Platone, quos instituebant, eos recte, fide quadam disciplinarum, quæ quod imperfectiores adhuc essent, nihil exquireret, informatos voluisse. Ex *Legum* primo. 951
CAP. II. — Fidem ab ipso quoque Platone virtutum omnium maximam haberi. 954
CAP. III. — Iis quæ de animo similibusque dicuntur, fidem habendam esse; ex *Legum* undecimo. 954
CAP. IV. — Fabularum specie, puerorum animos primis præceptionibus informandos, ex secundo *De republica*. 955
CAP. V. — Fabulas pueris non perniciosas ullas, sed tantum utiles occinendas esse. 955
CAP. VI. — Fidem a Platone non solum vocetenus probari, verum etiam eum profiteri ex animo se rebus iis credere, quibus nos ipsi credimus. Ex *Gorgia*. 958
CAP. VII. — Graviora veritatis dogmata non omnibus promiscue vulganda esse. 966
CAP. VIII. — Quales Plato magistratus ac principes creari velit: nec idiotas ab eo, nullarumque litterarum homines repudiari, si morum integritate modo præstiterint. Ex libro tertio *Legum*. 966
CAP. IX. — Defugiendos esse magistratus. Ex primo *De republica*. 968
CAP. X. — De justo, ex mente Platonis. 968
CAP. XI. — De Moysis paradiso. 970
CAP. XII. — Ab utroque doceri, mulierem ex viro desumptam esse. 971
CAP. XIII. — De prima hominum vita. 974
CAP. XIV. — Eosdem cum brutis etiam animantibus versatos esse. 974
CAP. XV. — Quemadmodum ambo diluvii meminerint. 975
CAP. XVI. — Quam præclare doctrinæ nostræ rationes a rebus divinis auspicati, in humanas desinamus. Ex primo *Legum* Platonis. 978
CAP. XVII. — Quam præclarum sit pueros a prima statim ætate piis religiosisque moribus assuefacere. 979
CAP. XVIII. — Eam solum doctrinæ loco statuendam, quæ viam ad virtutem muniat, non autem eam, quæ vel augendæ pecuniæ, vel parando victui quoque modo serviat. 982
CAP. XIX. — In ea cum Hebræis sententia Platonem fuisse, ut res inferiores divinorum imagines esse existimaret. 983
CAP. XX. — Juniores honestis quibusdam hymnis odisque memoriæ commendandis, ad suscipiendos virtutis sanctus præparandos esse. Ex secundo *Legum*. 986
CAP. XXI. — Cujusmodi odarum illarum sententiam esse oporteat. 987
CAP. XXII. — Non cujusvis esse laudabiles odas et carmina scribere, sed vel unius Dei, vel divini cujusdam hominis. 990
CAP. XXIII. — De iis qui divinos illos cantus probare possint. 990
CAP. XXIV. — Cantus etiam in conviviis, tanquam convivales quasdam leges, recipiendos esse. 991
CAP. XXV. — Vini bibendi copiam non omnibus promiscue faciendam esse. 994
CAP. XXVI. — Ne Platonem quidem ipsum ignorasse, quæ abs sese leges conderentur, iis barbaros quosdam suis in rebus publicis vivere. 995
CAP. XXVII. — Bellum nobiscum esse nobis, et cum nostris cupiditatibus ac perturbationibus gerendum. 995
CAP. XXVIII. — Non in corpus, sed in animum, culpam eorum quæ a nobis peccantur, esse conferendam. 998
CAP. XXIX. — De eo qui sincere integreque philosophetur. Ex Theæteto. 999
CAP. XXX. — De toto illo sophisticæ genere, quod inter homines reperiri solet. 1007
CAP. XXXI. — Falso nonnunquam, veluti pharmaco, ad eorum utilitatem, qui hoc loquendi genere opus habeant, utendum esse. 1010
CAP. XXXII. — Non solum viros, sed etiam mulieres, adeoque genus hominum universum, hujus in disciplinæ communionem vocandum esse. 1010
CAP. XXXIII. — Eorum causa, qui minos apud nos ex rationis præscripto vivunt, genus universum traducendum non esse. 1011
CAP. XXXIV. — Quemadmodum Plato quædam ex Proverbiis oracula, Græca dictione purius et elegantius expresserit. 1014
CAP. XXXV. — De opibus et inopia. 1014
CAP. XXXVI. — De parentum honore et observantia. 1014
CAP. XXXVII. — De possessione servorum. 1014
CAP. XXXVIII. — Quomodo illud Moysis expresserit: Terminos æternos ne transferas quos posuerunt patres tui. » 1015
CAP. XXXIX. — Locus Platonis huic similis: « Reddens peccata patrum in filios in tertiam et quartam generationem, iis qui oderunt me. » 1015
CAP. XL. — De furibus. 1015
CAP. XLI. — De fure interfecto. 1015
CAP. XLII. — De jumento. 1016
CAP. XLIII. — Platonem iisdem, quibus Hebræorum litteræ similitudinibus usum esse. 1019
CAP. XLIV. — De iisdem similitudinibus. 1019
CAP. XLV. — De iisdem. 1019
CAP. XLVI. — De iisdem. 1022
CAP. XLVII. — Platonem duodecim in tribus cives distribui voluisse, Judaici populi exemplum secutum. 1025
CAP. XLVIII. — Urbem in loco fluviatili condendam Plato statuit, quem Hierosolymorum regioni persimilem describit. 1025
CAP. XLIX. — Quemadmodum Plato primam illam, quæ a Græcis usurpabatur, puerorum institutionem, tanquam perniciosam rejiciat. 1035
CAP. L. — De atheorum opinione. Ex *Legum* decimo. 1041
CAP. LI. — Quemadmodum Plato de Deo philosophetur. 1055
CAP. LII. — Quemadmodum idem ipse Deum universi curam gerere philosophetur. 1061

LIBER DECIMUS TERTIUS. 1071

Procemium. 1071
CAPUT PRIMUM. — Quemadmodum Plato Græcæ theologiæ ineptias coarguerit. 1073
CAP. II. — De eodem; ac præterea Deum malorum factorem non esse. 1075
CAP. III. — De eodem; ex *Epinomide*. 1079
CAP. IV. — Præter obscenas fabulas, nihil istas de Græcis numinibus narrationes continere, Socratemque, quæ iis fidem non haberet, ab Atheniensibus interfectum esse. Ex *Eutyphrone*. 1083

Digitized by Google

Cap. V. — Ex Numenii libro *De Platonis arcanis*. Eamdem in rem. 1079

Cap. VI. — In vulgi opiniones abeundum non esse, nec ab instituto suo vel mortis metu discedendum. Ex *Critone*. 1079

Cap. VII. — Reponendam iis non esse, a quibus injuriose tractemur, injuriam. Ex eodem. 1086

Cap. VIII. — Quæ semel recte statueris, ea ne mortis quidem metu abjicienda esse. Id quod in eos conveniet, qui persecutionum temporibus religionem ejurant. 1087

Cap. IX. — Qualis animo sit oportet, qui mortis metu susceptum institutum ejuret. 1087

Cap. X. — Mortem veritatis causa non esse fugiendam. *Ex Socratis apologia*. 1090

Cap. XI. — Quemadmodum eorum mortem, qui vitam gloriose profuderint, celebrari oporteat. Ex Platone. 1095

Cap. XII. — Aristobulum Peripateticum etiam ante nos confessum esse, Hebræis e fontibus suam Græcos hausisse philosophiam. Ex opere illo quod Ptolemæo regi Aristobulus inscripsit. 1098

Cap. XIII. — Quæ a Græcis recte scripta fuerint, ea cum Hebræorum doctrina consentire, a Clemente præterea ostenditur, *Stromate* quinto. 1103

Cap. XIV. — Non recte de omnibus pronuntiasse Platonem, eoque nos haud absque ratione ab ejus philosophia discessisse, atque Hebræorum oracula complexos esse. 1139

Cap. XV. — Non in omnibus Platonis, sed Hebræorum, probandam esse de spiritalibus naturis disputationem. 1145

Cap. XVI. — De animo; non recte ut Hebræos, in omnibus sensisse Platonem. 1147

Cap. XVII. — Non, quemadmodum Platoni visum est, nimi naturam duabus ex partibus, quarum altera patiendi necessitate libera, patibilis altera sit, esse conflatam. Ex Severi Platonici disputatione *De anima* 1154

Cap. XVIII. — De cœlo, deque collucentibus in eo sideribus, haud recte omnino sensisse Platonem. Ex *Epinomide*, *Timæo* et *Legum* decimo. Quæ Moyses coli omnia statuit, quemadmodum Hebræus etiam Philo interpretatur. 1158

Cap. XIX. — Quænam minus recte Plato, tam in *Legibus* quam in *Republica*, de mulieribus statuerit: quæ Hebræorum doctrina non probat. 1163

Cap. XX. — Quænam Plato de infando amore in *Phædro* statuerit: quibus contraria sunt a Moyse sancita. 1171

Cap. XXI. — De legibus Platonis ad cædes pertinentibus, magna illa hominis mente indignis, quibuscum Moyses leges commiitendæ. 1175

LIBER DECIMUS QUARTUS. 1179

Caput primum. — Procemium, quo libri argumentum excatur. 1182

Cap. II. — De mutua dissensione pugnaque philosorum. 1183

Cap. III. — De summa Hebræorum dogmatum consenne. 1186

Cap. IV. — Quemadmodum superiores philosophos ito redarguat. Ex *Theæteto*. 1187

Cap. V. — De prima Platonicæ doctrinæ successione. Numenio Pythagorico. 1194

Cap. VI. — De Arcesila, qui secundam Academiam inuit. Ex eodem. 1199

Cap. VII. — Cujusmodi superiorum illorum vita fuerit; le Lacyde quodam Arcesilæ successore. Ex eodem. 1206

Cap. VIII. — De Carneade, qui tertiam Academiam inuit. Ex eodem. 1214

Cap. IX. — De Philone, Clitomachi ejus successore, Carneadem exceperat. Ex eodem. 1215

Cap. X. — Multas apud Græcos philosophos conjecturas, verborum pugnas, errores que permultos; ex Porii ad Nectenabonem Ægyptium epistola, non ex iis, *De anima* ad Boethum rescripsit, eoque ex libro quem *ex oraculorum responsis philosophia* edidit. 1219

Cap. XI. — De geometria, astronomia, et computo, e Xenophontis *Memorabilibus*. 1222

Cap. XII. — De iis qui rerum se naturam explicare gloriabantur. Ex ejusdem ad Æschinem epistola. 1226

Cap. XIII. — De gymnasticæ ac musicæ artibus. Ex Platone in *Republica*. 1226

Cap. XIV. — Philosophorum de principiis sententiæ. Ex Plutarchi libro quem *De philosophorum decretis ad res physicas pertinentibus* scripsit. 1230

Cap. XV. — De opinione Anaxagoræ. Ex Socratis disputatione apud Platonem in dialogo *De anima*. 1234

Cap. XVI. — Philosophorum de diis opiniones. Ex Plutarcho. 1238

Cap. XVII. — Adversus Xenophanem et Parmenidem, qui sensus tollerent; ex libro octavo Aristoclis *De philosophia*. 1245

Cap. XVIII. — Adversus eorum philosophorum sectam, qui quod Pyrrhonem secuti nihil comprehendi posse statuerint, sceptici, et assensum inhibentes vocati sunt. Ex eodem Aristocle. 1246

Cap. XIX. — Adversus Aristippi sectatores, qui eamodo quæ patimur, comprehendi posse statuerunt, præterea nihil. Ex eodem. 1258

Cap. XX. — Adversus Metrodorum et Protagoram, qui solis sensibus credendum esse dicebant. Ex eodem. 1259

Cap. XXI. — Adversus Epicureos, qui voluptatem finem esse vellent. Ex eodem. 1266

Cap. XXII. — Iterum adversus eos qui voluptatem bonum esse definiunt. Ex eodem. 1267

Cap. XXIII. — Adversus Epicureos, qui Providentiam tollebant, et individuis corporibus universa tribuebant. Ex Dionysii Alexandrini libris *De natura*. 1271

Cap. XXIV. — Rerum inter homines vulgarium exemplis, Epicureorum dogma refellitur. Ex eodem. 1271

Cap. XXV. — Idem ex universi molitione conficitur. Ex eodem. 1275

Cap. XXVI. — Idem ex hominis natura concluditur. Ex eodem. 1282

Cap. XXVII. — Operum suorum molitionem Deo laboriosam ac molestam non esse. Ex eodem. 1283

LIBER DECIMUS QUINTUS. 1289

Caput primum. — Procemium, quo totius operis argumentum explicatur. 1294

Cap. II. — De Aristotele, ac de iis quæ de illo prodita sunt. Ex Aristoclis Peripatetici libro *De philosophia* septimo. 1298

Cap. III. — Aristotelis dogmata quæ fuerint. Ac primum quam ab Hebræis et Platone, in constituendo boni fine dissentiat. 1302

Cap. IV. — Attici Platonici disputatio adversus Aristotelem, a Mose et Platone in constituenda finis ratione dissidentem. 1305

Cap. V. — Idem Aristotelem a Mose simul et Platone in quæstione de Providentia dissidentem insectatur. 1310

Cap. VI. — Ejusdem adversus Aristotelem, cum Mose ac Platone, de mundi, quem negabat, ortu pugnantem disputatio. 1314

Cap. VII. — Ejusdem adversus eumdem, quintam corporum essentiam inducentem, quam neque Moses, neque Plato novit. 1319

Cap. VIII. — Ejusdem adversus eumdem, a Platone rerum in cœlestium tractatione dissidentem; quæ parum admodum curavit Moses. 1322

Cap. IX. — Ejusdem adversus eumdem, cum Platone simul Hebræorumque doctrina, in quæstione de animorum immortalitate pugnantem. 1327

Cap. X. — Ex secundo Plotini *De animorum immortalitate* libro, adversus Aristotelem, qui animum entelechiam esse defendit. 1334

Cap. XI. — De eodem, ex Porphyrii ad Boethum opere *De anima*. 1335

Cap. XII. — Adversus eumdem, in illa etiam de universi

Digitized by Google

animo disputatione a Platone dissidentem. Ex Attico. 1358

Cap. XIII. — Adversus eumdem Platonicas ideas illudentem, quas ne ipsis quidem Hebræis ignotas fuisse, superioribus eorum testimoniis jam vidimus. Ex eodem. 1538

Cap. XIV. — De Stoicorum philosophia : et quemadmodum Zeno de principiorum ratione statuerit. Ex Aristoclis *De philosophia* septimo. 1342

Cap. XV. — Quam de Deo Stoici, deque hujus universi molitione sententiam introducant. Ex Arii Didymi *Epitoma*. 1342

Cap. XVI. — Contra Stoicorum de Deo sententiam. Ex Porphyrii ad Boethum opere *De animo*. 1343

Cap. XVII. — Id quod vere est, corpus non esse, ut Stoici opinantur. Ex Numenii primo *De bono*. 1346

Cap. XVIII. — Stoici de universi conflagratione quid sentiant. 1347

Cap. XIX. — Quemadmodum Stoici de iterato universi ortu philosophentur. 1347

Cap. XX. — Quemadmodum Stoici de animo sentiant. 1350

Cap. XXI. — Longini contra Stoicorum de animo sententiam disputatio. 1351

Cap. XXII. — Adversus eosdem Stoicos, animum corporeum esse non posse. Ex libro Plotini. *De animo*. 1354

Cap. XXIII. — Naturalium philosophorum sententiæ, de sole. 1375

Cap. XXIV. — De solis magnitudine. 1378

Cap. XXV. — De solis figura. 1378

Cap. XXVI. — De luna. 1378

Cap. XXVII. — De lunæ magnitudine. 1378

Cap. XXVIII. — De lunæ figura. 1378

Cap. XXIX. — De illuminatione lunæ. 1378

Cap. XXX. — De siderum errantium stabiliumque natura. 1379

Cap. XXXI. — De siderum figura. 1379

Cap. XXXII. — Qua ratione mundus sit constitutus 1382

Cap. XXXIII. — Utrum hoc totum unum sit. 1383

Cap. XXXIV. — Utrum animatus sit mundus et Providentia gubernetur. 1386

Cap. XXXV — Utrum mundus integritate careat. 1386

Cap. XXXVI. — Unde mundus alimentum hauriat. 1386

Cap. XXXVII. — Undenam condendi mundi Deus initium fecerit. 1386

Cap. XXXVIII. — De mundi ordine. 1387

Cap. XXXIX. — Quamobrem inclinatior mundus sit, atque depressior. 1387

Cap. XL. — Utrum inane sit, quod extra mundum est. 1387

Cap. XLI. — Quæ dextræ mundi partes sint, quæ sinistræ. 1390

Cap. XLII. — De propria cœli natura. 1390

Cap. XLIII. — De dæmonibus et heroibus. 1391

Cap. XLIV. — De materia. 1391

Cap. XLV. — De idea. 1394

Cap. XLVI. — De stellarum ordine. 1394

Cap. XLVII. — De proprio stellarum motu. 1394

Cap. XLVIII. — Stellæ unde lucem accipiant. 1394

Cap. XLIX. — De iis quos vulgo Castores ac Gemines dicimus. 1394

Cap. L. — De solis defectione. 1395

Cap. LI. — De lunæ defectione. 1395

Cap. LII. — De lunæ aspectu, et quamobrem terrestris appareat. 1395

Cap. LIII. — Quantum a sole terraque distet. 1398

Cap. LIV — De annis. 1398

Cap. LV. — De terra. 1399

Cap. LVI. — De terræ figura. 1399

Cap. LVII. — De terræ situ. 1399

Cap. LVIII. — De terræ motu. 1399

Cap. LIX. — De mari. Quomodo coaluerit, et quamobrem amarum sit. 1399

Cap. LX. — De partibus animi. 1401

Cap. LXI. — De principe animi facultate 1401

Cap. LXII. — Ipsum quoque Socratem Græcorum olim sapientissimum, eos, qui rerum ejusmodi physiologia tantopere insolescerent, vel hoc nomine vecordes et insanos ostendisse, quod in rebus ab omni vitæ fructu remotis suaque omni facultate superioribus, studium operamque conterererent. 1403

FINIS TOMI VICESIMI PRIMI.

Digitized by Google

MONITUM.

Intra hos decem circiter annos dominus Seguierus, marchio a Sancto-Brissone, Academiæ inscriptionum et humaniorum litterarum socius, vir natalibus et eruditione clarissimus, editionem *Præparationis evangelicæ* ad mss. regios collatam et notis illustratam cum interpretatione Gallica prelo paraverat. Quam ut typographi regii in lucem emittendam susciperent, apud eos qui præerant egit. Cum autem ab iis de die in diem procrastinaretur, res infecta mansit. Igitur editioni textus Græci supersedens dominus Seguierus, cogitavit de edenda interpretatione Gallica, quam ad Græca denuo recensita adornaverat. Res effectum sortita est prodiitque *Præparatio* vernacula lingua Gallica anno 1846, cum ingenti notarum et emendationum apparatu, duobus voluminibus in-8°. Eæ sunt notæ et emendationes quas post mortem domini Seguieri ejus hæredes potestatem edendi nobis humanissime fecerunt, quibus pro accepto beneficio gratias hic agere nobis liceat. Exemplar præterea ad manus habuimus editionis Vigeri ad cujus margines vir clarissimus varias lectiones codicum Parisiensium ascripserat; ii sunt numm. 465, 466, 467, 468 insigniti. Contulerat etiam ms. Leydensem quo usus est Robertus Stephanus.

Notis subjicimus ejusdem viri doctissimi Dissertationem in fragmenta Sanchoniathonis ab Eusebio ex Philone Byblio accepta, de quibus, an genuina sint vel aliena, multa disputata sunt et adhuc sub judice lis est.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ

AD

EUSEBII PRÆPARATIONEM EVANGELICAM.

Col. 40 A 2. *Μητρογαμεῖν*. Hunc infamem morem, apud Persas licitum, tot scriptores referunt ut de illo ne vel minima quidem dubitatio exsistat.

Diogenes Laertius, in *Proœmio*, c. 7, quemdam excerptum ex Clitarcho locum refert, expresse dicentem, Magos ut licitas matrum et filiarum suarum nuptias habere. Xanthus, in tractatu *Τὰ μαγικά* dicto, narrat Magos suis matribus, filiabus, necnon sororibus misceri. Auctor hic memoratur a Clemente Alexandrino, *Stromat.* l. III, p. 515. Eudoxius Cnidius a Sexto in *Hypotyposibus Pyrrhonicis*, l. I, c. 14, p. 39, memoratus dicit : « Illicitum est nostris legibus ducere matres, cum apud Persas mos sit usitatissimus. » Idem Sextus l. III, c. 24, p. 178, dicit : « Persæ et præsertim qui apud illos habentur sapientes, id est Magi, ducunt suas matres. »

Tertullianus etiam in *Apologetico*, c. 9, Ctesiæ testimonium affert hoc modo : « Persas cum suis matribus misceri Ctesias refert. » Strabon. l. XV, c. 3, § 20, p. 735 : « Apud Persas mos est non inhumari Magos, quorum corpora derelinquuntur avibus comedenda. Et Magos cum matribus misceri, mos est patrius. » Illa vulgata opinio in causa fuit ut Catullus hoc epigramma ederet, epig. 90.

Nascatur Magus ex Gelli matrisque nefando
Conjugio, et discat Persicum aruspicium ;
Nam Magus ex matre et nato gignatur oportet,
Si vera est Persarum impia relligio.

Antisthenes, ut refert Athenæus l. V, p. 220 ed. Casauboni, in libro minoris Cyri, Alcibiadem vituperans de perdita vita subdit : Συνεῖναι γὰρ αὐτὸν καὶ μητρὶ καὶ θυγατρὶ καὶ ἀδελφῇ, ὡς Πέρσας.

Quintus Curtius l. VIII, 2, 12, memorat quemdam satrapam nomine Sisimithrem, cui duo ex matre orti filii erant, quod licitum habuit. Tempore Agathiæ adhuc prævalebat ille usus. Nam Agathias l. II, p. 71, edit. Luparæ, ait : « Non solum Persæ ineunt matrimonia cum sororibus et cognatis, sed etiam pares cum suis filiabus, et quod magis pudendum, o tempora ! o mores !) filii cum matribus. » Quod refert Agathias pugnat adversus Plutarchum in tractatu *De fortuna Alexandri* c. 5, cum dicit, ab illo debellatore suppressum fuisse hunc incestuosum morem, his verbis : « Docuit Persas matrum suarum reverentiam, et cum illis misceri vetuit. »

Sed jam Strabo eum refutavit, si Servio credas de hoc Æneidos versu l. VI, disserenti :

Hic thalamum invasit natæ vetitosque hymenæos.

Hic mos ipsius vigebat tempore : Dicendo *vetitos*, ostendit fuisse, ut est apud Persas hodie.

Græci ad omnes populos calumniandos proni, hujus nefandi moris insimulabant omnes cæteras gentes ; et in *Andromache* vers. 173, Euripides dixit :

Τοιοῦτο πᾶν τὸ βάρβαρον γένος·
Πατήρ τε θυγατρὶ, παῖς τε μητρὶ μίγνυται,
Κόρη τ' ἀδελφῷ· διὰ φόνων δ' οἱ φίλτατοι
Χωροῦσι καὶ τῶνδ' οὐδὲν ἐξείργει νόμος.

« Omne barbarorum genus patrem cum filia, matrem cum nato, virginem cum fratre misceri sinit ; cognati sibi intentant mortem, nec istius modi quidquam lex impedit. » Lucianus in tractatu *De sacrificiis*, de Jove loquens, ait : « Multas duxit uxores et tandem sororem suam Junonem, more Persarum Assyriorumque. » Qui dicunt hunc morem nefandum ab Assyriis initium cepisse nominant Semiramidem, quæ necata est quod cum suo copularetur filio. Illud fatum non impendisset Semiramidi, dixit Agathias *l. l.*, si ejus agendi ratio mores publicos non offendisset ; et quia Magi ea utebantur consuetudine, idem auctor hanc doctrinam putat a Zoroastro ortam. Herodotus tamen, III, 31, refert connubia fratrum et sororum olim vetita, primum a Cambyse initium cepisse.

Denique, hic usus prævaluisse apud Persas videtur, et præbuisse scriptoribus, tam Judæis quam Christianis, longum neque immeritum declamationis locum. Agmen ducit Philo in secundo tractatu *De examine legum peculiarium*, principio : « Persarum optimates ineunt matrimonia cum matribus, et ii maxime ingenui inter liberos habentur qui incesto nascuntur, et, ut fama est, ad regnum destinantur. Væ mihi ! Quid turpius inveniri potest quam patris defuncti lectum fœdare, qui

Digitized by Google

potius venerandi templi instar colendus est! » Cum Brissone lego ἱερόν, non ἱερᾶν.

Bardesanes adversus Genethliacos scribens, ab Eusebio relatus in *Præparatione evangelica*, l. VI, c. 10, p. 275, dixit : « Apud Persas lex sinit, quemque matrem aut filiam ducere ; neque patriam tantum et proprias sedes habitantes, sed et qui a Perside absunt, Magouseeni nomine, peragunt illa matrimonia illicita ; easdemque leges et mores transmittunt liberis, quorum plures videre est ad hoc tempus in Media, Ægypto, Phrygia, Galatia. Neç tamen Venus Martem amplexans in Saturni ædibus, ullo modo tot et tantis ortibus præesse potuit. »

Hic Bardesanis locus invenitur in *Recognitionibus pseudo-Clementinis* a cap. 19 usque ad cap. 29.

Inter scriptores Christianos qui, cum Eusebio, putant Christianam religionem causam fuisse cur Persæ cessarent ab incestis, primus invenitur Theodoretus, qui in sua *Therapeutica* p. 128, edit. Sylburg., *De legibus*, dixit : « Persæ olim addicti Zaradæ (Zoroastri) legibus ducebant matres, sorores et filias, et quod nefas est, tanquam legem habebant ; sed ex quo tempore apostolos audierunt, abjecerunt Zoroastri leges tanquam nefandas, et læto animo evangelicam amplexi sunt temperantiam. » Cf. sanctus Joannes Chrysostomus qui dixit in octavo capite *De virginitate* t. VI, p. 248 ed. Savilii. « Admiramur Persas, qui non ducunt matres, ut olim ; non idem de Romanis dicendum est. » Inter Patres Græcos nominandus est Theodorus Mopsuestenus, apud Photium cod. 81 ; Gregorius Nyssenus *in Fatum ;* Tatian. edit. Wirceburg. p. 80 : Τὸ συγγενέσθαι μητρὶ κάλλιστον ἐπιτήδευμα παρὰ τοῖς Περσῶν Μάγοις. Denique inter Latinos, sanctus Hieronymus *Adv. Jovinianum* l. XI : « Persæ, Medi, Indi, et Æthiopes, regna non mediocria, et Romano regno paria, cum matribus et magis cum filiabus et neptibus copulantur ; » et Minutius Felix 31 : « Jus est apud Persas misceri cum matribus. »

Col. 40 A 3. Ἀνθρωποφορεῖν Σκύθας. Non dubitare licet quin anthropophagia fuerit universalis consuetudo, antequam humanum genus agricultura sibi pareret alimenta, ad sustentandam vitam necessaria. Quamobrem imperiorum conditores religionis et ethicæ præceptis agriculturam junxerunt. Agricultura sublata, quid superesset legislatoribus ad imponendas leges easque sanciendas? Nihil aliud dicit Horatius his versibus :

Silvestres homines sacer interpresque deorum,
Cædibus et victu fœdo *deterruit Orpheus.*

Sed ex quo conditæ fuerunt urbes, hic barbarus mos viget solummodo apud gentes omnis scientiæ culturæque expertes. Scythæ qui vitam errantem potius degerunt, diutius hos mores nefandos quam cæteri populi servaverunt, necessitatibus vitæ coacti. Satis multi scriptores testantur hoc ita ut in Eusebium nulla incidat calumniandi suspicio aut voluntas.

Herodoti temporibus pars Scytharum quædam erat anthropophaga. « Ab undecim trans Panticapeam itineribus, ait, Borysthenem secus, vasta patet inculta regio ; et trans desertum locum versantur anthropophagi. » Herodotus istos secernit quidem a Scythis, sed quomodo fieret ut in media Scythia quædam exsisteret gens a Scythis distincta et separata? (Vide Herodotum lib. IV, cap. 18.) Strabo lib. VII, p. 298, dixit : « Mare Nigrum ab initio cognominatum fuit ἄξενος (inhospita) ob indesinentes tempestates et ob ferociam gentium quæ littora incolunt, præsertim Scytharum qui alienigenos immolant, carne humana vescuntur et hominum calvariis poculorum instar utuntur. » Lucianus ad hunc barbarum Scytharum morem alludens in *Dialogo Junonis Latonæque* illam inducit hæc dicentem : « Quod tuos liberos spectat, nemo nescit tuam filiam in Scythia peregrinantem didicisse a Scythis qui sunt antropophagi, vesci trucidatis alienigenis. »

Quod referens, ut omnibus notum, Plinius dicit (*Hist. nat.*, liv. VI, cap. 20) : « Inhabitabilis Scythiæ prima pars a Scythico promontorio ob nives : proxima inculta, sævitia gentium : anthropophagi Scythæ insident, humanis corporibus vescentes. »

Idem refert lib. VII, cap. 2 : Esse Scytharum genera et quidem plura quæ corporibus humanis vescerentur indicavimus (lib. IV, 26, et lib. VI, 20).

Solinus, hujus scriptoris abbreviator, eadem narrat, et Pomponius Mela, *De situ orbis*, lib. II, c. 1, notat peculiare Scytharum genus quod dicit anthropophagum, his verbis : « Apud anthropophagos ipsæ etiam epulæ visceribus humanis apparantur. »

In silvestri agrestique priscorum hominum cultu, bellum erat quædam venatio ut homines hominibus vescerentur. Cum incipit humanus civilisque cultus, anthropophagia ex bello sequitur, sed non amplius est belli causa ; et diu Scytharum gens servavit morem vescendi carne devictorum hostium, non aliter ac agrestes homines, qui trans Oceanum nuper sunt reperti ; nam calvariis, poculorum instar, et pellibus pro linteis utebantur. Herodotus, l. IV, c. 64, dicit : « Scythis cum bellum gerunt, primi hostis necati sanguinem bibere mos est et offerre regi capita truncata ; quo facto, statim mercedem habent. Hic est excoriandi modus : primum pelles circa aures secant, deinde, arrepto capite, hostis truncatur, tum utentes costa bovis carnem eximunt, pellem manibus molliunt, quam sic mollitam extendunt, ut illa utantur mantilis instar. Tunc illam suspendunt ad caput equi, et majori honori illis est si plures habeant sic præparatas. Sunt qui iis utuntur tanquam pallio, et assuunt ut pelles caprinas. Nonnulli amputant hosti dextram, cujus pelle pharetram operiunt.

« Infestissimorum autem hostium capita, serra desecant infra supercilium, deinde purgant aqua. Si vir pauper sit et inops, super imposita pelle bovis cruda, sic servat ; si dives, eadem, pelle bovis super imposita, sed intus aurata, instar poculi utitur. »

Plinius lib. VII, cap. 2 : « Priores anthropophagos quos ad septentrionem esse diximus decem dierum itinere, supra Borysthenem amnem, ossibus humanorum capitum bibere cutibusque cum capillo pro mantelibus ante pectora uti, Isigonus Nicænus prodidit. »

Sat est tot et tantorum testimoniorum.

Col. 40 A 9. Τοὺς πάλαι, κ. τ. λ. Locus ubi Eusebius loquitur de more barbaro multorum populorum trucidandi senes, quem sequuntur alii ad anthropophagiam colendam, alii ad permittendum reliquias avibus et feris, mittentes omnem sepulturæ curam, dum nonnulli sepeliunt una cum mortuis nobilibus homines vivos a se dilectos, sumitur ad verbum ex tractatu Porphyrii *De abstinentia carnis*, p. 375, ed. Rhoer, l. IV, c. 21.

Col. 40 B 1. Ἱστοροῦνται Μασσαγέται καὶ Δέρβικες. Sanctus Hieronymus ex iisdem fontibus hausit ; nam idem dicit iisdem fere verbis, *Adv. Jovinianum*, libro secundo. « Massagetæ et Derbices miserrimos putant qui ægrotatione moriuntur, et parentes, cognatos, propinquos, cum ad senectam pervenerint, jugulatos devorant ; rectius esse ducentes ut a se potius quam a vermibus comedantur. Tiberi quos dilexerunt senes suspendunt in patibulis. Hircani volucribus et canibus semivivos projiciunt... Bactri canibus ad hoc ipsum nutritis objiciunt senes ; quod cum Alexandri præfectus (Nicanor) emendare voluisset, pene amisit provinciam. » Apud Strabonem, Diodorum Siculum, *Stasanor ;* quod legitur etiam apud Porphyrium, l. V ; Theodoret., et sermone IX, pag. 129, *Therapeutices*, edit. Sylburg. Μασσαγέται τοὺς γεγηρακότας θύειν καὶ θοινᾶσθαι ποιησάμενοι νόμον, ἐδελύξαντο τὴν μυσαρὰν ταύτην ἐδωδήν. Τιβαρηνοὶ τοὺς πρεσβύτας κατὰ χρημνῶν βαθυτάτων εἰθικότες ὠθεῖν, τὸν παμπόνηρον τοῦτον κατέλυσαν νόμον· οὔτε ἔτι δ' οὔτε Ὑρκανοὶ οὔτε Κάσπιοι τοὺς κύνας τοῖς τῶν τεθνεώτων ἐκτρέφουσι σώμασι· οὔτε

Digitized by Google

Σκύθαι τοῖς τετελευτηκόσι συγκατορύττουσι ζῶντας, οὓς ἠγάπων ἐκεῖνοι.

Solum hoc testimonium probaret sinceram esse doctoris Ecclesiæ narrationem, sed et per multa alia adsunt testimonia. P. Vigerus in Observationibus quibus supersedit, notos facere debebat fontes ex quibus hausit Eusebius : illius loco, ego faciam. Adeo noti Massagetæ, ut illorum nomen undique eodem modo scriptum reperiatur. Non item de populo supra citato. Legitur apud Porphyrium et Eusebium]*Derbices*. In ms. 451, Βέβρυκες. Bebryces non idem sonant atque Derbices.

Bebryces nomen suum Bithyniæ dederunt antequam Thyniæ et Bithyniæ nomen cepisset.

Bithynia regnum erat Amyci, qui adversus Pollucem pugnans victus obiit. Apollon. Rhod., lib. II initio :

Ἔνθαδ ἔσαν σταθμοί τε βοῶν, αὐλίς τ' Ἀμύ-
[*κοιο,*
Βεβρύκων βασιλῆος, ἀγήνορος, ὅν ποτε νύμφη
Τίκτε Ποσειδάωνι γενεθλίῳ εὐνηθεῖσα
Βιθυνὶς Μελίη, ὑπεροπληέστατον ἀνδρῶν.

Pollucis et Amyci pugnam narravit Theocritus in vicesimo secundo idyllio, Dioscuris dicato ; et Valerius Flaccus qui Argonautas cecinit, lib. IV, vers. 150.

Scholiastes in hunc versum, « Amycus, ait, sub sua ditione tenebat Bebryces Bithyniæ, qui illo tempore incolebant nonnullas alias regiones maritimas ; Bebryces etiam usque Ephesum et Magnesiam progressi sunt. » Charon, Lampsaci fines olim Bebryciæ nomen habuisse dicit, ob Bebryces incolas. Quæ gens, ut tam multæ aliæ, bello periit. Vid. Plutarch. *De virtutibus mulierum*, voce Λαμψάχη, t. VIII, p. 289 Hutten.

Tzetzes *De Lycophrone*, vers. 1305 : « Bebryces hodie Mysii, ex Bithyniis remotissimi : in quorum finibus surgit Olympus mons. Sunt alii Bebryces, de genere Gallorum oriundi, inter Pyrenæos Cerauniosque montes et Hispaniam ; Narbonenses vocantur. » (Quos cecinit Silius Italicus l. III, vers. 420 et seqq.; Festus Avienus *in ora maritima*). De Bithyniæ Bebrycis loquitur Virgilius in quinto *Æneidos* libro, ubi dicit, vers. 373, Butem a Dare devictum :

Qui se Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat.

De quo versu disserens Servius : « Bebrycia ipsa est Bithynia ; » Sallustius fragm. incerto : « Igitur introrsus primæ Asiæ Bithynia est, multis antea nominibus appellata. »

Strabo l. XII, cap. 3, § 3, pag. 541, ait Bebryces ex genere Thracum ortos : Οἱ Βέβρυκες ἦσαν Βιθύνων οἱ προεποικήσαντες τὴν Μυσίαν Θράκες, ὡς εἰκάζω ἐγώ. Denique, ibid., cap. 4, legitur : Θεόπομπος Μαριάνδυνόν φησι μέρους τῆς Παφλαγονίας ἄρξαντα ὑπὸ πολλῶν δυναστευομένης, ἐπελθόντα τὴν τῶν Βεβρύκων κατασκεῖν· ἦν δὲ ἐξέλιπεν (legendum est ἐξήλιψεν) ἐπώνυμον ἑαυτοῦ καταλιπεῖν. « Theopompus ait Mariandynum partis Paphlagoniæ regem, quæ multis subdita erat regibus, cum aggressus fuisset Bebryces sub suam redigere potestatem, tandem, deleta gente, proprium imposuisse nomen. » Vid. Vaillant, *Imperium Achemenid.*, t. XI, pag. 292.

Derbices e contra, Asiam superiorem incolunt Massagetis finitimi, orientem versus Caspii oris maritimæ seu Hyrcanii, ultra citraque Oxi ripam.

« Derbices quorum medios fines secat Oxus amnis, ortus in lacu Oxo. » (Plinius, l. VI, cap. 18 vel 16.) Strabo, l. XI, pag. 514, eos in Hircania locat ; Ptolemæus in Margiana : quos Mela mari vicinos facit : « Jam ad fretum Derbices. » L. III, cap. 5, v. 35.

Quintus Curtius Derbices numerat inter copias Darii cum hic princeps Babyloniis in campis lustraret exercitum ; l. I, cap. 2 : « Derbices quadraginta millia peditum armaverant : pluribus hærebant ferro præfixæ hastæ, quidam lignum igni duraverant : hos quoque duo millia equitum ex eadem gente comitata sunt. »

Hujus populi nomen in manuscriptis obliteratum sæpe reperitur. Modo Δερβίκκαι modo Δέρβικες legitur. Strabo, Plinius, Mela scribunt Δέρβικες. In Æliani primis editionibus *Hist. div.* l. IV, c. 1, legebatur Βερβίκκαι, ubi ex emendatione Casauboni Δερβίκες rectius legeretur ; Perizonius legit Δερβίκκαι. Sic eos nominat Ptolemæus l. VI, cap. 10. Ælianus idem dicit atque Porphyrius, cujus hæc sunt verba : « Derbices septuagenarios trucidant, immolantes homines et suspendentes mulieres. »

Dionysius Periegetes, 734, scribit Δερκέβιοι, Μάρδος, Δερκεβίων τε καὶ ἀφνείων πόμα Βάκτρων, loco Δερβίκεων vel Δερβικκῶν. V. 738, idem auctor :

Δερκέβιοι δ' ἑτερῶθεν ἐφ' ὕδασι Κασπίοισι,
Τοὺς δὲ μέτ' ἀντολίηδε, πέρην κελάδοντος
Μασσαγέται ναίουσι. [*Ἀράξου*

Legitur apud Stephanum Byzantinum : Δερβίκκαι, ἔθνος πλησίον τῶν Ὑρκανῶν. Ἀπολλώνιος δὲ διὰ τὸ Κ γράφει. Κτησίας δὲ Δερβίους αὐτούς φησιν ἢ Δερβίσσους.

His exemplis patet quam variis modis olim etiam scribebatur hujus populi nomen. Cum solam Xylandri editionem possideo non licet mihi judicare quid Holstentus Berckelius ac dixerint de nomine præfato et de citato Stephani loco.

Berckelius legit Δερβίκκαι et allegat Salmasium *De Solino* qui hanc orthographiam adoptavit. Manuscriptus Palatinus Ptolemæi fert Δερβίκκαι οἱ καὶ Δερκέβιοι. Quoad illum morem trucidandi et comedendi parentes ad senium provectos, Strabo refert l. XI, cap. 10, § 8, pag. 520 : Τοὺς ὑπὲρ ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονότας σφάττουσιν, ἀναλίσκουσι δὲ τὰς σάρκας οἱ ἄγχιστα γένους, τὰς δὲ γραῖας ἀπάγχουσι, εἶτα θάπτουσι. « Trucidant septuagenarios senes quos sui proximi devorant, suspendunt anus et inhumant. » Cæterum, suis legibus mors indicta erat minimo delicto. Idem, ibidem : Ἐπὶ μικροῖς οὗτοι σφάττουσι.

Mela, l. III, cap. 7, eadem dixit generaliter loquens de Asiæ populis. « Quidam proximos parentes priusquam annis et ægritudine in maciem eant, velut hostias cædunt ; cæsorumque visceribus epulari fas et maxime pium est. »

Hæc de Derbicibus. Massagetæ sunt maxime noti apud Herodotum bello quod illis intulit Cyrus qui eorum finibus victus obiit. Hæc gens, ait Herodotus, (I-201) populis potens atque armis. Orientem versus jacet trans Araxem (Oxum) ; vid. Hardouin, *De Plinio* l. VI, 16 vel 18 ; vide et Ducangium *De Nicephoro Bryen*, p. 301. « Issedonos contra, versus orientem maris Caspii, » dixit adhuc Herodotus (I-204), « patent lati campi quorum Massagetæ maximam partem tenent. » Idem Porphyrii narrationem confirmat, his verbis (I-216) : « Vir ad summam senectutem provectus, a circumstantibus omnibus proximis immolatur cum pecoribus ; tum epulæ sequuntur. Qui vitam peragendi modus maxime faustus illis videtur. »

Strabo l. XI, cap. 10, § 6, pag. 513, dixit : « Massagetis est mors optima dilaniari, cum ad senium pervenerunt. Humana caro miscebatur cum carne pecorum, et his epulis incumbebant. Qui senio moriebantur, tanquam impii ejiciebantur foras, ut esca essent volucribus et feris. » Sallustius philosophus in codice de Gale, pag. 262, cap. 9, Διὰ τί γὰρ Μασσαγέται μὲν τοὺς πατέρας ἐσθίουσι ; « Cur Massagetæ comedunt patres ? »

Herodotus idem dicit de Issedonis, l. IV, cap. 26 : « Mortuo patrefamilias, quisque proximorum adducit vervicem, quo immolato, dilaniant carnes, quas miscent cum carnibus patris mortui et dila

Digitized by Google

niati, tum his omnibus vescuntur carnibus. » Zenobius, cent. v, 25, ubi pro Σιδῶνες legendum Ἰσσήδονες. Vid. Herodotum, lib. III, cap. 38, ubi loquitur de Calatiensis populo Indiæ, et cap. 99, de Padeensibus qui ægros jugulant et manducant.

Tibareni minus noti : attamen Apollonius Rhodiensis (Argon., 11, 577) eos ponit ad littora Euxini et dicit Chalybis finitimos :

Ἄγχι δὲ ναιετάουσι πολύρρηνες Τιβαρηνοὶ
Ζηνὸς εὐξείνοιο γειτονέοντες ὑπὲρ ἄκρης.

Xenopho reducens exercitum, eorum fines pertransivit.

« Tibarenia, ait Stephanus Byzantinus, est quædam regio Ponto, Chalybis necnon Mœssynœcibus finitima. »

Denique Strabo, lib. XII, cap. 3, 918, pag. 548, ait : « Supra Trapezuntium Pharnaciamque sunt Tibareni, » etc. Me latet an isti populi iidem sint quos Cicero Tibaranos nominat, Eleutherocilicienses finitimos (epistola ad Catonem, *epist. ad diversos*, 15-4) : « His erant finitimi pari scelere et audacia Tibarani : ab his Pindenisso capto obsides accepi. » Asia minor media est Ciliciæ atque Ponto quem incolebant Tibareni. Ergo, duo diversi populi mihi videntur. Ephorus ab Stephano Byzantino relatus dixit eos maxime inservire ludo et jocis. Illud vertit Mela lib. I, cap. 19, 70, his verbis : « Tibareni Chalybos attingunt, quibus in risu lusuque summum bonum est. » Denique Zenobius *Proverbior.* cent. v, 25, refert : « Cum mulieres pariunt, Tibareni obducunt velum suo capiti lectoque incumbunt. » Eamdem fabulam narrat Apollonius Rhodiensis, lib. XI, 1010 :

Σώοντο παρὲξ Τιβαρηΐδα γαῖαν·
Ἔνθ' ἐπεὶ ἄρ κε τέκονται ὑπ' ἀνδράσι τέκνα [γυναῖκες,
Αὐτοὶ μὲν στεράνῃσιν ἐπὶ λεχέεσσι πεσόντες,
Κράατα δησάμενοι τὰ δ' εὖ κομέουσιν ἐδωδῇ
Ἀνέρες ἠδὲ λοετρὰ λεχώϊα τοῖσι πέκονται.

Narratio hæc, nescio an vera aut falsa, excerpta est ex Metrodoro Amphipolitano : Ἐν τοῖς *Νομίμοις*, et non, Ἐν τοῖς *Νόμοις*, ut docet scholiastes ; quod ad emendationem *Νομίμοις* pertinet eam commendant ratio et Clemens Alexandrinus in *Protreptico*, pag. 56 : Νυμφόδορος ἐν *Νομίμοις Βαρβαρικοῖς* lib. I *Stromatum*, pag. 383 : Νυμφόδορος ὁ Ἀμφιπολίτης ἐν τριτῷ *Νομίμων Ἀσίας*.

Miror quod in novissima editione scholiastis Apollonii, D. Scheffer qui illam attente curavit, hoc prætermiserit mendum. Cæterum, hæc natio, Persarum et Mithridatis dominatione absorpta, de se historiæ pauca ; reliquit, et quod narrant Porphyrius et Theodoretus, ab eis præcipites dari scopulis suos parentes, καταχρημνίζουσι, commentitium aut saltem dubium mihi videtur. S. Hieronymus, contra, dicit ab iis populis parentes suspendi. « Quos dilexerunt senes suspendunt in patibulis. » Ex vocam καταχρημνίζω et καταχρεμνάω similitudine factum est ut erraret S. Hieronymus.

Huic mori dejiciendi senes e scopulis inserviebant Sardiniæ populi, ut refert Ælianus (*Var. hist.* cap. 1, § 4). Lego textum D. Coray, *Lex Sardiniæ* :

« Pueri clavis armati, percutiunt patres quos sic interfectos inhumant, magnum sibi ducentes dedecus si ad extremam senectutem perveniunt, nam delinquere necessarium est, dum corpus senio est confectum. » Hic textus perspicuus est ex editione scholiarum Platonis a Ruhnkenio facta pag. 144. Ex illa editione patet Timæum esse auctorem istius narrationis, quam male vertit Ælianus. Suo tempore Zenobius refert eumdem Timæi locum (*Proverbiorum*, v, 85), sed partim. Scholiastes sic loquitur : Ἀνεκάγχασέ τε μάλα σαρδάνιον· παροιμία. Οἱ τὴν Σαρδὼ κατοικοῦντες, ὥς φησι Τίμαιος, ἐπειδὰν αὐτοῖς ὑπεργηράσκωσιν οἱ γονεῖς (ἀπογηράσκωσιν), καὶ νομίσωσιν ἱκανὸν βεβιωκέναι χρόνον, ἄγουσιν αὐτοὺς εἰς τὸν τόπον, ἐν ᾧ μέλλουσι θάψαι, κἀκεῖ λάκκους ὀρύξαντες, ἐπ' ἄκρων χειλῶν τοὺς μέλλοντας ἀποθνήσκειν καθίζουσιν. Ἔπειτα ἕκαστος αὐτῶν, σχίζαν ἔχων, τύπτει τὸν ἑαυτοῦ πατέρα καὶ εἰς τοὺς λάκκους (προσωθεῖ) περωθεῖ· τοὺς δὲ πρεσβύτας χαίροντας ἐπὶ τὸν θάνατον παραγίνεσθαι ὡς εὐδαίμονας καὶ μετὰ γέλωτος καὶ εὐθυμίας ἀπάλλυσθαι. Ἐκεῖ οὖν γελᾶν μὲν συνέβαινεν, οὐ πάνυ δὲ ὁ γέλως ἐπ' ἀγαθῷ τινι ἐγίνετο, παρὰ τοῖς Ἕλλησι τὴν προκειμένην ῥηθῆναι παροιμίαν.

« Sardiniæ incolæ, ut refert Timæus, si parentes ad extremam pervenerint senectutem et si in eo sint ut moriantur, ducunt eos ad locum ubi inhumandi sunt ; tum, terra effossa, morituros ad oram fossæ ponunt, arrepto baculo, percutiunt ; et sic interfectos et dejectos inhumant. Senes ad aspectum mortis gaudent, et suam felicitatem risu et læto gestu significant. Sed quod istiusmodi risus postremum et infaustum diem portendit, a Græcis dictus est risus Sardonicus. »

Col. 40 B 6. Ὑρκανοὶ δὲ καὶ Κάσπιοι. Hyrcani et Caspii, quos populos nominat Eusebius tanquam iisdem moribus utentes, etsi colentes similiter littora maris Caspii seu Hyrcaniæ, sunt tamen inter se satis remoti. « Pluribus nominibus appellatum, celeberrimis duobus Caspio et Hyrcanio, » ait Plinius VI, 15. Si totam phrasim perspicias, compertum videtur parentes adhuc vivos a solis Hircanis projici volucribus et feris, sed defunctos a Caspiis. Attamen, T. Cicero, de isto Hyrcanorum more tractans mihi videtur locutus fuisse de solis mortuis (*Tuscul.* I, 45) : « In Hyrcania, plebs publicos alit canes, optumates domesticos ; nobile autem genus canum illud scimus esse ; sed pro sua quisque facultate parat, a quibus lanietur ; eamque optumam illi censent sepulturam. »

Silius Italicus in *Punicis*, lib. XIII, vers. 471 :

Tellure, ut perhibent, is mos antiquus Ibera :
Exanima obscenus consumit corpora vultur.
Regia cum lucem posuerunt membra, probatum est
Hyrcanis adhibere canes....

Sed Caspii consumpsisse fame parentes annis gravatos arguuntur a Strabone vel Onesicrito, quem citat Strabo lib. XI, cap. 11, 3, pag. 517.

Loquens de Persis, Agathias, quod spectat ad homines adhuc vivos, refert quemdam eorum morem qui convenire videtur narrationi Porphyrii. In libro hujus auctoris secundo (pag. 60 edit. Luparæ), cum de sepultura Persarum, qui a canibus devorantur, non aliter ac Cicero locutus fuisset, subjicit : « Si in Martis expeditionibus nonnulli milites in gravi morbo inciderunt, in loco remoto ponuntur adhuc viventes et jejuni. Cum sic segregati fuerunt, frustum panis, aqua, baculum sub eorum manibus ponuntur ut suam vitam sustentent, et animalia fera propellere possint. Si sic expositi non obierunt, et si tamen morbus gravis ligat ægrotantium membra, tum volucres cœli et feræ semianimos devorant, et sic abiit omnis spes salutis. Sunt qui redierunt ad suas sedes macilenti, exsangues, et metum inferentes iis qui eis obviam ibant ; non aliter ac spectra quædam tragica ex Erebo redeuntia (Polydorus in *Hecuba* Euripidis). Sed qui eo modo redeunt ad sanitatem invisi sunt omnibus ; vitantur sicut contaminati et incolæ Acheronis habiti ; nemo olim commensalis, utitur eorum consuetudine, antequam purgati fuerint a magis ob nefandam mortem cui destinati fuerant et ex qua novam vitam hauserant. »

Stobeus in sua centesima vicesima oratione refert hoc verbum Diogenis Cynici, dicentis : « Si canes dilaniarent ejus corpus, sepulturam Hyrcaniam se habiturum ; si vultures, Bactrianam. » Hic sepeliendi modus non erat tantum Hyrcanorum et Caspiorum sed et Persarum et magorum modus. Cicero, *Tuscul.* I, 45 : « Magorum mos est non humare corpora suorum, nisi a feris sint ante dilaniata. » Strabo, lib. XV, cap. 3, § 20, pag. 733 : Μάγοι

Digitized by Google

θάπτουσιν οἱ Πέρσαι, ἀλλὰ οἰωνοβόρους ἐῶσι : « Persæ non sepeliunt Magos, sed avibus comedendos projiciunt. »

Transeamus ad Scythas. Auctor de quo nunc, dicit : « Scythæ inhumant vivos aut trucidant, in honore mortuorum, quos defuncti magis dilexerant. » Herodotus (lib. IV, cap. 71) sigillatim enarrans regum Scytharum funera, in hæc desinit : « Unam ex concubinarum strangulatam inhumant, deinde pincernam, cocum, armigerum, pedisequum, nuntium, equos, uno verbo, quoscunque primos ad famulatum suum habuit. »

Stobæus, sermo 120 : « Taurici gens Scythica, humant cum suis regibus charissimos eorum amicos. » Quod adjecit Porphyrius de more trucidandi quosdam supra rogum, illud non convenit Scythis qui non urebant mortuorum suorum corpora, sed Indis, ut nemo nescit.

Col. 40 B 9. *Καὶ Βάκτριοι.* Bactriana sub radicibus Paropamisi, ad Araxem sita, iisdem utebantur moribus ac populi finitimi quos sigillatim lustravimus. Strabo Porphyrii aut potius Onesicriti dictum a Porphyrio citatum fulcit, lib. XI, cap. 11, 5, pag. 517.

Sogdiani et Bactriani olim parum aliter ac nomadum genus sese gerebant. Attamen Bactriani mitiores erant moribus. Onesicritus tamen de illis loquens parcit laudibus. Dixit enim ab illis exponi ægros adhuc vivos, canibus quos educant ad hunc finem et quos vocant eorum lingua, *sepelientes canes*. Extra muros metropolis Bactrianorum omnia pura erant loca, sed intra, omnia ossibus humanis referta ; at Alexander mori nefando imposuit finem.

Plutarchus ait : « Hyrcanorum canes et Bactrianorum volucres, jubente lege, devorant mortuos. »

Col 47 B. 9. *Supra res eas.* Id est nihil amplius quam quod in cœlo apparebat.

Col. 53 A 15. *Μαθητὴς ὢν Ἀναξαγόρου.* Euripides non potuit Anaxagora magistro uti.

Hic anachronismus Diodori patet.

Col. 57 A 2. Censorinus, cap. 4 : « Anaximander-Milesius (ait) videri sibi ex aqua terraque calefactis exortos esse sive pisces sive piscibus simillima animalia, in his homines concrevisse, fœtusque ad pubertatem usque (intus) retentos, tum demum, ruptis illis, viros mulieresque, qui se jam alere possent, processisse. »

Plutarchus, *Sympos. lac.* 8, problem. 8, sub finem, idem dixit de Anaximandro, scilicet, homines primum versatos fuisse in ventre piscium et intus sicut parvuli alitos, tum demum exiisse, natura robur præbente, et terra potitos.

Ibid. B 4. *Ἀνδρα.* Valck. *Diatrib.* p. 45, ubi ἀνδρη πετεινά ; sic etiam Wessel. ad Diodor. I, 1.

Col. 56, D 2. *Γόνιμον θερμοῦ τε καὶ ψυχροῦ.* Ritter *Hist. philos.* t. I, γονιμοῦ θερμόν τε καὶ ψυχρόν. Cf. eumdem in sequentibus.

Ibid. 5. *Περιφῆναι.* Περιφῦναι *Wittembach.*

Col. 60 C 5. *Ὅττι τοι.* Diogenes Laertius, in *Socratis Vita* (lib. II, seg. 21). Demetrius Byzantinus ait Socratem, qui ducebat parvi momenti arcana naturæ, cœpisse docere ethicam in officinis et triviis ; dicebat illud exquirendum :

Ὅττι τοι ἐν μεγάροισι κακόντ' ἀγαθόντα τέτυκται.

Idem l. VI, seg. 103, in *Vita Menedemi* : Hoc dictum Diogeni tribuit Diocles, quod alii Socrati vindicant. Vide Aulum Gell. l. XIV, 6 : « Meæ *Noctes* de eo maxime illo versu Homeri quæsierunt, quem Socrates præ omnibus semper rebus sibi esse cordi dicebat :

Ὅττι τοι ἐν μεγάροισι κακόντ' ἀγαθόντα τέτυκται. »

Sextus Empiricus *Adv. mathem.*, lib. VII, 21, p. 374 :

« Socrates palam dicebat nihil aliud exquirendum esse : εἰ μὴ

Ὅττι τοι ἐν μεγάροισι κακόντ' ἀγαθόντα τέτυκται. »

Denique Eusebius ipse (lib. XV, cap. 62, pag. 865) idem Socrati adjudicat adagium.

« Socrates merito profitebatur, quædam nobis superiora, quædam scitu inutilia. Sic physica superior nobis est. Quæ post mortem eveniunt nihil nobis curanda sunt : humana tantum ad nos spectant ; quamobrem, missam faciens Anaxagoræ et Archelai disciplinam, uni incumbebat scientiæ : ὅττι τ' οἱ... κ. τ. λ. »

Col. 61 A 6. Aliquid deesse Wittembach existimat.

Col. 64 C 5. *Τοῦ κατὰ αἰτίᾳ.* Schaubach (*Anaxagoræ fragmenta*, p. 153) conjicit οὐσίᾳ. Auctores historiæ philosophicæ non hic conveniunt inter se. Anaxagoras primus, intelligentiam præposuit, scilicet νοῦν, tanquam sublunarium rerum causam ; quod dixit et Eusebius, sub finem libri X, p. 504, *Præparationis evangelicæ* his verbis : « Anaxagoras Hegesibuli Clazomenensis filius, primus vera principia rerum docuit. Non solum majorum more, rerum arcana docuit, sed etiam causas quibus moventur. In principio, inquit, omnia commista jacebant (τὰ χρήματα ὁμοῦ πεφυρμένα) ; sed intelligentia accedens ordinem confusioni substituit : Νοῦς δ' εἰσελθὼν αὐτὰ ἐξ ἀταξίας εἰς τάξιν ἤγαγεν : quo supponendum est, ante Anaxagoram, causam efficientem et motricem fuisse ignotam tanquam intelligentem, id est νοῦν. »

Nunc veniamus ad auctores qui Anaxagoram auctorem hujus doctrinæ dicunt ; post videbimus, an ante illum cæteri philosophi professi sint hanc magnam doctrinam, et quis tandem illius habendus sit auctor.

Diogenes Laertius sic incipit in historia hujus philosophi : « Anaxagoras Hegesibuli aut Eubuli Clazomenensis filius, primus submisit materiam intelligentiæ. » Diogenes, talia verba referens, idem et iisdem fere verbis dicit atque Plato, in *Phædone* t. I, pag. 97. Eusebius eadem dicit lib. XIV, 15, pag. 752 *Præparationis evangelicæ* : « Forte » ait Eusebius, « audivi, lecto Anaxagoræ libro, quemdam dicentem, intelligentiam solam omnia ordine disposuisse ; gavisus sum, et optime dictum mihi visum est intelligentiam fuisse omnium causam. Lætus ergo accepi magistrum mihi Anaxagoram occurrentem et docentem omnium existentium causam in intelligentia positam esse. »

Et Plutarchus, in *Vita Periclis*, cap. 4 ait : « Primus Anaxagoras præposuit universo orbi tanquam rerum principium non fortunam aut vim, sed quamdam intelligentiam puram mistionisque expertem. » Idem Plutarchus, in *Placitis philosophorum*, aut qui sub ejus nomine scripsit, lib. I, cap. 3, eadem refert de Anaxagora. Locus iste desideratur apud Eusebium (*Præp. evang.*, lib. XIV). Mutilatus invenitur in Stobæo (lib. I *Eclog. Physic.* § 28). Idem Plutarchus dixit in Anaxagora esse duplex mali principium, *De Iside*, cap. 48 : « Ἀναξαγόρας δὲ νοῦν καὶ ἄπειρον. Anaxagoras invenit intelligentiam et infinitum. » Sed error est Plutarchi. In tertio capite primi libri *Metaphysicorum*, Aristoteles ordine lustrat varias philosophorum opiniones de primis causis, et ostendit quibus ratiocinationibus Anaxagoras invenerit intelligentiam (scilicet νοῦν) esse omnium rerum causam. Secernit accurate diversa principia inertis materiæ, quam *homœomeriam* (ὁμοιωμερίαν) vocat. Quod verbum Latine verti non posse dixit Lucretius (I, vers. 830) :

Nunc et Anaxagoræ scrutemur homœomeriam,
Quam Græli memorant, nec nostra dicere lingua
Concedit nobis patrii sermonis egestas.

Digitized by Google

His distinctis principiis, infiniti proprietatem concedit philosophus; deinde quod inveniret mutationem formarum essè causam efficientem orbis universi, quæsivit an una aut multiplex esset ista causa, « nam, ait, substratum non a se ipso mutatur. Quærere illud principium, inquit, idem esset ac quærere motricem causam. » Postquam deinde philosophorum alios multum et incassum in hac investigatione sudasse, alios, nihil certi nactos, dubio fluctuasse, exposuit, subjicit Aristoteles : « Nullam causam sufficientem rerum naturalium invenientes, necessario amplexati sunt quamdam causam effectricem superiorem. Nec terra enim, nec quidquam illi simile, causa esse potest recti et boni ; sed non magis admittendum est fortunam et quamdam aleam esse causam rerum.

« Ergo philosophus qui primus dixit inesse naturæ sicut animalibus quamdam intelligentiam, omnis exsistentis ordinis causam, hic habitus fuit præ cæteris aliis qui illum præcesserant, tanquam homo sana mente utens. Nunc si famæ creditur, Anaxagoras primus invenit illam doctrinam ; attamen exsistit aliqua dubitatio et forte quædam accusatio, scilicet, Hermotimum Clazomenium illius doctrinæ fuisse inventorem. » Sed illa præpostera Aristotelis assertio nullam nacta est fortunam apud antiquos et parvi momenti habetur. Ficta et commentitia tanto plus mihi habetur, quod Anaxagoras hausisse principia philosophiæ apud Anaximenem Milesium dicitur. Cic. *De nat. deor.*, I, II : « Anaxagoras qui accepit ab Anaximene disciplinam. » Strab. lib. XIV, p. 645. Eadem tradit Diog. Laert., in *Vita*, initio. Quoad hunc Hermotimum, qui Anaxagoræ a quibusdam opponitur, præstigiator haberi debet : qui dicebat animam suam a corpore exire ut passim vagaret : inde facultatem prænuntiandi astrorum defectus sumebat ; inde quoque mors ei procurata fuit. Ista leguntur inter *Historias commentitias* Apollonii Dyscoli, a Meursio editas, c. 3.

Anaxagoras physicus, Clazomenius, Anaximenis Milesii fuit discipulus. Attamen Aristotelis commentatores, Alexander scilicet Aphrodisiensis, apud Simplicium, lib. VIII *Physicorum*, p. 321, necnon Philoponus, quod a magistro suo dictum fuerat, revocaverunt. Sextus Pyrrhonicus, *Adv. Matth.* l. IX, 7, p. 549, hoc etiam dixit, sed ex Aristotele : « Anaxagoras dicit omnia olim fuisse confusa, omniaque ordinata ab intellectu superveniente ; sed Aristoteles tradit Hermotimum Clazomenium, Parmenidem Eleum, et multo ante ipsos, Hesiodum quoque hanc opinionem tenuisse. »

Iste scepticus impudenter mentitur, qui, ut omnes doctrinas opinionesque saniores destruat, supponit Aristotelis dictum quod nunquam iste philosophus protulit. Vidimus ab illo hanc opinionem attributam fuisse primum Hermotimo : adest suspicio, αἰτίαν δ' ἔχει. De Parmenide et Hesiodo sic fatur, *Metaphys.*, l. I, c. 4 : « Supponi posset Hesiodum aliquid simile quæsiisse, quia, ante alios, sicut Parmenides, principium omnium rerum dixit Amorem, ideo quod causa sit necessaria in exsistentiis, ut moveantur et contineantur. Hanc difficultatem serius solvemus, scilicet quisnam primus hanc doctrinam tenuerit? »

Minimam laudem conciliat Aristoteli talis doctrinarum Hesiodi, Parmenidis et Anaxagoræ confusio. Quænam paritas est motus illius physici et animalis qui vocatur Amor, cum intelligentiæ pura notione? Sed enim Aristoteles non absolute dicit mentem eamdem habuisse et Hesiodum et Anaxagoram. Voluitne, pulsus invidia, Anaxagoræ professionem obscuram facere, et ideo cum Hesiodo et Parmenide æmuloque perobscuro Hermotimo hunc illustrem philosophum componere? Sed, inquam, non absolute dixit idem putavisse et Hesiodum et Anaxagoram, ταυτὰ φρονεῖν, ut Sextus contendit ; quod non potuisset sine læsione propriæ famæ, neque hanc sententiam rursum protulit, saltem in operibus quæ usque ad nos pervenerunt. Multo melius longeque aliter de Anaxagora loquitur in lib. VIII, cap. 5, p. 538, ed. Duval, *De auditione physica* : « Summa cum ratione professus est Anaxagoras, cum dixit, νοῦν mentem impassibilem esse unamque quoad substantiam, cum ei tribueretur motus principium. » Hic jam non revocatur Hermotimus.

Simplicius in commentario suo de eodem tractatu, folio 285, recto, edit. Ald., 1526, dicit : « Ullo sine dubio confirmat auctorem motus esse immobilem, doctrinam Anaxagoræ celebrando, qui ut principium ponit νοῦν, id est mentem, esse primum motus auctorem, eamdemque mentem esse immobilem perfecteque unam quoad substantiam. » Idem Aristoteles, *De cœlo*, l. III, c. 2 : « Nullus effectus naturæ conformis, casu evenit ; mihi videtur Anaxagoras recte egisse, cum principium hoc posuit, scilicet statutum fuisse ordinem in mundo ab *agentibus* immobilibus. »

Simplicius, hanc occasionem nactus, hanc sententiam Anaxagoræ citat : « Ἦν πάντα ὁμοῦ χρήματα· ἐλθὼν οὖν διεκρίνας ἐκόσμησε. » Scripsit, ut videtur, ἐλθὼν, loco διακρίνας, folio 143, edit. Aldin., 1517, verso. Sed ista Anaxagoræ sententia non semper iisdem verbis prolata fuit. Denique, l. XII *Metaphys.*, c. 6, hunc designat sub nomine generico οἱ φυσικοί· ὡς λέγουσιν οἱ φυσικοί· ἦν ὁμοῦ πάντα χρήματα.

Proclus, *in Timæum* Platonis, initio, facete quod Aristoteles scripserat in loco supra citato *Metaphys.* referre videtur : « Anaxagoras primus esse videtur, qui, dum omnes alii se somno darent, percepere intelligentiam esse omnium causam. »

Themistius, Orat. XXVI, p. 317 : « Primus Anaxagoras admisit mentem et divinitatem in creatione mundi, et non omnia ad corporum naturam retulit. »

Videat, cui libet, Cedreni compilationem, p. 158 tom. I edit. Luparæ.

Clemens Alexandrinus, *Stromat.* l. II, p. 435 : « Ἀναξαγόρας πρῶτος ἐπέστησε τὸν νοῦν τοῖς πράγμασι ; » sed, inquit Pater, hic non stetit prudens in veritate ; creationis dignitatem sustulit, turbines absurde fingendo . . .

In hoc loco, Clemens demonstrare contendit Moysen antiquos auctores superare quod doctrinam creationis mundi. Omissis Thalete et cæteris, ad Anaxagoram pervenit, cujus doctrina alias superat, quia dicit mentem esse rerum causam et ordinatricem ; deinde autem Clemens dicit Anaxagoram aliquo modo primam doctrinam reliquisse, quod stulte admiserit turbines. Quis non videt hic Clementem erravisse, aut nos decipere voluisse? Nulla est contradictio in doctrina philosophi. Explicatio legum generalium physicæ, quam tradebat Anaxagoras, ut nostris diebus Descartes, ope intervenientium turbinum, nullo modo contradicebat principio quo admittebat motus ordinisque mundi causam esse spiritualem et immobilem. Hic creator vel ordinator opus suum confirmavit, intervenientibus physicæ generalis legibus quæ motus gubernant ; leges istæ sunt turbines, Δῖνοι, qui mundi rotationem faciunt. Quid in his absurdum? Ante Newton, Descartes secundam causam effectum naturalium turbinibus vel impulsioni dederat : et hoc tempore, angligena doctus attractionem admittit. Theorias autem Cartesianas evertit Newton, non quod essent absurdæ, sed quia gravitatis generalis corporum sua expositio scientiæ difficultatibus magis obvia erat.

Primus Anaxagoras mentem rebus præposuit. His testimoniis ex Græcis desumptis, Ciceronis testimonium addam, ipsumque sibi contradicentem inducam. In loco enim jam citato hujus auctoris, legitur : « Anaxagoras qui accepit ab Anaximene disciplinam, primus omnium rerum descriptionem et modum mentis infinitæ vi ac ratione designari et confici voluit. » Et tamen in eodem capite scripserat paulo ante : « Thales Milesius qui primus de talibus rebus quæsivit (de naturalibus) aquam dixit esse in

Digitized by Google

lium rerum, Deum autem *Mentem* quæ ex aqua cuncta fingeret. » Nonne adest contradictio? Lactantius, l. I, c. 5, verba Ciceronis transcripsit : « Thales Milesius, qui unus e Septem sapientum numero fuit, quique primus omnium quæsisse de causis naturalibus traditur, aquam esse dixit ex qua nata sint omnia, Deum autem esse mentem qui ex aqua cuncta formaverit. »

Hæc ultima affirmatio explanationem exigit. Nullus ante Ciceronem scriptor dixerat Thalem admisisse Deum creatorem mundi, a materiaque independentem. Aristoteles dicit, *Metaph.*, l. I, c. 3 : Γὰς ἐν ὕλης εἶδει μόνον ὑφήησαν ἀρχὰς εἶναι πάντων. Plerique philosophi causam rerum spiritualem non admiserunt, Thalesque profecto inter eos, ut hujus scholæ princeps, annumerari debet. Testimonium novum et fere nullum allegatum fuit, ut Ciceronis affirmatio tutaretur : Cyrillus Alexandrinus in *Invectivis adversus Julianum*, l. I, c. 4, sic : « Thales Milesius dicit Deum esse mundi mentem. » Sed primum hæc verba non satis clara apparent, et amplius hic Pater non semper in citationibus scrupulose agit, siquidem in eodem opere Sanchoniathon mentionem facit ex *Stromatibus* Clementis Alexandrini, et ex Josephi versione : in his porro de Sanchoniathon nullo modo agitur. Virgilius Anaxagoræ sententiam sic tradit, *Æneid.* lib. VI, 726.

..... Totamque infusa per artus
Mens agitat molem et toto se corpore miscet.

Thales existentiam deorum admittebat, ut Anaximander, Anaximenes, Empedocles et omnes physici qui principium rerum in materia reponebant, et certe, sine eorum injuria, non potest dici eos atheos esse at Theodorum Cyrenæum aut Diagoram ex insula Melos; sed Christianismi doctrinæ differunt ab antiquorum opinionibus qui propterea sæpe a nobis male æstimantur. Hic error quo notiones revelatas cum notionibus ope luminis naturalis detectis confundimus, jam notatus fuit a Warburton, cujus opus in Gallicum vertit sermonem Silhouette, *Dissert.* 12, tom. II, p. 176. Episcopi Sherlock quartus sermo, totus de hac quæstione est. Sic sæpe vocamus atheos, philosophos qui non admiserunt Deum creatorem, Deum e nihilo omnia extrahentem, aut saltem mentem omnino separatam a materia quam finxit. Hæc Anaxagoras primus professus est, quem secuti fuere et Socrates et Plato et Aristoteles aliique; nullus autem, ante Anaxagoram, nec Thales ipse, has veritates ediderat. Anaxagoræ apophthegma, a Diogene Laërtio citatum iterumque a Stobæo, refert quod ipse interrogatus quid esset antiquius, respondit : « Deus, quod non ipse generatur. » Sic Cicero *De legibus*, l. II : « Thales, qui sapientissimus in Septem fuit, aiebat homines existimare oportere, quæ cernerentur, deorum esse plena. »

Deos admittebat, non autem ante omnia exsistentes nec creatores. Versatur in sententia Homeri qui originem rerum et Deorum aquam dicit, *Iliad.* Ξ, versu 202,

Ὠκεανόν, τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα Τηθύν.

Et ibidem, versu 246 :

Ὠκεανοῦ, ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται.

Idem censet Hesiodus, qui Deos non exhibet nisi postquam chaos ordinatur et ipsi tellure feruntur, *Theog.* v. 116 :

Ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετ', αὐτὰρ ἔπειτα
Γαῖ' εὐρύστερνος, πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ
Ἀθανάτων, οἳ ἔχουσι κάρη νιφόεντος Ὀλύμπου.

Hæc opinio ita prævalebat, ut Aristophanes in *Avibus*, vers. 477, dicat : « Si aves ante terram, ergo ante deos creati sunt :

Δύκοῦν δῆτ' εἰ πρότεροι μὲν γῆς, πρότεροι δὲ θεῶν
[ἐγένοντο. »

Hesiodum dicit Plutarchus, *De Iside*, c. 57, alia principia non admisisse dici posse, nisi ea quæ prima vocat, scilicet terram, chaos, tartarum et Ἔρωτα, *amorem*. » Hesiodus, et omnes theologi, inquit Aristoteles, « in id solum attenderunt quod mentem lectorum caperet; quid autem nos philosophi credere possumus, quando dicunt alios deos natos fuisse, quos *principia* vocant, omnesque nectaris et ambrosiæ inexpertes, esse mortales? .... Etenim, hos si gustant victus dii, voluptatis causa, neque nectar aut ambrosia sunt exsistentiæ divinæ causæ; si contra ab his victibus exsistunt, quomodo essent immortales, qui cibo egent? Ista fabulosa sophismata vix attentione digna sunt. Sed ab iis qui ratiocinationem adhibuerunt quæro, quomodo essentiæ ab eadem origine ductæ, dividuntur deinde in immortales natura, et natura mortales? In hac doctrina quoniam adest contradictio, hæc non sunt principia rerum. Empedocles, qui sapientissimus dici potest, in eadem contradictione versatur. Dicit disputationem (νεῖκος), destructionis esse causam et principium : cur non autem eadem esset principium generationis? ex ea etenim omnia, si excipias Deum, proveniunt; dicit enim : « Omnia quæ sunt, omnia quæ erunt, ab ipsa sunt, et erunt, et crescunt; scilicet arbores, homines, feminæ, aves, pisces qui unda amara nutriuntur, diique ipsi qui vita infinita gaudent; » etc.

Sic philosophi qui ante Anaxagoram florebant, ex Aristotele, omnes usque ad unum, credebant deos ipsos a principio universali, materiali, simplici vel multiplici, quidam aqua, quidam igne, quidam aere, genitos fuisse. Arist. *Metaphys.* l. III, c. 4.

Hunc errorem primus Anaxagoras impugnavit. Post ipsum, Chaos, illud inquam Sanchoniatis et Hesiodi, ut principium receptum a quibusdam fuit.

« Accusilas, inquit Damascius Περὶ Ἀρχῶν, codex 1987, folio 567, mea sententia, Chaos primum principium putavit, utpote omnino ignotum; deinde Erebum, principium masculinum, noctem, principium femineum admisit; quorum prior immensitatem, posterior rem finitam significat. »

Irenæus, *Contra Hæreses*, l. II, c. 4 :

« Antiphanes in theogonia de nocte et silentio Chaos emissum dicit : dehinc de Chao et nocte cupidinem, et ex hoc lumen : dehinc reliquam secundum eum primam genesim. Post quod rursus secundam deorum generationem induxit et mundi fabricationem. Dehinc de secundis dils narrat hominum plasmationem. »

Sic, ante Anaxagoram elementa materiæ, obscuritas et immensitas principium rerum putabantur; isque primus hanc opinionem deseruit, præeminentiamque menti tribuit : inde νοῦς vocabatur. Plutarchus, in loco jam citato *Vitæ Periclidis*, dicit : « Periclidis domum assidue inter alios adibat Anaxagoras Clazomenus, qui Νοῦς cognominabatur. » Epitaphium Anaxagoræ sic leginius, lib. VIII, c. 19 *Historiarum diversarum* Æliani : *Hic jacet ille qui proxime ad veritatem accedit, quoad exsistentiam cœlestis mundi, is est Anaxagoras.* Altare illi erectum fuisse fertur, cui juxta quosdam Νοῦς, juxta alios Ἀλήθεια, inscribebatur.

Certe tales honores non illi attributi fuissent, Νοῦς non cognominatus fuisset, si quæ dicta fuerant a Thalete, a Parmenide, ab Hesiodo, aut quæ ab Hermotimo audierat, tantum in lucem revocaverat.

Col. 65 D 6. *Ἐφ' ἑστίας*. Lege ἀφ' ἑστίας, quod jam vidit de Rhoer *ad Porphyrium*. Proverbialis locutio est quæ *a principio* sonat. Hanc explicat Zenob. *Proverb.* I, 40. Cf. Casaub. ad Strab. I, 24; Runkenius *ad scholia Platonis*, p. 256. Hanc formulam citat scholiastes Aristophanis ad *Vespas.* v. 842, ut alii bene multi. Οἱ πρῶτοι ut glossema dele.

Col. 68 A 4. Vide Eusebium, *Demonst. Evang.* lib. I, p. 34 edit. Montacutii.

Col. 73 A 7. *Ἀμμουνέων γράμμασι*. Reinesius

Digitized by Google

Varia lectiones lib. I, c. 22, p. 27 : « Ægyptiis et Æthiopibus solemne doctrinas suas sacras et sapientiam arcanam de naturalibus et civilibus, symbolicis quibusdam figuris animalium, aliarumque rerum sublunarium cœlatis ceu libris mysticis in pyramidibus et obeliscis proponere, partem etiam in templorum adytis conservaverunt soli ejus custodes et doctores ἀμμουνίες seu sacerdotes, quorum in Solonis, Pythagoræ, Democriti, Platonis vita multa mentio. »

Cf. J. Bryant *New system, or analyse of ancient Mytholog.*, London 1775, 4°. Vide Wittembach *Biblioth. critic.* I, 53.

Col. 76 B 1. *Ὁμοίως σχήματι.* Damascius, in libro suo *Principiorum*, sic Sidoniorum explicat cosmogoniam : « Omnibus rebus Sidonii fundamentum Tempus dant, Desiderium et Nubem. Coeuntes Desiderium et Nubes genuerunt Aerem et Abram, a quibus producitur ovum. »

Idem Phœnicum cosmogoniam, ex Moscho, explicans : « Primum, ait, et ante omnia fuit æther, dein aer, ex quo provenit Oulomos, qui, a seipso fecundatus, genuit primum Chousoron (cujus nomen significat *qui aperit*), dein ovum, posteaque Lipsen et Notum. In duas partes dividitur ovum : prior pars facit cœlum, posteriorque terram. » De ovo, symbolica significatione mundi, vide Macrobium, lib. VII, 16 ; Apium a Clemente Romano citatum, in hom. 6, p. 687 edit. Coteler. ; dein hoc carmen a Damascio transcriptum :

Ἔπειτα δ' ἔτευξε μέγας Χρόνος αἰθέρι δίῳ
Ὠεον ἀργύρεον.

Eusebius, *Præpar. evang.* lib. III, p. 115, ex Porphyrio mentionem facit Ægyptii dei Kneph. cujus ex ore ovum exit a quo producitur deus Phtha.

Ibid. C 11. *Ἐπιθύσεις.* Hic locus jam supra c. 9 init. memoratur, cum varia lectione ἐπιχύσεις loco ἐπιθύσεις.

Col. 77 A 15. *Κάσσιον.* Jupiter Casius cultus fuit usque ad tempora longe posteriora ; *Anthologia* continet anathema Trajani ad hunc deum.

Ζεῦ Κάσιε Τόδ' Ἀινεάδης Κασίῳ Τραϊανὸς Ἄγαλμα
Κοίρανος Ἀνθρώπων Κοιράνῳ Ἀθανάτων.

Cujus ad honorem numismata Syriæ Phœnissæ cusa sunt. De monte Casio vide Salmasium *in Adrianum* Spartiani, c. 14 ; Wesseling, in *Itinerarium Antonin.*, p. 152 ; Suidam in voce *Κάσιος* ; Relandi *Palæstinam*, tom. II ; Boivinum juniorem, inter *Commentaria Academiæ*, tom. II, p. 279 ; et de cultu geratim montium, Maximum Tyrensem, Diss. 8, p. 129 ; Dion. Chrysost., Dissert. 12, p. 212 ; Guiraldum, p. 90, *De diis*.

Ibid. B 2. *Μημροῦμος.* Lectionem admisi mss. 466 et 467 a Bocharto propositam, *Geographia sacra*, lib. II, c. 2, p. 706 ; Σαμημροῦμος loco Μημροῦμος.

Ibid. B 6. *Τῦρον.* Hic non agitur de urbe Tyro, siquidem inferius indicat Biblon ut primam urbem muris circumseptam, sed de loco *Tyrus* dicto. Vide Bochart, *Chanaan*, lib. II, c. 17.

Ibid. C 5. *Ἀγρέα.* Agræus nomen est Arabiæ gentis, cujus urbs caput Agra, postea Petra vocata fuit. Istiusce populi numisma, cujus Relandus mentionem facit, *Palæstina sacra*, t. I, l. III, p. 933, in una facie fert Ἀγρεύς, in altera autem, Ζεὺς Κάσιος.

Ibid. C 14. *Διὰ μηχιον.* Jupiter Machinator. Vide Bochart., *Chanaan* II, 2 ; Lucianum, *De sacrificiis*. Hoc nomen, Ζεύς, diversis diis a Philone datum, nomen est generis quo divinitas indicatur. Alius est Ζεύς, Croni filius, Cretæ, dein Græciæ deus.

Col. 80 A 9. *Ζυγοφορούμενον.* Templum de quo hic agitur, quod ab aliquot jugatorum boum paribus gestabatur, morem Orienti proprium revocat. Multa similia templa a nobis indicantur : Primum fœderis arca, cujus varia itinera describuntur in Bibliis sacra, in l. I Regum, c. VI ; in Actibus Apostolorum, c. 6, v. 43 ; primi enim homines vitam errantem degebant. Apud Ægyptios, vocabantur παστοφόροι, *deorum vectores*. Vide 6. lib. *Stromatum* Clementis Alexandrini ; Vide Macrobium, *Saturnal.* II, 4 :

« Vehitur simulacrum dei Heliopolitani ferculo, veluti vehuntur in pompa ludorum circensium deorum simulacra ; et subeunt plerumque provinciæ proceres, raso capite, longi temporis castimonia puri »

Servius in versum 68 lib. VI Æneid. :

. . . . . *Da Latio considere Teucros,*
Errantesque deos, agitataque numina Trojæ.

Certe Ξόανα dicit, id est simulacra brevia quæ portabantur in lecticis, et ab ipsis mota infundebant vaticinationem.

Eustathius, in versum 423 *Iliad.* T. II, p. 122, edit. Rom. :

Τινὲς μὲν ἱστορικῶς θεραπεύουσι, λέγοντες ὅτι, etc.

Quidam hunc versum historice interpretantur, et dicunt apud Diospolim Ægypti exsistere Jovis templum, ex quo Æthiopii statuam dei necnon et numinum sociorum extrahunt, ut eam ferentes Libyam circumagant. Herodotes pariter mentionem facit, c. 63 *Euterpes*, divinitatis papremiticæ, cujus statua erat in templo ex ligno deaurato, quæ pridie ad alteram capellam deferebatur, ut exinde producerentur in curru quatuor rotis. Vide Diodorum Siculum l. II, p. 88.

Si Gogueto fidem adhibeas, *Fragmenta historicorum Sinensium*, t. VI, p. 320, *De origine legum*, hic mos apud Sinenses viget.

Ibid. 10. *Παρὰ δὲ βιβλίοις.* Lege Βυβλίοις, *apud Byblios*, ut jam vidit Vigerus.

Ibid. 15. *Μάγον.* Nomen Carthaginensibus commune.

Ibid. B 5. *Ἑρμῆν.* De diversis modis hoc nomen scribendi vide quod legitur, p. 133, de Dioscuris Cabirianis ; vide quoque Hemsterhuys *in Lucianum*, t. I, p. 281, edit. in-4°.

Ibid. B 10. *Ἑλιοῦν... ὕψιστος.* Pausanias *Bœoticorum*, c. 8 : « Apud Thebas est, prope portas *Hypsistas*, templum Jovis Hypeisti. » Hesychius Ἑλιεὺς Ζεὺς ἐν Θήβαις. Ex Hesychio, eodem nomine indicatur quidam Cypri deus. Evidenter agitur de deo Phœnicum ad utramque regionem translato. Valckenaer revocat Melchisedech : Ἱερεὺς τοῦ Ὑψίστου.

Ibid. B 13. *Οὐρανόν.* Lactantius, *De falsa religione*, c. 15 : « Privatim singuli populi gentis aut urbis suæ conditores, seu viros fortitudine insignes seu feminas castitate, summa veneratione coluerunt, ut Ægyptii Isidem ; Mauri, Jubam ; Macedones, Cabirum ; Pœni, Uranum ; Latini, Faunum. »

Ibid. C 7. *Κρόνον.* Cronus, Latine *Saturnus*, apud Orientales *Bel* vel *Bal*.

Theophilus *ad Autolycum*, l. III, p. 394, ed. Christophori Wolf : Ἔνιοι σέβονται τὸν Κρόνον καὶ τοῦτον αὐτὸν ὀνομάζουσι Βὴλ καὶ Βάλ, μάλιστα οἱ οἰκοῦντες τὰ ἀνατολικὰ κλίματα. Παρὰ δὲ Ῥωμαίοις Σατοῦρνος ὀνομάζεται.

Ibid. C 8. *Σίτων.* Scaligerus in *Collectione fragmentorum*, p. 3, legit *Dagonem*, qui appellatur piscis (ἰχθύς.) Contradicit Bochart, *Hierozoicon*, 1, 6. Vide Valckenaer, p. 15 de sa *Dissert. sur Aristobule*.

Col. 81 C 4. *Βαιτυλίας λίθους.* Hæc de petris Bœtylis seu animatis opinio pluribus antiquorum testimoniis nititur. Falconet hæc testimonia collegit. Vide tom. VI *Commentariorum Academiæ Inscriptionum*. Ex hoc auctore eædem sunt petræ ophitæ vel æthereæ, quas indicat Orpheus.

Digitized by Google

de lapidibus : quarum nomen Phœniceum est *Abadir*. Priscianus, l. v, p. 647 edit. Putschii : « Abadir deus est (tertius Ourani filius) : appellatur et hoc nomine lapis ille quem Saturnus dicitur devorasse pro Jove quem Græci Βαιτύλον vocant. »

Vide in *Etymologico magno*, Hesychium in ea voce. Damascius, *De Vita Isidori*, a Photio citatus in *Bibliotheca*, multa de hoc impie dixit : Μυρία τερατολογεῖ ἄξια γλώσσης ἀσεβούσης. Juxta Falconnet, vocantur quoque *petræ fulminis*, et Gallice *aérolithes*.

Iotacus, inquit Plinius, 37-25, admittit duo genera petrarum fulminis, scilicet ceraunitas nigras, et ceraunitas rubras quæ securibus similes sunt. Falconnet dicit nomen *betylæ* non a lingua Græca derivare, sed immerito. Priscianus illi contradicit; *Etymologicum magnum* hoc nomen dicit derivare a βαίτη, quod significat vellus ovis vel capreæ, ut ex τόμα, στωμύλος, ex χρέμης, χρεμύλος; in epist. 4 Phalaridis, *ad Matrim*, ex collectione *Epistolographorum*, nomen est proprium. Sic vocata fuit petra devoranda ovis loco oblata Saturno, quod in caprina pelle involvebatur. Syllaba *ir*, qua desinit nomen Abadir Phœnium ad idioma prorsus pertinet : Gadir (Cadix), Cadir, etc. Ex his, corrigendum est *Etymologicum magnum* p. 192 Sylburgii.

Βαιτύλος λίβαγον τὸ ὄρος, τῆς Ἰλίου πόλεως. Ex Cyrillo legi debet : Βαιτύλος λίθος, γενόμενος κατὰ τὸν Λίβανον τὸ ὄρος, τῆς Ἴλου πόλεως. Ἴλιον male a quibusdam substitutum fuit loco Ἴλου. Correctio quia τῷ Ἴλου suppletur ἡλίου nec valet. Hil vel Hel, apud Phœnices nomen est Saturni qui cum sole nullam relationem habet. Probabile est nomen urbis Heliopolis ab Helo, vel Hilo quod significat Saturnum, et πόλις derivare; Saturnus, Edessæ Elgabal appellabatur : « Mons Saturnus, deus mons, deus Saturnus. »

Ibid. C 14. *Ἐν παραλᾳ.* Stephanus Byzantinus, in ea voce : Νίσιβις πόλις ἐν τῇ Παραλίᾳ τῇ πρὸς τῷ Τίγρητι ποταμῷ. Φίλων ἐν *Φοινικικοῖς*. Σημαίνει δὲ ὡς φησι Φίλων τὰς στήλας. Hic Philo, ut probabile est, qui notas ad grammaticam, ad geographiam et ad alias scientias attinentes inserebat in Historia sua, hanc observationem adjecit; inde historiæ constat authenticitas. Inde præterea colligendum est imperii Tyrii fines multum excessisse terminos Phœniciæ proprie dictæ, qui nempe extendebantur usque ad Nisibum, ad Tigridem, celeberrimam urbem imperii Orientalis.

Col. 81 C 14. *Ἀπόλλων.* Apollinis Tyrii templum Uticæ erat famosissimum, referente Plinio, lib. xvi, 79. Apollinis templum intra mœnia Carthaginis, in parte quæ dicebatur Cotho, a militibus Romanis vastatum fuit, urbe capta a Scipione Æmiliano. Vide Appianum, *De bellis Punicis*, c. 79. Hujus templi nomen memoratur in fœdere inito inter Carthaginenses et Philippum, Macedoniæ regem, Persæi patrem. Vide fragmenta lib. vii Polybii.

Col. 84 A 12. *Ἄδωδος.* De hoc nomine, vide Macrobium, *Saturnal.* i, 23, et Josephum, *De antiquitatibus Judaicis*, passim. Filii Adad, seu *Benadad* nomen frequentissimum est inter reges Damasci.

Ibid. B 1. *Ἀστέρα.* Bochartus ἀστέρα intelligit aquilam magni generis, *Chanaan.* ii, 2, p. 709.

Ibid. B 5. *Ἀθηνᾶ.* Minerva Phœnicia, cujus cultus in Græcia a Cadmo fuit introductus, vocabatur Ὄγχα vel Ὄγγα· hæc fuit celeberrimum palladium Trojæ ab Ulysse captum.

Δελφιτόσημον κλῶπα Φοινικῆς θεᾶς,

inquit Lycophron, *Alexandr.* v. 658.

Minervæ nomen Ὄγγα Thebana urbs retinuerat : Scholiastes Euripidis in versum 1068 *Phœnissarum*, cujus templi inscriptionem refert :

Ὄγχας νηὸς ὅδ' ἐστὶν Ἀθηνᾶς, ὃν ποτε Κάδ-
[δμος
Εἵσατο, βοῦν θ' ἱέρευσεν, ὅτ' ἔκτισεν ἄστυ
[τὸ Θήβας.

Hæc eadem Minerva nomen illud dederat vico cuidam in Bœotia et uni e portis Thebarum. Vide Æschylum, *Septem contra Thebas*, vers. 446, 468. Pausanias, lib. ix, c. 12 : « Exstat altare cum statua quadam Minervæ a Cadmo sub nomine Ὄγγα sacratum; unde colligendum est Cadmum fuisse Phœnicem non autem Ægyptium, ut quibusdam auctoribus placuit. »

Ibid. B 6. *Μογογενῆ υἱόν.* Hic locus fusius et clarius explicatur col. 86, et lib. iv, c. 16. Ex Porphyrio, non filium ejus unicum, sed quem unicum habuerat ex Anobreta, hujus regionis nympha, vocabant ob hanc causam Ἰεούδ· quod hodie nunc Phœnicum lingua *filius unicus* interpretatur, testante Philone.

Ibid. B 10. *Μούθ.* Muth nomen est Mortis vel Deitatis infernalis. Stephanus Byzantinus : Μώθω κώμη Ἀραβίας ὃ ἐστι τῇ Ἀράβων φώνῃ, *Τόπος θανάτου*. Hadramuth, urbs Phœnissa in oris Africæ, 3000 stadiis distans a Carthagine, dicitur Ἐπαυλὶς Πλούτωνος, ob insalubrem aerem. Hujus urbis meminit Plautus in *Pœnulo* : « Acherontis ostium est in agro nostro. »

Ibid. D ult. *Φοίνικος.* Stephanus Byzantinus, *in voce* : Χνὰ ἡ Φοινικὴ ἐκαλεῖτο. « Phœnicia dicebatur Chna. »

Col. 85 A 5. *Κυκλικοί.* Epicus cyclus incipiebat, inquit Proculus, quem citat Photius, ab unione mythologica Urani et Ghes : Ἐπικὸς κύκλος ἄρχεται μὲν ἐκ τῆς Οὐρανοῦ καὶ Γῆς μυθολογουμένης μίξεως. Vide Salmasium, in *Exercitationibus Plinianis*, p. 595 edit. Batav.; Casaubonum *in Athenæum*, lib. vii, p. 302 *Animadversionum*.

Ibid. B 9. *Συρμουσηλός.* Porphyrius, *De abstinentia*, lib. iv, p. 349, citat auctorem nomine *Symboulos*, qui libris pluribus scripsit historiam Mithræ; S. Hieronymus, in epist. secunda *adv. Jovinianum*, *Eubouli* mentionem facit. Vide Theodorum Canterum *Variar. lect.* 11-16, et Porphyrium, *De antro nympharum*, c. 6. Isti diversi ejusdem nominis scribendi modi indicantne unum eumdemque auctorem?

Ibid. B 13. *Ἔθος ἦν.* Hic idem locus inferius repetitur lib. iv, c. 16.

Ibid. C 3. *Ἰσραήλ.* Sic Vigerus, quod evidenter ortum est ex scripturæ compendio Ἰλ in scribendo nomine Ἰσραήλ adhibito. Ἰλ verum Saturni nomen est apud Phœnices, ut superius diximus, Ἰλ igitur legendum.

Ibid. D 6. *Ὄφεων.* Consuli possunt de cultu serpentium S. Epiphanius, *De ophitis*, c. 37; Tertullianus, *De præscriptionibus*, c. 47; Macrobius, *Saturnal.* lib. i; scholiastes Aristophanis, *in vers.* 733 *Pluti*; Spanheim, *De præstantia numismatum*, tom. I, p. 217. Denique Joannes Lydus, *De mensibus*, p. 44 editionis Schow, hunc locum ad litteram transcribit, cum quibusdam in textu variantibus. Vide Plutarchum, *De Iside*, § 74.

Col. 88 A 12. *Ἐθωθιῶν.* Legimus Αἰθιοπικῶν pro ἐτωθιῶν : mss. Reg. 466 legit ἐθυκῶν. Vide Antigonum Carystium. *Mirab. hist.* c. 10, in cujus libro citantur Philonis *Ethiopicæ*.

Ibid. B 13. *Φερεκύδης.* Pherecydes Syrus, qui plane diversus est a Pherecyde Atheniensi, γενεαλόγῳ (historico), celeber erat philosophus qui primus animæ immortalitatem professus est. Nullum, inquit Suidas de eo disserens, habuit præceptorem, sed sibimetipsi ex libris occultis Phœnicum, quos in promptu habebat, doctrinam efformavit; et hæc doctrina fuit origo libri quem inscripsit Θεολογία, a Clemente Alexandrino citati, *Stromat.* lib. v; Apollonio Dyscolo, *De pronomine*. Idem Clemens, lib. vi, p. 741, hujus operis sequentem citat locum : Ζὰς ποιεῖ φάρος μέγα τε, καὶ καλόν· καὶ ἐν αὐτῷ ποικίλλει γῆν καὶ Ὠγενον, καὶ τὰ Ὠγένου δώματα. Ogenes nihil aliud est quam Oceanus.

Maximus Tyrius, dissert. x. p. 107 : « Perpendite doctrinam philosophi Syri : Jovem et Terram, cum Amore qui inter ipsos medium tenet : generationem

Digitized by Google

Ophionei : pugnam deorum : arborem et pallium. »

Celsus, ab Origene citatus, lib. VI, p. 303, edit. Cantabrigiæ : « Videte Pherecydem, qui multo ante Heraclitem floruit; ut utramque aciem in conspectu locat, Crono istius, alterius Ophioneo caput tenente; et ut alternas utriusque provocationes describit. »

De hoc philosopho cf. præter Diogenem Laertium, in ejus *Vita*; Salmasium, *Plinianis exercitationibus in Solinum*, p. 590, tom. I; Giraldi, *Historia deorum*, syntagm. 15.

Col. 88 C. 1. *Οἱ Αἰγύπτιοι.* Laurentius Lydus, in libro *De mensibus*, p. 53, edit. Schow, hunc locum ad verbum citat.

Col. 96 B 1. *Τυλῶ.* D. Letronne, *Recherches sur l'Egypte*, p. 241, conjicit *χυλῷ*. Vide Wesseling. Lege *ζυθῷ*, *cerevisia*. Vide infra col. 106 B. Cf. Diod. Sicul.

Col. 106 B 4. Vide Casaubon. *De satyrica poesi*, I, 2.

Col. 112 B 6. *Ἀντίοχον.* Antiochus, Herculis filius, ab Apollodoro, lib. II, 8, dicitur Ἱππότης ὁ Φύλαντος τοῦ Ἀντιόχου τοῦ Ἡρακλέους. Credendum est Phylantem, Antiochi filium et Hippotetis patrem, nomen suum ab avo sumpsisse, quod nomen scribi debet per unum λ; mater ejus erat Midea, referente Pausania, X, 10, 1. Hic Herculis nepos sæpius cum Tlepoleme confunditur, cujus mater, Astioche, pariter erat filia Phylantis vel Philei, ut superius nominatur; sed Apollodorus *Phylantem* vocat, lib. II, 6. Hic, ut scribit idem mythologus, rex Ephyri (Corinthi), erat, teste Pausania, IV, 34, 6, rex Dryoporum : quæ nominum et personarum complicatio potius exposita quam elucidata est a Reinesio, epistola 24, p. 88.

Ibid. *Ἀστυάνειραν.* Diodorus eam vocat *Astydamiam*.

Ibid. B 7. *Ἀρμενίον.* Ormenius dicitur a Diodoro et Strabone, IX, 438 edit. Casaubon.; ab Eusebio autem *Armenius*; Strabonem secutus sum.

Ibid. C 14. *Φορώνιδος.* Legendum est cum Diodoro (V, 74) et Apollodoro (III, 10, p. 314 edit. Heyne) *Coronis* pro *Phoronis*.

Ibid. A 11. *Εὐήμερος.* De Euhemero consulantur Aurelius Augustinus *ad Maximum*, epist. 44; idem, *De civitate Dei*, lib. VI et VII; Strabo, lib. I, c. 3, p. 47, lib. II, c. 3, p. 102 et c. 4, p. 104, lib. VII, c. 3, 299; Athenæus, lib. XIV, p. 658; Lydus ed. Hase, p. 277; inter recentiores : *Commentarii Academiæ*, t. VIII, p. 107; Sevin. t. XV, p. 268; t. XVI, p. 61; Fourmont, natu major, t. XXXV; Foucher.

Col. 117 B 3. *Πλαγίαις.* Ms. 466. πελαγίαις.

Col. 118 C 8. *Πᾶνα.* In Diodoro legitur *Titan*.

Col. 121 B 12. *Ὄφις θήλεια.* Hæc etiam Epiphanius in *Expositione fidei*, addit nomen *Eva* sine aspiratione in Hebræo *feminam* sonare.

Col. 124 B 13. *Ἀρρητουργίαι.* De hoc verbo vide Lubeck in *Aglaophamo*.

Col. 129 B 10. *Ἐνήστευσα* κ. τ. λ. De his versibus cum Arnobii versione Latina *Adversus gentes*, lib. V, c. 25, collatis, et qui ab exemplaribus originalibus differunt, vide Lobeckium, *Aglaophamus*, t. II, p. 819.

Col. 132 A 5. *Μυστικόν.* Μυστικῶς Villoison *De triplici theol.*, p. 76, ut Clemens Alex.

Col. 133 A 15. *Θεραπεῦσαι.* Hoc verbum in eodem sensu accipitur ac c. 6. Θεραπεῦσαι δ' οὖν ὅμως εἶδε τὸ πατρικὸν ἁμάρτημα προθυμηθέντες, ἐπὶ φυσικὰς διηγήσεις καὶ θεωρίας τοὺς μύθους μετεσκεύασαντο. Vigerus in notis hanc locutionem confert cum hoc loco *Vitæ Alexandri* a Plutarcho scriptæ : Τὸν μῦθον ἀνασώζειν πρὸς ἀλήθειαν, « salvans fabulam per veritatem. » Sed Lobeckius, in *Aglaophamo*, t. I, p. 156, vult hanc locutionem exprimi debere per *allegorice exponere*, θεραπεία sæpe sæpius allegoriam significante. Scholiast. Ambros in *Odyss.* E, 174 : Θεραπεία τοῦ μύθου, ὅτι τοὺς νίους ἀποθνήσκοντας ἔλεγον ἁρπάζεσθαι παρὰ τῆς Ἠοῦς. Eustathius, *ad Iliad.* D, v. 19 : Ἀλληγορία τις καὶ ἡ διὰ ἱστοριῶν τῶν μύθων θεραπεία εἶναι δοκεῖ τοῖς παλαιοῖς. Idem in *Dionysio Periegete*, p. 6 : Τάχα ὁ Διονύσιος ἐν τούτοις ἱστορικήν τινα θεραπείαν παραλαβεῖ τῆς μυθικῆς κοσμογονίας τοῦ Ἄτλαντος. Eustathius, *ad Iliad.* A, p. 128 edit. Rom. : Ὡς τὸν Δία εἰς ὠκεανὸν ἔρχεσθαι ἐπὶ τοὺς ἀμύμονας Αἰθιοπῆας, θεοὺς δ' ἅμα πάντας ἕπεσθαι, δοκεῖ δ' αὖθις ἔρχεσθαι εἰς Ὄλυμπον, τινὲς μὲν ἱστορικῶς θεραπεύουσι, historice omnes interpretantur.

Col. 137 A 10. *Ἴσμαρος.* De hoc vide Fabr. et Gyrald. *De sepulturis*.

Col. 140 A 10. Consulatur Demosthenes, p. 1401 : Ἐρωτικός. Δεῖ σε τὴν προαίρεσιν τοῦ λόγου κρίνειν εἰδέναι. Prærogativa.

Col. 141 C 1. *Τὰ ὀλιγὰ πρὸς αἰσχρουργίαν μέρη τοῦ σώματος.* Vox ὀλιγα Valkenaerio in *fragmento Callimachi*, p. 288, notanda videtur : consulit igitur legendum esse ἐφολκα in eodem sensu ac *alicem*, et lectorem revocat ad notam Perizonii in *Ælianum* : *Var. hist.*, VIII, 12, p. 551. Creuzer in tractatu Plotini *De pulchritudine*, p. 249, ait : « Proprium est verbi ἕλκειν de vestibus quæ luxuriose trahuntur. Plato. *Alcibiad.* I, 92. » Scholiastes Aristidis, *orat. Platon.* I : Ὁρῶ δέ, ὅτι πολλὰ τῶν πόλεων ἐστὶν ὥσπερ ἐφόλκια, οἷς ἀνάγκη συγχωρεῖν. Ὅπερ ἐπὶ σώματι ἐφόλκια ἀναγκαῖά τινα φυσικῶς ἐπισυρόμενα ἀπὸ τῶν ὀλκάδων τῶν ἐπιφερομένων χελητίᾳ δεῖ τῆς χρείας.

Unde animadvertendum est duplicem sensum hoc verbo afferri posse : nempe *trahere post se* et *trahi ad se* ; et huic ultimo sensui convenit vox ἐφολκα : sed cum Eusebius cum contempta loquatur de hac corporis parte, huic convenire non potest sensus *attrahere*. Hoc est quod Latine vocant *pondus*. Catullus, *Galliamb.*, 6 :

Devolvit ille acuta sibi pondera silice.

Petron. 92 : « Habet inguinum pondus tam grande. » Consequenter, contra mentem Valckenaerii, retinenda est vox ὀλκά.

Col. 153 C 2. Ἐν τοῖς περὶ θεῶν μύθοις. Cod. Reg. 451 om. ἐν τοῖς, et μύθους habet pro μύθοις.

Ibid. 12. *Εὑρεσιολογίας.* Codd. Reg. 465 et 461, εὑρεσιλογίας.

Ibid. D 5. *Οὗς.* Codd. 451 et 465, ὅς.

Col. 156 A 2. Cod. 451 addit εἰς post Ζεύς.

Ibid. A 5. *Δαιδάλων.* Festa Dædalia singulis sexaginta annis Plateæ celebrabantur, ut testatur rhetor Menander in suis *Epidicticis* tom. IX, p. 211 editionis Rhetorum Walzii. Loquens de panegyri quadam supposititia, hæc ait : Οὐ σπανιότητί τινος περισπούδαστος ὥσπερ αἱ ἄλλαι καὶ συνεχῶς γινομένη, οὐδὲν ἐκείνων ἀπολείπεται σεμνότητι, ὡς τὰ Ληναῖα, ὡς Ἐλευσίνια, ἐὰν δὲ τριετερικὴ ὡς Νέμεα καὶ Ἴσθμια, ἐὰν δὲ πενταετερικὴ ἢ τεσσαρακοντατετραετερικὴ ἢ πλειόνων ὡς τὰ Πύθια καὶ Ὀλύμπια καὶ Δαίδαλα τὰ ἐν Πλαταιαῖς· δι' ἑξήκοντα γὰρ ἐτῶν ἄγεται.

Religiosus horum festorum motivus erat Jovis et Junonis reconciliatio, de qua hic Plutarchus; cujus narratio abbreviata reperitur in *Bœoticis* Pausaniæ, c. 3.

« Ferunt, inquit, Junonem iratam Jovi in Eubœam secessisse; Jupiter autem cum ejus animum ad melliora revocare non posset, Citheronem adiit, qui tunc temporis erat Plateæ, et omnes suis ingeniosis artibus superabat. Hic igitur jussit Jovem statuam ligneam erigere quam velis adumbratam duceret in curru a bobus tracto, ubique proclamando sese Plateam, filiam Asopi, uxorem ducere; quam audebat Cythero executus est Jupiter. Statim vero ut audivit Juno, eo advolavit, et curru appropinquans velum quod statuam celabat abstulit, et gavisa est videns pro ea quam reformidabat, lignum esse. Ergo cum Jove inita est pax, et in memoriam hujus reconciliationis instituit Juno festa quæ dicebantur Dædalia : nam lignææ statuæ hoc nomine dicebantur longe antequam Dædalus, Palamaonis filius, Athenis nasceretur, a quo puto illi hoc nomen postea datum ob suam dexte-

Digitized by Google

latem ad tales statuas erigendas : quod nomen primitus non habebat.

« Platæenses ergo septenniis omnibus, ut meus asseruit interpres, supradicta festa celebrant ; sed, repsa, minora saltem Dædalia hoc tempore festivantur ; nam volens cum fidelitate unius festi ad alterum tempus demetiri, nunquam, fateor, ad felicem exitum perveni. . . . . Hæc celebratio minora Dædalia dicitur. Majora solis Platæensibus non fuerunt propria ; sed ab omnibus Bœotiæ incolis celebrata sunt. Sexagesimo redeunte anno, renovabantur ; quæ periodus temporis correspondet tempori per quod Platæenses exsules fuerunt a patria. »

Ottfried Müller, in *Orchomeniis* p. 221. refert ad cyclum sexaginta trium annorum lunarium, vel sexaginta annorum solarium, recursum minorum Dædalorum in anno septimo, et majorum in anno sexagesimo. Diu Thebani, Platæensibus, quandiu liberi fuerunt, hostes infensissimi, ab omni participatione horum festorum excludebantur. Hujus chronologiæ explicatio invenitur a pagina 556 ad 590 collectionis historiæ Græcæ scriptorum a Didot editorum, cui titulus : *Fragmenta historicorum Græcorum*, cura et studio Caroli et Theodori Müller.

De hac materia consule Meursium, *Græcia feriata*, lib. II ; Welker., in Appendice libri ; Schwenkiani, *Mythol. Andeutungen*, p. 278.

Col. 157 B 8. *Ἐλιήθυιαν*. Cod. 465 Εἰλειθυιαν.

Col. 159 C 3. *Ἀπότροπόν*. Ἀποτρόπων mss. 451 et 465

Col. 160 A 8. *Αὐτάρ*. Ἀτάρ 465, 466, 468.

Ibid. B 3. *Διαφερομένης καί* mss. 466, 468.

Ibid. 9. *Τεμόντας αὐτούς*. Cod. 451, τεμόντος τούτου.

Ibid. C 3. *Πεταιδων*. Πλαταιάδων 451 ; ἀλατεῖων, 466, 467.

Ibid. C 5. *Παρανατέλλουσι*. Hæc locutio, quæ ad astrologiam judiciariam spectat, necnon et *decani*, *horoscopi*, *κραταιοὶ ἡγεμόνες*, de quibus mentio mox erit, a Salmasio explicantur, *De annis climactericis*, p. 553. « Videntur Παρανατέλλοντας appellasse proprie qui decanorum sunt administri et λειτουργοί, diversique censebantur a planetis et signis ipsis. » Citat Diodorum Tarsensem *contra Genethliacos*. Porphyrius, in Introductione ad Ptolæmeum : Ὑπόκεινται τοῖς δεκανοῖς οἱ εἰρημένοι ἐν τῷ ζωδιακῷ κύκλῳ παρανατέλλοντες, ἔχουσι δὲ καὶ πρόσωπα τῶν ἑπτὰ ἀστέρων.

Ibid. 6. *Δεκανούς*. Decani ab eodem ibidem explicantur. Sic eos definit Firmicus, lib. II, c. 9 : « Decanos magni numinis et potestatis esse et per ipsos prospera omnia et infortunia decerni. » Bardesanes, quem citat Eusebius, infra, lib. VI, p. 278 : Οὐ γὰρ ἑπτὰ νόμοι εἰσὶ κατὰ τοὺς ἑπτὰ ἀστέρας, οὐδὲ δώδεκα κατὰ τὰ ζῴδια, οὐδὲ τριακονταὲξ κατὰ τοὺς Δεκανούς. Legi potest hac de re Scaliger, *Ad Manil.* lib. IV ; Kircher, part. 2 *Ægyptiaci ŒEdipi* ; Gale ad Jamblich. *De mysteriis* p. 304. Triginta et sex erant, quos describit Salmasius, p. 610. Cod. ms. bibliothecæ Regiæ n. 2256 insignitus, in titulo habet, *Hermes, De decanis ad Asclepiam*. V. P. Petit *Observ.* lib. II, c. 16.

Huetius, in *Manil. ad usum*, v. 298 lib. IV, contestationem resumit inter Scaligerum et Salmasium, quorum prior decanum a Latina lingua, posterior vero a Chaldaica depromit. Duabus expositis opinionibus, Scaligerum sequitur, asserens hanc vocem Chaldæis ignotam fuisse, et Porphyrii verba, Οὓς τινες ἐκάλεσαν Δεκανοὺς οἱ παλαιοί, de auctoribus Augusto anterioribus intelligenda esse. Porphyrius ita loquitur in Introductione sua ad *Apotelesmatica* Ptolemæi.

Ibid. *Ὡροσκόπους*. Horoscopus videtur idem esse ac Decanus. Perseus satir. VI,

Geminos, horoscope, vero
Producis genio.

Dio Cassius ita horoscopum definivit : Τὸ μόριον τὸ τὴν ὥραν ἐπισκοποῦν, ὅτε τις εἰς φῶς εἰστήει. Proprie, horoscopus, astrologiæ loquenti est signum in ascensum, τὸ ἀνίσχον ζῴδιον, nascente homine : putabant hoc signum in totam vitam influere.

Manilius lib. III, v. 537 :

Sunt quibus et cœli placeat nascentis ab ortu,
Sidere quem memorant horoscopus, inventuris
Parte quod ex illa describitur hora diebus,
Omne genus rationis agi per tempora et astra.

Ibid. 7. *Κραταιοὺς ἡγεμόνας*. Eosdem esse puto ac *Vitæ Domini*, *genituræ Domini*, Græce communius οἰκοδεσπότας. reperiuntur in epistola Jamblichi. De his tacet Salmasius.

Ibid. 8. *Ἀλμενιχιακοῖς*. Ex epistola Jamblichi et manuscripto Regio 465, legendum est σαλμανιχικοῖς. Vide Salmasium ibidem, p. 605, qui Eusebium emendat ex Jamblicho : eadem sunt quæ Kalendaria quibus apud nos nomen *Almanachs*. Chæremon male audit apud Strabonem qui eum viderat inter comites Ælii Galli, Ægypti præfecti, cum per Thebaidem iter faceret, lib. XVII, p. 806 : « Cum Ælius Gallus, præfectus, ab Alexandria profectus, navigaret versus superiorem Ægyptum, socium itineris habuit quemdam, nomine Chæremonem, qui magnam scientiam jactitabat, sed qui generaliter irridebatur, tanquam stultus et fatuus. » Hunc secutus Origenes, testante Suida, allegoriæ nimium adhæsit. Vide Suidam, in voce *Ὠριγένης*.

Col. 161 A 1. *Κατεκάλυσε*. Κατέλυσε Rob. Stephan., κατέκλυσε cod. 468 ; κατέκαυσε 467.

Ibid. C 8. Cod. 451 addit γενομένων post ἀνθρώπων.

Ibid. D 3. *Ἐπονομάσαι*. Ὀνομάζεσθαι 451 ; μετονομάσαι 466.

Col. 165 B 11. Καί om. 451 ; mox idem ὑπάρχει pro ὑπάρχειν.

Ibid. C 16. *Τετευχότας*. Τετυχηκότας cod. 466 ; mox ὁμωνύμους 451.

Col. 168 A 6. Εἰδότων 467 ; δοθέντων 466.

Ibid. C 2. *Σώματος*. Σχήματος cod. 466.

Ibid. 5. *Γαλιάγκωνα*. Schol. Ὁ βραχεῖς ἔχων ἀγκῶνας κατὰ μῆκος, καθὰ ἡ γαλῆ τὸ ζῶον τοιοῦτο.

Ibid. 6. *Ἄρην*. Ὡρον codd. ut apud Plutarch. recte.

Col. 172 B 2. *Δόξα*. Mihi rationem reddere non possum utrum in Eusebio fuerit dolus vel oscitatio, cum priscis Ægyptiis tribuit doctrinas Chæremonis, prorsus ab eorum doctrina alienas. Idem est ac si quis Homerum Stoicum diceret. Chæremon religionem Ægyptiacam intervertit, sicut Græcam Zeno et Chrysippus interverterunt.

Col. 173 B 11. *Κάνθαρος*. Scarabæi cultus, ut solis emblema amplissimam notam suggessit Zoegæ, *De obeliscis*, sect. 4, c. 2, p. 449, not. 41, ubi multa agglomerat testimonia circa causam istius superstitionis. Vide Plutarch. *De Iside et Osiride*, § 74. Plinius XXX, 30 : « Ægypti magna pars scarabæos inter numina cœli curiosa Apionis interpretatione qua colligit solis operum similitudinem huic animali esse, ad excusandos gentis suæ ritus. »

Col. 177 A 3. *Θεολογίας*. Θεολογίαν codd. 451, 466.

Ibid. 7. Συγχεχωρίσθω 466.

Ibid. 10. Ὡρόσκοπος 451.

Ibid. 12. Θέλοις 451.

Ibid. B 3. Ταύτῃ R. Steph. ; sic et 461 ; mox 466 φυσιολογία pro φιλοσοφία.

Ibid. Ὥσπερ pro ὡς 466.

Ibid. 5. Αἰσθησίν τε 451.

Ibid. C 3. Τροφόν 451.

Ibid. 6. Ἀοράτοις 451.

Ibid. 7. Τῶν καθόλου 451.

Ibid. Δημιουργόν 466.

Ibid. 8. Οὐ 451 pro νοῦν.

Ibid. 9. Τήν 466 pro ἐκείνων.

Ibid. 14. Διὰ πάντων 451, 466.

Digitized by Google

Col. 177 D 2. *Διάρκῃ*. Sic 451 et 466; Stephan. διαρκεῖ.
Ibid. 4. *Ἀνέκφραστον* 451.
Ibid. 5. *Τοσούτων*. Hic in 465 incipit caput VII.
Ibid. 6. Cod. 451 om. σοφίας ἡ.
Ibid. 12. Τοῦ δημιουργοῦ 451, 466.
Ibid. 14. Καὶ ἐν λογισμοῖς 451.
Col. 180 B 3 :

Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστὶ, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι.

Hic versus qui innumeris in locis repetitus invenitur, et qui infinitis allusionibus locum dedit, videtur fuisse proclamatio hierophanti cum magna mysteria esset celebraturus. Brissonius, *De formulis init.*, et De Sacy, in opus Sanctacrusii, *De mysteriis*, p. 345, illud confirmant multis citationibus. Cæterum βέβηλος nomen est technicum. Lobeckius qui Konigsbergæ edidit opus *De mysteriis*, 1829, 2 vol. in 8°, eximium ob immensam eruditionem quam præ se fert, e contra contendit p. 451, tom. I, hunc versum nullo modo cum his mysteriis relationem habere. Verum est dicere Lobeckium a mysteriis omne secretum amovere : quod thema difficillime sustineri potest, ratione habita acclamationis totius antiquitatis; sed hic non est locus quærendi utrum recte an non suo munere functus fuerit. Hic versus in capite fragmenti Orphei inferius citati reperitur, lib. XIII, 12; hunc citant Justinus martyr, *Cohort.* p. 15; Clemens Alexand. *Protrept.* c. 7; Cyrill.; Julianus, l. I, p. 25; Tatianus *ad Græcos*. Apud auctores paganos frequenter huic alluditur. In *Florilegio* Stobei, serm. XVI, legitur :

Ἀείσω συνετοῖσι, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι.

Hæc primitivi versus modificatio Pythagoræ ascribitur; denuo reperitur in libro V, in anonymo fragmento quod Wyttenbach Plutarcho tribuit; in *Symposio* Platonis p. 218, Πύλας μεγάλας τοῖς ὡσὶ ἐπίθεσθε; Galenus, *De usu partium*, XII, 5 : Θύρας ἐπιθέσθαι κελεύω τοῖς ὡσὶ τοὺς ἀποδεικτικῆς μεθόδου βεβήλους; Lucianus, *De sacrificiis*, t. III, p. 78; Liban. epist. 475. V. Spanheim *in Callimachum*, hym. Apollinis, v. 2. Brissonius contendit legendum esse βεβήλοις pro βέβηλοι; Wesselingus autem stat pro βέβηλοι, quam versionem probat universalem esse in omnibus manuscriptis in quibus idem versus reperitur, et melius convenire. Mihi mens non est hanc adire controversiam : Wesselingus hanc opinionem emisit, in dissertatione quæ sequitur tractatum Valckenaer, cui titulus *De Aristobulo*.

Hoc Porphyrii fragmentum pertinet ad tractatum *Περὶ ἀγαλμάτων*. Sequentia notat hac de re Valckenaer, in libro nuper citato *De Aristobulo* : « Inter libellos quos pene integros operi suo intertexuit Eusebius, a p. 97 ad 118, Porphyrii Περὶ ἀγαλμάτων (apologia pro simulacris deorum), e quo derivati Orphei versus, l. XIII. Ex libro Περὶ ἀγαλμάτων sunt quæ leguntur in eclogis canterianis Stobæi, ut palam ostendunt manuscripti adhibiti a Galæo ad Cornuti *Nat. deor.*, c. 2, p. 143, et viro doctissimo in *Misc. criticis*, vol. VII, p. 191. »
Ibid. B 6. *Ὑποτυπώσαντες* cod. 466.
Ibid. 8 F. Μεμαθήκασι.
Ibid. 13. Κατακοσμήσας 451.
Ibid. C 5. *Ἐνῆγον* 451, recte, ob sequens verbum ἐδήλωσαν.
Ibid. D 5. Σχήματα 451.
Col. 181 B 3. *Ἡ δέ*. Negationem admisi in hoc textu pro affirmatione, consulente Valckenaero, *Diatriba in Euripidis fragmenta*, p. 216, contra lectionem manuscriptorum; sed hoc exigit sensus, et phrasis recta ordinatio.
Ibid. B 9. *Καλλίμαχος*. Hos Callimachi versus a Plutarcho citatos, emendavit Bentley; vide Callimachum edit. Ernesti vel Blomfield, Fragm. 105. Οὔπως Κλεινίου ἔργον ἧης ξόανον, ἀλλ' ἐπὶ τεθμοῦ δὴ δηναιογλύφου, ὦ ἄνα, ἦσθα σανίς.
Ibid. 10. Δυναιόγλυφον 465.
Ibid. 12 Λίθῳ 465; mox λίθον pro λεῖον 451. Δαναός pro Δανκόν.
Ibid. 14. *Καλλίθυιαν*. Hoc nomen mutatur in citatione *Phoronidis* a Clemente Alexandrino allegata *Stromat.* lib. I, p. 418 :

Καλλιθόη κλειδοῦχος ὀλυμπιάδος βασιλείης,
Ἥρης ἀργείης, ἣ στέμμασι καὶ θυσάνοισι,
Πρώτη ἐκόσμησεν περὶ κίονα μακρὸν ἀνάσσης.

Apud Africanum, quem citat Syncell. p. 140, pater vocatur Σπείρας, filia Καλιθυσία.
Ibid. C. 1. Δώρων ὄχλην 465 et 466.
Ibid. 3. Κοπῆναι 451.
Ibid. Δυσέργαστον 466.
Ibid. 6. Ἐξανθεῖς 465, 466.
Ibid. 7. *Μώλωπας*. Deest in 465 et 466.
Ibid. 8. Μορφῆς iidem codd.
Ibid. 11. *Καὶ λίθοις*. Omittit 451.
Ibid. 13. Οἷα 451 pro ὁποῖα.
Ibid. 14 *Ἐστία*. Cod. 451 ἐστιν ἁ.
Col. 184 B 2. In interpretatione post *tradiderunt*, supple, qui sententias Orphicas carminibus tradiderunt.
Ibid. 3. Τερπικέραυνος 465; ἀρτικέραυνος 466.
Ibid. 5. Ἄρρην 465; pro ἄφθιτος, ἄφοιτος 466; ἄμβροτος Apulæus et Stobæus.
Ibid. 7. Ἀρχήγονος ἔθλος 451; ἀρχηγένεθλος 466.
Ibid. 9. Ἔγκρατος 451.
Ibid. 11. Ἐν ᾧ Stob.; τάτε 465; καλεῖται 466 pro κυκλεῖται.
Ibid. 15. Πρωτογενέτως Stob.
Ibid. C 2. Περὶ κάλλεσιν 451.
Ibid. 3. Χρύσεα 451, 456.
Ibid. 9. Οὐας Stob.; υἱός 451.
Ibid. 10. Ἔχων 451 et vers. seq. ἀπείρατον.
Ibid. 13. Τέτυχται 466.
Ibid. 19. Βαρυηχέα 451.
Ibid. D 1. Inter diversa poemata Orpheo tributa quorum longum nobis Suidas transmisit catalogum, assignando auctorem uniuscujusque putativum, plura sunt quæ præ se ferunt characterem mere religiosum. Difficillimum est dicere cuinam pertineat fragmentum a Porphyrio insertum in suo *Περὶ ἀγαλμάτων* tractatu. De cætero consuli possunt variæ Orphei editiones, quarum postrema est professoris Hermanni, Lipsiæ, in 8° 1805.

Hi versus a plurimis auctoribus referuntur; primum pars quædam reperitur in tractatu *De mundo*, quem Aristoteli tribuunt, qui inter alia signa suppositionis hanc eamdem affert citationem; absque ulla contestatione, reperiuntur in Latina versione ejusdem tractatus, quam Apuleio debemus : et hoc jam eorum in lucem editionis tempus ferme certum indicat. Proculus, in suo *in Timæum* Platonis commentario his versibus usus est; et ex hocce commentario Henricus Stephanus eos hausit et collocavit in sua *Poesi philosophica*; tandem Stobæus in suis *Eclogis physicis*, quarum ultimæ editionis auctor est Heeren Gottingensis, eos citat ex Porphyrii opere *Περὶ ἀγαλμάτων*, cum majori parte eorum quæ sequuntur apud Eusebium. Hic pantheismus originem ducit ex secunda vel tertia epocha philosophiæ Græcæ : quam longe a theogonia Hesiodi.
Ibid. 2. Τὰ γὰρ ἃ τ. 451; mox idem ζωῆς pro γαίης.
Ibid. 3. φάος om. 466.
Ibid. 4. Παλιθέσκελα 466. Duo ultimi versus iterum occurrunt lib. XIII, cap. 13, cum variis lectionibus.
Col. 185 B 3. Δημιουργικός 451.
Ibid. 9. Οὐδὲν ἄλλο Walcknaer *ad Aristobul.* p. 81.
Ibid. D 1. Μεγάλου id. ibid. p. 81.
Col. 187 A 4. Νοῦς δὲ οἱ id. ibid.; οὓς ἃ Heringa ap. eumdem.
Col. 188 B 10. ἑαυτοῦ 465, 466, 468.
Ibid. 11. δημιουργικόν 464, 465, 466.
Ibid. 13. ὃ 467; οὗ 451.

Digitized by Google

Col. 188 C 9. Nescio utrum in Eusebii argumentatione sit fraus vel error; saltem ex ejus parte adest quædam dispositio ad admittendum quæ ipsi favent testimonia et his non perpensis. Auctoritas Chæremonis hic nulla est, qui omnem antiquam religionis Ægyptiorum doctrinam intervertit. Hic erat astrologus quem vocat Strabo, lib. XVII, p. 806, novatorem in doctrina, arrogantem et stultum : Προσποιούμενος τοιαύτην τινὰ ἐπιστήμην, γελώμενος δὲ τὸ πλέον ὡς ἀλάζων καὶ ἰδιώτης. In iis quæ præcedunt, Porphyrius eum confutat : astrologiam judiciariam cum opinionibus Stoicis permiscebat.

Ibid. D. Deest titulus in 451.

Col. 189 B 9. Mirum videtur versum Arati, quo usus est sanctus Paulus ante Athenienses, Act. XVII, 28, libris sanctis attribui ab Eusebio; eorum nunc pars est, quoniam Apostolus eo usus est; sed primitus ad paganismum pertinet.

Ibid. 12. Ἀληθείας οἰκείως 465, 466, 467.

Ibid. C 5. Προνοητικάς iidem.

Col. 192 B 6. Ἐπεὶ μή. Iterum Porphyrius loquitur.

Col. 195 C 15. Immerito adjungit Ægyptios his populis quorum mythologia Jovem Saturno ortum contendebat; etiamsi probaretur Ammonem Ægyptium et non Libyum fuisse, nihilominus ab hac genealogia prorsus alienus foret : sunt Græci qui omnia confundentes suam in Ægypto theologiam transtulerunt; cujus translationis vestigia videmus in traditionibus Diodori Siculi. Vide Jablonski, in suo *Pantheone*, tom. I, p. 139, 140, 141.

Col. 196 C 12. Κνωΐαις 465 pro γινομέναις.

Col. 197 B 10. Plutarchus, *De Iside*, c. 40 : « Stoici dicunt Bacchum esse ventum generatorem et nutritorem; Herculem, ferientem et divisorem; Ammonem, recipientem; Cererem et Coren (Proserpinam), terram percurrentem et fructus, Poseidona (Neptunum), mare agitantem. »

Ibid. C 8. Ἄττις δέ. Sallustius, c. 4, p. 230, edit. Gale : Ὁ Ἄττις τῶν γινομένων καὶ φθειρομένων δημιουργὸς, καὶ διὰ τοῦτο παρὰ τῷ Γάλλῳ λέγεται εὑρεθῆναι ποταμῷ. Ὁ γὰρ Γάλλος τὸν γαλαξίαν κύκλον, ἀφ' οὗ τὰ παθητὸν ἔρχεται σῶμα.

« Attis est Demiurgus rerum creatarum et destructarum; et ideo dicitur natus super ripas Galli fluminis, quod imaginem præ se fert viæ Lacteæ, unde proveniunt universa corpora sensibilia. »

Ibid. D 5. Αὐτοῦ. Αὐτῆς Casaub. *De satyrica poesi*, l. I, c. 2, p. 82.

Col. 200 D 11. Θανασσοποιοῦ. Hanc vocem leicis deesse notat D. Miller in *Diario eruditorum*, April. 1839, p. 217.

Col. 201 B 11. Parenthesi inclusa Eusebii sunt, quibus demonstrat sententiæ Porphyrii sententiam apud Physicos receptam contradicere.

Col. 204 A 3. Σχῆμα τῆς χειρός. Hic locus evidenter est corruptus. Quid sibi vult hoc σχῆμα τῆς χειρός, et quomodo manus qualicunque modo posita reditum ad tenebras significare possit? Legitur etiam, pl. 85, et alius corruptus locus, ubi Vigerus proposuit κυνῆν pro κύων · Πλούτων κυνῆν μὲν ἔχει τοῦ ἀφάνους πόλου σύμβολον · hæc vox κυνῆν mihi hoc in loco arrideret; galea enim certo modo posita indicat reditum ad loca tenebrosa.

Ibid. 6. Σέβας. Lego σέλας pro σέβας, ex qua voce vox σελήνη derivari non potest.

Ibid. 12. Ἀθηνᾶ. Lego ἀθρηνᾶ (*acute videns*) pro Ἀθηνᾶ τις οὖσα, quod nihil omnino significat : hæc vox ἀθρηνᾶ ab ἀθρέω derivatur.

Ibid. C 10. Παροδεύει. Hæc referuntur ad fabulam Jovis a Curetis in Creta educati, inscio et nolente Saturno.

Col. 209 C 10. Hic locus de cultu Anubis, jam ex alio ejusdem Porphyrii opere citatus est, nempe ex tractatu *De abstinentia*, in quo hodie adhuc legitur. Utriusque textus similitudo indicat auctorem eadem sua verba repetere; sed insuper veritas facti exinde non parum certitudinis acquirit.

Col. 213 B 10. Hic locus, qui finem facit citationi ex tractatu Περὶ ἀγαλμάτων Porphyrii, non mediocris est difficultatis : in hoc enim non legitur immolatio boum in honorem deorum, quam præ se fert capituli elenchus; quod præterea formaliter ab Herodoto falsi arguitur; mentio solummodo fit de consecratione duorum boum Apis et Mnevis, super quos consuli potest Herodotus, lib. III, c. 28, et *Hist. animal.* Æliani, lib. XI, c. 10. Quod spectat ad nodum sub lingua, per quod vocem Græcam κάνθαρος expressi, dux mihi fuit Plinius, *Hist. nat.*, lib. VIII, c. 46 : « Nodus sub lingua quem cantharum vocant; » ex eodem Plinio, proponit Wesseling legendum esse in Herodoto, l. l., Ὑπὸ δὲ τῇ γλώσσῃ pro Ἐπί · quod plane videtur admittendum.

In nullo alio loco clarius apparet quam absurde liber *De præparatione* in capita divisus fuit : textus enim Porphyrii circa finem scinditur, nihil in decursu sermonis hanc interruptionem exigente; et hoc, in medio narrationis sibi perfecte cohærentis, ad significandum quod non dicit auctor.

Ibid. C 3. Quæcunque fuerint priscorum Ægyptiorum notiones circa principia, evidenter plane diversæ sunt ab istis notionibus quas iisdem Chæremon tribuit; hic Stoicus novator primitivam doctrinam adulterat; et si dici potest Porphyrium eam adulterasse allegorizando, certe Chæremon idem et plus facit eam vertendo in astrologiam judiciariam. Consequens est argumentationem Eusebii, quæ sola Chæremonis opinione nititur, nihil roboris habere. Etenim non auctoritate recentioris auctoris confutandus erat Porphyrius, sed argumentis ex ipsismet fabulis Ægypti depromptis, et ex vero fonte haustis. Quod quidem fecit pro Græcia.

Col. 220 B 10. Verti ἐματαιώθησαν per *præbere cultum idolis* : cujus sensus rationem dixi in tractatu *De polytheismo veterum*, occasione textus S. Pauli ad Romanos, c. I, 21.

Col. 221 A 9. Apud Pausaniam, *Corinthiac.*, c. 26, leguntur similes versus *in Æsculapium* :

Ὦ μέγα χάρμα βροτοῖς βλαστὼν Ἀσκληπιὲ [πάσιν,
Or φλεγυηΐς ἔτικτεν ἐμοὶ φιλότητι μιγεῖσα,
Ἰμερόεσσα Κορωνὶς, ἐπὶ χαραγῇ Ἐπιδαύρῳ.

Ibid. C 8. Ἀλλ' οὐ τοῦ Παντός, etc. Corrig. Ἀλλ' οἱ τοῦ Πανός.

Col. 224 B 1. Περιτρεπόντων. Leg. παρατρεπόντων.

Ibid. Ἐρεῖ. Lege αἱρεῖ. Vide lib. VIII, c. 13 init.

Ibid. 3. Αὐτῶν. Αὐτῶν Wyttenbach ad Plutarch. *De sera Numinis vindicta*, p. 8 notar.

Ibid. C 5. Incantator est qui magia numen e cœlo deducit. Theocrit. idyll. 2; Virgil. eclog. 8 :

Carmina vel cœlo possunt deducere lunam.

Vide *Aglaophamum* Lobeckii, p. 108, Van Dale *De idololatria*, p. 280.

Col. 225 A 2. Δοχεύς nominatur in quodam oraculo citato lib. V, c. 9 : « Ut hospes divini numinis et interpres. » Lobeck, *Aglaophamus*, l. l.

Col. 229 B 8. Πολιτικόν. Hic traducitur locus quidam *Amatoris* XVIII, a Plutarcho citati : « Fieri posset, omnium aliarum notionum, quæ ad mentem nostram

Digitized by Google

veniunt, sine sensuum interventione, credibilitatis motiva referenda esse, pro quibusdam ad mythologiam, pro aliis ad legem, pro aliis ad ratiocinium. Sic nobis, quoad fidem in deos, primi fuerunt institutores et ductores, poetæ; deinde legislatores, denique philosophi. Qui omnes, etsi concordes in affirmando deorum exsistentiam, valde inter se dissentiunt et super quantitatem numinum admittendorum, et super eorum ordinationem, et super essentiam, et super attributa. Philosophis dii sunt expertes doloris, senectutis et cujuslibet laboris, ut qui necessitatem Acherontis transnavigandi effugerint. Rejiciunt itaque deorum altercationes quas celebrant poetæ, et Terrorem et Timorem, quos isti prolem Martis asserunt. Sæpe etiam contra legislatores dimicant, ut Xenophanes contra Ægyptios, dicens Osirim, si mortalem putarent, sicut deum non colendum esse; si econtra deum, non amplius esse lugendum. Poetæ vicissim, rejiciunt omnino et numeros et monadas et ventos, quibus philosophi divinitatem tribuunt. Itaque perfecta exstat dissensio inter tria hæc theologorum genera. »

Triplex divisio divinitatis exponitur ab Aurel. Augustino, *De civitate Dei*, l. IV, 27; VI, 5, Varronis vestigia sequente; inter recentiores, a Vossio, *De idololatria*, l. II, 1, p. 124; et a Villosonio, *De triplici theologia*, qui liber annectitur operi a Sanctacrusio edito, *De mysteriis veterum*.

Col. 229 C 6. *Μὴ κινεῖν τὰ ἀκίνητα.* Hoc fuit proverbium communissimum.

Col. 232 A 3. Φέρει codd. 451 et 466.

Ibid. B 6. Cod. 451 om. οὐκ ἀφωῶς.

Ibid. 11. Ἀποτελεστικά 461.

Ibid. C 4. Ὀλίγων 465, 461, 466.

Ibid. D 6. Δεηθησόμενος 451.

Col. 233 A 4. *Κακεντρεχὲς.* Toup, in Longinum, *De sublimi*, § 54, citat, in significationem vocis κακεντρεχὴς, *malignosus*, glossas Philoxenis, et hunc locum S. Ignatii ad Antiochenos: Σκέπετε οὖν τοὺς κακεντρεχεῖς ἐργάτας, quem male vertit traductor Latinus *in malum currentes operatores*. Vide Suidam in voce Κακεντρέχεια, et Theophylactum, in Epistolam primam S. Pauli. Polybius, l. IV, 87: Καινὸς γὰρ δέ τις οὗτος εὕρηται τρόπος διαβολῆς, τὸ μὴ ψέγοντας, ἀλλ' ἐπαινοῦντας λυμαίνεσθαι τοὺς πέλας· εὕρηται δὲ μάλιστα καὶ πρῶτον τοιαύτη κακεντρέχεια καὶ βασκανία καὶ δόλος ἐκ τῶν περὶ τὰς αὐλὰς διατριβούντων. « Est et novum genus detractionis, quod consistit non in vituperando, sed in maligne laudando: hæc κακεντρέχεια, hæc invidia, hic dolus, inter aulicos præsertim accessum habuit. »

De sensu hujus vocis τευτάζω, vide notam Ruhnkenii in lexicon Platonicum *Timæi*, p. 253.

Ibid. B 5. Εὖ. Mutavi εὖ bis repetitum in αὖ, et duplex hujus mutationis mihi ratio fuit: oppositio quæ videtur adesse inter phrasis contextum, et Plutarchi confessionem in libro *De oraculorum defectu*, circa defectum artis qui apparebat in oraculorum carminibus; quem defectum nosmetipsi haud difficulter possumus agnoscere. Insuper, ut mihi videtur, contradictorium esset ultra modum exaltare hanc poesim, ut ipsam postea denigraret, ut sic reipsa facit.

Ibid. 5. *Τευταζόντων.* Vide Ruhnkenium *in Timæum* Platonis, verbo τευτάζω, p. 253.

Ibid. 12. Εἰς τὸ μή τινα συνεῖναι 451.

Ibid. B 2. *Δοκεῖν.* Δοκῇ 451, 456.

Ibid. 4. Παιδιᾷς 461.

Ibid. 5. Ποιητικά 451.

Ibid. 9. Τύφῳ 451.

Ibid. D. 5. *Λαγχάνειν.* Latine *micare*; apud Italos nunc *jocare alla mora*.

Col. 236 A 14. *Καὶ τότε γοῦν.* « Ne tunc quidem. »

Ibid. B 9. Κόσμῳ 451.

Ibid. Ἄνουν 451.

Ibid. C 2. Ἤδη δέ 451.

Ibid. D 1. Ἐπὶ τοῖς τελουμένοις 451.

Col. 237 A 5. *Πτολεμαίων χρόνους.* Mirum quod in re Romæ acta Ptolemæorum tempora adducat Eusebius; forsan melius esset loco τῶν Πτολεμαίων aliud nomen assumere ex historia Romana depromptum, verbi gratia, Πομπείου, quo vivente, combustum fuit Capitolium, grassante bello civili. Clemens Alexandrinus in *Cohortatione ad gentes*, pag. 46: « Satis mihi perspectum est, ignem eos arguere, et superstitioni remedium afferre posse. Ignis in lucem te deducet, si vis hac amentia liberari. Hic enim templum, quod Argis erat, una cum sacerdote Chrysidem, combussit. Hic Ephesiæ Dianæ templum, quod post Amazonum tempora secundum erat, Romanumque haud semel Capitolium depopulatus est. Idem a Sarapidis fano Alexandriæ non abstinuit; et Bacchi Eleutherii delubrum Athenis diruit; Apollinis autem Delphici ædem, primo quidem procella disjecit, dein vero sapiens ignis funditus delevit. »

Arnobius, l. VI, p. 207: « Ubi Juno regina, cum inclytum ejus fanum sacerdotemque Chrysidem eadem vis flammæ, Argiva in civitate, deleret? Ubi Serapis Ægyptius cum consimili casu jacuit, solutus in cinerem cum mysteriis omnibus atque Iside? Ubi Liber Eleutherius cum Athenis? Ubi Diana cum Ephesi? Ubi Dodonæus Jupiter cum Dodone? Ubi denique Apollo, etc. Infiniti operis esset res toto in orbe describere quæ sint fana convulsa terræ motibus et tempestatibus, quæ incensa ab hostibus, quæ ab regibus et tyrannis. »

Col. 240 A 7. *Τυγχάνειν.* Origenes *Contra Celsum*, lib. VII, 5, 3, p. 695, pariter affirmat Peripateticos veritatem oraculorum, sicut Epicuri sectatores, negasse: « Fateamur ergo nobis facillimum fore de allegatis oraculis, ex multis argumentis ex Aristotele et philosophis Peripateticis depromptis, totam hanc argumentationem pro Pythia et aliis oraculis diruere: nobis haud difficile esset colligere et citare quæcunque dixere Epicurus et qui ejus opinionem hac de re amplexi sunt, et ostendere etiam inter Græcos esse qui pugnent et negent divinas prædictiones quas omnis Græcia et credidit et mirata est. »

Cicero, *De divinatione*, I, 3: « Dicæarchus Peripateticus cætera divinationis genera sustulit, somniorum et furoris reliquit. Sed cum Stoici omnia fere illa defenderent quod et Zeno in suis commentariis quasi semina quædam sparsisset, et ea Cleanthes paulo uberiora fecisset: accessit acerrimo viri ingenio Chrysippus qui totam *De divinatione* duobus libris explicavit sententiam, uno præterea *De oraculis*, uno *De somniis*...; sed a Stoicis vel princeps ejus disciplinæ, Posidonii doctor, discipulus Antipatri degeneravit Panætius: nec tamen ausus est negare vim esse divinandi, sed dubitare se dixit. »

Ibid. C 8. Περιείχετο 466.

Col. 241 A 14. Ὑποτετυχότα 451. Forte ποτὲ τυγχάνα.

Ibid. D 6. Προδηλουμένας 451.

Ibid. 10. Ἀνθρώποις 451.

Col. 244 D 11. Καταμάθωμεν 465, 466.

Col. 245 A 8. Οὕτω γάρ 451.

Ibid. C 3. Ἀριστάς 451.

Col. 247 A 6. Vide Galeum ad Jamblich. *De mysteriis Ægypt.* l. V, 11, 1; Cuper, *Observ.* III, 16.

Col. 248 C. 14. Εἶναί τινας καί 451.

Ibid. D 1. Hæc etymologia vocis *dæmon* plane discrepat a veteribus, ut videre est apud Platonem, in *Cratylo*, p. 263 editionis Lugdun.: Ὅσοι λέγουσιν ὡς ἐπειδάν τις ἀγαθὸς ὢν τελευτήσῃ, μεγάλην μοῖραν καὶ τιμὴν ἔχει καὶ γίνεται δαίμων κατὰ τὴν τῆς προσηγορίας ἐπωνυμίαν. Ταύτην οὖν τίθεμαι καὶ ἐγὼ τὴν δαίμονα πάντ' ἄνδρα, ὃς ἂν ἀγαθὸς ᾖ, δαιμόνιον τε καὶ ζῶντα καὶ τελευτήσαντα.

Idem, ibidem: Τοῦτο τοίνυν παντὸς μᾶλλον λέγει, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τοὺς δαίμονας, ὅτι φρόνιμοι καὶ δαήμονες ἦσαν, δαίμονας αὐτοὺς ὠνόμασε. Τὸ

Digitized by Google

Servium in versum 3 libri III *Æneidis*, ubi eamdem etymologiam affert.

Macrobius, *Saturnal.*, l. I, c. 23 : « Dii sunt δαήμονες, id est scientes futuri ; aut, ut Posidonius scribit in libris quibus titulus est *Περὶ Ἡρώων καὶ Δαιμονίων*, quia ex ætherea substantia parta atque divisa qualitas illis est ; sive ἀπὸ τοῦ δαιομένου (pro δεομένου) id est καιομένου ; seu ἀπὸ τοῦ δαιομένου, hoc est μεριζομένου. »

Etymologicum Gudianum : Δαίμων παρὰ τὸ *δαίω*, τὸ γιγνώσκω, ὁ εἰδήμων πάντων.

Lactantius, *Institut.* l. II, 15 : « Dæmonas (grammatici) dictos aiunt quasi δαήμονας. »

Scholiastes Homeri *ad Iliad.* A, 222 : Δαίμονας καλεῖ τοὺς θεοὺς ἤτοι δαήμονας· ἔμπειροι γὰρ καὶ ὅριες πάντων αὐτοί εἰσιν· ἢ ὅτι διαιτηταί εἰσι καὶ οἰκισταὶ τῶν ἀνθρώπων.

Eusebius hanc etymologiam deformavit. Vid. Eugubenium Steuchum, l. III *Perennis philosophiæ*.

Col. 249 B 5. Περὶ αὐτῶν 451.
Ibid. 9. Ἐξ αὐτῶν idem.
Ibid. 11. Ἧς idem.
Ibid. C 13. Ἁρπόμενος 451.
Ibid. Οὓς 461.
Col. 253 A 5. Αἰθήρ 451.
Ibid. 9. Ἐνδέδεται 465, 466, Vossius.
Ibid. 11. Καθαγιασμούς 466.
Ibid. 12. Ἅς ἴσως 451 ; ἄνεσο 466. Mox χαράσσεται 451 ; ἐμεῖο 465 ; ὅμοιον 451.
Ibid. 13. Τοῖς... τοῖς 451.
Ibid. B 3. Γαῖην 465, 466.
Ibid. 5. Στήσας 466 pro θύσας.
Ibid. Ποταμοῦ 465, 466.
Ibid. 6. Δεῖω 465, δρωίῳ Scaliger ; deinde ἀλφῖτας 66, ἔνθευ 451, 465, 466 ; ἀλφῖτας ἔνθεν Vossius.
Ibid. 7. Εὖ τε δὲ παρ' 451 ; ψαμμάθοιαν 466.
Ibid. 8. Βαρύ 451.
Ibid. 11. Ἄρχεν 466.
Ibid. 12. Θυητάς 465 ; θεῆτας 451.
Ibid. 13. Λιμνείζοι 465 et Vossius.
Ibid. 14. Δάσασθαι 451.
Ibid. C 10. Σφάττειν 451.
Ibid. 12. Καταθάπτειν 451.
Ibid. D 5. Ἀρρένων νέα πίονα θύειν 451.
Ibid. 14. *Χθονίοις*. Haud dubito quin hic χθόνιος telligendum sit de diis infernalibus, sicut etiam inrius, quoniam sepelitur victima, et sanguis in fossa funditur ; revera Porphyrius infra explanans qua ente sacrificia peragebantur, hæc ait : « Quantum Hypochthonianos, incolunt in fossis et sepulcris. » ipsos ergo hæc verba diriguntur, et nihil est od in hac acceptione vocis χθόνιος, pro *infernali*, pendum videatur ; siquidem multi auctores in hoc nsentiunt.

Orpheus, hymn. 17 :

Ὦ τὸν ὑποχθόνιον ναίων δόμον Ὀβριμόθυμε
Ταρτάριον λειμῶνα βαθύσκιον ἡδὲ λιπαυγῆ,
Ζεὺ Χθόνιε....

Soph. in *OEdip. Colon.*, vers. 1568 :

Ὦ χθόνιαι θεαί....

Idem, vers. 1606 :

Κτύπησε μὲν Ζεὺς χθόνιος....

Herodotus, VI, 134 : Εἶναι ὑποζάκορον τῶν χθονίων ὧν, et passim.

Hesiodus, *Operum* v. 465 : Εὔχεσθαι δὲ Διὶ χθονίῳ, od scholiastes Aristophanis in *Pluti*, v. 727, Plui tribuit : Εἰκότως τὸν αὐτὸν τῷ Πλούτωνι τὸν ῥδην νομίζουσι· καὶ γὰρ Ἡσίοδος· Εὔχεσθαι δὲ Διὶ νίῳ.

Plutarchus, *Symposiac.*, III, 1 : Λυπεῖ ὁ Νάρκισ;ὸς ἀμβλύνων τὰ νεῦρα καὶ βαρύτητας ἐμποιῶν πκώδεις· διὸ καὶ ὁ Σοφοκλῆς αὐτὸν ἀρχαῖον μεγάν θεῶν στεφάνωμα (τουτέστι τῶν χθονίων) προσόρευχε.

Philostrates in *Vita Apollonii*, VIII, 7, p. 341 : Τὰ αὐτὰ οἱ κακοδαίμονες βόθροις ἀνατιθέασι καὶ νίοις θεοῖς.

Vide Artemidorum II-33, de inscriptionibus Græcis in genere, et præsertim Muratorium *Anecdot.* t. XXII, p. 4 ; denique Lambertum Bos, *Observ. crit.*, c. 14, p. 56.

Col. 256 A 7. Περὶ γῆν 451, pro πετεινά. Μούνοισι δὲ γὰρ τοῖσι 465.
Ibid. 12. Τῶν τοιούτων 465.
Ibid. B 11. Ἄνω 465 pro βόθρῳ.
Ibid. C 1. Τὰ ἔτι 465, 466.
Ibid. 2. Εἰσίν 465 ; οὐσίας 451 pro θυσίας.
Ibid. 13. Τοῦ αὐτοῦ 465, 466.
Ibid. Συγκρίνωμεν 451.
Ibid. D 4. Μηδεμίαν 451 ; θυμιάσαι 466.
Ibid. 6. Ἀναγκάζει 466.
Col. 257 A 5. Ζωοθυτεῖν 451.
Ibid. B 5. Ἀνθρωποκτασίαις 451.
Ibid. B 10. *Ἀποδεδόσθαι*. Ἀποδιδόναι, in sensu demonstrationis, definitionis, familiare est scholæ Peripateticæ. Aristotel. in *Organo*, et ejus commentatores multis in locis.
Ibid. C 4. Θυσίας 466 pro οὐσίας.
Ibid. 12. Καὶ ἐπὶ 466 loco πρός.
Col. 261 A 4. Hæc epistola, quæ in libro III *Demonstrationis evangelicæ* iterum legitur, non invenitur inter epistolas Apollonii Tyanei.
Ibid. C 7. Προτενεχθείσας καθ' ἡμῶν 451 ; πρόσθεν λεχθείσας 465 ; καθ' ἡμῶν 466.
Ibid. D 2. Ἄθεοι 451.
Col. 264 A 4. Καί τοι κυταῖς 466.
Ibid. 9. Οὔτε 451.
Ibid. B 1. Ὁσίων 465.
Ibid. 2. Τιμιώτερα 451, 465.
Ibid. 3. Οὕτω pro αὐτό 465, 466.
Ibid. 5. Προσῆκον 466.
Ibid. C. 8. *Χάριν τινὸς ἕνεκα*. Textus Porphyrii, Ἀλλ' οὐδὲ χρείας τινὸς ἕνεκα τῶν ἀγαθῶν, vera esse lectio videtur.
Col. 265 C 1. Οὐκ ἦν ἂν εὐθύς 465.
Ibid. D 1. Προσῆκοι ἄν 465.
Col. 268 A 14. Mali dæmones, vel genia, in omnibus mythologiis reperiuntur. Apud Persas et Chaldæos, dicuntur Arimanes. Jamblichus, in libro *De mysteriis*, dicit erroneas transgressiones sæpe sæpius a dæmonibus suggeri : Ἃ τῆς ἀνοσιουργίας ἐστὶν ἀσεβῆ πταίσματά ποτε δ' αὖ δαίμονας πονηροὺς ἀντὶ τῶν θεῶν εἰσκρίνοντα, οὓς δὴ καλοῦσιν ἀντιθέους. Ut videtur, de hoc numinum genere Empedocles scripsit versus quos citat Plutarchus in tractatu *De Iside et Osiride*, § 26, p. 137 ed. Huttenii :

Αἰθέριον μὲν γάρ σφε μένος πόντονδε διώκει,
Πόντος δ' ἐς χθονὸς οὐδας ἀπέπτυσε, γαῖα δ' ἐσαῦθις
Ἠελίου ἀκάμαντος, ὁ δ' αἰθέρος ἔμβαλε δίναις·
Ἄλλος δ' ἐξ ἄλλου δέχεται· στυγέουσι δὲ πάντες.

Col. 269 C 2. Μηνὶ Μαΐῳ, Μεταγειτνιῶνι καθ' Ἀθηναίους 465, 466.
Ibid. 4. Διίφιλις 465, 466. Vide l. V, p. 203.
Ibid. 6. Ἀριστοδούλου, 466.
Ibid. 8. Κοινωνία 465, 466.
Ibid. D 5. *Σελεύκου*. Quisnam sit ille Seleucus, qui Theologus dicitur, regis cujusdam Cypri cui nomen Diphilo, coætaneus, nonnisi ex conjectura dici potest. Vigerus conjicit hunc esse grammaticum de quo meminit Suidas, et qui, ut ait, Alexandriæ natus, dicebatur Homericus, qui Romæ quondam professus fuerat. Centum libros de diis scripserat, et bis ab Athenæo citatur ob suas in Homerum notas, lib. I, p. 24 : Σέλευκός φησι τὴν παρ' Ὁμήρῳ δαῖτα θάλειαν στοιχείων μεταθέσει *δίαιταν* εἶναι. « Seleucus *in Homerum* dicit poetam per litterarum transpositionem dixisse δαῖτα θάλειαν pro δίαιταν, l. II, p. 40. » Idem Seleucus ait veterem morem non fuisse multum vinum apponere nec delicatos cibos, nisi in honorem deorum ; unde venerunt hæ voces θοίνη, θαλία, μέθη· prior, θοίνη, quia vinum, ut putabat,

Digitized by Google

solis diis offerri solebat; posterior, θαλία, quia in conviviis nunquam sedebant, λίζεσάθαι, nisi in honorem deorum; duæ illæ citationes ad eamdem observationem spectant; idcirco, addit, apud Homerum legitur δαῖτα θάλειαν. Scholiastes Venetus octies Seleucum citat; ex quo videre est cognomen Homerici ipsi haud immerito fuisse tributum. Theologi vero nomen, quod, ut videtur, ob suum de diis opus adeptus erat, cum cognomine Homerici, confundebatur, unde nasci debuit confusio. Quidquid sit, omnia in incertum reliquo. Citatur adhuc Seleucus ab Athenæo, lib. IV, c. 21, p. 172, de victimis humanis in Ægypto : Σέλευκος ἐν οἷς περὶ τῆς παρ' Αἰγυπτίοις ἀνθρωποθυσίας διηγεῖται πεμμάτων πρώτον φησι μνημονεῦσαι Πανύασιν περὶ θεῶν. Hic locus ex suo opere centum libros complectente depromptus fuit.

Col. 272 A 6. Quænam sit Juno Ægyptia, Heliopoli culta? Jablonski hoc in loco putat eam fuisse Bubastin quæ eadem erat cum Diana Eilithya. Hic locus Manethonis a Jablonski comparatur cum sententia Plutarchi ex eodem auctore, *De Iside*, c. 73 : « In Eilithyaspoli cremabantur vivi homines, referente Manethone, qui dicebantur Typhoniani : eorum cinis ventilabro excernebatur, et dispersus seminabatur. » Eidem auctori sine dubio Diodorus, lib. I, c. 88, sequentia mutuatus est : « Fas erat immolare boves rufos, quia putabatur Typhonem hujus coloris fuisse, qui insidiatus est Osiridi, et ab Iside castigatus fuit ob necem mariti. In ævo veteri, reges homines rufo colore immolarunt super tumulum Osiris; reipsa non multi sunt homines rufi in Ægypto; plerique adventitii sunt; et exinde orta est fabula quæ narrat Busirin advenas occidisse, quamvis hoc nomen nullum regem, sed in verna lingua solummodo tumulum Osiridis designet. »

Hæc tria testimonia, quæ realiter unum sunt, nempe Manethonis, formaliter Herodoto contradicunt : posteriores scriptores plus fidei Manethoni tribuerunt; supponi revera non potest, sacerdotem Ægyptium suos calumniasse. Quidquid sit, evidens est ex Plutarcho legendum esse Εἰλιθυίας πόλει pro Ἡλίου πόλει, in Porphyrio. Hæc confusio, quæ facillime intelligitur ob majorem Heliopoleos urbis famam, emendata est neque a Marsham, *Canon. chronic.*, p. 317, neque a Jablonski, *Pantheon.* t. II, p. 71, qui econtra multum insudat in infinitis nulliusque pretii argumentis ad statuendum duplex sacrificium humanum, in Ægypto, Eilithyaspoli scilicet et Heliopoli.

Ibid. 7. *Καθαροὶ μόσχοι.* Plutarchus hæc nobis sic depingit in tractatu *De Iside*, c. 31 : « Bos qui immolandus erat signabatur a sphragistis sacerdotibus. Sigillum quo utebantur, teste Castore, faciem ferebat hominis in genubus provoluti, manibus ad tergum alligatis, habentisque gladium in loco decollationis. »

Hoc sigillum indicat bovem loco hominis fuisse immolatum.

Ibid. 8. Οἱ σφραγγιζόμενοι 451.

Ibid. B 1. Ἐπιφημίζοντες Lobeck ad Phrynic. 597; τῷ Κρόνῳ 465.

Ibid. 10. Ἀδριανοῦ. Hæc designatio regni Adriani, tanquam temporis in quo cessarunt humana sacrificia venit ex lege ab isto imperatore edita, quæ ea interdicit, ut conjicit Casaubonus, *ad* Lampridii *Commod.*, c. 19. Plinius tamen hunc honorem tribuit legibus suo tempore editis, id est, sub Vespasiano.

Ibid. Ἔθυον... παρθένον... ἔλαφον 451.

Ibid. 13. Ἰφικράτης. Assertio qua Iphicrati tribuitur cessatio humanorum sacrificiorum Carthagine, nullo nititur fundamento, nisi auctoritate Porphyrii, cujus textus perfecte cum narratione Eusebii concors est.

Vigerus ait, in notis, se hanc quæstionem tractaturum in suis observationibus, quibus tamen edendis supersedit. Iphicrates Atheniensis, cujus Nepos vitam scripsit, non videtur ullam relationem habuisse cum Carthaginiensibus, neque ut hostis neque ut amicus. Theophrastus, quem citat Timæus, quem pariter sequitur scholiastes Pindari, *Pyth.* 2, vers. 2, ait Gelonem post insignem victoriam quam de Carthaginiensibus retulit, Himeræ, in Sicilia, ipsis imposuisse inter pacis conditiones, ut deinceps sese abstinerent ab immolatione puerorum Saturno; quod factum similiter refertur a Plutarcho, *Apophtheg.* 22, *De sera num. vind.* 6. Hanc conditionem certe non observarunt, si post centum annos Iphicrates hanc eamdem legem renovare fuerit coactus. Iphicrates ipse non multum auctoritatis habuit, si spectetur quod accidit in obsidione Carthaginis ab Agathocle, secundum narrationem Diodori, quem sequitur Eusebius in hoc eodem capite. Denique Dionysius Halicarnassæus, *Ant. rom.* I, 38, ait Carthaginienses in hac immanitate perseverasse usque ad destructionem urbis : Τῶν ἡ πόλις διέμεινε. Doctor Munter in suo tractatu *De religione Carthaginiensium*, p. 23, proposuit hanc lectionem : Ἦν (θυσίαν) Γέλων ἵφι κρατήσας ἔπαυσε. Ex ipso, textus hoc modo correctus omnem auferet difficultatem. Ad hoc objici potest ἵφι κρατήσας esse poeticum vocabulum, quod nec Porphyrio convenit, nec stylo ipsius operis; melius legendum esset Ἱρὰς κρατήσας Γέλων ἔπαυσε. Sed hæc mutatio primitivum textus nimis videtur ambitiosa; satius est ut reliquamus hoc factum, de quo nihil nobis historici dixerunt. Tot sunt alia quæ ignoramus! Quantus sit Iphicratem de quo agitur, forsan non erat Atheniensis.

Ibid. 14. *Δουμάτιοι.* Hoc nomen diverso modo scribitur in manuscriptis Porphyrii et Eusebii. In Eusebio legitur Δουμάτης, quod Robertus Stephanus ad Iphicratem refert. Omnes manuscripti unanimes sunt in Porphyrio : prior editio Victorii, 1548, legit Δουμάτιοι. Eusebius hunc locum integre refert in sua ad Constantinum Concione, quam edidit Heareus Valesius post historiam ejusdem Constantini. Hic in suis manuscriptis invenit δ' οὐ μάτην οἱ, male proponit legendum δουματηνοί, ut in Stephano Byzantino legitur : Δούματα πόλις Ἀραβίας · ὁ πολίτης Δουματηνός · ὡς Γλαύκος ἐν δευτέρῳ Ἀραβικῆς ἐρμαιολογίας. Zoega in suo tractatu *De obeliscis* hunc populum confundit cum Thamoudenianis, Ταμουδηνοί, quorum meminit Diodorus Siculus, lib. III, c. 44 : Ταύτην μὲν οὖν τὴν παράλιον ἔχουσιν Ἄραβες οἱ καλούμενοι Θαμουδηνοί.

Ibid. C 1. *Φίλαρχος.* De Philarcho confer Dissertationem D. Sevin in *Memoriis Academiæ Inscriptionum*, tom. VIII, pag. 118.

Ibid. 4. Propriæ filiæ cædes ab Erechtheo et Praxithea facta Euripidi argumentum præbuit tragœdiæ cui titulus *Erechtheus*. Hujus tragœdiæ fragmentum satis amplum a Lycurgo usurpatum in sua contra Leocratem concione, in hac crudeli matre supposuit barbarum patriæ studium, quod eam impulsit ad immolandam filiam. Praxithea nomen erat etiam unius e filiabus Leonis : Hyacinthidæ pariter immolatæ leguntur pro salute Athenarum. In his omnibus narrationibus haud parva adest confusio. Leo nomen suum dedit Leontidi tribui, sicut Erechtheus Erechtheidi. Vide Apollodorum III, 14 et 15, et ibi Heynium; Ælianum *Hist. div.* 12, 28; Meursium *De regibus Athen.* XI, c. 9; denique Henricum Valesium, ad Eusebii *Laudes Constantini*, c. 10.

Ibid. 6. *Λατιαρίου Διός.* Henricus Valesius fuse disseruit de cultu Jovis Latiaris, in sua de Eusebii concione ad Constantinum animadversione, ubi repetitur idem locus Porphyrii : quas citat auctoritates sunt Lactantius lib. I, 13 : « Latiaris Jupiter et nunc sanguine colitur humano : » Prudentius *contra Symmachum*, I, 10 :

Funditur humanus Latiari in munere sanguis.

Dion Cassius, lib. XLIII, pag. 519 ed. Reimar. : « Per Latiaria festa prætor egit quod sui muneris non erat.

Si lides adhiberetur verbis quibus Eusebius la

:tantius et Prudentius describunt cultum Jovis Laiaris, credi posset huic Jovi immolatam fuisse victimam humanam ; sed non ita erat : ex sanguine antum gladiatorum libatio Jovi fiebat. Tatianus ait, *contra Græcos :* « Invenio apud Romanos Jovem Laiarem, qui victimis humanis et sanguine immolatorum hominum gaudebat. » Cyprianus *De spectaculis :* « Plura prosequi quid necesse est, vel sacrificiorum in ludis generosa monita describere ; inter quæ nonnunquam et homo fit hostia latrocinio sacerdotis, dum cruor etiam de jugulo calidus excoctus patera, cum adhuc fervet, et quasi sitienti idolo, in faciem jactatus crudeliter propinatur ? » Tertullianus *Apologet.*, c. 9 : « Ecce in illa religiosissima urbe Ænæadorum piorum est Jupiter quidam quem ludis suis humano profluunt sanguine. »

Col. 273 B 1. *Ἰσραήλ. Βήλ.* 451 ; Ἦλ 466.

Ibid. 5. *Τοῦτον Ἰουέσιτ* 451.

Ibid. C. 2. Ταῖς... φιλονεικίαις 457.

Ibid. 5. Ἀνέδην 451 ; ἐμφορούμενοι 466.

Ibid. 8. *Ἰθωμίτῃ*, cod. 451 ; θεῷ μιννιδίῳ. Holstenius *ad Steph. Byzant.*, 124, Ἰθωμίτης ait legendum apud Eusebium hoc loco. Cf. Pausanias in *Messeniacis.*

Col. 273 C 8. Ἀριστομένης. Duo bella Lacedæmonios inter et Messenios videntur diverso modo a veteribus historicis fuisse descripta. Pausanias solus est ex antiquis scriptoribus qui, in *Messeniacis*, hæc bella digesto ordine narravit. Sed ipse declarat, c. VI, Rhianum, Myronem Priennensem et Tyræum, qui hæc bella descripsere, non tantum inter se discordes esse ; sed Myronem tribuisse Aristomenis, id est secundi belli, gesta Aristodemo, qui primo præerat. Sic explicari potest anachronismus Clementis, qui immolationem Theopompi regis Lacedæmoniorum refert in primo bello ad Aristomenem, qui secundi dux fuit, loco immolationis trecentorum captivorum ab eo principe factæ. Pausanias loquitur de Hecatomphonia, seu sacrificio olato Jovi Ithomati, pro occisis centum inimicis. Sic dicit : « Aristomenes immolavit Hecatomphoniam Jovi Ithomati ; quod sacrificium antiquissimum Messeniorum habetur. Quicunque centum hostes occiderat, hoc offerendi jus habebat. Aristomenes ter illud obtulit : primo, post prœlium monumenti apri ; secundo, post debellatos Corinthios ; tertio tandem, post felices excursiones. » Auctor quidam Latinus inter recentiores, grammaticus, hac de historia relationem affert prorsus incorrectam. Fulgentius *De prisco sermone :* « (Nefrendes) Diophantus Lacedæmonius qui de sacris Deorum scripsit ait, apud Messenios Jovi solere sacrificari sacrum, quod ἑκατομφόνια appellatur. Si quis centum hostes interfecisset, Jovi homine (lege Ithomeni) sacrificabat apud Ithomen, quod sacrificatum est a duobus, Aristomene Gortynensi (lege Æpytiensi), et Theoclo, sicut Onesicrates scribit. » De Theoclo, vid. c. 15. Scholiastes Clementis sic habet, ms. 451 : Ἰθώμη πόλις τῆς Λακεδαιμονίας, ἣν καὶ Μεσσήνην φασίν. Μᾶλλον δέ ἐστιν ἡ ἀκρόπολις τῆς Μεσσήνης, καθάπερ ἡ τοῦ Ἄργους πάλιν ἀκρόπολις Λάρισα λέγεται. Ithome, Messene, seu potius arx Messenæ, sicut et arx Argorum dicebatur Larissa. Vid. Dionysium Halycarnass., *Antiq. Roman.* XXI, pag. 55, tom. I ; Stephanum Byzantinum, *In voce ;* Strabonem, IX, pag. 440, *Antoninus liberalis.*

Ibid. D 2. *Σου. Οὖρ* 451.

Ibid. 4. Ἀχαιόν. Τὸ παλαιὸν 451.

Ibid. *Χείρωνι.* Vigerus in nota ait hunc Mosimum sibi plane ignotum ; Vossius illum omittit inter historicos græcos ; Scholiastes Clementis Alex. hæc tantum ait : Ὄνομα ἱστοριογράφου. Ex Diogene Laertio, lib. VI, seg. 83, cognoscimus quemdam hujus nominis cynicum philosophum, qui scripserat ocosa opera, sed quæ sensum includebant gravissimum. Παίγνια σπουδῇ λεληθυῖα μεμιγμένα.

Ibid. 5. *Αυκτίους.* Δυκτίους 451 ; λεκτίους 465, 466.

Ibid. *Αυκτίους.* Lyctos primitus erat Lacedæmoniorum colonia quæ in veteri historia Cretensi haud ignobilem locum obtinuit. Vid. Meursium, *In Creta.*

Col. 276 A 1. *Δωσίδας.* Δωτιάδης. Vide Athenæum, lib. IV, pag. 143 ; lib VI, pag. 264 ; Plinium lib. IV, sect. 20. Φωκίας 451 pro Φωκαεῖς.

Ibid. 2. Παραπέμψομαι 465 et Clemens.

Ibid. 3. *Ταυροπόλῳ Ἀρτέμιδι.* Sæpe confusa est Dea Taurica cum Diana Tauropolitana in Asia culta : error est quem confutat Scholiastes Dionysii Periegetæ, v. 610, qui in hac eadem regione locat templum Dianæ Tauropolitanæ :

Ὁρμηθεὶς βορέηνδε καὶ Ἴκαρον εἰσαφίκοιο,
Ἴκαρον εἰναλίην, ὅθι ταυροπόλοιο θεοῖο
Βωμοὶ κνισσήεντες ἀδευκέα καπνὸν ἔχουσι.

Ibid. 4. Ὁλοκαυτοῦντα 465.

Ibid. 5. Fragmentum Porphyrii nuper citatum jam mentionem faciebat de immolatione filiæ Erechthei in bello Atheniensi contra Eleusin. Lege observationes in hanc citationem. Demarati, locum nobis servavit Stobæus, sermone 37 ; inde patet, Erechtheum non Persephonæ (Proserpinæ) immolasse filiam suam ; sed ipsam filiam vocatam fuisse nomine Persephonæ : et parum abest quin Stobæus emendetur a Clemente.

Immolatio autem filiæ Marii, quam refert Dorotheus *in Italicis*, quadam indiget explicatione ; certum videtur S. Clementem hanc historiam mutuasse a Plutarcho in suis *Parallelis*. Textus Plutarchi fert Manium, nec Marium : puella dicitur Calpurnia, quod nomen convenire nullo modo potest filiæ Marii. Manius prænomen est quod præsertim in familia Acilia erat usitatum. Vide Gronovium, in Titum Livium, lib. XXX, c. 43, pag. 500, tom. IV ed. Drachenborgi. Manius Acilius a Plutarcho dicitur Marii collega exercitui Cimbris opposito præfuisse, quum Marius Romam rediit ad quartum consulatum. Ἀπολιπὼν ἐπὶ τῶν δυνάμεων Μάνιον Ἀκύλλιον, (Ἀκίλλιον) αὐτὸς ἦκεν εἰς Ῥώμην Ergo videtur hoc in loco potius agi de Manio Acilio, præsertim quia Plutarchus asserit eum a Cimbris fuisse profligatum, quod Mario nunquam accidit : Μάνιος πρὸς Κίμβρους πόλεμον ἔχων καὶ ἡττώμενος, ὅναρ εἶδεν ὅτι νικήσει, ἐὰν τὴν θυγατέρα προθύσῃ (ἦν δὲ αὐτῷ Καλπουρνία). Cognomen hujus familiæ commune erat Glabrio ; nec est inter Pisones (qui Calpurnici erant) et Acilios, quod eos confundi permittat. Quod si ascendere placeat usque ad duces Romanos a Cimbris profligatos, antequam Marius præesset exercitui contra eos misso, hoc non profuerit, quia paucissima historicorum monumenta de hoc bello referunt. Attamen Tacitus, in *Germania*, c. 37, sic ait : « Germani Carbone et Cassio, et Scauro Aurelio et Servilio Cæpione, M. quoque Manlio fusis vel captis, quinque simul consulares exercitus populi Romani abstulerunt. » Nomina quæ memorat Florus diversa sunt, nec quinque, sed tres tantum exercitus deletos enumerat, lib. III, c. 3 : « Nec primum quidem impetum barbarorum Silanus, nec secundum Manlius, nec tertium Cæpio sustinere potuerunt. » Clades Carbonis satis prolixe describitur in fragmentis, *De legationibus*, ex Appiano, fragm. XIII. Reducendo quæstionem ad nomina devictorum ducum, nullum alium invenio, cui hoc factum convenire possit nisi Manlium, præsertim quod ejus nominis orthographia variatur ; manuscripti frequentius Manilium scribunt, inquit Salmasius. In Excerptis Dio. Cassii, Fragm. Peiresc., pag. 633, editionis in-8°, dicitur Mallius ; sed hæc omnia non explicant nomen Calpurniæ datum huic puellæ, ambitionis paternæ et superstitionis victimæ. Quæ sequuntur in Plutarcho, locum prælii in Germaniam transferente, videntur opinionem confirmare hoc in loco agi de uno ex antecessoribus, sed non de collega Marii : Ἔτι καὶ νῦν βωμοί εἰσι δύο ἐν Γερμανίᾳ, οἳ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἦχον σαλπίγγων ἀποπέμπουσι. Uno verbo

Digitized by Google

hoc factum non potest ad Marium pertinere, qui nec a Cimbris fuit profligatus, nec habuit filiam Calpurniam, nec cum barbaris in Germania arma miscuit; pariter credibile non est Marii collegam, ipso absente, sortem armorum tentavisse, et filiam suam immolasse ut Mario inserviret; multo magis hoc factum convenit Manlio, seu Mallio, quod, ut videtur in textu Dionis, cladis eorum causa fuit invidia Cæpionis. Oportebat ergo Manlium, ante adventum Cæpionis sese barbaris formidandum præbuisse, quum ipsi pacis obtulerunt propositiones, quæ etiam magis invidiam Cæpionis excitarunt. Sic se habet locus allatus: « Barbaris sese formidandos exhibuerant, dum eorum inter se dissensio fuit ignota; ita ut primi pacem peterent; sed cum Servilius audisset eos ad Mallium vel Manlium misisse legatos, neque ad se, in furorem versus est, et nedum responsum gratum daret petentibus, parum abfuit quin legatos ipsos interficeret. » Hic erat Cæpio qui Tolosi aurum fuerat furatus. Sed unde filia ejus vocata fuerit Calpurnia ad judicandum relinquo. Nihilominus mihi probatum videtur Clementem emendandum esse ex Plutarcho, nec Plutarchum ex Clemente.

Col. 276 A 5. Ἔθυσαν 451.
Ibid. 9. Ἱστορίᾳ 451.
Ibid. 10. Ἀλόγως 465, 466.
Ibid. 13. Γάρ pro γοῦν, 465, 466. Mox αὐτοί 451.
Ibid. B. 3. Ἱεροῖς pro ὁδοῖς 466; mox οὐχ ἱερόν idem pro ἂν ἱερόν.
Col. 277 A 1. Ἐκτρέφεσθε 465 pro ἐντρέπεσθε.
Ibid. 12. Ἀνθρώπους ἔθυσαν 465, 466.
Ibid. 13. Ἀβορίνων 451; Ἀβουργίνων 466; mox πρότερον pro πρῶτον.
Ibid. B 9. Τῶν αἰγῶν 451 pro γυναικῶν· mox idem ἔμβρυα.
Ibid. 11. Καὶ ἃ καί 466.
Ibid. C 4. Εὐθύς 466 pro ἐλπίς· mox εἶπεν pro ἀνεῖλεν 451.

Ibid. 14. Dionysius Halicarnasseus in libro I, *De antiquitatibus romanis*, § 19, refert oraculum his verbis congruens:

> Στείχετε μαιόμενοι Σικελῶν Σατουρνίαν αἶαν,
> Ἣδ' Ἀβοριγινέων κοτύλην, οὗ νᾶσος ὀχεῖται,
> Οἷς ἀναμιχθέντες δεκάτην ἐκπέμψατε Φοίβῳ,
> Καὶ κεφαλὰς Κρονίδῃ καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε [φῶτα.

Col. 280 A 11. Ἔξει φησί 451.
Ibid. 14. Ἐπερωτᾶσθαι 451.
Ibid. B 2. Τοῦ σταδίου αὐτοῦ 451.
Ibid. 6. Οὐχ ἑνί 451.
Ibid. 7. Θεοσεβεία 465.
Ibid. 8. Lego ἐξηλίφθη pro ἐξηλείφθη, ex ἐξαλείφειν. Porphyrius, *De Abst.* lib. II, 25: Ταῖς γὰρ ἐκ τῶν θυμάτων ἀπολαύσεσι, τὸ περὶ τούτων ἀληθὲς ἐξαλείφειν πειρώμενοι λανθάνομεν ἡμᾶς αὐτούς.

Oportet reddere hoc verbum Demostheni, *C. Aristocratem*, pag. 672: Τί συμβαίνει παρὰ ταῦτα, ὅθεν ἐξηλίφθη τὸ πρᾶγμα ἐπ' αὐτοφόρῳ pro ἐξηλέγχθη;
Ibid. 8. Ἤδη 451 pro ὅλα.
Ibid. 10. Ἐπεξιοῦσι 465.
Ibid. 13. Βαρβάρου πόλιν 465, 466.
Ibid. C 1. Ἀνίασιν 451; ἀνήεσαν 465.
Ibid. 4. Λανθανόντων 465, 466.
Ibid. Ἦν δὲ πολύτροπος ἔχθρα σὺν προφάσει εὐσεβείας περιελαυνομένη 451; συντεῖνον ἦν 465; ἀπελαυνόμενον 466.

Ibid. 12. Πρό 451; προεσπερίων 465; ἀνδροφονεῦσι idem.

Ibid. 14. Τῶν σαρτονίων 451.
Ibid. D 1. Ἀνθρώπων 466.
Col. 281 A 2. Ἠλογηκόσι 465 et 466.
Ibid. 3. Ἀπομειλισσομένην 466.
Ibid. 5. Ἀκρατεῖν 465, 466.
Ibid. 6. Εἰδωλοποιοῦντες 451.
Ibid. B 4. Εἰδωλομορφήν 451.
Ibid. C 4. Λαθόντες 465.
Col. 284 B 14. Μαιχίου... τάξεως 465, 466.
Ibid. C 2. Αὐτοῖς 451, 465, 466.
Ibid. 6. Ἀπεμπωλούσαις. Euripid. Phœnic. 125. Nota ms. ad vers. 1025 Œdipi regis: Ἀπεμπωλοῦσαις barbarum est, et ἀπεμπολώσαις restituendum Eusebio pro vulgato minime Græco, quod tamen non offendit Abrech. *Dilucid. Thucyd.* p. 584.
Ibid. 10. Οἳ 466 pro οἷα.
Ibid. 13. Προσῳ. ἀνδρῶν ἀπεφύκοι 466.
Ibid. 14. Πλαστικούς 451.
Ibid. D 1. Τί δαί 451.
Ibid. 5. Ἀμεταστρεπτεί 451.
Ibid. 6. Ἅς 451 pro ᾧ.
Col. 285, A 2. Τυγχάνειν 451, 466.
Ibid. 9. Ὃν omittit 466.
Ibid. C 2. Ὑποστόμιον 451.
Col. 288 A 5. Μεμυημένους 465.
Ibid. 6. Vid. Abbatem Sevin, *De vita et libris Phylarchi, in Mem. Acad. De Inscriptionibus*, t. VIII, p. 118.
Col. 289 A 11. Παρόν 451.
Ibid. B 8. *Καὶ οἱ.* Hic versus mutilus et corruptus oritur ex duobus Hesiodi: Ἔργ. καὶ ἡμερ., 252:

> Τρὶς γὰρ μύριοί εἰσιν ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ,
> Ἀθάνατοι Ζηνὸς φύλακες μερόπων ἀνθρώπων.

Textus hodiernus habet θνητῶν ἀνθρώπων· sed præter Eusebium lectio μερόπων affertur a Sexto Empirico, lib. IX *Adv. Mathem.*, p. 571.

Ex nota Vigeri in versum 121 ejusdem poematis Hesiodi in quo est idem sensus aliis verbis, possumus concludere eum ignorasse versum quem Eusebius in ridiculum detorsit.

Col. 299 C 4. *Τρέπεσθαι.* Rhoero magis placet τρέφεσθαι, quod cum ἀπορρεῖν deperditionem notat a nutritionem.

Col. 304 A 9. De vera significatione verbi ἐκπαιχελίζειν, mutuati ex gymnasio, et de illius sensu metaphorico legendi sunt, Perizonius, *ad Æliani Var. Hist.* 12-58; *Miscel. Observ.*, vol. III, pag. 242: Alciphron, *Ep.* 3-40; Porphyr. *De Abst.* I, § 42; Plutarch., *De ed. puer.* t. VI, pag. 43; De Reiske, *De disari. adul.*, pag. 216.

Col. 305 A 3. Προσουδίζειν, quod hic usurpat Porphyrius, significat proprie *humi allidere*. Herodotus, 5-923: Ἐβεβούλευτο τὸ παιδίον προσουδίσαι. Verba allata sine nomine a Suida *in voce*: Ὁ δὲ ἅρας μετέωρον, προσουδίζει· denique Euripides, *Iphig. in Aulid.* 1151, secundum correctionem Scaligeri:

> Βρέφος τε τοὐμὸν σῷ προσουδίσας πάλῳ.

Ibid. B 8. Pro πεπλησμένης γαστρὸς ἐξ ἡδυπαθείας, ms. 465 habet πεπρημένης, quod, opinor, est vera lectio; πεπρησμένους, legitur in magno etymol. sub voce πρήθω· ἡμεῖς ἐν τῇ συνηθείᾳ τοὺς πεπρησμένους λέγομεν, quod repetitur ab Apoll. *Lexic. Homeric.*; Aristophan. *in Vespis*, 39:

> Ἔχουσα φωνὴν ἐμπεπρησμένης ὀός.

Scholiastes explanat etiam ἐμπεφυσημένης· πρήθω γὰρ τὸ φυσῆσαι ἔνθεν καὶ πρηστήρ. Hesychius agnoscit formam πεπρημένος, πεφυσημένος. Itaque legendum est vel πεπρημένης cum ms. 465, vel πεπρησμένης. Vid. Buttmann, *Lexilogus*, tom. I, pag. 103.

Ibid. D 3. Ἀπειροτέχνης mutatur in ἀπειροτέκνης a Vigero qui proponit etiam ἀπειρολεχής, verbum longe usitatius cum agitur de Diana aut Hecate. Vid. Lobeck, *in Aglaophamo*, tom. I, p. 225, sequitur hanc opinionem Vigeri in sua nota, et hic, et in Lydo, *De Mensibus* III, 34, ubi eadem verba repetuntur; sed Rœther, novissimus editor hujus libelli, proponit ἀπειροτέχνη.

Digitized by Google

Col. 308 A 2. Traditiones maxime prolixæ de Hecata inveniuntur in Theocrito ejusque Scholiaste. Leguntur versus sequentes in secunda idylla Theocriti, v. 10:

Ἀλλὰ, Σελάνα,
Φαῖνε· καλὸν τὶν γὰρ κοτεεῖσομαι ἄσυχα δαίμον,
Τᾷ χθονίᾳ θ' Ἑκάτᾳ τὰν καὶ σκύλακες τρομέοντι
Ἐρχομέναν νεκύων ἀρά τ' ἠρία καὶ μέλαν αἷμα.
Χαῖρ' Ἑκάτα δασκλῆτι καὶ ἐς τέλος ἄμμιν [ὀπάδει,
Φάρμακα ταῦθ' ἕρδοισα χερείονα μητέ τι Κίρκης,
Μήτε τι Μηδείας, μήτε ξανθᾶς Περιμήδας.

« O Luna, fulge omni tuo splendore : tibi mea vota secreta offero, inferorum Hecatæ, quam catuli metuunt, cum se confert in monumenta tabemque mortuorum. Ave, o formidabilis Hecate, veni in auxilium usque ad finem, concede mihi philtra quibus nullo modo præstent Circæ, Medeæ flavæque Perimedæ philtra. »

Dicitur Hecata numen infernum quod præest fatis locorum inferorum. Juno, ut refert Sophron, habuit commercium cum Jove ; inde orta est filia quam mater nominavit Angelos. Eam natam Jupiter commisit educandam nymphis. Cum ea adolevisset, subripuit myrrham Junonis qua vultum linivit, ita ut accenderet ; deque ea dedit Europæ, filiæ Phœnicis. Quo furto cognito, Juno surrexit ad eam castigandam ; illa vero fugit, primum in domum mulieris ex partu decumbentis, inde ad homines qui effecerunt mortuos ; unde Juno eam penitus dereliquit. Eam purificandi Jupiter dedit mandatum cabiris ; qui eam ducentes ad lacum Acherusium purificaverunt ; hæc est causa cur dicatur hoc numen mortuos et regiones infernas sortitum esse. Ex altera fabula Jupiter commercio habito cum Cerere, procreavit Hecatam, vi et pulchritudine eximiam : quæ missa est a patre ad requirendam Proserpinam et nominatur Diana, Phylax, Dadoucha et Chthonia.

Col. 316 C 5. *Κοσμοκράτορας*. Gaulmin. in Psellum, *De operat. Dæmon.*, p. 113 ; Œcumenius, *in Epist. prima Joann.* : Τούτου δὲ τοῦ κόσμου πατὴρ ὁ διάβολος τῆς κοσμικῆς φησιν ἡδυπαθείας καὶ συγχύσεως. Aliique sine numero. Damascen. pariter et Athanas. Κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τούτου *δαίμονας*. Invocant testamentum Salomonis mss. : Καὶ ἐκέλευσα παρεῖναί μοι ἕτερον δαίμονα· καὶ εἰσῆλθοσαν πνεύματα συνδεδεμένα εὔμορφα τῷ εἴδει. Κἀγὼ Σαλομὼν ταῦτα ἐθαύμασα καὶ ἐπηρώτησα λέγων· Καὶ ὑμεῖς τίνες ἐστέ ; Οἱ δὲ ὁμοθυμαδὸν ἔφησαν μιᾷ φωνῇ καὶ εἶπον· Ἡμεῖς ἐσμεν τὰ λεγόμενα στοιχεῖα, οἱ κοσμοκράτορες τοῦ σκότους τούτου. Ἀπατή, Ἔρις, Κλώθω, Ζάλη, Πλάνη, Δύναμις, etc.

« Jussi alterum dæmonem adesse. Statim spiritus, conjuncti invicem et vultu venusto, intraverunt. Quo visu perculsus, ego Salomon, interrogans ab eis petivi quinam essent ; qui responderunt omnes una voce : Sumus sidera, cosmocratores vocamur, harum tenebrarum : Dolus, Discordia, Clotho, Zale, Error, Vis, » etc.

Col. 317 D 6. *Ὕλην*. Legitur in Plutarcho, sicut manuscripti offerunt : ὃν νῦν ὕλην καὶ φύσιν καλοῦσι, nunc vocatam *materiam* et *naturam*. Brevitatem Eusebii antepono ; partim hoc duplex nomen falsum est, quia verbum *natura* significat longe aliud ac verbum *materia*, et hæc incertitudo in nomine introducit ambiguitatem in mentem lectoris ; partim, uni rei unum nomen satis est in philosophia.

Col. 324 C 5. Ms. 451 habet, pro ἱστορούμενα, ut legitur in Plutarcho et cæteris mss. Eusebii, τετυρευμένα, quod ego antepono.

Ibid. 9. Lego πολύ pro πολλῇ cum ms. 451.

Col. 328 A 10. Diversis modis scribuntur hæc nomina apud Plutarchum et in mss. ; nemo autem affirmare potest quomodo scripta fuerint hæc nomina aliena a Græcis.

In quarto libro, c. 7, p. 144, hoc legitur : « Mentibus sic dispositis, obtestatur et præmonet ne quæ dicturus est divulgent. » Verba non admodum sunt dissimilia : « Μαρτύρεται καὶ προκαταγγέλλει μὴ εἰς πολλοὺς ἐκφῆναι τὰ λεχθησόμενα. »

Col. 329 B 6. Oraculum Apollinis Branchidium dictum haud procul aberat ab urbe Mileti in Ionia ; distabat 180 stadiis ab hac urbe, inquit Plinius, l. v, c. 31, et viginti a littore maris, duodeviginti secundum Strabonem. Hoc erat oraculum celeberrimum Apollinis præter oraculum Delphicum. Μέχρι νῦν χρηστηρίων Ἑλληνικῶν, ὧν ἴσμεν, μετὰ Δελφοὺς, κράτιστον. Conon citatus a Photio, p. 136 ed. Bekker Ἔστι τὸ μαντεῖον τοῦ Διδυμέως Ἀπόλλωνος, τὸ ἐν Βραγχίδαις ἀναβάντι ὅσον ὀκτωκαίδεκα σταδίους. Ἀναβάντι significat hic : « Ascendendo a mari. » Incensum erat a Xerxe, sicut omnia templa Ioniæ, præter templum Ephesinum, et reædificatum est magnificentius a Milesiis ; omnium erat maximum ; propter hanc magnitudinem intectum remansit : complectebatur vici spatium : nemore cingebatur intra et extra (Strabo, lib. XIX, p. 634 ed. Casaubon.). Idem in lib. XVII, p. 814, oracula data fuisse dicit sæpius non voce, sed motu capitis et symbolis, juxta versum :

Ἠ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων.

Porphyrius in epistola ad Anebonem, impressa a Galo, initio tractatus Jamblichi, *De mysteriis*, Oxoniæ 1688, nos docet fuisse Branchidis prophetissas numine afflatas ab aqua quam respirabant : « Οἱ ἐξ ὑδάτων ἀτμιζόμενοι, καθάπερ αἱ ἐν Βραγχίδαις προφήτιδες. » Jamblichus explicat, p. 74 in hunc locum, varios modos quibus hæc oracula edebantur. « Sacerdos ea proferebat, inquit, sive virgam manu tenens quam dederat deus, sive in axi sedens ; sive mergens pedes aut fimbriam vestis in aquam, sive, ut ait Porphyrius, hanc aquam respirans. » Videtur modus ea edendi signis capitis, ut refert Strabo, usitatus fuisse tempore quo fons erat aridus. Idem Strabo eodem loco libri XVII refert, secundum Callisthenem, hunc fontem aridum factum cum Xerxes sacra contaminaret thesaurosque spoliaret, rursusque apparuisse adveniente Alexandro. Adulationem hoc esse dicit Strabo. Apollo Didymæus-Branchiacus vocabatur etiam Philesius et Milesius. Hunc consuluerat Crœsus æque ac Apollinem Delphicum, eique dona magnifica obtulerat, non inferiora donis quæ miserat Delphos (Herodotus, I, 92). Idem historicus (I, 159) refert quamdam historiunculam de hoc oraculo : « Hoc oraculo jussi erant Cumæi tradere Persis quemdam transfugam nomine Pactyam. Aristodicus, indignatus hac violatione hospitalitatis, ambulavit circa templum, expellens aves quæ ibi nidum fecerant ; vox, egressa adyto, ei impietatem crimini dedit. — O rex (Ὄναξ), exclamavit Aristodicus, vis nos parcere tui numinis supplicibus, et jubentur a te Cumæi tradere suæ hospitalitatis supplicem. — Hoc facio ut hæc impietas, respondit deus, vos auferat citius, neque amplius veniatis meum oraculum consultum an tradi debeant qui vestram hospitalitatem implorant. »

De origine hujus oraculi, vide Bentley, fragmentum 36 Callimachi.

Ibid. C 4. Cognomen Ἀγροτέρα, datum Dianæ, in historia est clarum, ob votum, quo Miltiades aut Callimachus (haud satis constat) se obstrinxit, ante pugnam Marathonicam, immolandi in ejus honorem tot capras quot occidissent hostes ; Xenoph., *De exp. Cyri*, l. IV, 2-12 ; Ælian., *Hist. div.*, II, 25 ; Plutarchus, *De malig. Herodoti*, 26, p. 308 ed. Hutten ; Agathias, p. 46 edit. Lupar. Pausanias, *in Atticis*, c. 19, credit hoc nomen derivari ἀπὸ τῆς ἄγρας. *Magnum Etymol.* dicit ἀγροτέρα οὐκ ἀπὸ τοῦ ἄγριος, ἀλλὰ παρὰ τὸν ἄγρος ἀγρότερος παποίηται.

Digitized by Google

Apud Hesiodum cervus eodem epitheto gaudet, Ἀσπίδ. 470 :

Αἰγὸς ὀρεσσιτόμου ἢ ἀγροτέρης ἐλάφοιο.

Eustath., *Iliad.* Φ., v. 470. Ὅτι δὲ καὶ ἀγροτέρα, λέγεται Ἄρτεμις ἐπιθετικῶς παρ' Ἀττικοῖς δηλοῦσιν ἄλλοι τε καὶ ὁ Κωμικὸς ἐν οἷς λέγει κατὰ χιλίων τῇ ἀγροτέρᾳ εὔξασθαι.

Locus Aristophanis est versu 115 Thesmophor. : « Ubi scholiastem. »

Col. 330 D 3. Textus habet : Τυμπάνων αὐλοῖς καὶ θηλειῶν πατάγοις χαίρειν. Quod sensu caret, « tibiæ tympanorum » : hoc corrigendum est facillime sic : Θηλειῶν αὐλοῖς καὶ τυμπάνων πατάγοις. Haud nescimus tibiam fuisse præsertim instrumentum feminarum apud veteres. Αὐλητρίδες, *Tibicinæ*, apparebant in conviviis et congregationibus voluptatis aut luctus; sic celebrabant mysteria matris deorum. Leguntur, p. 192, hi versus cujusdam oraculi :

Μητέρι μὲν μακάρων μέλεται Τιτηνίδι Ῥείῃ
Αὐλοὶ καὶ τυμπάνων πάταγοι καὶ θῆλυς ὅμιλος.

Hos versus Euripidis in *Bacchan.*, 124 :

Βιρσότονον κύκλωμα τόδε
Μοὶ Κορύβαντες εὗρον.
Ἀνὰ δὲ βακχεία συντόνῳ
Κέρασαν ἡδυβόᾳ Φρυγίων
Αὐλῶν πνεύματι ματρός τε
Ῥέας εἰς χέρα θῆκαν
Καλλικτυπον εὐασμα Βακχᾶν.

Col. 331 A 14. *Οὐδὲν ἐν ἀθανάτοισι*, etc.

Hic versus, imperfectus et mutilus, multum variat in manuscriptis :

Οὐδὲν ἐν ἀθανάτοισι θείη ποτὲ δῖα μάταιον.

465 et 468. — Θέο ποτέ, 466. Vigerus retinuit textum Rob. Stephani, corrigens hunc versum. Vide illius notam. Credo legendum esse δῖα μάταιον quod invenitur in plerisque manuscriptis; inde prodibit hic versus :

Οὐδὲν ἐν ἀθανάτοισι θεοῖς ποτε δῖα μάταιον.

Quod improbat tamen D. Lobeck, in *Aglaopham.*, p. 225.

Ibid. Ψυχή. De triplici divisione animæ, secundum Platonem, vide ipsum in nono libro *Reipublicæ*, p. 506 editionis Lugdunensis. Supra noster auctor per phases lunæ intelligit triplicem vultum Hecatæ.

Col. 332 B 2. Ἀλεγίζεται, 451.
Ibid. 3. Λογίοισι βεβαῖα, Vossius.
Ibid. 10. Μήτι ὀνομάσῃς, 466.
Ibid. C 1. Ὑπακούσαιεν. 465.
Col. 333 A 2. Μῦθος, 466.
Ibid. 3. Βυθοσκοπέλους, 466.
Ibid. 7. Σταχυητρόφα, 466.
Ibid. 9. Ἄστρασιν, Voss.
Ibid. B 14. *Θυσίαις*. Παρουσίαις, 465, recte.
Ibid. C 2. Καί, 466, pro ὡς.
Ibid. 11. Πειθανάγκαις, 465, 466. Verba ἀνάγκη et πειθανάγκη, usurpata in magia paganorum digna sunt attentione. Vigerus supersedit ea explicare in suis observationibus : lacunas illius explere decet.

Nihil magis notum quam evocationes quibus numina adducebantur e cœlo in terram. *Pharmaceutierium* Theocriti, octava *Ecloga* Virgilii, *Epodæ* Horatii *ad Canidiam*, *Elegiæ* Propertii et Tibulli, sufficiunt ad hoc probandum, eorumque memoriam satis tenent lectores ut non sit necessarium ea proferre. Producam locum Lucani minus notum in quo optime explicatur sensus votis Πειθανάγκη.

Lib. VI, v. 492 :

Quis labor hic superis cantus herbasque sequendi
Spernendique timor? Cujus commercia pacti
Obstrictos habuere deos? Parere necesse est;
An juvat? ignota tantum pietate merentur,
An tacitis valuere minis? hoc juris in omnes
Est illis superos; an habent hæc carmina certum
Imperiosa Deum, qui mundum cogere, quidquid
Cogitur ipse, potest? illis et sidera primum
Præcipiti deducta polo : Phœbeque serena
Non aliter, diris verborum obsessa venenis
Palluit, et nigris terrenisque ignibus arsit,
Quam si fraterna prohiberet imagine tellus
Insereretque suas flammis cœlestibus umbras.
Et patitur tantos cantu depressa labores,
Donec suppositas propior despumet in herbas.

Verba mystica sunt apud Græcos : Ἕλκειν, θέλγειν, γοητεύειν, apud Latinos, *Devocare*, *deducere*, *deripere*. Artem evocationis imprimis callebant Thessalides. Ægyptii et Chaldæi habebant etiam mysteria hujus generis.

. . . . . *novi quo Thessala cantu*
Eripiat lunare jubar; quid signa sagaces
Ægypti valeant; qua gens Chaldæa vocatis
Imperet arte deis.

Claudianus, *In Rufinum*, I, 147.

Cum autem Thessalia majus commercium haberet cum Græcia et Roma, illinc orta esse dicuntur magia et evocationes. Θετταλὴ πειθανάγκη erat verbum acceptum. Zosimus, l. I, c. 21 : Τῇ θετταλικῇ λεγομένῃ πειθανάγκῃ χρησάμενος ἐκπέμπει κατὰ τὴν Ἰταλίαν Δέκιον : « Philippus, cum consuluisset peithananciam Thessalicam, misit Decium in Peloponnesum. » Eunapius in Vita Chrysanthii, p. 90 editionis Commelin. : Οἱ πεμφθέντες στρατιῶται μετὰ τιμῆς τὴν θετταλικὴν ἐπῆγον ἀνάγκην.

In fragmento anonymo, citato a Suida ad verbum πειθανάγκη : « Καὶ εἶξα τῇ θετταλικῇ πειθανάγκῃ κτείνας τὸν ἐμαυτοῦ δέσποτα. » « Parui peithananciæ Thessalicæ occidendo meum herum. » Cicero indicat originem magicam hujus verbi in tertiadecima epistola noni libri ad Atticum : « Ego autem non tam γοητείαν hujus timeo quam πειθανάγκην. Al γὰρ τῶν τυράννων δεήσεις, inquit Plato, ἴσθ' ὅτι μεμιγμέναι ἀνάγκαις. »

Psellus, *De oper. Dæmon.*, p. 62 Gaulmin. : Μὴ θέλων δὲ ἐξενεγκεῖν τὸ ἀπόῤῥητον, ὅμως τὴν λεγομένην (θετταλικὴν) πεπονθὼς ἀνάγκην, τ' ἀληθὲς εἶπε. Hoc verbum venerat in sermonem vulgo usitatum ad significandam vim urbanam. *Clemens Alex.*, *in Protreptico*, p. 52 : « Magi contendunt habere se dæmones famulos suæ impietatis, inscribentes eos inter suos domesticos, transmutantes eos in servos adactos : Κατηναγκασμένους δούλους. »

Exitus harum evocationum significabatur ab Ἐπιφάνεια vel a Προσέγγισις. Idem Psellus, p. 85 : Ὥσπερ καὶ παρ' Αἰγυπτίοις τὰς προσεγγίσεις ἐποιοῦντο φωναῖς Αἰγυπτίαις, καὶ δὴ καὶ τὰ τῶν Ἀρμενίαις δαιμόνια καὶ ἀλλαχόσε, εἰ ἀπιόντα τύχοι, τῇ γλώσσῃ τούτων ὡς περιφανεῖ κατ' αὐτὰ χρῶνται. « Sicut, apud Ægyptios, apparitiones fiunt usu verborum Ægyptiacorum, ita, apud Armenios et alibi, ut appareant dæmones utuntur lingua vernacula. » Hecatam præsertim aut lunam, cujus est symbolum, bi evocatores adducebant. Hesychius : Ὀπτεῖρα δὲ φαρμάκων εἰώθασί τινες ἐπάγειν τὴν Ἑκάτην τοῖς οἰκίαις. Sic Lobeck legit, *Aglaopham.*, p. 225, redditque *persecutrix* : quem vide.

Ibid. D 1. Synesius in *Tractatu de Somniis*, pag. 147 : « Præterquam quod indignum est deo descendere ad agendi rationem istiusmodi, ut mihi videtur, abhorrere debet ab exspectandis mandatis alicujus, ut quasi invitus, et impulsus vectibusque motus appareat : hoc vis talis est ut, etiam inter homines, legislator non impunitam relinqueret tale quid. »

Plotinus 4 *Ennead.* lib. IV, c. 40, p. 434, multa disserit de incantationibus. « Neque appetitus neque ratio, inquit, afficiuntur musica (incantatione), sed mens irrationalis : quod haudquaquam mirandum est. Enimvero, dæmones juvat vinci ab eis qui in

incantationibus utuntur, quamvis hoc non petant : quod incitur, in eis, illecebris incantationis neque intelligentia est neque perceptio. » Dicit alibi : « Hæ naturæ dæmonum superantur magia et incantationibus : inde constat in eis inesse animam irrationabilem ex partibus compositam et materialem. »

Nicephorus Gregoras, in suo commentario ad *Tractatum de Somniis* Synesii, p. 402, profert omnes versus oraculi Hecatæ inclusos in hoc capite.

Col. 333 D 1. Pro ἀπείριτος, *infinitus*, ms. 451 habet ἰδήριτος. Fatendum est tamen Nicephorum Gregoram habere lectionem impressam ἀπείριτος.

Col. 336 A 1. Ἔαδε, 465, 466.

Ibid. 3. Hi versus citati pariter a Nicephoro, leguntur p. 361.

Ibid. 6. Hi duo versus varie apud varios leguntur, nonnullasque difficultates movent : sic exhibentur a nostro auctore et Nicephoro ad Synesium, p. 402 :

Πίπτε μ' ἀεὶ θέωντος ἀπ' αἰθέρος ὧδε χαλίζων
Πίπτε μὲ κικλήσκεις, 451, ὧδε χαλίζω, 466.
Θειοδάμοις Ἑκάτην μὲ θεὴν ἐκάλεσσας.
Θεῖο δόμοις, Theodoret., καλέσας, 451.

Ibid. 7. Καλέσας, 451.

Ibid. 10. Nicephorus Gregoras, in *Tractatum de Somniis* Synesii, p. 160 : « Dicunt iyngem esse avem moventem caudam, qua utuntur in incantationibus magicis ad injiciendum amorem : erat olim mulier quæ mutata est, ut aiebat fabula, in hanc avem a Junone quia fuerat adjutrix amorum Jovis, magicis rationibus adhibitis. Alii dicunt iyngem esse citharam maxime melodam ita ut hoc nomine designetur omne quod est suave et jucundum. »

Scholiastes Theocriti, in versum 17 secundæ idyllæ, de iynge plura narrat : « Iynx, inquit, erat avis consecrata Veneri, unde magici eam adesse in suis incantationibus contendunt. » Hoc verbo utitur Pindarus in eodem sensu quo *amore*; et Aristoteles, in *Tractatu de partibus animalium*, hanc avem describit. « Hæc, inquit, minor est frigilla (σπίζα) aut κίνας... : quam Romani vocant *motacillam* (movens-caudam), quia indesinenter movet collum vel caudam. Callimachus dicit iyngem ortum duxisse ab Echo, quam fascinaverat Jupiter, ut ei vim inferret; ita ut eam mutaverit Juno in hanc avem, qua utuntur in incantationibus. »

Primus versus sic legitur : *Τοὺς μὲν ἀπειρήτοις ῥήμασιν ὦξεν ἀπ' αἰθρης.* Ἀπειρήτοις affert difficultatem huic loco. Vigerus observat patrem Petavium, pag. 363, in scholia Synesii, traducere quasi esset ἀπειρίτοις, ut in primo oraculo : servat ἀπειρήτοις, quod Hesychius explanat per ἀῤῥήτοις, ἀνεκλαλήτοις.

Ibid. 12. Ἄήται, 451, pro ἀήταις.

Ibid. 15. Ἀσικέα. Sic 466; mox ἔργων pro ἔρδων idem.

Ibid. B 5. Ἐπημύσαντες, 451.

Ibid. 6. Ἠωῖοι, 451.

Ibid. 7. Ἐσόμενα ὑποφήτορες Voss.

Ibid. C 5. Ἀγάγω, 466.

Col. 337 B 13. *Τίπτ' ἐπιδ.* Opinor hunc textum interversum esse. Quid significat querela ad deum missa a suo adoratore, cum oporteat ostendere deos teneri potentia incantationum quibus capiuntur? Lego igitur :

Τί μ' ἐπιδευόμενοι δηρὸν, βροτοὶ, αἰνίζεσθε;

« Quid petitis a me, mortales, ut tamdiu me torqueatis? » subauditur : me tenendo.

Ibid. 15. *Σαώσας.* Lego σαῶσαι pro σαώσας : quam mutationem poscit τὸ ἐπέρχομαι, *accedo, advenio.*

Col. 338 B 8, Hæc Eusebii sunt, non Porphyrii.

Ibid. C 11. *Δοχῆα. Aglaophamus* de Lobeckii, p. 108 : « Hospes divim numinis et interpres Δοχεύς dicitur. Proculus in *Cratyle*, p. 106 : Αἱ θεουργίαι τοὺς κλήτορας καὶ τοὺς δοχέας καθαίρειν παρακελεύονται. De hoc multa loquuntur Oracula a Porphyrio edita, quemadmodum carmine instinctus repens corruat, æstuet, vaticinetur et ut rursus demptis sertis linteis Deus cœlo restituatur, ille sibi. »

Col. 340 A 2. Hujus oraculi textus valde corruptus. Vigerus proponens μίγα, pro μέγα λύετε, quod est maxime incorrectum, auctor est optimæ inventionis, sed manuscriptum 451 nobis indicat longe aliam lectionem, quam restituere difficile est; pro Ναΐάδες, legit ἄδε, et, pro μέγα λύετε φοῖβον, legit μεγάλοιό τε φοίβου, quod videtur versus metro congruere, non affert vero intelligentiam sensus.

Ibid. D 2. Dele καί.

Col. 341 B 9. Hic locus invenitur in capite 7; quamvis sit contractior, nihil aliud est quam nova exhibitio versuum Euripidis, in *Iphigenia in Tauride*, p. 380 :

Τὰ τῆς θεοῦ δὴ μέμφομαι σοφίσματα·
Ἥτις, βροτῶν μὲν, ἤν τις ἅψηται φόνου,
Ἢ καὶ λοχείας ἢ νεκροῦ θίγῃ χερὸς,
Βωμῶν ἀπείργει, μυσαρὸν ὡς ἡγουμένη·
Αὐτὴ δὲ θυσίαις ἥδεται βροτοκτόνοις.

Col. 344 A 9. Lego ἀκούων pro τὸ ἀκοῦον : ita, in *Mysteriis Ægyptiorum*, ab Iamblicho, ubi hæc epistola explanatur et confutatur, legitur p. 154 editionis Gal., quæ sola superest.

Ibid. 13. Multa argumenta, ex scriptoribus Græcis Latinisque affirmant et pugnacissime ostendunt efficacia fuisse in magia verba sine sensu, quod rejicit Porphyrius. Jam noster auctor, in primo cap. quarti libri, locutus est de prodigiis quæ fiunt per quasdam incantationes, in proferendo verba sine sensu et barbara : « Μετά τινος ἀσήμου καὶ βαρβαρικῆς ἐπιῤῥήσεως. » Origenes *in Celsum* lib. I, pag. 19, et lib. V, p. 261, ed. Cantabrig., contendit adversus Celsum efficacia fuisse verba usitata in factis magicis. Irenæus, *Adv. hæres.*, I, 18 : « Alii autem Hebraica nomina superfantur ut stupori sint, et perterreant eos qui sacrantur; sic, *basyma, cacabasa,* » etc. Niceph. Gregor. in suo commentario in *Tractatum somniorum* Synesii, pag. 362 : « Quod attinet ad verba quæ proferunt, præmonentes ne mutentur hæc verba barbara, sunt unicuique nomina a Deo data (θεόδοτα), quorum vis indicibilis est in mysteriis : Sabaoth, Adonaï, Cherubim, Seraphim, Abraham, Isaac, Jacob, quæ, inquit, amittunt omnem vim et virtutem cum vertuntur in linguam Græcam, secundum sapientem Origenem. » Profert quemdam locum Asclepii in hunc sensum. Ut relinquamus scriptores Ecclesiæ, nominabimus primum Pausaniam in primo lib. *Eliacor.*, c. 27 : « Sunt Hierocesareæ et Hypepeæ in Lydia duo templa quæ intus habent ædiculam clausam, in qua ara est operta cinere simili omnibus cineribus. Magus, ingrediens in hanc ædiculam, imponit aræ lignum, operit caput tiara, invocat in lingua barbara, quam non intelligunt Græci, nescio quem Deum, legit incantationes in libro, et lignum incenditur sine igne. » Non desunt medicis ista remedia superstitiosa, hoc est, proferunt verba (Alexand. Trallens., lib. XI, pag. 498 R. Steph.) de antidoto podagræ, jubent scribi in foliis aureis aut æreis verba sine sensu quæ recitant; nonnunquam utuntur verbis Hebraicis *Iao, Sabaoth*, ad eumdem exitum, aut etiam versibus Homeri. Vid. pariter Marcellum, *De medicamentis empiricis*, cap. 21; denique legi potest Plinius in libro XXVIII, cap. 2, sub hoc titulo *An sit medendo aliqua vis verborum.*

Ibid. C 7. Textus habet εἰ δ' οὐ παρεῖται, quod merus solœcismus est et ferri nequit; nam si quidem aliqua est incertitudo de usu negationis οὐ et μή, nunquam in structuris cum conditione οὐ adhibitum est in protasi et μή in apodosi, sed ubique oportet εἰ μὴ... οὐκ ἄν; corrigendum est igitur οὐ, pro quo lego οὖν, quod auxilio est sensui, adeo obscuro, ut latinum P. Vigeri non intelligi posset.

Digitized by Google

miramur præterea quod non correxerit hoc vitium linguæ.

Col. 345 B 6. Hoc oraculum citatur a Niceph. Greg. in suo commentario in Synesii tractatum *De somniis*, pag. 361 : incipit ab οὐδὲ τέλει pro ἀλλὰ τέλει.

Ibid. 11. Secutus sum lectionem ὑπαιθριάσας mss. 465 et 466, quam dedit Niceph. Greg, in Synesio *De somniis*, p. 361 ; pro καὶ ἀθροίσας editorum et aliorum mss.

Col. 352 A 1. Oraculum Delphicum, sub nomine Apollinis celebratum, fuerat primum Themidis: Strabo, lib. IX, pag. 422, ex Ephoro, refert Apollinem condidisse oraculum Delphicum una cum Themide ut prodessent mortalibus. Apollodorus, lib. I, c. 4, § 3, dicit Apollinem venisse Delphos, apud quos oraculum erat Themidis, χρησμῳδούσης τότε Θέμιδος.

Pindarus in Pyth. XI, v. 15 :

Ὄφρα Θέμιν ἱερὰν Πυθῶνά τε καὶ ὀρθοδίκαν
Γᾶς ὀμφαλὸν κελαδήσετ' ἄκρᾳ σὺν ἐσπέρᾳ·

ubi scholiastes animadvertit : Θέμιδος ἦν τὸ χρηστήριον, ὅθεν καὶ τὸ θεμιστεύειν.

Hæc etymologia verbi θεμιστεύειν, quod refluit ad oracula edita a Themide, rursus affertur ab Harpocratione ex Lysia in *Oratione de aborsu* : Ὅτι γέγονε τὸ ὄνομα ἀπὸ τοῦ Θέμιν ἐσχηκέναι ποτὲ τὸ μαντεῖον πρὸ τοῦ Ἡλίου. Πρὸ τοῦ Ἀπόλλωνος, inquit *magnus Etymol.* proferens eumdem locum, sequente hoc versu :

Οὔ σε θεμιστεύω· περικαλλέος ἔξιθι ναοῦ.

Hunc versum recitat in oraculo quodam Elianus, *Histor. div.*, III, 43 et 44 ; citat etiam Simplicius, *ad Epictet.*, cap. 37, p. 81 editionis Venet., 1528.)

In Ovidio oraculum Themidis consulit Deucalion post diluvium :

Hic ubi Deucalion (nam cætera texerat æquor),
Cum consorte tori, parva rate vectus adhæsit;
Corycidas nymphas et numina montis adorant
Fatidicamque Themin, quæ tunc oracla tenebat.
(*Metam.* I, 318.)

Plutarchus in tractatu *De fine oraculorum* (421, 21), citatus supra ab Eusebio, c. V, pag. 188, dixit Apollinem, dum exularet, post mortem Pythonis, commisisse Themidi oraculum quod resumpsit postea, κτεινθέντα τὸ χρηστήριον παραλαβεῖν πέως ὑπὸ Θέμιδος φυλασσόμενον. Idem in tractatu *De Malignitate* Herodoti, p. 860, vitio vertens huic quod accusaret oraculum Delphicum mendacii prolati ad favendum quibusdam viris, addit : Quod quidem optime decet oraculum Cum themide participatum, Τῆς λεγομένης συμπροφητεύειν Θέμιδος ἄξιον.

Orpheus in hymno 78, alloquens Themidem, dixit : « Prima introduxit inter homines puram divinationem, in spelunca Delphica ; jus dixit divis in lapide pythico, dum regnaret in his locis; ea enim docuit regem Phœbum (ἄναξ) accommodare justitiam legibus ; θεμιστοσύνας. » De verbo ἄναξ adjecto Apollini V. Biagi *Monumenta naniana*, pag. 159. Attamen his traditionibus addi possunt quæ Telluris fuisse idem oraculum contendunt, priusquam esset Themidis.

Pausanias *Phocic.* c. 5 : « Dicunt primitus hoc oraculum fuisse Telluris et primam illius prophetissam Daphneam edidisse oracula sub inspiratione Terræ. Dicitur etiam Neptunus possedisse hoc oraculum una cum Tellure, et, dum Tellus ipsa ederet oracula, sua edidisse ore Pyrconis sui famuli. Quod quidem confirmatur his versibus :

Αὐτίκα δὲ χθονίης σφῶν δὴ πιτυὸν φάτε μῦθον,
Σὺν δέ τε Πυρκίων ἀμφίκολος κλυτοῦ Ἐννοσι-
[γαίου. »

« Postea, pergit idem, Tellus suam partem concessit Themidi, quæ eam dedit gratis Apollini (δωρεάν). Sed Neptunus noluit cedere suam partem nisi ipse oraculum Calaurianum reciperet, positum juxta Trœzenen ; qui locus deinceps clarus factus est morte Demosthenis. »

Elianus, *Histor. divers*, lib. III, c. 1, dixit Tellurem oraculum possedisse cum Apollo occidit Pythonem.

Hyginus, *fab.* 140, inquit hunc Pythonem ipsum fuisse cujus ore Tellus edebat oracula.

Initio *Eumenidarum* Eschyles narrat mutationes hujus oraculi :

« Primum tellurem votis revereor, primam prophetissam (πρωτόμαντις), deinde Themidem, quæ secunda sedit post matrem in hoc solium fatidicum, ut fama est ; tertio, quædam Titanis occupavit illud facile et sine vi : altera filia Telluris, Phœbe nomine, eamdem sedem obtinuit, quam dedit Phœbo statim nato.... quartus igitur occupavit hoc solium, et Loxias est propheta ejus patris sui Jovis. »

Scholiastes in hoc loco animadvertit Pindarum dicere Apollinem vi potitum esse hoc oraculo. Versus 210 Promethei videtur Tellurem post Themidem ponere :

Ἐμοὶ δὲ μήτηρ, οὐκ ἄναξ μόνον Θέμις,
Καὶ Γαῖα, πολλῶν ὀνομάτων μορφὴ μία,
Τὸ μέλλον, ᾗ κραίνοιτο, προὐτεθεσπίκει.

Apollo oracula edebat in tripode Themidis sedem, inquit Euripides in *Oreste*, v. 164 :

Ἄδικος
Ὅτ' ἐπὶ τρίποδι Θέμιδος ἀρ' ἐδίκασε
Φόνον ὁ Λοξίας ἐμᾶς ματέρος.

Denique idem peculiarem sententiam prodit in choro *Iphigeniæ Taurica*, 1235, parumper obscuram. Dixit Apollinem adhuc puerum allatum ex insula Delo ad Parnassum ubi draco oraculum Telluris regebat :

Ὅθι ποικιλόστολος, οἰστρώδης δράκων
Σκιερᾷ κατάχαλκος σύριγγι δέρτρα
Γᾶς πελώριον τέρας ἀμφέπει
Μαντεῖον χθόνιον.

« Tenera adhuc ætate, in brachiis tuæ charissimæ matris, occidisti eum, o Phœbe, et potitus es oraculis divinis sedistique in tripode aureo, fundens oracula mortalibus, et regnans in adytis. »

« Sed postquam expulisset e domicilio Themidem filiam Telluris, et ex oraculis divino spiritu afflata, Tellus creavit spectra, nascentia e somniis, quæ prædicebant plerisque mortalibus, quod futurum est primum et postea, evolvendo somnia quæ Tellus injicit in dormientes. Ita ad ulciscendum filiam, spoliavit Phœbum omni honore prædictionum ; sed rex (ἄναξ) pedibus levibus, irrupit in Olympum, innixit brachiis puerilibus solium Jovis (orans eum) et liberaret templum Delphicum ab ira Telluris et vocibus nocturnis. Risit deus, quod filius servare velit cultum adeptum auro, quassit capillos, fugavit somnia nocturna, amovit a mortalibus visa per somnia, et restituit Loxiam in priscos honores, sedens in solio usurpato auderet edere sua oracula mortalibus per poetas. »

Ibid. A 8. Vigerus putavit utile esse explanare in suis notis difficultatem geographicam qua confunduntur angustiæ Didymes et unda Mycalensis. Didyme enim posita est in territorio et vicinia Miletti, urbis Ioniæ, sicut explicavimus ; Mycale vero sita est in Caria : cujus causa est quia falso credebatur Alphæum, fluvium Elidis, miscere aquas fontis Arethusæ in Sicilia.

Sic tibi quum fluctus subterlabere Sicanos,
Doris amara suam non intermisceat undam.

Ita fons Mycalensis postquam deduxerat aquas per mare Cariæ, credebatur id transire et exire non procul a Branchide. Hanc opinionem affert Pausanias in primis *Eliacis*, c. 7, p. 301 editionis

Digitized by Google

Kuhnii, qui hoc affirmat sicut rem de qua minime dubitandum est.

Col. 352 B 13. Δημόκριτος εὐχόμενος εὑλόγχων ἰδώλων τυγχάνειν. Innuit Democriti systema philosophicum quod a paucis intelligitur, præsertim codicum exscriptoribus. Textus Eusebii et omnes codices habent εὐλόγων· idem vitium occurrit in textu Empirico *adv. Math.*, l. IX, 19 : « Δημόκριτος εἰδωλά τινά φησιν ἐμπελάζειν τοῖς ἀνθρώποις· καὶ τούτων τὰ μὲν εἶναι ἀγαθοποιά, τὰ δὲ κακοποιά, ὅθεν καὶ εὔχεται εὐλόγων τυχεῖν εἰδώλων· εἶναι αὗτα μεγάλα καὶ ὑπερφυῆ. »

Mirandum est quod Fabricius non deleverit hanc sedem correctam a Davies, ad *Cic. de N. D.* 1, 3. Locus præseas et quod legitur initio Vitæ Pauli Emilii, ostendunt clare anteponendam esse lectionem Plutarchi.

Hanc philosophiam cavillatus est Cicero (*l. l.*) : Quæ quidem omnia sunt patria Democriti quam Democrito digniora. »

In decima sexta epistola quindecimi libri *Ad diversos*, deridet Cassium Epicureum de hac doctrina ; meritur de illius silentio cum scripserit ad eum res epistolas, additque : « Fit enim nescio qui, dum quasi coram adesse videare, cum scribo aliquid ad e... : neque id κατ' εἰδώλων φαντασίας ut dicunt tui amici novi, qui putant etiam διανοητικὰς φαντασίας spectris catianis explicari. . . . . lis autem spectris etiamsi possint oculi feriri, quod el ipsa occurrunt : animus qui possit, non video. Noceas tu me oportebit cum salvus veneris, in mea e potestate sit spectrum tuum ut, simul ac mihi ollibitum sit de te cogitare, illud occurrat. » Hæc erum tangit in epistola 19 ad eumdem et in uarta libri II, ad Atticum ; *De Divinat.*, 2, 67 ; V. . Gell. V, 16.

Col. 360 D 1. Ἡρακλείδας. Vigerus lectorem mittit ad suas observationes ubi latius dixerat, inuit, de Heraclidis. Cum illæ observationes non ditæ sint, oportet supplere investigationes hujus ditoris, qui non late inquisivit, si judices ex hoc oco, corruptiore quam qui maxime illius libri. ium supplere nitamur.

Paucæ partes historiæ Græcæ sunt tam obscuræ uam reditus Heraclidarum in Peloponnesum ; nihil nperest ex libris historicorum qui, sicut Ephorus t Pherecydes, eam scripserant (*ex professo*). Diodoas Siculus de illa loquebatur in sexto libro qui ad os non pervenit ; ex citationibus huc et illuc dipersis solum licet formare contextum narrationum nperfectissimarum et præsertim inter se valde punantium. Tale non est meum consilium in hac dissertatione : volo tantum explanare quomodo debeant scribi nomina citata ab Œnomao et quid putandum t de actis hominum qui illis nominibus designantur.

Primus vir est Aristomachus, filius Aridei. Frura quæreretur nomen Aridei in unoquoque scriptoum qui dederunt genealogiam posterorum Herculis, t sine dubio hoc nomen corrigendum est. Filius ylli, nepos Herculis, varie nominatur in Diodoro, trabone, Pausania, Herodoto : Cleodeos, Cleodaos, leodemos, Cleadatos. Herodotus in lib. VI, 52 ; VII, 04 ; VIII, 131, legit Cleodaius Κλεοδαῖος, et Valckeaer., in primum locum defendit hanc lectionem ıæ mihi omnino præferenda videtur. Lego igitur Ἀριστόμαχος Κλεοδαίου. Hæc est etiam opinio alta ab Heynio in Apollodorum l. II, 8, 2. Post Aristomachum venit illius filius Temenus ; nihil duium de hujus nomine, quarti inter nepotes Herculis. ristomachus reliquit tres filios. « Duces recupeandi imperii fuere Temenus, Cresphontes, Aristodemus, quorum Hercules abavus fuerat (Velleius Paterculus, l. II). » Scriptura Τίμενος, quam nonnulli eorumdam mss. auctoritate freti, volebant restituere Velleio, a plerisque repudiatur. Hæc aggressio uit quarta. Hyllus bis aggressus fuerat : primum ost cladem et mortem Eurysthei (Apollodor., l. II, c. 8, § 1). cum potitus est Peloponneso, e quo egressus est uno anno post propter pestilentiam quæ depopulata est hanc regionem.

Cum secundo aggressus est, occubuit ipse (Diodorus, VI, 58), et filius ejus rediit Tricorythum vel Tricorynthum, urbem Atticæ.

Serius Aristomachus reversus ad propositum rursus in potestatem suam redigendi Peloponnesum, consuluit oraculum Apollinis, qui eum decepit usu verbi στενυγρόν, quod interpretatus est *isthmum*, et interfectus est in aggressione tertia.

Quartam aggressionem susceperunt tres fratres, ducente eodem oraculo, quod varie intellexerunt, hoc est consilium ceperunt transeundi fretum simulantes se terrestre iter eligere ; ad quod consilium perficiendum castra ponunt inter Naupactam et Eupalionem (V. Polyen *Strateg.*, Lib. I, c. 9) ; quam lectionem explanabo infra. Tunc Hippotes, Philantis filius, occidit vatem Carnum : iratus Apollo diruit classem, mittit morbum in exercitum et interimit Aristodemum.

Hæc mors Aristodemi diverse narratur. Pausanias, *Laconic.*, dicit eum interiisse Delphis antequam suum consilium suscepisset ; alii, secundum eumdem auctorem, dicunt eum percussum esse jaculis Apollinis ipsius, quia eum non consuluerat (Pausanias *ibid.*). Sed ex versione verisimiliori, inquit, Aristodemus occisus est a filiis Pyladæ et Electræ, qui erant consobrini Tisameni filii Orestis (Pausanias *ibid.*). Utut est, hæc expeditio male cessit, si quidem suscepta sit ; attamen, secundum Lacedæmoniam traditionem relatam ab Herodoto, VI, 52, non fuit ita, et Aristodemus regnavit Spartis. Sed, fatente Herodoto, Lacedæmonii contradicunt omnibus poetis, id est historicis hujus ætatis, ὁμολογέοντες οὐδενὶ ποιητῇ. Quamvis Xenophon in laude Agesilæ et Velleius Paterculus in loco allato supra videantur propendere in hanc opinionem, eam falsi arguunt omnes una voce : Apollodorus, Pausanias, Strabo. Et si Paulmierus de Grantemesnil, in suis notis ad Pausaniam affirmat Œnomaum, citatum ab Eusebio dixisse eum Aristodemum mortuum esse in Peloponneso, sic loquitur, quia male ut ostendere speramus, intellexit, tanquam et fere omnes, qui usi sunt loco de quo agitur. Novus attamen nepos Herculis apparet in ea expeditione Aristodemi. Legitur : Καὶ διαχοντίζει Κάρνον Ἱππότην φύλανδρον τὸν Αἰτωλόν, cum oporteat legere (sicut in mss. 451) : Καὶ δὴ ἀχοντίζει Κάρνον Ἱππότης ὁ Φύλαντος τὸν Αἰτωλόν. Hippotes, filius Phylantis, occidit Carnum Ætolum. Hanc correctionem jam indicaverunt Henricus Valesius, *Emendat.*, l. III ; Kuhn. *De Pausania*, III, 13, p. 238 ; Simson. *Can. chronic. anno* 2901. Defendit hanc correctionem Apollodor, l. II, 8, 2, « Ἱππότης ὁ Φύλαντος τοῦ Ἀντιόχου τοῦ Ἡρακλέους. Schol. Theocrit., *Idyl.*, 5, v. 83, Κάρνος μάντις ἦν ὃς ἕπετο τοῖς Ἡρακλείδαις, ἄσημα τούτοις μαντευόμενος, ὄντινα ἐκτραπείς τις τῶν Ἡρακλειδῶν, Ἱππότης τοὔνομα, λόγχῃ βαλὼν ἀπέκτεινε. — Pausanias, l. III, c. 13, p. 238, Κάρνου γένος ἦν ἐξ Ἀκαρνανίας, μαντευομένου δὲ ἐξ Ἀπόλλωνος, τοῦτον ἀποκτείναντος Ἱππότου τοῦ Φύλαντος, ἐνέπεσεν εἰς τὸ στρατόπεδον τοῖς Δωριεῦσι μήνιμα Ἀπόλλωνος. Ex hoc Carno et satisfactione quam Dorienses dederunt Apollini propter mortem illius cui favebat incipiunt festa Carneana, in honorem hujus dei. Idem scholiastes : Κάρνεα, ἑορτὴ Ἀπόλλωνος Καρνείου ἀπό τινος Κάρνου, et cætera. Œnomaus, ut videre erit, dicit idem. Pausanias eodem loco : Κάρνειον Ἀπόλλωνα Δωριεῦσι μὲν πᾶσι σέβεσθαι καθέστηκεν ἀπὸ Κάρνου.

Satis est de Carno : conemur explanare quæ dicta sunt de ejus interfectore Hippote, filio Phylantis, filii Antiochi, filii Herculis. Videmus primum eum ortum ex alia sobole quam Hylli, Cleodaii, Aristomachi, Temeni, de qua locuti sumus usque huc : tantas difficultates offert illius genus ut

Digitized by Google

Reinesius eum acceperit pro ipsius proavo, rege Ephyræ aut Driopum, patre Mideæ ex qua natus est Antiochus. (V. ejus 24 epistolam ad Rupertum p. 88, ubi corrigit suum errorem.)

In fragmento lib. IV Diodori Siculi quod rursus affertur lib. II *Præp. Evang.*, legimus Herculem, capta filia Phylantis et cum ea habito commercio, suscepisse ex ea filium Antiochum. In auctore ipso dicitur hunc Phylantum regem Dryopum commisisse sacrilegium in templo Delphico; Herculem in eum pugnasse cum Meliensibus, expulisse Dryopes ex regione, quam dedit sociis, et, capta ejus filia, et cætera.

Pausanias proferens nomina Heroum eponymorum tribuum Atheniensium, *Attic.*, lib. I, c. 5, inquit tribum Antiochidem duxisse nomen ex filio Herculis. Demosthenes, in ἐπιταφίῳ λόγῳ, dicit idem, p. 2399, οὐκ ἐμνημόνευον Ἀντιοχίδαι Ἡρακλέους ὄντα Ἀντίοχον. Ejus mater appellabatur Midea; hoc etiam nos docet Pausanias in eodem loco et in *Phocic.* c. 10. Inter statuas quæ oriebantur ex decima Marathonica Delphis, ἦν καὶ Ἀντίοχος ὁ ἐκ Μιδείας Ἡρακλεῖ γενόμενος τῆς Φύλαντος.

Implicantur vero indicia de Antioche propterea quod altera filia Phylantis aut Phylei, regis Ephyræ, nomine Astyoche, suscepit filium ex Hercule, Tlepolemum.

Hercules, inquit Apollodorus, l. II, c. 7, gessit bellum cum incolis Calydonis in Thesprotas, et capta urbe Ephyra cujus rex erat Phylantes, habuit commercium cum ejus filia quæ ei dedit Tlepolemum. Idem dicit Diodorus Siculus, lib. IV, § 36. Pindarus, in septima Olympica, laudibus extollens Tlepolemum, dixit eum natum ex Astydamia, filia Amyntoris, cujus scholiastes sic tradit genealogiam: Hyperochus, Eurypylus, Ormenus, Pheres, Amyntor, nec designat regionem in qua vixerunt. Ormenus, filius Cercaphi, nepos Æoli, fuit pater Amyntoris et proavus Phœnicis (Strab., lib. IX, p. 438). Sed Tlepolemus præstat propterea quod eum canit Homerus; postquam occidisset casu propatruum Licymnium, sicut refert Homerus, *Iliad.* B, 660, ante profectum Heraclidarum ex Argo, πρὶν ἐξελθεῖν αὐτὸν ἐκ Πελοποννήσου (Apollod., II, 8), concesserat Rhodum cujus factus est rex, et solus inter pueros Herculis partes egit in bello Trojano, et occubuit perculsus telis Sarpedonis (*Iliad.*, E, v. 656).

Attamen, ut redeamus ad Antiochum et ejus prolem, ecce tabulam inscriptam a Reinesio in loco jam prolato ejus epistolæ ad Rupertum :

Phylantus rex Dryopum.
Midea et Hercules.
Antiochus.
Phylantes.
Hippotes, pater
Aletis, regis Corinthi.
Phylantes aut Phyleus, rex Ephyri.
Astioche et Hercules.
Polyxo et Tleopolemus ex quibus

Puer parente orbus : ὑπολειπομένη Πολυξὼ ὑπὲρ ὀρφανῷ παιδί. (Pausanias, *Laconic.*, 19, p. 259.)

Hippotes discessit e castris Græcorum tradita eis ratione placandi deum iratum morte prophetæ *Acarnani*, inquit Pausanias, III, 13, pro *Ætolo* : ex eo natus est filius cui nomen dedit Aletis in memoriam suæ vitæ errabundæ, et qui factus est caput seriei regum Corinthiorum. Pausanias, *Corinth.*, c. 4 et fragm. sexti libri Diodori Siculi, p. 635, a Wesseling.

Col. 360 D 9. *Νίκην*, etc. Incertitudo est de accentu; obscuritas oraculi quæ oritur ex usu verbi στενυγρός, explananda est nobis. Hoc verbum proprium linguæ Ioniæ, familiareque Hippocrati, significat, secundum Galenum, *Comment.* in *Epidem.*, l. VI, p. 457, t. V editionis Basil., *in angustum contractus.* « Στενυγρῶσαι est contrarium τῷ εὐρῦναι, inquit; itaque oportet pronuntiare sine aspiratione secundam syllabam, nam verbum ὑγρὸς pro nihilo inest ejus compositione, contra quod crederi posset, si nesciretur Ionicos usurpare στενυγρὸς pro στενόν. » Argumentum satis clarum præbet ex hoc loco Simonidis :

Οὐκ ἂν τις οὕτω δασκίοις ἐν οὔρεσιν
Ἀνὴρ λέοντ' ἔδεισεν οὐδὲ πάρδαλιν
Μοῦνος στενυγρῇ συμπεσὼν ἐν ἀτραπῷ.

Erotianus contra dicit hoc verbum venire ab ὑγρός. Στενυγρῶσαι, inquit, ἐστι ἀποστεγνῶσαι καὶ πυκνῶσαι τόπον τινὰ ἐν ᾧ ἡ ὑγρασία ἐστί.

Undecunque veniat, sensus non multum dissimiles præbet; errabatque Aristomachus in eo quod nesciret an adaptaret illud isthmo qui est constrictus aut freto quod est pariter constrictum. Si tamen Heraclides putavisset ὑγρόν inesse in compositione hujus verbi, probabile est quod ad mare statim vertisset mentem.

Mullerius, *De Dorib.*, t. I, p. 57, vidit in illo oraculo fragmentum quoddam iambi tragici, pro uncis versibus hexametris edito; hoc sibi persuasit propterea quod τὸ εὐρυγάστορα non possit adhiberi in versu dactylico. In eum pugnat D. Lobeck qui putat legendum ἐριγάστορα, *Aglaophamus*, p. 852.

Ibid. 12. *Τρίτος*. Secundum narrationem Euclei vel potius Œnomai, hic mihi videtur quartus. Hyllus occisus est ab Echemo, rege Tegeatarum, in secunda expeditione quam aggressus est. (Diod. Sicul. l. IV, 58.)

Quod modo legimus, ostendit Cleodæum eccubuisse pariter; attamen Œnomaus solus narrat expeditionem susceptam a Cleodæo sub nomine Aridæi; quem quidem ex hoc deterrere debebat responsum editum ab oraculo, fore ut tres fructus, id est generationes hominum effluerent antequam ingrederentur in Peloponnesum (Apollodor., l. I; Scriptores qui oraculum ignorant, Hyllum opinantur sese ad id voto obstrinxisse, si vinceretur in pugna singulari cum Echemo, quod sui nunquam præhum iniret nisi post quinquaginta annos, inquit Diodorus, l. I; centum, inquiunt Herodotus, IX, 26, et scholiastes Thucydidis, l. I, c. 12; unde conjiciendum est hanc expeditionem non fuisse antiquiorem ætate Aristomachi, qui ita esset secunda et non tertia victima.

Ibid. 13. Καὶ ὃς ἀλλά, 463.

Col. 361 A 5. Polyenus, *Strateg.*, lib. I, c. 9 : « Temenus, cum cæteris Heraclidis, habens in animo Rhium transfretare, misit transfugas Locros qui nuntiarent Peloponnensibus se stare in anchora Naupacti quasi Rhium navigaturos, sed revera velle ingredi per isthmum : cui rei fide facta, Peloponnenses convenerunt ad isthmum, et Temenus Rhium occupavit sine pugna. »

Ibid. 6. Hunc locum, Μέσον στρατοπεδεύσας ναυάτου καὶ τυπαίου, tam difficile erat intellectu, ut vix mens capere possit quomodo Vigerus illum intactum reliquerit. Nihil facilius erat quam mutare primum horum nominum barbarorum. Si vel minimum animus vertatur ad expeditionem Heraclidarum, videtur Naupactum eorum arcem et portum fuisse. Ναύπακτος sic nominata est, inquit Strabo, l. IX, p. 427, propter constructionem navium, seu Heraclidarum qui ibi paraverunt expeditionem, seu secundum Ephorum, Locriorum ante eos. Apollodorus, l. II, c. 8 : « Temenus exercitum paravit, et naves construxit in hoc loco Locridæ, quod ex hac causam Naupacta nuncupatur. » Adjicit his Polyenum. Idem profert Suidas hanc urbem in Ætolia sitam dicens. Pausanias, *In Phocicis*, c. 3 : « Quod attinet ad Naupactum, non me fugit dicturienses, ducibus filiis Aristomachi, ibi paratas naves quibuscum transierunt in Peloponnesum. » V. eumdem in *primis Eliacis*, c. 3.

Digitized by Google

Videtur igitur Naupactam latere in Ναυάτου· hanc correctionem proposuerunt Kuhnius de loco Pausaniæ, in *primis Eliacis*, 3; H. Valesius, *Emendat.*, l. I, c. 3; Holstenius, de Stephano Byzantino, voce Ῥύπαι. Ad secundam partem correctionis, ad Τυπαλου, non accessit Valesius: quam susceperunt Kuhnius et Holstenius parum feliciter, meo judicio; quid substituendum putaverint exhibebo, deinde meam sententiam exponam.

Kuhnius putavit invenire quemdam montem Tymæum in Elida et conservavit textum existimans Œnomaum hunc montem habuisse in animo. Sed quomodo ire licet a Naupacta ad montem Elidis per fretum Crissæum aut Corinthium? Difficile hoc est intellectu, itaque Burmannius, in nota de *Emend. Valesii* L. I., dicit: « Quæ Kuhnius super Strabone notavit melius indicta forent. » Holstenius proponit lectionem Ῥυπαίου.

Est enimvero Rhypæus urbs Achaiæ, secundum Stephanum Byzantinum, cujus ruinas vidit Pausanias (*Achaic.* 23) triginta stadia ab Ægio. Herodotus (I. 145, loquitur de duodecim urbibus Ionum in Peloponneso priusquam inde isti expellerentur ab Achæis; quæ designantur ab eo: Πελλήνη, Αἴγειρα καὶ Αἰγαὶ, καὶ Βοῦρα, καὶ Ἑλίκη, καὶ Αἴγιον, καὶ Ῥύπες, καὶ Πατρέες, καὶ Φαρέες, καὶ Ὤλενος, καὶ Δύμη, καὶ Τριταιέες. Objiciam, primum, nusquam illici Dorienses appulisse ad Rhypæum, sed semper ad Rhionem aut Molychrionem; ex quo orta est magna contentio utrum in Achaia an in Ætolia sita Molychrion; quod quidem parvi momenti hic. Sed si quæris aliquid in Achaia pro Τυπαλου, legendum est τοῦ Ῥίου. Enimvero Polyænus, in loco citato, sic definit: Οἱ μὲν ἀμφὶ Τήμενον μεθ' ἡσυχίας τὸ Ῥίον κατέσχον.

Pausanias, in *primis Eliacis*, c. 3: « Oxylo pronatum est hoc iter, et statim direxit classem a Naupacta ad Molychrionem. »

Aristides adversus Platonem, folio 143 editionis Florentinæ, 1517:

« Sed, o strenue, cur non crimini vertis etiam Heraclidis quod non ingressi sint terra in Peloponnesum sed, transeuntes e Rhione in Rhionem? »

Nihil certius invenitur apud scholiastem Nicandri de situ Rhypæi in littore meridiano aut septentrionali sinus, hoc est in Ætolia aut in Achaia, quam quod egimus de Molychrione: nimirum ad versum 214 Theriacæ,

Οἱ μὲν ὑπὸ Σκείρωνος ὄρη, Παμμώνια τ' αἰπη, Ῥύπαιον, Κόρακος τε πάγον, πόλιον τ' Ἀσέληνον,

Ῥυπαῖοι Ἀντίγονος τῆς Ἀχαιΐδος φησὶν εἶναι, καὶ Ῥυπαῖοι οἱ Ἀχαιοὶ ὠνομάσθησαν· ἔστι δὲ τῆς Αἰτωλίας ὡς Νίκανδρος περί τινων εἰς Αἰτωλίαν ἐρχομένων διηγούμενός φησι. . . . . .

Ἀκείρην τε κολώνην οἰωνοῦ τε Ῥύπαιον.

Quamvis hæc dixerit scholiastes, frustra quæretur in Ætolia ruinæ quas vidit Pausanias in Achaia; et Nicander solus stat contra Stephanum Byzantinum, Pausaniam et Strabonem.

Si quærendum esset in Achaia aliquid pro Τυπαλου, hoc esset, ut mihi videtur, τοῦ Ῥίου· quod etiam mendosum est, ut demonstrandum suspicio.

Vidimus Temenum usum esse dolo: hic iter dixit mari, simulans autem se velle procedere terra: Δόξαν ἐμποιήσας ὅτι κατὰ γῆν εἶσοι, » castra posuit inter Naupactam et...: « Μέσον στρατοπεδεύεται Ναυπάκτου καὶ. »

Hic dolus indicatus est a Polyeno, supra citato, et confirmat penitus sensum hujus loci sicut ego adspicio; porro, ad fallendum, castra ponit, στρατοπεδεύεται· non vero in aqua, neque inter Rhypæum et Naupactam, neque inter Rhionem et Naupactam. Heynius vidit hanc impossibilitatem; itaque, *Observation.* in Apollodor. p. 203, dicit, si volueris accipere correctionem Ῥυπαίου ab Holstenio factam: « *In Ætolia hoc quærendum non in Achaiæ Rhypis.* » Scimus præterea Nicandrum loqui de monte non autem de urbe Rhypæo, quæ inveniri non potest in Ætolia: nulla alia esse potest, ut opinor, nisi Eupalion. Τυπαίου mutabitur facillime in Εὐπαλίου.

Strabo, l. x, p. 450: Ἐπίκτητον Αἰτωλίαν, τὴν τοῖς Λοκροῖς συνάπτουσαν ὡς ἐπὶ Ναύπακτόν τε καὶ Εὐπάλιον. Stephanus Byzant.: Εὐπαλία πόλις Λοκρίδος ἣν Εὐπάλιον Ἀρτεμίδωρός φησι· τὸ ἐθνικὸν Εὐπαλιεύς.

Titus Livius, 28. « Profectus ad Erythras Ætolorum, quæ prope Eupalium sunt. »

In Thucydide, III, 96 et 102, legitur Εὐπόλιον· sed manuscripta citata a Dukerio habent Εὐπάλιον. Cæterum argumenta a me allata ostendunt hunc modum scribendi anteponendum alteri.

Col. 361. B 1. *Ἄγγελον ἡμέτερον κτείνας ἀναμάσσω*, quod conatus sum transvertere in linguam Gallicam, probatur Homero Odyss. XIX, 92:

Ἔρδουσα μέγα ἔργον ὃ σῇ κεφαλῇ ἀναμάξεις.

Herodot., I 155: Ἐγώ τε ἔπρηξα, καὶ ἐγὼ ἐμῇ κεφαλῇ ἀναμάξας φέρω.

Col. 364. B 13. Hic alluditur ad illum locum vitæ Crœsi, quem refert Herodotes, lib. I, c. 47: « Cum talia mandavisset Lydis, Crœsus eos misit ut oracula experirentur. Consulendum erat eis oraculum nonnisi centesimo die postquam profecti essent Sardibus; peterent quid tunc ageret rex Lydorum, Crœsus, filius Alyattæi, et, notata sedulo quæcunque dixisset oraculum, ea referrent. Nescimus responsa cæterorum oraculorum; ubi vero Lydi qui missi sunt Delphos, in templum ingressi sunt, vix interrogato deo, Pythia respondit versibus hexametris: « Haud me fugiunt arenæ et fines maris; odor testudinis, dura testa contectæ cum carne agnina concoctæ in lebete æreo, nares offendit; æs supra, æs infra. »

Maximus Tyr., in 7 oratione, § 6, p. 1597, irridet etiam has prophetias de arena, mari et lebete: « Utinam potuissem interrogare quoddam oraculum Jovis aut Apollinis! Petitiones meæ neque de olla Crœsi stultissimi inter reges et coquorum imperitissimi, neque de maris mensura, neque de numero arenæ rem tractassent: minime has prægraves quæstiones curassem. »

Idem, XIX sermo, § 3:

« Deus aliquoties cognoscere videtur res omnes promiscue, tum pulchras, tum fœdas, tum honore, tum contemptu dignas: lingua faveamus propter honorem deorum. Certe pulchrum est omnia scire, ut numerum arenarum vel maris mensuram, et detegere quid in ridenda olla Lydii regii coquatur: sine dubio, deus veritatem præmonet quemvis interrogantem, sive monitum accipienti profuturum sit, sive ex perversitate qui illud accipit eo sit abusurus. » Textum emendavi sub fine, et sic lego: Δηλαδὴ πᾶσι τοῖς δεομένοις θεσπίζει ὁ θεὸς τὸ ἀληθές· μαθεῖν κἂν συμφέρῃ, κἂν μέλλῃ ὁ μαθὼν, ἄδικος ὤν. πλεονεκτήσειν, pro μαθεῖν καὶ συμφέρει. Hoc oraculum frequentissime citatur. Vid. Suidam *sub voce*, *Κροῖσος*.

Col. 365 A 9. Iterum alludit ad oraculum ab Herodoto lib. I, 55, transcriptum: « Cum mulus quidam regno Medorum potitus fuerit, tunc, o Lyde, teneris pedibus, fuge ad Hermum per saxa fluentem: cave ne maneas, neque formides ignavus existimari. » Mulus iste Cyrus erat, quia natus de Persico patre et matre Medica.

Ibid. B 8. Lego φώρας loco φορᾶς. Hujus ultimæ vocis significationem affert nobis Ammonius Hermiæ in Aristotelis Categorias, pag. 171, de *Sabio*, verso. Ἡ κατὰ τόπον μεταβολὴ καλεῖται φορά. Quod scripto Œnomaii accommodari nullo modo potest. Vox φώρα

Digitized by Google

ad sensum συσκευή, reducitur, quod nomen datum est a Christianis libro Porphyrii.

Col. 365 C 16. *Κλάρε.* Templum et oraculum Apollinis fuerunt Clari, prope Colophonem, in Ionia. Pausanias, *Achaicis*, c. 3, pag. 527 : « Colophonenses, ait, existimant templum Clari et oraculum a prima antiquitate originem duxisse, tempore quo Carii hanc regionem sub sua ditione haberent. » Tacitus, II *Annalium* libro, loquitur de Germanico deum Clari visitante et modum narrat quo oraculi responsa data sint. In Ovidii *Metamorph.* Ceyx ad Clarum pergebat, cum naufragio mersus est.

Ad Clarium parat ire deum....
(*Metam.* XI, 412.)

Col. 368 A 2. Hoc oraculum, quam maxime adulteratum, ab Holstenio tamen restitutum fuit in Porphyrii *Commentar. de vita Pythagoræ*, p. 33, edit. Kusteri, versibus trochæis scriptum :

Ἔστιν ἐν Τρηχῖνος αἰῆ κῆπος Ἡρακλῆος
Πάντ' ἔχων θάλλοντα, πᾶσι δρεπόμενος παγημα-
[*δὸν*
Οὐδ' ἁλίζοῦται· βέβριθε δ' ὄδασι διηνεκέϊ.

Quædam notiones de Trachide reperientur lib. VI, c. 7. Ne confundas cum Triccha, Τρίκκη, urbe, in qua erant Æsculapii oracula, sicut Epidauri, in Coo et Pergamia, ut ait Celsus ab Origene citatus lib. III, c. 3.

Παγημαδόν interpretatur *quotidie*, teste Oppiani scholiaste, *Halieutic.* III, v. 369 :

Κλητοί τ' αὐτόμολοί τε παγημαδὸν ἀγερέθονται.
Παγημαδὸν δι' ὅλης ἡμέρας.

Ibid. 6. Hesiodi sudor, vers. 289, *Dierum et operum :*

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν.

Socrates, juxta Xenophontem, *Memorab.* lib. II, c. 1, 20, in ore semper hunc versum habebat : citatur etiam a Platone, lib. IV *De legibus*, pag. 118. Stoici, auctore Luciano, t. I editionis Hemsterhuys. frequenter illo utebantur, p. 460 :

Συνεχὲς ἐπερρᾳῴδων τὰ πάνδημα ἐκεῖνα τοῦ Ἡσιόδου περὶ τῆς ἀρετῆς ἔπη καὶ τοῦ ἱδρῶτος καὶ τὴν ἐπὶ τὸ ἄκρον ἀνάβασιν.

Ibid. 14. *Ὡς δὴ τῆς ἀρετῆς ἀποστερούμενος.* Hæc verba huc non quadrant. Non apparet quomodo virtus destruatur hoc vulgari oraculo. Nonne potius τῆς ῥήτης legendum est, meo pignore, pretio munerum meorum quæ in promissionibus oraculi comprehenduntur?

Ibid. B 7. *Τὰς ἐν ἐλπίδι φάτνας.* Hoc est proverbium : scholiastes manuscripti, p. 451, sic dicit : Παροιμία ἐπὶ τῶν χρηστόν τι ὀνειροπολούντων. *Proverbium in illos qui aliquam felicitatem somniant.* Dest proverbiorum collectaneis quæ habemus,

Ibid. C 11. Hic ascribam notam Holstenii de hoc oraculo quod legitur p. 33 *Commentarii de vita Pythagoræ* auctore Porphyrio, edit. Kuster. Nihil ad oraculi elucidationem aptius : « Facere non possum quin oraculum Œnomao datum apud Eusebium, quod interpres doctissimus pro conclamato reliquit, hoc loco emendem : legendum enim.

Ἔν τε τοῖσιν εὐμελέσσιν ἦδ' Ἀχαιοῖς τὸ χρέος
Θήσεται τὸ δ' ἐκτεμμαρθὲν οὐδὲ μικρὸν ἕξεται.

Nam εὐμελέσσιν pro voce nihili Εὐπαλέσσιν substituendum sensus loci manifeste ostendit, nam Œnomaus oraculum ut ineptum et ἄκαιρον ridet, quod cum ipse quæsivisset quam potissimum gentem adiret ut lucrum mercimoniis faceret, Apollo respondisset ἐν εὐμελέσσιν Ἀχαιοῖς, hoc est inter concinnos corpore Achivos. Nam si statuarius, inquit, aut pictor rogasset de magistro ubi artem recte addisceret, non male in ista verba respondisset, quippe cum artifices istiusmodi corporis maxime concinna quærant, quæ fingendo vel pingendo imitentur, quæ ad lucrum et mercaturam nihil faciunt. »

Sequens oraculum sicut et antecedens, versibus trochaicis constat.

Ibid. 14.

Τὸ δ' ἐκτεμμαρθὲν οὐδὲ μικρὸν ἕξεται.

Iambicum hoc, in quo desinit oraculum, non minus elucidatione eget quam primi versus, quos mancos esse diximus. Verba οὐδὲ μικρὸν ἕξεται interpretationis gratia ponuntur, post ea quæ præcedunt, οὐδὲ μήν μιν σκομφύξεται, quam lectionem habent mss. quatuor ex quinque quos adhibuimus. Vox σκομφύξεται, quæ varie scribitur, nullibi comparet; lexicorum auctoritate destituta, vix ab Eusebio admittenda est.

Col. 369 B 3. Oraculum illud celeberrimum fuit. Legitur apud Herodot. lib. VII, § 140; Clem. Alex. qui ex eo quosdam versus affert *Strom.* V, pag. 721; Theodoret. in *Therapeut.* Ammon. Herm. in Commentar. ad tractatum Aristotelis *De interpretatione*, p. 108 : « Si dii res futuras noscunt, eas certo et determinate (ὡρισμένως) sciunt, ita ut hæc præcognitio imperfecta dici non possit. Sciunt intra ligneum murum solum Athenas posse salvari ab imminentibus barbaris; divinam Salaminem necaturas esse filios mulierum; Crœsum, cum fluvium Halyn transierit, eversurum esse magnum imperium, et Laium, dum pater fiet, deleturum esse universum suum genus. »

Oraculum illud, ab Ammiano Marcellino, c. 15, relatum est. « Oracula dubia legimus quæ nonnisi casus discrevere postremi; ut fidem vaticinii Delphici... Quæ Atheniensibus ad certandum contra Medos oblique destinaverat mare. » Citatur etiam a Maximo Tyrio Dist. 19 initio, *An divinatio et liberum arbitrium inter se concordare possint.* Philostrates, *Vitæ sophistar proœm.*, pag. 481; scholiast. Luciani, *Jupiter tragic.* t. II, p. 12; Cornel Nepos in *Themistocl.*; Justin, II, 12; Plutarch. in *Themistocl.*, Dio Chrysostom. XXV, 6.

Ibid. C 15. *Τί καθῆσθε.* Καθέζομαι vox est usurpata ad significandum supplicis habitum. Sophocl. *Œdipus rex*, v. 1 :

Ὦ τέκνα, Κάδμου τοῦ πάλαι νέα τροφή,
Τίνας ποθ' ἕδρας τάσδε μοι θοάζετε,
Ἱκτηρίοις κλάδοισιν ἐξεστεμμένοι;

Iliad. A, v. 500, Thetis a Jove de filii sui nece vindictam implorat :

Καὶ ῥα πάροιθ' αὐτοῖο καθέζετο, καὶ λάβε γούνων.

Idem Sophocles, in *Œdip. Colon.*, v. 1176 :

Φασίν τιν ἡμῖν ἄνδρα, σοὶ μὲν ἔμπολιν
Οὐκ ὄντα, συγγενῆ δὲ προσπεσόντα πως
Βωμῷ καθῆσθαι τῷ Ποσειδῶνος. . . .
Οἰδίπους.
Ποδαπόν; τί προσχρῄζοντα τῷ θακήματι;
Τίς δῆθ' ἂν εἴη τήνδ' ὁ προσθακὼν ἕδρᾳ;

Ulysses, in *Odyss.* H, 153, ut supplex aulam Alcinoi adit :

Ἕζετ' ἐπ' ἀσχάρῃ ἐν κονίῃσι.

Themistocles, dum apud regem Molossorum Admetum asylum quærit, Thucydid. lib. I, c. 136 :

Ὁ δὲ τῆς γυναικὸς ἱκέτης γενόμενος διδάσκεται ὑπ' αὐτῆς τὸν παῖδα σφῶν λαβὼν καθίζεσθαι ἐπὶ τὴν ἑστίαν.

Col. 372 A 5. Illa superstitio, qua credebatur sudore aspergi templa, vel simulacra in eis condita, in signum magnæ calamitatis, numeratur a Virgilio inter præsagia mortis Cæsaris, *Georg.* lib. I, v. 480 :

Infandum! sistunt amnes, terræque dehiscunt
Et mœstum inlacrymat templis ebur.

Apollon. Rhod., IV, 1285 :

Ἦ ὅταν αὐτόμαθα ξόανα ῥέῃ ἱδρώοντα
Αἵματι.

Scholiastes : « Cum aliqua calamitas immineret, statuæ solebant sudare; quod evenit Thebis, cum Philippus bellum adversus Athenienses pararet, cui finem fecit clades Chæronæa. »

Digitized by Google

Col. 372 B 8. Hoc secundum oraculum, quod mutuatur pariter ab Herodoto, invenitur lib. VII, 141.

Tertio versui difficultas inest nondum soluta : *Σοὶ δὲ τόδ' αὖτις ἔπος ἐρέω Ἀδάμαντι πελάσσας.* Sensum admisi quem Vigerus dedit voci τῷ Ἀδάμαντι, *Indomitæ*, qua Minerva designatur; hujus loci occasione Vigerus perstringit Petavium, qui in sua editione Synesii vertit (p. 368), *Adamantæ propinquans*, cujus interpretationis rationem sibi certe non reddiderit. Wesselingius conjicit πελάσσαν quod referretur ad ἔπος, unde intelligeretur illius verbum chalybis robori assimilari. Chalybs eodem sensu metaphorico apud quamplurimos usu venit. Kuhnius et Perizonius in Æliani *Historiarum variarum* lib. VI, c. 12, nonnulla referunt exempla. D. Schweighæuser nihil mutandum censet in textu servato ab Eusebio et Nicephoro Gregora in Synesio, ac vertit : *Adamantis appropinquare faciens*, parum feliciter, mea quidem sententia, nec aliter Petavius.

Col. 373 A 8. Hic Themistoclem innuit qui verbis θείη Σαλαμὶς usus fuerat ut adduceret Athenienses ad egrediendum ex urbe et conscendendum in naves. Plut. in *Themist.*, c. 10 : « Alloquebatur etiam populum ex oraculo, ei dicens muros ligneos nihil illud significare quam naves, et verbo θείη, *divina*, oraculum designare Salaminam, non δειλή, *infelix*, vel σχετλία, *exsecranda*, cum ex ea nomen trahere deberet insignis victoria Græcorum : Μεγάλου αὐτυχήματος ἐπώνυμος ἰσομένη. »

Plutarchus exscribit Herodotum, lib. VII, 143 : Εἰς Ἀθηναίους εἶχε τὸ ἔπος εἰρημένον ἐόν κως, οὐκ ἐν οὕτω μιν δοκέειν ἠπίως χρησθῆναι, ἀλλὰ ὧδε· ὦ σχετλίη Σαλαμίς, ἀντὶ τοῦ ὦ θείη Σαλαμίς· εἰπερ γε μέλλον οἱ οἰκήτορες ἀμφ' αὐτῇ τελευτήσειν. Vide Polyen. *Stratagem.*, I, 30.

Ferula est planta tractuum calidorum e genere cancorum : « Lignum omne corticis loco habet, hoc est forinsecus : ligni autem loco fungosam medullam, ut sambuci : quædam vero inanitatem, ut arundines. » Plin. lib. XIII, c. 42. *Asse fœtida.*

Col. 376 C 6. Hoc oraculum, hic non integre citatum, legitur apud Herodotum lib. VII, 220.

Col. 377 C 1. Illud etiam refert Herodotus et omnia quæ spectant ad expeditionem Harpagi contra Cnidios.

Col. 380 B 1. Hoc oraculum legitur apud Pausaniam, *Messeniac.*, c. 12. Magna varietas lectionum inest in secundo versu :

Ἀλλ' ἀκάτῃ μὲν ἔχει λείαν Μεσσηνίδα λαόν.

Kuhnius animadvertit λαός præferendum τῷ ἄλλος; ex lectione λείαν pro γαῖαν idem sensus elicitur, verbis tantum mutatis. Pausanias solus nobis transmisit narrationem diuturni hujus belli Lacedæmonios inter et Messenios, de quo nihil aliunde ad nos usque pervenit.

Ibid. C 6. Oraculum hic relatum ab Œnomao longe aliter citat Pausanias lib. IV, c. 9. v. 2, apud quem scribitur versibus iambicis pro hexametris, ut sequitur :

Κούρην ἄχραντον παρθένοισι δαίμοσι
Κλήρῳ λαχοῦσαν Αἰκυνιδῶν ἀφ' αἵματος
Θυηπολεῖτε νυκτερολσιν ἐν σφαγαῖς.
Ἣν δ' σφαγῇ ἐκφύγῃ γε, καὶ παρ' ἄλλοιον τότε
Θύειν, δίδοντος ἐς σφαγὴν ἐκουσίως.

Hæc oraculi lectio valde differt ab ea quam secutus est Amasæus Latine vertens; ea est quam dedit Siebelis, de qua dicere supersedeo. Satis est conferre unam cum altera quoad sensum et verba; difficile est dicere utra sit vera : attamen cum creditur vulgo Pythicum oraculum usum esse versibus hexametris fere semper, ex hoc tantum anteponendus videtur Œnomaus ab Eusebio descriptus.

Col. 381 B 1. Oraculum de Lycurgo mutuatur ab Herodoto lib. I, c. 65; quintus versus quem hic legimus, deest apud Herodotum :

Ἥκεις εὐνομίαν διζήμενος· αὐτὰρ ἐγώ σοι
Δώσω,

qui non erat ultimus versus, ut dicit Eusebius. In versibus sequentibus legebatur verbum καταινεῖν, quod inter archaismos numerari potest, quandoquidem post Herodotum in auctoribus qui prosaice scripserunt non amplius usu venit. Plutarchus in *Vita Lycurgi*, c. 5 : Ἡ Θεοφιλῆ μὲν αὐτὸν ἡ Πυθία προσεῖπε καὶ θεὸν μᾶλλον ἢ ἄνθρωπον· εὐνομίας δὲ χρήζοντι διδόναι καὶ καταινεῖν, ἔφη, τὸν θεὸν, ἢ πολὺ κρατίστη ἔσται τῶν ἄλλων πολιτειῶν. Hæc sunt verba ipsa oraculi prosaice reddita, quorum ultima pars periit. Raro alluditur ad hoc oraculum. Idem Plutarchus in oratione *adv. Colotem*, c. 17, inquit Lacedæmonios servare in vetustissimis tabulis, ἐν ταῖς παλαιοτάταις ἀναγραφαῖς, oraculum de Lycurgo. Themistes, XIX, affert eosdem versus quos Herodotus. Item Themistes oratione 15, p. 193 : Λυκοῦργος, εἰ καὶ λίαν κητώεσσα ἦν ἡ Λακεδαίμων, ἐκ βίου ἀτάκτου συνήρμοσεν εἰς εὐνομίαν, ubi vides verbum κητώεσσα epitheti instar in oraculo Lacedæmoni fuisse conjunctum. Verbum Λυκέργε, quod legitur apud Eusebium correctum est in Herodoto, et illi substitutum est Λυκόργε ex ms. Florentino; hanc lectionem confirmat textus Homeri et Apollonii Rhodii, ubi ita scriptum invenitur nomen homonymi legislatoris Laconici.

Ibid. 14. *Τυρταῖον.* Mentio nominis Tyrtæi inducit ad credendum Œnomaum oraculum retulisse in quo agebatur de Tyrtæo, antequam de Lycurgo ageret. Lycurgus vixit centum et quinquaginta annis ante primam Olympiadem; ut nos docet Clemens Alex. *Strom.* I, pag. 390. Tyrtæus, secundum Suidam emendatum, floruit circa vicesimam quintam Olympiadem : oraculum, ubi de eo agitur, illud est quod Lacedæmonios hortabatur ut quemquam ab Athenis arcesserent qui ipsis in consilio adesset. Ἀθηναῖον ἐπάγεσθαι σύμβουλον.—Ms. 451. Τυρταίου.

Ibid. D 1 :

Ἕως ἂν μαντείαισιν ὑποσχέσεις τε καὶ ὅρκους.

Hic versus non semel claudicat. Vigerus ponit ὑποσχεσίας pro ὑποσχέσεις, et Valckenaer in scholiasten Euripidis, *Phœnices* 679 : « Ἕως initio versus vulgatur in oraculo, quod ex Œnomao refert Eusebius, corrigendum est ἕστ' ἂν μαντείαισιν, et paulo post Μενέλεων pro Μενέλαον, v. 4. » Codex 466 habet Μενέλαν.

Vigeri et Valckenaer sententiam secutus sum, introducens in textum has emendationes quæ nihil mutant quoad sensum versionis.

Col. 384 A 5. Alludit ad quamdam narrationem Herodoti, lib. IV, c. 32, de Lapidicea et Hyperochea quæ venerant ex regione Hyperborea Delum religionis causa, ubi divinis honoribus dignatæ sunt.

Ibid. 10. Παῤῥησίᾳ 451 pro παρ' ἧς.

Ibid. B 6. *Ἡμερίοισι.* Verbum istud raro usitatum, quo oraculum designat homines, reperitur in epigrammate citato a Villoisono in *Prolegomenis Scholiastæ Veneti*, pag. 55 :

Τὸν καὶ ἀπειρεσίων κολπάτον ἠμερίων.

In oraculo quod refert Athenæus de *Charitone* et *Melanippo*, lib. XIII, p. 602, legitur :

Εὐδαίμων Χαρίτων καὶ Μελάνιππος ἔφυ.
Θείας ἀγητῆρες ἑφαμερίοις φιλότατος

Col. 385 A 9. Hoc narrat Herodotus, lib. I, 92 : « Amphioni nata est filia clauda, cui nomen fuit Labda : nullus inter Bacchiades voluit eam ducere in matrimonium. Hetio, filius Echecratis, eam in uxorem accepit; natus erat in vico Petra et jactabat se originem ducere a Cenea et Lapithis. Unicum suscepit filium ex conjuge, et cum nulla alia consuetudinem habuit. Delphos venit ut Deum consuleret de progenie sua. Eum vix ingressum Pythia bis versibus interpellavit : « Hetio, nemo te honorat, quam-

Digitized by Google

vis sis honore dignus. Labda concepit : in lucem edet filium eversorem : aggredietur homines ut rex, et suis legibus Corinthum muniet. »

« Quod renuntiatum est Bacchiadibus, qui non intellexerant primum oraculum obscurum de Corintho quod congruebat cum oraculo dato Hetioni ; « Aquila concepit in scopulis, pariet leonem robustum et crudelem : multorum secabit poplites. Hæc meditamini, vos, o Corinthii, qui habitatis circa pulchram Pirenem et in scopulis Corinthi, » etc.

Herodotus narrat quomodo Bacchiades consilium inierint occidendi hunc Cypselum filium Hetionis, et quomodo hic Cypselus, insidiis elapsus, factus fuerit crudelis oppressor patriæ.

Col. 385 B 6. Γαμήσαι 465, 466.

Col. 388 A 11. Erginus, filius Clymenis, Presbonis, Phryxi et Athamæ, trahit originem a regibus Orchomeniorum, quorum historia, breviter scripta, legitur in Pausaniæ *Bœoticis*, c. 6, pag. 474 : « Erginus multa perpessus adversa ab Hercule, latuit absque uxore et liberis. Sed, cum ditissimus esset factus, conjugem et liberos habere voluit jam senex ; se contulit igitur Delphos, ubi, oraculo consulto, accepit responsum supra citatum. Uxore juvenili ducta, ex oraculo, genuit Trophonium et Agamedam. »

Pro γέροντι νέαν συνοικεῖν, Valckenaer in *Fragmentis Euripidis*, p. 275, proponit, συνοικίζειν, *despondere, collocare, ducere domum.*

Allusio expressa ab hoc oraculo invenitur etiam in reponso oraculi ad Ægeum :

Ἄσκου τὸν προβόωντα πόδα, μέγα φέρτατε λαῶν,
Μὴ λύσῃς.

Apollonius Rhodius imitatus est eum, III, 1317 :

Χαλκέον ἱστοδόῃα θοῇ συνάρασσε κορώνῃ.

Verba κορώνη, ἀσκὸς, θύλακος, ποδεών, præbebant hanc significationem aversam. Vide Lobeck, *Aglaophamus*, p. 843 et quos inducit testes.

De Ergino, vide Diodorum Siculum, IV, 10 ; Apollodorum, in *Biblioth.* II, 4, 11 ; Ruhnk., *Epist. critica secunda*, p. 382.

Pro ultimis verbis textus, ἀλλ' ἐπιθυμία τοὺς βλάκας ἐξίστησι, manuscriptum 465 habet, ἀλλ' ἐπιτυχία τοὺς βλάκας ἐξίστησι · *sed obcæcat plebem stolidam felix successus.*

Ibid., B 6. *Præparationis.* Apparet hic quam recens et quam absurda sit distributio in capita ; series idearum et antea ab Œnomao dictorum deductio abrumpitur subito et divellitur ab initio. Postquam dixit in commotionibus animi responsa peti ab oraculis inducit Deum ne sinat a se indigna peti : hæc in partes duas a stultis divisoribus scissa sunt.

Ibid. C 1. Pro *Antiocho* substitui *Archilochum* : cujus rei afferenda est ratio. Legimus, lib. VI, c. 7, pag. 256, oraculum sequens relatum a Stephano Byzantino : *Voce*, Θάσος.

Ἄγγελον Παρίοις, Τελεσικλεῖς, ὥς σε κελεύω,
Νῆσῳ ἐν Ἠερίῃ κτίζειν εὐδείελον ἄστυ.

« Mone Parienses, Telesicles, sicut tibi jubeo, ut condant in insula Heria urbem in aprico loco sitam. »

Quis est hic Telesicles ? Quæ est hæc insula Heria ? Noster auctor, aut potius Œnomaus, illud nos docet in loco citato.

« Thasos est insula Heria ; Parienses ad eam appellent cum meus filius Archilochus eis exposuerit hanc insulam olim nominatam fuisse Heriam.... Sed si noluisses id eum docere, neque ipse illud annuntiavisset, neque ejus filius Archilochus sese præbuisset ducem huic coloniæ, neque Parienses habitavissent Thasum. »

In aprico est Telesiclem patrem fuisse Archilochi, utrumque natum fuisse in Paro insula, hunc duxisse coloniam Thasum. Strabo lib. X, pag. 487 : Ὑπὸ Παρίων ἐκτίσθη Θάσος. Hoc etiam declarat Thucydides lib. IV, § 104. Hæc colonia fuit posterior coloniæ Phœnicum. Ex hac convenientia minime dubitandum mihi videtur Ἀντίοχ substitutum fuisse Ἀρχίλοχ. Ruhnkenius, *de Velleio Paterculo*, c. 5, n. 4, animadvertit hoc nomen sæpe adulteratum fuisse, et ipsius Antiochi nomen illi substitutum est, ut in Pollucis *Onomast.* lib. VI, 99.

Holstenius, de Stephano Byzantino, jam proposuit hanc correctionem, et profert velut argumentum initium cap. 33 ejusdem libri nostri auctoris, ad quem remittimus lectorem.

Ibid. 4. Φαιστοῦ. Phæstus numeratur inter urbes Cretæ a Stephano Byzantino et Hesychio. Prior dicit eam conditam esse a Phæsto, filio Rhadamanthi, nepote Herculis. Diodorus Siculus, lib. V, 78, et Strabo lib. X, pag. 476 dicunt a Minoe eam conditam fuisse. Vide Meursium, *Creta*, lib. I, 613. Tarrha, urbs Cretæ, inquit Stephanus Byzantinus, in qua præsertim colebatur Apollo Tarrhæus, Ταρραῖος. Scholiastes Apollonii, in Vita hujus poetæ, hanc urbem exstitisse testatur ex Longino : Ἐν τοῖς φιλολογικοῖς

« Oppida Cretæ insignia in Mediterraneo Gortina, Phæstum, Gnossus, Polyrrhenum, Myrina, Lycastus, Rhamnus, Lyctus, Dium. » Plin. lib. IV, 20.

Col. 389 A 6. Charilas, aut Charilaus, est hic rex Spartæ, cujus tutor fuit Lycurgus, et cui vitam soliumque servavit ; erat ex gente Proclydum, filius Polydecti, nepos Eunomi ; habuit collegam in regno ex gente Eurysthenidum, Archelaum, filium Agesilai. Herodotus scripsit genealogiam prioris, lib. VII, c. 131 : Τοῦ Εὐνόμου, τοῦ Πολυδέκτεος, τοῦ Πρυτάνιος, everso ordine nominum in quo disposuerunt Strabo lib. X, p. 482 ; Justinianus, l. III, c. 2 ; Pausanias *In Laconicis*, c. 7, *Arcadicis*. c. 48 ; Plutarchus, *Vita Lycurgi*, c. 2. Genealogia Eurysthenidum legitur in Herodoto lib. VII, § 204, ubi agitur de Leonida.

Ibid. 15. Oraculum quo Pythia expulerat e templo interfectorem Archilochi, sæpe citatum est. In Plinio de hoc inest error qui jamdudum corrigi debuisset, VII. 30 : « Archilochi poetæ interfectorem Apollo arguit Delphis. » Scribendum est *arcuit*. Suidas nominat Calondam eum qui casu occiderat Archilochum in pugna. Plutarchus in *Tractatu de sera deorum*, designat eum sub hoc nomine et insuper cognomine Κόραξ.

In Vita inedita Arati, quam impressit Ruhnkenius, idem nomen legitur sed adulteratum : Ἀδελφοὺς ἔσχε Ἄρατος Λύρην τε καὶ Καλλιώνδαν.

Ruhnkenius proponit Μύρον pro Λύρην, et Hemsterhusius loquitur de forma Καλλώνδας, quam ceteris conjungit : Ἀρχώνδας, Ἐπαμινώνδας, Θεώνδας, Φιλώνδας, Χαρώνδας, quæ formantur ab Ἀωργίδης, etc. Vid. Galianum *in Protreptico ad artes*, c. I, t. II, pag. 10, editionis Basileensis.

Ælianus, in *Historiis diversis*, l. III. c. 44, et Simplicius in suo commentario de *Manuali* Epicteti, p. 81, recto editionis Venetiæ in-4°, 1528, referunt oraculum simile juxta quod expellendus erat e templo amicus qui aufugerat, amico suo relicto in manibus interfectorum :

Ἀνδρὶ φίλῳ θνήσκοντι παρὼν κέλας οὐκ ἐπαμύνας
Ἦλυθες οὐ καθαρὸς, πειρικαλλέος ἔξιθι σηκοῦ.

Admittit contra illum qui occiderat amicum dum ei opem ferret.

Ἔκτεινας σὸν ἑταῖρον ἀμύνων· οὐ σε μιαίνει
Αἷμα φόνου · σὺ κέλευς καθαρώτερος ἢ πάρος ἦσθα.

Col. 393 A 3. Ἴνα σκεύδωμεν καὶ διώξωμεν τὸν οὐρανὸν κατὰ πόδας τῶν ὑμετέρων ἑταίρων. Verba κατὰ πόδας vertit Vigerus *Magnis passibus*. timeo ne erraverit ; κατὰ πόδας διώκειν, αἱρεῖν, ἐπιπλέειν, θηρᾶν, offerunt significationem notam *a pede ad pedem subsequi* ; hic dicendi modus significat ut

ioris punctum quo res agitur. Plato, in *Sophista*, . 171 Francofurtinæ editionis : Κατὰ πόδας ὑπέ-αβες, « Intellexisti subito. » Hic sensus non invenitur n *magnis passibus*.

Pro τῶν ὑμετέρων ἐπαίνων scripsi τῶν ἡμετέρων τόνων, ut legitur in manuscriptis 451 (πόνων), 406, ἡμετέρων.

Col. 393 A 10. De διασκευασταῖς vide Valckenairi *Præfationem Hippolyti* 18; *Diatribam*, p. 89; Wolf *Proleg. Homeric.*, p. 151; Dion. Chrysost., I, p. 699 : Ὥσπερ ἐν ταῖς κωμῳδίαις καὶ διασκευαῖς. Henrich, *Dissert.*; Kil., 1807.

Ibid. C 2. Vigerius in notis contulit editionem ujus oraculi, quam tradidit Eusebius, cum ea uam dedit Pausanias in *Phocicis*, c. 24, p. 857 edit. Kuhnii : « Videres, inquit hic narrator, statuam Homeri æream, basi sedentem, et in ea legeres oraculum quod datum fuit Homero :

« Felix et infelix, nam sub hoc utroque sidere natus es : quæris patriam : regionem maternam, non vero paternam, habes : insula Io est patria tuæ matris; hæc te accipiet cum reddideris ultimum spiritum, sed cave ab ænigmate puerorum. »

Hoc oraculum, sicut refertur a Pausania, verbo-enus transcriptum est a Stephano Byzantino ad erba Ἴος, νῆσος τῶν Κυκλάδων. Fusius exstat, et nterpolatum in *Vita Homeri*, quæ Plutarcho tribuitur. Ad initium hæc est versio loci : « Aristoteles ait n octavo libro *Poeticæ*, Homerum, cum vellet genus suum noscere, consuluisse oraculum, a quo audivit : Est insula Io patria tuæ matris, quæ te accipiet post mortem; sed cave ab ænigmate juvenum. »

Narratur aliud oraculum de eo :

« Felix et infelix, nam sub utroque sidere natus es, quæris patriam, matris tuæ exsistit sed non patris patria, cujus urbs primaria sita est in insula nec procul a vasta terra, nec prope eam (Creta insula). Hic invenies tuum tumulum sicut statuit fatum, cum audieris quod dicent pueri : id est hymnum verbis implicatis expressum, et intellectu difficilem; nam tibi duplicem vitam tribuit fatum : juxta priorem, sole duplici cares; juxta posteriorem vero similis es immortalium vivens et, mortuus; sed post mortem vacuus eris infirmitatibus senectutis. »

Ibid. C 15. Δυσπάθεων, 451.

Col. 396. A 10.

Οἶδα ψάμμου τ' ἀριθμὸν καὶ μέτρα θαλάσσης,
Καὶ κωφοῦ ξυνιεῖς, καὶ μὴ λαλέοντος ἀκούων.

Ab his versibus incipit oraculum Apollinis ad Crœsum quod citavimus c. 21 hujus libri et in Herodoti historia, lib. I, c. 47. Ex allusionibus consuetis veterum ad hos versus intelligitur hæc exclamatio Ciceronis, *De Divinatione*, l. I, c. 19 : « Quæ Crœso Pythius Apollo, quæ Atheniensibus, quæ Lacedæmoniis, quæ Tegeatis, quæ Argivis, quæ Corinthiis responderit, quis ignorat? » Non ita est recentioribus temporibus : hic versus citatus est in *Diario Eruditorum*, mense novembri 1832, p. 671, ut ex oraculo ignoto. Pindarus videtur hoc oraculum in mente habuisse cum dicit in nona *Pythica*, v. 79 :

Ἐξεροωτᾷς, ὦ ἄνερ; οὐρι-
ον ὃς πάντων τέλος
Οἶσθα καὶ πάσας κελεύθους,
Ὅσθα τε χθὼν ἠϊρὰ φύλ-
λ' ἀναπέμπει, χὠπόσαι
Ἐν θαλάσσᾳ καὶ ποταμοῖς ψάμαθοι
Κύμασιν ῥιπαῖς τ' ἀνέμων κλονέονται.

Ibid. B 5. « Cur, o interpres hæreditarie religionum Græcorum, sicut se nominat Plato. » Hic alluditur ad quemdam locum quarti libri *Reipublicæ*, p. 427 H. Stephani, 448 Ficini : « Quod attinet ad consecrationes templorum, victimas cæterosque cultus deorum, dæmonum, heroum, si sapiamus, nullum alium interpretem audiemus, nisi quem nobis tradiderunt patres. Hic enim deus interpres est hæreditarius (πάτριος ἐξηγητής) omnium hominum, in his rebus, sedens in media terra et in ejus *gremio* edit oraculum. »

Ibid. 9. Προστιμηθείς 467.

Ibid. C 10. Testes fide digni tuentur locum de Cleomede Astypalensi, nempe Plutarchus, in *Vita Romuli*; Pausanias, in *secundis Eliacis*, seu lib. VI, c. 9, sic autem loquitur prior : « Sors Romuli non valde dissimilis est ab his quæ referunt Græci de Aristæo Proconesio et de Cleomede Astypalensi; hic erat virtute et statura insignis, indole iracunda et fere furenti, nihil nisi vi agens. Hoc est ultimum ejus factum : ingressus in scholam puerorum percussit pugno columnam quæ sustinebat domum, eamque mediam fregit; unde ruit tectum. Cum eum persequerentur propter puerorum necem, confugit in ingentem arcam, operculum clausum retinuit, ita ut frustra conarentur multi homines eum extrahere. Confracta arca, invenerunt eum neque viventem, neque mortuum; quod quidem mirantes miserunt legatos Delphos, quibus respondit Pythias :

Ultimus heroum est Cleomedes Astypalensis. »

Pausanias addit quædam nova : « In Olympiade præcedenti dicitur Iccus Epidaurensis interfectus fuisse in pugna a Cleomede Astypalæo adversus eum luctante. Damnatus est a judicibus quasi reus facti injusti, amissoque præmio victoriæ factus est amens; dolore commotus confugit Astypalæum et, cum sedisset haud procul a schola, in qua includebantur circiter sexaginta pueri, dimovit columnam quæ fulciebat tectum, quod ruina obtrivit pueros. Cum eum insectarentur lapidibus incolæ, confugit in templum Minervæ, descendit in arcam positam in hoc templo, et trahens ad se operculum, delusit conatus Astypalæorum qui volebant aperire arcam. Cujus tabulis denique dimotis, neque reperto Cleomede vivo aut mortuo, miserunt Delphos qui peterent explanationem eorum quæ acciderant Cleomedi. Pythia reddidit oraculum supradictum. Ex hoc tempore Astypalæi colunt ut heroem Cleomedem. »

Idem narrant multi scriptores ecclesiastici : Origenes, *adv. Celsum*, lib. III; Theodoretus, *Therapeutica*, lib. VIII; Cyrillus, *adv. Julianum*; Epiphanius Scholasticus; denique historicus Socrates, lib. III, c. 23, p. 165 edit. Valesii, qui citat nostrum auctorem : « Quid dicam de Cleomede athleta, quem deum pronuntiavit oraculum? Propter hoc oraculum Diogenes Cynicus et philosophus Œnomaus condemnaverunt Apollinem Pythicum » κατέγνωσαν τοῦ Πυθίου Ἀπόλλωνος. Ut videtur, Œnomaus habuit alia documenta ac Plutarchus et Pausanias de morte Cleomedis, quem onagri calce interfectum narrat : probabile est Astypalæos deceptos esse a Cleomede qui, illis nescientibus, aufugit. Unde rumor serpit illum e conspectu ablatum esse, quare inter deos relatus est.

Col. 398 B 11. Theagenes Thasius citatur a Pausania in *secundis Eliacis*, c. II : « Thasii, inquit, illius statuam in mare conjecerunt, sequentes legem quamdam Draconis inter eas quas de cæde Atheniensibus dederat. Juxta hanc legem ejiciendæ sunt extra fines res inanimatæ quæ cadendo mortem alicui attulerint. » Quam legem Draconis ipsissimis verbis refert Demosthenes in *Oratione adv. Aristocratem*, t. I ed. Reiskii, p. 645. « Prytanæi tribunal est quartum. Ad quid spectat? Si lapis, lignum ferrumve, aut aliquid simile casu percutiat aliquem; si nescitur a quo veniat; si res possideatur aut perspectum sit quæ fuerit mortis causa, ad hos magistratus defertur. » Pausanias prolixe loquitur de hoc allato de vita athletæ Theagenis et de honoribus quibus cultus est ut deus.

Col. 400 A 1. Vigerus dicit in sua nota se

Digitized by Google

nullum prorsus potuisse reperire vestigium pentathli Euthyclis; hoc solum mihi videbatur verisimile, nempe illud nomen adulteratum fuisse, et pro *Euthycles* legendum esse *Euthymus*, nomen clari pugilis Locriensis, quem Pausanias, in *Eliacis poster.* c. 6; Ælianus, *Hist. var.*, VIII, 18; Plinius, *Hist.* l. VII, c. 47, denique Suidas, in verbo Εὔθυμος, designant: hic adulteravit textum Pausaniæ. Patria eorum erat eadem; sed hæc permutatio nominum parum verisimilis est, quia hic pugil erat, alter vero pentathlus, et in utriusque vita et rebus gestis plurima invenire est quæ non consentiunt. Hæc opinio igitur deserenda est.

Col. 400 A 8. *Πεφατνευμένους*. De hoc verbo scholiastes manuscripti 451 sic loquitur: Πεφατνευμένους λέγει ἀθλητὰς διὰ τὴν σωμασκίαν καὶ τὴν ἀνεγκοφατίαν. Vocat athletas πεφατνευμένους propter eorum corpulentiam et. . .

Ibid. C 1. Historia Cypseli tota scripta est ab Herodoto. Vigerus lectorem remittit ad suas observationes quæ non editæ sunt, sed quas facile suppleveris legendo Herodotum, cui non puto illum quidquam adjecisse. Illis qui volunt cognoscere penitus hanc historiam, satis est indicare librum V, 92, Herodoti, in quo continentur omnia de illo. Jam, in capite XXIX, Œnomaus citavit oraculum de patre Cypseli, quod reperitur in eodem loco Herodoti:

Ἠετίων, οὔτις σε τίμι πολύτιτον ἐόντα.

Unde corrigetur textus, Κύψελος Ἠετίδης pro Κύψελος Αἰαχίδης· quod cæterum confirmatur ab eodem Herodoto, in quo refertur oraculum quod habemus sub oculis, cui adjicit tertium versum:

. . . . . *Βασιλεὺς κλεινοῖο Κορίνθου*
Αὐτὸς καὶ παῖδες, παίδων γε μὲν οὐκέτι παῖδες.

« Talis fuit Cypselus, inquit historicus. Vexavit multos incolas Corinthi, multis fortunas eripuit, pluribus etiam vitam; deinde, cum regnavisset triginta annos, reliquit solium filio Periandro. » Cicero, *De Fato*, c. 7: « Neque necesse fuit Cypselum regnare Corinthi, quanquam id millesimo ante anno Apollinis oraculo editum esset. » Daviesus, ad hunc locum, conatur ostendere, tempora supputando, ad quem annum, ante Ciceronis ætatem, referendum sit hoc, *millesimo ante anno*.

« Primum versum hujus oraculi frequenter usurpabat Pythia; quod Hesiodo datum est oraculum et relatum a Tzetze, in *Exegesi*, fere huic simile est:

Ὄλβιος οὗτος ἀνὴρ ὃς ἐμὸν δόμον ἀμφιπολεύει.

Ibid. 6. *Melanippus qui magnæ utilitati erit urbi Gelæ*, nonnullas præbet difficultates aut potius quamdam obscuritatem. Melanippus, civis Agrigenti, conspiraverat adversus Phalarim tyrannum; ad hoc spectat oraculum sequens. Ælianus locutus est satis prolixe de hac conjuratione in quarto capite secundi libri *Historiarum variarum*; de hoc alibi prolixius verba fecerat, verisimiliter in suo *Tractatu de Providentia*, *Περὶ Προνοίας*· quod didiscimus e Suida, qui servavit tria fragmenta dissimilia in verbis ἀντέρως, ἐπῆρεν, et ἀναβολή.

Athenæus, in tertio decimo libro, p. 602, edit. Casaubonis, ad hoc alludit, ex Heraclide Pontico, et citat pariter oraculum, quod videbimus infra; hactenus vero non patet quomodo Melanippus profuturus sit urbi Gelæ; conjiciendo tantum id ostendi poterit.

Melanippus erat juvenis pulchritudine et virtutibus insignis, qui vehementi amore animum Charitonis incenderat: Διαπύρως ἐράσθη Μελανίππου καὶ τὴν ψυχὴν ἀγαθοῦ καὶ τὸ κάλλος διαφέροντος.

« Lis orta erat inter Melanippum et quemdam cui favebat tyrannus: chirographum, quod habebat prior, abreptum a tyranno, judices deleverunt. Qua vi et injustitia iratus, Melanippus in tyrannum conjuravit, et conatus est sibi conjungere juvenes, quos idem ac se sentire noverat, participes; consilium aperuit Charitoni, qui eum præmonuit ne temere in hanc conjurationem admitteret homines qui, propter metum tyranni, possent hærere dubii, rogavitque ut sibi negotii curam committeret. Melanippus annuit. Charito, cum omnia disposuisset solus, ut amicus a periculo tutus foret, rem omnem in se suscepit, pugioneque accinctus, ad tyrannum, ut eum occideret, occasionem accedendi quæsivit; sed observatus a doryphoris, correptus est priusquam consilii fieret compos. Inclusus et crudelissime cruciatus ut declararet socios, pertinaciter tacuit, donec Melanippus, fama perlata se auctorem instigatoremque conjurationis prædixit. Phalaris, utriusque amicitia mirabili commotus, vitam concedens, e Sicilia eos in exsilium pepulit. Apollini et Jovi hoc specimen humanitatis datum a crudelissimo tyranno placuit, adeo ut illius vitam in duos annos produxerint. » Quod dicit Ælianus in loco citato a Suida de verbo ἀναβολή. Sed quid ad Gelam in hac narratione? illud explanare conabimur.

Gela in ripa meridionali Siciliæ et ad flumen ejusdem nominis sita, metropolis erat Agrigenti. Sic ait Thucydides lib. VI, § 4: « Antiphemus Rhodius et Entimus Cretensis, coloniam quamdam cum ambo duxissent in Siciliam, Gelam condiderunt quadraginta et quinque annis a Syracusis conditis, et nomen illi imposuerunt e flumine cui adjacet. Quam urbem institutis Doricis submiserunt. Post centum et octo annos circiter Gelæi Agrigentum fundarunt, ducibus Aristonoo et Pystilo, quæ civitas nomen suum a fluvio Acraga mutuavit. »

Postea Agrigentum, cum tale incrementum accepisset, ut teste Diogene Laertio, ejus incolæ essent numero 80,000, quod tamen valde est dubium, v. lib. VIII, 61, majorem, ut verisimile videtur, partem ripæ meridionalis Siciliæ, et præsertim Gelam metropolim in suam redegit potestatem. Supponi igitur potest Melanippum fuisse Gelæ municipem, et quum mors tyranni duobus tantum annis dilata fuerit, postquam Agrigentum et civitates illi subditæ libertatem recuperarunt, ipsum in patriam rediisse, quam, ibi magnis cumulatus honoribus, multis beneficiis exornavit.

Ibid. 11. Versus hic citati ironice reddunt oraculum Apollinis Menalippo et Charitoni datum. Sic autem habet Athenæus in loco citato: « Pythia oraculum etiam edidit pro Charitone et ejus amico, hexametrum pentametro subjungens, sicut postea Dionysius Atheniensis, cui cognomen Chalcous (æneus), fecit in suis Elegiis. En oraculum:

Εὐδαίμων Χαρίτων καὶ Μελάνιππος ἔφυ
Θείας ἀγητῆρες ἐφαμερίοις φιλότητος. »

Ælianus, qui eosdem versus citat, ordinem carminum Athenæi intervertit, et Atticismum pro Dorismo posuit hoc modo:

Θείας ἠγητῆρες ἐφημερίοις φιλότητος
Εὐδαίμων Χαρίτων καὶ Μελάνιππος ἔφυ.

Juxta Eusebium videtur Athenæus fidelius citationem expressisse quam Ælianus. Puto in parodiam horum versuum ab Œnomao factam, qualiter ad nos pervenit, irrepsisse mendum. Haud enim verisimile videtur hunc Cynicum adjunxisse nomen Melanippi nomini Phalaris, id est tyranni et tyrannicidæ, ut deceret eos ipsos fuisse qui inter homines discordias seminarunt; nulla potest similitudo esse inter Phalarim et Melanippum; sed facile inter horrenda monstra Phalarim et Cypselum; quod bene phrasi præcedenti intelligitur. Substitui igitur Melanippi nomini carnificis Corinthii nomen, parum curans de versus concinnitate.

Digitized by Google

Col. 401 A 1. In brevi fragmento quod dedit Suidas de hoc facto, ex opere deperdito Æliani, oraculum plane consonat nostræ lectioni cum hoc solo additamento, quod tempus vitæ Phalaridi tributum ad duos annos determinatur.

Ibid. 9. Hoc ultimum caput, etsi brevissimum, forsan est totius libri difficillimum : in utroque enim oraculi versu numerus offenditur : mutandum est in primo versu καί in κε, et littera ν duplicanda est in voce Διονύσοιο, ut in hexametrum admitti possit. Quod sequitur, non minus claudicat; adest enim repetitio vocis φαλληνοῖς post verba οὐ μόνον et ἀλλά, quæ evidenter oscitantiam librariorum denotat. Solus manuscriptus 451 hoc caret mendo. Nihil dicam de manuscripto 466, in quo multa omittuntur et inter alia hæc : (θύουσι γὰρ αἱ πόλεις καὶ τελεταῖς ἄγουσι λιθίνοις) καὶ χαλκέοις καὶ χρυσέοις, οὐ μόνον φαλληνοῖς, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς τοῖς Διονύσοις καὶ ἄλλοις παμπόλλοις Ἡσιοδείοις θεοῖς. Inter parenthesin inclusi quæ in manuscripto desunt, et cætera deprompsi ex eodem manuscripto, ut phrasis correcta et intellectu facilis efficeretur, loco textus quem dedit Vigerus, quamvis, in suis notis, illum condemnet. Idem Vigerus pariter servat Διονυσίοις, pro Διονύσοις, quod in eodem manuscripto legitur, et quod exigit sensus : ibi enim quæstio est de Baccho, non autem de Dionysio ; sed hæc non omnem obscuritatem tollunt. Maxima est difficultas in explicandis his verbis φαλληνόν κάρηνον· quæ sequuntur indicant illud fuisse truncum olivæ, quem piscatores quidam Methymnæi ceperant retibus.

Hæc eadem narratio confirmatur in Pausaniæ *Phocicis*, lib. x, 19 : « Figura quædam, ait, ex olivæ ligno, cum e mari tracta fuisset retibus Methymnæorum quorumdam piscatorum, ortum dedit cuidam divinitati, sed prorsus diversæ ab iis quæ in Græcia usque nunc colebantur ; Pythia a Methymnæis consulitur, cujusnam deitatis seu herois hæc esset imago ; respondit eam adorandam nomine Bacchi Cephalenii. » Quæ historia eadem reperitur in nostro opere, sed nomen dei corruptum fuit in alterutra versione : multi critici insudarunt in hoc loco, incerti utrum legendum esset *Phallenius* vel *Cephalenius*, et quid per hoc verbum esset intelligendum.

Duplicem hanc quæstionem tractavit Tristanius in suis *Commentariis historicis*, t. II, p. 280 ; legendum ait, κεφαλὴν φαλληνὴν Διονύσου. Inferius dicemus quid per hoc intelligat. Liebius, qui anno 1730 edidit tomum in-folio cui titulus : *Gotha nummaria*, p. 186, hunc locum pariter perpendit, occasione numismatis cujusdam Methymni, quod Bacchum cornutum repræsentat : rejicit κεφαλὴν Tristanii et sensum quem ipsi tribuit, servans expressionem oraculi, ab Eusebio datam et a Theodoreto relatam, *Therapeutic.* x, et supponit in decursu temporis mutatum fuisse hoc nomen in κεφαλληνός.

Zoega *De obeliscis*, sect. 4, c. 1, p. 213 legit etiam φαλληνόν, et versionem approbat Vigeri. Hanc opinionem insuper novis argumentis tuetur (p. 229). Lobeckius in suo *Aglaophamo*, t. II, p. 1086, loquens de oraculis quæ ad Bacchum spectant, asserit lectionem Pausaniæ prorsus ineptam esse. Quid Methymnæ, inquit, cum Cephalonia, ut adoraretur Bacchus Cephalonicus ? vel quomodo e substantivo κεφαλή, ornatum fuerit adjectivum κεφαλλήν, contra omnes regulas formationis vocum? Vult tantum vocem φαλλῆνος accentu circumflexo notari, quæ genitivus est vocis φαλλήν et ad vocem Διονύσου refertur.

Exinde ergo videas φαλληνός seu φαλλῆνος anteponendum esse voci κεφαλήν ; hoc exigit metrum et sensus ; sed quomodo hoc verbum intelligendum ? Hic difficultatis nodus, in quo omnes dissentiunt. Vigerus vertit : « Bacchi caput ex tereti enerabere ligno. » Zoega, *De obeliscis*, *l. l.*, hanc versionem multum laudat, cum dicit : « Φάλαγξ lignum teres, oblongum ; Φάλης deus Cylleniorum, ales Etruscorum, fala turris, falando cœlum, φαλνόν in oraculo apud Eusebium e tereti ligno factum. » Theodoretus φαλλῆνον exprimit per verbum ἀκροβύστιον, *præputium* : quam versionem eligit Tristanius in suis *Commentariis historicis*, ita ut φαλληνόν κάρηνον sit summitas phalli ; sed ἀκροβύστιον non est βάλανος. Male ergo Theodoretus et Tristanius oraculum sunt interpretati ; prior in sensum obscenum detorquendo, quem non habet ; posterior, a priore in errorem inductus. Liebius *ligneum* inte ligit. « Revera, inquit, videmus Eusebium huic ex olivæ ligno figuræ opponere statuas lapideas, æneas et aureas ; nec πρόσωπον ἐλαίας ξύλου ex Pausania unquam in hanc acceptionem admittere possumus : consonantia vocum φάλλος et φαλλῆνος sola potuit talem ideam suggerere. » Lobeckius proponendo φαλλῆνος, epithetum Bacchi, quod deducit a φάλλος, licet, inquit, talis desit forma, sed propter analogiam cum ἔρπην, ἕρπηνος, citat φαλήνιος, ab Aristophano usurpatum. Hæc correctio mihi videtur nimium exigere ; oportet etenim : 1° textum mutari ; 2° formam creari prorsus insuitatam : et hoc, ut epithetum illud a phallo derivetur. Quod phallus in Bacchicis consecrationibus suum locum habuerit, concedo ; sed minime necessarium erat quidem cognomen Deo dari nec Methymni, neque in alio loco ; hoc speciale nomen pertinebat non ad cultum in Græcia universe receptum, sed ad inventionem trunci olivæ formam hominis exhibentis, et quem oraculum Baccho tribuit. Sequor hac de re sententiam Vigerii, Liebii, Zoegæ, circa significationem ejus vocis.

Ibid. C 5. *Diopetes* imago erat divina, e cœlo delapsa, ut putabatur statua Dianæ Ephesi. V. *Acta Apostolorum*, c. xix, v. 35. Argutia Œnomai in hanc vocem provenit ex eo quod hic truncus, cum utpote e cœlo non dilapsus, dici non posset *diopetes*, sed mari egressus dici deberet *Poseidonopetes*, seu a Neptuno missus.

Col. 405 A 12. In hoc Porphyrii fragmento reperitur vox μεμοιραμένα pour εἱμαρμένα ab μειρόμαι. Schneiderus scribit μεμόρηται et μεμορμένος. Ms. 466, μέμοιρασμένα.

Ibid. B 1 :

Ἐκφύεται γαίηθεν ὁδῶν ὅθι λείμακες ὑμβρόν
Διψοσύνῃ κατέμαρψεν ὅλον πόμα μητέρος
[*αὐτῆς.*

D. Jacobs, quem de his versibus corruptis consului, sic eos mutat :

Ἐκφύεται γαίηθεν, ὅλυρ', ὅτε λείμακες ὑμβρου
Διψοσύνῃ κατέμαρψαν ὅλον πόμα μητέρος
[*Αὐτῆς.*

« Forte Αὔης. Quo tempore prata pluviæ penuria omnem matris humorem præ siti consumpserunt, nascitur tandem, postquam suum justum tempus in sinu terræ reconditum se commovit prodire gestiens. »

Ibid. 9. Cic. *De divinat.*, l. I, c. 39. « Cur stella Jovis aut Veneris conjuncta cum luna, ad ortus puerorum salutaris sit : Saturni, Martisve contraria? » Manetho. *Apotelesmat.*, l. II, v. 466 :

Ἦρ μὲν Ζηνὶ (Σελήνη) συνάπτῃ ἢ ἀβροκόμῳ
[*Κυθερείῃ*
Ἐσθλὴ καὶ δώτειρα βίου πλούτοιο τε πολλοῦ·
Ἦρ δὲ Κρόνον προλιποῦσα κενὸν δρόμον
[*ἐξανύησιν*
Ἢ καὶ Ἄρει μετέπειτα συνάπτῃ, πάγχυ κα-
[*κίστη.*

Τεύχει γὰρ
Πολλάκις ὠκυμόρους τε καὶ ἐν νεότητι θα-
[*νοῦντας.*

Vide Julium Firmicum, *Mathes.*, l. IV, c. 1.

Col. 408 D 9. *Καταιβάσιον Δίος ἔγχος.* « E cœlo cadens. » Quo sensu vero accipi debeat vox hæc, Jupiter Καταιβάτης, multum inter recentiores decertatum est. Multæ veterum citationes, nummi Cyri

Digitized by Google

illius præferentes effigiem, Petrum Burmannum induxerunt ad dissertationem hac de re edendam, cui titulus *Ζεὺς Καταιβάτης*, Ultraject. in-4°, 1700, in qua ad evidentiam probat hoc epithetum Jovi non dari, nisi cum fulgur emittat (*Fulgerator*), et magna inde detrimenta nascantur. Et in hoc distinguitur a Jove Helicia, cujus tonitrua res futuras ominabantur, Ἑλικίας ὁ συστροφὰς ἢ ἕλικας ποιῶν, διὰ μέσην παχύτητα ἢ ὑγρότητα, τῇ πυκνότητι τοῦ ἀέρος ἀντωθούμενος, ait Tzetzes in *Lycophrone*, v. 382. Ipsum tonitru dicebatur Καταιβάτης, et hoc sensu usurpatur apud Lycophronem, l. l. In citationibus Burmanni Eusebii verba omissa sunt.

Col. 412 A 3:

Non meus hic sermo est, sed quem præcepit Ofellus.
Horat. *Satyrar.*, l. II, *Satyr.* 2.

Euripides in *Menalippa*:

Οὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος, ἀλλ' ἐμῆς μητρὸς πάρα.

Et in *Hippolyto*, v, 353:

Σοῦ τάδε, οὐκ ἐμοῦ κλύεις.

Ad hoc alludit Plato, *Alcibiade primo*, p. 113 ed. Henrici Stephani: Τὸ τοῦ Εὐριπίδου ἄρα συμβαίνει, ὦ Ἀλκιβιάδη· σοῦ τάδε κινδυνεύει, ἀλλ' οὐκ ἐμοῦ ἀκηκοέναι, οὐ δ' ἐγώ εἰμι ὁ ταῦτα λέγων, ἀλλὰ σύ. De hac locutione proverbiali, vide Muretum, *Var. Lect.*, l. v, 20.

Ibid. B 3. Textus Græcus fert τισὶ τῶν δαιμονίων. Hic distinguendum est inter Δαίμονες et Δαιμόνια, quam distinctionem non admittit lingua Gallica: Δαίμονες majores dii erant; Δαιμόνια, verbi gratia, genius Socratis, minores erant. Vox Δαιμόνιον præsertim genium Socratis designabat, et ita Xenophon in Ἀπομνημονεύματα; Plato, in *Apologia*; Plutarchus in *Tractatu de genio Socratis*. Eustathius in vers. 294. lib. x Odyssæ, p. 1659, ait: « Circem gladio Ulyssis territam fuisse, quia, ut Δαιμόνιον, vita longiori fruitura erat, haud tamen immortali. *Vid.* p. 1659 editionis Rom.

Ibid. C 6. Cf. Valckenaer in *Euripidis Fragmenta*, c. 25, p. 287.

Ibid. D 13. Versus quos hoc in loco tanquam auctoritatem facientes citat Eusebius, ex *Sylæo* Euripidis deprompti fuerunt: mirum est Vigerum horum auctorem non indicasse, cum conetur eos emendare, præsertim quod Philo Judæus pluries his usus fuerit in tractatu: *Quod homo virtute præditus sit liber*, in libro *De Josepho*, in *Allegoriis*. Gataker in posthuma parte *Adversariorum*, c. 10, p. 520, Ultraject. 1698; in commentario, in *Marcum Aurelium*, lib. VIII, c. 41, eos restituit ita ut ego edidi. Apud Philonem legitur: Οἷα παρ' Εὐριπίδῃ φησὶν Ἡρακλῆς. Hi versi, ut videre est, ab Hercule recitantur. Euripides primo versu iterum usus est in *Phœnicibus*, v. 531:

Πρὸς ταῦτ' ἴτω μὲν πῦρ, ἴτω δὲ φάσγανα.

Cæteri ita a Philone scribuntur:

Πίμπρα, κάταιθε σάρκας, ἐμπλήσθητί μου
Πίνων κελαινὸν αἷμα, πρόσθε γὰρ κάτω
Γῆς εἶσιν ἄστρα γῆ τ' ἄνω εἰς οὐρανόν,
Πρὶν ἐξ ἐμοῦ σοι θώπ' ἀπαντῆσαι λόγον.

Ex Eusebio, Gatakerus proponit τάμνον pro πίμπρα, idem sonante ac κάταιθε.

Col. 413 B 11. « Si omnia fato fiunt, omnia fiunt causa antecedente: et si appetitus, illa etiam quæ appetitum sequuntur, ergo etiam assensiones: at si causa appetitus non est sita in nobis, nec ipse quidem appetitus in nostra potestate; quod si ita est, ne illa quidem quæ appetitu efficiuntur, sunt sita in nobis: non igitur neque assensiones, neque actiones in nostra potestate: ex quo efficitur ut nec laudationes justæ sint, nec vituperationes, nec honores, nec supplicia. » Cicero *De fato*, c. 17.

Ibid. C 10. *Εἰ γὰρ ἐξ εἱμαρμένης τόδε τι γενήσεσθαι νομίζοι.* Hæc locutio, a nostro auctore inferius usurpata: Ἐν τῷ τόδε τι βούλεσθαι ἢ μὴ βούλεσθαι, ex antiquioribus rhetoricæ magistris desumpta est. Longin. *De sublimitate*, § 14: Πῶς ἂν τόδε τι ὑπ' ἐμοῦ λεγόμενον, παρὼν Ὅμηρος ἢ Δημοσθένης ἤκουσεν;

Hermogenes: Διαίρεσις τῶν στάσεων. Πραγματική ἐστιν ἀμφισβήτησις περὶ πράγματος μέλλοντος, εἰ δεῖ γενέσθαι τόδε τι, ἢ μὴ γενέσθαι.

Ibid. D 8. Cicero *De fato*, 12: « Nec nos impediet illa ignava ratio quæ dicitur ἀργὸς λόγος, cui si pareamus, nihil omnino agemus in vita. »

Origenes *contra Celsum*, lib. II, p. 73, edit. Camtab. Ἀλλὰ καί ὁ ἀργὸς καλούμενος λόγος, σόφισμα ὤν, τοιοῦτός ἐστι λεγόμενος ἐπὶ ὑποθέσεως πρὸς τὸν νοσοῦντα, καὶ ἀποτρέπων αὐτὸν χρῆσθαι τῷ ἰατρῷ πρὸς ὑγίειαν· καὶ ἔχει γε οὕτος ὁ λόγος· εἰ εἵμαρταί σοι ἀναστῆναι ἐκ τῆς νόσου, ἐάν τε εἰσαγάγῃς τὸν ἰατρὸν, ἐάν τε μὴ εἰσαγάγῃς, ἀναστήσῃ· ἀλλὰ καὶ εἰ εἵμαρταί σοι μὴ ἀναστῆναι ἐκ τῆς νόσου, οὐκ ἀναστήσῃ. Ἤτοι δὲ εἵμαρταί σοι ἀναστῆναι ἐκ τῆς νόσου, ἢ εἵμαρταί σοι μὴ ἀναστῆναι· μάτην ἄρα εἰσάγεις τὸν ἰατρόν. « Quod aiunt ἀργὸς λόγος est sophisma, et ad illud reduci potest: supponamus aliquem ægroto adesse et illi suadere, his verbis, ne medicum vocet qui eum ad sanitatem reducat: si ex fati decretis sanitati restituendus sis, accersas medicum vel non, sanaberis; si autem convalescere non debeas, in vanum medicum vocabis. »

Plutarchus, *De fato*, c. 11: Ἀργοὶ καὶ θερίζοντες λόγοι, καὶ ὁ παρὰ τὴν εἱμαρμένην ὀνομαζόμενος, σοφίσματα, ὡς ἀληθῶς, κατὰ τοῦτον τὸν λόγον, τυγχάνει ὄντα. « Ratiocinia quæ vocant ἀργοὶ et θερίζοντες, sicut et illud quod vocant, παρὰ τὴν εἱμαρμένην, mera sunt ex hac argumentatione sophismata. »

Plato, in *Memnone*, p. 17: Οὐκοῦν δεῖ πείθεσθαι τούτῳ τῷ ἐριστικῷ λόγῳ· οὗτος μὲν γὰρ ἡμᾶς ἀργοὺς ποιήσειε. « Caute cavendum est hoc genus discussionis, quod nos nonnisi ad summam inertiam ducere possit. »

Col. 416 A 5. *Τί οὖν δεῖ συντετάσθαι.* Legendum est συντίθεσθαι. Demosthenes, *contra Aristocratem*, p. 679, ed. Reiske: Ὁ ταῦτα τοίνυν συνθέμενος, pro, ταύτην τὴν συνθήκην γεγραμμένος.

Col. 417 C 4. *Ἕξις.* Hujusce vocabuli philosophicus usus ab Ammonio exponitur, *ad Aristot. Categorias*, folio 120 edit. Sabii: Τὸ τῆς ἕξεως ὄνομα ἐπὶ τούτων φέρεται ἐφ' ὧν καὶ τὸ τῆς εὐεξίας· ἡ γὰρ εὐεξία ἐπίτασις τῆς ἕξεώς ἐστι· καὶ τὸ τῆς ἕξεως ὄνομα ἐπὶ μόνων τῶν ἐμψύχων λεχθήσεται.

« Verbum ἕξις idem ac εὐεξία, quod vocis ἕξις extensio est. Dicitur tantum de substantiis animatis. »

Col. 420 B 8. *Ἀπαράλλακτον*, ineluctabile. Distinctionem philosophicam τῶν παραλλάκτων et τῶν ἀπαραλλάκτων, indicat Plutarchus in tractatu *De contradictionibus Stoicorum*, p. 371, t. XIII, edit Hutten; t. X, p. 322 ed. Reiskii: Τοῦ κατηναγκάσθαι δι' οὗ ὑπὸ τῶν ἔξωθεν αἰτιῶν ταῖς ὁρμαῖς ἀπλῶσιν πορίζειν· ἔνιοι τῶν φιλοσόφων ἐπελευστικὴν τινα κίνησιν ἐν τῷ ἡγεμονικῷ κατασκευάζουσιν ἐπὶ τῶν παραλλάκτων μάλιστα γενομένην ἐκδηλον, ὅταν δυοῖν ἴσον δυναμένων καὶ ὁμοίως ἐχόντων θάτερον ᾖ λαβεῖν ἀνάγκη, μηδεμιᾶς αἰτίας ἐπὶ θάτερον ἀγούσης, τῆς μηδενὶ διαφέρειν· ἡ ἐπελευστικὴ δύναμις αὐτὴ τῆς ψυχῆς ἐπίκλισιν ἐξ αὐτῆς λαβούσης, διέκοψε τὴν ἀπορίαν.

Originem vero illius coactionis quæ in motibus nostris exsistere videtur, in causis exterioribus inveniendam nonnulli philosophi docuerunt. In parte superiore animæ, inquiunt, inest quædam virtus *epeleustica*, id est, spontanea, quæ præsertim manifestatur in actibus *parallacticis*, id est, qui alius pro alio sumi possunt; quod fit, cum ex duabus rebus, eamdem vim et valorem habentibus, quarum alterutra pariter eligi queat, unam tamen eligere necesse sit, quamvis ad neutram necessario trahamur.

Digitized by Google

nullo discrimine prævalente : hac virtute epeleustica, determinationis animæ nostræ (*de motu proprio*) solvitur difficultas.

Col. 428 C 6. Hæc etymologia vocis εἱμαρμένη Stoicorum est.

Plutarch., *De placitis philosoph.*, I, 28 : Οἱ Στωικοὶ εἱμαρμένην λέγουσιν εἱρμὸν αἰτιῶν, τουτέστι τάξιν καὶ ἐπισύνδεσιν ἀπαράβατον. — Idem, *De fato*, IV, 1, 15 : Εἱμαρμένη γὰρ προσαγορεύεται ὡς ἂν εἱρομένη τις. Cic., *De divinat.*, I, 55 : « Fatum id appello quod Græci εἱμαρμένην, id est ordinem seriemque causarum ; cum causa causæ nexa rem ex se gignat. »

De fato vide sanctum Augustinum, lib. V, capite 1 et seq. usque ad undecimum, *De civitate Dei* ; Cicer., *De divinatione* et *De fato*, ubique.

Col. 429 A 3. *Σωματικὰ στοιχεῖα.* Nomen στοιχεῖον astris datum non est Eusebio proprium, sed ab eo frequenter adhibetur, I. I, cap. 9 : Φοινίκων οἱ πρῶτοι φυσικοὺς ἥλιον καὶ σελήνην καὶ τοὺς λοιποὺς ἀστέρας πλανήτας καὶ τὰ στοιχεῖα τὰ τούτοις συναφῆ, θεοὺς μόνον ἐγίγνωσκον · τὰ στοιχεῖα sunt ἀπλανεῖς, inquit Salmasius, *De annis climact.*, p. 577. — Eusebius, lib. III, c. 4, p. 93 : Εἰς μόνον τὰ ὁρώμενα τοῦ κοσμου στοιχεῖα. —Id., *Hist. eccles.* III, 31 : Κατὰ τὴν Ἀσίαν μεγάλα στοιχεῖα κεκοίμηται, ubi vid. Valesium. — Theodoretus, *Hist. eccles.*, V, 39 : Τοὺς τὰ στοιχεῖα θεοποιοῦντας, ubi eumdem. —Epiphanius, *De hæresi Pharisæorum :* Τὰ ματαίως νομιζόμενα εἰς ἀριθμὸν στοιχείων, ubi, εἰς ἀριθμόν, inquit Valesius de Eusebio *l. l.*, ponitur pro εἰς λόγον.—Hieronymus in epist. ad Hedibiam IV : « Omnis hebdomada in sabbatum dividitur, quas ethnici idolorum et elementorum nominibus appellant. » — Chrysost., homil. 58 *in Matthæum :* Ὁ γὰρ δαίμων ἐπὶ διαβολῇ τοῦ στοιχείου καὶ ἐπιτίθεται τοῖς ἁλοῦσι. — Theophil., *ad Autolyc.*, I. I, c. 6 : Ἥλιος καὶ σελήνη καὶ ἀστερες, στοιχεῖα αὐτοῦ εἰσι.—Idem, I. II, § 22 et 50. — S. Greg. Nyss., in *Vita sanctæ Macrinæ :* Αὐτῶν τῶν στοιχεῖων τὰς εἰκόνας διὰ τῆς μιμήσεως ἀνθυποῦσθαι, et alii.

Col. 433 A 10. Ἠπῄχθην ms. 467.

Ibid. 15. « Democritus auctor atomorum accipere maluit necessitate omnia fieri, quam a corporibus individuis naturales motus avellere. » Cicero, *De fato*, c. 10.

Ibid. B 3. Τοσοῦτος ms. 465. Cicero, *De fato*, c. 7 : « Maxime tibi de hoc ipso, Chrysippe, cum Diodoro certamen est : ille enim id solum fieri posse dicit, quod aut sit verum, aut futurum sit verum, et quidquid futurum sit, id dicit fieri necesse esse, et quidquid non sit futurum, id negat fieri posse. Tu et quæ non sint futura, posse fieri dicis, ut : frangi hanc gemmam, etiamsi id nunquam futurum sit. »

Plutarch., *De contradict. Stoic.* : Ὁ δὲ λέγων ὅτι Χρύσιππος οὐκ αὐτοτελῆ τούτων αἰτίαν, ἀλλὰ προκαταρκτικὴν μόνον ἐποιεῖτο τὴν εἱμαρμένην, ἐκεῖ πάλιν αὐτὸν ἀποδείξει μαχόμενον πρὸς ἑαυτὸν, ὅπου τὸν μὲν Ὅμηρον ὑπερφυῶς ἐπαινεῖ περὶ τοῦ Διὸς λέγοντα·

Τῷ ἔχεθ' ὅττι κεν θυμὶ κακὸν πέμπῃσιν ἑκάστῳ,
Ἠ ἀγαθόν...

(*Iliad.* O, 109.)

Respondet ille, fatum, ad sententiam Chrysippi, non esse causam effectivam, sed causam primordialem ; sed in eo secum discrepat, cum magnifice laudet Homerum de Jove dicentem : « Itaque æquo animo bonum vel malum vobis datum accipite. » Plutarch., p. 361, t. X ed. Reischii.

Quod vero Chrysippus docuerit de fato et malo vel bono, si quisquis scire voluerit, quantum illud fieri potest, cum desint ejus opera, legat quæ narrat A. Gellius in *Noctibus Atticis*, lib. VI, cap. 1 et 2.

Col. 434 B 13. Hoc oraculum ab Herodoto relatum, I. VII, 148, alius alio modo docti editores interpretati sunt. Refert Wesseling versionem Chalcidii :

Vicinis offensa, Deo charissima plebes,
Armorum cohibe munimina...

In hoc verbo τὸν προβολαῖον inest difficultas : ex hoc verbo intelligendusne est hominis status arma tum ad nocendum, tum ad se defendendum gestantis ? Ἐν προβολῇ θέσθαι, verbum est in rebus belli usitatum, quod idem habet ac *præferre*, sive hastam sive scutum quo tegantur ; προβολή in eo sensu idem ac πρόβλημα sonat. Xenoph., *Memorab.*, lib. III, c. 12-27 : Μέχρι τῆς ἡλικίας ὡπλισμένους κουφοτέροις ὅπλοις, βλαβεροὺς μὲν τοῖς πολεμίοις εἶναι, μεγάλην δὲ προβολὴν τοῖς πολίταις τῆς χώρας κατασκευάζεσθαι. Idem, in *Cynegetic.*, c. 5, oculum leporis describens : Τά τε γὰρ ὄμματα ἔχει ἔξω, καὶ τὰ βλέφαρα ἐλλείποντα καὶ οὐκ ἔχοντα προβολὴν ταῖς αὐγαῖς. Eorum oculi ciliis quibus protegantur carent.

Ex his concludere fas est, quod deus jubeat Argienses nihil præter defensionis rationem tentare, sed esse paratos ad pugnandum. Notam vide de προβόλιον, *Præparat.* lib. VII, c. 16, p. 330, ubi pro insidiis sumitur hoc verbum et verbo θέλγητρον assimilatur.

Col. 436 A 1. Vide Stephanum Byzantinum de hoc oraculo, voce *Carystes*.

Ibid. B 1. Oraculum de quo nunc agitur, Stephanus Byzantinus commemorat, verbo Θάσος, ut exinde cognoscamus hanc insulam, Heriam antea nominatam fuisse. Vide oraculum de coloniæ itinere ab insula Paros in Thasos, relatum ab Archiloco, I. V, c. 31.

Col. 437 A 9. Illud quod inducit ad oraculum Alcmæoni datum quamdam movit difficultatem quæ oritur e duplici sermone Œnomai qui, cum Apollinem venerari videatur, reipsa irridet. Deum admonet, ne a stulto Alcmæone interrogante decipiatur. Oraculum Apollinis ad Alcmæonem indicatur. Primo ille, inquit Apollodorus, I. III, 159, interfecit matrem, oraculo obedire volens, χρήσαντος Ἀπόλλωνος αὐτῷ · deinde furiis agitatus in Arcadiam perrexit ad Œcleum, inde in Psophidem ad Phlegeum qui eum purificavit. Hinc Euripides tragœdiam sumpsit, *Ἀλκμαίων ὁ διὰ Ψωφίδος*. Vide Hesychium, vocabulis *ἀτέκνης* et *ἀργαλέειν*. Sed in hac regione commorante eo, orta est sterilitas ; illi ergo oraculum interroganti respondit, ut undis Acheloi purificandus proficisceretur. Responsum illud est, ut verisimile, quod his versibus incipit. Thucydides illud refert, lib. II, cap. 102 :

« Narratur, cum Alcmæon filius Amphiarai, occisa matre, per diversa erraret, Apollinem oraculum edidisse, quo incolere debebat Acheloi submersa littora quæ exsiccavit ; et voluisse eum in hac terra permanere, quæ, cum mater interfecta est, lumine solis non lustrabatur, ac proinde terra non erat, cum alia quælibet terra præsentia ejus contaminaretur ; Alcmæonemque per multum tempus nullatenus fuisse suspicatum de alluvionibus Acheloi agi. » Idem refert Pausanias, I. VIII, p. 646.

Aristoteles in *Ethicis*, cap. 1, sic se habet : « In quibusdam nulla coactio admittenda est, ac proinde oportet mori et crudelissimis seidare tormentis, potius quam committantur ; qua de causa, Alcmæon Euripidis ridicule agit, cum ad interficiendam matrem se coactum fuisse declarat. » Theodectus ediderat *Alcmæonis* tragœdiam, cujus tres versus citantur ab Eusebio, I, X, c. 3, in fragmento Porphyrii ; de ea loquitur Aristoteles, *Rhetor.*, I. II, c. 23. Sic enim se habet :

Δεῖ σκοπεῖν χωρὶς, εἰ ἄξιος ὁ παθὼν, παθεῖν · καὶ ὁ ποιήσας, ποιῆσαι, εἶτα χρῆσθαι ὁποτέρως ἁρμόττει · ἐνίοτε γὰρ διαφωνεῖ τὸ τοιοῦτο καὶ οὐδὲν κωλύει, ὥσπερ ἐν *Ἀλκμαίωνι* τοῦ Θεοδέκτου.

Μητέρα δὲ τὴν σὴν οὕτις ἐστύγει βροτῶν ;

Φησὶ δὲ ἀποκρινόμενος ·

Ἀλλὰ διαλαβόντα χρὴ σκοπεῖν.

Ἐρομένης δὲ τῆς Ἀλφεσιβοίας, Πῶς ; ὁπλαβὼν φησὶ ·

Τὴν μὲν θανεῖν ἔκρινεν, ἐμὲ δὲ μὴ κτανεῖν.

« Examinandum est separatim an ille qui pœna

Digitized by Google

mulctatur, puniatur juste, et an qui pœnam inflixit, juste inflixerit; deinde, ubi sit æquitas indicandum, sicut in *Alcmæone* Theodecti : Nemone tuam matrem in odio habebat? — Alcmæon respondens dicit : Sub duplici respectu perpendi debet mea agendi ratio. Quomodo rem audis? inquit Alphesibœus. — Adjicit Alcmæon : Illam morituram sed non a me occidendam statuerant. »

Cicero versum refert tragœdiæ cujusdam Latinæ *Alcmæonis* nuncupatæ, *Academ.*, II, 17 : « Contingit ut incipientes furere sentiant et dicant, aliquid quod non sit, id videre sibi, et cum relaxentur sentiant atque illa dicant Alcmæonis : Sed mihi neutiquam cor consensit cum oculorum aspectu. »

Alcmæonides, poetæ cyclici incogniti opus, a Strabone indicatur, l. x. Vide scholiastem Euripidis ad versum 1000 *Orestis*.

Vide quod Athenæus, initio libri sexti, commemorat e comicis Antiphane et Timocle sumptum, *Alcmæonis* materiam τραγικωτάτην τινὰ ὕλην professus.

Eustrates, in commentariis in locum citatum *Moralium* Aristotelis, p. 59 verso, duobus versibus Euripidis nititur :

Μάλιστα μὲν μ' ἐτίμησεν ἐπισκήψας πατὴρ,
Θὺ' ἅρματ' εἰσέβαινεν εἰς Θήβας ἰών.

Quod non satis esse proclamat ut culpa liberetur.

Urbs ab Alcmæone condita Argos Amphilocica nominabatur. Videndus Ephorus a Strabone citatus, l. VII, p. 325; alii vero auctores illam ab Amphiloco, Alcmæonis fratre, conditam fuisse contendunt.

Textus hujus oraculi corruptissimus. Sic incipit versus secundus : Ἀμφὶ ἀρηδόϊη, quod Vigerus retinuit. Heinichen, ultimus editor, miro modo se agere credidit legendo ἀμφὶ Ἀρκαδίης, quo rumpitur metrum, et quod falsum est; Alcmæon enim non Arcas, sed Argivus erat.

Holstenius in Porphyrium *De vita Pythagoræ*, p. 35, proposuerat scribere ἀμφιαραδίης, sed nondum metrum versus restituebatur. Valckenaer, *Fragmenta Euripidæa*, p. 287, legit : Ἀμφιαραΐάδης· et hoc feliciter restitutum. Hinc apparet quanta cura lectiones corruptæ conservandæ sint; etenim, si loco Ἀμφὶ ἀρηδόϊη, textus Heinichen in manuscriptis prævaluisset, nunquam fuisset detecta vera lectio. Vide Gregorium Corinthum *De dialectis*, p. 486, ed. Scheffer, et notas Sic in Ovidio legendum :

Amphiaraiades Naupactæo Acheloo,
Solve nefas, dixit; solvit et ille nefas.
Ah! nimium faciles, qui tristia crimina cædis
Fluminea tolli posse putatis aqua.
(Ovidius, *Fastorum* l. II, 43.)

Col. 437 B 3. Hic locus discrepat ab iis quæ ætate Arcesilai, secundæ academiæ auctoris, dicunt Cicero et Eusebius ipse, l. XIV, c. 4. Hic locus Ciceronis in primis *Academicis* legi potest : « Palemonem audiverant assidue Zeno et Arcesilaus, sed Zeno cum Arcesilaum anteiret ætate valdeque subtiliter disseret. » Inde clare cognoscimus quod Arcesilaus, Zenonis coævus, ducis Portici, etiam Chrysippi, tertii ducis in ordine temporum ejusdem Portici, non potuerit æquævus esse; econtra Epicurus et Chrysippus eodem tempore vivebant. Narrat tamen Diogenes Laertius, lib. VII, 183, quod Sotio affirmet, in octavo libro, se philosophiam docuisse una cum Arcesilao et Lacyde, academiæ rectoribus. Quomodo concilianda hæc inter se pugnantia? Non hic locus est demonstrandi utrum historia Græcæ philosophiæ cum seipsa concordet chronologice. Scimus tamen ex Apollodoro Epicurum tertio anno 127 olympiadis natum, et Chrysippum, ex eodem, quarto anno 126 olympiadis, Diog. Laert. l. VII, 184; Epicurus septuaginta annos vixit, Chrysippus vero annos tres et septuaginta. Coævi ergo fuerunt, quidquid dicant Sotio et Œnomaus. Arcesilaus, ex eodem Apollodoro, floruit currente olympiade 128. Diog. Laert., l. IV, 45.

Col. 440 A 3. Vide supra col. 1521 notam in vocem εἰρμός.

Καὶ πᾶς σὸς οἶκος βήσεται δι' αἵματος.

Ibid. B 1. Hoc oraculum, quod invenitur in *Phœnissis*, multis commentariis ab aggressoribus vel defensoribus *fati* illustratum est; sicque redditur, vers. 18 :

Μὴ σπεῖρε τέκνῳν ἄλοχα δαιμόνων βίᾳ·
Εἰ γὰρ τεκνώσεις παῖδ', ἀποκτενεῖ σ' ὁ φύς·
Καὶ πᾶς σὸς οἶκος βήσεται δι' αἵματος.

Col. 444 A 1. Trachim, de qua hic agitur, notissimam fecit tragœdia Sophoclis quæ inscribitur *Trachiniæ*; hanc urbem recenset Homerus in catalogo, v. 682 :

Οἵ τ' Ἄλιν, οἵ τ' Ἀλόην, οἵ τε Τρηχῖν' ἐνέμοντο.

In radicibus montis Œtæ hæc urbs sita erat; in posterum Heraclea nominata est, in honorem Herculis, ejus conditoris. Postquam enim Eurytum et filium ejus Hercules apprehendisset, ut ait Schytinus Teosensis ab Athenæo citatus, l. XV, 461, vindictam de exactionibus eorum sumere volens, eos interfecit; et in eo loco condidit urbem, cui Heraclea Trachiniana nomen inditum. Eo nomine appellata est, inquit Stephanus Byzantinus, διὰ τὴν τραχύτητα· eam Thessaliæ urbem vult idem Stephanus. Dicit Strabo, lib. IX, p. 433, in eo Sophoclem sequens, hanc Phthiotidis civitatem fuisse; idem harum duarum provinciarum incertos limites declarat. « In dubium venit res, cum Alos et Alopeam Homerus nominaverit, an in mente habuerit loca quæ nunc ad Phthiotidem pertinere habentur, an vero Locridis civitates, Trachim et regionem Œtæ continentes. »

Locrenses, de quibus agitur in oraculo, iidemne sint ac illi quos infra nominat, Οἰταῖοι? An hic versus ejusdem oraculi sit? Non facile dirimenda quæstio. Ad montem Œtam Locris extendebatur, ut loco supra citato narrat Strabo; cæterum nunquam varii Locrenses sic denominati. Appellantur etenim Opuntii, Ozoleenses, Epicnemidiani et Epizephyrienses, qui ultimi, cum in Italia habitarent, soli Epicnemidiani capere Trachim potuissent hicque Œteenses nominari.

Col. 448 D 3. Χρεών, inquit Suidas, τὸ εἱμαρμένον τέλος ζωῆς. Αἰλιανός· ἐπεὶ δὲ εἰς γῆρας ἀφίκετο, τὸ κοινὸν τῇ πεπρωμένῃ χρεὼν ἐξέτισε, καὶ τῆς προσηκούσης κηδεύσεως ἔτυχε.

Τὸ δὲ χρεὼν μετοχή ἐστιν ἀπὸ τοῦ χρῶ χρέων γενόμενον· οὐδέτερον χρέον. Παρατροπῇ παρηκολούθησε τοῦ τόνου, καὶ κατ' Ἀττικὴν ἔκτασιν ἐτράπη τὸ ο εἰς ω, καὶ ἐστὶν ἄκλιτον· τὰ εἰς ον ἐπιῤῥήματα διὰ τοῦ ὁμικροῦ γράφεται πλὴν τοῦ χρεὼν καὶ ἐκποδών. Leopardus multa hujusce vocabuli exempla citat : aliqua referam. Euripides, in *Iphig. Taurid.*, 1486 :

Τὸ γὰρ χρεὼν σοῦ τε καὶ θεῶν κρατεῖ.

Plutarch., in *Demetrio* : Καὶ ταχὺ τὴν γενομένην Ἀντιγόνῳ δῶρον ὑπὲρ ἑαυτοῦ διετέλει τὸ χρεών. In *Pyrrho*, 403 : Τὸ δὲ χρεὼν ἦν ἄφυκτον. Suidas in voce *τόνος*, loquens de morte Alexandri Molossi : Γνοὺς ὅτι ἄρα τὸ χρεὼν ἐπέπληστο.

Suidas, in voce *Σεβηριανός* : Ἐξῆγε δὲ αὐτὸν τὸ εἱμαρμένη καὶ τὸ χρεών. Moschopulus addit : Τὸ χρεὼν ὅτε μὲν μετ' ἄρθρου τίθεται, ὄνομά ἐστι μονόκλιτον, χωρὶς δὲ τοῦ ἄρθρου, ἐπίῤῥημα... Ἄμεινον δὲ αὐτὸ λέγειν ὄνομα ἐπιῤῥηματικόν.

Vide Eustathium, *Iliad.*, lib. II, p. 166, l. VIII. edit. Romæ.

Τὸ χρέος reperitur in eodem sensu acceptum; Alciphron, l. I, epist. 25 : Οὐκ ἔστι τὸ χρέος φυγεῖν· quod Μοιρίδιον χρέος appellat Plutarchus, in *Consolatione ad Apollonium*.

Col. 452 A 11. Auctor *Rhetoricæ ad Herennium*

Digitized by Google

lib. II, § 23, quæ est pars operum Ciceronis, hos Pacuvii versus commemorat :

Fortunam insanam esse et cæcam et brutam perhi-
[bent philosophi
Saxoque instare globoso prædicant volubilem.

Col. 460 A 5. Themistius, in Aristotelis commentariis *De auscultatione physica*, libro II, his verbis utitur : « Inter eos qui de natura disserunt, a plurimis ad necessitatem causæ naturales reducuntur ; quandoquidem apud eos, ut verisimile est, necessitas idem sonet ac materia ; sicque frigus et calor aliaque materiæ elementa, quæ ab illis philosophis principia rerum agnoscuntur, necessario exsistunt ; dum econtra qui causam creatricem admiserunt, ut Empedocles et Anaxagoras, rem absque commentariis perstrinxere (ὅσον ἀψάμενοι χαίρειν ἐῶσι). »

Ibid. C 1. Res hæc de vita Socratis sumpta, iterum fertur nomine Physiognomonis, hic sub nomine Indici designati ; ab Aristocle, *Præp. evang.*, l. XI, c. 3 ; a Cicerone, *De fato*, c. 5 ; *Tuscul.*, lib. IV, cap. 37. Vide Luzac, *De digamia Socratis*, p. 244.

Ibid. D 5. Περίαπτα et Περιάμματα Plinio *Coronæ*, de alba spina agenti, l. XXIV, c. 12 : « Spinæ albæ semen contra scorpiones auxiliatur. Corona ex ea imposita capitis dolores minuit. »

Plutarchus, in *Vita Periclis*, § 38, dicit : « Proponit Theophrastus in suis *Moralibus*, an adversitate mutari possint indoles, et virtus fiat debilis, cum dolore gravescant corpora ; qua de causa refert, quod Pericles, cum ultimo morbo ægrotaret, cuidam amico visitanti dixerit, se mulieribus sollicitantibus cedentem sibi collo amuletum circumdedisse : ex quo illum potuisse tam ineptæ superstitioni assentire, perspicuum est. »

Vide Salmasium, *De annis climactericis*, p. 566 ; Petrum Petit, *Miscell.*, lib. II, c. 15.

Col. 464 B 3. De Bardesane Porphyrius, *Tractatu de abstinentia*, l. IV, p. 356, his verbis loquitur : « Dicuntur eadem de Chaldæis, ut testatur Bardesanes, vir Babylonius, patrum nostrorum coævus, qui cum forte apud imperatorem una cum legatis Dandamidis fuisset, de eo nos certiores fecit. » Ex hoc Porphyrii loco innotescit quo tempore vixerit Bardesanes. Eusebius narrat in *Hist. ecclesiast.*, lib. IV, cap. 28 : « Eum Antonino imperatori præclarissimum *De fato* dialogum obtulisse ; » ex quo opere extracta sunt quæ hic legimus. Orelli commemorat tractatum proprium, cui titulus, *Historia Bardesanis et Bardisanitarum*, Frid. Strunzii, Wittemberg., 1710, in-4°. « Illum non Antonino opus suum, sed Vero Marci Aurelii collegæ obtulisse asserit Epiphanius. » Vide hunc, hæresi XXXVI. Nomen ejus in *Histor.* Eusebii, in Porphyrio et Epiphanio lib. II, tom. I, scribitur per, Βαρδησάνης.

Hieronymus, in epist. 2 *adversus Jovinianum* : « Bardesanes vir Babylonius in duo tagmata apud Indos, Gymnosophistas dividit, quorum alterum appellat Bragmanes, alterum Samanæos, qui tantæ continentiæ sunt, ut vel pomis arborum juxta Gangem fluvium, vel publico oryzæ, vel farinæ alantur cibo : cum rex ad eos venerit, adorare illos solitus sit, pacemque suæ provinciæ in illorum precibus arbitrari sitam. »

Col. 465 A 11. Corruptum nomen est illis, quando *Alaneenses* vocantur. Non dubium est, quin scriptori hic error tribui debeat.

Ibid. B 8. Verum sensum vocis γαλή non determino ; hoc verbo alii volunt significari *fetes*, alii *mustelas* : hanc quæstionem non aggredior, utpote ad historiam naturalem pertinentem.

Ibid. Ἐκ τῆς τοῦ κόσμου ἀρχῆς. Vertit Vigerus, *ab origine mundi*, cum de extremis orbis partibus hæc intelligenda sint. Hoc a Grabio notatur, in *Spicilegio Patrum*, t. I, p. 290, in quo continetur fragmentum Bardesanis, ab illa secunda parte incipiendo. Illud fragmentum reperitur in *Recognitionibus* pseudo-Clementis. Eo pariter usus est auctor dialogorum editorum sub nomine Cæsarii qui ex eo sententias sumpsit in CIX quæstione. Hic ultimus vertit locum de quo hic agitur his verbis : Οἵ τε ἄκρον τῆς χέρσου οἰκοῦντες, quod meam versionem probat. Cæterum observandum est, in hac diversarum legum explanatione, omnino non chronologice, sed topographice scripta esse.

Ibid. Seres nominantur a geographo ipso anonymo, quem in lucem edidit Godefridus, Genevæ, 1628, in 4° ; ubi de his narrantur fabulosa, sicut in scriptis Bardesanis.

Ibid. 12. *Οὐκ ἀνδροφόνον οὐ πεφονευμένον.* Quid ultima vox significet non potest intelligi, cum nemo interfectus ad judicem trahi possit.

Ibid. D 4. Brachmanes multi veteres auctores nominavere, præsertim geographus Byzantinus Palladius, in libro cui titulus *Περὶ τῶν τῆς Ἰνδίας ἐθνῶν, καὶ Βραχμάνων*, Londini typis mandato 1665, in 4°. In eorum institutionum historia sæpe falsa veris immista sunt, sicut evenit de populis qui a paucis tantum viatoribus invisuntur.

Col. 468 B 2. Maguseenses vocantur Magouneenses in ms. 466 ; sed omnes alii eodem modo scribunt ac S. Epiphanius, lib. III, tom. II, pag. 1094 : « Apud hæresiarchas illi qui multis præsunt mysteriis apud Persas Maguseenses vocantur, apud Ægyptios vero prophetæ. » Guebris vel Parsis adhærebant, astraque solummodo colebant. Magouneenses econtra in Arabia Petræa habitabant.

Lex Persarum, qua patres cum filiabus, vel matres cum filiis conjugium inire poterant, jam invocata est in lib. I, c. 4 ; de ea loquuntur multi auctores, et præsertim Plutarchus initio libri *De fortuna Alexandri* ; Diog. Laertius, lib. IX, in *Pyrrhone*, 83 ; Athenæus ex Antisthene, lib. V, 63, p. 220 ; Catullus, Quintus Curtius.

De hoc more nefando, multa a Christianis dicta, quæ credi debent, cum inter reges nonnulli sic egerint. Cambyses enim uxorem duxit Atossam, ex Cyro, ut ipse, natam, Artaxerxes vero filiam suam. Pseudo-Cæsarius, Bardesanem sequens in quæstione 109, nomen Chaldæorum et Babyloniorum nomini Persarum substituit. Videbantur Persæ populorum ab ipsis subactorum mores adoptasse. Lucianus, *De sacrificiis*, 5 : Ζεὺς ἔγημε μὲν πολλὰς ἄλλας, ὑστάτην δὲ τὴν Ἥραν τὴν ἀδελφήν, κατὰ τοὺς Περσῶν τοῦτο καὶ Ἀσσυρίων νόμους. Ex Herodoto cognoscimus quomodo ille usus ortum ceperit, lib. III, c. 31 ; auctor illius Cambyses fuit ; « Ante Cambysem, ait historiæ pater, nunquam Persæ sororibus suis matrimonio conjungi consueverant. »

Plutarchus, libro citato, asserit Alexandrum hunc nefandum usum prohibuisse ; quod negare videntur tum Bardesanes, qui affirmat Persas non aliter egisse in aliis regionibus ac suis ; tum etiam Agathias, lib. II, pag. 61 edit. Lupar., dicens suo tempore ista conjugia permanere apud Persas. Vide Brissonem, *De regno Persarum*, lib. II, c. 155 et seq.

Auctor Ἐξηγήσεως ὅλου τοῦ κόσμου, in lucem editæ a Godefrido, pag. 8, dicit : « Post hos sunt Persæ vicini Romanis quos nobis historia tradit insignes, tum magnis sceleribus, tum eximia militari virtute. Dicuntur iidem omnis generis admittere impietates, hominis dignitatem minime curantes et more animalium ratione destitutorum cum matribus sororibusque miscentur, et innumeris impietatibus Deum creatorem offendunt. »

Ibid. 9. *Παρὰ Γελοῖς.* Hic populus nominatur a Dionysio Periegeta, v. 1018 :

Τῶν μὲν πρὸς βορέην ἐριθηλέα γαῖαν ἔχουσι
Γηλοί τε Μάρδοι τε καὶ ἄνδρες Ἀτροπατηνοί.

« Ad septentrionem Mediæ, terra floribus fecunda a Geleensibus, Mardis et Atropatenis habitatur. »

Hi omnes populi ad Asiam superiorem pertinent,

Digitized by Google

et quæ de iis dicuntur, plus minusve fabulosa sunt. Cæsarius habet Γῆλαις (adjici debet accentus finalis, ut in Periegete). Sed istum plagiarium errare credibile est. Epiphanius et Ptolemæus, ut Eusebius accentu finali utuntur. Prope Seras, quorum mores initio descripsimus, ab Epiphanio locantur.

Vigerus diversos hujus ethnici nominis scribendi modos observavit in Plinio qui, eod. lib. VI, cap. 6, *Gelas* vocat. « Gelas a Cadusianis distinguendos dicit Strabo, lib. II; qui populi littora orientalia maris Caspii seu Hyrcaniæ pariter incolebant. » Theophanes vero, Pompei commilito, ab eodem Strabone citatus, vult eos fuisse inter Amazones et Albanenses, ad orientem. Vocantur Γῆλοι, Γηλοί, Γῆλαι, Γέλλαι, Γελαῖοι, et mulieres, ut in Bardesane, Γήλισσαι. Non confundendi, inquit, cum incolis Gelæ in Sicilia, quos memorat oraculum, lib. V, cap. 35, et qui sunt Γελῶοι, aliquando *Γελαῖοι* et *Γελλαῖοι* designati; Latine vero *Gelani*, *Gelenses* et *Gellenses*.

Col. 469 B 4. Φαντασία in eo sensu sumitur: Aet. XXV, 23; Polyb. in *Excerpt.*, lib. XVI; de Scipione μεγάλην συνέβαινε εἶναι τὴν φαντασίαν περὶ τὸν ἄνδρα. Posidon. *Apud Athenæum*, lib. V, pag. 212: Οὐδενὸς οὐδὲ Ῥωμαίων ἐν τοσαύτῃ φαντασίᾳ καταζηλιδώντος τῆς Ἀττικῆς. Aristot. *Rhetor.* III, 1: Ἀλλὰ ἅπαντα φαντασία ταῦτά ἐστι, καὶ πρὸς τὸν ἀκροατήν. In genere oratorio πεφαντασμένον et πομπικὸν inter se uniuntur. Vide Gataker. in *Marcum Aurelium*, lib. X, p. 8; Creuzer. ad Plotinum *De pulchritudine*, p. 136.

Ibid. C 7. Ἐν Ἄτροις. Nomen hujus populi plane inauditum; unde credere est mendum hic latere. Legendum certe Ἀρταίοις. Sic habet Stephanus Byzantinus:

Ἀρταῖα, Περσικὴ πόλις, ἣν ἐπόλισε Περσεὺς ὁ Περσέως καὶ Ἀνδρομέδης. Ἑλλάνικος ἐν *Περσικῶν* πρώτῃ. Οἱ οἰκοῦντες Ἀρταῖοι... Ἡρόδιανος Ἀρτέατας αὐτοὺς καλεῖ διὰ τοῦ ε ψιλοῦ.

« Artaia urbs Persiæ a Perseo Persei et Andromedis filio condita est. De ea loquitur Hellanicus in primo *Persicorum* libro. Incolæ nominantur *Arteenses*; ab Herodiano vero *Arteates* cum epsilon. »

Col. 472 A 3. Sextus Empiricus, *Pyrrh. hypotyp.*, III, 24, 199: Καὶ τὴν Ἀχιλλέως πρὸς Πάτροκλον διάπυρον φιλίαν εἰς ἀρρενομιξίαν ἀνάγουσί τινες. Καὶ εἰ θαυμαστόν, ὅπου γε καὶ οἱ ἀπὸ τῆς Κυνικῆς φιλοσοφίας, καὶ οἱ περὶ τὸν Κιττιέα Ζήνωνα, καὶ Κλεάνθην καὶ Χρύσιππον ἀδιάφορον τοῦτο εἶναί φασιν;

Cicero, *Tusculan. quæst.* lib. IV, 34:

« Philosophi sumus exorti, et auctore quidem nostro Platone, quem non injuria Dicæarchus accusat, qui amori auctoritatem tribueremus. Stoici vero et sapientem amaturum esse dicunt. »

Apuleius in *Apologia*:

« Num igitur Solonem fuisse serium virum atque philosophum negabis, cujus ille lascivissimus versus est:

Μηρῶν ἱμείρων καὶ γλυκεροῦ στόματος. »

Ut taceam scripta Diogenis Cynici et Zenonis Stoicæ sectæ conditoris (et reipsa Diogenes Laertius in *Vita Zenonis* citat ejus librum II *Περὶ ἐρώτων*), disce igitur versus Platonis philosophi in puerum Astera:

Ἀστέρας εἰσαθρεῖς, Ἀστὴρ ἐμός· εἴθε γενοίμην
Οὐρανός, ὡς πολλοῖς ὄμμασιν εἰς σὲ βλέπω·
Ἀστὴρ πρὶν μὲν ἔλαμπες ἐπὶ ζωοῖσιν ἅπασι·
Νῦν δὲ θανὼν λάμπεις ἔσπερος ἐν φθιμένοις.

Item ejusdem Platonis in Alexin Phædrumque pueros in conjuncto carmine:

Νῦν ὁ τὸ μηδὲν Ἄλεξις, ὅσον μόνον εἶχ' ὅτι καλὸς
Ὤπτευ, καὶ πάντη κἀς τις ἐπιστρέφεται.
Θυμέ τί μαίνεαι ἄνολβ' ὀπίσω; εἰκ' ἀνιήσει
Ὕστερον; οὐχ οὕτω Φαίδρον ἀπωλέσαμεν;

Et ne plures commemorem, novissimum versum ejus de Dione Syracusano si dixero, finem faciam:

Κεῖσαι δ' εὐρυχόρῳ ἐν πάτριδι τίμιος ἀστοῖς,
Ὦ ἐμὸν ἐκμήνας θυμὸν ἔρωτι Δίων.

Vide Athenæum, lib. IV, c. 15, in *Diogene*; Galenum, lib. VI, *Περὶ τῶν παιδοτρόφων τόπων*; Plutarch., *De puerorum educatione*, t. II, p. 11.

Ibid. 6. Quæ de nefario Gallorum more narrat Bardesanes, ea Germanis a Sexto Pyrrhonio tribuuntur, *Hypotypos.* III, 24, 199: Οἷον τοῦν παρ' ἡμῖν μὲν αἰσχρὸν, μᾶλλον δὲ παράνομον νενόμισται, τὸ τῆς ἀρρενομιξίας, παρὰ Γερμανοῖς δέ, ὥς φασιν, οὐκ αἰσχρόν· ἀλλὰ ὡς ἔν τι τῶν συνήθων. Non absolute quidem loquitur hic auctor, ut indicatur his verbis, ὥς φασιν· non tamen prudenter Bardesanes. Cæterum quod ea vera credi debeant, non reperio.

Ibid. B 1. Fabulosa a Bardesane de Amazonibus narrata refert Cæsarius, quem in eo sequitur Cedrenus, p. 54, edit. Lupar. Omnia hæc ex eodem fonte manant, cum videlicet horum uterque auctorum Bardesanem secutus sit. Sed altius res repetenda est. Strabo, lib. XI, n. 504, edit. Morel., de Amazonibus agens, dicit: « Amazones quotannis, vernotempore, in montem ascendunt, quo a Gargaribus separantur; qui etiam eo, ex more antiquo, veniunt, ut una sacrificium offerant et cum eis misceantur, exindeque nascatur progenies. Hoc fit per noctem, eo modo ut singulæ singulis coeant et neutra neutrum cognoscat. Postquam vero illæ conceperint, Gargares eas dimittunt; et illæ, post partum, filias secum retinentes, filios ad patres mittunt. Quisque in suum habet filium quem recepit, cujus genuinus sit pater ignorans. » Deinde Strabo, hæc omnia, ut fabulosa rejicit, etiamque ipsam Amazonum historiam.

Ibid. B 10. *Φώραστοι*. A Suetonio memorantur, *August.*, 84; *Nero*, 25; eorum officia a Cresilio describuntur, *Vacat. autumnales*, II, p. 516.

Ibid. 11. Ubi terrarum regiones sint quas nominat Bardesanes, dicere difficile est, cum inter eas plurimæ, tempore quo vivebat auctor, imperfecte cognoscerentur. Sequentia de nonnullis tantum inveni. Stephanus Byzantinus, voce *Τάδμοι*, quæ tribus est Saracenorum ad occidentem, de qua loquitur Ulpianus ipse in *Arabicis*, et Veranius in secundo *Arabicorum*. Plinius, lib. V, c. 16: « Reliqua vero fronte qua tendit ad Caspium mare Atropane ab Armenia *Otene* regione discreta Araxe. »

Stephanus Byzantinus, ad vocem *Otene*, quæ pars est Armeniæ. Quadratus, tertio libro *Parthicorum*, dicit: « Rex Armeniæ tum Artaxatæ et in Otene Armeniæ habitabat. »

Ibid. C 8. Quæ Bardesanes et Cæsarius ejus transcriptor hic Medis attribuunt, ea Eusebius, Porphyrium secutus, lib. IV, c. 21, p. 376, ab auctore nostro citatus, lib. I, c. 4, Hyrcanis, Caspiis et Bactrianis ascribit: Ὑρκανοὶ δὲ καὶ Κάσπιοι οἱ μὲν οἰωνοῖς, οἱ δὲ κυσὶ παραβάλλουσι ζῶντας, οἱ δὲ τεθνεῶτας... Βάκτριοι τοῖς κυσὶ παραβάλλουσι ζῶντας γέροντας. Utrobique legendum προβάλλουσι; et hæc explicari potest, si dicamus Mediam, Bactrianam et Hyrcaniam vicinas esse regiones prope Caspium mare ad meridiem et orientem sitas.

Νεκροὺς ἔτι ἐμπνέοντας, difficillime admitti potest. Rectius loquitur Cæsarius: Μῆδοι δὲ τάνα; μετὰ σπουδῆς ἔτι ἐμπνέοντας τοὺς κάμνοντας καὶ βαρὰν προτιθέασιν ἀναλγήτως.

In Porphyrio, γεγηρακότας.

Ibid. D 1. Porphyrius, ab Eusebio citatus, p. 11, asserit ex Herodoto, l. IV, 71, Scythas unam ex uxoribus regis defuncti inhumare cum illo, necnon nothos qui ad eum viventem pertinebant.

Ibid. 2. *Γερμανῶν οἱ κλεῖνοι ἀγχιστεῖς μόρῳ ἀποθήσουσι*. Hæc non eodem modo intelligunt Vigerus et Grotius in collectaneis posthumis ad *fata*. Vigerus ait: « Germani plaustrum, funeris in

quo cervicibus, moriuntur. » Grotius : « Germanorum plurimi anginæ malo intereunt. »

Hujus difficultatis solvendæ duo sunt modi : 1° quid dicere voluerit auctor, investigare ; deinde significationem verbi ἀγχόνη discutere. Auctor, cum nos esse liberos in actionibus nostris, proindeque astra in nos nullam vim exercere, demonstrare voluerit, de infirmitate endemica mortem afferente loqui non voluit. Etenim omnis homo, natura cogente, morti se opponere quærit, nedum illi assentiat. Et admisso, quod Germani anginæ malo interirent, regioni et aquis non autem hominibus illud tribuendum ; quod cæterum extra quæstionem est. Secunda difficultas ex idiomate oritur : vox ἀγχόνη, quæ *strangulationem* sonat, anginamne etiam indicat ?

Qua de voce magna et vehemens controversia orta est inter Jacobum Gronovium et Perizonium, initio decimi octavi sæculi, multosque peperit libros. Etenim, qua morte interierit Judas Iscariotes explicare volebant, collatis inter se narratione sancti Matthæi et sancti Petri oratione (*Act. apost.* I, 18.) Salmasii vestigia sequens Gronovius contendebat ἀπάγχεσθαι idem ac *se strangulare* simpliciter significare. A Perizonio latiori sensu sumebatur, scilicet pro *vi interire*. Ideoque hujus vocis originem ab ἄγχειν simpliciter deducebant, quo omne malorum exprimitur genus. Sed ut ad ἀγχόνη redeamus, de qua voce nunc prorsus agitur, et quæ certe designat strangulationem factam vi externa, id est laqueo quo res patratur, potestne vox illa intelligi pariter de suffocatione interiori ex tumefactis organis ad respirandum idoneis proveniente ? Legitur apud Æschinem, *Περὶ Παραπρεσβείας*, p. 222, quod metaphorice nuncupatur : Τοῦτο δὲ ἄρα ἦν ἀγχόνη καὶ λύτη τούτῳ ; sed non hic de expressione figurata agitur : ἀγχόνη idemne sonat ac angina Latinorum ? Forte credendum, si invocetur Pollux, l. IV, 200 : Ἀγχόνη πυώδης ἀπόστασις μεταξὺ ἐπιγλωττίδος καὶ ῥίζης γλώσσης, « apostema purulens inter epiglottam et linguæ radicem. Sed nunquam in eo sensu medici voce ἀγχόνη utuntur. » — « E larynge, inquit Galianus in commentario de aphorismo 34, l. IV, strangulatio subitanea provenire potest, si aditus pulmonum arctetur ; inflammatis musculis interioribus necnon et membrana qua teguntur, tunc respirationis iter obstruitur. Nonnulli medici illam affectionem appellant συνάγχη cum σ scribentes ; qui vero hunc scribendi modum suum fecere (συνάγχη) ad indicandum morbum hunc, κυνάγχη vocant phlegmasim pharyngis. Pauci voces adhibent παρασυνάγχη et παρακυνάγχη. Παρασυνάγχη dicitur, cum tumefactio aggreditur musculos pharyngis ; παρακυνάγχη autem, cum eadem fit extra spiritus meatum. » Hippocr. *De morbis*, III, 10 : Ὑπὸ τῆς κυνάγχης καλεομένης πνίγεται ὁ ἄνθρωπος. Sic in lingua Græca, quatuor vocabulis exprimuntur affectiones ad spiritus meatum spectantes ; sed ἀγχόνη excluditur. Asserit Celsius, l. IV, c. 4, his quatuor verbis unum verbum in lingua Latina respondere, scilicet, *angina*. Cognitus ille jocose loquendi modus Demadis, qui dicebat συνάγχη Demosthenis esse ἀργυράγχη. Vide Pollucem, VII, 104.

Nulla ergo ratione nititur Grotii versio. Schneider in suo *Lexico* ad vocem ἀγχονάλος, refert versionem Vigeri quam verum sensum habere contendit. Rufinus, qui vertit hunc locum qui reperitur in opere cui titulus : *Recognitiones* pseudo-Clementis : « Germanorum plurimi laqueo vitam finiunt. »

« Ergo nobis indicet Celsius, quomodo cuidam civi religiosum non sit violare leges patriæ, quibus permittitur conjugium cum matre vel filia, si ex iisdem laqueo innocue mori fas sit. » Orig. *contra Cels.*, l. V, § 27, *s.* I ed. Benedict.

Hic ergo de morbo endemico non agitur.

Col. 473 C. 3. De decanis jam mentio facta est, l. II, c. 4, p. 92. Hæc vox (γενεθλιαλογία) quæ spectat ad divinationem ab astris, diverso modo explicata est a Scaligero de Manilio, et a Salmasio, *De annis climact.* Illam memorat Kircher in secunda parte sui *OEdipi* ; Jamblichus, *De mysteriis*, p. 304 ; P. Petit, *Miscell.*, l. II, c. 16 ; Stobæus ex Hermete Trismegist., l. I, c. 21, p. 468 : triginta sex decani cognoscuntur ex his verbis Manilii, *Astronom.*, l. IV, v. 298 :

Quam partem decimam dixere decania gentes
A numero nomen positum est, quod partibus astra
Condita tricenis triplici sub sorte feruntur,
Et tribuunt denas in se coeuntibus astris
Inque vicem ternis habitantur singula signis.

Sic formatur numerus 36. Zodiacus etenim cum duodecim partibus constet quæ vocantur ζώδια vel δωδεκατημόρια, et cum ipsa in unaquaque parte tres decani sint, formentur triginta sex decani necesse est.

Legitur tamen in *Hexaemer.* S. Basilii, homil. 6, p. 54 : Ἐπειδὴ διὰ τριάκοντα ἡμερῶν ἐκβαίνει τὸ δωδέκατον τῆς ἀπλανοῦς λεγομένης σφαίρας ὁ Ἥλιος, εἰς τριάκοντα μοῖρας τῶν δωδεκατημορίων ἕκαστον διῃρήκασιν (360), εἶτα ἑκάστην μοῖραν εἰς ἑξήκοντα διελόντες ἕκαστον πάλιν (21,600) τῶν ἑξηκοστῶν ἑξηκοντάκις ἔτεμον. Dantur ergo temporis partes 1,296,000 ; sed ad divisionem 36 quam plerique admittunt pro decanis redeamus. Stob., *Eclog. physic.*, l. I, c. 21-9, p. 468 ed. Heeren, sic se habet : Ἐπεὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν γενικοῖς λόγοις ὑπέσχου δηλῶσαι περὶ τῶν τριάκοντα ἓξ δεκανῶν, νῦν μοι δήλωσον περὶ αὐτῶν καὶ τῆς τουτῶν ἐνεργείας. « Cum in orationibus generalibus antea pronuntiatis mihi explicationes de triginta sex decanis promiseris, nunc ergo mihi eos cum proprietatibus expone. »

Prima hujus appellationis origo quærenda, necnon mysticus istorum decanorum usus.

Nomen a δέκα originem sumere credit Manilius : « a numero nomen positum est. » Quare ? cum nulla exsistat relatio inter numerum 10 et decanos. Scaliger de hoc loco Manilii sic loquitur : « Appellatio hæc non vetusta. Sumpta est a militia Romana. Qui enim Græce et Latine sciunt, nunquam concedent δεκανόν Græca analogia inflexum. Contra militiæ Romanæ sunt decanus et primanus. Decanus in castris est caput conturbernii, habens novem sub se, » etc. Accedit Salmasius, asserens illud nomen sumptum a verbo Chaldæo quod significat *prospicere*, speculari, et, ex ejus sententia, decanus ἐπίσκοπος interpretandus est.

Non nostrum tantas componere lites.

Quoad decanorum attributiones, solum Hermetem Trismegistum commemorabo apud Stobæum, *l.l.* : Νοήσωμεν οὖν καὶ αὐτῶν τῶν ἑπτα καὶ τοῦ παντὸς κύκλου, μᾶλλον δὲ τῶν ἐν κόσμῳ ἁπάντων, ὡσπερεὶ φύλακας αὐτούς.

Galeus, *apud Jamblic.*, p. 204 : Προϊστασθαι πάντα συνέχοντας καὶ τηροῦντας τὴν τῶν πάντων εὐταξίαν, κ. τ. λ.

« Ponamus ergo decanos præesse omnibus quæ in orbe exsistunt, eosque secundum statutum ordinem regere. Cognoscas insuper, o Tat, eos cum astra cætera motibus subjiciantur, nihil pati ; nullo modo in suo cursu impediri, nulla vi retroire, non lumine solis obscurari, sicut reliqua ; eos liberos esse, quia omnia superant ; omnibus præesse, die nocteque mundum perlustrare et in nos potestatem maximam exercere. » Nihil aliud erant decani quam quod nunc a recentioribus astrologis horoscopi vocantur. Supervacue sane locuti sumus de illis ineptis et futilibus rebus, quæ tamen in debiles hominum mentes vim magnam exercuerunt.

Ibid. 11. Cæsarius in 110 quæstione hic quædam nova de his odiosis moribus subjungit : Πῶς δὲ ἐν ἑτέρῳ τμήματι ὄντες οἱ Σκλαυηνοὶ (Sclavonii) καὶ Φυσιονῆται, οἱ καὶ Δανούβιοι προσαγορευόμενοι, οἱ μὲν γυναικομαστοβόρουσιν ἤδεως διὰ τὸ πεπληρῶσθαι τοῦ γάλακτος, μυῶν δίκην, τοὺς ὑπο-

Digitized by Google

τίτθους ταῖς πέτραις σπαράττοντες· οἱ δὲ καὶ τῆς νομίμης καὶ ἀδιαβλήτου χρεωδορίας ἀπέχονται, καὶ οἱ μὲν ὑπάρχουσιν αὐθάδεις, αὐτόνομοι, ἀνηγεμόνευτοι συνεχῶς ἀναιροῦντες, συνεσθιόμενοι ἢ συνοδεύοντες τὸν σφῶν ἡγεμόνα ἢ ἄρχοντα, ἀλώπεκας καὶ τὰς ἐνδρύμους κάττας καὶ μονίους ἐσθίοντες καὶ τῇ λύκων ὠρυγῇ σφᾶς προσκαλούμενοι· οἱ δὲ καὶ ἀδδηφαγίας ἀπέχονται καὶ τῷ τυχόντι ὑποταττόμενοι καὶ ὑπείκοντες. Καὶ πολὺς ὁ λόγος περὶ Λογγουβάρδων καὶ Νόρων καὶ Γάλλων, τῶν ἑσπερίων τῶν Ἑρμαϊκῆς καὶ Κρονικῆς ἀμοιρούντων ἐπιστήμης τῶν ἄστρων.

« Quomodo Sclavonii, aliam regionem habitantes, et Physionitæ qui et Danubiani vocantur, muliebria ubera lacte distenta voluptuose edunt, alumnosque sicut mures ad saxa allidunt? Sunt homines qui carnibus licitis se abstinent; alii vero feritate pleni, nullas nisi suas leges cognoscunt et nullis ducibus obedire volentes eos vel inter epulas, vel iter faciendo occidunt; vulpes, feles vel apros vorantes; sibi invicem ululatibus, more luporum, respondentes. Alii e contra sobrie vescuntur, repertis contenti. Longum dicere esset de Longobardis, Noricis, Gallis occidentalibus, omnino astrorum cursus vel scientiam Hermeticam vel Saturnianam ignorantibus. »

Col. 473 D 5. Arabiam Romani nec omnino subegere nec diu conservavere; illorum victoriæ pauca tantummodo numismata testes exstant. Videte Scaligerum *Emend. in Eusebii Chronicon*, p. 206 et locum Dionis Cassii l. 68-14 : Κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον Πάλμας τῆς Συρίας ἄρχων τὴν Ἀραβίαν τὴν πρὸς τῇ Πέτρᾳ ἐχειρώσατο καὶ Ῥωμαίων ὑπήκοον ἐποιήσατο.

« Circa idem tempus (regnante Trajano, anno Romæ 858) præfectus Syriæ Palma Arabiam vicit et in provinciam Romanam redegit. » Adhuc a Romanis possideri tempore Adriani credendum, si fides adhibeatur sit numismati de quo loquuntur numismatum collectores.

Ἀδριάνη Πέτρα μητρόπολις.

Col. 476 B 1. Reperitur in notis Grabii ad *Spicilegium Patrum sæculi primi* t. I, p. 314, longissima notio de serie Abgarorum vel Agbarorum Edessæ et Osrhoenis regum. (Spanheim, *De usu et præstantia numismatum*, vult hoc nomen sic scribi.)

Referam tantum quod dicit Epiphanius in LVI hæresi quæ est Bardesanitarum, t. I, p. 477 : Αὐγάρῳ τῷ τῶν Ἐδεσσηνῶν Δυνάστῃ ἀνδρὶ ὡσιωτάτῳ ἐξοικειούμενος τὰ πρῶτα, καὶ συμπράττων τε ἅμα, καὶ τῆς αὐτοῦ μετασχὼν παιδείας, διήρκεσε μὲν μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ἄχρι τῶν χρόνων Ἀντωνίνου Καίσαρος, οὐ τοῦ εὐσεβοῦς καλουμένου ἀλλὰ τοῦ Οὐήρου, ὃς (Βαρδησάνης) πολλὰ πρὸς Ἀβείδαν τὸν ἀστρόνομον καθ' εἱμαρμένης συνελογήσατο.

« Bardesanes primum fuit amicissimus Abgari regis Edessenorum, ejusque consiliarius in administratione imperii et socius studiorum. Apud eum permansit usque ad illius mortem, quæ evenit, regnante Antonino Cæsare, non illo cui Pii cognomen datum, sed Antonino Vero. De fato multum pugnavit adversus Abidam astrologum. » Hic agi de Heliogabalo et non de Vero asserit Grabius. Sic cognoscitur Abgarus auctor legis a Bardesane relatæ; ille Abgarus coævus et amicus ejus fuit.

Col. 477 B 1. Hoc fragmentum Origenis legitur adhuc in collectione ex ejus operibus excerpta, et primo Parisiis edita a Tarino, cum versione Latina sub nomine *Φιλοκαλία*· hæc collectio adjuncta est a Spencero editioni sui tractatus *contra Celsum*, Cambor., in-4°, 1658. Omnia publicata sed ex natura operum divisa in *Origenianis* Huetii et in editione completa fratrum Delarue. Huetius vero suæ editioni subjunxit notas doctissimas. In *Φιλοκαλία* subsequentibus editionibus textus variantes utiliter submittuntur. Huetius et Delarue omnino Vigerum secuti sunt.

Col. 480 C 6. Tota obscura hæc ratiocinatio; in versione Latina Vigerus et Totinus hanc effugientes vocabula quæ nullum sensum habent tantum interpretati sunt. Qui vero in vulgarem sermonem vertit, sic evadere non potest, cum vult argumentationem Origenis explicare. Non facile est intelligere, quis sit iste Deus qui in suo systemate duplicis divinitatis injustus dicitur. Estne Δημιουργός, an pater? De patre probabiliter agitur; nam ubi sunt contradictiones Zoroastri discipulorum, Δημιουργόν injustum declarantium, cum sit auctor systematis ex quo oritur injustitia? Attamen dicendo Ὁ τοσούτων κακῶν πατήρ, loqui de Creatore videtur. Ex quo concludendum, Origenis adversarios, cum malum necessitati tribuerent, injustum tamen conditorem esse negare. Inerat ergo contradictio, quæ posterum Manichæis tribui non debet, nam malum dicebant secundum principium.

Col. 496 A 8. *Δύσκωφος καὶ κωφός.* Adestne discrimen inter duo hæc vocabula? κωφός, quod in posterum idem ac surdus sonuit, in principio idem ac mutus valebat, propter analogiam et connexionem quæ sunt in his duabus infirmitatibus. An sit ille sensus prophetæ ignoro, et rem dirimendam ab eis qui in studio textuum sacrorum versati sunt, relinquo.

Col. 497 A 12. *Scit genius natale comes qui temperat astrum*, Horat. *Epist.*, l. II; posteriore epist., v. 187.

Vide *Hexaemeron* S. Basilii, homelia 6, p. 54 ed. Garnier : Τί γάρ φασι; ὅτι τῶνδε μὲν κινουμένων ἄστρων ἡ ἐπιπλοκὴ πρὸς τοὺς ἐν τῷ ζωδιακῷ κειμένους κατὰ τοιόνδε σχῆμα συνελθόντων, ἀλλήλους τὰς τοιάσδε γενέσεις ἀποτελεῖ, κ. τ. λ.

« Quid dicit? Quod ex astrorum tali modo moterum conjunctione cum signis zodiaci, et secundum aliquas leges, talis vel talis speciei homines generabuntur. »

Ibid. C 1. Sallustius, *De diis et mundo*, p. 262, edit. Gale. Amstelod. 1688, 8°.

Πῶς γὰρ τὰ πρὸ τῆς γενέσεως ἐκ τῆς γενέσεως γίνοιτο, τὸ δὲ καὶ πατέρων εὐγένειαν ἢ δυσγένειαν προλέγειν· ὡς οὐ πάντα ποιούντων, τινὰ δὲ σημαινόντων μόνον τῶν ἀστέρων διδάσκει;

« Quomodo eventus nativitatem nostram præcedentes, ex eadem nativitate possent provenire, videlicet prædicere nobilem vel infimam conditionem parentum, dum profiteantur astris nihil creari sed aliquid tantum significari? »

Col. 500, B. 5. Hoc ad scripturas apocryphas videtur pertinere.

Ibid. C 2. *Ἐπιχείρημα*, in versione mea idem ac *tentamentum*, rhetorum technica expressio est : sunt tractatus *ex professo*, περὶ Ἐπιχειρημάτων proprius sensus videndus in vocabulariis rhetoricæ. Exsistit in operibus rhetorum Græcorum specialis tractatus Minutiani, περὶ Ἐπιχειρημάτων, a Normann separatim editus.

Col. 501 B 5. Vigerus in notis contendit negationem ponendam esse ante *asteroscopicam*, quam sic genethlialogicæ conjungit; quia supponit asteroscopicam esse astrologiam judicialem, scientiam genethlialogica indicatam. Sed mihi ille errare videtur, et censeo asteroscopicam esse observationem de sideribus volantibus de qua infra loquitur, cum eam distinguit ab astrologia proprie dicta.

Ibid. C 11. Vox *dodecatemoria*, astrologia judicii usitata, significat duodecimam partem signi. Cum ergo quodque signum constaret triginta partibus tres decanos continentibus, dodecatomeria duo et dimidium habebat. Ejus descriptio in Manilio legitur :

Perspice nunc tenuem visu rem, pondere magnam.
Quæ tantum Graio signari nomine possit,
Dodecatemoria in titulo signantia cunctas.

Digitized by Google

Nam cum tricenas per partes sidera constent,
Rursus bissenis numerus deducitur omnis.
Ipsa igitur ratio binas in partibus esse,
Dimidiasque docet partes....

(*Astr.* II, 692.)

Hephœstio a Salmazio citatus, *De annis climact.*, p. 542 :

Δωδεκατημόριον καλοῦσιν ἑκάστου ἀστέρος εἰς ὃ ζώδιον ἐκπέσῃ ἡ τῶν μοριῶν αὐτοῦ ποσότης δωδεκάκις γινομένη καὶ ἐκβληθεῖσα, ἀφ' ἧς ἔχει μοίρας εἰς τὰ ἐπόμενα τῶν ζωδίων ἑκάστῳ τούτων λογιζομένων εἰς μοίρας τριάκοντα.

« Cujusque astri dodeçatomeria vocatur duodecima pars, quæ signum zodiacale recipit et cujus quantitas numero duodecimo divisa atque subtracta ex hoc quod restat in unoquoque signo, triginta partium duas et dimidiam retinet. »

Manethon, *Apotelesmatic.*, l. IV, 165 :

...Νῦν δέ με χρειὼ
Ἀκτινηβολίας ὁρίων τ' αἰθρωπα κέλευθα
Δωδεκατημορίων τ' ἀστροκυκλόεσσαν ἑνισπεῖν
Ζωδιακὴν, ἐξ ὧν γενεαὶ τέχναι τε ῥοτοῖσιν
Κλωστὴν ἐκπληροῦσι βίον θνητοῖσι πορείην.

« Nunc describam in suis obscuris itineribus radiorum cursus, nec non vices astrales dodecatemoriarum zodiacalium, unde generationes humanæ et artes viam humanis rebus concessam explent. »

Col. 504 B 2. Vult Vigerus hoc legendum, Οὐ μόνον τῆς ὅλης ὥρας, pro, Οὐ τῆς αὐτῆς ὥρας· sed Davies in tractatu *De natura deorum* Ciceronis, II, 65, p. 288 multa exempla affert quæ hoc non esse necessarium probant.

Ibid. 13. Lego μή pro ἤ.

Col. 505 B 2. Loquens de Epicuro (l. I, 74), Lucretius dicit :

Primum Graius homo mortales tollere contra
Est oculos ausus, primusque obsistere contra.

Col. 508 C 1. Vide l. I, c. 2.

Col. 509 A 13. *Γυμνῇ καὶ ἀκαλύπτῳ κεφαλῇ τὰ σφέτερα πάθη... ἀπεθέωσαν. Nudo et aperto capite*, locutio proverbialis quæ apud Latinos exstat. Plautus, *Captivi*, III, 1, 15 :

Ipsi de foro tam aperto capite ad lenonem eunt,
Quam in tribu aperto capite sontes condemnant [reos.

Cicero, *Tusculan.*, III, 18 : « Cur tergiversamus... Epicure, nec fatemur eam nos dicere voluptatem, quam tu idem, cum os perfricuisti, soles dicere. » Sensus oppositus est *operto capite*.

Lego πολὺ ὕστερον pro πολὺ πρότερον textus.

Col. 510 D 5. Clemens Alexandrinus, *Strom.* VI, p. 816 :

Ὁ γενναῖος Ἀπόστολος ἔν τι τῶν τῆς πορνείας εἰδῶν τὴν εἰδωλολατρίαν καλεῖ ἀκολούθως τῷ προφήτῃ λέγοντι (*Jerem.* III, 9)· Ἐμοίχευσεν τὸ ξύλον καὶ τὸν λίθον· τῷ ξύλῳ εἶπεν, ὅτι Πατήρ μου εἶ σὺ, καὶ τῷ λίθῳ· Ἐγέννησάς με.

« Divus Apostolus dicit idololatriam esse quamdam fornicationem, et in eo consentit cum propheta dicente : Fuit adulter erga lignum et petram, dicens ligno : Pater meus es tu, et lapidi : Tu me genuisti. »

Col. 512 A 3. *Ἐπὶ κακοῖς κακά.* Rhetor Alciphron, l. III, epist 22 : Ἔλαθον οὖν ἐπὶ κακῷ κακὸν ἀναῤῥιπίσας.

Col. 513 B 6. De variis significationibus verbi ἀρχικός, apud Christianos auctores, vide notam doctissimi Hasii in Lydum, *De mensibus*, p. 362.

Col. 516 C 12. Judæi sic appellati sunt a tempore quo tribus Judæ e Babylonia reversa est; cum hæc tribus prima in Palæstinam regressa sit, inde hæc regio Judæa appellata est, et incolæ Judæi vocati.

Josephus, *Ant. Judaic.*, l. XI, c. 5, § 7, p. 565 ed. Havercamp.

Col. 520 C 11. Philo Judæus, in tractatu *Quod mali bonis insidias ponere conentur*, p. 218 editionis Mangey, p. 180 ed. Morelli, sic loquitur : Ὄνομα Ἐνὼς ἑρμηνεύεται Ἐλπίς, οὗτος ἤλπισε (πρῶτον), φησὶ, ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου τοῦ Θεοῦ (*Gen.* IV, 26).

« Nomen Enos per *spes* redditur, quia, ut legitur in Genesi, sperabat se invocaturum nomen Domini Dei. » Hic textus multis commentariis illustratus est, unde varie nomen hujus prophetæ interpretati sunt auctores.

Cedrenus : Ἐνὼς ἑρμηνεύεται ἄνθρωπος κατὰ τὸν Ἑβραϊκὸν νοῦν. « Enos, in lingua Hebraica, *hominem* designat : » hic sensus consentaneus est versioni Eusebii.

Ibid. C 13. *Ὁ Θεοῦ γνώσεως καὶ εὐσεβείας ἐπήβολος.* Timæus in Lexico Platonico : Ἐπήβολοι οἱ ἐπιτυγῶς βάλλοντες. Ubi vide Ruhnkenium.

Col. 525 A 5. Hanc opinionem singularem sine dubio Eusebius hausit ex decimo versu IX capitis Epistolæ S. Pauli ad Romanos : Ἀλλὰ καὶ Ῥεβέκκα ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα Ἰσαὰκ τοῦ πατρὸς ἡμῶν, quæ sic reddit vulgata : « Sed et Rebecca ex uno concubitu habens Isaac patris nostri. » Nihil simile in Genesi, ubi etiam leguntur quædam cum hoc sensu pugnantia, e quibus probatur Isaacum non semper quam observantissimo modo matrimonio usum fuisse. Etenim capite XXVI legimus quod Isaacus fame pulsus in Geraram venerit et illic Rebeccam pro sorore sua habendam curaverit, ne quis eum interficeret ad possidendam eam. Sed rex Abimelech e fenestra vidit eum cum illa ludentem : « Jocantem cum Rebecca uxore sua : παίζοντα μετὰ Ῥεβέκκας. » Et eum arcessitum sic interpellavit : « Patet Rebeccam tuam esse uxorem; cur mentitus es dicendo eam esse sororem tuam ? »

Col. 529 B 7. Vide Ciceronem, *De legibus*, l. II, c. 7, ubi exhibet proœmium legislationum.

Col. 532 B 2. Et hoc loco Edwardus Simson inducit quod Moyses Genesim scripserit antequam proficisceretur de Ægypto. Hunc sensum non admitto.

Vide *Parasceve* Simsonii *ad Chronicon catholicum*, p. 6.

Col. 536 C 4. *Ὑποσκελίζειν καὶ ὑποσύρειν* Stadis utitur. Pollux, libro tertio, in fine, colligit verba ad gymnasticam pertinentia : Ἀγκυρίζειν, ἀνατρέπειν, δράσσειν, ὑποσκελίζειν.

Col. 540 D 11. Hic confert Eusebius sententias contrarias. Illi qui dicunt astra esse deos naturales, non affirmant eos esse moles incandescentes, nec *vice versa*. Hæc moles ignea expositio physica est Anaxagoræ attributa; vide *Res memorabiles Socratis*, l. IV, c. 7, § 7; Diog. Laert., II, 8. Vide etiam scholiasten Euripidis in versum 982 *Orestis*, ubi dicit per τὸ Μύδρος Anaxagoræ non intelligendum esse molem ferream, sed igneum lapidem : Πύρινον λίθον: (vide Suidas verbo *Anaxagoras*), et hoc vult Plato in *Apologia Socratis*: Ἐπεὶ τὸν μὲν Ἥλιον λίθον φησὶν εἶναι.

Ibid. 12. Hæc definitio divinitatis Stoicorum est; vide Cicer. *De natura deorum*, l. II, c. 57; Lipsium *De philosophia Stoica*, l. I, dissert. 5; Stobœum, *Eclogæ physicæ*, l. I, c. 2, § 28.

Ibid. 13. Secundum Epicureos mundus concursu atomorum creatus est. *Lucret.*, l. I, 157 :

Tunc quod sequimur jam rectius inde
Perspiciemus; et unde queat res quæque creari,
Et quo quæque modo fiant opera sine divum.

Providentia ab eis negabatur. Idem poeta, l. I, 57, et II, 645 :

Omnis enim per se divum natura necesse est
Immortali ævo summa cum pace fruatur,
Semota ab nostris rebus, sejunctaque longe;
Nam privata dolore omni, privata periclis,
Ipsa suis pollens opibus, nil indiga nostri,
Nec bene promeritis capitur nec tangitur ira.

Digitized by Google

Vide Diog. Laert., l. x, 77; Lactantium, *De ira Dei*, cap. 4.

Col. 541 A 2. Aristoteles res sublunares a diis neglectas credebat, quia ægre admittebat eumdem auctorem ordinis physici et mali moralis. Vide c. 6 et 7 tract. Aristotelis *De mundo*; eumdem, *De cœlo*, c. 9: Lescalopier.; ad Ciceronem, *De natura deorum*, p. 54 et 184, et præsertim Atticum ab Eusebio citatum, *Præp. evang.*, l. xv, c. 5 et 6.

Ibid. 10. Ἡ τῶν γενητῶν Ἀρχή. Hæc verba infra iterum citata, ad designandam Trinitatis secundam personam, Arianice dicta Vigerus putavit; et ex his infert, cum ab Eusebio inter Γενητάς Salvator poneretur, concilium Nicænum nondum congregatum fuisse, vel Eusebium hujus concilii symbolo nondum subscripsisse. Dubium de doctrina Eusebii provenire mihi videtur e significatione voci Γενητής attributa, quæ generatim idem ac creatura intelligitur, propter similitudinem γένησθαι et γεννᾶσθαι. Doctrina catholica vult quidem ita legi secundum symbolum S. Athanasii, Ἀρχὴ τῶν γεννητῶν· sic enim se habet: Ὁ Υἱὸς ἀπὸ τοῦ Πατρὸς μόνου ἐστὶν, οὐ ποιητὸς, οὐ κτιστὸς, ἀλλὰ γεννητός. Insuper generatio divina ad nullum nisi ad Verbum pertinet, ac proinde non potest nominari Ἀρχὴ τῶν γεννητῶν. Insuper appellatur infra Δευτέραν οὐσίαν· Eusebius ergo de expressione hac Ariana non potest defendi.

Col. 545 C 9. Diversi sunt textus Eusebii et Philonis; in uno adest Δυστροπίας, in altero vero, Δυσωπίας: optima lectio Δυστοπίας in ms. 468.

Col. 548 B 1. Controversiæ ortæ sunt inter doctos decimi septimi et decimi octavi sæculi de illo homine cujus fragmentum hic refert Eusebius ad determinandam ejus exsistentiam, et tempus quo vivebat, et authenticitatem scriptorum ejus; has collegit in dissertatione posthuma illustris Valckenaer, edita Lugduni Batav. in-4°, 1806, cum præfatione Joannis Luzac. Ille auctor præclarus tam in scientia historica quam in grammatica, in qua eminet, eximius criticus apparet: illum adeant lectores harum investigationum cupidi. Nam nihil ego ipse nisi imperfecte excerpta ex illo opere tradere possem.

Col. 553 B 6. Quod si longe abest ut orthodoxa sit omnis hæc doctrina de distinctione personarum sanctæ Trinitatis, duo sunt consideranda: 1° Debuisse universalem Ecclesiam, cujus auctoritas a sacrorum Librorum textu pendet, quamque solam habemus ducem, præsertim in mysteriis quæ captum intelligentiæ nostræ superant, eo quo fecit modo definire, priusquam filiis docilibus adhærendum nobis esset illius decretis. Et cum quæ incerta erant quoad generationem Filii a concilio Nicæno primum determinata sint, error involuntarius et proinde irreprehensibilis super hoc, donec symbolum redactum fuisset, crimini non erat. Pariter Spiritus sancti processio non bene fuit definita nisi conciliis post Eusebium habitis: proinde si cum Vigero supponatur hoc opus in lucem editum antequam Patres Nicæni convenirent, eo ipso non incriminandus foret Eusebius de doctrinis heterodoxis, quibus scatet prædictum opus, sed quæ nondum perculsæ fuerant anathemate. 2° Hoc bene intelligendum, nempe, non hic exponi ab eo Catholicorum doctrinas, sed Hebræorum, et non eas solum quæ in libris sanctis continentur, sed insuper quas profitebantur doctores Legis: et quarum nonnulla dedit nobis specimina in locis quibusdam e Philone et Aristobulo desumptis. Porro is ab omni crimine purus mihi videretur qui cogitaret sententiam Jobi ac sententias Patrum concilii non omnino similes fuisse quoad interpretationem mysteriorum quæ ad naturam divinam referuntur, quæque tot longis acribusque discussionibus ortum dederunt; id cogitandum a fortiori de scriptoribus, qui nonnisi ex suamet inspiratione propria Philonis ad instar loquuntur. Utut sit, non hic agitur de stabiliendis doctrinis orthodoxis, sed de ostendendo quantum præstet fidei Græcorum fides Hebraica in iis quæ ad Deum substantiasque intellectuales pertinent.

Ibid. C 5. Hæc longa phrasis accusativis et infinitivis omnino coalescens acephala est, ut patet, vel a primo quodam verbo omisso, cui omnia alia connectuntur, pendet. quæ tamen non omittenda mihi utpote Gallice scribenti visa est, quia construendo sermoni valde erat necessaria.

Ibid. 8. Hæc citatio Epistolæ ad Hebræos, c. 1, 14, quamdam exhibet variationem; loco κληρονομεῖν βασιλείαν, legitur in textu sacro κληρονομεῖν σωτηρίαν; idem habet manuscriptus 468. Alii omnes βασιλείαν habent. Nihil impediebat Eusebium quominus hanc mutationem verbi introduceret quæ suam sententiam congruentius exprimebat.

Col. 557 A 3. Μαντείαις τε πειρᾶσθαι καὶ χρησμοῖς, ὥσπερ τισὶ θελγητροις καὶ προβολίοις τοὺς εὐχερεῖς δελεάζειν. De usu synonymico harumce vocum θέλγητρα et προβόλια nulla mentio facta in vocabulariis. Sensus tamen earum nulli subjacet contestationi, nam ab Eusebio ad eumdem sensum detorquentur. Cap. 9 lib. IV *Demonstrat.* ubi de eodem quæst. tractat. Ibi legitur equidem προβουλίοις loco προβολίοις; sed hic redargutus est error a Vigero in nota super hunc locum, qua restituit προβολίοις: Θατέρᾳ ληπτοὺς τοῖς προβολίοις ἀνθρώπους εὗρατο. Sed quomodo fit ut ad hunc sensum detorqueantur προβόλιον? Id mihi meas investigare.

In acceptione primaria designant hæc voce arma quibus aggrediuntur, et quæ nunquam abjiciunt, *venabulum*: eaque voce in hoc sensu utitur Xenophon in *Tractatu de venatione*, c. 10, 1: Τὰ δὲ ἀκόντια ἔστω παντοδαπὰ ἔχοντα τὰς λόγχας εὐπλατεῖς καὶ ξυρήκεις, ῥάβδους δὲ στιφράς· τὰ δὲ προβόλια πρῶτον μὲν λόγχας ἔχοντα, τὸ μὲν μέγεθος πενταπαλαίστους, κατὰ δὲ μέσον τὸν αὐλὸν κνώδοντας ἀσπαχαλκευμένους, στιφροὺς, καὶ τὰς ῥάβδους κρανεΐνας δορατοπαχεῖς; non hunc verto locum, qui tantum verbis Græcis valet; en igitur primitivus vocis sensus; nimirum indicat ad nocendum arma quæ semper retinentur manu sicque discrepant ab iis, quæ jaciuntur, ἀκοντιον. Inferius tamen apud eumdem legitur: Προβόλιον ἐρεθίζειν, ὡς ἀφήσοντα, quod nullatenus significat ab his separari; cæterum simulatur hic tantummodo: contra Pollux dicit Τάξας, l. v, 20, καὶ ἀκοντίοις χρῶνται ἐπὶ τὰς ἐλαφους καὶ ἃ πόρρωθεν ἔστι βάλλειν· προβολίοις δὲ, ἐπὶ τοὺς σῦς καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἀγχίμαχα θηρία. Igitur qua ratione ab hac notione declinavit προβόλιον ad hanc significationem datam ab Eusebio, idem de aperta aggressione ad dolum insidiasve, ut comprobatur loco citato *Demonstrationis*, ibi legimus: « Diabolus postquam per gravia minatus esset gentibus: Δεινὰ κατὰ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων ἀπειλήσας, » reperit homines ideo esse captu faciliores propter suam ad malum proclivitatem, quod sibi ipsis struerent insidias quasi electione propria: Θατέρᾳ ληπτοὺς τοῖς προβολίοις εὗρατο, πρόχειρον ἐξ οἰκείας γνώμης τὴν ἐπὶ τὸ κακὸν ἔμπτωσιν, δι' αὐτεξούσιον προαίρεσιν κεκτημένους.

Scrutatu forsan difficilis hæc deviatio; ad hanc inducere potuit præpositio πρό juncta βάλλω, *projicio*, quod Budæus in verbo *προβολή* comparat πρότεινω πρότασις; porro protensionem hanc produci possibile est velut aggressionis causa, ut patet in allatis de προβόλιον exemplis, vel tuitionis, quod ortum dedit locutioni, cujus valde grandis controversia, ἐν προβολῇ, qua voce significatur *se contra hostes paratum* esse: quod vetera vertunt glossaria per *in procinctu*. Appianus *De bello civili*, II, 79, pag. 283: Πομπήϊος ἐκέλευε μὴ ἀκοντίζειν, ἀλλὰ ἐν προβολῇ δυστάντας ἀμύνεσθαι διὰ χειρὸς τοῖς δόρασι τοὺς ἐπιόντας.

Proinde mera sese defendentis positio est: sed clypeum protendentis manuque lanceam tenentis. Vide Ruhnken., *Epistola critica prima*, p. 70; Val-

Digitized by Google

sium *in Harpocrationem*, pag. 159, et notam in locum VI libri, cap. 7, pag. 255, quæ oraculum continet desumptum ex Herodoto, et ubi legere est hæc ad populum Argivum verba : Εἶσω τὸ προβόλαιον ἔχων πεφυλάγμένος ἦσο. Hic evidenter quæstio est de insidiis objectis imprudenti viatori. Hæc acceptio etsi non videatur ad auream ætatem linguæ Græcæ referenda, tamen a lexicis debuisset indicari.

Col. 560 B 13.

Sanctius his animal, mentisque capacius altæ
Deerat adhuc et quod dominare in cætera posset.
Natus homo est. . . . . .
Pronaque cum spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit cœlumque tueri
Jussit, et erectos ad sidera tollere vultus.

OVIDIUS, *Metamorp.* l. I, 76 :

Col. 561 A 14. *Δευτέροις αἰσίοις*. Locutio ista, quæ tantillum olet paganismum, quæque *secundis avibus* Latinorum consonat, in usum devenerat, nec ideo ullo modo reputabantur fati vel pronosticorum fidei dediti qui eam usurpabant.

Col. 564 A 6. Evidenter nihil aliud requirere est in hac incompleta phrasi quam secundam sectionem phrasis integræ.

Ibid. 8. Hæc magni momenti quæstio de metaphysica, si Christianos excipias, fere omnibus impervia Super eam satis diffuse sese exercuerat Origenes in secundo libro *Principiorum*, uti demonstratur versione Latina, tom. I, pag. 78, editionis Delarue, et quodam fragmento super Genesim quod sequitur. In sententiam insurgens totius ethnicorum philosophiæ, triumphum agit facilem de omnibus philosophis, ne Platone quidem excepto. Vide *Timæum*, pag. 49 et seq. editionis H. Stephani, tom. III. Tim. Locrianus, initio : Περὶ ὧν οὐρανὸν γενέσθαι, λόγῳ ἦστην ἰδέα τε καὶ ὕλα καὶ ὁ θεὸς δαμιουργὸς τῶ βελτίονος.

Vide Ciceronem, *Academic.*, I, 24 : « Neque materiam ipsam cohærere potuisse si nulla vi contineretur, neque vim sine aliqua materia. » Et quæ sequuntur.

Plutarch., *De decretis philosophorum*, lib. I, cap. 9 : Ἀριστοτέλης καὶ Πλάτων τὴν ὕλην σωματοειδῆ καὶ ἄμορφον, ἀνείδεον, ἀσχημάτιστον, ἄποιον μὲν ὄσον ἐπὶ τῇ ἰδίᾳ φύσει, δεξαμένην δὲ τῶν εἰδῶν οἷον τιθήνην καὶ ἐκμαγεῖον καὶ μητέρα γενέσθαι. « Aristoteles et Plato agnoverunt materiam esse corpoream, sed informem absque ullo charactere, absque qualitatibus, quatenus non excedit proprios naturæ suæ limites, et posse eam induere formas, adeo ut fiat matrix, effigies, mater. »

Col. 568 C 7. Collectanea in lucem edita sub hac inscriptione *Philocalia*, in quibus nonnulla reperiuntur ex scriptis Origenis excerpta, longum insuper habent fragmentum quod nobis exhibet Eusebius sub nomine Maximi, sed id mirationem magis movet quod ab ipso titulo discamus excerptum fuisse hoc caput e VII libro *Præparationis evangelicæ* Eusebii. Igitur in locum hujus subdendum erat nostri septimi libri caput vicesimum. Quod acciderit confusio evidens est, et recidere debet in amanuensem, cui onus incubuit excerpendi ab Eusebio fragmentum Origenis ; nam in hoc solo et non in opere primitivo a quo desumptum est, quod sub alio nomine inscriptum fuit, causa est errati. Attamen id fragmentum totum vel fere totum reperimus in quarta parte dialogorum *contra Marcionitas*, quorum auctor reputatur Origenes, et id non parum intricat quæstionem. Super hanc critices materiem scissi sunt eruditi, qui amplecti debuerunt unius vel alterius horum ce scriptorum partes : alii negarunt Origenem esse dialogorum auctorem ; ei plagiarii scriptici labem inurendam contendebant alteri, nisi Maximus quidam ejus ætati posterior illud opus falso sibi attribuisset. Altius descendere nolo in hanc controversiam, quam includit præfatio P. Delarue ; cæterum jam indicaverunt confusionem istam redactores *Philocaliæ* sub nomine S. Basilii et S. Gregorii Nazianzeni editæ, qui quidem id animadverterunt in nota quæ finem ponit huic capiti.

Col. 576 A 5. In Origenis *Adamantio*, Valens non dicit præcise mala substantias esse, sed qualitates esse coexsistentes substantiis asseverat ; cæterum hic scinduntur duo auctores ut inferius discrepantem minus amplectantur sententiam.

Ibid. B 5. Vigerus negationem præponi vult huic dilemmati : « Si mala substantiæ non sunt, » etc.

Col. 577 A 11. Hic mihi adesse videtur interversio : hæc unius interlocutorum nostrorum allocutio non ad ea quæ modo dixit præcipuus orator spectat, sed ad ea quæ superius probavit, nempe Deum esse auctorem mali, si materiei in se consideratæ nullæ sunt qualitates, si quas habet a Deo, si in malo recognoscenda est quædam materiei qualitas. Hoc astruendum erat priusquam argumento comprobaretur malum non esse substantiam, quod modo legimus. Origenis argumentatio ordinem invertit.

Col. 581 B 14. Ratiocinii hujus vitium quod quilibet facile retorqueret, notat Vigerus. Cæterum, inquit, non de materia, sed de materiei forma agitur.

Col. 585 B 2. *Πάσης ἀρετῆς βραβείοις ἀναδησαμένων*. Ut jam antea visum est, iis verbis quæ cum de athletis agitur adhibentur, libenter utitur Eusebius : in hoc cæteroquin quid aliud fecit quam reproducere verba S. Pauli, cui stadium quam plurimas suppeditat comparationes ?

Col. 589 A 2. Eusebii textus ἔκδοσις et ἐκδοῦναι exhibet. Apud Aristæum legitur εἴσδοσις et εἰσδοῦναι. *Libellum* interpretatur Vigerus, et pro significatione hujus vocis remittit nos ad observationes non in lucem editas... In tractatu *De mensuris et ponderibus* Epiphanii legere est εἴσδοσις, quam quidem vocem *suggestionem* et alibi *allegationem* vertit Gellenius.... De hujus vocis significatione disseruit Ducangius in suo *Glossario*.

Col. 592 A 8. *Χρηματοφύλακις*. In Aristeo φιλοφύλακας, et in Josepho φύλακας τῶν κωμῶν legitur. Hic designantur forte gazophylacii conservatores.

Ibid. 13. Inter varia quæ contra authenticitatem Aristei operis objecta sunt, hæc quæ fundamentum habent in eo quod jam non exsistebant tribus tempore quo scripta est Ptolomæi epistola, juxta me a re male intellecta ortum sumunt. Patet enim decem tribus Israeliticas jam tunc constituere populum a populo Judaico distinctum, idcirco non de iis agitur sed de territoriali subdivisione, vel alia, per primam, secundam, etc., in qua tunc temporis annumeratum esse videtur populum Judaicum ; quod quidem non repugnat. Hasce tribus nullo nomine designat.

Locum operis Hermippi, in quo asseritur Demetrium Phalerensem vitam in exsilio obiisse, incunte regno Ptolomæi Philadelphi, eo quod patri suo exhæreditandi illius consilium dederat, primus citavit Scaligerus *in Chronicon* Eusebii, deinde Hodyus disputationem agens contra Isaacum Vossium *In dissertatione supra Aristæa*, hanc amplexus est narrationem narrationi Aristæi ab Aristobulo corroboratæ contrariam, qui ambo falsarii vel pseudonymi forent. Valckenaerus in sua dissertatione posthuma *De Aristobulo* explicationis quædam verba dedit quibus concordare videntur duæ relationes, sospite utraque, et suam confirmat explicationem in eo quod Ptolomæus Soter et Philadelphus per longum satis temporis tractum simul regnaverint ut exsilium Demetrii præcesserit versio Septuaginta Interpretum. V. p. 52 *Diatribæ de Aristobulo*. Duo scriptores Alemanni recentiores raro concordes, quorum unus præsertim dicitur quam temerarias emittere opiniones de religione, Gfrörerus, *Urchristenthum*, tom. II, pag. 73, Dahneus, *Tabula historica religiosæ philosophiæ Judæorum Alexandrinorum*, tom. II, pag. 27, Valckenaeri confirmant conclusiones, et longe acrius impugnant decisionem Hodyi. Priorem audiamus. « Fidem implicitam dat Hodyus Hermippi testimonio,

Digitized by Google

unde concludit pseudonymum esse Aristobulum. Impossibile est enim admittere hominem Judæum, qui sub Ptolomæo Philometore vixisset, in errorem adeo gravem labi potuisse in relatione facti tanti momenti respectu suæ gentis; sed Valckenaerus hanc diremit difficultatem modo naturali, nec contorto, nec in desperationem causæ adhibito, et si admitteretur fabula Hermippi, non idcirco magis inconcussa maneret boni Hodyi conclusio, multo enim plus æquo probaret, et e numero historicorum non pauci radiandi forent scriptores antiqui. Satis est declarare opera Aristobuli remansura in opinione authentica; et id tantum quantum quilibet antiquitatis scriptor, quandiu contra ea non aliud afferetur quam id testimonium. »

Pro hac sententia sic propugnat Dahneus: « Ea mens fuit imprimis Valckenaero, nimirum defendere Aristobulum contra relationem Hermippi, in astruendo Demetrium iueunte regno Philadelphi potuisse adhuc frui gratia principis, si quidem juxta Aristobulum, Demetrius in exsilium actus fuerit non nisi post mortem Soteri; et reipsa a rege serius exsulatum fuisse, id est quando detexisset consilium contra se datum a Demetrio ut solio spoliaretur. (Hæc opinio, quavis alia longe verisimilior, fuit opinio Petavii in S. Epiphanium, tom. II, pag. 379; Vossiorum patris et filii; Riccioli *Chronologia reformata*, tom. I, lib. III; Valesii in Eusebium, *Hist. eccles.* v, 8; Perizonii in Ælianum, *Hist. div.* III, 17; Matterii *Tentamina super scholam Alexandriæ*, tom. I, pag. 74.) Revera si fatentur versionem Græcam SS. Scripturarum referendam esse ad hanc epocham, quod juxta Hodyum verisimile est, quid ad narrationem Aristobuli, quod nomini Ptolomæi Soteris nomen filii ejus præposuerint? Alia quæ tantum valet quantum Valckenaeri suppositio admitti potest: videlicet omnia paravisse Demetrium sub filio Lagi pro versione quæ solum edita est sub Philadelpho: quæ hypotheses et aliæ ejusdem generis satis sunt ad probandum Richardum Simonem et Hodyum judicium emisisse præcipitanter et immature cum fragmenta Aristobuli, juvante Hermippi relatione, tanquam pseudonyma repudiaverunt. »

Col. 593 B 14. Ptolemæi Philadelphi matrimonium cum sorore sua Arsinoe ad historiam pertinet, nimisque omnibus perspicuum quam ut de eo hic amplius disseratur.

Ἐκ θυμοῦ στέργοισα κασιγνητόν τε πόσιν τε,

ait Theocrit. *idyl.* 17, v. 130, et sqq.,

Ὧδε καὶ ἀθανάτων ἱερὸς γάμος ἐξετελέσθη
Οὓς τέκετο κρείουσα Ῥέα βασιλῆας Ὀλύμπου.

Valckenaerus in *Aristobulo* miratur quod summus Judæorum sacerdos honorifice sit locutus de hac unione incestuosa. Ad id perlicitum respondere, summo Pontifici non hic incubuisse onus sese intermittendi in quæstionibus pure ad mores religionemque spectantibus, eo quod dissimilis valde religio regis a religione Judæorum; cæterum matrimonia inter parentes in uno gradu, remotiori quidem, sed uno tantum gradu inferiori, non modo licita erant, verum etiam quasi imposita lege Mosis.

Tandem illæ voces *frater* et *soror*, præsertim ubi de Lagidis quæstio est, usurpatur in sensu figurato qui minime vero rerum statui respondet.

Versus vicesimus primus elegiæ quam vertit Catullus e Callimacho, *in cæsariem Berenices*, sic se habet:

Et tu vero orbum luxti deserta cubile,
Et fratris chari flebile discidium.

Porro constat uxorem Ptolemæi Evergetis de qua hic agitur, patrem habuisse Magam regem Cyrenorum, non autem Ptolemæum Philadelphum cujus filius Evergetes. « Quam habuit unicam filiam Magas, ait Justinus, XXVI, c. 3, ad iniendam cum Ptolemæo (Philadelpho) fratre certamina, filio ejus desponderat. »

Vide de hoc usu vocis ἀδελφή, qua designabant reginam regis conjugem, et de Berenice Evergetis uxore D. Letronnium in suis *Disquisitionibus pro Ægyptiaca historia*, pag. 7 et seq.

« Sororis nomen, inquit, quod attribuunt regum Ægyptiorum uxoribus, nihil aliud erat quam loquendi genus quod per usum et protocolium invaluit. »

Col. 596 A 11. *Καθὼς ἀνεγνώσθη ταῦτα τὰ τεύχη.* Τεύχος, in sensu *libri* pertinet in primis ad dialectum Alexandrino-Macedonicam Septuaginta Interpretum qui subdivisionibus operis integri denominationes dederunt quæ ab hac dialecto mutuantur: Πεντάτευχος, Ὀκτάτευχος. Si fides adhibenda Salmasio *De modo usurarum*, p. 405, idem adest discrimen *codicem* inter et *volumen* quod inter τεῦχος et βίβλος. « Nihil tam diversum ait, quoad formam quam codex et volumen: in volumine chartaceo, chartæ chartis adtexuntur in longitudinem, ut volvi possint in rutulum; in codice, massa sive corpus fit ex pluribus veluti tabellis aliis super alias structis, Græci quoque σωμάτιον et τεῦχος nominant. Quod tamen de volumine magno usurpant; massam Martialis de struice tabellarum multiplicium quæ codicem membraneum componunt, proprie dixit, ut Græci σωμάτιον. Hæc vox in glossis Philoxeni, membrana, exponitur. » Sequitur longa dissertatio in varias materies quæ scribendis libris adhibitæ sunt, nimirum in cortices, pelles, tabulas et papyrum. Juxta Salmasium hac voce τεῦχος designabantur tabulæ cera linitæ, aliæ super aliis collectæ et super quas stylus exarabat characteres. Quoad verbum Latinorum *corpus* huic consonans, exemplis ab eo citatis addi potest Cicero, in insigni epistola ad Luceium, epistola duodecima lib. v, *Ad diversos*, in qua ut historiam consulatus ipsius scribat hortatur, quod hominem misere superbientem prodit.

« A principio enim conjurationis usque ad reditum nostrum, videtur mihi modicum quoddam corpus confici posse. »

Crediderim ego confusionem postea irrepsisse in notiones quæ ad distinctionem vocum inserviebant et nihil comprobat sacros libros inscriptos fuisse tabulis; siquidem voce de qua agitur designantur tantum divisiones operis.

Ibid. 12. *Τῶν Ἑρμηνέων οἱ πρεσβύτεροι.* Superius verti per *sacerdotes* οἱ πρεσβύτεροι, quod Vigerus interpretatur *seniores*; sed inquirendum esset an apud Judæos antiquitus vox πρεσβύτερος *seniorem* sonaret, quod mihi non constat.

Usus Christianus a Judæis ortum sumere debuit et per vocem πρεσβύτεροι non intelligendi sunt tantum πρεσβύται, *senes*, sed senatores seu rabbini. Quorsum aliunde ad hoc opus conficiendum senes missi fuissent? cæterum acceptionem vocis lector eligat.

Ibid. B 2. Διασκευή seu retractatio classicorum operum frequenter usurpatur cum sermo est de poetis. Vide Freder. Aug. Wolf in *Prolegomenis ad Homerum*, CLII, nota 14.

Ibid. 3. *Ἐκέλευσαν ἐπαρᾶσθαι.* Cæremoniale imprecationis contra eos qui textus sacros tentarent adulterare, Græce ἐπαρά vel ἐφορκισμός, Latine *devotiones* denominabatur. De voce ἐπαρά vid. Greg. Corinth. pag. 227 Schefferi et notam Kœn. —

Eusebius initio *Chronici*: Ὁρκίζω σε τὸν μεταγραψόμενον τὸ βιβλίον τοῦτο κατὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ κατὰ τῆς ἐνδόξου παρουσίας αὐτοῦ, δι' ἧς ἔρχεται κρινεῖν ζῶντας καὶ νεκρούς, ἵνα ἀντιλάβῃς ὃ μετεγράψω (*ut conferas quod descripseris*) καὶ καθορθώσῃς πρὸς τὸν ἀντίγραφον, ὅθεν μετεγράψω, ἐπιμελῶς, καὶ τὸν ὅρκον τοῦτον ὁμοίως μεταγράψῃς, καὶ θήσῃς ἐν τῷ ἀντιγράφῳ. Vide Van Dale *in Aristæum*, pag. 193.

Ibid. C 10. Hæc pars Aristæi relationis plus cæteris omnia præ se ferens quæ fabulam constituunt,

Digitized by Google

d memoriam nobis revocat quæ refert Macrobius e philosopho Numenio, in *Somnio Scipionis*, l. I, . 2 : « Numenio, inter philosophos occultarum cuiosiori, offensam numinum, quod Eleusinia sacra nterpretando vulgaverat, somnia prodiderunt : vias sibi Eleusinias deas habitu meretricio ante aperum lupanar ludere prostantes : admirantique et ausas non convenientis numinibus turpitudinis onsulenti respondisse iratas, ab ipso se advto udicitiæ vi abstractas et passim adeuntibus prostiutas. »

Controversia quæ vergente in finem sæculo decimo septimo, vel ineunte decimo octavo habita st de authenticitate relationis Aristæi multo plura roduxit volumina, nimisque ab Eusebio aliena est, ui rem tantum leviter attigit, quam ut ea recensere elim; satis erit dicere quoad Eusebium, quod post osephum, Philonem et Aristobulum, quorum nomina n honore erant apud Judæos, et inter Christianos, ost Justinum martyrem, Irenæum, Clementem Alexandrinum, Tertullianum, auctorem citans veritatis tudiosum et fide dignum, id fecit tantum quod in ejus oco fecissent omnes; recens enim de authenticitate ujus libri dubitatum est, et nemini olim in mente venerat ut impugnari posset. Judæi enim qui ostea de hoc egerunt, ut Aquila, Symmachus et heodotio, non contradicunt veritati historiæ versionis XX, sed versionem ipsam impugnant. Cum adversaiis Septuaginta fecisse nobis videtur Hieronymus eo pso quod versionem Latinam e Græco textu emendare ibi proposuerat adhibito exemplari Hebraico. Augustinus vero cap. 43 XVIII libri *De civitate Dei*, ariis S. librorum enumeratis versionibus Græcis, it : « Ex hac Septuaginta interpretatione etiam in Latinam linguam interpretatum est quod Ecclesiæ Latinæ tenent; quamvis non defuerit temporibus nostris presbyter Hieronymus, homo doctissimus, et omnium trium linguarum peritus, qui non ex Græco sed ex Hebræo in Latinum eloquium easdem Scripturas converterit. Sed ejus tam litteratum laborem, quamvis Judæi fateantur esse veracem, Septuaginta vero Interpretes in multis errasse contendant : tamen Ecclesiæ Christi tot hominum auctoritati, ab Eleazaro tunc pontifice ad hoc tantum opus electorum, neminem judicant præferendum : quia etsi non in eis apparuisset Spiritus, sine dubitatione divinus, sed inter se verba interpretationis suæ septuaginta docti, more hominum, contulissent, ut quòd placuisset omnibus, hoc maneret; nullus eis unus interpres debuit anteponi : cum vero tantum in eis signum divinitatis apparuit, profecto quisquis alius illarum Scripturarum ex Hebræa in quamlibet aliam linguam interpres est verax, aut congruit illis Septuaginta Interpretibus, aut si congruere non videtur, altitudo ibi prophetica esse credenda est. »

Col. 597 C 2. Hujus phrasis ultra modum prolixæ partes sibi non constant; a primo inciso quod desideratur verisimiliter pendet, quo mediante et clarior erat et consona magis syntaxi.

Col. 600 A 1. *Κέρκοπα λόγων.* Non consentiunt eruditi in significatione vocis κέρκωψ. Alluditur ad incolas Asiæ Minoris a Jove in simios mutatos. Ovid., *Met.*, XIV, 91. Inde plurima proverbia, Ἀγόρα κερκόπων; Apost., I, 21; Zenob., I, 5. Injuriose certe dictum. Æschinus, *Περὶ παραπρεσβείας* (223) : Ὅ τι μὲν οὖν ἦν ποθ' ὁ κέρκωψ, loquendo de Demosthene, id indicat hominem nequam, nebulonem. Ammianus Marcellinus, XXII, 14, sermonem habens de Juliano, « Ridebatur ut Cercops. »

Tanneguy Lefebvre, *Epist.* l. II, epist. 7, dictum fuisse olim κέκροψ, contendit; vide in *Epistolis* Alciphronis : Ὦ κέκροψ ἄθλιε, epistola 20; cum Bergleri nota. Vocis λόγων additamentum de veteratore hic agi ostendit, quod inferius vertitur per vocem πανουργός.

Ibid. B 13. Δηλοῦται 466.

Ibid. C 1. Διεξελθεῖν 463, 466.

Col. 601 C 1. *Ἐὰν ἀσεβῇς οὐκ ἔργῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐὰν ῥήματα τῷ τυχόντι, εἰς μὲν θεὸν αὐτόν* · addidi οὐ θεόν · ex iis enim quæ sequuntur negatio mihi visa est necessaria.

Col. 604 A 3. *Μὴ θεόν τε ἐπιφημίσαντα αὐτοῖς.* Eusebius cum ἐπιφημίζειν non raro adhibet accusativum θεόν seu θεούς ut significet *nomine Dei ornare*, p. 95 : Θεοὺς ἐπεφήμισαν ὃ μηδὲ τῆς ἀνθρώπου πρὸς αὐτοῦ τοῦ θεοῦ κατηξίωται προσηγορίας. « Animalia quibus nec hominis nomen tribuere dignatus fuerat Deus, nomine deorum ornaverunt. »

In fragmento Diogeniani, p. 265, legitur verbum ἐπιφημίζειν in sensu tribuendi vel nuncupandi : Τούτων δέ τισι θεοὺς διοικητὰς καὶ δημιουργοὺς ἐπεφήμισαν, τινῶν δὲ ἡμᾶς αὐτοὺς αἰτίους ὑπέλαβον. Restituendum est verbum ἐπιφημίζειν in loco qui legitur pag. 320, pro ἐνευφημήσας · τὸν τῶν ἁπάντων Δημιουργὸν Λόγον θεοῦ τοῦτον ἐπιφημίσας τὸν τρόπον. « Creatore sic nominato Verbum Dei. » Restituendum pariter pag. 156 loco ἐπιψηφίζοντες in fragmento Porphyrii ubi cum dativo construitur in sensu consecrationis Ἔθυον τῶν φιλτάτων τινὰ ἐπιφημίζοντες τῷ Κρόνῳ : Sic emendavit Lobeckus in Phrynicum, pag. 597.

Exemplum constructionis cum accusativo, Demosth., pag. 493 : Ταῦτα ἐπὶ τῷ τῶν θεῶν ὀνόματι ποιεῖν ζητοῦσι . . . . . χρῆν ἄν, ὡς ἐμοίγε δοκεῖ, πάντα ὅτα τις πράττει τοὺς θεοὺς ἐπιφημίζων, τοιαῦτα φαίνεσθαι, οἷα μηδ' ἂν ὑπ' ἀνθρώπου πραχθέντα, πονηρὰ φανείη. Ubi videre est in iis verbum ἐπιφημίζειν idem sonare ac *dare sub nomine Dei*.

Lucianus in *Prometheo*, t. I, pag. 24 : Εἰ δὲ ὑπερεπαίνων τοὺς λόγους, ὡς δῆθεν εὐμηχάνους ὄντας, τὸν σοφώτατον τῶν Τιτάνων ἐπιφημίζεις αὐτοῖς. « His nomen attribuis Titanorum sapientissimi. » Vide Schmiasten.

Greg. Nazian. in Basilium loquens de Heraclidis : Δαίμονας δή τινας καὶ θεοὺς καὶ μύθους τοῖς προγόνοις ἐπιφημίζοντες : « Nomina dæmonum seu deorum fabulæ suis attribuentes majoribus. »

Suidas, voce Οὐλπιανός· τῇ μισοπράγμονι ζωῇ τὴν ἀρετὴν ἐπιφημίζειν.

Themista, *Or.*, VI, 79 B : Αὐτῷ τὴν θειότητα, ἐπιφημίζειν, 19, p. 229, ἡ πολιτεία τὸ τῆς θειότητος ὄνομα ὑμῖν ἐπεφήμισε.

Pausanias, VII, 23 : Ἀσκληπιῷ· Ἀπόλλωνα πατέρα ἐπιφημίζειν.

Strabo l. V, 250 : Τοὺς γεννωμένους τότε, παῖδας Ἄρεως ἐπεφήμισαν, loco ἐπευφήμισαν, emendatio Dorvilli, *Ad Charit.*, pag. 550.

Exempla constructionis cum dativo.

Plutarch. *Vita Camilli*, § 7, pag. 515 edit. Reisck.: Ἐπιφημισμένον τὸ ὄχημα τῷ βασιλεῖ τῶν θεῶν καὶ πατρί; « currus regi deorum dicatus. »

Similiter in *Vita Nicix* ait : Καταπεφημισμένον θεῷ σῶμα, 3, 3. *Ibid.*: Θρόνον Ἀλεξάνδρῳ καταπεφημισμένον.

Maximus Tyrius, 8 : Ἐπεφήμισαν Διὶ ἀγάλματα κορυφὰς ὀρῶν Ὄλυμπον καὶ Ἴδην. Idem, *ibid.* : Ἐπιφημίσαντες τοὔνομα τοῦ ποταμοῦ ὁποτέρῳ ἔθυσαν.

Appianus, *De bello civili*, l. VI, 86 : Ἐπιφημισθείσης τῷ ἀνδρὶ (*Mario*) ἑβδόμης ὑπατείας.

Tandem Philo ipse in *Legatione ad Caium*, pag. 1011 ed. Paris., 565 ad Mangey, habet Τί δὲ, εἰ συνόλως ἐπιφημισθὲν ἑτέρῳ; « quorsum, si res alteri dicata fuerit? »

Pag. 1016, 570 Mangey : Ἅπασιν ἐχρῶντο κατακόρως τοῖς ὀνόμασιν, ὅσα τοῖς ἄλλοις ἔθος ἐπιφημίζεσθαι θεοῖς. « Nomina quæ mos invaluit diis consecrare et diis solis attribuere. »

Digitized by Google

Ex his exemplis duplex emergit significatio; utraque ad divinitatem spectat : « Nam ut φῆμις aliquid augustius significat, sic φημίζειν ad divinitatis opinionem et famam refertur, inquit Lobeckius *ad Phrynic.*, p. 597. » Itaque Plutarch. *Vita Sertorii* hac utitur voce tertio hoc sensu, aliquid nimirum nuntiare, spargere rumorem qui cœlitus a divinitate venit, cap. 11 : Ἐξεθείαζε φάσκων τὴν ἔλαφον, Ἀρτέμιδος δῶρον εἶναι, καὶ πολλὰ τῶν ἀδήλων ἐπεφήμιζεν αὐτῷ δηλοῦν. Arbitror ἐπιφημίζειν αὐτῷ, legendum esse, tollendo vocem δηλοῦν quæ non nisi glossa est. Synonymice cum ὀνομάζειν adhibetur solum in tertio libro *Historiæ ecclesiasticæ* Eusebii, cap. 27 : Ἄλλους . . . . . ἐθιωναίους τούτους οἰκείως ἐπεφήμιζον οἱ πρῶτοι. Attamen ut ad duas magis usitatas acceptiones redeamus, cum agitur de nominando Deo, tunc prævalet constructio cum accusativo; si vero agatur de exprimendo rem quamlibet Deo sacratam, dativo tunc utendum est.

In hoc loco Philonis utraque invenitur acceptio : Μὴ θεόν γε ἐπιφημίσαντα τοῖς κτήμασι, pro Μὴ θεῷ γε ἐπιφημίσαντα τὰ κτήματα. « Si suas non dedicaverit opes Deo; » inferius iterum apparet hæc constructio : Ἐὰν, πατὴρ ἐὰν ἄρχων τῷ ὑπηκόῳ, subintelligitur ἐπιφημίσῃ θεόν, sed inter hæc reviget altera syntaxis : Ἐὰν ἐπιφημίσῃ τροφὴν γυναικὸς ἀνήρ. Si uxoratus vir dicat τροφὴν γυναικός. Quid intelligendum per τροφὴ γυναικός; existimavi hic agi de fructu quem in utero gerit mulier; in hoc sensu sanctam existimare debet vir uxorem suam et abstinere se ab ea; privat se filio pater, herus famulo, si Deo illos consecraverint.

Si non admittatur sensus voci τροφὴ attributus, altera vox illi substituenda foret, nimirum τὴν νυμφήν, ut opinor : τροφὴ enim hic adhiberi non potest sive alimentum, sive educationem designet.

Legis illius quam Philo hic indicat, præter obscuritatem quacum enuntiatur, nulla hucusque mentio est apud leges Mosis, tales saltem quales datæ sunt nobis a Seldeno, *Uxor hebraica;* a Spencero, *De Legibus ritualibus Hebræorum;* a Michaele, *Mossaisches Recht* qui omnes locum hunc Philonis silentio prætermittunt. Evidenter referri debet ad tricesimum caput Numerorum, v. 7 : *Si* mulier *maritum habuerit, et voverit aliquid, et semel de ore ejus verbum egrediens animam ejus obligaverit juramento,* Vers. 8 : *Quo die audierit vir, et non contradixerit, voti rea erit reddetque quodcunque promiserat.*

Sic se habet lex Moysis cui Judaica traditio quam hic sequitur Philo quædam videtur addidisse quæ reprobat Christus cap. xv S. Matth. et VII S. Marci respiciens ad Corbanum quo designabatur donum Deo factum, cujus donatores Pharisæi solvebant non solum a legis naturalis obligationibus, verum etiam a præceptis Decalogi : « Honorabis tuum patrem et tuam matrem, » immunes eos facientes ab omni officio erga parentes.

Patet ex verbis Philonis vel minima dubii voti enuntiatione Deo facta, voventes spoliari immediate Deo consecrata, etsi absque conscientia essent loquuti. Τῶν αὐτοῦ κτημάτων ἕνα ἕκαστον κύριον εἶναι, μὴ θεόν γε ἐπιφημίσαντα αὐτοῖς · μηδ' ὡς τῷ θεῷ ταῦτα ἀνήσειν. Εἰ δὲ λόγῳ μόνον ὑποσχέσθαι προσπέσοι, ψαῦσαι καὶ θίγειν αὐτῶν οὐκ ἔξεστιν, ἀλλ' εὐθὺς ἁπάντων ἀποκέκλεῖσθαι · (μή μοι), lego μή τί γε τὰ τῶν θεῶν ἁρπάζειν, μηδ' ἀποσυλᾶν ἑτέρων ἀναθημάτων.

Ultima hæc spectant ad deprædationes in deorum templis apud ethnicos actas.

Col. 604 C 11. *Ποῖ δὴ πρὸς τοῦ θεοῦ, ἡμῖν τὰ βουζύγια ἐκεῖνα.* Quid dicere voluit Philo per vocem βουζύγια? voluitne designare jugum quo premebantur Judæi ob multiplicitatem legum? Indaganti mihi hæc occurrerunt :

Etymologicum magnum, p. 206 : Βουζύγια γένος τι Ἀθήνησιν ἱερωσύνην ἔχον. Βουζύγης γάρ τις τῶν ἡρώων, πρῶτος βοῦς ζεύξας τὴν γῆν ἤροσεν, ἀφ' οὗ γένος βούζυγια.

Plutarchus, *Præcepta conjug.*, p. 144 : Ἀθηναῖοι τρεῖς ἱεροὺς ἄρότους ἄγουσι, πρῶτον ἐπὶ Σκίρῳ, τοῦ παλαιοτάτου τῶν σπόρων ὑπόμνημα, δεύτερον ἐν τῇ Ῥαρίᾳ · τρίτον ὑπὸ Πέλιν, τὸν καλούμενον Βουζύγιον, t. VI, p. 544, ed. Reiske.

Eupolis ab Aristide citatus, *Adv. Platonem*, t. II, p. 130 ed. Jebb., ait Periclem ex hac stirpe ortum. Videtur allusisse Philo τοῖς Βουζυγίοις Athenarum. Vide Schol.

Ibid. D 2. Hanc Judæorum legem citat Porphyrius in tractatu *De abstinentia*, l. IV, cap. 14, pag. 344 ed. Roher.

Ibid. 6. Ἀραὶ κατά τ' ἐξωλείας. Emendo verba κατά τε ἐξωλείας, quæ sunt omnino vitiosa, siquidem particula τε nunquam poni debetur nomen inter et præpositionem. Quoad hanc locutionem ἀρὰ κατ' ἐξωλείας mutuata est ab oratoribus.

Demosth. p. 642, 15 :

Διομεῖται κατ' ἐξωλείας αὐτοῦ καὶ τοῦ γένους καὶ τῆς οἰκίας.

P. 553, 17 :

Ὄμνυε κατ' ἐξωλείας.

P. 1305, 12 :

Κατ' ἐξωλείας ἐπιορκεῖ.

P. 1204, 11 :

Ἐπαρασάμενον αὐτῷ ἐξωλειαν.

Col. 605 B 5. Τις 466; mox προσεπευφημῆσαι idem.

Ibid. 15. Ὅτινα 467.

Ibid. 11. Philo hic Moysi attribuit synagogarum institutionem quæ referenda est ad tempus Esdræ vel reditus Judæorum post captivitatem Babylonicam. Merus est anachronismus : an ex voluntate fuerit an ex imprudentia, id me fugit.

Ibid. C 1. Loco κινεῖς lego κοινωνεῖς.

Col. 608 A 7. Formula Ὡς ἀληθῶς, qua emphatice adverbium effertur, non nisi incomplete explicata fuit a grammaticis Vid. Vigerum, *Idiotismi*, cap. 8, sect. 10, § 9.

Col. 612 C 1. Τῆς... ὑποτίμησιν 465, 466, 468.

Col. 616 B 13. Τοῦτον... θεραπευτέον 466, 467, 468.

Col 621 B 1. Dio Chrysost. in *Sermone Rhodiaco*, pag. 344 : Τὸν Ὀλυμπιάσι στέφανον ἵστε δήπουθεν ἐλαΐνων ὄντα, καὶ τοῦτον πολλοὶ προτετιμήκασι τοῦ ζῆν · οὐχὶ τῆς ἐκεῖ φυομένης ἐλαίας ἐχούσης τι θαυμαστὸν, ἀλλ' ὅτι, μὴ ῥᾳδίως, μηδ' ἐπὶ μικρῷ δίδοται. « Profecto non vos latet ludorum Olympicorum coronam textam esse ex olea, eam tamen non pauci pluris faciunt quam vitam; non quod mirum quid sit oleaster, sed quia non nisi difficultate multa multisque sudoribus comparatur. »

Attamen religiosam virtutem oleastro Olympico (κοτίνῳ) tributam ignoravit Dio. Ecce quæ referuntur a Phlegone in fragmento *Olympiacorum Chronicorum* quod edidit Meursius, tom. VII Operum, p. 130 :

« Olympiade sexta, Elæi Iphitum regem miserunt ad deum ut ab eo discerent an coronas daturi essent victoribus.

Ἴφιτε, μήλειον καρπὸν μὴ θῆς ἐπὶ νίκῃ
Ἀλλὰ τὸν ἄγριον ἀμφιθέει καρπώδη ἐλαιῶν,
Ὅς τῶν ἀμφέχεται δεπτοῖσιν ὑφάσμασ' Ἀφ[ύκης. »

Statim igitur ut Olympiam rediit, cum plures essent in sacro circuitu capreoli, unum aspexit quem

Digitized by Google

ndequaque tegebant arancarum telæ; parietem circumædificavit; et texta fuit illius ramis corona victoris. Daicles Messena oriundus primus hac corona donatus est, in septima Olympiade.

Juxta traditionem alteram, quam amplexus est Pindarus in tertio hymno, olea qua coronantur Olympionicæ allata est ab Hercule ex locis ubi originem habet Danubius, cum hos instituit ludos:

Αἰτωλὸς ἀνὴρ ὑψόθεν
Ἀμφὶ κόμαισι βάλλει γλαυκόχροα κόσμον ἐλαίας,
[τάν ποτε
Ἴστρου ἀπὸ σκιαρᾶν παγᾶν ἔνεικεν
Ἀμφιτρυωνιάδας.
Μνᾶμα τῶν Ὀλυμπίᾳ κάλλιστον ἀέθλων.

Hanc coronam Indibrio habuisse videtur Aristophanes, qui in *Pluto* (v. 581), inducit Paupertatem hæc loquentem:

Ὁ Ζεὺς δήπου κέκτηται, καὶ τοῦτ' ἤδη ϛαεπρῶς
[σε διδάξω.
Εἰ γὰρ ἐπλούτει, πῶς ἂν ποιῶν τὸν Ὀλυμπικὸν
[αὐτὸς ἀγῶνα,
ἵνα τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας ἀεὶ δι' ἔτους πέμ-
[πτου ξυναγείρει,
ἀνεκήρυττεν τῶν ἀθλητῶν τοὺς νικῶντας στεφα-
[νῶσαι
ποτίνου στεφάνῳ;

Herodotus, lib. VIII, cap. 26, refert « transfugas Xerxi quid facerent Græci interroganti respondisse, eos Olympiæ celebrare ludos. Cumque ab eis percontaretur de præmio pro quo decertarent: Pro corona ex oleastro, dixerunt isti. Quales viri, retulit tunc unus astantium bellatorum, qui non pro divitiis, sed pro honore (ἀρετῇ) pugnant! »

Col. 621 B 1. Corona ex apio in ludis Isthmicis dabatur. Diod. Siculus, l. XVI, cap. 79, p. 142, t. II editionis Wesselingi: « Conclamantibus copiis proficiendum esse adversus Barbaros, forte occurrerunt Timoleoni jumenta onusta apio pro lectis conficiendis; dixitque se hoc accipere præsagium victoriæ; corona enim Isthmica texta est ex apio. » Postea e pinu hanc texuerunt, ait scholiastes Nicandri ad versum 605 *Alexipharmaci*: et in hoc cum Eliano concordat, *De natura animantium*, l. VI, 1.

Cæterum hanc esse coronam ludorum Nemeenum nemini fas negare, et dummodo ad aliquem pertineret, parum intererat Josephi cujus esset.

Archias poeta sic in unum coegit quatuor Græciæ ludos in primo *Anthologiæ* epigrammate:

τέσσαρές εἰσιν Ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα· τέσσαρες
[ἵπποι·
Οἱ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο δ' ἀθανάτων
ἠνὸς, Ἀητοΐδαο, Παλαίμονος, Ἀρχεμόροιο·
Ἄθλα δὲ τῶν, Κότινος, Μῆλα, Σέλινα, Πίτυς.

Vide Pausaniam, in *Arcadicis*, c. 48.

Ibid. 2. Ἀνακήρυξις. Est vox propria qua ludorum victor designatur: et id comprobatur ex eo citato Aristophanis in *Pluto*:

ἀνεκήρυττεν τῶν ἀθλητῶν τοὺς νικῶντας στε-
[φανώσας
ποτίνου στεφάνῳ.

Ibid. C 8. Ἀμέλει. Hanc interpretatus sum connectionem per *causam qua fit ut*; quam difficillime vertuntur de alia lingua in aliam verba quibus ansam mittitur idearum series. Doctissimus Coray in op. 31 *Vitæ Pompeii* extenso modo disseruit de usu hujus vocis in sermone; altera suppeditabo exempla: Plato in *Phædone*: « Nonne inter impios et acerbitreis numerabimus eos omnes qui tyrannides, injustitias, deprædationes anteposuerunt? vel in quæ alia animantia transmigrasse eorum animas dicemus? Ἀμέλει εἰς τὰ τοιαῦτα. Propter eamdem causam in arrunces corpora. » Lucianus, in *Nigrino*, 26: Docebat virum profitentem a se divitias contemni, media quibus comparantur despicere debere. Ἀμέλει καὶ πράττων ταῦτα διετέλει, « Quamobrem paupertatis cultui semper deditus est. »

In vitarum auctione, 7: Ἦν θυρωρεῖν αὐτὸν ἐπιστήσῃς, πολὺ πιστοτέρᾳ χρήσῃ τῶν κυνῶν. Ἀμέλει κύων αὐτῷ καὶ τοὔνομα, « Idcirco canis vocatur. »

Col. 624 C 2. De confusione epocharum cui ortum dedit error de Eleazaro et Aristobulo, vide Dahne in citato jam opere, tom. II, pag. 79.

Col. 625 A 4. Ὑποδειχθέντων 468.

Col. 628 A 14. Ἐξ pro διὰ 465, 466, 467.

Ibid. C 14. Ἱερὸς 466, 467.

Col. 629 A 2. Περιέῤῥαξαν 467.

Ibid. 4. Νομικῶς 468.

Col. 633 A 12. Hanc absurdam opinionem impugnavit Aristoteles in tractatu *De generatione animal.*, l. III, c. 6; eam rursus emisit Elianus, l. II, c. 55, *De natura animant.*: Ὁ γαλεὸς ὠδίνει διὰ τοῦ στόματος ἐν τῇ θαλάττῃ. De hoc tamen dubitat in eodem libro IX, 65: Οὐ στόματι τίκτειν τὸν γαλεὸν ἔνιοι λέγουσιν, ἀλλὰ δείσαντά τι τὰ σκυλάκια καταπίνειν καὶ ἀποκρύπτειν, εἶτα ζῶντα αὖθις ἀνιέναι. « Quidam auctores contendunt falsam esse opinionem asserentium mustelam per os generare; agnoscunt solum os illius catuli refugium præbere conterritis, quo absconduntur, donec revomantur vivi. »

Eadem opinione falsa imbuti nulla de causa odissent mustelam quam existimabant animal immundum quilibet initiati mysteriis Eleusinis, ut ait idem Elianus capite supra laudato: Esca istius generis, aiebant, immunda, cum per os generet mustela.

Ibid. B 5. Ἐπαλγέσιν περιβάλλει 467.

Col. 636 B 10. Lego προφυλάξαι loco παραχαλέσαι. Vox φυσικῶς quam perperam vertit per *Wie es recht ist* Gfrörerus qui totam hanc citationem interpretatus est in secundo volumine *Urchristenthum*, p. 104, hanc emendationem legitimam facit. Evidens est enim hic agi de sensu naturali, a sensu metaphorico prorsus alieno. Suam igitur acceptionem propriam retinet vox φυσικῶς, et in facienda mutatione intacta debet remanere. Legitur inferius in eodem sensu, φυσικὰς διαθέσεις.

Col. 637 A 6. Valckenaerus moriens reliquit dissertationem *in Aristobulum Judæum Alexandriæ*: in hac dissertatione quam magni faciunt, quæque typis mandata est curante Luzaco, ejus successore et alumno, Lugduni Batav. anno 1806, sic pag. 69 locum hunc annotavit: « Hi νοοῦντες, pulchre intelligentes, opponuntur τοῖς μὴ μετέχουσι δυνάμεως καὶ συνέσεως, ἀλλὰ τῷ γραπτῷ μόνον προκειμένοις, illis qui non sunt participes intelligentiæ valentis (durissima quævis perrumpere), sed qui adhærent tenaciter verbis scriptis quibus οὐ φαίνεται μεγαλεῖόν τι διασαφῶν, nihil magnificum narrare videtur Moyses. » Juxta me, solum hic agitur de sensu figurato a sensu litterali remoto. Tamen non in hoc omnis hujus phrasis sensus circumscribendus; existimo asserere adhuc voluisse Aristobulum magnas philosophorum speculationes nobilesque poetarum conceptiones esse sumptas a Moyse: magis quam temeraria hæc opinio est, sed vigebat apud primos Christianos et Eusebium acerrimum habuit propugnatorem.

Origenes *Contra Celsum*, l. IV, 12:

« Satis sit observare Moysen aliosque prophetas, utpote antiquiores scriptoribus Græcis, nequivisse ab iis mutuari quæ scripserunt de conflagratione orbis; sed si ad temporum ordinem spectamus, fas erit dicere hos posteriores, quocumque modo auditis prophetiis, quibusdam fretos periodis, similes eventus supposuisse. »

Ibid. 9. Ἀφορμὰς ἐληφότες. Valckenaerus pag. 65 ejusdem dissertationis multis annotavit verbis hanc constructionem ἀφορμὰς διδόναι, λαμβάνειν, ad præbendam sumendumve scripti materiem; non

Digitized by Google

pauca attulit exempla probatorum auctorum pro hac corroboranda locutione.

Col. 637 B 9. Ἀποστελῶ, φησὶν ὁ Κύριος, κ. τ. λ. Animadvertit Valckenaerus longe discrepare apud Septuaginta hanc lectionem, Exod. III, 20. In quibus legitur : Καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρά μου πατάξω τοὺς Αἰγυπτίους. Vox ἀποστελῶ, ait, equidem minus ab Hebraico sermone discrepat, sed sæpius Septuaginta hoc vertunt verbum per ἐκτείνειν.

Ibid. C 3. Propter inobservatam peculiarem significationem vocis χεῖρ, *exercitum* hic notantis, cujus tamen significationis multa occurrunt exempla apud historicos Græcos, accidit ut pravam emendationem vel temerariam interpretationem acceperit in *Philocteto* Sophoclis, 320 edit. Bothe, aliorum 325 :

Θυμῷ γένοιτο χεῖρα πληρῶσαί ποτε
Ἴν' αἱ Μυκῆναι γροῖεν, ἢ Σπάρτη θ' ὅτι
Χ' ἡ Σκῦρος ἀνδρῶν ἀλκίμων μήτηρ ἔφυ.

Quod significat : « Det mihi cœlum, meo inserviens odio, comparare olim posse exercitum, ut suo detrimento discant Mycenæ et Sparta et apud Scyrum nasci strenuos bellatores. » Quem locum adulteravit Brunkius, nominum casus mutando : Θυμὸν γένοιτο χειρὶ πληρῶσαι. Θυμὸν πληρῶσαι, *ad suum desiderium adimplendum*, optima est locutio Græca, sed χειρί, vox declarativa, pleonasmum hic efficit aut aliquid male sonans : aliunde non sic habent manuscripti qui omnes concordant. Porsonius tamen hanc approbat emendationem, in Appendice ad Toupii *Emend. in Suidam*, pag. 471. Contra Bothe vituperando contra eum insurgit legitque Θυμοῦ χεῖρα per catachresim : *Manus odii* pro *odio*. Pauca, nisi fallor, istius modi catachresis sunt exempla : arridet mihi magis communis metaphora vocis χεῖρ pro *exercitu* sumptæ : quod spectat ad πληρῶσαι, *parare, legere exercitum*, vox est propria qua designari possunt exercitus tum terrestres, tum navales, et innumeris confirmatur exemplis.

Col. 640 A 13. Verba εἰ μὴ ... προσείη desunt in 466

Ibid. B 12. Valckenaerus *in Aristobulum*, pag. 72, comparationem instituit hujusmodi cum locis a Clemente Alexandrino (*Strom.* VI, p. 755-56), tacito auctoris nomine, allatis, quæ verbotenus eadem sunt; unde concludit restitui posse vero auctori quamplurima quæ leguntur in Stromatista, si totum haberemus opus Aristobuli vel longiores citationes. Hoc probatur accuratum fuisse Eusebium in suis citationibus.

Eumdem Dei descensum in montem Sinaï non aliter interpretatus est Origenes, *Contra Celsum*, lib. IV, cap. 12 :

« Si verba prophetæ exhibent nobis descendentem Deum, cum et ipse dicat : *Nonne cœlum et terram ego impleo* (*Jer.* XXIII, 24)? hoc per figuram dicitur. E propria sua sublimitate et altitudine descendit Deus, cum vel in mininis quæ ad hominem spectant curam agit. Et quemadmodum loquendi consuetudo suscepit ut diceretur magistros ad parvulorum, sapientes aut qui profecerunt ad adolescentum recens ad philosophiam adductorum captum, descendere, nec tamen hic descensus de corpore accipitur; ita sicubi in divinis Scripturis dicitur Deus *descendere*, hæc vox, ut et *ascendere*, ex vulgari sermonis consuetudine intelligenda est. »

Rursum lib. VI, cap. 64 : « Quod si quædam verba motum Deo ascribunt, ut istud : *Audierunt vocem Domini Dei deambulantis in paradiso sub vesperam* (*Gen.* III, 8), hæc sic accipienda sunt quasi qui peccaverant, Deum moveri existimassent : aut in eamdem sententiam intelligenda atque somnus allegorice dictus, ira, aut aliud simile. »

Ibid. C 4. *Τὸ δὲ ἕτερον τῶν ἐν ἕξει τάγμα.* Quæ exsistit inter τὸ ἔν ἕξει τάγμα et πληθὺς oppositio firmat sensum quem et ipse dedi, quique nullibi indicatur : de illo nequaquam dubito, etsi Vigerus longe aliter verterit, et textu Græco minime roboretur ejus versio : *Quorum mens esset virtutum constantior.* Adduci in dubium potest accuratio versionis meæ, sed de infidelitate versionis Vigerianæ non potest non dubitari.

Ibid. 7. mss. 465 et 466 om. verba ταύτης μὴ ἠφίει.

Καὶ μνήμης ἀλήστου τούτους ἠξίωσαν.

Nonnisi ægre fero hanc Ionicam formam adjectivi ἄλαστος quam frequentissime usitati in Attico idiomate, tum hic tum pag. 384, A 10, Τῶν πεπονθότων ἀλήστους συμφοράς.

Euripides *Troad.*, 1222 :

Οἴμοι δῆτα τῶν ἀλάστων κακῶν!

Etymol. magnum, p. 57, *In voce* : Ἄλαστον· πάθος ἄλαστον καὶ ἄλαστα κακά, ἀνεπίληστά τινα ὄντα.

Tandem præclara emendatio Porsonii in epistola Anaximenis in Diogene Laertio, II, 5 :

Οἱ δὲ Ἀλαιέος παῖδες ἄλαστα κακὰ ἔρδουσι.

Legitur in textu ἄλλοις τὰ κακά, Valckenaerus infeliciter tentaverat hujus vocis emendationem, in Herodotum, I. III, 139.

In nota versus 44 *Medeæ* correctio legitur Porsonii Sophocles, *OEdip. Colon.*, vers. 538, ἔπαθον ἄλαστ' ἔχειν.

Idem, *ibidem*, vers. 1671 :

Ἔστιν νῶιν δὴ πατρὸς ἔμφυτον
Ἄλαστον αἷμα δυσμόρων στενάζειν.

Legendum igitur foret μνήνης ἀλάστου et ἀλάστας συμφοράς.

Ibid. C 9. *Δείγματος αὐτὸ μόνον ἕνεκα.* Αὐτὸ μόνον *unice* designat, *simpliciter : sola fine ut ostendatur.* Lucianus, in *Somnio*, 9 : Οὐδὲν ὅτι μὴ ἐργάτης ἔσῃ, οὔτε φίλοις ἐπιδικάσιμος, οὔτε ἐχθροῖς φοβερὸς, οὔτε τοῖς πολίταις ζηλωτὸς, ἀλλὰ αὐτὸ μόνον ἐργάτης, quod non absimilem ideam affert κ. οὐδέν ὅτι μὴ ἐργάτης, quod legitur superius.

Hesych. ad vocem πεσσά : Ἐν τῇ πεττείᾳ αὐτὸ μόνον ψῆφους μετακινοῦσι. « Lusores movent tantum aleas (nec jaciunt). »

Eusebius, *Demonstr. evang.*, lib. III, pag. 83 Roberti Steph. : Αὐτὸ μόνον τὸ θῦσαι, nil aliud facere quam immolare.

Hujus mihi suppeditavit notæ partem Abresch, *Dilucidat. Thucydideæ*, I. I, 57. Sumpta duo exempla e Judæo Philone addam pertinentia ad tractatum *De vita contemplativa*, Parisiis, 896, 479 edit. Mangey : Τὰς προμετωπιδίους αὐτὸ μόνον ἐξ ἄκρου εἰς ἐπανίσωσιν καὶ γραμμῆς κυκλωτέρους ἐχρώμενοι σχῆμα.

Pag. 898, 480, edit. Mangey : Οὐκ ἀνδρῶν ἐπὶ γυναιξὶν ἐπιμανέντων, ἢ γυναικῶν ἀνδράσιν αὐτὸ μόνον (ἐπιτελοῦνται γὰρ αἱ ἐπιθυμίαι αὗται νόμῳ φύσεως), ἀλλὰ ἀνδρῶν ἄρσεσιν, ἡλικίᾳ μόνον διαφέρουσι.

Alia ejusdem auctoris citare possem.

Col. 641 A 5. Quoad verbum ἀλείφω sumptum ad *excitandum, impellendum*, προτρέπειν, παρασκευάζεσθαι, locutio hæc sumitur ex usibus stadii quo athletæ antequam luctamen inirent ungebant se oleo; frequenter hac metaphora utitur Philo.

In suo tractatu *De fugitivis*, pag. 454, 549 edit. Mangey : Μὴ αὐστηρόν τε καὶ μονωτικὸν βίον ἐπιτηδεύσῃς· ἀνερεθίσεις γὰρ τὸν ἀντίπαλον καὶ βαρύτερον ἐχθρὸν ἀλείψεις κατὰ σεαυτοῦ. In primo tractatu *De legibus specialibus*, pag. 780, 365 edit. Mangey : Ἅ ἐκμυσαξάμενος ὁ Περώτατος Μωυσῆς ὡς ἀλλότρια καὶ ἐχθρὰ πολιτείας ἀνεπιλήπτου καὶ προτρέποντα καὶ ἀλείφοντα πρὸς τὰ αἴσχιστα τῶν ἐπιτηδευμάτων, ἀνὰ κράτος ἀπείπεν ἀδελφῇ συνοικεῖσθαι.

Pag. 782, 306 edit. Mangey : Ὁ παιδαγωγὸς τῶν νέους ὠραΐζων, καὶ τὸ τῆς ἀκμῆς ἄνθος ἐκθαλπόμενος (ὃ πρὸς ἀλκὴν καὶ ῥώμην ἀλείφειν ἁρμόττον ἦν),

Digitized by Google

κοῦ τρόπον γεωργοῦ, τὰς μὲν βαθυγείους καὶ εὐκάρπους ἀρούρας χερσεύειν ἐᾷ, κ. τ. λ.

Pag. 784, 308 edit. Mangey : Ἡ πόρνη παραβρίπτουσα αὑτὴν τοῖς ἐπιτυχοῦσι, τὴν δὲ ὥραν ὥσπερ τι ὤνιον ἐπ' ἀγορᾶς πιπράσκουσα, ἐπὶ μὲν θήρᾳ τῶν νέων ἕκαστα καὶ λέγει καὶ πράττει· τοὺς δ' ἐραστὰς ἀλείφει κατ' ἀλλήλων, αἴσχιστον ἄθλον αὑτὴν προτιθεῖσα τοῖς τὸ πλέον εἰσενεγκοῦσι.

Hi elocutionis modi non paucos habuerunt imitatores apud scriptores ecclesiasticos ; S. Chrysost. in ultimo capite secundæ S. Pauli Epist. ad Corinth. sic habet : Τὴν ῥαθυμίαν ἐκκόπτει πᾶσαν ἡ θλῖψις καὶ πρὸς ὑπομονὴν ἀλείφει. Eamdem ideam fereque iisdem verbis exhibet denuo in sermone nono Epist. ad Romanos.

S. Greg. Naz. serm. *in Machab.*, pag. 294, de matre illorum loquens : Τί οὐ λέγουσα ; τί οὐ πράττουσα τῶν πρὸς νίκην ἐπαλειφόντων ;

Procopius Gazæ *in Isaiam*, c. xxvi, pag. 335 edit. Curterii : Τούτους ἐπαλείφων τὸ τοῦ Θεοῦ πρόσωπον ἐπεισάγεται λέγων· Εἴσελθε εἰς τὰ ταμεῖά σου.

S. Joan. Damasc., lib. iv, cap. 17, *De fide orthodoxa* : Τὰ τῶν ἁγίων ἀνδρῶν ἀνδραγαθήματα ἐπαλείφοντα ἡμᾶς πρὸς ἀνδρείαν καὶ ζῆλον καὶ μίμησιν τῆς αὐτῶν ἀρετῆς, καὶ δόξαν Θεοῦ.

Col. 641 A 5. Mirum institutionem Esseniorum, cujus in Pentateucho nullum reperitur vestigium, a Philone referri ad Moysen : verum est, juxta Plinium in citatione quæ modo sub oculis ponetur, eos a multis exsistere sæculis Theophrastemque, quem citat Porphyrius, *De abstinentia*, lib. ii, cap. 26, complecti eos ab communi denominatione Judæorum ; quod enim dicit de iis solum intelligi potest, nimirum : « Abstinere eos ab esu victimarum, qua urunt per noctem, e hoc videat sol (πανόπτης). » Potest igitur existimari, eorum exsistentiam, ut innotesceret paganis, procha tam veteri quam illa qua vivebat Theophrastus, ad multos ante Christum annos esse referendam. — Quæstum est qua ratione factum fuerit apocolos de iis omnino siluisse ; mihi haud difficilis responsio videtur : Essenii apud Judæos, ut monachi apud Christianos, classem efficiunt mere singularem ab aliis distinctam quæ præceptis generalibus quibus obligantur Christiani praxes quasdam pias superaddit quibus se subjicere tenentur pauci ; quæ ne, si nimium proficeret, conturbaret societatem. Christus huic generi hominum attendebat cum loqueretur de iis qui ut cœlum lucrarentur, fiebant eunuchi. Sed jaciendo Christianismi fundamenta ad quem vocantur omnes, non nobis potuit imponere has mere singulares et excentricas praxes quæ ipsæ se robusto diversarum religionum trunco inserunt. Philo decem millia recenset, μυρίους· vanus hic numerus admodum.

Plinius, lib. v *Natur. histor.*, c. 17, paucis verbis hanc Esseniorum exsistentiam describit, quorum ætas genus huic assimilandum est quod ducitur in præsentiorum ætatum monasteriis : « Gens sola et in toto orbe præter cæteras mira, sine ulla femina, omni venere abdicata, sine pecunia, socia palmarum, in diem ex æquo convenarum turba renascitur, large frequentantibus quos vita fessos ad mores eorum fortunæ fluctus agitat. Ita per sæculorum millia (incredibile dictu) gens æterna est in qua nemo nascitur. »

Ibid. 9. cod. 466 omittit ὁμίλους.

Ibid. C 4. Pro ἢ scripsi καί· falso enim asserebar minus prodesse corpori gymnasticam artem quam sedentarii labores cœnobitarum : mens sana in corpore sano auctori nostro contrarium dicere.

Ibid. D 5. Ἀῤῥωστίαν 465, 466, pro νόσον ; 468, ἀῤῥωστίαν ψυχῆς καὶ σ. ἐκτ.

Col. 644 A 2. Ἔθελήση 468.

Ibid. 10. Προνοίας 467.

Ibid. B 9. Ἐκλαλεῖ 465.

Ibid. 13. Ἀδιυθε γεγονώς 468.

Ibid. D 3. Ἡ ἐν Παλαιστίνῃ Συρία non legitur in Philonis tractatu *Περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον*, pag. 876 edit. Paris. ; 457 edit. Mangey, Ἡ Παλαιστίνη καὶ Συρία.

Ibid. 4. *Οὐκ ἄγονος*. Textus Philonis habet Οὐκ ἄμοιρος, *virtutem participans*.

Col. 645 A 10. *Προσβολὴ ἀνίατος*. Hæc vox in eodem sensu a Plutarcho usurpatur. Καὶ τῇ προσβολῇ τὰ τοιαῦτα καταβάσκεσθαι πάθη τοὺς ἀνθρώπους οἴονται. Vid. tom. VIII, pag. 666 ed. Reiske. Idem Plutarchus, tom. VI, pag. 157 edit. Reiske : Ἡ προσβολὴ δεισιδαιμονίας. Ibidem, pag. 494 : Αἱ ἀνώμαλοι προσβολαὶ καὶ διαπτάσεις τοῦ πνεύματος. Ibid., pag. 64 : Τῷ δεισιδαίμονι ἀῤῥωστία πᾶσα καὶ πληγαὶ Θεοῦ καὶ προσβολαὶ δαίμονος λέγονται.

Ibid. B 12. *Ἀποδιοπομπούμενοι*. Hujus vocis sensum docte exposuerunt Ruhnkenius, ad *Timæi* glossas, pag. 40, et Wyttenbach, ad Plutarchum. *De discrimine adulatoris et amici*, pag. 543. — Inferius hoc verbum reperitur in fragmento Philonis *De providentia*, pag. 394.

Col. 649 C 3. Hic liber inter opera Philonis inscribitur *De cosmogonia Mosis*.

Col. 652 B 2. Τοῦ μὲν γὰρ γεγονότος ἐπιμελεῖσθαι τὸν πατέρα καὶ ποιητὴν αἱρεῖ λόγος. Hæc formula αἱρεῖ λόγος ad significandum *ratio ineluctabiliter probat*, ab amanuensibus non intellecta, in mss. sæpe deformatur.

Euripides in *Phœnissis*, v. 514 :

Πᾶν γὰρ ἐξαιρεῖ λόγος
Ὅ καὶ σίδηρος πολεμίων δράσειεν ἄν.

Legere vellem Ὅ κ' οὐ σίδηρος πολεμίων δράσειεν ἄν, nisi ut in Plutarcho legimus citatus esset hic versus, *Vita Pyrrhi*, § 14 ; Themist., *Or.* ii, 37 ; *Or.* xvi, p. 207.

Eschinius, *contra Ctesiphontem*, pag. 447 edit. Reiske : Ἐπινεύσας ἀληθὲς εἶναι ὅτι ἂν αὐτὸς ὁ λογισμὸς αἱρῇ.

Plutarchus, *contra Stoicos*, § 24, p. 33, tom. XIV edit. Hutten, tom. X, p. 414, ed. Reiske : Ὅ πολλάκις αἱρεῖ λόγος ἀντὶ τοῦ μὴ ἀγαθοῦ προέσθαι.

Polyb., lib. vi, 5 : Ὅταν διὰ κατακλυσμοὺς φθορὰ γένηται τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους, οἷας ἤδη γεγονέναι παρειλήφαμεν, καὶ πάλιν πολλάκις ἔσεσθαι ὁ λόγος αἱρεῖ.

Justinus Martyr 1 *Apol.*, § 4 · Ὑμέτερον δὲ, ὡς αἱρεῖ λόγος, ἀκούοντας, ἀγαθοὺς εὐρίσκεσθαι κριτάς.

Apud Origenem, *contra Celsum*, lib. v, pag. 605 : Ὅρα εἰ μὴ ὁ λόγος αἱρεῖ μακρὰν μὲν χαίρειν εἰπεῖν τοῖς γεγραμμένοις.

Habet textus ἐρεῖ.

Idem, *ibid.*, lib. vii, pag. 697 :

Ὁ λόγος δὴ αἱρεῖ φαῦλ' ἅττα νομίζειν εἶναι τὰ τοιαῦτα.

Eusebius, *Præp. evang.*, lib. iii, c. 15 :

Τίσιν αἱρεῖ λόγος πείθεσθαι. In textu, ἐρεῖ.

Plato, ii *De legibus*, p. 580 Ficini, 663 H. Steph, ab Eusebio laudatus, *Præp evang.*, lib. xii, c. 31 :

Νομοθέτης δὲ οὗ τι καὶ σμικρὸν ὄφελος εἰ καὶ μὴ τοῦτο ἦν οὕτως ἔχον, ὡς καὶ νῦν αὐτὸ ῥηθὲν ὁ λόγος ἔχειν...

Vide Wyttenbach, ad Plutarch., *De sera Numinis vindicta*, p. 8, ad annotationes.

His denique exemplis sufficienter comprobantur usus et significatio hujus formulæ, necnon et justificantur emendationes quæ eam restituere.

Ibid. C 5. *Οὐκ ἀπὸ σκοποῦ τὴν γένεσιν ἀνέγραψεν αὐτοῦ, μᾶλλα σεμνῶς θεολογήσας* ; Usus hujus verbi ἀναγράφειν, *librum inscribere*, invenitur alibi apud Philonem, *Περὶ ἀποικίας*, p. 390 Paris., 438 M.

Παγκάλως ὁ ἱεροφάντης μίαν τῆς νομοθεσίας ὅλην ἱερὰν βίβλον, ἐξαγωγὴν ἀνέγραψεν, οἰκεῖον ὄνομα εὑράμενος τοῖς περιεχομένοις χρησμοῖς.

Digitized by Google

De vita Mosis, lib. III, p. 694 Paris., 177 M : Ἐν Ἀριστέων τοῖς γενναιοτάτοις ἀνεγράφησαν.

Col. 653 A 4. Loco ἐπικωμάζει, lege ἐπεισκωμάζει.

Ibid. C 5. Λογισμοῦ, 466, 467 et ita mss. 41 apud Mangey in Philone.

Ibid. 9. *Ἧς ὀπαδὸς ἀρετὴ καὶ φιλανθρωπία.* In nota erudita Vigerus e Thucydidis exemplis ostendit vocem ἀρετή ibi, sicut in auctore Attico, nihil aliud significare nisi bonitatem, amœnitatem.

Col. 656 B 9. *Κηραίνει γένος τὸ πλεῖστον ἀνθρώπων.* In comparatione dissimili sed cujus sensus est idem, hoc verbum adhibet Philo, in *Vita Mosis*, lib. III, p. 167 M, p. 684 Paris. : Ὀρχηστῶν ἐπιδείξεσι περὶ ἃς κηραίνουσι καὶ δυσθανατοῦσιν οἱ θεατρομανοῦντες.

Ibid. C 1. Ἐπιφανέντα δὲ ὑποστέλλει δευτερείοις ἄθλων ἀρκούμενα. Delectant Philonem metaphoræ a moribus athletorum sumptæ. Δευτερεῖα ἄθλων competitoribus dabantur qui haud absolute vicerant. In ludis ab oratore Lycurgo institutis in Neptuni honorem, tria etiam statuuntur præmia.

Plutarchus, in *Vitis decem oratorum*, tom. IX, pag. 348 : Τοῦ Ποσειδῶνος ἀγῶνα ποιεῖν ἐν Πειραιεῖ κυκλίων χορῶν οὐκ ἔλαττον τριῶν, τοῖς νικῶσι δίδοσθαι μὲν οὐκ ἔλαττον ἢ δέκα μνᾶς, τοῖς δὲ δευτέρους ὀκτὼ, ἓξ δὲ τοῖς τρίτοις κριθεῖσιν.

Hi sunt Philonis loci in quibus eadem adhibetur metaphora : *De monarchia*, initio, p. 813 Paris. ; 214 ed. Mangey : Καθάπερ αἴσθησις ὑποδιάκονος νοῦ γέγονε, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ οἱ αἰσθητοὶ (θεοὶ) πάντες ὑπηρέται τοῦ νοητοῦ συνέστησαν, ἀγαπήσαντες εἰ δευτερείων ἐφίξονται.

Ibidem, 816, 217 : Λογισμὸς ἀπὸ τῆς γῆς ἄνω μετέωρος ἀρθεὶς αἰθεροβατεῖ καὶ συμπεριπολῶν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ τῷ σύμπαντι οὐρανῷ, τάχει πάντα γλιχόμενος ἰδεῖν ἀμυδροτέραις χρῆται ταῖς προσβολαῖς, ἀκράτου καὶ πολλοῦ φέγγους ἐκχεομένου, ὡς τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα σκοτοδινιᾷν ταῖς μαρμαρυγαῖς. Ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο προχαμῶν ἀπαγορεύει, γνώμῃ δὲ ἀητεῖτῳ πρὸς τὴν ἐνδεχομένην θέαν ἴεται, καθάπερ ἐν ἄθλοις δευτερείων μεταποιούμενος, ἐπειδὴ τῶν πρώτων ἐσφάλη.

Περὶ τῆς ἀποικίας, p. 413 Paris. ; 461 ed. Mangey :

Ὅταν ἐπὶ τὸ δευτερεῖον ἅρμα τοῦ βασιλεύειν νοῦ δοκοῦντος ἀνέρχηται Φαραὼ, τὸν Αἰγυπτιακὸν πάλιν ἰδρύεται τύφον· ἀθλιώτερος δὲ ὁ νομιζόμενος ἐνδοξότερος εἶναι βασιλεὺς, ὃς τῷ προηγουμένῳ τῶν ἁρμάτων ἐποχεῖται· τὸ γὰρ ἐν μὴ καλοῖς διαπρέπειν, ἐπιφανέστατον αἶσχος, ὡς τὸ φέρεσθαι τὰ ἐν τούτοις δευτερεῖα, κουφότερον κακόν.

Herodianus, in *Vita Maximini*, de Carthagine, lib. VII :

Ἡ γοῦν πόλις ἐκείνη καὶ δυνάμει χρημάτων καὶ πλήθει τῶν κατοικούντων, καὶ μεγέθει μόνης Ῥώμης ἀπολείπεται, φιλονεικοῦσα πρὸς τὴν ἐν Αἰγύπτῳ Ἀλεξάνδρου πόλιν, περὶ δευτερείων.

Ibid. 14. Φορᾶς καί, 466, 467.

Col. 657 A 13. Καὶ ταῦτα παρευημερούμενον ὑπ' αὐτῶν ἀνθρώπων ὄντα. Phrasis structura notanda videtur inter eas pauciores equidem in quibus absolute construitur accusativum, id est independenter ab omni constructione.

Ibid. C 1. Τῶν ἐπ' εὐτυχίᾳ, 468.

Ibid 3. 467 om. γραφάς. 468 ἀνδριάργυρον pro ἄργυρον. Mox verba ἄσημον, ἐπίσημον desunt in 465, 466 et 467.

Ibid. 7. Ὑπηκόων... τέλει om. 465, 466, et mox in 465 desunt τῶν... ἀλογήσαντες.

Ibid. 11. Λιθογραφημέναι, 466.

Ibid. 13. Ἀπαμφιάσαντες, 465, 466.

Col. 660 A 4. Πεπειρωμένος, 468.

Ibid. 9. Τυφλοπλαστοῦσι, 466.

Ibid. 15. Καὶ ἀρρ. om. 467.

Ibid. B 5. Φθάσαι μὴ δυνηθέντες. Vox φθάσαι penetrare significat apud Gregorium Nazianzenum : Κἂν μέχρι τρίτου, κατὰ Παῦλον, οὐρανοῦ φθάσῃς.

Ibid. 12. Τῶν ἐν αὐτοῖς desunt 467.

Ibid. 14. Ἔτι, 466, 467.

Ibid. C 1. *Μηδὲν πώποτε τῶν εἰς χορισμὸν ἐπιτηδεύσαντες.* Sanctus Paulus, I ad Timotheum, c. VI, v. 5, 6 : Νομίζονται πορισμὸν εἶναι τὴν εὐσέβειαν. Ἔστι δὲ πορισμὸς μέγας ; ἡ εὐσέβεια μετ' αὐταρκείας.

Ibid. 7. Ἡμέλουν, 466, 467, 468.

Ibid. D 4. Πιέζεσθαι, 466, 467, voces καὶ ζῆν omittit 467.

Ibid. 5. Ταῖς γὰρ... φύσεως omittit 467.

Ibid. 7. *Ἔνθα φόροι τε λιμοί τε καὶ ἄλλων ἔθνεα καρῶν.* Lectionem codicis 468, καρῶν pro κηρῶν ponentis, secutus eam. Prævalere debuit Dorismus in versu quem Empedocli tribuit Synesius in principio sui tractatus Αἰγύπτιος ἢ περὶ προνοίας, ubi citatur hic versus cum variis lectionibus et cum accessione alterius versus :

Ἔνθα φόροι τε νόσοι τε καὶ ἄλλων ἔθνεα καρῶν
Ἄτης ἐν λειμῶνι κατὰ σκότον ἠλάσκουσι.

Col. 661 A 6. Non minus peccat phrasis structura quam historica narratio ; codices habent ἐπὶ pro ἐπί et πρόσθεν δέ pro πρόσθε. Priore rejecta lectione, posteriorem sequor : sejunctum χορηγὸς a voce ἐπῆντησε copulavi cum χείρων, loco cujus Vigerus in sua interpretatione posuisse videtur χειρῶν, propter difficultatem hujus comparativi absque correlatione in phrasis contextu : pro οἶδα ἔφην ἐμαυτόν, manuscriptus 466 legit οἶδα, ἔφη, κἀμαυτόν quod proposuit Vigerus et quod debet admitti.

Quoad vero historiam, in eo falsa est quod Polycrati tribuit visionem quam ejus habuerat filia (vide Herodotum, lib. III, 124), et eumdem Polycratem tradit occisum jussu magni regis, dum constat eum a solo Orœte satrapa fuisse crucifixum. Sed hic error circa personas philosophi argumentationi non nocet.

Col. 661. In textu omissum Dionysii nomen addere debui ; scriptores enim Siculi Polycratis non scripsere Vitam.

Ibid. C 14. Κελεύσας, 468 ; mox λαμπρότατον καὶ πολυτελὲς δεῖπνον 467.

Col. 664 A 13. Ἀρρωστήματα, 468 in marg. ; in textu, 465, 466.

Ibid. B 14. Κατακρημνισθῆναι, 466, 467.

Ibid. C 4. Φθηνάδι, 466, 467.

Ibid. 12. Belli sacri relationes, cum historia Macedoniæ regis Philippi conjunctissimæ, haud perfecto modo usque ad nos pervenerunt, siquidem hujus vel subsequentis temporis scriptores periere. Quorum Diodorus Siculus exiguum quidem servavit summarium in suæ *Bibliothecæ* lib. XVI, c. 23, ac in sequentibus. Hic quidem facta diverso modo narrantur. Attamen trium Phocidis ducum interitus, quamvis in eodem non fuerit tempore, ibi eodem modo, ac in Philone refertur. Post hæc mirandum videtur, quod Judæus scriptor crediderit Deo supremo ac unico perplacuisse ulcisci sacrilegia contra dæmones qui ipsius nomen usurpaverant.

Col. 665 B 11. Διοικητής, 467.

Ibid. C 10. De verbi ἀποδιοπομπεῖσθαι usu, vide not. ad col. 644 B 12 supra.

Ibid. 15. *Διὰ προμήθειαν ἀρετῆς.* Inversis casibus, lego διὰ προμηθείας ἀρετήν.

Ibid. D 1. Ὡς, 466, 467, pro ὁμοίως.

Ibid. 3. Ψυχῆς om. 466 ; ψυχίαν, 466.

Ibid. 4. Διαυγάζει, 466.

Ibid. 5. Ἐγκατελήπται, 466, 467.

Col. 668 B 1. *Τὰς οὖν τῶν στοιχείων εἰς ἄλληλα μεταβολὰς·* τὰς τῶν στοιχείων per *zodiaci constellationes* reddidi, sensu stricto phrasis innixus a innumeris fretus exemplis de hujus vocis significatione, quæ Henricus Valesius excerpsit in cap. 34 lib. III *Histor. eccles.* Eusebii, ubi expresse : « Græci signa zodiaci στοιχεῖα appellare solent. » In hujus

atina voci *elementum* convenit etiam hæc significatio. Hieronymus, in epist. ad Hedibiam quæstione quarta : « Omnis hebdomas in Sabbatum et in 1am, 2am, 3am, 4am, 5am, 6am, Sabbati dividitur quas ethnici idolorum et elementorum nominibus appellant. » Vide eumdem Valesium in *Histor.* Theodoreti. lib. v, cap. 39. Attamen in sua interpretatione Vigerus inconsulte posuit *elementorum* : ad quatuor enim elementa alludere videtur, et a Philonis sententia recedere. v. p. 396, ubi apparent rursus eadem vocabula Hanc voci στοιχεῖον significationem jam reddidi, lib. I, p. 28.

Præter auctores a Valesio *in Eusebium* citatos, volve etiam scriptores laudatos in adnotationibus *in Theophilum Antiochenum, ad Autolycum*, ex editione Christophori Wolf. Christianis scriptoribus propria esse videtur hæc locutio, non tamen : ex Philone et Diog. Laertio in *Vita Menedemi*.

Col. 668 C 3. Ἅλως. Halos. quam describit Aristoteles, *De mundo*, c. 4, p. 854 ed. Duval :

« Ἅλως μέν ἐστιν ἔμφασις λαμπρότητος ἄστρου περίαυγος· διαφέρει δὲ ἴριδος ὅτι ἡ μὲν ἶρις ἐξεναντίας φαίνεται ἡλίου τε καὶ σελήνης· ἡ δὲ ἅλως εὐκύκλω παντὸς ἄστρου.

« Halos est corolla radiosa astri resplendentis : abride differt quæ soli et lunæ oritur opposita, dum halos unumquodque circumfulget astrorum. »

Schol. Æschyli in versum 495 *Septem contra Thebas* : « Ἅλως ἐστὶ κυρίως ὅταν νέφη περὶ τὸν ἥλιον ἐκκαυθέντα λευκὰ φαίνεται, καὶ ὡς ἐν κύκλῳ τοῦ ἡλίου γένηται.

Ibid. 8. Πνεύματος 468.

Ibid. 12. Θέρους δὲ καταπνεῖσθαι contrarius sensus esse videtur : per æstivum enim tempus deambulantibus flare nequeunt auræ e porticibus ad austrum positis, sed bene vero a porticibus ad aquilonem conversis. Attamen Philo evidenter de porticibus ad austrum positis loquitur tantum, quæ ad horarum divisionem prosunt, ex umbra corporis in solum projecta : igitur θέρους καταπνεῖσθαι sunt auferenda. Verumtamen ex sequentibus Horatii versibus, lib. II, od. 15, deducitur fuisse porticus ad aquilonem conversas :

.....Nulla decempedis
Metata privatis opacam
Porticus excipiebat Arcton.

Ibid. 15. Τὰ ἡμέτερα μέτρα διασημαίνουσι ταῖς ὥραις 466.

Col. 669 A 4. Jam in remotissima antiquitate morem viguisse constat tempore belli signa per ignem et fumum transmittendi. In Æschyli *Agamemnone*, per hujusmodi signa Clytemnestræ nuntiatur Trojæ excidium. Ex hujus textus Æschyli explanatione ortum est commentarium Sallierii abbatis, quod invenitur in tomo XIII, p. 400, *Memor. Academiæ Inscriptionum*. Rollinus, in tomo VIII, p. 102, *Histor. antiq.*, hunc textum ex Polybio explicare suscepit. Vigerus vero remittit ad tractatum Jo. Lipsii, *De militia Romana*, lib 5, dial. 9 ; ad Lacerdam *in Æneidem* Virgilii, lib. II, v. 256 :

.....Flammas cum regia puppis
Extulerat....

Et lib. VI, v. 518. Alcidamus hujusmodi signorum Palamedi tribuit adinventionem ; Plinius vero, lib. VII, cap. 5, § 6, Sinoni : quod quidem his versibus canit Quintus. Calaber lib. XIII, v. 25 :

Δὴ τότ' ἄρ' αἰθαλόεντα Σίνων ἀνὰ πύρσον ἄειρεν
Δείκνὺς Ἀργείοισι πυρὸς σέλας.....

Per diem copiarum motus fumo annuntiari indicat Titus Livius, lib. IV, cap. 27 : « Inde fumo, ut convenerat, datum signum. »

Vegetius, *De re militari*, lib. II, 7 ; lib. III, 1 : « Per noctem flammis, per diem fumo significant sociis. »

Quintus Curt., lib. V, 2, 7 : « Observabatur ignis nocte, fumus interdiu. »

Ibid. C 13. Ὡς ἂν deest 465, 466, 467 ; inox δεινός 465, 466 ; εἶναι 466, 467 pro εἰπεῖν.

Col. 672 A 11. Ῥώμης 468.

Ibid. B 9. Ἰατρικῶν 465, 466, 467.

Ibid. C 5. Ὑστρικας 465, 466, 467, 468.

Ibid. D 1. Ὀλκήν 466, 467 ; ὁλκόν 468.

Ibid 3. Πάθος, 466.

Col. 673 A 8. Γίνεται 468 ; τῆς ἐκχειρίας ἐντυφᾷ 467, 468.

Ibid B 2. Ἐπιφοιτώντων 466.

Ibid. B 5. Hæc ad nonum cantum *Odysseos* alludunt, in quo cyclopum regio fabulosa describitur quæ sine semine ad victum necessaria ferebat, vers. 108 :

Οὔτε φυτεύονσι χερσὶ φυτὸν, οὐτ' ἀρόωσιν·
Ἀλλὰ τάγ' ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται.

Nomadas solum vel pastores his versibus depingere voluit.

Ibid. 7. Deest οὐ in tribus mss.

Ibid. C 1. *Ἡράκλειτος οὐκ ἀπὸ σκοποῦ φησιν, οὐ γῆ ξηρὴ, ψυχὴ σοφωτάτη καὶ ἀρίστη.* Hoc Heracliti dictum invenitur etiam in Porphyrii tractatu *De antro nympharum*, c. 11 ; sed cum quodam discrimine quod discussionem postulat : Αὐτός φησι Ἡράκλειτος ξηρὰ ψυχὴ σοφωτάτη.

Eam pluries invocat Plutarchus in *Vita Romuli*, § 28 : Αὐτὴ γὰρ ψυχὴ καὶ ξηρὰ ἀρίστη καθ' Ἡράκλειτον.

Αὐτή in αὖη mutavit Corayus, et equidem merito, sed putat servandum esse ξηρή. Wesseling, *Miscell. obs.*, tom. V, in tertia parte, p. 42, cujus fidem sequitur Heynius, *Opuscul.* t. III, p. 96, illud expungit utpote αὖη interpretativum : Corayus illud conservat Platonis exemplum sequens, *Leg.* VI, pag. 617 edit. Ficini 761 H Steph. : Ὕλην αὖην καὶ ξηράν.

Timæus, Lexicon, Platon : Αὖην καὶ ξηρὰν παραλλήλως εἶπεν· ἔστι ταυτόν.

Secundus locus ex Plutarcho est *De defectu oraculorum*, pag. 703, tom. VII ex editione Reiskii, in quo legitur αὐτὴ γὰρ ξηρὰ ψυχὴ καθ' Ἡράκλειτον. Certe decurtatus fuit iste locus, nisi referatur ad ea de quibus supra ; secundum Heraclitum hæc est mens sicca ; vel ut in prima oratione, § 6, *De esu carnium*, p. 140, tom. X Reisk., σοφωτάτη, ubi textus ille alteram expertus est corruptionem : Αὐγῇ ξηρῇ ψυχὴ σοφωτάτη. Hoc tamen αὐγὴ ξηρὴ ψυχὴ σοφωτάτη invenitur apud Galenum, tom. I, p. 346 ex editione Basil. : Ὅτι τὰ τῆς ψυχῆς πάθη τοῖς τοῦ σώματος κράσεσι παρέπεται, ubi satis evidenter confirmatur. Subsequitur iste locus :

Δυνήσονται λέγειν οἱ τὴν ψυχὴν εἶδος εἶναι τοῦ σώματος ἡγούμενοι, τὴν συμμετρίαν τῆς κράσεως οὐ τὴν ξηρότητα συνετωτέραν αὐτὴν ἐργάζεσθαι· καὶ ταύτῃ διαφωνήσουσι τοῖς ἡγουμένοις, ὅσῳ περ ἂν ἡ κρᾶσις γίνεται ξηροτέρα, τοσούτῳ καὶ τὴν ψυχὴν ἀποτελεῖσθαι ξυνετωτέραν. Ἀλλ' εἰ καὶ ξηρότητα ξυγχωρήσαιεν ἐναντίαν μὴ εἶναι συνέσεως· εἶγε μὴν ὑφ' Ἡρακλείτου ἠγμένοι· καὶ γὰρ οὗτος οὕτως εἶπεν· Αὐγὴ ξηρὴ, ψυχὴ σοφωτάτη. Τὴν ξηρότητα πάλιν ἀξιῶν εἶναι συνέσεως αἰτίαν (τὸ γὰρ τῆς αὐγῆς ὄνομα τοῦτ' ἐνδείκνυται)· καὶ βελτίονά γε δόξαν ταύτην εἶναι νομιστέον, ἐννοήσαντας καὶ τοὺς ἀστέρας αὐγοειδεῖς τε ἅμα καὶ ξηροὺς ὄντας, ἄκραν σύνεσιν ἔχειν.

« Qui vero existimant animam esse corporis formam, dicere poterunt eam, non siccitate, sed perfecta permistionis symetria, ad intelligendum aptiorem reddi : et in hoc omnino contradicent his qui putant eam esse eo intelligentiorem quo siccior invenitur hæc permistio : sed si concederent siccitatem aliquid conferre intellectui, sicut vult Heraclitus, dixit enim Heraclitus : αὐγὴ ξηρὴ, ψυχὴ σοφωτάτη, iterum siccitatem dicens intelligentiæ causam (siquidem eam per hanc vocem αὐγὴ designat), credibile foret hanc opinionem quidquam gloriæ habituram, siquidem putant ipsamet astra

Digitized by Google

fulgentia esse simul sicca, ac alta donari intelligentia. »

In hoc opinionum conflictu nobis tres proponuntur lectiones, scilicet : Οὗ γῆ ξηρὴ, ψυχὴ σοφωτάτη· — Αὕη ψυχὴ σοφωτάτη· — Αὐγὴ ψυχὴ σοφωτάτη. » Duo a Joan. Stobæo loci, unus quidem in oratione III Trincavelli sub Heracliti nomine : Ἀνὴρ ὁπόταν μεθυσθῇ ἄγεται ὑπὸ παιδὸς ἀνήβου, σφαλλόμενος, οὐκ ἐπαίων ὅκῃ βαίνει, ὑγρὴν τὴν ψυχὴν ἔχων· αὕη ψυχὴ σοφωτάτη καὶ ἀρίστη.

Alter vero in oratione XV sub nomine Musonii : Θεοῖς ἀρκεῖν τοὺς ἀπὸ γῆς καὶ ὕδατος ἀναφερομένους ἀτμοὺς, ἡμᾶς δὲ ὁμοιοτάτην ταύτῃ προσφέρεσθαι τροφὴν ἂν εἴη, τὴν κουφοτάτην καὶ καθαροτάτην· οὕτω δ' ἂν καὶ τὴν ψυχὴν ἡμῶν ὑπάρχειν καθαράν τε καὶ ξηρὰν, ὁποία οὖσα ἀρίστη καὶ σοφωτάτη, εἰ πᾶν, καθάπερ Ἡρακλείτῳ δοκεῖ λέγοντι οὕτως αὖ γῆ, ξηρὴ ψυχὴ σοφωτάτη καὶ ἀρίστη. In medio quæstione relicta, siquidem αὖ γῆ et αὕη inveniuntur. Sed evidenter, αὐγὴ servari nequit, quamvis illud forte legerit Galienus in suo manuscripto codice ; ei ergo præferendum αὕη. Auferenda sunt etiam, utpote redundantia, αὖη καὶ ξηρὴ, quamvis ea copulaverit Plato ; siquidem Heraclites, ὁ σκοτεινός, sententiose dicere solitus, vocis rejiciebat inutiles : Wesselingi igitur ac Heynii opinionem sequor, non vero quoad Philonis locum in quo Heracliti prima inversa fuit idea. Cum enim ille philosophus animæ intelligentiam in illius siccitate reponeret, eam intrinsecus examinabat ; dum Philo, Græciæ terram præ cæteris magnificare cupiens, ad scopum sibi propositum deflectere debuit primitivam hujus axiomatis vulgatissimi significationem, licet absurdum sit. Hanc solutionem tamen non ut firmissimam trado, nec a me culpandi forent illi qui cum Wesselingio legerunt αὖη ψυχὴ, σοφωτάτη καὶ ἀρίστη.

Col. 673 C 5. Τοῖς ἐπειστοῦσι 465 ; ἐπείγουσι 466.

Ibid. 8. Νοῦν δὲ οὐκ ἢ εἰς ἥκιστα γεννᾷ 465, 466, 468.

Ibid. D 8. Εὐωχουμένοις 467, qui omittit εἶναι κατὰ φύσιν.

Ibid. 11. Ἐπιτρέψαντες 468.

Col. 676 A 15. Νῦν 466, 467 pro νέους.

Col. 680 D 1. Ἑβραίων 465.

Ibid. 3. Γεγυμνασμένης 465 ; συνῆπται 466.

Ibid. 4. Hujus capitis primæ phrasis incisum primum mihi omnino mendosum esse videtur : primo quidem γεγυμνασμένης manuscripti 465 participio γεγενημένης præferendum esse existimavi : quæ quidem substitutio nullius est momenti pro phrasis contextu, siquidem utrumque nonnisi cum ἀποδείξεως copulari potest, Οὐκ ἀσυλλογίστως ἡμῖν γεγυμνασμένης τῆς ἀποδείξεως, ex hoc ἡμῖν proditur Eusebius, quem latet sacrorum librorum a Judæis receptio : ante igitur τῆς ἀποδείξεως, τά est auferendum. Hæc autem locutio Ἐπειδὴ συνῶπται inutilis esse ac cogitationem obscurare videntur.

Col. 681 A 2 Φιλοσ. τῆς τῶν Ἑλλ. mss. Lugd.

Ibid. 15. Textus fert *primi libri :* sed cum sit evidenter falsum, ideo veritatem restitui. Vide tractat. *De abstinentia*, p. 147, edit in-4° Rhoer.

Ibid. B 1. Διότι deest in 465, 466, 467.

Ibid. 3. Ζωοθυτούντων 465, 466.

Ibid. 8. In his locis errat Theophrastus circa modum quo Judæi celebrant Pascha : 1° agnum victimam comedunt ; 2° ex eo residua igne comburunt, non quidem ut nihil horum sol videat, sed in commemorationem ipsorum exitus ab Ægypto. Præceperat enim Deus ne quidquam immolatæ victimæ remaneret cum ex hac regione discederent. Vide Exod. II, v. 9. Hic igitur a Theophrasto, sicut et in capite sequenti, *De Essenis*, ab ipso Porphyrio, falso supponitur soli a Judæis cultum exhiberi, quod quidem minime mirum est in paganis, a quibus nec spiritualitas nec Dei simplicitas attingi poterant ; quin etiam, in hoc eodem fragmento falso accusantur Judæi victimas immolasse humanas.

Ibid. 13. Ms. 465, qui habet νυκτῶν pro εὐχῶν, lectionem secutus pro θεοκλητοῦντες posui θεοκλυτοῦντες, quæ lectio in omnibus manuscriptis ac etiam in Porphyrio invenitur. Hoc enim participium nullo modo cum εὐχῶν concordare potest ; si quidem orantes non audimus Deum ; quod solum significat θεοκλυτεῖν : hinc probabiliter hujus substitutionis ratio. Theophrastus igitur hic evidenter ostendere voluit Judæos divinis edoceri revelationibus : τὸ, θεοκλυτούμενον γένος a Plutarcho junctum τῷ μαντικόν, t. VIII, 340 Reisk.

Ibid. C 4. Hoc omne fragmentum *De Essenis* a Porphyrio desumitur l. IX *De abstinentia*, p. 352, Rhoer.

Ibid. D 2. Loco ἥθεσι pono ἔθεσι. Non enim transformantur indoles, sed tantum contrahuntur habitus : quæ vocabula apud Græcos idem persæpe sonant.

Col. 684 A 11. *Τὸ γὰρ αὐχμεῖν ἐν καλῷ εἴθεται.* Hæc verba a Vigero redduntur per *squalorem honori ducunt ;* quæ interpretatio vero sensui opponitur, siquidem squalor esse nequit una cum frigidis balneis quæ infra asserit esse in usu quotidiano apud Essenios. Hi solum refugiebant a more Græcorum, præsertimque athletarum qui post balneum oleo corpus ungebant. Esseniis assimilari debent recentiores populi qui suam pelli aqua detersæ siccitatem naturalem relinquunt. Salmasius, ad Tertullianum *De pallio*, p. 69, interpretatus est hunc locum eodem modo quo Vigerus. Igitur, ut credo, ambo erraverunt.

Ibid. 15. *Μετοικοῦσιν ἐν ἑκάστῃ πόλει.* Per periphrasim hujus Historiæ scriptoris cogitationem ostendi. Quisquis vel minime gnarus Atheniensium constitutionis scire debet Metœcos infra alios cives fuisse, a publicis rebus gerendis omnino alienos, ac tributum nomine μετοίκιον, solventes : de quibus abunde Potter in *Archæologia*, l. I, 10.

Col. 685 B 3. Περίζωμα, Gallice *tablier*, in interpretatione Latina per *cingulum* redditur : hujus significationis ratio subsequitur. In suis *Emendat.*, l. IX, c. 12 Paulus Leopardus jam emendavit hujus vocis interpretationem Latinam in apophthegmate Antigoni a Plutarcho relato, t. VIII, p. 107 ex edit. Hutten : Ἀριστοδήμου τῶν φίλων τινὸς ἐκ μαστίφου γεγονέναι δοκοῦντος, συμβουλεύοντος δὲ αὐτῷ τῶν ἀναλωμάτων καὶ τῶν δωρεῶν ἀφαιρεῖν· Οἱ λόγοι σου, εἶπεν, ὦ Ἀριστόδημε, περιζώματος ὄζουσι. « Cum quidam ex ejus amicis Aristodemus nomine qui pro coqui filio habebatur, ei suaderet ut sumptibus ac liberalitatibus parceret, ei respondet Antigonus : Tua consilia, Aristodeme, cingulum redolent : » ex antiquis vero interpretibus : *condimentum redolent*. Idem Plutarchus, in tractatu *An senex administrare debeat*, t. XII, p. 192, refert : « Cum a Phalaris tyrannide liberati fuerunt Agrigentini cæruleas prohibuerunt vestes : quia ejusdem coloris cingulis tyranni ministri usi fuerant (Γλαυκίναις ἐχρῶντο περιζώμασι). »

Idem, ibid., p. 106 : « Perinde ac si mulieri superioris conditionis ac pudibundæ auferrentur vestes, ac ei in caupona famulaturæ daretur cingulum. » Athenæus *Deipnosoph.* l. VII, p. 290 ed. Casauboni : coquus loquitur : Οὐ γὰρ καρέρτος ἔμαθον ἐν ἕτεσι δυεῖν ἔχων περίζωμα, ἀλλ' ἅπαντα τὸν βίον. L. VIII, p. 340 : Ἔφοντι γόγγρων λοπὰς καὶ περιεζωσμένῳ. « Gongrorum catinum deconquens, cingulo præcinctus. » Arrianus in *Epictet.* l. IV, c. 8, de Vulcano : Οὐδεὶς ἐρεῖ· Ἐγὼ μοιχός εἰμι, ἂν πλήκτρον καὶ κιθάραν ἀγοράσῃ, οὐδ' ἐγὼ χαλκεύς εἰμι, ἂν πίλον καὶ περίζωμα περιθῆται. « Nec pileum, nec cingulum faciunt fabrum. » Olympiodorus in Catena, in Epistolam Jeremiæ ad Babylonios a Ghislerio editam : Σχόλια. Φησὶ τὸ

περιζώματα. Καλύπτουσαι γὰρ γυναῖκες μόνα τὰ τοῦ σώματος ἀσχήμονα τὰ λοιπὰ παρεγύμνουν, προσκαλούμεναι τοὺς ἐραστάς.

Dionysius Halicarnassius in *Dinarcho*, principio: « Διορίσαι τούς τε γνησίους καὶ ψευδεῖς λόγους πάντων ἀναγκαιότερον οἶμαι τοῖς μὴ ἐκ περιζώματος ἀσκοῦσι ῥητορικήν. » « Qui non, ut vappæ, rhetoricam didicerunt, eis maxime necessarium esse iudico, veras a falsis discernere oratione. » Idem Dionysius Halicarnassius in septimo libro *Romanarum antiquitatum*, c. 72, p. 1491 ex edit. Reisk.: Ἐκεῖναι αὐτοῖς ἦσαν (τοῖς μὲν εἰς Σιληνοὺς εἰκασθεῖσι), μαλλωτοὶ χιτῶνες, οὓς ἔνιοι χορταίους καλοῦσι, καὶ περιβόλαια ἐκ παντὸς ἄνθους· τοῖς δὲ εἰς Σατύρους, περιζώματα καὶβοραὶ τράγων, καὶ ὀρθότριχες ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς φόβαι, καὶ ὅσα τούτοις ὅμοια. »

« Qui habitu satyros imitabantur cingula ex hircinis pellibus ferebant, in capite crines hirsutos, et alia hujusmodi. » Casaubonus, *De satyrica poesi*, l. I, c. 4, p. 139: « Περιζώματα Dionysius vocat hircinas pelles quibus partes infra umbilicum tegebantur.

Col. 685 C 13. Ἀφέξεσθαι ληστείας. His, ut arbitror, locus non erat, tum quia jam semel dicta sunt, tum quia minime cum præceptis quibus miscentur consentiunt.

Ibid. D 9 Ἄλλως οὐ θαχεύουσι. Hæc expressio cujus significationem non intellexit Vigerus est subtilissima locutio ab Hesychio notata, θαχεύουσι· κάθηνται εἰς τὰς χρείας. Josephi ac Porphyrii interpretes non in eodem errore versati sunt.

Col. 688 C 1. Mirum foret quod Eusebius, qui tam sæpe adducit Josephum, ignorasset ab eodem Josepho fuisse excerpta quæque de Essenis refert Porphyrius, cum ipse Porphyrius diversos Josephi libros designet e quibus hæc fuerunt desumpta: hic igitur aliquid doli subesse credo. Judæus erat Josephus; ideo quidquid de Judæis refert, in octavo libro esse debuisset, in quo inveniuntur testimonia Judæorum de historia et legibus propriis. Hic autem sunt paganorum testimonia; quorum coryphæus cum esset Porphyrius, ac Christianæ religionis acerrimus hostis, longe majoris est auctoritatis cum de Judæis aut Christianis laudando loquitur: quapropter Eusebius ei exclusive vel ejus antiquis sectionibus, tam singulare *de Essenis* præconium attribuere videtur, ἐκ παλαιῶν, ὡς εἰκὸς, ἀναγνωσμάτων.

Ibid. D 2. Quid de hoc Hecatæo sit sentiendum, vide Clearchum in capite sequenti. Hæc tamen est interpretatio eorum quæ de eo scripsit Dahnius in *Synopsi historica philosophiæ religiosæ Judæorum Alexandriæ*, tom. II, p. 216.

« Hecatæus Abderita, Alexandri Magni cœvus, in suo magno opere historico incluserat quidquid spectabat ad Judæos, qui tunc magno favore gaudebant, tum apud principem, tum apud primos Ptolemæos. Ob hunc probabiliter favorem, eos non eodem affecit contemptu quo cæteri Græcorum recentiores historici qui tunc temporis exstiterunt quo inter paganos et Judæos tantum exarsit odium, ut Judæi perperam oppressi fuerint. Ex illius scriptis, quæ apud nos exstant, nihil, nedum Judæi Alexandrini, nequidem Judæi prodit calamum: igitur mirum videtur quod de eo scripserit Celsus ab Origene laudatus, l. I, c. p. 334 ed. Ruæi. In sua 115 epistola Latina ad Casaubonum Scaligerus, Celsi præjudicantis contra Hecatæum opinionibus favebat; Vossius autem in suo libro *De historicis Græcis* animo fluctuabat, et revera ex hoc textu nullo modo justificari potest Philonis sententia. Attamen ex Aristæi epistola liquet Hecatæi verba a quodam Alexandrino Judæo fuisse interpolata: Demetrius enim Phalereus in ea regi asserit Abderitam Hecatæum satis magni fecisse legem Judæorum ut eam nominaverit ἁγνὴν τινὰ καὶ σεμνὴν τὴν ἐν τούτοις θεωρίαν; vocabulum autem θεωρία in sermone religioso Judæorum idem sonat ac theocratica legislatio. Sed ut admitteretur quod Hecatæus judaicam amplexus fuerit religionem, hoc aliis locis ex ejus historia probari foret necesse.

Col. 689 A 5. Verba ἡ Ἱερουσαλὴμ desunt in 466.

Ibid. C 1. Josephus historicus hunc hominem Mosollamos vocat, *Contra Apion.* lib. I, 457, ex edit. Havercamp., ex qua hic locus desumitur.

Col. 692 B 4. Ut autem perpendamus quibus momentis nitatur citatus locus, in memoriam revocandum est quidquid dictum est de suppositione generali auctorum Græcorum, quorum religionis defensores pro Judæis testimonium invocaverunt; scilicet Hecatæi, Numenii, Theodoti, Cleodemi, Eupolemi, Artapani, Demetrii, Aristæi, quos religione fuisse Judæos plurimi tradiderunt. Valckenaerus autem in suo accusationis actu, pag. 47, in tractatu *De Aristobulo Judæo*, eos confert cum locis quos putat interpolatos fuisse in libris *Esther* et *Job*, et præcipue in secundo libro *Machabæorum*. « Quis enim, inquit, ex litteris Salomonis ad reges Tyri et Ægypti, ac ex eorum responsis, non agnoscat litteras Artaxerxis, quæ exstant in libro *Esther*, ingenio Hæbraico fuisse suggestas? Judæus erat Theodotus, quem Josephus numerat inter paganas auctoritates *contra Apion.* lib. I, cap. 33; ac pariter, ex Alexandro Polyhistore, Cleodemus in lib. I *Jud. antiq.* c. 15 citatus. » Quoad vero Hecatæum, Eupolemum, Artapanum, Demetrium, ex ipso Valckenaero omnis tollitur dubitatio. « Jam, inquit, Hecatæum suspicatus est Scaligerus; in supplemento suo epistolæ ad Millium, pag. 93, Bentleyus huic favet opinioni innixæ sententiæ Herennii Philonis a Celso citati, ex Origene *Contra Celsum*, I, p. 13. Idem asseruerat Ricardus Simon in sua *Historia Veteris Testamenti*, sed nulla fretus auctoritate, lib. II, c. 2. De Eupolemo autem ac Demetrio nullum dubium exoriri potest ex ipsius Eusebii testimonio, *Historia ecclesiast.* lib. VI, cap. 13, ubi asserit ab Alexandrino Clemente adductos fuisse Philonem, Aristobulum, Josephum et Eupolemum, Judæos scriptores (Ἰουδαίων συγγραφέων). Vide S. Hieronymum, *De viris illustribus in Clemente*, cap. 38. Quoad vero Numenium, ex ipso Origene *Contra Celsum*, I, p. 13, IV, 198 et 199, et ex Eusebio *Præp. evang.* IX, et alibi, constat illum fuisse Judæum, aut saltem quæ ex eo exhibentur sub ejus nomine fuisse publicata a quodam Judæo. Vide Jonsium, *Hist. philos.* lib. III, cap. 18, § 4. Ut videre est in libro I Machabæorum 12-16, 15-15, 8-17, Numenius et Eupolemus nomina sunt Judaica; quascunque leguo Moysis allegoricas explicationes refert Origenes a Numenio datas, nullius nisi Judæi Hellenistæ esse possunt » Hic finem facit Valckenaerus, qui neque Clearchum, neque Abidenum numerat inter hos paganos auctores, quos Judæos esse contendit. Sed alii, inter quos Ricardus Simon, tradiderunt Clearchum fuisse ab Hellenistis Judæis suppositum ac interpolatum. De quo Grævius ad Huetium scripserat epistolam, quam noscere foret in pretio. Exstat tamen responsum quo episcopus Abrincensis a se removere suscipit, quod eum pro pagano habuerit, quod responsum daturus sum Latine, elegantter ab Huetio scriptum; reperitur in collectione a Tilladeto edita, tom. II, pag. 249 et 250.

« De Clearcho acute et erudite scribis pro more tuo; equidem Josephi et Eusebii fidem secutus sum, ac re forsitan non satis perpensa. Primus nobis de ea re scrupulum injecit Simonius (Richard Simon) in critica sua, nam Clearchum hunc ab hellenistis Judæis, vel suppositum, vel interpolatum suspicatur. Tu vero tuis argumentis idem conaris conficere, ut manus dare propemodum necesse sit. Verumtamen sunt etiam quæ rationibus tuis a viro non nimis pertinaci obduci possint. Etsi enim falso jactari videtur Aristotelem perlustrasse Asiam in Alexandri magni comitatu, at illuc excurrere potuit per primos vitæ annos. Scripsit Laertius in proœmio fuisse a Clearcho proditum Judæos sobolem esse gymnosophista-

Digitized by Google

rum : atque id confirmaturum eum fuisse vis auctoritate Aristotelis, si hoc ab eo traditum cognoscet ex Clearcho. At certe alia omnia habet Laertius ; scripsisse nempe Clearchum in libro Περὶ παιδείας, gymnosophistas venisse a Magis ; quosdam vero tradere Judæos quoque eorum esse progeniem ; hoc est Magorum sive Chaldæorum, de quibus hoc loco disserit Laertius. Demus præterea scripsisse Laertium quæ recitas ; annon Aristotelis verborum vel negligens, vel parum memor esse potuit in opere tumultuario, qualem esse hanc Laertii compilationem probare facile est ? Ais unum Josephum meminisse libri Clearchi Περὶ ὕπνου. Quid tum ? an dubiæ sunt fidei veterum libri, quicunque semel tantum a sequentis scriptoribus laudantur ? non hanc tantum, sed alias quoque scriptiones argumento hoc ab eodem Clearcho abjudicaris. Ad hæc Judææ nomen hac ætate Græcis ignotum fuisse contendis : non valde cognitum in vulgus fuisse concesserim, plane ignotum, negaverim. Enimvero Ægyptum jam perlustraverant Thales, Pythagoras, Plato, ubi magna erat Judæorum frequentia ; quidam etiam partes Orientis adierant. Itiones erant crebræ, commercii causa, Phœnicum in Græciam, Græcorum in Syriam, jam inde a vetustis temporibus. Hebræi autem post solutam captivitatem Judæi dici cœpti sunt, jam vero non Syriam solam, sed et Persidem quoque pervaserat Græcorum lingua. « Apud Danielem, qui vixit Darii temporibus, reperias vocabula σοφοί, ψαλτήρια συμφωνία, non satis igitur firma habemus argumenta quibus Clearchi libros κιβδηλείας damnemus ; et si res suspicione non caret, sed in re incerta tutius est receptis opinionibus adhærere. »

Post hæc pro vero Clearcho edita, contra falsum Clearchum testimonia auctorum referam. Primus est Jonsius, *De scriptoribus hist. philos.* l. I, c. 18, quem et commentariis illustravit Baylus *Diction.* ad vocabulum *Aristoteles*, nota B. Hunc cito : « Locus iste non levis esset ponderis, si ex Clearcho Aristotelis discipulorum illustrissimo desumeretur, sed verisimillime alterius Clearchi est. Etenim 1° auctor refert Aristoteli perlustranti Asiam quemdam occurrisse Judæum, qui cum eo aliisque viris doctis multa colloquia habuit, ἡμῖν τε καὶ τισιν ἑτέροις τῶν σχολαστικῶν. » Porro ex scriptoribus doctissimis, tempore Clearchi vocabulum σχολαστικός nondum significabat discipulum, nec hominem studio deditum. Cæterum, cum hæc per Asiam peregrinatio et historia concordare nequeant, haud supponendum aliquem ex ejus discipulis, in dialogo, factum excogitare voluisse cujus falsitatem alii omnes agnovissent. Recentior igitur Clearchus hanc excogitavit peregrinationem, quod forte bona fide factum est ; siquidem Solinus asserit, in expeditione contra Darium, Aristotelem in comitatu fuisse Alexandri. Idem narrat auctor anonymus *Vitæ Aristotelis*. 2° Si Aristoteles multos congressus habuisset cum isto Judæo tam docto, de quo agitur in Clearchi fragmento abundantius de Judæa ac de Judaica natione disseruisset, nec tam absurda credidisset, quæ ipse effatur, de Judæorum origine. Dixissetne Judæos originem ducere a Calanis Indiæ populis, illos in Syria nomen Judæorum sumpsisse, quia provinciam Judæam nomine incolebant ? Hæc autem omnia narrat Aristoteles in loco Clearchi, quem citat Josephus. Sinusne eum Judæus in tam puerili errore liquisset ? Legerenturne tam pauca in omnibus scriptis Aristotelis de Judæa et de Judæorum gente, si Judæus illi tam præclaras notiones tradidisset ? 3° Legimus apud Diogenem Laertium gymnosophistas a Magis ducere genus, et fuisse quosdam qui Judæis eamdem tribuerent originem : horum prius testimoniorum datur teste Clearcho, Aristotelis discipulo ; posterius vero nullo auctore nititur. Porro tunc certe præbebatur occasio Clearchi testimonium citandi de Indica origine Judæorum nationis. Aliunde si liber *De somno*, in quo Aristoteles hanc Indicam memorat originem, esset ejusdem Clearchi, quem laudat Laertius, procul dubio Clearchus ille fuisset designatus. Prætermissis aliis Jonsii argumentis, ex his tribus constat non ea dixisse Aristotelem, quæ ei attribuit Josephi Clearchus. Objicies Clearchum cognovisse Judæum qui cum Aristotele fuerat collocutus, Aristotelis coævum ; sed nego Aristotelem a Clearcho fuisse cognitum.

Attamen hæc Baylii contra verum Clearchum probatio quæ inexpugnabilis videtur, relinquit difficultatem ut id cuidam Judæ Hellenico, ut volunt Simonius Ricardius et Valckenaerus, tribuatur. Etenim si, ut merito animadvertit Baylus, Judæus Aristoteli dicere non potuit Judaicam nationem ab Indis Calanisducere originem, Judæus, Clearchum mentitus, hanc eamdem assertionem in ore illius pseudonymi ponere non potuit Inde absque controversiis duo concludi possunt : 1° Aristotelem non dixisse quæ ei imputantur ; 2° fabulam a Judæo texi non potuisse.

Verumtamen Eusebius non excogitavit istam narrationem, sed solum culpandus est quod inconsulto Josephum transcripserit. Sed cui hæc narratio tribuenda sit ? num Josepho ? At Josephus qui *Antiquit. Judaic.* scripsit, sibimet ipsi tam graviter contradicere non potuit. Igitur constare videtur falsarium fuisse vel Clearchum, vel quemlibet alium Peripateticorum, qui Judæos, vel saltem eorum nomen cognoscebat. Natio enim inter Ægyptum et Syriam omnino a Græcis nesciri non poterat. Judæos igitur tunc temporis adduxit in *Vita Aristotelis* in hujus philosophi gloriam. Tunc ut natio cognoscebatur Judæi, sed eorum origo et constitutiones satis ignotæ erant, ut eis falsæ attribuerentur traditiones, mores, secundum *Græciam mendacem* ; apud enim Diogenem Laertium legimus eos ab Indis gymnosophistis trahere originem ; quod est Græca, non vero Judaica fabula.

Cæterum de populis magis cognitis, quibus cum Græcis erat frequentior usus, quot fabulas non texere Ctesias et Herodotus ? In principio hujus libri ex Theophrasti loco, qui a Porphyrio desumitur in libro *De abstinentia*, constat hunc philosophum, Aristotelis successorem, Judæis attribuisse in victimarum immolatione, mores ab eis omnino alienos ; omnibus perpensis, hæc testimonia suspicari possumus ; attamen cum constet eos tantum mentiri quorum interest, Judæis Hellenistis vel Hellenicis solum sunt attribuenda ea quæ in suæ gentis gloriam eorum supponere intererat. Igitur quotiescunque eorum nomen absque laude vel vituperio profertur, non est suspicandi locus. Siquidem mirum non erat quod citarent gentem propinquiorem quam Gali, Iberi et etiam Scythæ, cum ea, quæ de eis narrantur, levis sunt momenti. His positis, non est suspicandi ratio locum Hecatæi de Jerosolymæ perimetro, ac de ave occisa a quodam sagittario Judæo. Aliis vero locis Hecatæi de Judæis, Celsus hujus scriptoris authenticitatem religionemque suspicari potuit ; sed non sunt nobis eædem suspicandi rationes, et mirari debemus quod Josephus ex hoc libro desumpserit quod in suæ gentis gloriam nullo modo adiret. Scaligeri argumentum Vossius validis confutat rationibus, *De hist. Græcis*, pag. 70. Fabula Aristæi de Septuaginta interpretibus suppositio Judaica mihi videtur, iisdem sentio de verbis in Moysis honorem tributis Numenio, quorum unum citant religionis defensores, alterum vero Porphyrius *De antro Nympharum*, c. 10, ubi prophetam vocat Moysem, laudans Genesis principium : Ἡγοῦντο γὰρ προσιζάνειν τῷ ὕδατι τὰς ψυχὰς θεοπνόητον, ὡς φησιν ὁ Νουμήνιος, διὰ τοῦτο λέγων · καὶ τὸν προφήτην εἰρηκέναι, ἐμφέρεσθαι ἐπάνω τοῦ ὕδατος θεοῦ πνεῦμα. Ex his, inquam, verbis mihi non constat Numenium fuisse Judæum ; quia si fuisset Judæus, eum non invocasset Porphyrius ; quod non mirer magis quam quod Longinus Moysem laudaverit in tractatu *De sublimi*. Siquidem necesse non est nos cuidam religioni adhærere, ut reverenter loquamur

Digitized by Google

lo lis quæ ipsa veneratione digna sunt; cum ipsi Græcorum scriptores quosdam apud Ægyptios ritus religiosos laudibus efferant, dum simul improbant cultum ab eis animalibus exhibitum. Numenius igitur non ritibus Judaicis vel Christianis obligatur, ex Eusebio lib. IX, cap. 7, ubi Platonis et Pythagoræ doctrinis Brachmanorum, Judæorum, Magorum ac Ægyptiorum opiniones jungendas esse decernit; quæ doctrinarum permistio arridebat Pythagoricis, quorum philosophia partim consistebat in dogmatibus ab Oriente allatis, quibus mediis, religiosas Græcorum opiniones, inter quas metempsychosin, interpolaverant. Ab his vero refugiebat Judæorum fides atque Christianorum. Mihi vero hic de pagano Numenio fidem præbet locus sequens Porphyrii apud Eusebium in sua *Historia*, lib. VI, c. 19; adducitur enim Origenes cui exprobrat Porphyrius, quod pro Christiana religione reliquerit Hellenismum. Ὁριγένης Ἕλλην ἐν Ἕλλησι παιδευθεὶς λόγοις πρὸς τὸ βάρβαρον ἐξώκειλε τόλμημα ᾧ δὴ φέρων ἑαυτόν τε καὶ τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἕξιν ἐκαπήλευσε, κατὰ μὲν τὸν βίον χριστιανῶς ζῶν καὶ παρανόμως, κατὰ δὲ τὰς περὶ τῶν πραγμάτων καὶ τοῦ θείου δόξας ἑλληνίζων τε καὶ τὰ ἑλλήνων τοῖς ἀθνείοις ὑποβαλλόμενος μύθοις· συνῆν τε γὰρ ἀεὶ τῷ Πλάτωνι, τοῖς τε Νουμηνίου καὶ Κρονίου Ἀπολλοφάνους τε καὶ Λογγίνου, καὶ Μοδεράτου, Νικομάχου τε καὶ τῶν ἐν τοῖς πυθαγορείοις ἐλλογίμων ἀνδρῶν ὡμίλει συγγράμμασι.

« Origenes vero, cum gentilis esset et gentilium nnutritus disciplinis, ad barbaram declinavit audaciam, cui seipsum suumque scriptoris ingenium mancipavit, patriæ leges spernens, et Christianus factus tum vita, tum doctrinis de divinitate. Postquam Græcorum disciplinas edoctus fuisset rectam doctrinam posthabuit et alienas fabulas amplexus est. Cæterum cum Platonis, Numenii, Cronii, Apollophani, Longini, Moderati, Nicomachi, et aliorum qui nter Pythagoricos præcipui habebantur, scriptis quotidie versabatur, et solummodo doctissimorum inter Pythagoricos libris studebat. »

2° Hanc Porphyrii assertionem confirmat S. Hieronymus in *epist.* ad Magnum ubi ait : « Origenem in libris decem Stromatorum Christianorum et philosophorum inter se, sententias comparasse, et omnia Christianæ religionis dogmata ex Platone et Aristotele, Numenio Cornutoque confirmasse. » Vide etiam Spencerii argumenta contra Scaligerium in suis annotationibus in locum Origenis *contra Celsum*, lib. I, cap. 15.

Porphyrii igitur testimonium de Numenio pagano quem inter præcipuos hujus temporis Pythagoricos innumerat, difficultates nodum exsolvit; nullumque dubium relinquit. In sua scripta eum frequenter adducebat : et equidem in fragmento libri *De anima* a Stobeo citati. *Eylog. Phys.*, l. II, 21, p. 832, 836, 866, 894, 896, 910 : in *Vita Plotini* et alibi. Ex eodem philosopho desumitur locus a Macrobio relatus *in somnium Scipionis*, l. I, c. 2 : « Numenio inter philosophos occultorum curiosiori offensam numinum quod Eleusinia sacra interpretando vulgaverit, omnia prodiderunt, visas sibi ipsas Eleusinias deas habitu meretricio ante apertum lupanar lubere prostantes; admirantique, et causas non conjenientis numinibus turpitudinis consulenti, respondisse iratas, ab ipso se adyto pudicitiæ suæ vi abstractas, et passim adeuntibus prostitutas. »

Oppugnatores paganarum auctoritatum Judæis suffragantium pepercere capitibus 12, 14 et 41, *Fragmentorum* Abydeni, fere similium testimoniis auctorum quos nuper percurrimus. Verum est hæc fragmenta tanta cæteris veritate elucere quanta in aliis non inveniatur. Siquidem Ionico exarantur sermone qui tunc temporis obsoleverat ad quod reducenda foret horum fragmentorum origo, ut adulteratoribus Judæis tribui possent : tunc enim scribebatur historia solo Attico dialecto cui interdum admiscebatur Macedonicus sermo ab Alexandrinis auctoribus, sed relictis omnino Herodoti scribendi modis, ex quo eorum confirmatur authenticitas, quæ quidem non fuit impugnata.

Col. 693 A 11. Quoad hanc Judæi cum Aristotele familiaritatem, vide articulum de *Aristotele* in Lexico Baylii, ad annotationem A, III et B jam citatam.

Ibid. 12. Eusebio non exprobrabo quem admittit anachronismum; Clementis enim Alexandrini subsequitur fidem, *Stromat.* l. I, p. 358. Sed Clemens ipse vulgarem iteraba: errorem jamdudum ab Halicar. Dionysio refutatum, *Antiq. rom.*, l. II, c. 59. Vide pariter Ciceronem, l. I. *Tuscul.* princ. : Tit. Liv., *Hist.* l. I et IV. Hæc fabula arridebat his qui volebant Romanum regem cum Græcis commercium habuisse : hanc fabulam ab Epicharmo Comico excogitatam docet Plutarchus in *Vita Numæ*, l. VIII. Vide S. Augustinum, *De civ. Dei*, IV, 31.

Ibid. B 4. Ἐπεδείκνυτο γὰρ αὐτοῖς ὁ Νουμᾶς δι' ἀποκρύψεως (ὑποκρύψεως Clemens) ὡς οὐκ ἐφάψασθαι τοῦ βελτίστου δυνατὸν γλώττῃ. Vox ἀποκρύφεος hic mihi adhibita esse videtur ad designandum cultum quem Tacitæ deæ induxerat reddendum. Vide Plutarchum, in *Vita Numæ*, § 8 : Ἔδίδαξε σέβεσθαι τοὺς Ῥωμαίους Ταχίταν οἷον σιωπηλὰν ἢ ἐνεάν

Ibid. D 5. Vide in articulo : *Clearchus*, ad col. 692, B 4, quod scripsi de Numenio Pythagorico, qui quidem discerni debet ab illo Numenio rhetore Alexandri patre similiter rhetoris : eorum biographias distinxit Suidas.

Col. 696 A 13. Hi famosi Ægyptii thaumaturgi, qui cum Moise decertaverunt (*Exod.* VII, 12), nominantur a S. Paulo in secunda Epistola ad Timotheum, c. III, et a S. Ambrosio in suo commentario in hunc locum : ab Apuleo, secunda Apologia, p. 575, ed. Colvii : « Ego ipse sim Charinondas, vel Damigeron, vel Moses, vel Jannes, vel Apollonius Tyanæus, vel ipse Dardanus, vel quicunque alius forte qui post Zoroastrem et Hostanem inter magos celebratur. »

Tertull. *De anima*, 57 : « Adjutrix opinionum istarum magia sonat Hostanes et Typhon Dardanus et Damigeron, et Nectanebis et Berenice. » Origenes *Contra Celsum*, l. IV, 51, p. 542 ex edit. de La Rue, et Van Goens, in *Diatribè de Cepotaphiis*. et Leo Allatius in syntagmate de Engastrimytho ad dissertationem Eustathii contra Origenem, p. 495.

Ibid. C 8. Secundum Scaligerum, p. 12 notarum in fragmenta historica quæ ejus librum, *De emendatione temporum* subsequuntur, præcitati versus non ad Judæos spectant, sed ad Lycos vel eorum vicinos; de quibus agitur in *Iliade* sub nomine Solymorum. Sic in Iliade, Z, v. 204 :

Ἴσανδρον δὲ οἱ υἱὸν Ἄρης ἄτος πολέμοιο
Μαρνάμενον Σολύμοισι κατέκτανε κυδαλίμοισι.

Hos autem versus sic annotat Eustathius : « Neminem fugit Solymos fuisse Lyciorum finitimos et hostes : quapropter ad eos pugnandos a Jobate missus Bellerophon cum eis strenue congressus est ac eos superavit; cum eis etiam bellum gessit Bellerophontis nepos. Tradunt veteres Solymos quos memorat Homerus postea dictos esse Pisidienses : qui sunt gens inclyta, sicut vult epithetum κυδάλιμος. Ex eis, Solyma (in genere neutro Σόλυμα) designat urbem ab Assyriis conditam post Jerusalem captam; et secundum Strabonem, Lycium montem.

« Usque ad nos pervenit Solymæ nomen ethnicum : est locus munitissimus ac Lyciæ finitimus cujus incolæ barbaro sermone Tzelimi vocantur : quos memorat *Odyssæ* non sunt Pisidienses. Lyciæ Solymi Mynienses etiam, a Minoe, vocabantur. » Vide Strabonem, l. XIV, p. 667, ex edit. Parisiis.

Cæterum error quo capitur Eusebius est potius Josephi, quam ipsius, si quidem salvis ipsismet verbis transcripsit Josephum *Contra Apion*, lib. I, p. 454.

Digitized by Google

In annotationibus suis in chronica Eusebii, p. 101, animadvertit idem Scaligerus Chœrilum quem Eusebius vocat *priscum*, dignoscendum esse ab illo Chœrilo de quo contumeliose loquitur Horatius: prior Samius erat et fere coævus Xerxis expeditioni quæ ei poematis *Persicdis* materiam præbuit, ex qua sunt citati versus. Anachronismum etiam imputat Horatio qui quidem sub Alexandro Magno ponit Chœrilum, Alexandro filio Amyntæ, coævum. Num unus fuerit vel duo Chœrili poetæ; utrum posteriori fuerit coævus magnus Alexander, hæc in dubiis relinquo.

Naeckius in Chœrili fragmentorum collectionibus breviter exponit doctorum diversas opiniones de gente cui hæc congruit descriptio. Ex Scaligeri ioco laudato atque ex Bochartio in *Phaleg* et *Chanaan*, c. 6, p. 361, non foret de Judæis intelligenda; sed de Lyciis vel Pisidis quos Phœnissam dicit coloniam Bochartus et quos Lyciæ finitimos canit Homerus. In Levitico expresse Judæis interdicitur Τροχοκουράς, 19, 27, et Arabibus ab Herodote tribuitur, *Thalia*, c. VIII; præterea Bochartus magnam recognoscit similitudinem inter pauca quæ supersunt vocabula Pisidiensium ac Phœnicum linguæ; cui opinioni favere videtur Cunæus, *De republica Hebræorum*, lib. II, cap. 18, p. 266. Quantum vero ad lacum indicatum, de lacu Phaseli quæstio est: Samuel Petit ab Havercampo laudatus, huic suffragatur opinioni et Barlovium testem invocat.

Qui vero hanc opinionem impugnaverunt, in Chœrili fragmento restituentes Judæos, sunt: Salmasius *De cæsarie et coma*, p. 46 a 50 et p. 82: Casaubonus de Suetonii Augusto 45: Grotius *in S. Lucam* III, 14: *in Leviticum* XIX, 27: Adrianus Junius, *De coma*, c. 6: Turnebus *Adversariorum* 19, 9. Quibus adjungi potest Holstenius *De Stephano Byzantino* ad vocem *Solyma*. E Tacito cognovimus, *Hist.*, v. 11, et ex Stephano Quadratum citante, Solymam per compendium fuisse Hierosolymam. Maximus in Syria lacus, est Asphaltites lacus: verum est, inquiunt iidem, τροχοκουράδες non convenire Judæis, quibus adeo interdicitur, sed errore captus est Chœrilus, inquiunt fautores hujus opinionis, propter Arabum vicinitatem qui hanc tonsuram habebant: reliquum vero tegumentum capitis, equina scilicet capita igne dessiccata, ab Hebræorum usibus erat alienum. Utriusque igitur opinionis apparet debilitas. Lingua Phœnica eratne eadem ac Pisidica? hoc magis asseret quam probat Bochartus, quod quidem difficillime probari potest. Cæterum usus quos Judæis tribuit Chœrilus ab eis sunt omnino alieni. In his tamen difficultatibus, libens Bocharto assentirem, relicto Naeckio.

Varias verborum lectiones quæ in quinque versibus exhibentur, scrupulosissime perpendit Naeckius. Non eodem modo rem tractare possum: subsequitur textus quem exhibet ita collatum.

Τῶν δ' ἅπιθεν διέβαινε γένος θαυμαστὸν ἰδέσθαι,
Γλῶσσαν μὲν ϝοίκισσαν ἀπὸ στομάτων ἀϝιέντες,
Ὄψεσι δ' ἐν Σολύμοις δρεσι, πλατέῃ ἐπὶ λίμνῃ,
Λύγμαλέοι κορυφάς, τροχοκουράδες· αὐτὰρ
[ὕπερθεν
Ἵππων δαρτὰ πρόσωπ' ἐφόρεον ἐσκληκότα
[καπνῷ.

Col. 697 D. 2. De modo scribendi nomen montis hujus, consule Bochartum *in Geographia sacra*, l. I, c. 3, p. 18 editionis Oper. hujus auctoris, t. I, Lugd. Bat., 1692.

Col. 700 A 2. Ex his quæ dicit Bochartus de hac urbe, in sacra geographia, *Chanaan*, l. I, c. 3, p. 4, satis patet incertum esse ubinam exstiterit. Idem feram judicium de Barite urbe: cæterum cum hæc ex Josepho sint desumpta, *Antiquitates Judaicæ*, l. I, c. 3, § 6, vide quæ dixerint editores.

Ibid. 14. Vide chronographum Georgium Syncellum, pag. 30 editionis Laparæ, in qua hæc referuntur loca ex Alexandro Polyhistore qui Abydenum compilavit.

Ibid. B 5. Hæc civitas a Ptolemæo Σαπφάρα dicta est kiriath-Sepher Hebræorum, id est, civitas litterarum. *Josue* XV, 15.

Ibid. 7. Ἀνέπλωε 466; ἀνάπλωσε 467, 468.

Ibid. 9. Lego cum Syncello, pag. 30, in qua citat Polyhistorem fere iisdem verbis et sanctum Cyrillum *Contra Julianum*, lib. I, et cum Scaligero, in fragmentis veterum historicorum post opus *De emendatione temporum*: ἐπεί τ' ὖων ἐκόπασε, pro ἐπεὶ τ' ὧν ἐκόπασε, subintellecto Θεός. Xenophon., *De natione*, ὅταν νίφῃ Θεός.

Ibid. 11. Wesseling, *Ad Herodot.*, IV, 140; Abydenus. *In Præp. evang. Eusebii*, l. IX, 12: Ἀσκατο γὰρ δὴ πηλοῦ κατάπλεοι τοὺς ταρσούς. A quo Vigerius manus abstinere debuerat, hanc tamen lectionem mutatam præhabuit. Apud Herodot., l. IV, 204: Τοὺς ὑπολειπομένους αὐτέων καὶ ἐπιλαμένους ἐφόνευον ἐς ὃ ἐς τὴν Αἴγυπτον ἀπίκατο. Quidam manuscripti codices legunt ἀπίκατο· quæ etiam apud Herodotum legitur, l. IV, 204: Ἐς δ τὴν Αἴγυπτον ἀπικάτο· hanc lectionem servavit Wesseling, in quibusdam manuscriptis codicibus in ἀπίκατο mutatam.

Ibid. C 3. Fere omnium temporum ac hominum est amuletorum superstitio; ex Theophraste, Plutarchus in *Vita Periclis*, c. 38, refert: In secundo anno Peloponnesii belli Periclem, peste qua tunc laborabant Athenæ, lacessitum invisenti cuipiam amico « Περίαπτον ὑπὸ τῶν γυναικῶν τῷ τραχήλῳ περιηρτημένον, ὡς σφόδρα κακῶς ἔχοι, ostendisse amuletum quod ipsius collo circumdederant mulieres in signum ipsius morbi ingravescentis.

Col. 701 B 14. Textus fert *Molus*, corruptum ex *Mocho* quod dat Josephus, et bene quidem. Hic autem Mochus, Phœniciæ antiquus scriptor historicus, falso inducitur a Diogene Laertio in *Introductione*, pag. 2. Menagius restituit illud nomen, Strabone innixus; Sextus Empiricus l. IX, p. 363, *Adversus physicos*; Tatianus, Jamblichus, *Vita Pythagoræ*; Athenæus, etc. Cæterum de hoc Mocho vide annotationem Fabricii in locum Sexti jam indicatum, et quos laudat auctores.

Ibid. 14. Quia vero Hesiodus de primorum longævitate hominum nihil tradidit, Vossius in libro *De Græcis scriptoribus*, vult Hesiodo substitui Isidorum Characensem, a Luciano in *Macrobiis* laudatum, utpote qui de hominum longævitate disseruerit, t. III, p. 218 editionis Reizii. Hic tamen locus et hoc nomen non solum apud Josephum, sed etiam apud Georgium Syncellum inveniuntur p. 43 editionis Lutetiæ, in-folio, 1652. Plinius eodem modo *Hist. nat.* lib. VII, 48, de eo loquitur. Igitur credere est Josephum ad locum libri *De operibus et diebus* v. 108 sq., alludere voluisse, ubi aurea describitur ætas, vel ad aliquos versus amissos: de aliis vero citatis auctoribus, scilicet, Mocho, Estieo, Hecatæo (Smyrnæo), vid Hellanici fragmenta a Sturzio edita, in-8°, Lipsiæ, 1826, p. 153.

Ibid. 6. Πύργων. Deest 465, 466, tum in Syncello et Cyrillo; glossema est, ut jam vidit Vigerus.

Col. 704 C 1. Ἐνυάλιος ζεύς. Hoc epithetum vulgo Marti tributum hic Jovi deorum patri applicatur, quod eo magis notandum, quod nusquam alibi reperitur. Vigerus profert locum a Pausania desumptum in quo Jupiter nominatur ἄρειος *in primis Eliacis*, cap. 14: Τὸν βωμὸν εἶσιν Ἠλείων οἱ ὀνομάζουσιν Ἀρείου Διός. Λέγουσι δὲ οἱ αὐτοὶ οὗτοι ὡς Οἰνόμαος ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τούτου θύοι τῷ Ἀρείῳ Διΐ. Cæterum nomen Jovis haud raro invenitur cum nominibus hominum junctum, sed ea præcedens, verbi gratia legitur· Jupiter Belus, apud Berosum, apud *Syncelli Chronograph.*, p. 2; Jupiter Arotrius, apud Sanchoniathonem lib. I, pag. 37; Jupiter Cassius, a

Achille Tatio et in Agræ et Corcyræ numismatibus, indicatis in *Palæstina ex monumentis illustrata* Reandi, tom. II, pag. 934 et sq. Jupiter Menzana *Salentinorum :* Festus voce *October*. Jupiter Trophonius Lebadiæ, etc.

Col. 705 C 7. Δυσμεναινόντων 465 ; διαπτύσσων Scaliger.

Ibid. 10. Notior est Alexander Polyhistor, Σύνταξεως περὶ Ἰουδαίων auctor, quam ut pro simulato Judæo haberi potuerit. Attamen, ut putat Valckenaerus, in loco jam Clearchi laudato, fieri potest quod Judæus fuerit Eupolemus, a quo excerpsit hæc quæ hic leguntur. Verumtamen, fatendum est levissimam ex hac lectione percepisse utilitatem Alexandrum, et parum noscere originem gentis cujus historiam scribere aggressus est. Teste Suida, dicebat Mosem feminam esse, nomine Moso, quæ Hebræis dedisset leges. Stephan. Byzantinus refert, in articulo *Ἰουδαία*, Judæam ab Alexandro Polyhistore sic fuisse nominatam a duabus Semiramidis filiabus, Ἰούδα scilicet et Ἰδουμαία. Si talia documenta apud Eupolemum hausit Polyhistor, ipsius sententiæ, quidquid dicat Valckenaerus, subscribere nequimus. Præterea Alexander Polyhistor semel et iterum *Cornelius Alexander* dicitur apud Stephanum Byzant., Ἄραξα et Ἄσσος in locis ab Alcmanno citatis. Illud Cornelii nomen a Cornelio Lentulo duxerat, cujus fuerat servus, libertus et magister. Diversa scripta numero quadraginta duo reliquit juxta Suidam, quibus sæpe Plinius usus est. Syllæ coævus erat, et Laurentii in domus suæ incendio interiit. Villosonius, tract. *De triplici theolog.*, p. 239 secund. edit. *Mysteriorum* Sanctacrusii, post Rigaltium, ad Tertull. *De pallio*, pag. 19, memorabilem ipsi tribuit epistolam Alexandri ad matrem suam, in qua declarare non dubitat se tenere ex ipsis sacerdotibus Jovis Amnonis deos omnes homines mortales fuisse. Videsis Augustin. *De civit. Dei ;* Athenag. *Leg.* Alibi quæstionem hanc tractavimus. Opinionem nostram quæ multum differt ab ea quam secuti sunt bi duo viri clarissimi consulere potes in nostro opere, *Essai sur le polythéisme*, tom. I, pag. 21. Georgius Syncellus in *Chronographia*, p. 28 et seqq. edit. Lupar., sat longum Alex. Polyhistoris fragmentum inseruit, capita quæ præcedunt partim tradens.

Col. 708 A 11. Scaligerus cujus testimonium invocat Vigerus, hujus urbis orthographiam discutit, eamdem esse supponens ac civitatem quæ in Gen. Ur Chaldæorum dicitur, et Ura apud Plinium, l. v, c. 21. Quare scribendum putat, Οὖρην loco Οὐρίην. Quod autem adjicitur *urbs Chaldæorum* alii suprafictæ civitati nomine Καμαρίνη tribuit, quasi Chaldæorum nomine, Chaldææ habitatores non designari intenderetur, sed tantummodo magos seu astrologos ita nonnunquam cognominatos. Simson, ad annum 2077 : « Cum Abraham adhuc esset in Chaldæa sive Mesopotamia, ut ait. B. Stephanus, Actor. VII, 2, Mesopotamiam vocans non eam modo regionem quæ duobus amnibus Euphrate et Tigri includitur, sed etiam Babyloniam, cujus pars est Chaldæa. » Quamobrem Wesselingius hanc adnotationem, ut sequitur, fecit :

« Antiquissimus hujus opinionis auctor est Eupolemus qui apud Euseb. lib. IX *Præpar. evang.*, c. 17, Ur collocavit in Babylonia. Fuit inibi, eo fere nomine, urbs cujus meminit Plinius lib. V, *H. N.*, cap. 21 ; neque tamen verosimile fit ibi incoluisse Abrahami patrem. Ratio itineris quod ingressus est ut in Chananæam perveniret, aliud suadet ; aliud etiam Josuas, qui c. XXIV, 2, affirmat Therachum trans Euphratem a longissimo tempore habitasse, et tamen cis eum fluvium fuit urbs Eupolemo memorata. Verius S. Bochartus lib. XI *Phal.*, 6, Ur quæsivit in Mesopotamia. Ammian. Marcell. lib. XXV, cap. 8, Ur castellum Persicum haud procul Nisibi Tigrique flumine ponit. Id videtur fuisse Ur Chaldæorum, quippe qui olim eo loci habitarunt, ut docuit Campeg. Vitringa ad Isai. XIII. »

Expendamus nunc utrum sub hac voce Καμαρίνη detegi possit supradictorum nominum error. Noverunt omnes Camarinam apud Maronem citari ut civitatem Siciliæ quæ toto cœlo a Babylonia distat :

Apparet Camarina procul....
(*Æneid.* l. III, v. 701.)

Huc quadrat vetus proverbium : Μὴ κίνει Καμάριναν. Iterum quæro quæ sit eo nomine civitas ; profecto Harrha, in quam Abrahami pater se contulit cum migravit de Ur sua patria. Alia est civitas, trans Euphratem sita, nomine Χαρμάνδη, de qua loquitur Sophaneta in Gestis Cyri Junioris. Ἐπὶ ταῖς Βαβυλωνίης πύλαις πέραν τοῦ Εὐφράτου πόλις ὤκιστο ὄνομα Χαρμάνδη, *apud Stephanum Byzant.* Vid. Xenoph. *Anabasin* I, 5, 10. Hujus civitatis nomen quamdam habet affinitatem cum Καμαρίνη. His omnibus non parum incerta quæstio videtur, et mihi sat constat Καμαρίνη nomen meram esse fictionem.

Michaelis in II parte *Spicilegii geographiæ Hebræorum exteræ*, p. 104, locum hunc expendit Eupolemi, quem habet ut ineptum compilatorem ; et putat Camarinam eamdem fuisse ac civitatem Cascaram apud auctores medii ævi notam. Idem Michaelis etymologiam Scaligeri probat, sed rejicit conjecturam qua Bayerus in *Osrhoenis historia* pro Camarina accipit Orchoenem a Ptolemæo citatam, nec eam ab Erech seu Urhoi distinguit.

Ibid. 12. Ibi facile deprehenditur mendum, quod, ut puto, solis librariis imputari debet, δεκάτῃ γενεᾷ ἐν πόλει τῆς Βαβυλωνίας Καμαρίνῃ... ἐν τρισκαιδεκάτῃ γενέσθαι Ἀβραάμ. Postquam dixerat Abrahamum natum fuisse post decimam generationem, modo eumdem declarat venisse tantum post decimam tertiam. Eo absurdior est contradictio quod peccat locutio : nam γενέσθαι Ἀβραάμ nonnisi ad unam vel alteram epocham referri potest. Porro quæ nam ex his vera sit ? putamus nos priorem, siquidem in capite præcedenti leguntur quæ sequuntur Josephi : « Μνημονεύει δὲ ἡμῖν τοῦ πατρὸς Ἀβραάμου Βηρωσσὸς οὐκ ὀνομάζων, λέγων δὲ οὕτως· Μετὰ τὸν κατακλυσμὸν δεκάτῃ γενεᾷ, παρὰ Χαλδαίοις τις ἦν δίκαιος ἀνήρ. Sic merito præsumi potest aliquem chronologum qui ortum Abrahami sentiebat non posse concordare cum decima generatione, propria auctoritate decimam tertiam substituisse ; deinde transcriptorem hanc duplicem epocham servavisse, licet nihil magis rationi repugnet. Textum hunc citat Michaelis in II parte *Spicileg. geog. Hebræor. ext.*, p. 105, « Decimam tertiam generationem Abrahæ computari puto a Mathusala qui diluvio superstes fingebatur. Vide me de chronologia Mosis ante diluvium § 11, pag. 144 et 145, commentationum per annos 1763, 1768 prælectarum. Vixdum enim de gigantibus qui diluvium effugerant verba fecerat Eupolemus. »

Ibid. 14. Astrologia et scientia Chaldaica. Quid sit Chaldaicam exponere ? In capite præcedenti e Josepho excerpto legimus Abrahamum, cum pervenisset in Ægyptum, ibi docuisse arithmeticam et astronomiam : Τήν τε ἀριθμητικὴν αὐτοῖς χαρίζεται καὶ τὰ περὶ ἀστρολογίαν. Quæ verba non clare determinant an intelligat has artes esse scientiam Chaldaicam aut loquatur de scientia divinatoria sacerdotum hujus regionis. Dahnius proponit τὴν loco καί, et sic intelligeretur astrologiam esse scientiam Chaldaicam.

Ibid. B 6. Prælium in quo captus est Loth refertur in Genesi XIV, ubi Armenorum loco, leguntur quatuor reges, nempe Sennaar, Ponti, Elamitarum et Gentium, quorum regna confinia erant Armeniæ.

Col. 709 A 10. Substitui Μιζραΐμ loco Μεστραείμ in eo secutus Perizonium, *Antiq. Ægypt.*, p. 8. Bochartius, *Geog. sac.* IV, 24, in hunc locum legit : Βαβυλωνίους λέγειν πρῶτον γενέσθαι Βῆλον ὃν εἶναι Κρόνον· ἐκ τούτου δὲ γενέσθαι Βῆλον καὶ Χάμ· τοῦτον δὲ τὸν Χαναὰν γεννῆσαι, τὸν πατέρα τῶν Φοινί-

Digitized by Google

κων, καὶ Χοὺμ υἱὸν γενέσθαι ἣν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων λέγεσθαι Ἀσβόλον, πατέρα μὲν Αἰθιόπων, ἀδελφὸν δὲ τοῦ Μιζραΐμ, πατρὸς Αἰγυπτίων. Apud eumdem, quem sequimur, Bochartum legesis causas harum immutationum.

Col. 709 B 5. Fertur hanc vocem a duplici voce esse derivatam, scilicet ab *Erm*, quæ *Syrus* interpretatur, et Ἰουδ seu Ἰουδ, quæ *Judæus* sonat.

Ibid. 7. Mendosa hæc etymologia vocis *Hebræus* quam auctor ab Abrahamo oriri docet, probat juxta Bochartum, *Chanaan*, lib. II. c. 14, p. 93, ipsum omnino ignorare linguam Hebraicam, cum litteræ quibus scribitur utrumque nomen omnimodo differant. Alioqui cur Abraham cognominaretur Hebræus, Gen. XIV, 13? Talis ignorantia videtur revelare ipsum Artapanum non esse Judæum, uti declaravit Valckœnaerus, *De Aristobul.*, p. 26. Præterea a sacris Scripturis plus æquo discedit, exempli gratia, cum ait Josephum, cognito fratrum consilio, deprecatum esse Arabas ut in Ægyptum perducerent; alibi videtur probare Ægyptiorum idololatriam, cum Moysi temere tribuit inaugurationem cultus animalium, et totius Ægypti partitionem in triginta sex nomos, et alia similia quæ quivis Judæus nequidem excogitare ausus esset. Vid. not. in cap. 27.

Ibid. 9. *Φαρεθώτην*. Nomen hujus regis in nulla e dynastiis Manethonis reperitur. Forte Pharaonem designat per corruptionem. Totum hoc mera est fabula. Nomen istud similiter deformatur in *Antiq. Judaic.* Josephi, lib. I, c. 8 : Φαραώθης ὁ Βασιλεὺς τῶν Αἰγυπτίων.

Ibid. D 2. Procul dubio legendum est juxta mss. 465 et 466 *Molonem* loco *Melonem*. Certi sumus Apollonium Molonem scripsisse adversus Judæos; Joseph. *Contra Apionem*, l. II, 14 : « Cum Apollonius Molo, Lysimachus et quidam alii, aut inscitia, aut potius odio in nos, libros conscripserint adversus legislatorem nostrum Moysem et leges ejus quas blasphemant ut justitiæ et veritati contrarias, Moysem autem histrionem et impostorem vocant, quasi nonnisi malum docuisset et nullibi virtutem, breviter est respondendum, etc... Cæterum Apollonius non præcise librum contra nos exaravit, ut Apion, sed passim in scriptis calumniam et injuriam disseminat, modo nos ut Deo et hominibus odibiles dijudicans, modo ut impios atheos persequens. Contempto quolibet mentis judicio, nobis crimini dat stultam temeritatem, stupidiores ipsis barbaris declarat, humano generi semper et ubique inutiles. » Pars libri cujus deest textus Græcus et superest tantummodo versio Latina, fert Molonem primum ante alios tradidisse fabulam capitis asini, ex auro fabricati, quod servabatur et colebatur in templo Jerusalem. Hinc in dubio revocari nequit odium Molonis adversus Judæos. Eusebius voce συσκευῇ designabat opus a Molone inceptum contra Judæos; simili voce vocabat, lib. V, pag. 179, librum Porphyrii adversus Christianos : Αὐτὸς ὁ καθ' ἡμᾶς τῶν δαιμόνων προφήτορος, ἐν τῇ καθ' ἡμῶν συσκευῇ. Item, p. 31 : Ὁ καθ' ἡμᾶς τὴν καθ' ἡμῶν πεποιημένος συσκευήν. Quid intelligat hac voce, vid. *Mœris atticista*, p. 357 : Σκευωρία· σκευωρήματα ἀττικῶς, συσκευὴ Ἕλληνες. Vid. Thomam Mag. p. 796 et Intt. Igitur cum Josepho consentit Eusebius, Molonem declarans Judæorum hostem, et sic confirmatur ejus identitas. Quod ejus respicit professionem, scimus illum fuisse sophistam, Rhodii docuisse rhetoricam, eodem tempore quo Cicero adhuc adolescens Græciam petierat ut varias artes edisceret, quique Rhodium invisere voluit. Porro Plutarchus in *Vita Ciceronis*, c. 4, narrat « Apollonium Molonem olim rogasse a tirunculo oratore Romano, ut coram se orationem Græco sermone pronuntiaret; ipse enim linguæ Latinæ inscius erat, quod libenter præstitit Cicero. Peracta autem oratione permotus Apollonius subtristis tacebat, dum omnes circumstantes oratori congratularentur Quo viso, sollicitus Cicero amico causam hujus silentii rogavit. Ille ait : Laudo te quidem et miror, o Cicero, sed de nostra contristor patria; solas enim divitias quas habebamus sanpuisti, illasque tecum Romam effers, intelligens disciplinam et eloquentiam. » Nescio utrum eidem Molonі, an alii Platonis coævo, ut vult Menagius, tribuendum sit dictum quod invenitur apud Diogenem Laertium, in *Vita Platonis*, pag. 34 : Ἀλλά τε Μόλων ἀπεχθῶς ἔχων πρὸς αὐτὸν οὐ τοῦτό φησι θαυμαστὸν εἰ Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ, ἀλλ' εἰ Πλάτων ἐν Σικελίᾳ. « Mihi causa mirandi, non Dionysius Corinthi, valde vero in Sicilia Plato. » Idem effatum, Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ a Demetrio Phalereo citatur ut Laconici sermonis exemplum, *περὶ Ἑρμηνείας*, c. 8. Apollonius Molo citatur quoque a Strabone, lib. XIV, p. 652, 654, 661, et a Suetonio in *Cæsare*, cap. 4, ubi Casaubonus legit, Apollonius Molonis, supple *filius*, et nititur loco sequenti Porphyrii in *Quæstionib. Homeric.* : Λύει τὴν ἀπορίαν ὡς καὶ Ἀπολλώνιος ὁ τοῦ Μόλωνος παρίστησι. Vid Casauboni notam, *l. l.* Alibi expendam utrum dicendum sit Apollonius Molo, aut Molonis filius : nec sola est hujus nominis difficultas. Huetius, *Demonst. evang.*, tom. I, prop. 4, cap. 2, § 23, pag. 90, edit. in-8°, asserit Apollonium Molonem, seu, ut vocant, Molonis, qui Μαλαχὸς dictus est, differre a Molone : quem errorem Josepho, *Cont. Apion.*, lib. II, tribuit Strabo, lib. XIV, pag. 652, edit. Casauboni, alium esse declarans his verbis : Ἔστι λόγος Μόλωνος κατὰ Καυνίων (ὑπὲρ τῶν Ῥοδίων). Idem fert, pag. 655 : Ποσειδώνιος ἐπολιτεύσατο ἐν Ῥόδῳ καθάπερ καὶ Ἀπολλώνιος ὁ μαλαχὸς καὶ Μόλων (ἦσαν γὰρ Ἀλαβανδεῖς, Μενεκλέους μαθηταὶ τοῦ ῥήτορος), ἐπεδήμησε δὲ πρότερον Ἀπολλώνιος· ὕστερον δὲ ἦκεν ὁ Μόλων, καὶ ἔφη πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνος· ὕστερον Μόλων, ἀντὶ τοῦ ἐλθών. Casaubonus in eumdem locum sic habet : « Aperte Strabo duos facit, Apollonium quem mollem vocat, et Molonem : atque Apollonius est qui cognomento Molon dictus est. Sic enim eum nominant Quintilianus multis locis, et Suetonius in *Cæsare*. Dicam quod sentio : puto enim quoties vel apud Quintilianum, vel apud Suetonium, vel alium occurrit mentio Apollonii Molonis, toties occurrere insigne vel ipsius auctoris vel librarii peccatum : auctoris, si ita scripsit et duos viros ejusdem professionis perperam confudit : librarii, si, cum scriptum esset ab auctore Apollonius *mollis*, ipse in *molonem* mutavit. Merito suspicetur aliquis quoties Apollonius Molo ab his vocatur, toties rescribi debere mollis, quod docet nos Strabo, a quo stat Marcus Tullius Molonis auditor, ut ipse sæpius testatur (*Brutus*, 91; *Ad Attic.* 11, 1), quem quidem ille nunquam Apollonium vocat : idem Cicero Apollonium non Molonem sed Alabandensem appellat; in quo pulchre ei cum Strabone convenit. »

Ernestius aliter sentit atque Casaubonus, et uni homini tribuit utrumque nomen in *Indice histor.* editionis suæ *Operum Ciceronis*.

Negari non potest Apollonium fuisse Molonis filium; Græci ut homonymos facilius designarent ita scribebant Ἀπολλώνιος ὁ Μόλωνος. Latini vero, apud quos filius et pater eodem dabantur nomine, duo hæc nomina jungebant, Herodes Atticus, loco Herodes Attici filius; Apion Pleistonius, loco Apion filius Pleistonii. Vid. Suetonium, *Cæsar.*, 4; Porphyrium in scholiaste Veneto *ad Iliad.* IX, 5, et Sturz *Operum* p. 14, Valerium Maximum, Quintilianum, de Apollonio Molone loquentes.

Col. 712 C 1. Tot Philones apud Eusebium citantur, absque notis sufficientibus, ut inde non modica sequatur inter eos confusio. Quosdam tamen satis novimus, ut Philo Judæus Alexandrinus, cujus opera partim ad nos usque pervenerunt, et Philo Herennius, ex Biblo, Judæis infensissimus hostis, qui scripta Sanchoniatonis in linguam Græcam transtulit, Videndus Origen. *cont. Cels.*, I, 15, p. 334. Posterior iste; Ne-

Digitized by Google

ume regnante floruit; prior vero qui et Judæus ad Caium Cæsarem nuntius a suis ex Alexandria missus est. Præter hos Philonem poetam novimus auctorem fragmenti valde corrupti, et Philonem Antiquum. Postremus ille, inquit Dahnius, tom. II, pag. 190, in Geschichtliche Darstellung, non est accipiendus pro poematis auctore; hic enim Judæus, ille autem gentilis erat. Hæc assertio non satis constat, nam etsi illud legatur apud Josephum in orat. 1, *Adv. Apion.*, § 23, contradicit Hieronymus qui eidem tribuit librum Sapientiæ Salomonis, in *Præfatione in libros Salomonis* : « Secundus liber (Sapientia) apud Hebræos nusquam est, quin et ipse stylus Græcam eloquentiam redolet : nonnulli scriptorum veterum hunc esse Judæi Philonis affirmant. » Porro S. Hieronymus loqui intendere nequibat de Judæo, qui Christi Incarnatione erat posterior, sed de solo Philone Antiquo. Quidquid sit, mihi videtur necessario discernendus poeta Philo, qui procul dubio Judæus fuit, ab Antiquo Philone, Judæus sit an non.

Col. 712 C 4. Hi versus adeo sunt adulterati, ut Vigerus a proposito eos in aliam linguam vertendi deterritus fuerit, nec reipsa verti possunt nisi mutentur literæque voces. Edidit Vigerus Ἀβραὰμ κλυτοηχές· ego κλυτήχου juxta significationem Abrahami nominis. Clemens Alex., *Strom.* lib. v, p. 668 : Ἑρμηνεύεται Ἀβραὰμ πατὴρ ἐκλεκτοῦ ἠχοῦς· ἠχεῖ γὰρ γεγωνὸς λόγος. Abraham interpretatur *Pater echus electæ* eo quod vox prolata (verbum) insonet. Origenes, *Cont. Cels.*, lib. v, 45, pag. 612 : Ἐὰν ἔτι ὁ Θεὸς Πατρὸς ἐκλεκτοῦ ἠχοῦς καὶ ὁ Θεὸς τοῦ ἕλκοντος καὶ ὁ Θεὸς τοῦ πτερίστου, οὕτως οὐδὲν ποιεῖ ὧν τὸ ὀνομαζόμενον. « Ille auctor, si loquens de Deo Abraham, Isaac et Jacob, vocet eum Patrem echus electæ, Deum risus, Deum luctatoris ad terram prosternentis apprehenso crure, hæ denominationes erunt absque sensu. »

Sic Abrahami nomen interpretatur Philo, *De Abrahamo; De nominum mutatione; De gigantibus.*

Immutari oportuit innumeras voces ut sensum rationi consentaneum obtinerem, cum periculo discedendi a sensu textus primitivi. Correctiones meas criticæ relinquo, nec eas quidem defendere conabor.

Ἕλκνον ἀρχεγόνοισι τὸ μόρσιμον ὡς ποτε θε-
[σμοῖς
Ἀβραὰμ κλυτήχου ὑπερτέρου ἄμματι δεσμῶν,
Παμφαὲς ἐκλάμψαν μεγαυχήτοισι λογισμοῖς
Θεοφιλῆ θέλγητρα. Λιπόντι γὰρ ἀγλαὸν ἔρκος,
Αὐτοφύτων, ἔκκαυμα βριήπνοος Ἄγγελος ἰσχὼν
Ἀθάνατον κοίησεν ἣν φάτιν, ἐξότ' ἐκείνου
Ἔγγονος ἀντὶ γόου πολύμυθον ἔλλαχε κῦδος.

καὶ τὰ ἑξῆς οἷς μετ' ὀλίγα ἐπιφέρει·

Ἀρτίχερος θηκτοῖο ξιφήφορον ἐντύνοντος
Αἰχμητὴ καὶ σφαράγοιο παρακλιδὸν ἄθροι-
[σθέντος,
Ἀλλ' ὁ Θεὸς χείρεσσι κεράσφορον ὦπασε κριόν.

Col. 713 A 5. De diversa hujus nominis orthographia, vid. annotationes ad Josephum, *Antiq. Judaic.*, pag. 44 edit. Havercamp.

Ibid. B 10. Quis sit ille Demetrius cujus datur fragmentum? Audi Dahnium in hanc quæstionem, I. II, p. 220 : « Difficile est respondere quærenti, utrum Demetrius ille cujus fragmentum sat longum habetur in patriarcham Jacob, Judæus sit an non. Duo sunt revera auctores eo nomine citati, qui sæpissime confunduntur, quamvis eos distinguere facillimum sit. Ambo Judæorum historiam contexerunt. Prior, Demetrius Phalereus, cujus nomen et fortunam multi ignorant, bibliothecarius fuit Ptolemæi Soteris. Josephus, *cont. Apion.*, I, 23, declarat nullum alium rectius locutum fuisse de rebus Judaicis. Quibus verbis patet Huetium errare, cum ait Josephum permiscuisse Demetrium Phalereum et ejus homonymum. Posterior librum scripsit *De regibus Juda*; nec omnino facile est huic tribuere fragmentum quod tractat de patriarcha Jacob. Potius crederem errasse Eusebium illud non tribuendo ipsius homonymo. Hoc enim fragmentum redolet stylum Alexandrini auctoris, quod moneat Jacob non luctatum esse adversus Deum, sed contra angelum; solent enim auctores Alexandrini scrupulosius distinguere Deum supremum et verum a quocunque alio numine, cum hominibus agente; quæ propria Demetrii Phalerei doctrina haberi nequit, nisi dicatur eum doctrinam illam a quodam Judæo Alexandrino narrante accepisse. » Huetius, *Demonst. evang.* prop. 4, § 22, et Isaac Vossius, *De LXX Interpr.*, pag. 396 Demetrium pro Judæo habent.

Ibid. C 3 Hic loquitur auctor inter se pugnantia, eo quod, de Jacob agens, illum eodem tempore 75 et 77 annos natum simul faciat. Vigerus demonstrat secundum numerum, scilicet 77, esse verum. Etenim Jacob 91 annos natus erat cum genuit Josephum; jam autem 14 anni erant a quo uxorem duxerat. Si ergo e 91 tollas 14, 77 supersunt. Confer cap. 50 *De nativitate patriarcharum* in quo emendantur non pauci errores Demetrii.

Col. 716 A 5. Permutantur nomina concubinarum Jacob. Juxta Genesim Bala famula Rachelis erat, famula autem Liæ Zelpha. Non dubito quin a transcriptoribus proveniat error; omnibus enim constat Demetrium e sacris Scripturis decerpsisse quod retulit, et postea in peculiari ordine nomina restituit.

Loco *et eadem*, legendum est *et Bala*.

Utiliter consuli possunt notæ chronologicæ et cæteræ correctiones quas P. Petavius proponit in *Doctrina temporum*, lib. IX, c. 19, quem sedulo sequimur. Vigerus consulendum putat *Annales* Saliani, tom. I, a creat. mundi ann. 2283.

Ibid. B 14. Παλαίσαι. 465.

Ibid. C 1. Οὐκ ἐθίσθαι, 465, 466.

Ibid. 6. Numeros restitui juxta ms. 466, ipsaque duce ratione, sensum. Miror autem cur Vigerus neglexerit hanc textus absurditatem emendare, qua eidem matri tribuuntur tres filii ejusdem ætatis : quam in notis suis indicare curavit.

Col. 717 C 1. Non video cur huc afferatur numerus ille biennii, nisi præsupponatur aliquid omissum fuisse, et Demetrium declarasse fratres Josephi in Ægyptum venisse anno inopiæ secundo. Eusebius de his nihil tradit, et totus est in exponendo cur Josephus non cogitaret de suo patre familiaque in Ægyptum arcessendis, ne et ipsi premerentur inopia quæ jam vicinas invaserat regiones, juxta quod legitur in Gen. XLV, 6 : *Biennium est quod cœpit fames esse in terra, et adhuc quinque anni restant, quibus nec arari poterit, nec meti.*

Ibid. 10. Textus fert unam, μίαν, sed manifeste intelligitur una præter cæteras, numerus enim septeni, qui additionem denotat, aliter fieri posse non sinit præsumere. Josephus, ut omnes sciunt, eidem mensæ non sedebat atque fratres ejus, sed separatim comedebat cum Ægyptiis.

Col. 720 A 8. Vigerus sic exponit et justificat chronologiam hanc : Abrahamus venit in Chanaan ætatis suæ anno 75 et ann. 175 defunctus est : igitur 100 restant. Cum defunctus est Abrahamus, Jacob annos 15 natus erat, et profectus est in Ægyptum ætatis suæ anno 130, ergo restant 115. Quibus, prioribus additis, numerantur 215 anni a vocatione Abrahami ad migrationem Jacobi in Ægyptum.

Ibid. 9. Recensio hæc ætatis patriarcharum a die transmigrationis Jacob in multis mendosa videtur. 1° Duo omittuntur nomina, siquidem Dan non ponitur in priori catalogo, item et Issachar æque deest; 2° quoad variarum ætatum relationem, eas inter se conferre satis est, ut pro certo habeas modicos in mensibus errores tribuendos esse transcri-

Digitized by Google

ptoribus potius quam auctori, quem sibi contradicentem præsumere non æquum est.

	Adventus in Chanaan.		*Mansionis tempus.*		*Profectio in Ægyptum.*	
Ruben	12 an.	2 m.	32 an.	10 m.	45 an.	» m.
Simeon	11	4	32	8	44	
Levi	10	6	32	6	43	
Judas	9	8	32	7	42	3
Nephthali	8	10	32	9	41	7
Gad	8	10	32	5	41	3
Aser	8		32	8	40	8
Issachar	8					
Zabulon	7		33		40	
Dina	6	4	32	8	39	

Exaggerantur anni quos tribuit Demetrius variis epochis ab eo citatis ; sic a quacunque chronologia discedit. Utrum culpa sit transcriptorum, aut factum ipsiusmet Demetrii, non pronuntiare audemus. Quod præsertim repugnat in ea temporis recensione, nimium est intervallum quod supponitur a diluvio ad profectionem Jacob in Ægyptum ; quod ut impleretur, plurimas effingere oporteret generationes Noemum inter et Abrahamum, et ipsa longævitas priorum hominum non sufficeret ad solvendam difficultatem : supra dixit Abrahamum fuisse 77 annos natum.

Transtuli εἰς Χαρράν loco ἐκ Χαρράν, tunc enim e Charrhan non egrediebatur patriarcha, sed ibat in Charrhan, ubi habitabat Laban.

Col. 720 B 12. Vigerus putat errorem esse in determinatione temporis quo natus est Kaath ; juxta enim Demetrium illius nativitas cum obitu Jacob in Ægypto concordaret. Porro in Gen., xlvi, 11, ubi fit supputatio nepotum Jacob, dicitur tres esse Levi filios, Gerson, Kaath et Merari ; natus erat Merari ante totius familiæ Jacob discessum in Ægyptum : ergo Kaath ipso natu major dici non potest venisse ad vitam post hunc discessum patriarcharum, scilicet 17 post annis, Vocem *Kaath* loco *Klath* restitui juxta Genesim, quod mendum quidem a scribis introductum fuerat. Simso, ann. 2290, putat errasse Demetrium in recensione annorum Levi, cum illi tribuit 43 annos tempore quo venit in Ægyptum, et annos 60 cum natus est Kaath ; huic autem contradicit Weisselingius in eumdem locum, et annos Levi apud Demetrium inter se concordare declarat : nimirum 10 ann. et 6 menses tribuuntur Levi in profectu a Mesopotamia ; 32 ann. et 6 menses mansionis in Chanaan, ergo 45 annorum erat tempore migrationis in Ægyptum ; quibus si addas 17 ann. mansionis in Ægypto usque ad mortem Jacob et nativitatem Kaath, 60 ann. cum Demetrio invenis. Perizonio videtur erroribus scaturire hæc genealogia, in suo libro *Origines Ægyptiacæ*, c. 20, p. 411 : « Primo, ait, Jochabed Amrami uxor, dicitur Levi filia, Num. xxvi, 59, quod fieri nequit ; tunc enim soror fuisset patris ipsiusmet Amrami. Præterea, ex eadem supputatione, nonnisi in provectissima ætate Moysem peperisset, et quasdam generationes interjicere oporteret ut concordarent diversæ epochæ. 2° Si attendatur incredibilis Hebræorum multiplicatio in Ægypto, non verisimile videtur quosdam patresfamilias tam paucissimos habuisse filios. Sic Kaath, Num. iii, 27, tribuuntur quatuor filii totidem populorum duces futuri, et in ejusdem familia, Num. iii, 28, masculi 8600 numerantur, dum eodem temporis intervallo Amramus nonnisi Aaronem et Moysem habuisset. Procul dubio, inquit, intervenire debuerunt a Kaath ad patrem Moysis plurimæ generationes. »

Ibid. C 1. Mendum e textu expunxi in quo nomen *Abraham* ut pote celebrius, loco *Amrami* legebatur. Ms. 466 fert Ἀμβράν. Nullo modo cunctandum erat, nescioque cur hunc errorem solummodo in notis emendaverit Vigerus.

Ibid. 5. Jochabed quam Demetrius tradit esse filiam, seu patruelem, sororem Amrami, dicitur Num. xxvi, 59, filia Levi et in Ægypto nata. Hinc redit difficultas a Perizonio sublata : id enim profecto fieri non poterat, ut patet ex ejus supputatione sequenti : commoratio in Ægypto 215 ann. ; ætas Moysis in exitu de Ægypto, 80 ann. Ergo natus erat anno 135 post patriarcharum profectionem e terra Chanaan. Porro Levi vixerat in Ægypto 94 annis. Si tollantur 14 anni in quibus una vixerunt Levi et Moyses, reperitur Levi ætatem, in Moysis nativitate, esse annorum 123. Posito igitur quod Jochabed Moysem pepererit ætatis suæ anno 40, ipse Levi, jam tunc 83 annorum vix erat, quod non repugnat apud patriarchas. Sed recensio hæc nimio dispungit intervallo singulorum filiorum nativitatem. Tolleretur difficultas si per Levi filiam, tantum intelligeretur ejus postera seu neptis, ut habet Demetrius.

Col. 721 B 3. Ibi textum emendavi, cum peccet contra sensum simul et contra syntaxin : ita enim inveni : Κεῖσθαι δ' αὐτὴν φησιν ἐν τῇ περὶ Ἰουδαίων.

Vox κεῖσθαι indicat Sichem sitam esse, ἐν τῇ... (nomen abest) περὶ Ἰουδαίων· ibi latet evidenter ejus populi nomen qui certe non idem est ac Judæorum cum huc nonnisi longo post tempore advenerint isti ; aliunde, vox περί supervacanea esset et dignoscitur repetitio esse eorum quæ paulo superius leguntur : Τὰ δὲ Σίκιμά φησι Θεόδοτος ἐν τῷ περὶ Ἰουδαίων. Igitur substituendum erat τῷ, περὶ Ἰουδαίων, cujusdam populi nomen, ejus nimirum qui hanc regionem ante Hebræos occupavit, et hoc egisse credimus supplendo vocem Φερεζαίων, quæ satis textui concordat, et sensum sicut et phrasim restituere videtur.

Ibid. C 1. Hi Theodoti, etsi Philoneis paulo minus obscuri versus, in multis tamen sensum, seu syntaxim, seu tandem prosodiam offendunt. Vigeri præsumptio qua Græcos versus versibus Latinis reddere nititur, causa est cur sæpe nimis a sensu discedit et imitando vagatur ; quod præsertim fit, quando Græci versus subobscuri sunt ut nunc. Locus est exponendi quid in mea translatione maxime operatus sim ; in versu 6 legitur αὐλῶπις, quæ vox in eo sensu adhibita reperitur in nullo lexicorum. Apud Homerum in usum non venit nisi ut epitheton vocis τρυφάλεια, et sic galeam coni figuram habentem sonat, ait scholiastes : Εἰς στενὸν καὶ μακρὸν ἀπολήγουσα ἄσπις. Ἡ λήγουσα εἰς ὀξὺ τῷ αὐλίσκῳ εἰς ὃν ὁ λόφος ἐνίεται. Igitur de angusta valle hic agitur, ideo enim dicitur αὐλών, id est *convallis*, cum utrinque arctatur inter montes. Sic sita erat Sichem, ut pate. Theodoti descriptione, et alias ipsis verbis Theophrasti, *Hist. plantarum*, ix, 7 : Μεταξὺ τοῦ τε Λιβάνου καὶ ἄλλου τινὸς ὄρους μικροῦ, ἔστιν ὃν Αὐλῶνα καλοῦσι, πεδίον πολὺ καὶ καλόν ; Idem rursus : Μεταξύ τε Λιβάνου καὶ ἄλλου τινὸς ὄρους μικροῦ ἐν Αὐλίσκῳ τινί. Hunc locum sic refert et vertit Plinius, xii, 22 (48) : « Inter Libanum montem aliumque ignobilem, non, ut quidam existimavere, Antilibanum, in convalle modica juxta lacum cujus palustria æstate siccantur, tricenis spatio stadiis calamus et juncus odorati nascuntur. » Quibusdam vox ista videtur mendosa, eo quod nullibi tali sensu accipiatur, et alias quantitati versus contradicat, substituendo brevem πις syllabam, pro longa. Ms. 466 aliam lectionem dat non quidem versus mensuræ aptiorem, sed quæ faciliorem reddit emendationem : Ἀτράπιτος τέτμηται ἀραιὴ αὐλῶπις... Quocunque modo emendetur, de sola voce αὐλῶπις quæstio esse potest, cum aperte αὐλών proprie nomen sit vallis istius, juxta Theophrastum. Josephus, *Antiq. Jud.* lib. iv, nomen tradit utriusque montis : Οὐ πόρρω τῆς Σικίμων πόλεως, μεταξὺ δυοῖν ὀροῖν, Γαριζαίου μὲν τοῦ ἐκ δεξιῶν κειμένου, τοῦ δ' ἐκ λαιῶν Γιβάλου προσαγορευομένου. Prope autem montem Garizim erat puteus Jacob, in quo sedens Salvator mulierem Samaritanam est allocutus. Apud Joannem, cap. iv, civitas hæc dicitur

Digitized by Google

Sichar, sub Romanis Νεάπολις designata est, et hodie *Naplouse*. Hieronymus in S. Paulæ epitaphio dicit, Sichar corrupte dici ab antiquo nomine Sichem : « Transivit Sichem, non ut plerique errantes legunt, Sichar, quæ nunc Neapolis appellatur, et ex latere montis Garizim exstructam, circa puteum Jacob. »

Legendum est, ἀτραπίτῳ τέτμηται loco ἀτράπιτος.

Col. 724 D 1. Forte λίαν προλίπειν legendum est, infra enim dicitur Jacob ex Euphrate venire in Sichem.

Col. 724 A 7. Ἐπίτρεπτον δὲ δέμας sensu caret. Mss. 465 et 466 multo rectius ferunt ἐπίπρεπον, sed etiam tunc aliquid est addendum requirente metro; igitur legendum propono :

Εἶδος ἐπίπρεπτον ἠδὲ δέμας, καὶ ἀμύμονα θυμόν.

Ibid. C 9. Κοινωνήσασθαι, 465.

Ibid. 14. Πεπεισμένος quatuor mss.

Ibid. D 4. Αἴτιον quatuor mss.

Col. 725 B 1. Ἰωσήφ, 465, 466.

Ibid. 9. Fert textus Ἰσραὴλ loco Ἰσμαὴλ, et υἱοὺς ἀδελφοὺς loco υἱὸν ἀδελφόν. Quis crediderit Vigerum tanto errori pepercisse.

Ibid. C 9. Hoc dictum videtur per corruptionem nominis Gessen, quæ regio Hebræis assignata est a Pharaone, ut in Gen XLVII. Idem nomen sed alio modo corruptum legitur, cap. XXVII, Κεσσάν : ms. 468 fert Τεσσάν. Hic est autem difficultas : nam in utroque loco Artapanus civitatem intelligit, per Kessan seu Kaissan : Ἐν τῇ πόλει Καισσάν, et cap. 27 : Πρῶτον μὲν τὴν Κεσσὰν οἰκοδομῆσαι τό τε ἐπ' αὐτῇ ἱερὸν καθιδρύσασθαι. Caput primum Exodi nos docet quas civitates Pharaoni ædificaverint Hebræi, ᾠκοδόμησαν πόλεις ὀχυρὰς τῷ Φαραῶ, τήν τε Πιθὼ, καὶ Ῥαμεσσῆ, unde ipsæ essent Ῥαμεσσῆ, καὶ Ὼν, ἥ ἐστιν Ἡλιούπολις. Sed quomodo potuissent Hebræi templum vero Deo ædificare in civitate Ægyptiaca, et templum de quo loquitur Artapanus in urbe Caissan? Eratne cuidam Ægyptiorum numini dedicatum fanum, an locus ubi commorabantur Hebræi? Alterutra pars eligenda est : ego vero hanc dirimendam quæstionem non suscipio.

Ibid. 10. Non dubito quin vera lectio sit τὸ ἐν Πειθῷ, loco τὸ ἐν Ἀθώς. Nam 1° ἐν Ἀθώς solœcismus est, et legere oporteret ἐν Ἀθῷ ; 2° nulla est hujus nominis civitas in Ægypto : ideo vocem hanc immutavi in textu.

Ibid. 11. Quoad etymologiam vocis *Ermiouth*, vid. supra not. 38 in cap. 18.

Ibid. D 11. Τόθεν, 465, 466, pro τόχος.

Col. 728 A 3. Quis sit hic auctor? Non videtur esse Philo, qui versibus scripsit, sed potius Polyhistor, ut aliunde confirmat quod in capite sequitur.

Aristæus iste Περὶ Ἰουδαίων, non est accipiendus pro auctore qui narrat historiam versionis Septuaginta Interpretum, in quo graviter erravit Fabricius, *Biblioth. Patr. Græc.*, t. V, pag. 61. Vid. Dahnium, t. II, p. 200.

Ibid. 5. Βασσαράν, 465.

Ibid. 12 Ἰωβάμ Hæc vox in textu edito primum deprehensa et deinde in Ἰωβάβ emendata juxta ms. 466, hanc variationem debuit formæ aliquando consimili utriusque litteræ β et μ. Ille Jobab, quem Aristæus dicit ortum ex Esau, idem videtur esse ac ille de quo agitur in Gen. XXXVI, 33, ubi datur Esau genealogia : « *Mortuus est Bela et regnavit pro eo Jobab, filius Zaræ de Bosra.* » Vid. Petav. *Doctrina temp. in Job. et ejusdem originem*, lib. IX, c. 20.

Ibid. 14. Ὑπερβαλλεῖν, 468.

Ibid. B 6. Θεμανιτῶν, 466.

Ibid. 7. Σαυχέων, 466.

Ibid. 8. Μιναίων, 466.

Ibid. 9. Παραχαλούμενον, 466, 467, 468.

Ibid. D 3. Τεσσάν, 466, 467, 468. Vide supra not. ad col. 724 C 9.

Col. 729 A 2. Verum et proprium hujus regis nomen est Χεφρήν. In disticho sequenti reperitur apud Clementis Alex. scholiasten *Protreptic.*, edit. Potter., p. 44 :

Μνήματα Χεφρῆνός τε καὶ ἀντιθέου Μυκερίνου
Καὶ Χέοπος κατιδὼν Μάξιμος ἠγασάμην.

Ibid. B 4. Locus hic Diodori Siculi, citatur apud Eusebium, *Præp. evang.*, lib. II, cap. 1, qui locus originem docet cultus diversorum animalium, juxta diversos Ægypti nomos.

Ibid. C 1. Γονέων, 468; γεωργῶν, 466.

Ibid. 6. Lego ut superius συγγενῶν loco γεωργῶν, ut fert textus editus. Ms. 468 scribit γονέων. Mox 466, καταστρατοπεδῦσαι.

Ibid. D 7. Πρὸς φυλακῆς, 466, 467, 468.

Ibid. 11. Ægyptius ille nomine Nacherot probabiliter est idem quem inferius nominat Chanethoth; hoc nomen fert *Chronic. Alexand.*

Col. 732 A 4. Θέλοντας τά, 467, 468.

Ibid. 5. Ἀποξενώσαντας, 466, 467, 468.

Ibid. B 6. Ἐλαχίστως, 466, 467.

Ibid. C 11. Ἐλεφαντασιάσαντα, 468.

Col. 735 D 6. Hieronymus *ad Fabiolam* ep. 127 : « Illud Hebræi autumant quod nocte qua egressus est populus, omnia in Ægypto templa destructa sunt, sive motu terræ sive ictu fulminum. »

Col. 736 B 8. Narratio hæc in qua vera falsis miscentur simillima haberi potest alterius relationis multo magis commentitiæ Diodori Siculi, *Eclog.* XI, tom. II, p. 542 editionis in-folio Wesseling; Justini lib. XXXVI. Narratio hæc de Moyse citatur juxta Artapanum apud Eustathium in *Hexaem.*, pag. 78 et seq., cum notis Leonis Allatii. Apud *Chronic. Alex.*, pag. 148 edit. Raderi : « Si attendatur quibus verbis Artapanus loquatur de Moyse, de ipso Abrahamo, quem dicit astrologiæ inventorem, et de Josepho cui attribuit templi Heliopolis ædificationem, inde pro certo constabit ad eum usque pervenisse religionis Judæorum cognitionem; sed qui inde concludere vellet ipsum fuisse Judæum, verisimiliter inutili labori incumberet; etenim admitti nequit ab homine Judæo, in propriæ religionis tutamentum, paganorum doctrinas invocatas fuisse, siquidem more constanti, talibus in adjunctis, quidquid Paganismum olebat respuebant Judæi; nec ullo pacto fateri voluissent paganos ritus, nec a Moyse, suæ gentis legislatore, abdicare originem. Verisimilius est Artapanum non alium esse quam unum inter neoplatonicos syncretistas, quorum magnus fuit numerus post Christi nativitatem; eumque nec deos, nec mores primitivos abjurantem, neque tamen rationis usum respuentem, enisum fuisse inter se conciliare quæque sibi probanda viderentur in doctrinis oppositis quas per allegoriam adunabat. Ideo libentius ad Judæos inclinare debebat quam Judæi ad paganos. Inde intelligitur cur Musæus Orphei discipulus pro Moyse sumptus fuerit. Hæc agendi ratio apud Judæos Christianosve hunc solummodo sortita esset effectum ut philosophiæ Græcæ religionem Hebraicam velut fundamentum daret, quod certe parvi momenti fuisset, imminente e contra ingenti periculo veram religionem cum falsa confundendi. Gentiles e contra infinitam diversitatem in deorum cultu profitebantur, et in omni casu traditionibus Judæorum suas fabulas conciliare seu firmare quærebant : falso dicebant a se Judæorum sapientes mutuatos esse quæ tenebant, et ipsa eorum dogmata intelligi non posse nisi interpretentur sensu allegorico, gentilium more. » Dahnius., t. II, p. 204.

Ibid. C 2, Poeta Ezechiel, ut cæteri scriptores ab Eusebio citati, *Præpar. evang.*, lib. IX, locum dedit controversiæ. Philippsonius qui ejus edidit opera cum Germanica translatione, Berolini ann. 1830 in-8°, in Præfatione exponit varias doctorum opiniones. Omnes fatentur scriptorem hunc fuisse origine Judæum; sed dividuntur quoad tempus quo floruerit. Hæc Lemoyne in *Varia sacra*, quem transcripsit Morhof. Polyhistor VII, 2, facit Ezechiel

Digitized by Google

Christi incarnatione posteriorem, et vixisse supponit eum ad tempus rebellionis Barcozbæ, scilicet anno Christi 100 : huic opinioni contradixit Huetius *Demonst. evang.*, prop. 4, c. 24 ; et rationem affert quod Eusebius ex ipso opere Alex. Polyhistoris deprompserit fragmentum quod nobis tradit. Scimus autem hunc Alexandrum cujus Vitam contexuit Suidas, fuisse Syllæ cœvum, seu anno 100 ante Christum floruisse. Ergo Ezechiel illi ætate præcessit. Quidam volunt poetam hunc unum esse e septuaginta Interpretibus qui Scripturas verterunt in Græcum sermonem, sed illud gratis affirmant. An Alexandrinus sit? Affirmat Philippsonius, Dahnius negat. Hoc tantummodo constat, ipsum esse Judæum et linguæ Græcæ satis peritum.

Col. 737 B 15. *Μάλιστα δὲ αὐτῶν συγγενεῖς κακουμένους.* Hic versus sequenti non consonat : Λέγω, τί τύπτεις ἀσθενέστεραν σέθεν, « cur percutis infirmiorem te? » Nihil in primo versu imparem indicat colluctationem. Præterea, pro κακουμένους, mss. 466. 467 et 468 habent παρουμένους, quæ vox melior est quam κακουμένους quo designatur oppressio ; legendum δερουμένους aut simile quid.

Col. 740 A 13. Mihi substituendum fuit nomen *Jexan* loco nominis Isaar, quem secundum filium Chetturæ dat Eusebianus textus : tum, ut ipse sibi consonet, nam superius, in exponenda Sepphoræ genealogia, illius originem ab Jexan, non autem ab Isaar deducit ; tum quia Genesis, cap. xxv, non Isaar inter Chetturæ liberos numerat, bene vero Jexan, qui revera secundus est. « Deinde Abraham aliam accepit uxorem nomine Chetturam, quæ ei peperit Zamram, Jexan, Madan, Madian, Jesboc et Sue. » Nullo modo ferri poterat textus error, nec video quo pacto Vigerus absque animadversione hunc admiserit.

Ibid. B 5. *Φησὶ Δημήτριος τὸν Ἀβραὰμ τοὺς παῖδας πρὸς ἀνατολὰς ἐπὶ κατοικίαν πέμψαι· διὰ τοῦτο δὲ καὶ Ἀμῶρ καὶ Μαριὰμ εἰπεῖν ἐν Ἀσηρὼθ Μωσῆν αἰθιοπίδα γῆμαι γυναῖκα.* Demetrius Æthiopiam Judææ respectu ad orientem ponit, Æthiopissamque dicit Sepphoram, Moysis uxorem. In hoc sacram Scripturam sequitur, quæ Num. xii, 1, Sepphoræ hanc patriam tribuit. Ut ista de Æthiopiæ situ intelligatur opinio, ad altissimam antiquitatem remeandum est, *Odys.*, Δ, 93 :

Αἰθίοπάς τοὶ δίχθὰ δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν,
Οἱ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος οἱ δ' ἀνιόντος.

Geographica hujus loci explanatio gravem inter duos primos Homeri commentatores, Aristarchum et Cratem, litem concitavit, quam fuse refert Strabo lib. i, p. 30, et Eustathius in *Odysseam* A, p. 1386, edit. Rom. ; non quod de ejusdem regionis in duas partes divisione dissentirent ; sed alter, solam Ægypti meridie sitam, Nilo separante, admittens Æthiopiam, quoad longitudines divisionem instituebat ; Crates vero, ex opinione communi ab Homero expressa, quamque adhuc profitebatur Eratosthenes et ipse Strabo, mare circa terram volvi, hanc in duas secabat partes, Chthoniam et Antichthoniam, Æthiopesque in utraque ripa sitos supponebat : ideo versum hunc afferebat :

Ἢ μὲν δυομένου Ὑπερίονος ἢ δ' ἀνιόντος.

Strabo pariter et Cratis doctrinam multis objectionibus obnoxiam abjicit, et Aristarchum oppugnat, propterea quod, ex ejus systemate, non potius duæ admittendæ sunt Æthiopiæ, quam duæ Ægypti Nilo separatæ similiter. Asserit omnes Erythræi maris ab oriente in occidentem profectos, et Atlantici maris navigatores contra navigantes, cum sibi invicem occurrere non potuissent ob longum Africæ isthmum in hæc maria decurrentem, pariter Æthiopes nominasse utrinque littora populos habitantes (*Vid.* Hannonis *Periplum*), quod verum est. Deinde Ephori opinionem prodit secundum veterum de Æthiopia sententiam, protendi regionem hanc ab oriente hiberno ad hibernum occidentem : Τὸ τῶν Αἰθιόπων ἔθνος παρατείνειν ἀπ' ἀνατολῶν χειμερινῶν μέχρι δυσμῶν. Quod exscribit Plinius, 6, 35 : « Sita est Æthiopia ab oriente hiberno ad occidentem hibernum. » Hanc divisionem ex pluribus Homeri locis confirmat Strabo : Sic, ex hoc poeta, mare Rubrum, non Nilus, duas interfluit Æthiopias ; hanc doctrinam tuentur tum recentiores, tum veteres poetæ. Senec., *Herc. furens*, act. I, v. 56 :

Qua sol recedens quaque deponens diem
Binos propinqua tingit Æthiopas face.

Ovidius, *Metam.* i, 779, Phaetonem ab oriente ad Solis templum deducit :

Æthiopasque suos positosque sub ignibus Indos
Sidereis transit, patriosque adit impiger ortus,

Mimnermus eamdem exquisitis sententiam ediderat versibus elegiacis, quos nobis servavit Athenæus lib. xi, p. 470, ubi Æthiopiam Hesperidum regioni opponit.

Ἥλιος μὲν γὰρ ἔλαχεν πόνον ἤματα πάντα
Οὐδέ ποτ' ἀμπαυσις γίνεται οὐδεμία
Ἵπποισίν τε καὶ αὐτῷ, ἐπὴν ῥοδοδάκτυλος Ἠὼς
Ὄψιαὸν προλιποῦσ' οὐρανὸν εἰσαναβῇ.
Τὸν μὲν γὰρ διὰ κῦμα φέρει πολυήρατος εἰνὴ
Κοίλη, Ἡφαίστου χερσὶν ἐληλαμένη,
Χρυσοῦ τιμήεντος, ὑπάπτερον, ἄκρον ἐφ' ὕδωρ,
Εὕδοντ' ἀρκαλέως, χώρου ἀφ' Ἑσπερίδων
Γαῖαν ἐς Αἰθιόπων (ἵνα οἱ θοὸν ἅρμα καὶ ἵππους
Ἕστᾶσ', ὄφρ' Ἠὼς ἠριτέρεια μόλῃ).
Ἔνθ' ἐπέβη ἑτέρων ὀχέων Ὑπερίονος υἱός.

Virgilius contra Æthiopas ad extremum occidentem ponit, *Æneid.* iv, 480 :

Oceani finem juxta solemque cadentem
Ultimus Æthiopum locus est.

Orientales Æthiopes fabulæ Memnonis ortum dederunt, qui, cujusdam Assyriæ satrapæ filius, Trojam venit, occidit Antilochum, et ab Achille interfectus est quasi Auroræ filius. (Hom., *Odyss.* Δ, v. 187).

Μνήσατο γὰρ κατὰ θυμὸν ἀμύμονος Ἀντιλόχοιο
Τὸν ῥ' Ἠοῦς ἐκτάνυσε φαεσίμβρότης ἀγλαὸς υἱός.
Non vacat Auroræ, quamquam iisdem faverat armis,
Cladibus et casu Trojæque Hecubæque moveri.
Cura Deam propior, luctusque domesticus angit,
Memnonis amissi, Phrygiis quem lutea campis
Vidit Achillea pereuntem cuspide mater.
(Ovid., *Metam.* l. v, 576).

Apud Græcos mythologos hic Memno filius est Tithonis et Auroræ, indeque Priami nepos, et Æthiopum rex. Hesiodus in *Theogonia*, vers. 984 :

Τιθῶνῳ δ' Ἠὼς τέκε Μέμνονα χαλκοκορυστὴν,
Αἰθιόπων βασιλῆα.

Æthiopas Titho ad Trojæ succurrendum misit. (Vid. Athenæum, l. xv, p. 680.) Posterius, cum Æthiopia proprios in Africa limites habuit, Nilo rigata, caputque civitatum ejus Meroë fuit, tunc vehementer, contortis antiquis fabulis, conati sunt, et ad Nili ripas reducerent Auroræ filium et super solium Memnes imponerent. Inde illud « Memnonium et Memnonis saxea effigies, ubi solis radiis icta est, vocalem sonum reddens. » (Tacit., *Annal.*, l. ii, 61.) Herodotus in *Thalia* Asiaticos Æthiopas ab Africanis discernit, et in sua exercitus Xerxis perlustratione (*Polymn.* 70) tam eos regione quam corporis habitu differentes præbet. Οἱ μὲν ἀπ' Ἡλίου Αἰθίοπες ἀσπιδηφόροι τριχὸς εἰσι, οἱ δὲ ἐκ τῆς Λιβύης, οὐλότατον τρίχωμα ἔχουσι. (*Vid.* Dionysium Periegeten, v. 249.) Hæc usque solos citavimus poetas, apud quos minus valet veritas, quam mythologiæ traditiones. Ipsi tamen historici duplicem, orientalem et occidentalem, constituisse Æthiopiam opinati sunt, aliisque lævos, aliis crispos fuisse capillos.

Hinc apparet confusionis causa apud veteres quotiescumque de Æthiopia agitur. Cum veram aut

toriarum orbis partium configurationem, Nilique originem ignorarent, orientalemque præterea sibi fingerent Æthiopiam, Cimmerias super omnia ad Nilum et Africam spectantia tenebras obduxerunt. Plerique, Oceanum Atlanticum ad meridiem volventes, falsam Africæ projectionem orientalem assignabant. Unde intelligitur Alexandri error: etenim ad Indum cum pervenisset, credidit se Nili fontes attigisse, et, si fluvium hunc aut quemlibet alium huic affluentem, navigando sequeretur, se in Ægyptum adventurum. *Vid.* Arrian. *Anab.* VI, 1; Strab. l. XV, p. 696. Lucanus, *Pharsal.* l. X, v. 292, in regione Serum fontes Nili ponit:

Teque vident primi (quærunt tamen hi quoque) Seres
Æthiopumque feris alieno gurgite campos.

Virgilius, *Georgic.* l. IV, v. 287, Persidem ei contiguam fecit:

Nam qua Pellæi gens fortunata Canopi
Accolit effuso stagnantem flumine Nilum,
Et circumpictis vehitur sua rura fusclis;
Quaque pharetratæ vicinia Persidis urget
Et viridem Ægyptum nigra fecundat arena,
Et diversa ruens septem discurrit in ora:
Usque coloratis amnis devexus ab Indis:
Omnis in hac certam regio jacit arte salutem.

Statius, *Thebaid.* l. IV, 705, Virgilium suo more secutus:

Sic ubi se magnis refluus suppressit in antris
Nilus et Eoæ liquentia pabula brumæ
Ore premit: fumant deserto gurgite valles, etc.

Et lib. VIII, v. 358:

Qualis ubi aversi secretus pabula cæli
Nilus et Eoas magno bibit ore pruinas,
Scindit fontis opes, septemque potentibus arvis
In mare fert hiemes.

Sed, iterum dico, hæc vatum licentia gravibus communis auctoribus est. Hygenus, libertus Augusti, *De limitibus constituendis*, p. 116 edit. Paris. 1554, ait ab Ægypto ad Oceanum euntibus Nilum esse transmeandum.

Nulla ergo stupendi causa, tam generalem cujusdam orientalis Æthiopiæ erroneam opinionem, Demetrio et vel sacro scriptori admissam fuisse.

Col. 740 C 1. Omnium mss. textus differt a lectione Roberti Stephani et Vigeri in tribus primis versibus, qui sic se habent:

Ἐξ ὄρους κατ' ἄκρας οὖ θρόνων μέγαν
Τιν' εἶναι, μέχρις οὐρανοῦ πτηχός.
Πτυχός, 468.

Ibid. 15. Primorum versuum confusionem reparavit Vigerus in suis notis. Verba reposuit in ordine ad scandendum necessario, et nonnulla mutare debuit. Qua lectione usus est Philippsonius in editione quam seorsim Berolini dedit. Generatim pessimi sunt in codicibus manuscriptis primi versus.

Col. 741 A 5. Ἀπιστία ms. Lugd. 466 et 467.

Ibid. D 11. Ἀναβλύσει 468; ἀναβροήσει 466; ἀναβρύσει 467.

Col. 744 A 11. Ms. 466 marg. Περὶ τῆς θυσίας καὶ τῶν ἀζύμων ὁ Θεὸς τῷ Μωσεῖ ὑποτίθεται.

Ibid. B 5. Χρυσόν τε καὶ ἄργυρον ἥδε καὶ στολὰς ἵν' ὧν ἔπραξαν μισθὸν ἀποδώσει 465-467, et ms. Lugd. Batav.

Ibid. 18. Ταύτης om. 465.

Ibid. Ἐπεξεργαζομένης omnes mss.

Ibid. C 3. Λαβών 465-467 et ms. Lugd.

Ibid. C 8. Pro πολλα ποσίν, legendum καλάποσιν, soccis, quorum basis lignea est.

Ibid. 17. Omnes mss. codices ἀπαλλαγήσεται habent pro ἀπαλλαγὴ ἔσσεται quod legitur ad marginem ms. Lugduni Batavorum, cujus textum adhibuit in suam editionem Robertus Stephanus. Vigerus si vel unum evolvisset manuscriptum codicem, veram restituisset lectionem, nedum eam in margine indicaret.

Col. 745 D 6. Κατ' εὐφρόνης 466-468.

Col. 748 A 4. Αὐχένων 466, 467, ms. Lugd.

Ibid. 5. Κροκοτοῖσι 466.

Ibid. 6. Ἰμέροις 466, 467 ms. Lugd.

Ibid. 14. Quam dedit poeta Ezechiel phœnicis descriptionem partim arripuit Eustathius *Commentarii ad Hexaemeron auctor*, p. 26 ed. Leonis Allatii cum aliquot variis lectionibus. Eam pariter Isaacus Vossius in suo ad Pomponium Melam commentario, lib. III, c. 8, citavit et emendavit. Ejusdem aliquot versus exscribit Salmasius in suis *Exercitationibus Plinianis in Solinum*, pag. 548 edit. Parisiensis. Denique Philippsonius, in editione Fragm. Ezechielis et Philonis Berolini 1850 in-8° excusa ad vers. 8, χάττοις pro χοίτης legendum proposuit; quod admisi. Idem editor, ut ejusdem poetæ fragmentorum collectionem compleret, opus clausit novem versibus quos citat Epiphanius absque auctoris nomine, tom. I, pag. 544 editionis Coloniæ Agrippinæ (Lipsiæ), dicens, Scaligerum sequendo, hos ad Ezechielem pertinere. Petavius eos a Scaligero correctos sine ulla animadversione dedit in suis ad *Chronicon* Eusebii notis:

Ὦ πᾶσιν ἀρχὴ καὶ πέρας κακῶν, ὄφις,
Οὕτω βαρὺν τίκτουσα θησαυρὸν κακῶν
Πλάνη τυφλοῦ, πεδητὸς ἀγνοίας βίου,
Χαίρουσα θρήνοις, καὶ στεναγμασι βροτῶν·
Ὑμεῖς ἀθέσμους εἰς ὕβρεις ὁμοσκόρων,
Τὰς μισαδέλφους ὁπλίσαντες ὠλένας
Καὶ μολύναι φοινίῳ πρώτον λύθρῳ
Ἐκείσατ' ἀρ γῆν, κἀξ ἀκηράτων πεσεῖν
Ἀωτων τε πρωτόπλαστον ἐς χθόνα
Ὑμεῖς ἐτεκτήνασθε.

« O tu principium et finis omnium malorum, serpens, qui gravem criminum acervum generasti, qui cæcum oberrare cogis, dux ignorantiæ in vitæ semita qui suspiriis et gemitibus mortalium lætaris; te suadente, propinqui immanem exercuerunt furorem in propinquos; fratres in sinu fratrum ferrum impegerunt; Cainus primus, furore obsessus, sanguine per cædem effuso, terram inquinavit. Tu tuique Protoplasten per detestanda artificia vestra ex æternis deliciis detrusistis, ut miserandam hanc terram habitarent. »

Ibid. B 13. In hac confusa narratione, ubi error veritati commistus, sane difficile est Judæum agnoscere, et omnem huic hypothesi verisimilitudinem adimit tanta præcipuorum suæ ipsius historiæ factorum ignorantia. Quis enim Judæus Davidem Saulis filium fecisset? Merito animadvertit Josephus Judæos in suæ historiæ relationibus esse unanimes, quia scilicet omnes eorum historici suas ex sacris libris historias hauriebant: inde concordia hæc quæ nullibi. Quomodo igitur Judæus, qui profecto libros historicos legerit, Davidem non esse Saulis filium ignorat?

Ibid. C 3. Textus Μοαμίτας habet, pro Μοαβίτας, *solemni errore* μ *pro* β *posito*, inquit Holstenius in Stephanum Byzantinum pag. 216. Idem ad verbum Ναβαταῖοι ait: « Si Hebræam originationem sequamur, rectius scriberemus Ναβαθαίους quam Ναβαταίους e verbo Nabaioth, *germinans*. Ovidius, *Metam.* I, 61. *Nabathæaque regna*, V, 163, *dextra Nabathæus Ethemon*. Juvenal, satyr. XI, 126, *Nabathæo bellua saltu*. » Hæc vox tamen in *Periegete* per τ legitur, vers. 559:

Ἀλλ' ἤτοι πρῶτοι μὲν ὑπὲρ κλιτὺν Αἰβάροιο
Ἀφνειοὶ ναίουσιν ἐπωνυμίην Ναβαταῖοι.

Similiter scribit Strabo lib. XVI, pag. 779:

Πρὸς τὴν Πέτραν τὴν τῶν Ναβαταίων καλουμένην.

Plinius VI, 28, aut 33: « Nabatæi incolunt Petram. »

Ibid. 14. Angelus quem introduxit Nathan propheta est, cujus nomen corruptum. Vide II *Reg.* VII.

Digitized by Google

In annotationibus suis in chronica Eusebii, p. 101, animadvertit idem Scaligerus Chœrilum quem Eusebius vocat *priscum*, dignoscendum esse ab illo Chœrilo de quo contumeliose loquitur Horatius: prior Samius erat et fere coævus Xerxis expeditioni quæ ei poematis *Perseidis* materiam præbuit, ex qua sunt citati versus. Anachronismum etiam imputat Horatio qui quidem sub Alexandro Magno ponit Chœrilum, Alexandro filio Amyntæ, coævum. Num unus fuerit vel duo Chœrili poetæ; utrum posteriori fuerit coævus magnus Alexander, hæc in dubiis relinquo.

Naeckius in Chœrili fragmentorum collectionibus breviter exponit doctorum diversas opiniones de gente cui hæc congruit descriptio. Ex Scaligeri ioco laudato atque ex Bochartio in *Phaleg* et *Chanaan*, c. 6, p. 361, non foret de Judæis intelligenda; sed de Lyciis vel Pisidis quos Phœnissam dicit coloniam Bochartus et quos Lyciæ finitimos canit Homerus. In Levitico expresse Judæis interdicitur Τροχοκουράς, 19, 27, et Arabibus ab Herodote tribuitur, *Thalia*, c. VIII; præterea Bochartus magnam recognoscit similitudinem inter pauca quæ supersunt vocabula Pisidiensium ac Phœnicum linguæ; cui opinioni favere videtur Cunæus, *De republica Hebræorum*, lib. II, cap. 18, p. 266. Quantum vero ad lacum indicatum, de lacu Phaseli quæstio est: Samuel Petit ab Havercampo laudatus, huic suffragatur opinioni et Barlovium testem invocat.

Qui vero hanc opinionem impugnaverunt, in Chœrili fragmento restituentes Judæos, sunt: Salmasius *De cæsarie et coma*, p. 46 a 50 et p. 82: Casaubonus de Suetonii Augusto 45: Grotius *in S. Lucam* III, 14: *in Leviticum* XIX, 27: Adrianus Junius, *De coma*, c. 6: Turnebus *Adversariorum* 19, 9. Quibus adjungi potest Holstenius *De Stephano Byzantino* ad vocem *Solyma*. E Tacito cognovimus, *Hist.*, v. 11, et ex Stephano Quadratum citante, Solymam per compendium fuisse Hierosolymam. Maximus in Syria lacus, est Asphaltites lacus: verum est, inquiunt iidem, τροχοκουράδες non convenire Judæis, quibus adeo interdicitur, sed errore captus est Chœrilus, inquiunt fautores hujus opinionis, propter Arabum vicinitatem qui hanc tonsuram habebant: reliquum vero tegumentum capitis, equina scilicet capita igne dessiccata, ab Hebræorum usibus erat alienum. Utriusque igitur opinionis apparet debilitas. Lingua Phœnica eratne eadem ac Pisidica? hoc magis asseritur quam probat Bochartus, quod quidem difficillime probari potest. Cæterum usus quos Judæis tribuit Chœrilus ab eis sunt omnino alieni. In his tamen difficultatibus, libens Bocharto assentirem, relicto Naeckio.

Varias verborum lectiones quæ in quinque versibus exhibentur, scrupulosissime perpendit Naeckius. Non eodem modo rem tractare possum: subsequitur textus quem exhibet ita collatum.

Τῶν δ' ὄπιθεν διέβαινε γένος θαυμαστὸν ἰδέσθαι,
Γ.λῶσσαν μὲν ζοίνισσαν ἀπὸ στομάτων ἀφιέντες,
Ὄμεον δ' ἐν Σολύμοις ὄρεσι, πλατέῃ ἐπὶ λίμνῃ,
Λύγμαλέοι κορυφὰς, τροχοκουράδες · αὐτὰρ [ὕπερθεν
Ἵππων δαρτὰ πρόσωπ' ἐφόρεον ἐσκληκότα [καπνῷ.

Col. 697 D. 2. De modo scribendi nomen montis hujus, consule Bochartum *in Geographia sacra*, l. I, c. 3, p. 18 editionis Oper. hujus auctoris, t. I, Lugd. Bat., 1692.

Col. 700 A 2. Ex his quæ dicit Bochartus de hac urbe, in sacra geographia, *Chanaan*, l. I, c. 3, p. 4, satis patet incertum esse ubinam exstiterit. Idem feram judicium de Barite urbe: cæterum cum hæc ex Josepho sint desumpta, *Antiquitates Judaicæ*, l. I, c. 3, § 6, vide quæ dixerint editores.

Ibid. 14. Vide chronographum Georgium Syncellum, pag. 30 editionis Lutetiæ, in qua hæc referuntur loca ex Alexandro Polyhistore qui Abydenum compilavit.

Ibid. B 5. Hæc civitas a Ptolemæo Σεπφάρα dicta est Kiriath-Sepher Hebræorum, id est, civitas litterarum. *Josue* XV, 15.

Ibid. 7. Ἀνέπλωε 466; ἀνάπλωε 467, 468.

Ibid. 9. Lego cum Syncello, pag. 30, in qua citat Polyhistorem fere iisdem verbis et sanctum Cyrillum *Contra Julianum*, lib. I, et cum Scaligero, in fragmentis veterum historicorum post opus *De emendatione temporum*: ἐπεί τ' ὖων ἐκόπασε, pro ἐπεί τ' ὧν ἐκόπασε, subintellecto Θεός. Xenophon., *De venatione*, ὅταν νίφῃ Θεός.

Ibid. 11. Wesseling, *Ad Herodot.*, IV, 140; Abydenus, *In Præp. evang. Eusebii*, l. IX, 12: Ἀπίκατο γὰρ δὴ πλοῦ κατάπλεοι τοὺς ταρσούς. A quo Vigerius manus abstinere debuerat, hanc tamen lectionem mutatam præhabuit. Apud Herodot., l. IV, 204: Τοὺς ὑπολειπομένους αὐτέων καὶ ἐπιλαμβανόμενους ἐφόνευον ἐς δ ἐς τὴν Αἴγυπτον ἀπίκατο. Quidam manuscripti codices legunt ἀπίκατο · quia etiam apud Herodotum legitur, l. IV, 204: Ἐς δ τὴν Αἴγυπτον ἀπικέατο · hanc lectionem servavit Wesseling, in quibusdam manuscriptis codicibus in ἀπίκατο mutatam.

Ibid. C 3. Fere omnium temporum ac hominum est amuletorum superstitio; ex Theophraste, Plutarchus in *Vita Periclis*, c. 38, refert: In secundo anno Peloponnesii belli Periclem, peste qua tunc laborabant Athenæ, lacessitum invisenti cuipiam amico ‹ Περίαπτον ὑπὸ τῶν γυναικῶν τῷ τραχήλῳ περιηρτημένον, ὡς σφόδρα κακῶς ἔχων, ostendisse amuletum quod ipsius collo circumdederant mulieres in signum ipsius morbi ingravescentis.

Col. 701 B 14. Textus fert *Molua*, corruptum ex *Mocho* quod dat Josephus, et bene quidem. Hic autem Mochus, Phœniciæ antiquus scriptor historicus, falso inducitur a Diogene Laertio in *Introductione*, pag. 2. Menagius restituit illud nomen, Strabone innixus; Sextus Empiricus l. IX, p. 365. *Adversus physicos*; Tatianus, Jamblichus, *Vita Pythagoræ*; Athenæus, etc. Cæterum de hoc Mocho vide annotationem Fabricii in locum Sexti jam indicatum, et quos laudat auctores.

Ibid. 14. Quia vero Hesiodus de primorum longævitate hominum nihil tradidit, Vossius in libro *De Græcis scriptoribus*, vult Hesiodo substitui Isidorum Characensem, a Luciano in *Macrobiis* laudatum, utpote qui de hominum longævitate disseruerit, t. III, p. 218 editionis Reizii. Hic tamen locus et hoc nomen non solum apud Josephum, sed etiam apud Georgium Syncellum inveniuntur p. 43 editionis Lutetiæ, in-folio, 1652. Plinius eodem modo *Hist. nat.* lib. VII, 48, de eo loquitur. Igitur credere est Josephum ad locum libri *De operibus et diebus* v. 108 sq., alludere voluisse, ubi aurea describitur ætas, vel ad aliquos versus amissos: de aliis vero citatis auctoribus, scilicet, Mocho, Estieo, Hecatæo (Smyrnæo), vid Hellanici fragmenta a Sturzio edita, in-8°, Lipsiæ, 1826, p. 153.

Ibid. 6. Πύργων. Deest 465, 466, tum in Syncello et Cyrillo; glossema est, ut jam vidit Vigerus.

Col. 704 C 1. Ἐνυάλιος ζεύς. Hoc epithetum vulgo Marti tributum hic Jovi deorum patri applicatur, quod eo magis notandum, quod nusquam alibi reperitur. Vigerus profert locum a Pausania desumptum in quo Jupiter nominatur ἄρειος *in primis Eliacis*, cap. 14: Τὸν βωμόν εἰσιν Ἠλείων οἱ ὀνομάζουσιν Ἀρείου Διός. Λέγουσι δὲ οἱ αὐτοὶ οὗτοι ὡς Οἰνόμαος ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τούτου θύοι τῷ Ἄρεϊ Διΐ. Cæterum nomen Jovis haud raro invenitur cum nominibus hominum junctum, sed ea præcedens, verbi gratia, legitur · Jupiter Belus, apud Berosum, apud *Syncelli Chronograph.*, p. 2; Jupiter Arotrius, apud Sanchoniathonem lib. I, pag. 37; Jupiter Cassius, in

Digitized by Google

Achille Tatio et in Agræ et Corcyræ numismatibus, ndicatis in *Palæstina ex monumentis illustrata* Reandi, tom. II, pag. 934 et sq. Jupiter Menzana *Salentinorum* : Festus voce *October*. Jupiter Trophonius ebadiæ, etc.

Col. 705 C 7. Δυσμεναινόντων 465; διαπτύσσων Scaliger.

Ibid. 10. Notior est Alexander Polyhistor, Σύνταξεως περὶ Ἰουδαίων auctor, quam ut pro simulato Judæo haberi potuerit. Attamen, ut putat Valckenaerus, in loco jam Clearchi laudato, fieri potest quod Judæus fuerit Eupolemus, a quo excerpsit hæc quæ hic leguntur. Verumtamen, fatendum est levissimam ex hac lectione percepisse utilitatem Alexandrum, et parum noscere originem gentis cujus historiam scribere aggressus est. Teste Suida, dicebat Mosem feminam esse, nomine Moso, quæ Hebræis dedisset leges. Stephan. Byzantinus refert, in articulo Ἰουδαία, Judæam ab Alexandro Polyhistore sic fuisse nominatam a duabus Semiramidis filiabus, Ἰούδα scilicet et Ἰδουμαία. Si talia documenta apud Eupolemum hausit Polyhistor, ipsius sententiæ, quidquid dicat Valckenaerus, subscribere nequimus. Præterea Alexander Polyhistor semel et iterum *Cornelius Alexander* dicitur apud Stephanum Byzant., Ἄραξα et Ἄσσος in locis ab Alcmanno citatis. Illud Cornelii nomen a Cornelio Lentulo duxerat, cujus fuerat servus, libertus et magister. Diversa scripta numero quadraginta duo reliquit juxta Suidam, quibus sæpe Plinius usus est. Syllæ cœvus erat, et Laurentii in domus suæ incendio interiit. Villosonius, tract. *De triplici theolog.*, p. 239 secund. edit. *Mysteriorum* Sanctacrusii, post Rigaltium, ad Tertull. *De pallio*, pag. 19, memorabilem ipsi tribuit epistolam Alexandri ad matrem suam, in qua declarare non dubitat se tenere ex ipsis sacerdotibus Jovis Ammonis deos omnes homines mortales fuisse. Videsis August. *De civit. Dei;* Athenag. *Leg.* Alibi quæstionem hanc tractavimus. Opinionem nostram quæ multum differt ab ea quam secuti sunt hi duo viri clarissimi consulere potes in nostro opere, *Essai sur le polythéisme*, tom. I, pag. 21. Georgius Syncellus in *Chronographia*, p. 28 et seqq. edit. Lupar., sat longum Alex. Polyhistoris fragmentum inseruit, capita quæ præcedunt partim tradens.

Col. 708 A 11. Scaligerus cujus testimonium invocat Vigerus, hujus urbis orthographiam discutit, eamdem esse supponens ac civitatem quæ in Gen. Ur Chaldæorum dicitur, et Ura apud Plinium, l. v, c. 21. Quare scribendum putat, Οὖρην loco Οὐρίην. Quod autem adjicitur *urbs Chaldæorum* alii suprictæ civitati nomine Καμαρίνη tribuit, quasi Chaldæorum nomine, Chaldææ habitatores non designari intenderetur, sed tantummodo magos seu astrologos ita nonnunquam cognominatos. Simson, ad annum 2077 : « Cum Abraham adhuc esset in Chaldæa sive Mesopotamia, ut ait. B. Stephanus, Actor. VII, 2, Mesopotamiam vocans non eam modo regionem quæ duobus amnibus Euphrate et Tigri includitur, sed etiam Babyloniam, cujus pars est Chaldæa. » Quamobrem Wesselingius hanc adnotationem, ut sequitur, fecit :

« Antiquissimus hujus opinionis auctor est Eupolemus qui apud Euseb. lib. IX *Præpar. evang.*, c. 17, Ur collocavit in Babylonia. Fuit inibi, eo fere nomine, urbs cujus meminit Plinius lib. V, *H. N.*, cap. 21; neque tamen verosimile fit ibi incoluisse Abrahami patrem. Ratio itineris quod ingressus est ut in Chananæam perveniret, aliud suadet; aliud etiam Josuas, qui c. XXIV, 2, affirmat Therachum trans Euphratem a longissimo tempore habitasse, et tamen cis eum fluvium fuit urbs Eupolemo memorata. Verius S. Bochartus lib. XI *Phal.*, 6, Ur quæsivit in Mesopotamia. Ammian. Marcell. lib. XXV, cap. 8, Ur castellum Persicum haud procul Nisibi Tigrique flumine ponit. Id videtur fuisse Ur Chaldæorum, quippe qui olim eo loci habitarunt, ut docuit Campeg. Vitringa ad Isai. XIII. »

Expendamus nunc utrum sub hac voce Καμαρίνη detegi possit supradictorum nominum error. Noverunt omnes Camarinam apud Maronem citari ut civitatem Siciliæ quæ toto cœlo a Babylonia distat :

Apparet Camarina procul....
(*Æneid.* l. III, v. 701.)

Huc quadrat vetus proverbium : Μὴ κίνει Καμάρινα. Iterum quæro quæ sit eo nomine civitas; profecto Harrha, in quam Abrahami pater se contulit cum migravit de Ur sua patria. Alia est civitas, trans Euphratem sita, nomine Χαρμάνδη, de qua loquitur Sophaneta in Gestis Cyri Junioris. Ἐπὶ ταῖς Βαβυλωνίης πύλαις πέραν τοῦ Εὐφράτου πόλις ὥκιστο ὄνομα Χαρμάνδη, *apud Stephanum Byzant.* Vid. Xenoph. *Anabasin* I, 5, 10. Hujus civitatis nomen quamdam habet affinitatem cum Καμαρίνη. His omnibus non parum incerta quæstio videtur, et mihi sat constat Καμαρίνη nomen meram esse fictionem.

Michaelis in II parte *Spicilegii geographiæ Hebræorum exteræ*, p. 104, locum hunc expendit Eupolemi, quem habet ut ineptum compilatorem; et putat Camarinam eamdem fuisse ac civitatem Cascaram apud auctores medii ævi notam. Idem Michaelis etymologiam Scaligeri probat, sed rejicit conjecturam qua Bayerus in *Osrhoenis historia* pro Camarina accipit Orchoenem a Ptolemæo citatam, nec eam ab Erech seu Urhoi distinguit.

Ibid. 12. Ibi facile deprehenditur mendum, quod, ut puto, solis librariis imputari debet, δεκάτῃ γενεᾷ ἐν πόλει τῆς Βαβυλωνίας Καμαρίνῃ... ἐν τρισκαιδεκάτῃ γενέσθαι Ἀβραάμ. Postquam dixerat Abrahamum natum fuisse post decimam generationem, modo eumdem declarat venisse tantum post decimam tertiam. Eo absurdior est contradictio quod peccat locutio : nam γενέσθαι Ἀβραάμ nonnisi ad unam vel alteram epocham referri potest. Porro quæ nam ex his vera sit? putamus nos priorem, siquidem in capite præcedenti leguntur quæ sequuntur Josephi : « Μνημονεύει δὲ ἡμῖν τοῦ πατρὸς Ἀβραάμου Βηρωσσὸς οὐκ ὀνομάζων, λέγων δὲ οὕτως· Μετὰ τὸν κατακλυσμὸν δεκάτῃ γενεᾷ, παρὰ Χαλδαίοις τις ἦν δίκαιος ἀνήρ. Sic merito præsumi potest aliquem chronologum qui ortum Abrahami sentiebat non posse concordare cum decima generatione, propria auctoritate decimam tertiam substituisse; deinde transcriptorem hanc duplicem epocham servavisse, licet nihil magis rationi repugnet. Textum hunc citat Michaelis in II parte *Spicileg. geog. Hebræor. ext.*, p. 105, « Decimam tertiam generationem Abrahæ computari puto a Mathusala qui diluvio superstes fingebatur. Vide me de chronologia Mosis ante diluvium § 11, pag. 144 et 145, commentationum per annos 1763, 1768 prælectarum. Vixdum enim de gigantibus qui diluvium effugerant verba fecerat Eupolemus. »

Ibid. 14. Astrologia et scientia Chaldaica. Quid sit Chaldaicam exponere? In capite præcedenti e Josepho excerpto legimus Abrahamum, cum pervenisset in Ægyptum, ibi docuisse arithmeticam et astronomiam : Τήν τε ἀριθμητικὴν αὐτοῖς χαρίζεται καὶ τὰ περὶ ἀστρολογίαν. Quæ verba non clare determinant an intelligat has artes esse scientiam Chaldaicam aut loquatur de scientia divinatoria sacerdotum hujus regionis. Dahnius proponit τὴν loco καί, et sic intelligeretur astrologiam esse scientiam Chaldaicam.

Ibid. B 6. Prælium in quo captus est Loth refertur in Genesi XIV, ubi Armenorum loco, leguntur quatuor reges, nempe Sennaar, Ponti, Elamitarum et Gentium, quorum regna confinia erant Armeniæ.

Col. 709 A 10. Substitui Μιζραΐμ loco Μεστραείμ in eo secutus Perizonium, *Antiq. Ægypt.*, p. 8. Bochartius, *Geog. sac.* IV, 24, in hunc locum legit : Βαβυλωνίους λέγειν πρῶτον γενέσθαι Βῆλον ὃν εἶναι Κρόνον· ἐκ τούτου δὲ γενέσθαι Βῆλον καὶ Χάμ· τοῦτον δὲ τὸν Χαναὰν γεννῆσαι, τὸν πατέρα τῶν Φοινί-

Digitized by Google

χων, καὶ Χοῦμ υἱὸν γενέσθαι ἣν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων λέγεσθαι Ἀσβόλων, πατέρα μὲν Αἰθιόπων, ἀδελφὸν δὲ τοῦ Μιζραὶμ, πατρὸς Αἰγυπτίων. Apud eumdem, quem sequimur, Bochartum legesis causas harum immutationum.

Col. 709 B 5. Fertur hanc vocem a duplici voce esse derivatam, scilicet ab *Erm*, quæ *Syrus* interpretatur, et Ἰουθ seu Ἰουδ, quæ *Judæus* sonat.

Ibid. 7. Mendosa hæc etymologia vocis *Hebræus* quam auctor ab Abrahamo oriri docet, probat juxta Bochartum, *Chanaan*, lib. II. c. 14, p. 93, ipsum omnino ignorare linguam Hebraicam, cum litteræ quibus scribitur utrumque nomen omnimodo differant. Aliunde cur Abraham cognominaretur Hebræus, Gen. XIV, 13? Talis ignorantia videtur revelare ipsum Artapanum non esse Judæum, uti declaravit Valckœnaerus, *De Aristobul.*, p. 26. Præterea a sacris Scripturis plus æquo discedit, exempli gratia, cum ait Josephum, cognito fratrum consilio, deprecatum esse Arabas ut in Ægyptum perducerent; alibi videtur probare Ægyptiorum idololatriam, cum Moysi temere tribuit inaugurationem cultus animalium, et totius Ægypti partitionem in triginta sex nomos, et alia similia quæ quivis Judæus nequidem excogitare ausus esset. Vid. not. in cap. 27.

Ibid. 9. *Φαρεθώτην*. Nomen hujus regis in nulla e dynastiis Manethonis reperitur. Forte Pharaonem designat per corruptionem. Totum hoc mera est fabula. Nomen istud similiter deformatur in *Antiq. Judaic.* Josephi, lib. I, c. 8 : Φαραώθης ὁ Βασιλεὺς τῶν Αἰγυπτίων.

Ibid. D 2. Procul dubio legendum est juxta mss. 465 et 466 *Molonem* loco *Melonem*. Certi sumus Apollonium Molonem scripsisse adversus Judæos; Joseph. *Contra Apionem*, l. II, 14 : « Cum Apollonius Molo, Lysimachus et quidam alii, aut inscitia, aut potius odio in nos, libros conscripserint adversus legislatorem nostrum Moysem et leges ejus quas blasphemant ut justitiæ et veritati contrarias, Moysem autem histrionem et impostorem vocant, quasi nonnisi malum docuisset et nullibi virtutem, breviter est respondendum, etc... Cæterum Apollonius non præcise librum contra nos exaravit, ut Apion, sed passim in scriptis calumniam et injuriam disseminat, modo nos ut Deo et hominibus odibiles dijudicans, modo ut impios atheos persequens. Contempto quolibet mentis judicio, nobis crimini dat stultam temeritatem, stupidiores ipsis barbaris declarat, humano generi semper et ubique inutiles. » Pars libri cujus deest textus Græcus et superest tantummodo versio Latina, fert Molonem primum ante alios tradidisse fabulam capitis asini, ex auro fabricati, quod servabatur et colebatur in templo Jerusalem. Hinc in dubio revocari nequit odium Molonis adversus Judæos. Eusebius voce συσκευὴ designabat opus a Molone inceptum contra Judæos; simili voce vocabat, lib. V, pag. 179, librum Porphyrii adversus Christianos : Αὐτὸς ὁ καθ' ἡμᾶς τῶν δαιμόνων προφήτορος, ἐν τῇ καθ' ἡμῶν συσκευῇ. Item, p. 31 : Ὁ καθ' ἡμᾶς τὴν καθ' ἡμῶν πεποιημένος συσκευήν. Quid intelligat hac voce, vid. *Mœris atticista*, p. 357 : Σκευωρία· σκευωρήματα ἀττικῶς, συσκευὴ Ἕλληνες. Vid. Thomam Mag. p. 796 et Intt. Igitur cum Josepho consentit Eusebius, Molonem declarans Judæorum hostem, et sic confirmatur ejus identitas. Quod ejus respicit professionem, scimus illum fuisse sophistam, Rhodii docuisse rhetoricam, eodem tempore quo Cicero adhuc adolescens Græciam petierat ut varias artes ediscerat, quique Rhodium invisere voluit. Porro Plutarchus in *Vita Ciceronis*, c. 4, narrat « Apollonium Molonem olim rogasse a tirunculo oratore Romano, ut coram se orationem Græco sermone pronuntiaret; ipse enim linguæ Latinæ inscius erat, quod libenter præstitit Cicero. Peracta autem oratione permotus Apollonius subtristis tacebat, dum omnes circumstantes oratori congratularentur Quo viso, sollicitus Cicero amice causam hujus silentii rogavit. Ille ait : Laude te quidem et miror, o Cicero, sed de nostra contrister patria; solas enim divitias quas habebamus surripuisti, illasque tecum Romam effers, intelligens disciplinam et eloquentiam. » Nescio utrum eidem Moloni, an alii Platonis coævo, ut vult Menagius, tribuendum sit dictum quod invenitur apud Diogenem Laertium, in *Vita Platonis*, pag. 34 : Ἀλλά τοι Μόλων ἀπεχθῶς ἔχων πρὸς αὐτὸν οὐ τοῦτό φησι θαυμαστὸν εἰ Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ, ἀλλ' εἰ Πλάτων ἐν Σικελίᾳ. « Mihi causa mirandi, non Dionysius Corinthi, valde vero in Sicilia Plato. » Idem effatum, Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ a Demetrio Phalereo citatur ut Laconici sermonis exemplum, *περὶ Ἑρμηνείας*, c. 8. Apollonius Molo citatur quoque a Strabone, lib. XIV, p. 652, 654, 661, et a Suetonio in *Cæsare*, cap. 4, ubi Casaubonus legit, Apollonius Molonis, supple *filius*, et nititur loco sequenti Porphyrii in *Quæstionib. Homeric.* : Αὐτὴ τὴν ἀπορίαν ὡς καὶ Ἀπολλώνιος ὁ τοῦ Μόλωνος παρίστησι. Vid Casauboni notam, *l. l.* Alibi expendam utrum dicendum sit Apollonius Molo, aut Molonis filius : nec sola est hujus nominis difficultas. Huetius, *Demonst. evang.*, tom. I, prop. 4, cap. 2, § 23, pag. 90, edit. in-8°, asserit Apollonium Molonem, seu, ut vocant, Molonis, qui Μαλαχὸς dictus est, differre a Molone : quem errorem Josepho, *Cont. Apion.*, lib. II, tribuit Strabo, lib. XIV, pag. 652, edit. Casauboni, alium esse declarans his verbis : Ἔστι λόγος Μόλωνος κατὰ Καυνίων (ὑπὲρ τῶν Ῥοδίων). Idem fert, pag. 655 : Ποσειδώνιος ἐπολιτεύσατο ἐν Ῥόδῳ καθάπερ καὶ Ἀπολλώνιος ὁ μαλακὸς καὶ Μόλων (ἦσαν γὰρ Ἀλαβανδεῖς, Μενεκλέους μαθηταὶ τοῦ ῥήτορος), ἐπεδήμησε δὲ πρότερον Ἀπολλώνιος· ἦρε δὲ ἦκεν ὁ Μόλων, καὶ ἔφη πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνος· ἐγὼ Μόλων, ἀντὶ τοῦ ἐλθών. Casaubonus in eumdem locum sic habet : « Aperte Strabo duos facit, Apollonium quem mollem vocat, et Molonem : atque Apollonius est qui cognomento Molon dictus est. Sic enim eum nominant Quintilianus multis locis, et Suetonius in *Cæsare*. Dicam quod sentio : puto enim quoties vel apud Quintilianum, vel apud Suetonium, vel alium occurrit mentio Apollonii Molonis, toties occurrere insigne vel ipsius auctoris vel librarii peccatum : auctoris, si ita scripsit et duos viros ejusdem professionis perperam confudit : librarii, si, cum scriptum esset ab auctore Apollonius *mollis*, ipse in *molonem* mutavit. Merito suspicetur aliquis quoties Apollonius Molo ab his vocatur, toties rescribi debere mollis, quod docet nos Strabo, a quo stat Marcus Tullius Molonis auditor, ut ipse sæpius testatur (*Brutus*, 91; *Ad Attic.* 11, 1), quem quidem ille nunquam Apollonium vocat : idem Cicero Apollonium non Molonem sed Alabandensem appellat; in quo pulchre ei cum Strabone convenit. »

Ernestius aliter sentit atque Casaubonus, et uni homini tribuit utrumque nomen in *Indice histor.* editionis suæ *Operum Ciceronis*.

Negari non potest Apollonium fuisse Molonis filium; Græci ut homonymos facilius designarent ita scribebant Ἀπολλώνιος ὁ Μόλωνος. Latini vero, apud quos filius et pater eodem dabantur nomine, duo hæc nomina jungebant, Herodes Atticus, loco Herodes Attici filius; Apion Pleistonius, loco Apion filius Pleistonii. Vid. Suetonium, *Cæsar.*, 4; Porphyrium in scholiaste Veneto *ad Iliad.* IX, 5, et Starr *Operum* p. 14, Valerium Maximum, Quintilianum, de Apollonio Molone loquentes.

Col. 712 C 1. Tot Philones apud Eusebium citantur, absque notis sufficientibus, ut inde non modica sequatur inter eos confusio. Quosdam tamen satis novimus, ut Philo Judæus Alexandrinus, cujus operum partim ad nos usque pervenerunt, et Philo Herennius, ex Biblo, Judæis infensissimus hostis, qui scripta Sanchoniatonis in linguam Græcam transtulit, Videndus Origen. *cont. Cels.*, I, 15, p. 334. Posterior iste; Ne-

Digitized by Google

rum regnante floruit; prior vero qui et Judæus ad Caium Cæsarem nuntius a suis ex Alexandria missus est. Præter hos Philonem poetam novimus auctorem fragmenti valde corrupti, et Philonem Antiquum. Postremus ille, inquit Dahnius, tom. II, pag. 199, in *Geschichtliche Darstellung*, non est accipiendus pro poematis auctore; hic enim Judæus, ille autem gentilis erat. Hæc assertio non satis constat, nam etsi illud legatur apud Josephum in orat. 1, *Adv. Apion.*, § 23, contradicit Hieronymus qui eidem tribuit librum Sapientiæ Salomonis, in *Præfatione in libros Salomonis* : « Secundus liber (Sapientia) apud Hebræos nusquam est, quin et ipse stylus Græcam eloquentiam redolet : nonnulli scriptorum veterum hunc esse Judæi Philonis affirmant. » Porro S. Hieronymus loqui intendere nequibat de Judæo, qui Christi Incarnatione erat posterior, sed de solo Philone Antiquo. Quidquid sit, mihi videtur necessario discernendus poeta Philo, qui procul dubio Judæus fuit, ab Antiquo Philone, Judæus sit an non.

Col. 712 C 4. Hi versus adeo sunt adulterati, ut Vigerus a proposito eos in aliam linguam vertendi deterritus fuerit, nec reipsa verti possunt nisi mutentur pleræque voces. Edidit Vigerus Ἀβραὰμ κλυτοηχές· lego κλυτήχου juxta significationem Abrahami nominis. Clemens Alex., *Strom.* lib. v, p. 668 : Ἑρμηνεύεται Ἀβραὰμ πατὴρ ἐκλεκτοῦ ἠχοῦς· ἠχεῖ γὰρ ὁ γεγωνὸς λόγος. Abraham interpretatur *Pater echus electæ* eo quod vox prolata (verbum) insonet. Origenes, *Cont. Cels.*, lib. v, 45, pag. 612 : Ἐὰν λέγῃ ὁ Θεὸς *Πατρὸς ἐκλεκτοῦ ἠχοῦς* καὶ ὁ Θεὸς τοῦ τέλωτος καὶ ὁ Θεὸς τοῦ πτερυγίστου, οὕτως οὐδὲν ποιεῖ ἂν τὸ ὀνομαζόμενον. « Ille auctor, si loquens de Deo Abraham, Isaac et Jacob, vocet eum Patrem echus electæ, Deum risus, Deum luctatoris ad terram prosternentis apprehenso crure, hæ denominationes erunt absque sensu. »

Sic Abrahami nomen interpretatur Philo, *De Abrahamo; De nominum mutatione; De gigantibus.*

Immutari oportuit innumeras voces ut sensum rationi consentaneum obtinerem, cum periculo discedendi a sensu textus primitivi. Correctiones meas criticæ relinquo, nec eas quidem defendere conabor.

Ἕλκυσ' ἀρχεγόνοισι τὸ μόρσιμον ὥς ποτε θε-
[σμοῖς
Ἀβραὰμ κλυτήχου ὑπερτέρου ἅμματι δεσμῶν,
Παμφαὲς ἐλλίμπουσε μεγαυχήτοισι λογισμοῖς
Θεοφιλὴ θέλγητρα. Λιπόντι γὰρ ἀγλαὸν ἔρος,
Αὐτοφύτων, ἔκκαυμα βριθήνος Ἄγγελος ἰσχων
Ἀθάρατον κοίησεν ἦην φάτιν, ἐξότ' ἐκείνου
Ἔγγονος ἀντὶ γόοιο πολύμνιον ἔλλαχε κῦδος.

Καὶ τὰ ἑξῆς οἷς μετ' ὀλίγα ἐπιφέρει·

Ἀρτίχερος θηκτοῖο ξιφήφορον ἐντύνοντος
Αἴμματι καὶ σφαράγοιο παρακλιδὸν ἀθροι-
[σθέντος,
Ἀλλ' ὁ Θεὸς χείρεσσι κεράσφορον ὤπασε κριόν.

Col. 713 A 5. De diversa hujus nominis orthographia, vid. annotationes ad Josephum, *Antiq. Judaic.*, pag. 44 edit. Havercamp.

Ibid. B 10. Quis sit ille Demetrius cujus datur fragmentum? Audi Dahnium in hanc quæstionem, t. II, p. 220 : « Difficile est respondere quærenti, utrum Demetrius ille cujus fragmentum sat longum habetur in patriarcham Jacob, Judæus sit an non. Duo sunt revera auctores eo nomine citati, qui sæpissime confunduntur, quamvis eos distinguere facillimum sit. Ambo Judæorum historiam contexerunt. Prior, Demetrius Phalereus, cujus nomen et fortunam pauci ignorant, bibliothecarius fuit Ptolemæi Soteris. Josephus, *cont. Apion.*, I, 23, declarat nullum alium rectius locutum fuisse de rebus Judaicis. Quibus verbis patet Huetium errare, cum ait Josephum permiscuisse Demetrium Phalereum et ejus homonymum. Posterior librum scripsit *De regibus Juda*; nec omnino facile est huic tribuere fragmentum quod tractat de patriarcha Jacob. Potius crederem errasse Eusebium illud non tribuendo ipsius homonymo. Hoc enim fragmentum redolet stylum Alexandrini auctoris, quod moneat Jacob non luctatum esse adversus Deum, sed contra angelum; solent enim auctores Alexandrini scrupulosius distinguere Deum supremum et verum a quocunque alio numine, cum hominibus agente; quæ propria Demetrii Phalerei doctrina haberi nequit, nisi dicatur eum doctrinam illam a quodam Judæo Alexandrino narrante accepisse. » Huetius, *Demonst. evang.* prop. 4, § 22, et Isaac Vossius, *De LXX Interpr.*, pag. 396 Demetrium pro Judæo habent.

Ibid. C 3 Hic loquitur auctor inter se pugnantia, eo quod, de Jacob agens, illum eodem tempore 75 et 77 annos natum simul faciat. Vigerus demonstrat secundum numerum, scilicet 77, esse verum. Etenim Jacob 91 annos natus erat cum genuit Josephum; jam autem 14 anni erant a quo uxorem duxerat. Si ergo e 91 tollas 14, 77 supersunt. Confer cap. 30 *De nativitate patriarcharum* in quo emendantur non pauci errores Demetrii.

Col. 716 A 5. Permutantur nomina concubinarum Jacob. Juxta Genesim Bala famula Rachelis erat, famula autem Liæ Zelpha. Non dubito quin a transcriptoribus proveniat error; omnibus enim constat Demetrium e sacris Scripturis decerpsisse quod retulit, et postea in peculiari ordine nomina restituit.

Loco *et eadem*, legendum est *et Bala*.

Utiliter consuli possunt notæ chronologicæ et cæteræ correctiones quas P. Petavius proponit in *Doctrina temporum*, lib. IX, c. 19, quem sedulo sequimur. Vigerus consulendum putat *Annales* Saliani, tom. I, a creat. mundi ann. 2283.

Ibid. B 14. Παλαῖσαι, 465.

Ibid. C 1. Οὐκ ἐθέσθαι, 465, 466.

Ibid. 6. Numeros restitui juxta mss. 466, ipsaquo duce ratione, sensum. Miror autem eur Vigerus neglexerit hanc textus absurditatem emendare, qua eidem matri tribuuntur tres filii ejusdem ætatis : quam in notis suis indicare curavit.

Col. 717 C 1. Non video cur huc afferatur numerus ille biennii, nisi præsupponatur aliquid omissum fuisse, et Demetrium declarasse fratres Josephi in Ægyptum venisse anno inopiæ secundo. Eusebius de his nihil tradit, et totus est in exponendo cur Josephus non cogitaret de suo patre familiaque in Ægyptum arcessendis, ne et ipsi premerentur inopia quæ jam vicinas invaserat regiones, juxta quod legitur in Gen. XLV, 6 : *Biennium est quod cœpit fames esse in terra, et adhuc quinque anni restant, quibus nec arari poterit, nec meti.*

Ibid. 10. Textus fert unam, μίαν, sed manifeste intelligitur una præter cæteras, numerus enim septem, qui additionem denotat, aliter fieri posse non sinit præsumere. Josephus, ut omnes sciunt, eidem mensæ non sedebat atque fratres ejus, sed separatim comedebat cum Ægyptiis.

Col. 720 A 8. Vigerus sic exponit et justificat chronologiam hanc : Abrahamus venit in Chanaan ætatis suæ anno 75 et ann. 175 defunctus est : igitur 100 restant. Cum defunctus est Abrahamus, Jacob annos 15 natus erat, et profectus est in Ægyptum ætatis suæ anno 130, ergo restant 115. Quibus, prioribus additis, numerantur 215 anni a vocatione Abrahami ad migrationem Jacobi in Ægyptum.

Ibid. 9. Recensio hæc ætatis patriarcharum a die transmigrationis Jacob in multis mendosa videtur. 1° Duo omittuntur nomina, siquidem Dan non ponitur in priori catalogo, item et Issachar æque deest; 2° quoad variarum ætatum relationem, eas inter se conferre satis est, ut pro certo habeas modicos in mensibus errores tribuendos esse transcri-

Digitized by Google

ptoribus potius quam auctori, quem sibi contradicentem præsumere non æquum est.

	Adventus in Chanaan.		*Mansionis tempus.*		*Profectio in Ægyptum.*	
Ruben	12 an.	2 m.	32 an.	10 m.	45 an.	9 m.
Simeon	11	4	32	8	44	
Levi	10	6	32	6	43	
Judas	9	8	32	7	42	3
Nephthali	8	10	32	9	41	7
Gad	8	10	32	5	41	3
Aser	8		32	8	40	8
Issachar	8					
Zabulon	7		33		40	
Dina	6	4	32	8	39	

Exaggerantur anni quos tribuit Demetrius variis epochis ab eo citatis; sic a quacunque chronologia discedit. Utrum culpa sit transcriptorum, aut factum ipsiusmet Demetrii, non pronuntiare audemus. Quod præsertim repugnat in ea temporis recensione, nimium est intervallum quod supponitur a diluvio ad profectionem Jacob in Ægyptum; quod ut impleretur, plurimas effingere oporteret generationes Noemum inter et Abrahamum, et ipsa longævitas priorum hominum non sufficeret ad solvendam difficultatem: supra dixit Abrahamum fuisse 77 annos natum.

Transtuli εἰς Χαρράν loco ἐκ Χαρράν, tunc enim e Charrhan non egrediebatur patriarcha, sed ibat in Charrhan, ubi habitabat Laban.

Col. 720 B 12. Vigerus putat errorem esse in determinatione temporis quo natus est Kaath; juxta enim Demetrium illius nativitas cum obitu Jacob in Ægypto concordaret. Porro in Gen., XLVI, 11, ubi fit supputatio nepotum Jacob, dicitur tres esse Levi filios, Gerson, Kaath et Merari; natus erat Merari ante totius familiæ Jacob discessum in Ægyptum: ergo Kaath ipso natu major dici non potest venisse ad vitam post hunc discessum patriarcharum, scilicet 17 post annis, Vocem *Kaath* loco *Klath* restitui juxta Genesim, quod mendum quidem a scribis introductum fuerat. Simso, ann. 2290, putat errasse Demetrium in recensione annorum Levi, cum illi tribuit 43 annos tempore quo venit in Ægyptum, et annos 60 cum natus est Kaath; huic autem contradicit Weisselingius in eumdem locum, et annos Levi apud Demetrium inter se concordare declarat: nimirum 10 ann. et 6 menses tribuuntur Levi in profectu a Mesopotamia; 32 ann. et 6 menses mansionis in Chanaan, ergo 43 annorum erat tempore migrationis in Ægyptum; quibus si addas 17 ann. mansionis in Ægypto usque ad mortem Jacob et nativitatem Kaath, 60 ann. cum Demetrio invenis. Perizonio videtur erroribus scaturire hæc genealogia, in suo libro *Origines Ægyptiacæ*, c. 20, p. 411: « Primo, ait, Jochabed Amrami uxor, dicitur Levi filia, Num. XXVI, 59, quod fieri nequit; tunc enim soror fuisset patris ipsiusmet Amrami. Præterea, ex eadem supputatione, nonnisi in provectissima ætate Moysem peperisset, et quasdam generationes interjicere oporteret ut concordarent diversæ epochæ. 2° Si attendatur incredibilis Hebræorum multiplicatio in Ægypto, non verisimile videtur quosdam patresfamilias tam paucissimos habuisse filios. Sic Kaath, Num. III, 27, tribuuntur quatuor filii totidem populorum duces futuri, et in ejusdem familia, Num. III, 28, masculi 8600 numerantur, dum eodem temporis intervallo Amramus nonnisi Aaronem et Moysem habuisset. Procul dubio, inquit, intervenire debuerunt a Kaath ad patrem Moysis plurimæ generationes. »

Ibid. C 1. Mendum e textu expunxi in quo nomen *Abraham* ut pote celebrius, loco *Amrami* legebatur. Ms. 466 fert Ἀμβράν. Nullo modo cunctandum erat, nescioque cur hunc errorem solummodo in notis emendaverit Vigerus.

Ibid. 5. Jochabed quam Demetrius tradit esse filiam, seu patruelem, sororem Amrami, dicitur Num. XXVI, 59, filia Levi et in Ægypto nata. Hinc redit difficultas a Perizonio sublata: id enim profecto fieri non poterat, ut patet ex ejus supputatione sequenti: commoratio in Ægypto 215 ann.; ætas Moysis in exitu de Ægypto, 80 ann. Ergo natus erat anno 135 post patriarcharum profectionem e terra Chanaan. Porro Levi vixerat in Ægypto 94 annis. Si tollantur 14 anni in quibus una vixerunt Levi et Moyses, reperitur Levi ætatem, in Moysis nativitate, esse annorum 123. Posito igitur quod Jochabed Moysem peperierit ætatis suæ anno 40, ipse Levi, jam tunc 83 annorum vix erat, quod non repugnat apud patriarchas. Sed recensio hæc nimio dispungit intervallo singulorum filiorum nativitatem. Tolleretur difficultas si per Levi filiam, tantum intelligeretur ejus postera seu neptis, ut habet Demetrius.

Col. 721 B 3. Ibi textum emendavi, cum peccet contra sensum simul et contra syntaxin: ita enim inveni: Κεῖσθαι δ' αὐτὴν φησιν ἐν τῇ περὶ Ἰουδαίων.

Vox κεῖσθαι indicat Sichem sitam esse, ἐν τῇ... (nomen abest) περὶ Ἰουδαίων· ibi latet evidenter ejus populi nomen qui certe non idem est ac Judæorum cum huc nonnisi longo post tempore advenerint isti; aliunde, vox περί supervacanea esset et dignoscitur repetitio esse eorum quæ paulo superius leguntur: Τὰ δὲ Σίκιμά φησι Θεόδοτος ἐν τῷ περὶ Ἰουδαίων. Igitur substituendum erat τῷ, περὶ Ἰουδαίων, cujusdam populi nomen, ejus nimirum qui hanc regionem ante Hebræos occupavit, et hoc egisse credimus supplendo vocem Φερεζαίων, quæ satis textui concordat, et sensum sicut et phrasim restituere videtur.

Ibid. C 1. Hi Theodoti, etsi Philoneis paulo minus obscuri versus, in multis tamen sensum, seu syntaxim, seu tandem prosodiam offendunt. Vigeri præsumptio qua Græcos versus versibus Latinis reddere nititur, causa est cur sæpe nimis a sensu discedit et imitando vagatur; quod præsertim fit, quando Græci versus subobscuri sunt ut nunc. Locus est exponendi quid in mea translatione maximè operatus sim; in versu 6 legitur αὐλῶπις, quæ vox in eo sensu adhibita reperitur in nullo lexicorum. Apud Homerum in usum non venit nisi ut epithetum vocis τρυφάλεια, et sic galeam coni figuram habentem sonat, ait scholiastes: Εἰς στενὸν καὶ μακρὸν ἀπολήγουσα ἄσπις. Ἡ λήγουσα εἰς ὀξὺ τῷ αὐλίσκῳ εἰς ὃν ὁ λόφος ἐνίεται. Igitur de angusta valle hic agitur, ideo enim dicitur αὐλών, id est *convallis*, cum utrinque arctatur inter montes. Sic sita erat Sichem, ut pate. Theodoti descriptione, et alias ipsis verbis Theophrasti, *Hist. plantarum*, IX, 7. Μεταξὺ τοῦ τε Λιβάνου καὶ ἄλλου τινὸς ὄρους μικροῦ, ἔστιν ὃν Αὐλῶνα καλοῦσι, πεδίον πολὺ καὶ καλόν; Idem rursus: Μεταξὺ τε Λιβάνου καὶ ἄλλου τινὸς ὄρους μικροῦ ἐν Αὐλίσκῳ τινί. Hunc locum sic refert et vertit Plinius, XII, 22 (48): « Inter Libanum montem aliumque ignobilem, non, ut quidam existimavere, Antilibanum, in convalle modica juxta lacum cujus palustria æstate siccantur, tricenis spatio stadiis calamus et juncus odorati nascuntur. » Quibusdam vox ista videtur mendosa, vel quod nullibi tali sensu accipiatur, et alias quantitati versus contradicat, substituendo brevem πις syllabam, pro longa. Ms. 466 aliam lectionem dat non quidem versus mensuræ aptiorem, sed quæ faciliorem reddit emendationem: Ἀτράπιτος τέτμηται ἀραίη αὐλῶπις... Quocunque modo emendetur, de sola voce αὐλῶπις quæstio esse potest, cum aperte αὐλών proprie nomen sit vallis istius, juxta Theophrastum. Josephus, *Antiq. Jud.* lib. IV, nomen tradit utriusque montis: Οὐ πόρρω τῆς Σικίμων πόλεως, μεταξὺ δυοῖν ὀροῖν, Γαριζαίου μὲν τοῦ ἐκ δεξιῶν κειμένου, τοῦ δ' ἐκ λαιῶν Γιβάλου προσαγορευομένου. Prope autem montem Garizim erat puteus Jacob, in quo sedens Salvator mulierem Samaritanam est allocutus. Apud Joannem, cap. IV, civitas hæc dicitur

Digitized by Google

Sichar, sub Romanis Νεάπολις designata est, et hodie *Naplouse*. Hieronymus in S. Paulæ epitaphio dicit, Sichar corrupte dici ab antiquo nomine Sichem : « Transivit Sichem, non ut plerique errantes legunt, Sichar, quæ nunc Neapolis appellatur, et ex latere montis Garizim exstructam, circa puteum Jacob. »

Legendum est, ἁτραπίτῳ τέτμηται loco ἀτράπιτος.

Col. 724 D 1. Forte λίαν prolixum legendum est, infra enim dicitur Jacob ex Euphrate venire in Sichem.

Col. 724 A 7. Ἐπίτρεπτον δὲ δέμας sensu caret. Mss. 465 et 466 multo rectius ferunt ἐπίπρεπον, sed etiam tunc aliquid est addendum requirente metro; igitur legendum propono :

Εἶδος ἐπίπρεπον ἠδὲ δέμας, καὶ ἀμύμονα θυμόν.

Ibid. C 9. Κοινωνήσασθαι, 465.

Ibid. 14. Πεπεισμένος quatuor mss.

Ibid. D 4. Αἴτιον quatuor mss.

Col. 725 B 1. Ἰωσήφ, 465, 466.

Ibid. 9. Fert textus Ἰσραὴλ loco Ἰσμαὴλ, et υἱοὺς ἀδελφούς loco υἱὸν ἀδελφόν. Quis crediderit Vigerum tanto errori pepercisse.

Ibid. C 9. Hoc dictum videtur per corruptionem nominis Gessen, quæ regio Hebræis assignata est a Pharaone, ut in Gen. xlvii. Idem nomen sed alio modo corruptum legitur, cap. xxvii, Κεσσάν : ms. 468 fert Τεσσάν. Hic est autem difficultas : nam in utroque loco Artapanus civitatem intelligit, per Kessan seu Kaissan : Ἐν τῇ πόλει Καισσάν, et cap. 27 : Πρῶτον μὲν τὴν Κεσσὰν οἰκοδομῆσαι τό τε ἐπ' αὐτῇ ἱερὸν καθιδρύσασθαι. Caput primum Exodi nos docet quas civitates Pharaoni ædificaverint Hebræi, ᾠκοδόμησαν πόλεις ὀχυρὰς τῷ Φαραὼ, τήν τε Πιθὼ, καὶ Ῥαμεσσῆ, unde ipsæ essent Ῥαμεσσῆ, καὶ Ὼν, ἥ ἐστιν Ἡλιούπολις. Sed quomodo potuissent Hebræi templum vero Deo ædificare in civitate Ægyptiaca, et templum de quo loquitur Artapanus in urbe Caissan? Eratne cuidam Ægyptiorum numini dedicatum fanum, an locus ubi commorabantur Hebræi? Alterutra pars eligenda est : ego vero hanc dirimendam quæstionem non suscipio.

Ibid. 10. Non dubito quin vera lectio sit τὸ ἐν Πιεθῷ, loco τὸ ἐν Ἀθώς. Nam 1° ἐν Ἀθώς solœcismus est, et legere oporteret ἐν Ἀθῷ ; 2° nulla est hujus nominis civitas in Ægypto : ideo vocem hanc immutavi in textu.

Ibid. 11. Quoad etymologiam vocis *Ermiouth*, vid. supra not. 38 in cap. 18.

Ibid. D 11. Τόθεν, 465, 466, pro τόχος.

Col. 728 A 3. Quis sit hic auctor? Non videtur esse Philo, qui versibus scripsit, sed potius Polyhistor, ut aliunde confirmat quod in capite sequitur.

Aristæus iste Περὶ Ἰουδαίων, non est accipiendus pro auctore qui narrat historiam versionis Septuaginta Interpretum, in quo graviter erravit Fabricius, *Biblioth. Patr. Græc.*, t. V, pag. 61. Vid. Dahnium, t. II, p. 200.

Ibid. 5. Βασσαράν, 465.

Ibid. 12 Ἰωβάμ Hæc vox in textu edito primum deprehensa et deinde in Ἰωβάβ emendata juxta ms. 466, hanc variationem debuit formæ aliquando consimili utriusque litteræ β et μ. Ille Jobab, quem Aristæus dicit ortum ex Esau, idem videtur esse ac ille de quo agitur in Gen. xxxvi, 33, ubi datur Esau genealogia : « *Mortuus est Bela et regnavit pro eo Jobab, filius Zaræ de Bosra.* » Vid. Petav. *Doctrina temp. in Job. et ejusdem originem*, lib. ix, c. 20.

Ibid. 14. Ὑπερβαλλεῖν, 468.

Ibid. B 6. Θεμανιτῶν, 466.

Ibid. 7. Σαυχέων, 466.

Ibid. 8. Μιννάων, 466.

Ibid. 9. Παραχαλούμενον, 466, 467, 468.

Ibid. D 3. Τεσσάν, 466, 467, 468. Vide supra not. ad col. 724 C 9.

Col. 729 A 2. Verum et proprium hujus regis nomen est Χεφρήν. In distichio sequenti reperitur apud Clementis Alex. scholiasten *Protreptic.*, edit. Potter., p. 44 :

Μνήματα Χεφρῆνός τε καὶ ἀντιθέου Μυκερίνου
Καὶ Χέοπος κατιδὼν Μάξιμος ἠγανάμην.

Ibid. B 4. Locus hic Diodori Siculi, citatur apud Eusebium, *Præp. evang.*, lib. II, cap. 1, qui locus originem docet cultus diversorum animalium, juxta diversos Ægypti nomos.

Ibid. C 1. Γονέων, 468; γεωργῶν, 466.

Ibid. 6. Lego ut superius συγγενῶν loco γεωργῶν, ut fert textus editus. Ms. 468 scribit γονέων. Mox 466, καταστρατοπεδεῦσαι.

Ibid. D 7. Πρὸς φυλακῆς, 466, 467, 468.

Ibid. 11. Ægyptius ille nomine Nacherot probabiliter est idem quem inferius nominat Chanethoth; hoc nomen fert *Chronic. Alexand.*

Col. 732 A 4. Θέλοντας τά, 467, 468.

Ibid. 5. Ἀποξενώσαντας, 466, 467, 468.

Ibid. B 6. Ἐλαχίστως, 466, 467.

Ibid. C 11. Ἐλεφαντασιάσαντα, 468.

Col. 735 D 6. Hieronymus *ad Fabiolam* ep. 127 : « Illud Hebræi autumant quod nocte qua egressus est populus, omnia in Ægypto templa destructa sunt, sive motu terræ sive ictu fulminum. »

Col. 736 B 8. Narratio hæc in qua vera falsis miscentur simillima haberi potest alterius relationis multo magis commentitiæ Diodori Siculi, *Eclog.* xi, tom. II, p. 542 editionis in-folio Wesseling; Justini lib. xxxvi. Narratio hæc de Moyse citatur juxta Artapanum apud Eustathium in *Hexaem.*, pag. 78 et seq., cum notis Leonis Allatii. Apud *Chronic. Alex.*, pag. 148 edit. Raderi : « Si attendatur quibus verbis Artapanus loquatur de Moyse, de ipso Abrahamo, quem dicit astrologiæ inventorem, et de Josepho cui attribuit templi Heliopolis ædificationem, inde pro certo constabit ad eum usque pervenisse religionis Judæorum cognitionem; sed qui inde concludere vellet ipsum fuisse Judæum, verisimiliter inutili labori incumberet; etenim admitti nequit ab homine Judæo, in propriæ religionis tutamentum, paganorum doctrinas invocatas fuisse, siquidem more constanti, talibus in adjunctis, quidquid Paganismum olebat respuebant Judæi; nec ullo pacto fateri voluissent paganos ritus, nec a Moyse, suæ gentis legislatore, abdicare originem. Verisimilius est Artapanum non alium esse quam unum inter neoplatonicos syncretistas, quorum magnus fuit numerus post Christi nativitatem; eumque nec deos, nec mores primitivos abjurantem, neque tamen rationis usum respuentem, enisum fuisse inter se conciliare quæque sibi probanda viderentur in doctrinis oppositis quas per allegoriam adunabat. Ideo libentius ad Judæos inclinare debebat quam Judæi ad paganos. Inde intelligitur cur Musæus Orphei discipulus pro Moyse sumptus fuerit. Hæc agendi ratio apud Judæos Christianosve hunc solummodo sortita esset effectum ut philosophiæ Græcæ religionem Hebraicam velut fundamentum daret, quod certe parvi momenti fuisset, imminente e contra ingenti periculo veram religionem cum falsa confundendi. Gentiles e contra infinitam diversitatem in deorum cultu profitebantur, et in omni casu traditionibus Judæorum suas fabulas conciliare seu firmare quærebant : falso dicebant a se Judæorum sapientes mutuatos esse quæ tenebant, et ipsa eorum dogmata intelligi non posse nisi interpretentur sensu allegorico, gentilium more. » Dahnius., t. II, p. 201.

Ibid. C 2, Poeta Ezechiel, ut cæteri scriptores ab Eusebio citati, *Præpar. evang.*, lib. ix, locum dedit controversiæ. Philippsonius qui ejus edidit opera cum Germanica translatione, Berolini ann. 1830 in-8°, in Præfatione exponit varias doctorum opiniones. Omnes fatentur scriptorem hunc fuisse origine Judæum; sed dividuntur quoad tempus quo floruerit. Hæc Lemoyne in *Varia sacra*, quem transcripsit Morhof. Polyhistor VII, 2, facit Ezechiel

Digitized by Google

Christi incarnatione posteriorem, et vixisse supponit eum ad tempus rebellionis Barcozbæ, scilicet anno Christi 100 : huic opinioni contradixit Huetius *Demonst. evang.*, prop. 4, c. 24 ; et rationem affert quod Eusebius ex ipso opere Alex. Polyhistoris deprompserit fragmentum quod nobis tradit. Scimus autem hunc Alexandrum cujus Vitam contexuit Suidas, fuisse Syllæ coævum, seu anno 100 ante Christum floruisse. Ergo Ezechiel illi ætate præcessit. Quidam volunt poetam hunc unum esse e septuaginta Interpretibus qui Scripturas verterunt in Græcum sermonem, sed illud gratis affirmant. An Alexandrinus sit? Affirmat Philippsonius, Dahnius negat. Hoc tantummodo constat, ipsum esse Judæum et linguæ Græcæ satis peritum.

Col. 737 B 15. *Μάλιστα δ' αὐτῶν συγγενεῖς κακουμένους.* Hic versus sequenti non consonat : Λέγω, τί τύπτεις ἀσθενέστερον σέθεν, « cur percutis infirmiorem te? » Nihil in primo versu imparem indicat colluctationem. Præterea, pro κακουμένους, mss. 466, 467 et 468 habent παρουμένους, quæ vox melior est quam κακουμένους; quo designatur oppressio ; legendum δερουμένους; aut simile quid.

Col. 740 A 13. Mihi substituendum fuit nomen *Jexan* loco nominis Isaar, quem secundum filium Chetturæ dat Eusebianus textus : tum, ut ipse sibi consonet, nam superius, in exponenda Sepphoræ genealogia, illius originem ab Jexan, non autem ab Isaar deducit ; tum quia Genesis, cap. xxv, non Isaar inter Chetturæ liberos numerat, bene vero Jexan, qui revera secundus est. « Deinde Abraham aliam accepit uxorem nomine Chetturam, quæ ei peperit Zamram, Jexan, Madan, Madian, Jesboc et Sue. » Nullo modo ferri poterat textus error, nec video quo pacto Vigerus absque animadversione hunc admiserit.

Ibid. B 5. *Φησὶ Δημήτριος τὸν Ἀβραὰμ τοὺς παῖδας πρὸς ἀνατολὰς ἐπὶ κατοικίαν πέμψαι· διὰ τοῦτο δὲ καὶ Ἀμὼν καὶ Μαριὰμ εἰπεῖν ἐν Ἀσηρὼθ Μωσῆν αἰθιοπίδα γῆμαι γυναῖκα.* Demetrius Æthiopiam Judææ respectu ad orientem ponit, Æthiopissamque dicit Sepphoram, Moysis uxorem. In hoc sacram Scripturam sequitur, quæ Num. xii, 1, Sepphoræ hanc patriam tribuit. Ut ista de Æthiopiæ situ intelligatur opinio, ad altissimam antiquitatem remeandum est, *Odys.*, A, 23 :

Αἰθίοπας τοὶ διχθὰ δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν,
Οἱ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος οἱ δ' ἀνιόντος.

Geographica hujus loci explanatio gravem inter duos primos Homeri commentatores, Aristarchum et Cratem, litem concitavit, quam fuse refert Strabo lib. i, p. 30, et Eustathius in *Odysseam* A, p. 1386, edit. Rom. ; non quod de ejusdem regionis in duas partes divisione dissentirent ; sed alter, solam Ægypti meridie sitam, Nilo separante, admittens Æthiopiam, quoad longitudines divisionem instituebat ; Crates vero, ex opinione communi ab Homero expressa, quamque adhuc profitebatur Erathostenes et ipse Strabo, mare circa terram volvi, hanc in duas secabat partes, Chthoniam et Antichthoniam, Æthiopesque in utraque ripa sitos supponebat : ideo versum hunc afferebat :

Ἢ μὲν δυομένου Ὑπερίονος ἢ δ' ἀνιόντος.

Strabo pariter et Cratis doctrinam multis objectionibus obnoxiam abjicit, et Aristarchum oppugnat, propterea quod, ex ejus systemate, non potius duæ admittendæ sunt Æthiopiæ, quam duæ Ægypti Nilo separatæ similiter. Asserit omnes Erythræi maris ab oriente in occidentem profectos, et Atlantici maris navigatores contra navigantes, cum sibi invicem occurrere non potuissent ob longum Africæ isthmum in hæc maria decurrentem, pariter Æthiopes nominasse utrinque littora populos habitantes (*Vid.* Hannonis *Periplum*), quod verum est. Deinde Ephori opinionem prodit secundum veterum de Æthiopia sententiam, protendi regionem hanc ab oriente hiberno ad hibernum occidentem : Τὸ τῶν Αἰθιόπων ἔθνος παρατείνειν ἀπ' ἀνατολῶν χειμερινῶν μέχρι δυσμῶν. Quod exscribit Plinius, 6, 35 : « Sita est Æthiopia ab oriente hiberno ad occidentem hibernum. » Hanc divisionem ex pluribus Homeri locis confirmat Strabo : Sic, ex hoc poeta, mare Rubrum, non Nilus, duas interfluit Æthiopias ; hanc doctrinam tuentur tum recentiores, tum veteres poetæ. Senec., *Herc. furens*, act. I, v. 56 :

Qua sol recedens quaque deponens diem
Binos propinqua tingit Æthiopas face.

Ovidius, *Metam.* i, 779, Phaetonem ab oriente ad Solis templum deducit :

Æthiopasque suos positosque sub ignibus Indos
Sidereis transit, patriosque adit impiger ortus,

Mimnermus eamdem exquisitis sententiam edidrat versibus elegiacis, quos nobis servavit Athenæus lib. xi, p. 470, ubi Æthiopiam Hesperidum regioni opponit.

Ἥλιος μὲν γὰρ ἔλαχεν πόνον ἤματα πάντα
Οὐδέ ποτ' ἀμπαυσις γίνεται οὐδεμία
Ἵπποισίν τε καὶ αὐτῷ, ἐκὴν ῥοδοδάκτυλος Ἠὼς
Ὑπεὰρ' προλιποῦσ' οὐρανὸν εἰσαναβῇ.
Τὸν μὲν γὰρ διὰ κῦμα φέρει πολυήρατος εὐνὴ
Κοίλη, Ἡφαίστου χερσὶν ἐλημαένη,
Χρυσοῦ τιμήεντος, ὑπόπτερον, ἄχρον ἐφ' ὕδωρ,
Εὖδοντ' ἀρμαλέως, χώρου ἀφ' Ἑσπερίδων
Γαῖαν ἐς Αἰθιόπων (ἵνα οἱ θοὸν ἅρμα καὶ ἵππους
Ἕστᾶσ', ὄφρ' Ἠὼς ἠριτέρεια μόλῃ).
Ἔνθ' ἐπέβη ἑτέρων ὀχέων Ὑπερίονος υἱός.

Virgilius contra Æthiopas ad extremum occidentem ponit, *Æneid.* iv, 480 :

Oceani finem juxta solemque cadentem
Ultimus Æthiopum locus est.

Orientales Æthiopes fabulæ Memnonis ortum dederunt, qui, cujusdam Assyriæ satrapæ filius, Trojam venit, occidit Antilochum, et ab Achille interfectus est quasi Auroræ filius. (Hom., *Odyss.* Δ, v. 187).

Μνήσατο γὰρ κατὰ θυμὸν ἀμύμονος Ἀντιλόχοιο
Τὸν ῥ' Ἠοῦς ἐκτεῖνε φαεινῆς ἀγλαὸς υἱός.
Non vacat Auroræ, quamquam iisdem faverat armis,
Cladibus et casu Trojæque Hecubæque moveri.
Cura Deam propior, luctusque domesticus angit,
Memnonis amissi, Phrygiis quem lutea campis
Vidit Achillea pereuntem cuspide mater.
(Ovid., *Metam.* l. v, 576).

Apud Græcos mythologos hic Memno filius est Tithonis et Auroræ, indeque Priami nepos, et Æthiopum rex. Hesiodus in *Theogonia*, vers. 984 :

Τιθῶνῳ δ' Ἠὼς τέκε Μέμνονα χαλκοκορυστὴν,
Αἰθιόπων βασιλῆα.

Æthiopas Titho ad Trojæ succurrendum misit. (Vid. Athenæum, l. xv, p. 680.) Posterius, cum Æthiopia proprios in Africa limites habuit, Nilo rapta, caputque civitatum ejus Meroë fuit, tunc vehementer, contortis antiquis fabulis, conati sunt, ut ad Nili ripas reducerent Auroræ filium et super solium Meroes imponerent. Inde illud « Memnonium et Memnonis saxea effigies, ubi solis radiis icta est, vocalem sonum reddens. » (Tacit., *Annal.*, l. ii, 61.) Herodotus in *Thalia* Asiaticos Æthiopas ab Africanis discernit, et in sua exercitus Xerxis perlustratione (*Polymn.* 70) tam eos regione quam corporis habitu differentes præbet. Οἱ μὲν ἀπ' Ἠλίου Αἰθίοπες ἱππότριχές εἰσι, οἱ δὲ ἐκ τῆς Λιβύης, οὐλότατον τρίχωμα ἔχουσι. (*Vid.* Dionysium Periegeten, v. 249.) Hucusque solos citavimus poetas, apud quos minus valet veritas, quam mythologiæ traditiones. Ipsi tamen historici duplicem, orientalem et occidentalem, exstitisse Æthiopiam opinati sunt, aliisque lævem, aliis crispos fuisse capillos.

Hinc apparet confusionis causa apud veteres quotiescunque de Æthiopia agitur. Cum veram aqui-

Digitized by Google

toriarum orbis partium configurationem, Nilique originem ignorarent, orientalemque præterea sibi fingerent Æthiopiam, Cimmerias super omnia ad Nilum et Africam spectantia tenebras obduxerunt. Plerique, Oceanum Atlanticum ad meridiem volventes, falsam Africæ projectionem orientalem assignabant. Unde intelligitur Alexandri error: etenim ad Indum cum pervenisset, credidit se Nili fontes attigisse, et, si fluvium hunc aut quemlibet alium huic affluentem, navigando sequeretur, se in Ægyptum adventurum. *Vid.* Arrian. *Anab.* VI, 1; Strab. l. XV, p. 696. Lucanus, *Pharsal.* l. X, v. 292, in regione Serum fontes Nili ponit:

Teque videri primi (quærunt tamen hi quoque) Seres
Æthiopumque feris alieno gurgite campos.

Virgilius, *Georgic.* l. IV, v. 287, Persidem ei contiguam fecit:

Nam qua Pellæi gens fortunata Canopi
Accolit effuso stagnantem flumine Nilum,
Et circumpictis vehitur sua rura fasclis;
Quaque pharetratæ vicinia Persidis urget
Et viridem Ægyptum nigra fecundat arena,
Et diversa ruens septem discurrit in ora:
Usque coloratis amnis devexus ab Indis:
Omnis in hac certam regio jacit arte salutem.

Statius, *Thebaid.* l. IV, 705, Virgilium suo more secutus:

Sic ubi se magnis refluus suppressit in antris
Nilus et Eoæ liquentia pabula brumæ
Ore premit: fumant deserto gurgite valles, etc.

Et lib. VIII, v. 358:

Qualis ubi aversi secretus pabula cæli
Nilus et Eoas magno bibit ore pruinas,
Scindit fontis opes, septemque potentibus arvis
In mare fert hiemes.

Sed, iterum dico, hæc vatum licentia gravibus communis auctoribus est. Hygenus, libertus Augusti, *De limitibus constituendis*, p. 116 edit. Paris. 1554, ait ab Ægypto ad Oceanum euntibus Nilum esse transmeandum.

Nulla ergo stupendi causa, tam generalem cujusdam orientalis Æthiopiæ erroneam opinionem, Demætrio et vel sacro scriptori admissam fuisse.

Col. 740 C 1. Omnium mss. textus differt a lectione Roberti Stephani et Vigeri in tribus primis versibus, qui sic se habent:

Ἐξ ὄρους κατ' ἄκρας οὐ θρόων μέγαν
Τιν' εἶναι, μέχρις οὐρανοῦ πτηχός.
Πτυχός, 468.

Ibid. 15. Primorum versuum confusionem reparavit Vigerus in suis notis. Verba reposuit in ordine ad scandendum necessario, et nonnulla mutare debuit. Qua lectione usus est Philippsonius in editione quam seorsim Berolini dedit. Generatim pessimi sunt in codicibus manuscriptis primi versus.

Col. 741 A 5. Ἀπιστία ms. Lugd. 466 et 467.

Ibid. D 11. Ἀναβλύσει 468; ἀναβροήσει 466; ἀναβρύσει 467.

Col. 744 A 11. Ms. 466 marg. Περὶ τῆς θυσίας καὶ τῶν ἀζύμων ὁ Θεὸς τῷ Μωσεῖ ὑποτίθεται.

Ibid. B 5. Χρυσόν τε καὶ ἄργυρον ἥδε καὶ στολὰς ἓν ὧν ἔπραξαν μισθὸν ἀποδώσει 465-467, et ms. Lugd. Batav.

Ibid. 18. Ταύτης om. 465.

Ibid. Ἐπεξεργαζομένης omnes mss.

Ibid. C 3. Λαβών 465-467 et ms. Lugd.

Ibid. C 8. Pro πᾶλα ποσσὶν, legendum καλάποσσιν, soccis, quorum basis lignea est.

Ibid. 17. Omnes mss. codices ἀπαλλαγήσεται habent pro ἀπαλλαγὴ ἔσσεται quod legitur ad marginem ms. Lugduni Batavorum, cujus textum adhibuit in suam editionem Robertus Stephanus. Vigerus si vel unum evolvisset manuscriptum codicem, veram restituisset lectionem, nedum eam in margine indicaret.

Col. 745 D 6. Κατ' εὐφρόνης 466-468.

Col. 748 A 4. Αὐχένων 466, 467, ms. Lugd.

Ibid. 5. Κροκωτοῖσι 466.

Ibid. 6. Ἰμέροις 466, 467 ms. Lugd.

Ibid. 14. Quam dedit poeta Ezechiel phœnicis descriptionem partim arripuit Eustathius *Commentarii ad Hexaemeron auctor*, p. 26 ed. Leonis Allatii cum aliquot variis lectionibus. Eam pariter Isaacus Vossius in suo ad Pomponium Melam commentario, lib. III, c. 8, citavit et emendavit. Ejusdem aliquot versus exscribit Salmasius in suis *Exercitationibus Plinianis in Solinum*, pag. 548 edit. Parisiensis. Denique Philippsonius, in editione Fragm. Ezechielis et Philonis Berolini 1830 in-8° excusa ad vers. 8, κάττοις pro κοίτης legendum proposuit; quod admisi. Idem editor, ut ejusdem poetæ fragmentorum collectionem compleret, opus clausit novem versibus quos citat Epiphanius absque auctoris nomine, tom. I, pag. 544 editionis Coloniæ Agrippinæ (Lipsiæ), dicens, Scaligerum sequendo, hos ad Ezechielem pertinere. Petavius eos a Scaligero correctos sine ulla animadversione dedit in suis ad *Chronicon* Eusebii notis:

Ὦ πᾶσιν ἀρχὴ καὶ πέρας κακῶν, ὄφις,
Οὕτω βαρὺν τίκτουσα θησαυρὸν κακῶν
Πλάνη τυφλοῦ, πεδητὸς ἀγνοίας βίου,
Χαίρουσα θρήνοις, καὶ στεναγμασι βροτῶν·
Ὑμεῖς ἀθέσμους εἰς ὕβρεις ὁμοσπόρων,
Τὰς μισαδέλφους ὁπλίσαντες ὠλένας
Καὶ μολῦναι φοινίῳ πρώτον λύθρῳ
Ἔκεισατ' ἀρ γῆν, κἀξ ἀκηράτων πεσεῖν
Ἀωτων τε πρωτόπλαστον ἐς χθόνα
Ὑμεῖς ἐτεκτήνασθε.

« O tu principium et finis omnium malorum, serpens, qui gravem criminum acervum generasti, qui cæcum oberrare cogis, dux ignorantiæ in vitæ semita qui suspiriis et gemitibus mortalium lætaris; te suadente, propinqui immanem exercuerunt furorem in propinquos; fratres in sinu fratrum ferrum impegerunt; Cainus primus, furore obsessus, sanguine per cædem effuso, terram inquinavit. Tu tuique Protoplasten per detestanda artificia vestra ex æternis deliciis detrusistis, ut miserandam hanc terram habitarent. »

Ibid. B 13. In hac confusa narratione, ubi error veritati commistus, sane difficile est Judæum agnoscere, et omnem huic hypothesi verisimilitudinem adimit tanta præcipuorum suæ ipsius historiæ factorum ignorantia. Quis enim Judæus Davidem Saulis filium fecisset? Merito animadvertit Josephus Judæos in suæ historiæ relationibus esse unanimes, quia scilicet omnes eorum historici suas ex sacris libris historias hauriebant: inde concordia hæc quæ nullibi. Quomodo igitur Judæus, qui profecto libros historicos legerit, Davidem non esse Saulis filium ignorat?

Ibid. C 3. Textus Μοαμίτας habet, pro Μοαβίτας, *solemni errore* μ *pro* β *posito*, inquit Holstenius in Stephanum Byzantinum pag. 216. Idem ad verbum Ναβαταῖοι ait: « Si Hebræam originationem sequamur, rectius scriberemus Ναβαθαίους quam Ναβαταίους e verbo Nabaioth, *germinans*. Ovidius, *Metam.* I, 61, *Nabathæaque regna*, V, 163, *dextra Nabathæus Ethemon*. Juvenal, satyr. XI, 126, *Nabathæo bellua saltu*. » Hæc vox tamen in *Periegete* per τ legitur, vers. 559:

Ἀλλ' ἤτοι πρῶτοι μὲν ὑπὲρ κλιτὺν Λιβάνοιο
Ἀφνειοὶ ναίουσιν ἐπωνυμίην Ναβαταῖοι.

Similiter scribit Strabo lib. XVI, pag. 779:

Πρὸς τὴν Πέτραν τὴν τῶν Ναβαταίων καλου-
[μένην.

Plinius VI, 28, aut 33: « Nabatæi incolunt Petram. »

Ibid. 14. Angelus quem introduxit Nathan propheta est, cujus nomen corruptum. Vide II *Reg.* VII.

Digitized by Google

Davidis autem victoriæ de Judææ vicinis populis in octavo capite ejusdem libri II *Reg.* descriptæ sunt paulo mutatis, in Græcam linguam transeundo nominibus Hebraicis.

Col. 748 D 5. Ἐν Ἀχάροις. Ælana urbs Arabiæ. Simson in *Canone chronico* ad annum 3007, ἐν Αἰλάνοις (textus habet Ἀχάνοις) εἰς τὸν οὐφεὶρ (pro εἰς τὴν οὐφρῆ). « Ælana est illa celebris urbs in sinu Arabico quæ in sacris litteris *Elath*, *Eloth*. Vide Holstenium ad Steph. Byzant. p. 16. Αἴλανον Salmasius ad Solinum pag. 284 (novæ edit. 342) docet frequentius Αἴλανα dictum numero plurali. Urbis hujus nomen corruptum apud Eusebium *Præp. evang.* l. IX, cap. 30. »

Ibid. 11. Hic in nominibus confusio. Cum decessit David, sacerdotium inter duos pontifices, Sadoc et Abiathar, dividebatur. Abiathar Adoniæ partes secutus erat, ut illi ejusque posteris thronum compararet. Sadoc e contra cum propheta Nathan, Davide jubente, Gihon ivit, ut ibi Salomonem ungeret. Vid. III *Reg.* I. Sadoc a summo sacerdote Heli, qui Samuelem educaverat, originem quidem, non nomen ducebat.

Ibid. 15. Nomen Vaphres aut Ouaphres, quod hic Ægypti regi datum invenimus, non idem est ac ille qui in lib. III *Reg.*, cap. III, et apud Josephum, simpliciter Pharao nominatur. Hoc nomen regi multo posteriori tribuit Manethon, in serie regum, nempe Apries dicto apud Herodotum, Psammitis filio (*Euterp.* 161). Idem ille rex a Jeremia propheta (XLIV, 30) vocatur Vaphris, et 414 ann. junior fuit. Interpres eum nominat *Ephre*, recentiores *Hophrah*. Quem Οὐαφρῆς vocat Clemens Alexandrinus, a Vaphre Salomonis prorsus alienus est. Estne vero hic postremus Salomonis socer? Id credi potest; scimus enim hunc principem quamdam Ægypti regis filiam uxorem duxisse. Verum inter reges Ægypti, quorum seriem dedit Manethon, nec non et Eratosthenes, cuinam tribuendum nomen istud? Solvat quæstionem alius. Cæterum apud Josephum non aliter audit quam *Pharao*. « Ad eos autem, inquit in *Antiquit.* l. VIII, cap. 6, qui quæsiverint cur omnes Ægyptiorum reges a Minæo, qui Memphim condidit quique multis annis Abrahamum avum nostrum præcessit, usque ad Salomonem, per annos plus quam trecentorum et mille intervallum, Pharaones dicti fuerint, ab eo qui interjectis post temporibus imperavit, Pharaonis appellatione desumpta, necessarium esse aliquid dicere existimavi ut eorum ignorantia tollatur nominisque ratio manifesta reddatur. Pharao in lingua Ægyptiaca *regem* sonat. Cum alia pueri nomina haberent, qui postea reges evaserunt, prius, opinor, nomen abjicientes, nomine summam potestatem in materna lingua significante sese exornarunt. Sic Alexandriæ reges, aliter antea nominati, postquam coronam adepti sunt Ptolemæos, a primo hujus seriei vocari se voluerunt. Sic Romani imperatores, alia nascentes sortiti nomina, Cæsares vocantur, quem titulum ab auctoritate parta et dignitate, non a parentibus obtinuerunt. Ideo Herodotus Halicarnassensis, ut puto, postquam 330 reges ab Mene Memphis conditore, Ægypti regnum occupasse declaravisset, nequaquam eorum nomina tradidit nobis; qui scilicet omnes Pharaones erant.

« His omnibus exstinctis, susceptoque a muliere regni gubernaculo, cum nonnisi reges communi Pharaonum nomine, e constanti usu, nuncuparentur, quo cognomento regina hæc, utpote femina, in signiri nequiret, ob eam causam a dicto cognomine exclusa est propter sexum; atque mihi ex meis libris gentilibus notum est nullum regem Ægyptiacum, post Pharaonem Salomonis socerum, hoc nomine fuisse appellatum. »

Col. 749 B 7. Nomen *Sebrithita* adulteratum esse patet; *Sethroita* legendum est, ut infra legitur *Batrithita*. Lucas Holstenius *in Stephanum Byzantinum* veram posterioris restituit orthographiam: eum vocat *Athribitam*; at errorem non vidit prioris qui extra Delta, sicut et alii nomi hic relati, non mihi videtur collocandus. Ptolemæus Ægypti nomos in quarto libro suo enumerans unum in his regionibus sub Sethroitæ nomine ponit. Manifestum est igitur istum nomum proximum esse his qui pone sequuntur, Mendesianum cujus urbs præcipua Tmuis; Bousirites, Bousiris; Leontopolitanus, Leontopelis; Athribitanus, Athribis. Admittenda certe est Lucæ Holtenii restitutio quoad nomen *Athribita*. Bochartus in suo *Phaleg.*, p. 59, lib. I cap. 15: « Delta Ægypti proprie dicebatur *Rib* unde est quod in ipso corde τοῦ Δέλτα nomus medius Athribis appellabatur, id est cor pyri. » Vid. Etymologicum magnum, voce Ἀθριβής. Ἀθριβὶς πόλις Αἰγύπτου· γράφεται δὲ καὶ Ἀθλιβής. ἧς ὁ πολίτης Ἀθλιβίτης. Νικάνωρ δὲ διὰ τοῦ Ρ. Τὸ Δέλτα τῆς νησευομένης Αἰγύπτου ἐστὶ κεφαλή, κατὰ καρδίας σχῆμα τῶν περιεχομένων Νείλῳ μεθυσκόμενον, ὅθεν τὸν Νομὸν Ἀθριβὶν προηγόρευσαν· ὅπερ, εἴ τις Ἑλληνιστὶ βούλοιτο φράζειν, οὐκ ἄλλως ἔχοι λέξαι πλὴν καρδίαν. Οὕτως Ἀπίων καὶ Ὡρίων.

Vide Reland, *Palæstina sacra*, t. II, p. 937 et seq. ubi hæc etymologia vocis *Rib*, pyri, in controversiam venit. Idem Bochartus, p. 259, « *Ægyptiis* ℞ vel ℞θ *est cor ut scribit Horus Hieroglyphicon*, l. XVII, c. 7 et ῥιβ ῥιβι, *pyrum*; indè Athribis, cor pyri, id est Ægypti partis quam pyri formâ *Ægyptii Rib*, id est pyrum vocabant: quod nomen hodieque servatur post tot sæcula incorruptum. Errif scribit Leo Africanus. Apud Libros sacros legitur *Raab*; quod plerisque ostendit exemplis. » (Vid. Reland.)

Ibid. C 1. Souro, nomen quo hic vocatur rex Tyriorum, multum differt ab eo quo nuncupatur apud Josephum, Εἴραμος *Antiq. Judaic.*, l. VIII, c. 2 et seqq. Litteræ quas citat Josephus ab Eusebii textu recedunt ut et nomina; quibus apparet eos non ex iisdem fontibus hausisse. Cæterum in ideis consentiunt. Apud Josephum Salomon postulat ut in Libano ligna cædantur, quod a rege Tyri ei conceditur. Ex his liquet Josephum tertii libri *Regum* relationem, cap. V et VI, diligentius secutum fuisse. Tyri regis nomen, de quo hic tantum agitur, in Scriptura sacra est *Hiram* (*III Reg.* V et seqq.). In Josephi mss. legitur: Εἴρωμος Χείραμος· Menandro Ephesino vocatur Εἴρωμος υἱὸς Ἀβιβάλου. Simson sic Souronis nomen ex aliis deducit: etymologia de qua alii judicent; ad annum mundi 2977: « Appellatur Hebræis Hiram et Huram, Græcis Εἴρωμος et Σαρων in Eupolemi verbis apud Euseb. *Præpar. evang.* l. IX, c. 33; effertur autem Σούρων pro Οὔρωμ. »

Col. 752 A 2. Ἀντίγραφος ἐπιστολῆς Σούρονος 465, 466.

Ibid. B 2. Σολομὼν εἰς Λίβανον ἀπαλθὼν κεκόμικεν τὰ ξύλα ἃ ὁ πατὴρ αὐτοῦ προέτεμνεν 465.

Ibid. 11. Ἐκ τῆς φυλῆς τῆς Δαβίδ. Polterus vult legi ἐκ τῆς φυλῆς Δάν. Primum nulla est tribus Davidis qui non est patriarcha. In lib. II cap. I *Paralipom.* § 13, 14 legitur:

« Misi ergo tibi virum prudentem et scientissimum, filium mulieris de filiabus Dan. »

Ibid. 12. In textu ΞΞ, at in mss. 465 legitur ΞΗΝΤΑ; ex accentu errorem esse patet, pro ΞΗΚΟΝΤΑ. Etenim longitudo non poterat esse sex cubitorum tantum, quando sexaginta erat latitudo.

Ibid. C 14. Josephus duodecim cubitos dat ei in circuitu quatuorque digitos crassitudinis (quod verisimiliter intelligendum est de auratura), etiamsi res non enuntietur.

Ibid. D 1. Οἶκος hic pro sancto sanctorum ponitur: οἶκος τοῦ ἁγίου τῶν ἁγίων, aiunt I *Paralip.* III, 10; στῆναι anteponendum esse videtur. Vocibus τοῦ οἴκου proposui vocem πρό· 1° ut indicaretur ubi essent istæ columnæ; deinde ne error linguæ irreperet: στῆναι aut στῆσαι τοῦ οἴκου sensu carere atque syntaxim lædere judicaveram in *Para-*

Digitized by Google

tip. l. II, c. III, v. 15, locus de quo hic agitur sumitur hoc sensu : Καὶ ἐποίησεν ἔμπροσθεν τοῦ οἴκου στύλους δύο, καὶ ἔστησε τοὺς στύλους κατὰ πρόσωπον τοῦ ναοῦ, ἕνα ἐκ δεξιῶν, καὶ τὸν ἕνα ἐξ εὐωνύμων · καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα τοῦ ἐκ δεξιῶν · Κατόρθωσις · καὶ τὸ ὄνομα τοῦ ἐξ ἀριστερῶν · Ἰσχύς. v. 17. Inferius adhuc reperitur οἶκος pro Sancto sanctorum.

Col. 752 D 2. Vocem δέκα bis lego ad determinandum candelabrorum numerum quæ numero decem exstitisse videntur ex eo quod inferius legitur ; nempe unicuique candelabro septem fuisse luminaria, unde coalescit numerus septuaginta. *Paralip.* hic etiam mihi auxilium præbuerunt, lib. II, cap. IV, v. 7. Καὶ ἐποίησε τὰς λυχνίας τὰς χρυσᾶς δέκα κατὰ τὸ κρίμα αὐτῶν, καὶ ἔθηκεν ἐν τῷ ναῷ πέντε ἐκ δεξιῶν, καὶ πέντε ἐξ ἀριστερῶν.

Manifeste errat Josephus qui decem millia fuisse contendit, *Antiq. Judaic.* l. VIII, c. 3.

Col. 754 B 2. Quamvis manuscripti codices in conservando δακτυλίους unanimiter concordent, textum mutandum esse et δίκτυα scribendum existimavi. Hanc a me recte factam fuisse emendationem omnia probant : 1° Ex absurdo probatur. Quomodo fieri potuit ut duo annuli constantes catenulis supra templum in machinis, viginti cubitorum amplitudine, positis, totum fastigium templi obumbraverint, quadringentis dependentibus tintinnabulis unoquoque talentum pensante? 2° Reliqua phrasis veram vocem restituit, at in genere feminino pro neutro; mss. 466 ὅλους τοὺς δικτυοὺς pro ὅλας τὰς δικτύας habet, ita ut tria genera substantivo neutro tribuantur; sed verum vocabulum inter hæc mendosa semper apparet. 3° De rete agitur in *Paralip.* l. II, c. IV, 12. Καὶ δίκτυα δύο τοῦ συγκαλύψαι τὰς κεφαλὰς τῶν χωθαρέθ · καὶ κώδωνας χρυσοῦς τετρακοσίους εἰς τὰ δύο δίκτυα.

In ultimo cap. Jerem., v. 22 : Καὶ δίκτυον καλ. βοαὶ ἐπὶ τοῦ γείσους κύκλῳ, τὰ πάντα χαλκᾶ.

Ibid. D 5. Hæc assertio, siclum aureum talento æquivalere, omnino mihi falsa et glossa Eusebio addita videtur. Josephus, in tertio libro *Antiq. Judaic.*, sic refert argentei sicli valorem : Σίκλος νόμισμα Ἑβραίων ὢν, Ἀττικὰς δέχεται δραχμὰς τέσσαρας. « Siclus Hebræus quatuor drachmis Atticis æquivalet » iste erat siclus sacer. Siclus communis didrachma valebat, id est mediam alterius partem. V. Waserus, *De antiquis nummis Hebræorum*, libro II, ubi de siclo. Etiamsi æstimaretur aurum, ut hodiernis diebus, sedecies argento gravius, talenti pondus nondum attingeretur. Talentum 60 minis constat; mina centum drachmis, quod efficit 6000 drachmas in talento. Pars quarta numeri 6000 est 1500. Aurum valere potuit quindecies suum pondus in argento, sed non millies et quingenties. Siclus aureus est igitur pars talenti centesima.

Col. 756 A 14. Timochares ibi nominatus estne astronomus Timocharis in septimo *Almagestis* Ptolemæi libro citatus, ut qui computationes de stellis reliquerit, e quibus Hipparcus induxit cœli retrogradum motum quo producitur æquinoctiorum antecessio? Hipparcum præcessit circiter 150 annis, 283 annis ante Christum natum.

Ibid. B 6. Differentia inter has mensuras Jerusalem circuitus Scaligero mentem suggessit μθ' emendandi apud Timocharem et μζ' in Schœnometro, quia Hecatæus Abderita, quem ut auctorem fide digniorem habet, urbi huic circuitus stadia 50 assignat, in libro *De Judæis*. Vide Scaligerum in *fragmentis* post *emend. tempor.* p. 24 notarum; Reland *Palæstina sacra*, t. II, p. 835.

Ibid. C 7. Ista Philonis carmina, non minus corrupta quam quæ ex eo de Abraham jam allata, nullam fere opem e mss. ducunt. Josephus Scaliger et Isaac Vossius, in suis exemplaribus quasdam emendationes proposuerunt, quæ nec sensum perfectum dant nec exactum carminum metrum. Ad primum versum Vossius legit νισσόμενος pro νηχόμενος δέρκῃ Ὀρούν ἀοιδᾷ μεγιστοτύχοιο λοετροῖς, quod nullo modo hunc corrigit versum. Attamen ἔδερκῃ indubium mihi videtur. Scaliger legit μεγιστοχόοιο, quod præstat ad metrum.

Ad tertium versum, Vossius legit ἐξανιεῖσι, quod est participium in casu dativo plurali concordans cum λοετροῖς; mss. 465, 468, legunt ad quintum versum quod proponit Scaliger, nempe ὑπὲρ πύργοισιν ὀρειτρῶς · Vigerus proponit ὑπαὶ. Tandem ad octavum versum, Scaligêr legit ὑδροχόοιο pro ὑδροχόοισι, quod est anteponendum. Et cum iis etiam emendationibus, difficile est textum restituere. In vocibus Οὖν σὺν ἀοιδᾷ secundi versus, quæri debet substantivum neutrum vocum τὸ θαμβηέστατον ἄλλο·

Νισσόμενος δ' ἐφύπερθε τὸ θαμβηέστατον ἄλλο
Δέρκῃ κρούνισμ' ὃν οἶδα μεγιστοχόοιο λοετροῖς
Ῥεύματος ἐμπλήσει βαθὺν γύον ἐξανιεῖσι,
Ῥεῦμα γὰρ ὑψιφάεινον ἐν ὑετίοις νιφετοῖσιν
Ἡέμεον πολυγηθὲς ὑπαὶ πύργοισιν ὀρείοις
Στρωφᾶται, καὶ ξηρὰ πέδῳ κεκονιμένα κρήνης
Τηλεσαῆ ἐσίκνυσιν ὑπέρτατα θάμβεα λαῶν.
Λιτὸ δ' ἂρ' ἐκπτύουσι διὰ χθονὸς ὑδροχόοιο
Σωλῆνος.

Col. 757 A 3. Vocem οἶκος verto *sanctum sanctorum*; hujus interpretationis in præcedentibus capitibus ostendi convenientiam; vid. cap. 34. Reipsa, non totum templum ad orientem spectat; sunt enim aliæ partes ædificii quas undique sol respicit; at pars præcipua, id est οἶκος, vertitur ad orientem.

Ibid. 11. Ὑποδοχείων Aristæus et omnes mss.

Ibid. C 8. Quisnam sit hic Astibares, Medorum rex, ab Eupolemo nominatus, eruditi non consentiunt. Simson, ad annum mundi 3396, vult hunc esse Cyaxarem; ad annum 3447, eamdem thesin propugnat : « Darium Medum non Medorum sed Chaldæorum regem fuisse testatur Daniel cap. IX. Assuerus ille ut modo dixi non alius est quam inclytus Cyaxares, ut et ipsum nomen indicat, quod varie effertur, nempe Assuerus sive Achasuerus. Ἀστιβάρης Ὀξυάρης (pro Ὀχσυάρης) Ἀξυάρσης, Ὀξάρκης, Ξέρξης et Ἀξάρης unde fit Κυαξάρης. — Falluntur ergo qui putant hunc Assuerum esse Astyagem. B. Hieronymus Josephum secutus, existimat Darium Medum fuisse Astyagis filium, Cyri avunculum, et patri Astyagi in Medorum regno successisse. » Scaliger in notis suis in fragmenta, p. 40, dicit a Ctesia Cyaxarum nominatum fuisse Astibarem. Vide Diod. Sicul. lib. II, 34. Nihilominus Wesseling, in nota ad annum 3396 Simsonis, credit Astyagen sub hoc nomine admittendum esse; nam filia ejus Aroitis in matrimonio Nabuchodonosori juncta fuerat si Alexandro Polyhistori a Syncello citato, p. 210, fides adhibenda sit. Scaligerus, in *Emendat. tempor.* vult eumdem esse ac Nabonidem (vid. *prolegom.* a p. 32 ad 36), Labyneten Herodotis, sub quo Babylon a Cyro capta fuit, quem misit ut satrapam in Caramaniam. Has varias opiniones mihi satis sit exposuisse, quas nec tueri volo nec impugnare.

Col. 760 A 2. Rebellis iste, ex fusiore Berosi narratione, apud Josephum, est Pharao Nechao aut Necos quem Berosus ut satrapam considerat; Herodotus vero, juxta Ægyptiorum sacerdotum narrationem, eum habet ut verum Ægypti dominatorem. En verba Berosi apud Josephum : Ἀκούσας ὁ πατὴρ αὐτοῦ Ναβολάσσαρος, ὅτι ὁ τεταγμένος Σατράπης ἐν τε Αἰγύπτῳ καὶ τοῖς περὶ τὴν Συρίαν τὴν Κοίλην καὶ τὴν Φοινίκην τόποις ἀποστάτης γέγονε, συστήσας τῷ υἱῷ Ναβουχοδονοσόρῳ, ὄντι ἐν τῇ ἡλικίᾳ, μέρη τινὰ τῆς δυνάμεως, ἐξέπεμψεν ἐπ' αὐτόν. Joseph., *Contra Apionem* I, 119.

Ibid. 7. Berosi fragmentum ab Eusebio ibi relatum bis a Josepho citatur, 1° in decimo libro *Antiquit.* cap. 11; 2° in primo libro *Contra Apionem*, 19 : numeri annorum regiminis Nabopolassar non concordant. In *Antiquitat.* legitur κα', 21;

Digitized by Google

in scripto *Contra Apionem* xθ', 29. Scaligerus, in suis notis de antiquorum historicorum fragmentis, quæ sequuntur librum *De emendat. tempor.*, numerum 29 anteponit. Scaligerum secuti sunt Simson ad annum mundi 3409, et Capellus in sua *Chronologia sacra*, Eusebius in omnibus manuscriptis codicibus numerum 21 habet, utpote qui hunc locum citando, *Antiquitatum* librum verisimiliter transcripserat; iste enim error, si error est, vetustissimus est, cum apud Syncellum sanctumque Epiphanium reperiatur. Contra Scaligerum et pro numero 21 sunt Usherius in *Chronologia sacra*; Marsham *Canon chronicus*, p. 587 edit. Lipsiæ; Van Alphen, in *Appendice*, cap. 8, § 11 commentarii super cap. XI Danielis; Prideaux, in *Historia Judæorum*, tom. I, p. 119; tandem Perizonius in suis *Originibus Ægyptiacis*, c. 23, a p. 479 ad 504. Petavius in libro nono, cap. 58 *Doctrinæ temporum*, Nabopolassari regnum 21 aut 25 annorum tribuit, juxta Ptolemæi canonem regum Babylonis. Ex omnibus his chronographis alii optionem suam rationibus tuentur, alii vero suam exponunt nec probationibus firmant. Hæ sunt rationes quibus Scaligerus nititur: numeri 1 et 9, ἓν et ἐννέα, facile confunduntur, et etiamsi hæc diversa lectio non in alterutro textuum reperiatur, is ta emendatio, inquit, ex initio prophetiæ Ezechielis, inducenda fuisset. *Et factum est in tricesimo anno, in quarto, in quinta mensis, cum essem in medio captivorum juxta fluvium Chober, aperti sunt cœli et vidi visiones Dei.*

Cum Ezechiel esset in Chaldæa, annos, inquit Scaligerus, computare debebat tantum ordiens ab initio regni principis viventis. Porro hic princeps erat Nabopolassar; tricesimo igitur anno incepto, vel vicesimo nono completo mortuus est Nabopolassar, centesimo quinquagesimo secundo æræ Nabonassar.

Perizonius affirmat hunc tricesimum annum non exprimere tempus quo regnavit Nabopolassar, bene vero tempus quo, pulsis Assyriis, sese in libertatem vindicaverunt Babylonii et Nabopolassarem anno centesimo quadragesimo quinto æræ Nabonassaris mortuum esse; annum autem centesimum quinquagesimum secundum respondere tricesimo anno expulsionis Assyriorum Babylone. Inde Perizonius quæstionem aggreditur quomodo quartus annus Joachim, regis Judæ, primus esse potuerit Nabuchodonosoris; quem ut sequar profecto non committam, præsertim cum, iisdem fere manentibus tenebris, vix post paginas viginti *Orig. Ægypt.* quæstioni finem imponat. Numerum igitur 21 non muto:

Non nostrum inter vos tantas componere lites.

Col. 760 B 2. *Evilmerodach.* Textus Eusebii fert *Evilmalourouchos.* Josephus *Contra Apionem* scribit, *Evilmaradouchos. Evilmarodak* (*IV Reg.* XXV), Syncellus *Eviladmerodach.* Diu inter tot hujus nominis lectiones varias hæsi incertus, tandem communiter receptum nomen elegi, quale in Scriptura sacra et apud Scaligerum invenitur.

Ibid. 7. *Neriglisar.* Hoc nomen, apud Josephum, *Contra Apionem*, *Neriglisoor* scribitur: Scaliger hanc lectionem recepit.

Ibid. 8. Textus Eusebii fert *Chabæssoarachos*; loco hujus lectionis manifeste vitiatæ, Josephi lectionem, quæ ab omnibus eruditis probatur, elegi.

Ibid. 13. Scaliger in nota ad hunc locum, p. 15 et 16, eo tendit ut probet hunc Nabonnidem esse Labynetem II Herodoti qui a patre historiæ filius Labynetis I (Nabuchodonosoris) falso declaratur; secundum ipsum Scaligerum hic innueretur Darius Medus a Daniele memoratus. Sic regnum Balthazaris (Labassoarchodos) juxta prophetiam primum transiit ad Medos, id est ad regem ex gente Medica, deinde ad Persas, postquam Cyrus Nabonnidem e solio expulisset et in Caramaniam relegavisset. Hæc versio satis approbata est quamvis adversarios habuerit: cum de ea dixerim, ubi de Astibare, illam iterum agitare non aggredior.

Ibid. D 6. *Per septuaginta annos*, textus et manuscripti codices πεντήκοντα ferunt, *quinquaginta*, cum ἑβδομήκοντα, *septuaginta*, evidenter legendum sit.

Hic error jam in textu Josephi *Contra Apionem* reperitur, lib. I, c. 21, ubi Lowth proponit corrigendum ἑβδομήκοντα· apud Syncellum propagatus est. Attamen verisimile non est Josephum ignorare potuisse captivitatis spatium, quæ 70 annis perduravit, quam prænuntiaverant prophetæ tanto perduraturam esse, quam ipse Josephus in principio undecimi libri suarum *Antiquit.* tot annos durasse declarat, illumque omnia hæc oblitum captivitati solummodo spatium annorum quinquaginta assignasse.

En verba II libri, c. 1: « Primo anno regni Cyri, qui septuagesimus erat a die transmigrationis populi nostri e terra natali in Babyloniam, Dominus misertus est captivitatis et ærumnarum quas isti miseri tulerunt, sicut eis per prophetam Jeremiam prædixerat, antequam urbs subverteretur, videlicet post servitutem sub Nabuchodonosore ejusque successoribus, quæ septuaginta annis erat duratura, se eos in patriam restituturum eosque templum redificaturos, et qua olim felicitate gavisuros. »

Ibid. 9. *Et decimo regni Darii anno*; Josephus *contra Apionem*, I, 20, *annum secundum* scribit; Syncellus ejus imitator *sextum*; et Abraham, in *Phar. Vet. Test.*, hanc epocham libentius admittit: quæ autem vera sit lectio non vides.

Ibid. 13. Orthographia Nabuchodonosoris nominis varia est: nunc legimus Ναβυχοδόνοσορ, ρος, ut in hoc textu, nunc Ναβυχοδονόσορος, ρου. Apud *Danielem*, *Reges*, l. IV, *Paralip.*, l. II, librum *Judith*, illud nomen non declinatur. Apud Berosum et Abydenum, secundæ declinationi ascribitur.

Septuaginta Interpretes formam Hebraicam servaverunt, scriptores Græci hæc nomina externa Græco usui accommodarunt.

Col. 761. A 12. Hæc vox desumitur ex oraculo Crœso reddito, juxta relationem Herodotis. *Clio*, 55: Ἀλλ' ὅταν ἡμίονος βασιλεὺς Μήδοισι γένηται Καὶ τότε, Λυδὲ, ποδαρκὲ, πολυψήφιδα παρ' Ἕρμον Φεύγειν, μηδὲ μένειν, μηδ' αἰδεῖσθαι κακὸς εἶναι.

Cyrus sub nomine Muli designabatur, propter illius originem ex patre Persa et matre Meda.

Ibid. B 6. Hæc quodam modo prophetia, in ore Nabuchodonosoris primo aditu in mentem revocat quartum *Danielis* caput quocum concordat, et a quo discrepat vicissim. Concordant in eo quod in utroque agatur de hominibus ad statum bestiarum adductis. At in libro prophetæ, ipse Nabuchodonosor hanc sortem experitur, dum apud Megasthenem imprecatio, est contra Medum adjutarum Persas ad evertendum Babylonis imperium: hic Medus, quem Assyriæ decus nominat, non alius potest esse quam Darius Medus qui Balthazari mortem intulit, et qui verisimiliter, ex opinione Megasthenis, ad tradendum Cyro regni ejus urbem caput concurrere debebat. Ista imprecatio cum Beros fragmento collata, c. 40, huic Scaligeri opinioni satis favet (*Notæ super fragmenta*, p. 22 et seq., *Proleg.*, p. 37 et 579), scilicet Nabonnidem, Labynetum Herodoti, eumdem esse ac Darium Medum Danielis. In ista imprecatione, αἰσιῶσαι πρόῤῥιζον adhuc est Ionicum atque poeticum, Herodotus, I, VI, 85: ἐκτέτριπται πρόῤῥιζος ἐκ σπάρτης· I, 32, προῤῥίζους ἀνέτρεψε· Sophocl. in *Electra*, v. 765:

Τὸ πᾶν δὴ δεσπόταισι τοῖς πάλαι
Πρόῤῥιζον ἔφθαρται γένος.

V. 514, πόῤῥιζος ἐκριφθείς.

Eurip., *Hippol.*, v. 682:

Ζεύς σ' ὁ γεννήτωρ ἐμὸς πρόῤῥιζον ἐκτρίψαι.

Ibid B 14. Credo pro κτίσαι, *condere*, quod nemo Nabuchodonosori tribuit de Babylone, legendum esse τειχίσαι, *munire*. Idem Abydenes hanc a

Digitized by Google

Belo, Nabuchodonosoris avo, urbem conditam fuisse radit.

Col. 761 C 3. *Τῷ χρόνῳ δὲ τῷ ἱκνευμένῳ ἀφαιρεθῆναι.* Hæc expressio mere Ionica ostendit scriptorem ad tempora posteriora pertinere non posse. Gregor. Corinth., *De dialecto Ionica*, 156 : Τὸ οὐκ κνεομένως ἀντὶ τοῦ οὐ προσηκόντως, οὐ καθηκόντως ibi interp.

Forma ἱκνευμένως anteponenda est formæ ἱκνεομένως. Herodotus, l. VI, 65 : Οὕτε ἱκνεομένως βασιλεύοντα Σπάρτης· ibid., 86 : Συνενεικθῆναι δὲ οἱ ἐν χρόνῳ ἱκνευμένῳ, ubi interp. ; Plutarch., *De educat.*, 9, *in Emil. Paul. et in Cæsare.* Oraculum apud Demosthenem, tom. II, p. 1072 : Ἐν ἱκνουμένᾳ ἀμέρᾳ· hoc pertinet ad Dorismum. Damascius : *Apud Photi cod.* 242, *Vita Isidori*, pag. 351, ed. Bekkeri.

Κατὰ τὸν ἱκνούμενον χρόνον, ἀντὶ τοῦ κατὰ τὸν παρόντα. Hunc sensum hic habet istud vocabulum : « temporibus quæ secuta sunt. » Ἀφανισθῆναι « jam nullum superesse vestigium. » Sic interpretor illam vocem quam Vigerius ad Belum refert ; quod est falsum. Quod Belus evanuerit, parvi refert ad narrationem ; at nosse operæ pretium est jam disparuisse has antiquas constructiones tempore quo Babylonem Nabuchodonosor reædificavit. Valckenaer, ad locum citatum Herodoti, de Abydeno loquens dixerat : « Non palam fit an ad Belum sive Babylonem, illud verbum referatur ; » hoc mihi quidem non dubium videtur.

Ibid. 5. Hæ sunt januæ, quas propheta Isaias, cap. 45 indicat : Θύρας χαλκᾶς συντρίψω, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συγκλάσω.

Ibid. 8. Fluvius, aut Euphratis brachium, hic Armalcus nominatus, aliter ab aliis auctoribus appellatur : sic Ammianus Marcellinus, l. XXIV, c. 2 licit : « Ventum hinc ad fossile flumen Naarmalcha nomine quod amnis regum interpretatur. » Plinius, lib. VI, c. 26 : « Sicut qui tradunt Euphratem Chobaris præfecti opera deductum, ubi eum diximus findi, ne præcipiti cursu Babyloniam infestaret, ab Assyriis vero universis appellatum Armalchar, quod significat regium flumen. » Isidorus Characxenus *in stathmiis Parthicis* : Διαβάντων τὸν Εὐφράτην καὶ Ναρμάλχαν ἐπὶ Σελευκίαν τὴν πρὸς τῷ Τίγριδι.

Hoc fluminis brachium, quod idem esse videtur, ac fluvius Chobar apud prophetam Ezechielem pluries nominatus, *regium flumen* vocabatur ; et hac admissa significatione, Bochartus *in Phaleg.* lib. II, cap. 8, pag. 54, Naarmalcha potius scribendum censet.

Ibid. 10. Non magis inter auctores convenit de nomine hujus aquarum ex Euphrate decursus : Plinius enim *Narraga* nominat, Ptolomæus *Baersarem* aut *Naarsarem* ; Ammianus Marcellinus *Marsiam* ; Bochartus ibidem p. 33, existimat apud Aby denum Ναχρακάνον, id est *stagni fluvium*, legendum esse.

Ibid. Dubitatum est utrum legendum sit Βορσιππῶν pro Σιππαρηνῶν· attamen istæ duæ urbes Borsippa et Sippara non procul a Babylone sitæ sunt, prior ad austrum (Borsippa) ; posterior ad septentrionem (Sippara).

Col. 764 B 9. Hujus historici nomen apud Eusebium et Josephum diverso modo scribitur ; Josephi editiones *Cononem* ferunt ; qui ad manus mihi fuerunt Eusebii codices manuscripti *Comonem* omnes habent ; quod manifeste corruptum est ; utrum vero substitui debeat nomen *Cononis* quæritur.

Conon, cujus quinquaginta narrationes Photius in sua bibliotheca summatim nobis tradidit, Julii Cæsaris æquævus erat, secundum eumdem Photium. Supradictas narrationes dedicaverat Archelao Philopatori, ultimo Cappadociæ regi, qui Antonium in bello contra Augustum secutus est. Cum istæ narrationes ex mythologia Græca omnino haustæ sint, unde concludere fas est ex eis natas non esse controversias de antiquitate Judæorum, ideo censeo scribendum esse Κάμων pro Κόμων. Accepimus enim a Michaele Apostolio, *Prov.* XX, 29, p. 257 editionis Pantini, hujus nominis auctorem de inventionibus scripsisse : unde oriri debuit occasio populorum barbarorum origines investigandi. Dicit autem : Φοινικῆια γράμματα (litteræ Phœniciæ). Κάμων ἐν δευτέρᾳ τῶν Εὑρημάτων ἀπὸ Φοινίκης τῆς Ἀχταίωνος ὀνομασθῆναί φησι, μυθεύεται δὲ οὗτος ἀρσένων μὲν παίδων ἄπαις, γενέσθαι δὲ αὐτῷ θυγατέρας Ἀγλαύρην, Ἕρσην, Πάνδροσον, τήν τε Φοινίκην ἔτι παρθένον οὖσαν τελευτῆσαι· διὸ καὶ Φοινικῆια γράμματα τὸν Ἀχταίωνα εἰπεῖν, βουλόμενόν τινος τιμῆς ἀπονεῖμαι τῇ θυγατέρι.

« Camon, in secundo *Inventionum* libro, dicit denominationem Φοινικῆια γράμματα litteris ab Actæone datam fuisse. De illo narratur, quod cum non habuisset filium, ei natæ fuerint filiæ Aglaura, Ersea, Pandrosa, et Phœnicia, quæ virgo mortua est, cujusque in memoriam vocavit Φοινικῆια γράμματα, *elementa scripturæ*. »

Hæc narratio suspecta videtur eo quod nomina quæ tribuit Actæpnis filiabus sunt Cecropis filiarum nomina. Pro Ἀχταίωνος igitur legendum est apud Michaelem Apostolium Κέκροπος. Vide 14 cap. III lib. *Bibliothecæ Apollodori*. Actæon Cecropis socer fuit. De Actæonis exsistentia vide Africanum ab Eusebio citatum, *Pr. ev.*, l. X, c. 10, p. 490.

Col. 768 B 8. *Χαλεπὰ τὰ καλά*. Vide Zenobium, *Centuria* VI, 338.

Ibid. 13. Σκευωρεῖσθαι, quod transtuli, *omnia agere ut eripiatur ab Hebræis*, est expressio apud oratores usitata ad artificium, dolum, omneque machinationis genus indicandum : hoc sensu intelligenda sunt Theopompi verba ab Harpocratione citata ad vocem Ἀττικοῖς γράμμασι. Θεόπομπος ἐν τῇ κα' τῶν Φιλιππικῶν ἐσκευωρῆσθαι λέγει τὰς πρὸς τὸν Βάρβαρον συνθήκας, ἃς οὐκ Ἀττικοῖς γράμμασι ἐστηλιτεῦσθαι, ἀλλὰ τοῖς τῶν Ἰώνων. Theopompus declarat in vicesimo quinto *Philippic.* libro, fœdus cum Barbaro (Persis) fabricatum fuisse, fictum, suppositum ; nam litteris Ionicis non Atticis ære incisum legitur.

Ibid. C 3. *Ὁ καθεὶς*. In codice manuscripto, 468, hæc verba disjuncta reperiuntur : Ὁ καθ' εἷς· εἷς καθ' εἷς reprobatur a Luciano in Solœcista, p. 577, tom. III : Εἰ ἄρα καθ' εἷς λανθάνει σε περιών· Thomas Magister *in voce* : Οὐ καθεὶς ἀλλὰ καθ' ἕκαστος δεῖ λέγειν. Certe equidem, juxta grammaticem dicendum esset καθ' ἕνα et καθ' ἕκαστον· attamen in omnibus linguis notum est istiusmodi locutiones vitiosas introduci et propagari : ὁ καθ' εἷς ab auctoribus ecclesiasticis Judæis et Christianis sæpius usurpatum est ; *Machab.* : Ὁ καθ' εἷς δὲ τῶν φίλων. Epistola ad Romanos, cap. XII : Ὁ δὲ καθ' εἷς ἀλλήλων μέλη. S. Marcus XIV, 19 : Οἱ δὲ ἤρξαντο λυπεῖσθαι καὶ λέγειν αὐτῷ εἷς καθ' εἷς. S. Joannes evangelista cap. VIII : Ἐξῆρχοντο εἷς καθ' εἷς. Eusebius in *Historia Ecclesiastica* : Καὶ μὴ μόνον γε ὁ καθ' εἷς, ἀλλὰ καὶ οἱ πάντες ἀθρόως ἀνευφημοῦμεν, lib. X, pag. 466 edit. anglic., 372 ed. Valesii. Nihilominus forma καθ' ἕνα ab egregiis auctoribus anteponitur. Vid. notam Grævii de loco *Solœcistæ*, et Thomæ Magistri commentatore, notamque Henrici Valesii ad locum citatum *Hist. Eccles.* Eusebii.

Col. 769 A 7. *Καὶ ἄκοντες τὴν παρ' ἡμῶν ἀλήθειαν*. Lego ἀκούοντες, cum ἄκοντες exprimat contrarium his, quæ Clemens probare conatur. Si enim inviti Hebræos diripuissent, illos immerito vituperaret : legendum est igitur ἀκούοντες vel ἑκόντες.

Ibid. B 2. Pro *καταχρώμενος*, καταρκόμενος lego, sensu reiterandi. Plutarchus *in præcept. conjug.*, t. VII, p. 415 edit. Hutten : Οὗτος ὁ τρόπος τῆς οἰκοδεσποίνης, μήτε φεύγειν, μήτε δυσχεραίνειν τὰ τοιαῦτα τοῦ ἀνδρὸς ἀρχομένου αὐτὴν κατάρχεσθαι.

« Sic agere debet uxor ut neque recuset

Digitized by Google

in scripto *Contra Apionem* xϑ', 29. Scaligerus, in suis notis de antiquorum historicorum fragmentis, quæ sequuntur librum *De emendat. tempor.*, numerum 29 anteponit. Scaligerum secuti sunt Simson ad annum mundi 3409, et Capellus in sua *Chronologia sacra*, Eusebius in omnibus manuscriptis codicibus numerum 21 habet, utpote qui hunc locum citando, *Antiquitatum* librum verisimiliter transcripserat; iste enim error, si error est, vetustissimus est, cum apud Syncellum sanctumque Epiphanium reperiatur. Contra Scaligerum et pro numero 21 sunt Usherius in *Chronologia sacra*; Marsham *Canon chronicus*, p. 587 edit. Lipsiæ; Van Alphen, in *Appendice*, cap. 8, § 11 commentarii super cap. XI Danielis; Prideaux, in *Historia Judæorum*, tom. I, p. 119; tandem Perizonius in suis *Originibus Ægyptiacis*, c. 23, a p. 479 ad 504. Petavius in libro nono, cap. 58 *Doctrinæ temporum*, Nabopolassari regnum 21 aut 25 annorum tribuit, juxta Ptolemæi canonem regum Babylonis. Ex omnibus his chronographis alii optionem suam rationibus tuentur, alii vero suam exponunt nec probationibus firmant. Hæ sunt rationes quibus Scaligerus nititur: numeri 1 et 9, ἓν et ἐννέα, facile confunduntur, et etiamsi hæc diversa lectio non in alterutro textuum reperiatur, is ta emendatio, inquit, ex initio prophetiæ Ezechielis, inducenda fuisset. *Et factum est in tricesimo anno, in quarto, in quinta mensis, cum essem in medio captivorum juxta fluvium Chober, aperti sunt cœli et vidi visiones Dei.*

Cum Ezechiel esset in Chaldæa, annos, inquit Scaligerus, computare debebat tantum ordiens ab initio regni principis viventis. Porro hic princeps erat Nabopolassar; tricesimo igitur anno incepto, vel vicesimo nono completo mortuus est Nabopolassar, centesimo quinquagesimo secundo æræ Nabonassar.

Perizonius affirmat hunc tricesimum annum non exprimere tempus quo regnavit Nabopolassar, bene vero tempus quo, pulsis Assyriis, sese in libertatem vindicaverunt Babylonii et Nabopolassarem anno centesimo quadragesimo quinto æræ Nabonassaris mortuum esse; annum autem centesimum quinquagesimum secundum respondere tricesimo anno expulsionis Assyriorum Babylone. Inde Perizonius quæstionem aggreditur quomodo quartus annus Joachim, regis Judæ, primus esse potuerit Nabuchodonosoris; quem ut sequar profecto non committam, præsertim cum, iisdem fere manentibus tenebris, vix post paginas viginti *Orig. Ægypt.* quæstioni finem imponat. Numerum igitur 21 non muto:

Non nostrum inter vos tantas componere lites.

Col. 760 B 2. *Evilmerodach.* Textus Eusebii fert *Evilmalourouchos.* Josephus *Contra Apionem* scribit, *Evilmaradouchos. Evilmarodak* (*IV Reg.* XXV), Syncellus *Eviladmerodach.* Diu inter tot hujus nominis lectiones varias hæsi incertus, tandem communiter receptum nomen elegi, quale in Scriptura sacra et apud Scaligerum invenitur.

Ibid. 7. *Neriglisar.* Hoc nomen, apud Josephum, *Contra Apionem*, *Neriglisoor* scribitur: Scaliger hanc lectionem recepit.

Ibid. 8. Textus Eusebii fert *Chabæssoarachos*; loco hujus lectionis manifeste vitiatæ, Josephi lectionem, quæ ab omnibus eruditis probatur, elegi.

Ibid. 13. Scaliger in nota ad hunc locum, p. 15 et 16, eo tendit ut probet hunc Nabonnidem esse Labynetem II Herodoti qui a patre historiæ filius Labynetis I (Nabuchodonosoris) falso declaratur; secundum ipsum Scaligerum hic innueretur Darius Medus a Daniele memoratus. Sic regnum Balthazaris (Labassoarchodos) juxta prophetiam primum transiit ad Medos, id est ad regem ex gente Medica, deinde ad Persas, postquam Cyrus Nabonnidem e solio expulisset et in Caramaniam relegavisset. Hæc versio satis approbata est quamvis adversarios habuerit: cum de ea dixerim, ubi de Astibare, illam iterum agitare non aggredior.

Ibid. D 6. *Per septuaginta annos*, textus et manuscripti codices πεντήκοντα ferunt, *quinquaginta*, cum ἑβδομήκοντα, *septuaginta*, evidenter legendum sit.

Hic error jam in textu Josephi *Contra Apionem* reperitur, lib. I, c. 21, ubi Lowth proponit corrigendum ἑβδομήκοντα: apud Syncellum propagatus est. Attamen verisimile non est Josephum ignorare potuisse captivitatis spatium, quæ 70 annis perduravit, quam prænuntiaverant prophetæ tanto perduraturam esse, quam ipse Josephus in principio undecimi libri suarum *Antiquit.* tot annos durasse declarat, illumque omnia hæc oblitum captivitati solummodo spatium annorum quinquaginta assignasse.

En verba II libri, c. 1: « Primo anno regni Cyri, qui septuagesimus erat a die transmigrationis populi nostri e terra natali in Babyloniam, Dominus misertus est captivitatis et ærumnarum quas isti miseri tulerunt, sicut eis per prophetam Jeremiam prædixerat, antequam urbs subverteretur, videlicet post servitutem sub Nabuchodonosore ejusque successoribus, quæ septuaginta annis erat duraturæ, se eos in patriam restituturum eosque templum rædificaturos, et qua olim felicitate gavisuros. »

Ibid. 9. *Et decimo regni Darii anno*; Josephus *contra Apionem*, I, 20, *annum secundum* scribit; Syncellus ejus imitator *sextum*; et Abraham, in *Phar. Vet. Test.*, hanc epocham libentius admittit: quæ autem vera sit lectio non vides.

Ibid. 13. Orthographia Nabuchodonosoris nominis varia est: nunc legimus Ναβυχοδόνοσορ, ρος, ut in hoc textu, nunc Ναβυχοδονόσορος, ρου. Apud *Danielem*, *Reyes*, l. IV, *Paralip.*, l. II. librum *Judith*, illud nomen non declinatur. Apud Berosum et Abydenum, secundæ declinationi ascribitur.

Septuaginta Interpretes formam Hebraicam servaverunt, scriptores Græci hæc nomina externa Græco usui accommodarunt.

Col. 761. A 12. Hæc vox desumitur ex oraculo Crœso reddito, juxta relationem Herodotis. *Clio*, 55: Ἀλλ' ὅταν ἡμίονος βασιλεὺς Μήδοισι γένηται Καὶ τότε, Λυδὲ, ποδαβρὲ, πολυψήφιδα παρ' Ἕρμον Φεύγειν. μηδὲ μένειν. μηδ' αἰδεῖσθαι κακὸς εἶναι.

Cyrus sub nomine Muli designabatur, propter illius originem ex patre Persa et matre Meda.

Ibid. B 6. Hæc quodam modo prophetia, in ore Nabuchodonosoris primo aditu in mentem revocat quartum *Danielis* caput quocum concordat, et a quo discrepat vicissim. Concordant in eo quod in utroque agatur de hominibus ad statum bestiarum adductis. At in libro prophetæ, ipse Nabuchodonosor hanc sortem experitur, dum apud Megasthenem imprecatio est contra Medum adjuturum Persas ad evertendum Babylonis imperium: hic Medus, quem Assyriæ decus nominat, non alius potest esse quam Darius Medus qui Balthazari mortem intulit, et qui verisimiliter, ex opinione Megasthenis, ad tradendum Cyro regni ejus urbem caput concurrere debebat. Ista imprecatio cum Beresi fragmento collata, c. 40, huic Scaligeri opinioni satis favet (*Notæ super fragmenta*, p. 22 et seq., *Proleg.*, p. 37 et 579), scilicet Nabonnidem, Labynetum Herodoti, eumdem esse ac Darium Medum Danielis. In ista imprecatione, αἰστῶσαι πρόῤῥιζον adhuc est Ionicum atque poeticum, Herodotus, I, VI, 86: ἐκτέτριπται πρόῤῥιζος ἐκ σπάρτης· I, 32, προῤῥίζους ἀνέτρεψε· Sophocl. in *Electra*, v. 765:

Τὸ πᾶν δὴ δεσπόταισι τοῖς πάλαι
Πρόῤῥιζον ἔφθαρται γένος.

V. 514, πόῤῥιζος ἐκριφθείς.

Eurip., *Hippol.*, v. 682:

Ζεύς σ' ὀργηπτώρ ἐμὸς πρόῤῥιζον ἐκτρίψαι.

Ibid B 14. Credo pro κτίσαι, *condere*, quod nemo Nabuchodonosori tribuit de Babylone, legendum esse τειχίσαι, *munire*. Idem Abydenus hanc

Digitized by Google

Belo, Nabuchodonosoris avo, urbem conditam fuisse tradit.

Col. 761 C 3. *Τῷ χρόνῳ δὲ τῷ ἰκνευμένῳ ἀμαρτισθῆναι.* Hæc expressio mere Ionica ostendit scriptorem ad tempora posteriora pertinere non posse. Gregor. Corinth., *De dialecto Ionica*, 156 : Τὸ οὐκ ἰκνεομένως ἀντὶ τοῦ οὐ προσηκόντως, οὐ καθηκόντως ubi interp.

Forma ἰκνευμένως anteponenda est formæ ἰκνεομένως. Herodotus, l. VI, 65 : Οὕτω ἰκνεομένως βασιλεύοντα Σπάρτης· ibid., 86 : Συνενειχθῆναι δὲ οἱ ἐν χρόνῳ ἰκνευμένῳ, ubi interp.; Plutarch., *De educat.*, 9, *in Emil. Paul. et in Cæsare.* Oraculum apud Demosthenem, tom. II, p. 1072 : Ἐν ἰκνουμένᾳ ἀμέρᾳ· hoc pertinet ad Dorismum. Damascenus : *Apud Photi cod.* 242, *Vita Isidori*, pag. 351, ed. Bekkeri.

Κατὰ τὸν ἰκνούμενον χρόνον, ἀντὶ τοῦ κατὰ τὸν ἐπιόντα. Hunc sensum hic habet istud vocabulum : « temporibus quæ secuta sunt. » Ἀφανισθῆναι « jam nullum supererat vestigium. » Sic interpretor illam vocem quam Vigerius ad Belum refert; quod est falsum. Quod Belus evanuerit, parvi refert ad narrationem; at nosse operæ pretium est jam disparuisse has antiquas constructiones tempore quo Babylonem Nabuchodonosor reædificavit. Valckenaer, ad locum citatum Herodoti, de Abydeno loquens dixerat : « Non palam fit an ad Belum sive Babylonem, illud verbum referatur; » hoc mihi quidem non dubium videtur.

Ibid. 5. Hæ sunt januæ, quas propheta Isaias, cap. 45 indicat : Θύρας χαλκᾶς συντρίψω, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συγκλάσω.

Ibid. 8. Fluvius, aut Euphratis brachium, hic Armarleus nominatus, aliter ab aliis auctoribus appellatur : sic Ammianus Marcellinus, l. XXIV, c. 2 dicit : « Ventum hinc ad fossile flumen Naarmalcha nomine quod amnis regum interpretatur. » Plinius, lib. VI, c. 26 : « Sicut qui tradunt Euphratem Chobaris præfecti opera deductum, ubi eum diximus findi, ne præcipiti cursu Babyloniam infestaret, ab Assyriis vero universis appellatum Armalchar, quod significat regium flumen. » Isidorus Characenus *in stathmiis Parthicis* : Διαβάντων τὸν Εὐφράτην καὶ Ναρμάλχαν ἐπὶ Σελευκίαν τὴν πρὸς τῷ Τίγριδι.

Hoc fluminis brachium, quod idem esse videtur, ac fluvius Chobar apud prophetam Ezechielem pluries nominatus, *regium flumen* vocabatur; et hac admissa significatione, Bochartus *in Phaleg.* lib. I, cap. 8, pag. 54, Naarmalcha potius scribendum censet.

Ibid. 10. Non magis inter auctores convenit de nomine hujus aquarum ex Euphrate decursus : Plinius illum *Narraga* nominat, Ptolomæus *Baersarem* aut *Iaarsaïem*; Ammianus Marcellinus *Marsiam*; Bochartus ibidem p. 33, existimat apud Abydenum Ἰαχρακάνον, id est *stagni fluvium*, legendum esse.

Ibid. Dubitatum est utrum legendum sit Βορσιππῶν pro Σιππαρηνῶν· attamen istæ duæ urbes Borsippa et Sippara non procul a Babylone sitæ sunt, prior ad austrum (Borsippa); posterior ad septentrionem (Sippara).

Col. 764 B 9. Hujus historici nomen apud Eusebium et Josephum diverso modo scribitur; Josephi editiones *Cononem* ferunt; qui ad manus mihi fuerunt Eusebii codices manuscripti *Comonem* omnes habent; quod manifeste corruptum est; utrum vero substituti debeat nomen *Cononis* quæritur.

Conon, cujus quinquaginta narrationes Photius in sua bibliotheca summatim nobis tradidit, Julii Cæsaris æquævus erat, secundum eumdem Photium. Hæ narrationes dedicaverat Archelao Philopatori, ultimo Cappadociæ regi, qui Antonium in bello contra Augustum secutus est. Cum hæ narrationes ex mythologia Græca omnino petitæ sint, unde concludere fas est ex eis natas non esse controversias de antiquitate Judæorum, ideo censeo scribendum esse Κάμων pro Κόμων. Accepimus enim a Michaele Apostolio, *Prov.* XX, 29, p. 257 editionis Pantini, hujus nominis auctorem de inventionibus scripsisse : unde oriri debuit occasio populorum barbarorum origines investigandi. Dicit autem : Φοινικήϊα γράμματα (litteræ Phœniciæ), Κάμων ἐν δευτέρᾳ τῶν Εὑρημάτων ἀπὸ Φοινίκης τῆς Ἀκταίωνος ὀνομασθῆναί φησι, μυθεύεται δὲ οὗτος ἀρσένων μὲν παίδων ἅπαις, γενέσθαι δὲ αὐτῷ θυγατέρας Ἀγλαύρην, Ἕρσην, Πάνδροσον, τήν τε Φοινίκην ἔτι παρθένον οὖσαν τελευτῆσαι· διὸ καὶ Φοινικήϊα γράμματα τὸν Ἀκταίωνα εἰπεῖν, βουλόμενόν τινος τιμῆς ἀπονεῖμαι τῇ θυγατέρι.

« Camon, in secundo *Inventionum* libro, dicit denominationem Φοινικήϊα γράμματα litteris ab Actæone datam fuisse. De illo narratur, quod cum non habuisset filium, ei natæ fuerint filiæ Aglaura, Ersea, Pandrosa, et Phœnicia, quæ virgo mortua est, cujusque in memoriam vocavit Φοινικήϊα γράμματα, *elementa scripturæ*. »

Hæc narratio suspecta videtur eo quod nomina quæ tribuit Actæonis filiabus sunt Cecropis filiarum nomina. Pro Ἀκταίωνος igitur legendum est apud Michaelem Apostolium Κέκροπος. Vide 14 cap. III lib. *Bibliothecæ Apollodori*. Actæon Cecropis socer fuit. De Actæonis exsistentia vide Africanum ab Eusebio citatum, *Pr. ev.*, l. X, c. 10, p. 490.

Col. 768 B 8. *Χαλεπὰ τὰ καλά.* Vide Zenobium, *Centuria* VI, 338.

Ibid. 13. Σκευωρεῖσθαι, quod transtuli, *omnia agere ut eripiatur ab Hebræis*, est expressio apud oratores usitata ad artificium, dolum, omneque machinationis genus indicandum : hoc sensu intelligenda sunt Theopompi verba ab Harpocratione citata ad vocem Ἀττικοῖς γράμμασι. Θεόπομπος ἐν τῇ κα' τῶν *Φιλιππικῶν* ἐσκευωρῆσθαι λέγει τὰς πρὸς τὸν Βάρβαρον συνθήκας, ἃς οὐκ Ἀττικοῖς γράμμασι ἐστηλιτεῦσθαι, ἀλλὰ τοῖς τῶν Ἰώνων. Theopompus declarat in vicesimo quinto *Philippic.* libro, fœdus cum Barbaro (Persis) fabricatum fuisse, fictum, suppositum; nam litteris Ionicis non Atticis ære incisum legitur.

Ibid. C 3. *Ὁ καθεὶς.* In codice manuscripto, 468, hæc verba disjuncta reperiuntur : Ὁ καθ' εἷς· εἷς καθ' εἷς reprobatur a Luciano in Solœcista, p. 577, tom. III : Εἰ ἄρα καθ' εἷς λανθάνει σε περιών· Thomas Magister *in voce* : Οὐ καθεὶς ἀλλὰ καθ' ἕκαστος δεῖ λέγειν. Certe equidem, juxta grammaticem dicendum esset καθ' ἕνα et καθ' ἕκαστον· attamen in omnibus linguis notum est istiusmodi locutiones vitiosas introduci et propagari : ὁ καθ' εἷς ab auctoribus ecclesiasticis Judæis et Christianis sæpius usurpatum est; *Machab.* : Ὁ καθ' εἷς δὲ τῶν φίλων. Epistola ad Romanos, cap. XII : Ὁ δὲ καθ' εἷς ἀλλήλων μέλη. S. Marcus XIV, 19 : Οἱ δὲ ἤρξαντο λυπεῖσθαι καὶ λέγειν αὐτῷ εἷς καθ' εἷς. S. Joannes evangelista cap. VIII : Ἐξῆρχοντο εἷς καθ' εἷς. Eusebius in *Historia Ecclesiastica* : Καὶ μὴ μόνον γε ὁ καθ' εἷς, ἀλλὰ καὶ οἱ πάντες ἀθρόως ἀνευφημοῦμεν, lib. X, pag. 466 edit. anglic., 372 ed. Valesii. Nihilominus forma καθ' ἕνα ab egregiis auctoribus anteponitur. Vid. notam Græcii de loco *Solœcistæ*, et Thomæ Magistri commentatore, notamque Henrici Valesii ad locum citatum *Hist. Eccles.* Eusebii.

Col. 769 A 7. *Καὶ ἄκοντες τὴν παρ' ἡμῶν ἀλήθειαν.* Lego ἀκούοντες, cum ἄκοντες exprimat contrarium his, quæ Clemens probare conatur. Si enim inviti Hebræos diripuissent, illos immerito vituperaret : legendum est igitur ἀκούοντες vel ἑκόντες.

Ibid. B 2. Pro καταχρώμενος, καταχρόμενος lego, sensu reiterandi. Plutarchus *in præcept. conjug.*, t. VII, p. 415 edit. Hutten : Οὗτος ὁ τρόπος τῆς οἰκοδεσποίνης, μήτε φεύγειν, μήτε δυσχεραίνειν τὰ τοιαῦτα τοῦ ἀνδρὸς ἀρχομένου αὐτὴν καταρχεσθαι.

« Sic agere debet uxor ut neque recuset

Digitized by Google

neque ægre ferat ea repetere quæ maritus præivit. »

Col. 769 B 7. Lego ὡς δὴ μὴ cum manuscripto codice 465 pro ὡς μηδέ Eusebii, et pro ὡς δὲ μή Clementis.

Ibid. C 5. *Ὡς δειχθήσονται, αὐτοτελῶς δὲ τὰ ἐτέρων ὑφελόμενοι, ὡς ἴδια ἐξήνεγκαν.* Hæc intelligi non possent nisi Clemens restitueret quidquid Eusebii librarius sive incuria, propter verba similiter desinentia, sive pigritia, suppressit : quæ ex Clemente restitui. Mendum inesse puto in textu utriusque scriptoris, qualis exstat in manuscriptis codicibus. Primæ voces, apud Eusebium sunt ὡς δειχθήσονται· apud Clementem, ὡς δειχθήσεται. Ambo errant, ut patet : Clemens jure merito numerum singularem habet ; nam unicum probat factum, plagiatum ; at non demonstrare conatur, cum jam id fecerit, et ad aliud ratiocinium transeat ; non dubito quin ὡς δέδεικται, quam ego lectionem in interpretando secutus sum legendum sit.

Ibid. 7. Nomen hujus scriptoris quem Vossius inter historicos refert, quamvis ad poetas mihi pertinere videatur, cum Eusebius, in *Chronicis*, ad quinquagesimam tertiam olympiadem, eum Telegoniæ auctorem dicat, furtumque cujus insimulatur sit totus liber Musæi de Thesprotis, hoc nomen, inquam, scribitur Εὐγάμων apud Clementem, et in Eusebii *Chronicis*, in *Præparatione*, Εὐγράμμων. Omnia suadent rejiciendam posteriorem lectionem : consensus duarum citationum, quarum una Eusebii, et ipsa forma Εὐγράμμων, quam vitiatam esse nemo non videt.

Col. 772 A 2. *Πευσόμεθα παρ' αὐτῶν ἤτοι. Π.* Interrogandi verba construi nequeunt cum ἤτοι, sed cum εἴτε positum pro πότερον, *utrum*. Exempla conjunctionis Latinæ *si* sunt rariora quam Græcæ conjunctionis *ei* exempla, in hac tamen constructione satis communia. Sed ἤτοι, *vel*, prorsus rejiciendum est. Apud Clementem, pro ἐστὶ Eusebii, legitur εἶναι, quod solœcismum paululum mitigat ; attamen phrasis mendosa est : infinitivus non potest sequi verba interrogandi.

Col. 772 B 12. Hæc oratio Æaci qui in Græciam abundantiam reduxit, in quinta Pindari *Nemæa*, v. 17, indicatur.

Τάν ποτ' εὐανδρόν τε καὶ ναυσικλυτὰν
Θέσσαντο πὰρ βωμὸν πατέρες Ἑλλανίου
Στάντες, πίτναντ' ἐς Αἰθέρα χεῖρας ἅμα
Ἐνδαΐδος ἀρίγνωτες υἱοὶ καὶ βία Φώκου Κρέοντος.

Qua de re Scholiastes dicit : « Jupiter Hellenius in promontorio Æginæ dicto Hellenio adorabatur. Fertur quod, cum siccitas Græciam desolaretur (alii cataclysmum dicunt), atque Græcorum multitudo venisset rogatum Æacum, utpote filium Jovis, ut intercederet pro liberatione a calamitate qua premebantur, eorum mala sanaverit, numen implorando ; propterque restitutam hanc Græciæ salutem Jupiter Hellenius Æginæ cultu speciali honoratur. » Apollodorus, in tertio *Bibliothecæ* libro, c. 12 : « Æacus maxime pius erat ex omnibus hominibus. Cum autem inopia in Græcia sæviret, quia Pelops Stymphalum Arcadiæ regem, cui bellum intulerat, cujusque regnum non potuerat invadere, ficta pace delusum occiderat atque dissecuerat ; responderunt oracula non aliter Græciam liberandam fore e malis quibus opprimebatur nisi Æacus pro ea deprecaretur ; quo facto Æacus Græciam ex hac fame exemit. »

Pausanias in *Corinthiac.*, p. 179, edit. Kühn : « Siccitas jamdudum Græciam desolabatur, nec Jupiter imbrem mittebat neque extra isthmum neque in Peloponnesum, donec Delphos misissent qui illius calamitatis et causam et remedium sciscitarentur : Pythia respondit Jovem placatum iri, si Æacus pro ipsis deum deprecaretur : unaquæque urbis igitur ad Æacum misit qui sollicitarent. Hic cum Jovi Panhellenio sacrificium obtulisset atque eum implorasset, tandem in totam Græciam imbres cecidere.

Diodorus Siculus, l. IV, 61 : « Minos cum audisset infelicem filii sortem, Athenas venit ut cædis Androgei rationem quæreret. Nemine ad quæstionem respondente, Atheniensibus bellum indixit, Jovemque oravit ut siccitate necnon fame Athenienses opprimerentur : statim siccitas Atticam totamque Græciam invasit : fructus perierunt. Tunc urbium principes numen interrogaverunt quomodo possent ista calamitate liberari. Numen oraculum reddidit quo jubebantur Æacum adire, Jovis filium atque Æginæ, filiæ Asopi, eum rogaturi ut pro ipsorum liberatione preces funderet : cum mandatum acceptum adimplevissent, Æacus preces fecit, et siccitas in reliqua Græcia cessavit, sed in Attica perseveravit, » etc.

Vid. Isocratem in *Evagora*, p. 192, ed. H. Steph.

Ibid. D 3. Φιλολόγου 465, 466.

Ibid. 5. Correctio πλατώνεια pro πλατίνεια quam exhibent editi, a Vigerio proposita est, discussa atque probata a Ruhnkenio in *Dissertatione philologica de Longino*, §. 8, p. 21, optimis argumentis : insuper confirmatur codice manuscripto 466 et verbis quæ leguntur in fine capitis : « Divus Plato, cujus hodie festum diem cœtus noster celebrat. » etc.

Ibid. 6. Hoc nos docet Suidas de Nicagora, filio Mnesœi, Atheniensi rhetore et sophista : sub imperatore Philippo vixit, Vitas virorum illustrium scripsit, de Cleopatra Troadis, de missis ad regem Romanorum Philippum legatis ; fuit genitor Minuciani, pariter sophistæ, qui tractatum rhetorices composuit, Τέχνη ῥητορική· vid. ejus articulum apud Jonsium. *De script. hist. philos.*, III, 14, 2.

Ibid. 7. Vitam Majoris scripsit idem Suidas. Major Arabs erat sophista qui de rhetoricæ constitutionibus (*Περὶ στάσεων*) tredecim libros composuit ; æquævus fuit Apsini Gadaræ, et Nicagoræ, sub Philippi regno vixit et ante. De cæteris nil compertum habemus.

Ibid. 10. Vox καταλιθείς aliter verti nequit ob morem antiquum mensis accumbendi.

Col. 773 A 3. *Δαΐμαχος.* Daimachus est haud dubie, ex his verbis, historicus Ephoro antiquior, cum Ephorus ab eo tria fere millia versuum sumpserit. Quidquid de illo scimus ab Harpocratione, Athenæo et Strabone accepimus. Harpocratio ad verbum ἐγγυόχη citat Δαΐμαχος ἐν τῷ δευτέρῳ Περὶ Ἰνδικῆς. Athenæus nono libro c. 51 : Δαΐμαχος ἐν τοῖς Ἰνδικοῖς ἱστορεῖ περιστερὰς μηλίνας γίνεσθαι ἐν Ἰνδοῖς. Strabo l. II, in principio, de Indiæ latitudine, eum pluries citat ; et semper ejus nomen diverse citatum est. Δαΐμαχος, p. 68, Paris. editionis, 1620, ubi Hipparchus sententiam ejus comprobat potius quam Patrocli, de Indiarum latitudine : p. 70. eum ter nominat Δηΐμαχος. Mirum est quod Casaubonus non revocaverit ortliographiam uniformem quæ Δαΐμαχος esse videtur. « Omnes hi, ait Strabo, p. 70, qui de Indiis scripserunt, omnino mendaces sunt, sed ante omnes Daimachus, deinde Megasthenes, Onesicritus et Nearchus et post eos alii loquaces. Quod nobis apertissime patuit, cum Alexandri victorias relegimus ; at imprimis Daimacho et Megastheni diffidendum est, » etc. Illud opponitur Hipparcho qui illos Patroclo anteponit : « in legationem missi sunt, pergit, Palibotram (Ellahabad), Megasthenes ad Sandrocotten, Daimachus ad Allitrochaden, filium prioris. »

Strabo, l. XV, p. 690 A, citat Daimachum cum semper Megastheni conjungendo. Videntur igitur fere eadem scripsisse.

Porro quomodo fit ut Ephorus Callisthenis et Anaximenis, magisque Daimachi plagiarius esse pe-

Digitized by Google

merit? Ephorus, Isocratis, sicut Theopompus, discipulus, Græciæ historiam scripsit quæ incipit a reditu Heraclidarum in Peloponnesum, 80 annis post captam Trojam, et terminatur in discessu Philippi ab obsidione Perinthi : ultimus etiam liber non ab ipso, sed a filio ejus Demophilo scriptus est. Diodorus Siculus l. IV, initio : Ἔφορος ὁ Κυμαῖος Ἰσοκράτους ὢν μαθητὴς ὑποστησάμενος γράφειν τὰς κοινὰς πράξεις, τὰς μὲν παλαιὰς μυθολογίας ὑπερέβη· τὰ δὲ ἀπὸ τῆς Ἡρακλειδῶν καθόδου πραχθέντα συνταξάμενος, ταύτην ἀρχὴν ἐποιήσατο τῆς ἱστορίας. Idem, l. XVI, cap. 76. Ἔφορος μὲν ὁ Κυμαῖος τὴν ἱστορίαν ἐνθάδε κατέστροφεν εἰς τὴν Περίνθου πολιορκίαν. 340 annis ante J. C.

Col. 773 A 3. Callisthenes et Anaximenes duo sunt historici Alexandri, qui eum in sua expeditione comitati erant : prior locum dedit falsæ historiæ quæ illius nomine inscribitur, et quæ omnino indigna fide est. Vossius, in suo *Tractatu de historicis Græcis*, fuse locutus est de his duobus scriptoribus. Meursius in suis notis in Chalcidium, longum de eis scripsit articulum. Vid. præterea baronem a Sancta-Cruce, *Examen criticum historic. Alexandri*, p. 33 et seq. secundæ editionis, et nominatim de Callisthene, notitiam biographicam quam edidit abbas Sevinus in *Memor. academ. Inscription.*, tom. VIII, p. 126. Hemsterhuys, ad nonum librum, p. 1075, *Onomastici* Pollucis, in nota, distinctionem fecit operum quæ utrique Callistheni tribuuntur, Syparitano et Olynthio qui hic citatur. Meursius, in sua *Bibliotheca Græca*, in *Callisthene Sybaritano*, eos confuderat.

Anaximenes et Callisthenes qui Alexandri expeditionis comites fuerunt, ejus victorias quidem sigillatim scripsere, sed historias huic principi anteriores scripsisse videntur. Pausanias, *Eliac., Poster.*, cap. 18 : Ὁ Ἀναξιμένης τὰ ἐν Ἕλλησιν ἀρχαῖα, καὶ ὅσα Φίλιππος ὁ Ἀμύντου εἰργάσατο, συνέγραψε. Diod. Sicul. l. XV, § 89, dicit : Τὴν πρώτην τῶν Ἑλληνικῶν ἀνέγραψεν ἀρξάμενος ἀπὸ Θεογονίας. Hæc proillo sufficiant. Callisthenes quoque *Hellenica* a Plutarcho citata scripserat, In *Cimone* et *Agesilao*; ab Athenæo, l. X; a Stephano Byzantino in *Τεγύρα*. Istud furari potuit Ephorus. At Daimacus de India tantum scripsit; sed quo tempore vixit? Seleucus Nicanor, dynastiæ Seleucidarum caput, videtur esse, ex Strabone supra citato, ille qui Megasthenem legatum direxit ad Sandrocottam regem in urbe Palibotra (Allahabad) qui ei bellum intulerat : ejus expeditio a Justino narratur, XV, 4 : de hac item obiter agitur apud Plinium, VI, 17 : fœdus quod iniit cum Sandrocotta a Strabone citatur, XV, p. 724. Si Daimacus, ut ait idem, ad filium Sandrocottæ missus est, cuinam tempori hunc adscribemus eventum? Clemens Alexandrin., *Stromatum* primo, ab Eusebio citatus, *Præp. evang.*, l. IX, c. 6, expresse dicit Megastheneu Seleuco Nicanori fuisse coævum. Ætate igitur provecta erat princeps ille, qui jam senescebat quando bellum gessit ad Gangem, tempore quo ad Allitrochadem Daimacum misit. Ergo impossibile est Ephorum tunc temporis adhuc vixisse. Sic opinatur Vossius *De historicis Græcis* in *Daimaco* : impugnat in hoc sensu Casaubonem qui hujus nominis orthographiam restituendo in *Vita Thaletis*, historicum Daimacum miscuit cum Daimaco Platonico, et credidit forte factum fuisse ut integras paginas Ephorus ab hoc auctore desumpserit, qui cum tantum scripsisset de rebus Indicis, nullam proinde materiam præbebat consonam historiæ quam Ephorus scripsit et quæ ad nos non pervenit.

Ibid. 14. Lego κλεμμάτων pro πραγμάτων.

Ibid. B 7. Andro est unus e primis historicis philosophiæ Græcæ : Diogenes Laertius ejus testimonium invocat in *Vita Pherecydis*, Ἄνδρων ὁ Ἐφέσιος δύο φησὶ γεγονέναι Φερεκύδας· Pindari scholiastes, *Isthmion*, oda 2 : Σπαρτιάτην Ἀριστόξημον ἐν τοῖς ἑπτὰ σοφοῖς ἀναγράφεται Ἄνδρων ὁ Ἐφέσιος. Ejus libri titulus erat *Tripes* (Τρίπους); Diogenes Laertius in *Vita Thalesii* : Ἄνδρων, ἐν τῷ *Τρίποδι*, ἀργείους ἄθλον ἀρετῆς τῷ σοφωτάτῳ τῶν Ἑλλήνων τρίποδα θεῖναι· Clemens in primo *Stromatum* : « Septem sapientes coævi fuerunt Thaleti, sicut ait Andro in *Tripode*. » Vide Suidam, in voce : *Σαμίων δῆμος*.

Ibid. 11. Lego ἄδηλον pro δήλην.

Ibid. C 3. De prædictione motuum terræ quæ Pherecidi pariter et Pythagoræ tribuitur, non consentit inter auctores qui idem factum retulerunt.

Pro Pherecyde habemus Ciceronem *De divinatione* l. I, c. 50 : « Pherecides quidem ille Pythagoræ magister potius divinus habebitur quam physicus; qui cum vidisset haustam aquam de jugi puteo, terræ motum dixit instare. »

Plinius *Hist. nat.*, lib. II, cap. 81 : « Perhibetur et Pherecydis Pythagoræ doctoris alia conjectatio, sed et illa divina; haustu aquæ e puteo præsensisse ac prædixisse ibi terræ motum. »

Apollonius Discolus *in fictis narrationibus*, cap. 5 editionis Meursii : Τὰ δὲ περὶ Φερεκύδην. « Idem narratur de Pherecyde qui cum olim in insula Syro siti laboraret, aquam petiit ab uno e suis discipulis; et postquam bibisset, terræ motum prædixit in hac insula futurum, quæ res post tres dies evenit. »

Lego ἐν Σύρῳ pro ἐν Συρίᾳ cum Jonsio *De script. hist. philos.* Max. Tyrius, *serm.* 19, dicit hoc accidisse in insula Samo.

E contra in gratiam Pythagoræ, præter Andronem, solum ejus duos historicos numeramus, Porphyriuin et Jamblichum. Porphyrius in *Vita Pythagoræ* cap. 29 : Προρρήσεις τε γὰρ ἀπαράβατοι σεισμῶν διαμνημονεύονται αὐτοῦ.

Jamblichus, *Vita Pythagoræ*, cap. 28 : Λέγεται δὲ ὅτι σεισμὸν ἐσόμενον ἐπὶ φρέατος, οὗ ἐγεύσατο, προηγόρευσε.

Ibid. 4. Quod attinet ad navigium est quoque prædictio pariter Pherecydi et Pythagoræ tributa. Porphyrius, c. 28 *Vitæ Pythagoræ* : « Cum navis in portum appelleret, omnesque nautarum amici vota funderent, ut merces integræ ad littus appellerent, fertur Pythagoram dixisse ista navi hominem nonnisi mortuum vehi; et ita res se habebat. »

« Jamblicus *l. l.* dicit eum prædixisse navem, quæ vento secundo impellebatur, mox naufragio perituram. »

Quoad Pherecydem Apollonius Discolus *l. l.* narrat eum, cum venisset Samos in Junonis templum, et vidisset navem quæ in portum ingrediebatur, circumstantibus annuntiavisse hanc navem in portum non esse perventuram; adhuc eo loquente ortus est vortex turbineus, navisque submersa est.

Diogenes Laertius eadem narrat de Pherecyde in principio vitæ ejus : Ναῦν οὐριοδραμοῦσαν ἰδόντα, εἰπεῖν ὡς μετ' οὐ πολὺ καταδύσεται, καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ καταδύναι.

Ibid. 7. Narratio spectans ad urbem Sybarim quam Messinam dicit, ignota est, cum amissi sint historici Theopompi libri. Ex præcedentibus tamen supponi debet hic agi de Sybari a Crotoniatibus capta, Milone duce Pythagoraque suadente, primo sexagesimæ octavæ olympiadis anno. Vid. Diod. lib. XII, 9; Strab. lib. VI, c. 13, pag. 263.

Quod ad advenam spectat, quem Perilaum vocat Theopompus, Perialum Thurium esse credo, qui e Pythagoricorum cœtu pulsus est, referente Jamblico cap. 17 *Vitæ Pythagoræ*; credo autem scribendum esse Περίλαος, quod nomen commune est apud Græcos.

Urbs Megarensis in Sicilia est Hybla civitas : Ἔστι Μέγαρα, inquit Stephanus Byzantinus, ἐν Σικελίᾳ ἡ πρότερον Ὕβλη, ἀπὸ Ὕβλωνος βασιλέως.

Plerumque apparet Theopompi narrationes contrariis relationibus prævaluisse, cique communius

Digitized by Google

fidem adhiberi; ratio obvia est: in omnium manibus ejus liber versabatur, auctoresque contrarii vix cognoscebantur.

Col. 776 A 4. *Τῆς ἀῤῥωστίας ταύτης ἐπλήσθη.* De hac significatione istius verbi Græce sicut et verbi *implere* Latine, vid. Ruhnkenium in *Lexicon Platonicum* Timæi, p. 31.

Ibid 10. Philostratus Alexandrinus cognoscitur brevi notitia biographica quam ei dicavit ejus homonymus in *Vitis Sophistarum*, lib. I, cap. 7: « Novi, » inquit, « Philostraten Ægyptiacum, qui cum Cleopatra regina philosophabatur, atque sese sophistam jactabat, quia stylo ornato panegyricoque apto utebatur; in familiaritatem venerat hujus reginæ, quæ ipsa lepidi ingenii laudem appetebat; ita ut de eo scripta sit parodia his versibus elegiacis: « Cave ab indole famosi sapientis Philostratis, qui Cleopatræ familiaritate utendo, illius similis factus est. »

« Plutarchus in *Vita Antonii*, dicit Augustum ei pepercisse, solius Arii precibus indulgendo. Arius tanta gaudebat gratia apud Cæsarem, ut veniam impetraverit pro multis, inter quos fuit quidam Philostrates sophistarum tunc temporis viventium peritissimus orationis ex improviso componendæ; cujus autem agendi ratio Academia indigna erat, » etc.

Ὦ δύστην' ὄλβοιο, Φιλόστρατε, ποῦ σοι ἐκεῖνα
Σκῆπτρα, καὶ αἱ βάσιλέων ἄρβορνοι εὐτυχίαι
Αἷς ἐπηωρήσας ἀεὶ βίον; ἢ ῥ' ἐπὶ Νείλῳ
Κεῖσαι Ἰουδαίοις ὧν περίοπτος ὅροις.
Ὀθνεῖοι καμάτους τοὺς σοὺς διεμοιρήσαντο,
Σὸς δὲ τέκνυς ψαχαρῇ κεῖσαι' ἐν ὀστρακίνῃ.

« O infelix Philostrates, ubi nunc sunt sceptra, hæque regum perpetuæ felicitates, quibus tua inhærebat vita? Jam nunc in Ægypti et Judææ finibus jaces: Alieni inter se dividunt tuos labores, et tuæ reliquiæ in urna fictili requiescunt. » Tom. II *Anthologiæ*, epigramma Crinagoræ.

Ibid. 12. Ampla reperietur notitia de Cæcilio, ejusque operibus in *Longino* edit. Toupii, nota prima. Hic tantum posset repeti: omisit tamen Eusebii citare locum ubi de Cæcilio rhetore Siculo agitur. Reformanda est orthographia quæ apud Suidam, Longinum et alios est Καικίλιος.

Ibid. B 1. Hic deest nomen unius interlocutorum, nam cum infra Apollonium nominatim compellet, jam eum non loqui patet.

Ibid. 13. Hellanicus indubie Herodotum expilavit in *νόμιμα βαρβαρικά*· duæ institutiones ex hoc libro extractæ quæ ad nos pervenerunt, illud probant: prior, conservata a Suida *magnoque Etymologico* ad verbum *Ζάμολξις*, hæc est:

Ἑλλάνικος ἐν τοῖς *Βαρβαρικοῖς νόμοις* (*lege* νομίμοις *ut apud Euseb. et vide emendat. Toupii in Suidam*, t. I, p. 232) φησὶν, ὅτι Ἑλληνικός τε γεγονὼς τελετὰς κατέδειξε Γέταις, τοῖς ἐν Θράκῃ, καὶ ἔλεγεν ὅτι οὔτ' ἂν αὐτὸς ἀποθάνοι, οὔθ' οἱ μετὰ τοῦτο, ἀλλ' ἕξουσι πάντα ἀγαθά· ἅμα δὲ ταῦτα λέγων ᾠκοδόμει οἴκημα κατάγαιον· ἔπειτα ἀφανισθεὶς αἰφνίδιον ἐκ Θρακῶν ἐν τούτῳ διητᾶτο. Οἱ δὲ Γέται ἐπίθουν αὐτὸν, τετάρτῳ δὲ ἔτει πάλιν φαίνεται, καὶ οἱ Θρᾷκες αὐτῷ πάντα ἐπίστευσαν.

Hæc verba sunt mera transcriptio, quamvis leviter deformetur et mutetur dialectus, 95 capitis libri IV *Historiæ Herodoti*. Legendum est pro οἱ μετὰ τοῦτο quod sensu vacat, vel οἱ μεθ' ἑαυτοῦ, vel ut apud Herodotum οἱ συμπόται αὐτοῦ pro πάντα ἀγαθά. Θά, τὰ πάντα ἀγαθά.

Alterum exemplum ex Athenæo trahitur lib. XI, p. 462:

Οἶδα δὲ καὶ Ἑλλάνικον ἐν ἐθνῶν ὀνομασίαις (*lege* νομίμοις) λέγοντα ὅτι Λιβύων τῶν νομάδων τινὲς οὐδὲν ἄλλο κέκτηνται ἢ κύλικα καὶ μάχαιραν καὶ ὑδρίαν· καὶ ὅτι οἰκία; ἔχουσιν ἐξ ἀνθερίκου πεποιημένας, μικρὰς ὅσον, σκιᾶς ἕνεκα, ἃς περιφέρουσιν ὅπου ἂν πορεύωνται. Herodotus, lib. IV, 190: Οἰκήματα δὲ σύμπηκτα ἐξ ἀνθερίκων ἐνερμένων περὶ σχοίνους ἐστί, καὶ ταῦτα περιφορητά.

Ad quemnam autem Hellanicum spectat hæc objurgatio? Suidas duos commemorat pariter historicos, Hellanicum Lesbium aut Mitylenensem et Hellanicum Milesium. Hujusce nihil nisi scripta memorat. Περίοδον γῆς καὶ ἱστορίας. Eustathes (*ad Iliad.* ν', 6, pag. 916, 50): Ἡ τοῦ Ἑλλανίκου *ἱστορία* δηλοῖ.

De altero fusius loquitur: quoad vero ejus opera, istud tantum dicit: Συνεγράψατο πλεῖστα πεζῶς τε καὶ ποιητικῶς· « Scripsit multas historias tum poetico, tum pedestri sermone. » Vossius, in duobus articulis suorum *Historicorum Græcorum*, Hellanicis consecratis, lib. I, cap. 4; lib. IV, cap. 5, multos numerat auctores, qui Hellanicum citaverunt, plures tamen omittens: nam Kusterius ex Suida ejus enumerationem auget, et Sturzius, editor fragmentorum Hellanici, multo magis eam amplificavit. Vossius dum enixe tentat utrique Hellanico asserere partem operum nominatorum quæ ad ipsos pertinet, maxime angustiatur atque nihil statuit. Ratio est obvia: si excipiantur Dionysius Halicarnass. et Tzetzzeius qui interdum qualificativum ὁ Λέσβιος addiderunt commemorando scripta prioris Hellanici, et Strabonem a quo memoratur cum de Lesbo sermonem facit, communiter ignoratur ex utroque Hellanico res habeatur in citationibus in quibus de eis disseritur.

Dionysius Halicarnass. dicit in lib. I *Antiquitat.*, c. 28, p. 74 edit. Reiskii, Hellanicum Lesbium existimasse Tyrrhenos non alios esse nisi Pelasgos qui nomen suum mutaverunt, patriam mutando. Sic sese habuit in *Phoronide*, cujus Clemens quædam carmina citavit *Stromat.* I, pag. 418, relata a Proclo in Hesiodum, p. 141 edit. Heinsii: ab Eudocia, *Viol.*, 248; Schol. Apollonii, lib. III, v. 1178. Idem Dionysius in sua epistola ad Pompeium, dicit Hellanicum Herodoto ætate seniorem; en ejus verba, t. VI, p. 669:

Οὐ μὴν Ἡρόδοτός γε τοῦτο ἐποίησεν, ἀλλὰ τῶν πρὸ αὐτοῦ συγγραφέων γενομένων Ἑλλανίκου τε καὶ Χάρωνος τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν προεκδεδοκότων, οὐκ ἀπετράπετο, ἀλλὰ ἐπίστευσεν αὐτῶν χρεῖσσόν τι ἐξοίσειν. Dubitari nequit quin Hellanicus ibi nominatus de Hellanico Lesbio sit intelligendus; sic de eo loquitur ubi agit de stylo Thucydidis, t. VI, p. 818: Ἀρχαῖοι μὲν οὖν συγγραφεῖς πολλοὶ, καὶ κατὰ πολλοὺς τρόπους ἐγένοντο, καὶ πρὸ τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου, ἐν οἷς ἐστι... καὶ ὁ λαμψακηνὸς Χάρων... ὀλίγῳ πρεσβύτεροι τῶν Πελοποννησιακῶν, καὶ μέχρι τῆς Θουκυδίδου παρεκτείναντες ἡλικίας Ἑλλάνικός τε ὁ Λέσβιος καὶ Δαμάστης ὁ Σιγειεύς... Ex his appareret Charonem vixisse ante Hellanicum, qui ipse Herodotum anteivit ætate. Etenim addit, p. 820: Ὁ Ἁλικαρνασσεὺς Ἡρόδοτος γενόμενος ὀλίγῳ πρότερον τῶν *Περσικῶν* παρεκτείνας δὲ μέχρι τῶν *Πελοποννησιακῶν*, τήνδε πραγματικὴν προαίρεσιν ἐπὶ τὸ μεῖζον ἐξήνεγκε καὶ λαμπρότερον. Herodotus, qui post eos primum ab ipso nominatos venit, quoad stylum narrandique modum nova tradit. Thucydides, pergit, τούτοις ἐπιγενόμενος, οὔτε ὑφ' ἑνὸς ἐβουλήθη τόπου καθιδρύσαι τὴν ἱστορίαν ὡς *οἱ περὶ τὸν Ἑλλάνικον* ἐποίησαν, οὔτε τὰς ἐξ ἁπάσης χώρας Ἕλλησιν ἢ Βαρβάροις ἐπιτελεσθείσας πράξεις εἰς μίαν ἱστορίαν συναγαγεῖν, μιμησάμενος Ἡρόδοτον. Hellanicus historiam scripserat de unaquaque regione separatim agendo, ὑφ' ἑνὸς τόπου, Herodotus in globo, Thucydides omnia referendo ad magnum eventum politicum, id est Peloponnesi bellum. Hoc etiam asserit idem Dionysius, p. 836, Thucydidis verba citando, lib. I, c. 97. Illa antiquitas comparativa Hellanici erga Herodotum, textu eximio Aulugelli confirmatur, lib XV, c. 23: « Hellanicus initio belli Peloponensiaci fuisse quinque et sexaginta annos natus videtur, Herodotus tres et quinquaginta, Thucydides quadraginta. Scriptum est in libro undecimo Pamphilæ. »

Suidas Hellanicum et Herodotum ut regis Mace-

Digitized by Google

loniæ Amyntæ commensales repræsentat : Διέτριψεν Ἑλλάνικος σὺν Ἡροδότῳ παρὰ Ἀμύντᾳ τῷ Μακεδόνων βασιλεῖ, κατὰ τοὺς χρόνους Εὐριπίδου καὶ Σοφοκλέους. Dominus Sturzius jure merito anachronismum impugnat cujus insimulat Suidam qui Herodotum et Hellanicum Amyntæ, Euripidis et Sophoclis coævos esse docet : hoc non ad thesim nostram attinet.

Jam vero nunc verisimile sit senem Hellanicum, cujus historiæ singillatim divisæ Herodoti historiam universalem omnes præcesserunt, voluisse componere historiam, in ætate provecta, quæ nihil aliud quisset nisi quid ab Herodoto compilatum? En quæstio. Ut solvatur, statuendæ sunt epochæ. Inter doctos ortæ sunt contentiones de tempore quo Herodotus suam scripserit historiam; alii, qui pars maxima, Plinium secuti sunt expresse dicentem, *Hist. nat.*, lib. XII, segm. 8 : « Tanta cloris auctoritas erat urbis nostræ trecentesimo decimo anno; tunc enim auctor ille (Herodotus) historiam suam condidit Thuriis in Italia. » Vossius in suis *Historicis Græcis*; Simson in *Canone Chronico*; Des Vignoles, in sua *Chronologia*, et alii, hanc epocham ut veram habuerunt. Porro, cum annus trecentesimus decimus ab Urbe condita respondeat secundo anno octogesimæ quartæ olympiadis, ex ætate quam, ut notum est, habebat Herodotus ineunte bello Peloponesiaco (tres et quinquaginta annos), facile deducetur eum jam tunc quadraginta annis natum esse. Propterea Simson Olympiæ lectionem, si facta est, in primo anno aut in ludorum celebratione octogesimæ quintæ olympiadis reponit. Hæc supputatio tamen impugnatur a Dodwello in suo *Apparatu ad Annales Thucydid.*, seq. 18, qui nec cum Simsone nec cum Eusebio in suo *Chronico* concordat : ejus vestigiis institerunt præses Bouhierius in *Dissertatione de Herodoto*, et Wesselingus, in editionis suæ Præfatione. Objicitur Thucydidem adhuc puerum (ἔτι παῖς) interfuisse lectioni historiæ Herodoti quæ Olympiæ facta est.

Primus auctor qui de hac lectione loquatur est Lucianus, in scripto cujus titulus est *Herodotus*; at tacet quod ad Thucydidem spectat. Marcellinus hanc circumstantiam primus retulit, in illius historici Vita, at nec ætatem nec locum indicavit : quinimo istud ut quid incertum tradit : Λέγεται ὡς ποτὲ τοῦ Ἡροδότου τὰς ἰδίας ἱστορίας ἐπιδεικνυμένου παρὼν τῇ ἀκροάσει Θουκυδίδης καὶ σφόδρα κλαύσας ἐδάκρυσεν. Eusebius, in suo *Chronico*, omnino ignorat quæ Thucydidi tributa sunt; Athenis per octogesimam tertiam olympiadem Herodotum suam legisse asserit historiam. Photius eum sequitur addendo Thucydidem admodum juvenem huic interfuisse lectioni, cod. 60 *Bibliothecæ* : Λέγεται δὲ ἀναγινωσκομένης αὐτῷ τῆς ἱστορίας κομιδῇ νέον ὄντα παρὰ τῷ πατρὶ Θουκυδίδην ἀκοῦσαι καὶ δακρύσαι. Unica igitur Photium apud Olorum res acta est. Suidas solus Thucydidis infantiam declamationi Olympiæ factæ conjungit : Ἔτι παῖς τυγχάνων Ἡροδότου, ἐπὶ τῆς Ὀλυμπίας τὰς ἱστορίας αὐτοῦ διερχομένου ἃς συνεγράψατο, καὶ κινηθεὶς ὑπό τινος ἐνθουσιασμοῦ, πλήρης δακρύων ἐγένετο. Hoc solo auctore inductus est Dodwellus ad referendum hunc eventum per ludorum celebrationem octogesimæ olympiadis, cum Thucydides tunc quindecim annis natus esset, et Plinio simul et Eusebio contradicentem. Si tamen attendatur tempus quod Herodotus in suis itineribus consumere debuit, ut sese tradens literis et commercio unde discere debuit diversa idiomata regionum quas perlustravit; si item reputemus ibi multa fuisse colloquia cum omnibus viris doctis maximæ partis orbis terrarum, a Scythia ad Æthiopiæ fines, ab Euphrate usque ad magnam Græciam, difficile intelligendum erit talem historiam ab Herodoto anno vicesimo septimo ætatis suæ, ut contenit Dodwellus, perfectam fuisse; nam, cum natus esset secundo anno septuagesimæ decimæ quartæ olympiadis, Herodotus nonnisi viginti septem annos habebat, primo anno octogesimæ primæ olympiadis. Quidquid id est, et etiamsi admittenda essent totaliter ista anecdota, fatendum foret, cum præside Bouhierio, hic agi de levissima ejus historiæ parte, id est de hac parte quæ spectat ad Persiam et Ægyptum; hujusque partis Olympiæ fecisse lectionem; partes reliquas Thurii compositas atque reformatas fuisse; cæterum neminem latet has ἐπιδείξεις, aut lectiones solemnes coram toto populo, non posse esse libri tam fusi quam *novem Musæ* Herodoti : quod nec pectus ullum toleraret, nec attentio sustineret, nec interruptio sufficiens in stadii ludis permitteret. Unam igitur aut duas partes egregias declamavit, ut fit hodiernis diebus; unde concludo ejus historiam publicam evasisse solummodo cum quadraginta et quinque annos attigisset; Hellanicus tunc quinquaginta et septem habebat. Porro, sic positis rebus, sequendus nobis est dominus Creuzer, qui in suo opere *De historica arte Græcorum* contendit Hellanicum, licet ætate provectiorem Herodoto, nihil tamen ante historicum hunc in publicum edidisse. Contra hanc sententiam, aliunde repugnantem, insurgit Dionysius Halicarn. Scimus enim ab hoc auctore multas historias privatas tum poetico, tum pedestri stylo scriptas fuisse, et editas in lucem : Πλεῖστα συνεγράψατο παιζῶς τε καὶ ποιητικῶς. Ex una parte, jam citatam illius *Phoronidem* novimus; *Asopidem*, quam memorat Marcellinus, qui Thucydidis historiam scripsit; *Deucalionidem*, de qua loquuntur Athenæus, lib. X, 4; Clemens Alexandrinus, *Strom.* VI, p. 752; *Atthidem* a Suida relatam, ad hæc verba : *Μοψυχία* et *Στεφανηφόρος*, a Thucydide, l. I, § 99, ab Harpocrate, voce *Ἀλόπη*; illius historiæ *Phoronidi* opponitur ab Athenæo, lib. IX in fine : Ἑλλάνικος ἐν ταῖς ἱστορίαις Ἀρχίαν φησὶ καλεῖσθαι, ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ τῆς *Φορωνίδος* Κερίαν αὐτὸν ὀνομάζει. Illi opus, cui nomen Τρωϊκά, tribuitur est a Dionysio Halicarn. *Antiquitat.* I, p. 120 : Ὁ μὲν οὖν πιστότατος τῶν λόγων ᾧ κέχρηται τῶν παλαιῶν συγγραφέων Ἑλλάνικος ἐν τοῖς *Τρωϊκοῖς*. In naufragio scriptorum Hellanici Lesbii, haud facile dictorum scriptorum tituli discerni queunt a titulis operum quæ scripta sunt ab ejus homonymo; sed res mihi videtur incredibilis, ut vere parens sit omnium librorum qui tribuuntur illi. 1° Furtum in Herodoti scriptis factum ipso recentiorem scriptorem monstrat; 2° notandum quod interdum Dionysius, semel Tzetzes *in Lycophrontem*, v. 1374, illum accurate cognominent ὁ Λέσβιος, unde patet ipsos eum ab alio Hellanico secernere voluisse. Nec Thucydidem *Atheniensem*, nec Herodotum *Halicarnasseum* cognominant, quia nullus alter, eodem nomine cognitus, historiam scripsit. Unde dubitare nequeo quin βαρβαρικὰ vel ἐθνῶν νόμιμα, quæ varie indicantur sub his nominibus Κτίσεις, Κυπριακά, Λεσβιακά, Περσικά, Σκυθικά, Φοινικικά, Hellanici secundi sint. Quis autem erit Hellanicus ille? Suidas quemdam Hellanicum grammaticum nominat ad hæc verba *Ἀνδοκίδης* et *Πτολεμαῖος*, cui cognomen Ἐπιθέτης, διότι εἴπετο τῷ Ἀριστάρχῳ, διηκτικόει δὲ Ἑλλανίκου τοῦ γραμματικοῦ· ὁ δὲ, Ἀγαθοκλέους· ὁ δὲ, Ζηνοδότου τοῦ Ἐφεσίου. Hunc Hellanicum evidenter confundere debemus cum grammatico quem citat scholiastes Homericus Venetus 1° pag. prima Præfationis edente Bekkerio, ubi contendit *Odysseam* non scriptam fuisse ab Homero; 2° ad vers. 269 libri quinti *Iliadis*; 3° ad versum 651 libri decimi quinti; 4° ad v. 90 libri decimi noni. Idemne est hic grammaticus ac Milesius historicus noster? Hanc nequeo litem solvere; sed iterum mihi liceat contendere Herodotum, nec in scribenda historia viam didicisse a grammatico qui solum Βαρβαρικὰ νόμιμα compilavit, nec cum eo ad mensam accubuisse, apud regem Macedoniæ. Scio ejus ætate prælonga dominum Creuzer quo dammodo excogitata sua fulcire posse, cum Lucianus ipse, in opere Macrobii, illum diutissime vixisse testetur. Sed serius

Digitized by Google

Creuzer Hellanicum, ocius Dodwell Herodotum nobis operantes monstrant. Quæ mihi de Damaste dicenda restant, meam de Hellanico sententiam firmabunt.

Citatus minus est Damastes quam Hellanicus; nulla nobis ex ejus operibus tradita est pars. Attamen, nos docet Dionysius Halicarnasseus, in loco ubi judicatur Thucydides, t. VI, pag. 818, eum in scribenda historia Herodotum antecessisse. Sed ista mihi litem finitura videntur, quæ Suidas de Damaste loquitur : Γεγονὼς πρὸ τῶν Πελοποννησιακῶν, σύγχρονος Ἡροδότῳ..., γέγονε δὲ Ἑλλανίκου μαθητής. Revera, si Hellanici Lesbii fuisset discipulus, quomodo ab eodem Hellanico fuisset compilatus? Ea autem, Damastes ipse in idem vocatur ab Agathomero, lib. I, cap. 1, *De geographia* : Δαμάστης Σιγειεὺς τὰ πλεῖστα ἐκ τῶν Ἑκαταίου μεταγράψας, περίπλουν ἔγραψε. Istud περίπλους, quod Agathomero Damasti tribuitur, nihil mihi aliud esse videtur, nisi opus de quo meminit Suidas, sub hoc titulo, Ἐθνῶν καὶ πόλεων κατάλογος. Porro, si a quodam compilatus Hellanico fuit, haud certe præceptor et antecessor exstitit Iatro. Sic opinatur Valckenaer, qui, ad librum IV Herodoti, cap. 190, furtum memorans, de quo hujus notæ initio actum est, solum exstitisse furem Hellanicum Milesium inducit. Strabo lib. I, pag. 47, Damastem quasi reum mendacii objurgat.

Hic mihi dicendum occurrit quam ob causam Δαμάστου pro Δαμάσου scripserim, ut vult Eusebius. Hoc adulteratum nomen, tum primum a Meursio in sua *Græca Bibliotheca* restitutum est et ab omnibus doctis deinceps qui locum hunc attulere. Quod si Vigerus Observationes suas in lucem prodidisset, absque dubio adulterium curasset emendare. Harles, inter recensendum auctores in sua *Bibliotheca*, Holstenium omisit in *Indice scriptorum a Stephano Byzantino citatorum*; qui locus quem non edidit Rickius cum notis super Stephanum Byzantinum, invenitur (t. II, p. 118) in opere cui titulus : *Miscellaneæ observationes criticæ novæ*. Imperfectus item index est quem tradit Harles veterum scriptorum apud quos Damastes citatur. Prædictus facillime augeretur index, si indici, quem continet *Bibliotheca Græca* Meursii, jungeretur.

Commentarium domini de Bougainville (vid. *Collect. Academ. humaniorum litterarum*, t. XXIX) in quo tractat de primis historiæ Græcæ scriptoribus, nihil mihi profuit ad dignoscendam ætatem horum historicorum, nec eo fortunatius usus sum, ut numerum et titulos operum cognoscerem. Commentarium istud parvi ponderis mihi esse videtur.

Col. 776 C 1. Hecatæus Milesius, primus inter historiæ Græcæ scriptores, citatus ab Herodoto, l. v, 36, cum hoc cognomine λογοποιός, quod sonabat *historicum*, composuit opus sub titulo sequenti : Ἀσίας Περιήγησις, quod memorat Athenæus in fine lib. II operis Δειπνοσοφισταί· Εἰ γνήσιον τοῦ συγγραφέως τὸ βιβλίον. Istius dubii causam prorsus ignoro. Idem Athenæus, lib. X, p. 447 C : Ἑκαταῖος ἐν δευτέρῳ περιηγήσεως. Idem opus, in quantum res ad Asiam spectat, in eodem auctore reperitur, IX, 410 : Ἑκαταῖος δηλοῖ ἢ ὁ γεγραφὼς τὰς περιηγήσεις ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἐπιγραφομένῃ. Cum dominus Creuzer. ediderit historica Hecatæi in *Fragmentis veterum historicorum*, Heidelbergæ, 1816, ibi exstant quæcunque de prædicto auctore lumen afferre queunt.

Ibid. 6. Falso indicatur *sermo* Isæi. Dicere vult *successio Cironis*, non autem Cylonis : Περὶ τοῦ Κίρωνος κλήρου, qui, in editione Reiske, t. VII, pag. 192, dictum locum continet, quem de verbo ad verbum sumpsit Demosthenes; pag. 874 : Ὑμεῖς τοίνυν καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ βάσανον ἀκριβεστάτην ἔλεγχον νομίζετε· καὶ ὁπόταν δοῦλοι καὶ ἐλεύθεροι παραγένωνται, καὶ δέῃ εὑρεθῆναί τι τῶν ζητουμένων οὐ χρῆσθε ταῖς τῶν ἐλευθέρων μαρτυρίαις, ἀλλὰ τοὺς δούλους βασανίζοντες, οὕτω ζητεῖτε εὑρεῖν τὴν ἀλήθειαν τῶν γεγενημένων. Εἰκότως, ὦ ἄνδρες δικασταί, συνίστατε γὰρ ὅτι τῶν μαρτυρησάντων ἤδη τισὶ ἔδοξαν οὐ τἀληθῆ μαρτυρῆσαι, τῶν δὲ βασανισθέντων οὐδένες πώποτε ἐξηλέγχθησαν ὡς οὐκ ἀληθῆ ἐκ τῶν βασάνων εἰπόντες. Οὗτος δὲ, κ. τ. λ. Qui locus, iniquam, reviviscit in fine orationis Demosthenis *contra Onetorum*, t. II, pag. 874. Fatebimur tamen nos legisse in argumento quod secundam antecedit, has duas orationes ab Isæo compositas fuisse. « A multis, inquit, hæ duæ orationes Isæi reputantur, propter teneram oratoris ætatem; alii dicunt ab Isæo solummodo emendatas fuisse : multa enim his cum Isæi sermonibus communia sunt. Attamen nil mirum, nostro sensu, quod discipulus magistrum sit imitatus, præsertim cum ipse nondum, ob nimiam juventutem, peculiarem sibi modum creavisset. » Isocratem vero tardiori gradu sequitur. Ecce illius verba, ad finem *Trapezitici* : Ὁρῶ δὲ καὶ ὑμᾶς καὶ περὶ τῶν ἰδίων καὶ περὶ τῶν δημοσίων οὐδὲν πιστότερον, οὐδ' ἀληθέστερον βασάνου νομίζοντας, καὶ μαρτύρας μὲν ἡγουμένους, οἷόν τ' εἶναι καὶ τῶν μὴ γεγενημένων παρασκευάσασθαι, τὰς δὲ βασάνους φανερῶς ἐπιδεικνύναι ὁπότεροι τἀληθῆ λέγουσι.

Ibid. 10. Dinarchus : Ἐν τῷ πρώτῳ κατὰ Κλεομέδοντος, αἰκίας. Oratio Dinarchi in Cleomedem, ob sævitias, in Vita ejus refertur, scripta a Dionysio Halicarnasseo cujus hoc initium : Ὅτι μὲν, ὦ ἄνδρες, καὶ ὁ πατὴρ Θεόδωρος δή, habetur authentica. In tertio hujus scripti paragrapho, Dionysius Halicarnasseus pariter recognoscit Τοῦ Δημοσθενικοῦ χαρακτῆρος, ὃν μάλιστα ἐμιμήσατο, πολὺ πλείω δύναιτό τις εἰπεῖν, ὡς καὶ ἐν τῷ κατὰ Πολυεύκτου, προοιμιάζεται γὰρ ὁμοίως ἐκείνῳ, καὶ δι' ὅλου τοῦ λόγου παραπλήσιος μεμένηκε.

Actiones dictæ αἰκίας, quæ Latine *sævitias* vocavi, actiones erant privatæ, uti hoc probatur oratione *in Cononem*, hic nominatum, et aliæ erant ab actionibus περὶ ὕβρεως, quæ erant publicæ, corporalibusque pœnis obnoxiæ. Si legere cupias quæ ad hoc genus congressionis spectant, tibi sint consulendi præter Harpocrationem, Samuel Petit, in *Legibus Atticis*; Salmaisius, *De modo usurarum*, c. 17; idem, *Observ. ad jus Atticum et Romanum*, c. 7, 8, 9; et inter omnes Hérault, *Animadversiones in Salmasii observ.*, pag. 115 et seq.

Ibid. D 1. Carmina huc allata Hesiodi inveniuntur in poemate *Operum et dierum*, v. 702. Furtum patratum a Simonide prodidit jamdudum Clemens Alexandrinus, lib. VI *Stromatum*, pag. 744.

Col. 777 A 12. Hic Euripidis versus, quem imitatus est Theodectus in *Alcmeone*, non reperitur in fragmentis dubiis Euripidis a Matthia editi.

Ibid. B 4. Antimachus a Colophone, quem accusat Porphyrius compilasse Homerum, poeta ille est ab Adriano positus ante omnes, quemque hic imperator in locum Homeri sufficere volebat. De quo multum egit Kuster *in Suida*, sub verbo.

Clemens Alexandrinus, lib. VI *Stromatum*, p. 745, Antimachi unum versum affert, auctorem vocans ὁ τεῖος. Porro, seu Clemens, seu exemplaris scriptor erravit. Natus est enim Colophonte Antimachus, et inter omnes ejusdem nominis quos Suidas recensel, nullum *Teium* invenies, nullum item qui plene Antimachi partes tenere possit. Dictus versus desumptus est ex *Iliade*, I, v. 554.

Cæterum, Dionysius Halicarnasseus, in memoratis priscis oratoribus, ad titulum *de Lysia*, § 17, fatetur eos quæcunque sibi profutura crederent ab antecessoribus desumpsisse, neminem mordente conscientia. Ἐῶ ὅτι καὶ τὰ παρ' ἑτέρους εἰρημένα λαμβάνοντες ὀλίγου δεῖν πάντες, οὐκ ἐν αἰσχύνῃ τιθενται τὸ ἔργον.

Longinus, § 13 *Tractatus de sublimi*, nos omnes hortatur, nedum deterreat, ut eximiorum scriptorum vestigia fideliter sequamur : Ἄλλη τις καὶ τὰ εἰρημένα ὁδὸς ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ τείνει· ἡ τῶν ἔμπροσθεν μεγάλων συγγραφέων μίμησίς τε καὶ ζῆλωσις...

Digitized by Google

πολλοὶ γὰρ ἀλλοτρίῳ θεοφοροῦνται πνεύματι, τὸν αὐτὸν τρόπον, ὃν καὶ τὴν Πυθίαν λόγος ἔχει τρίποδι πλησιάζουσαν. Ἔστι δὲ οὐ κλοπὴ τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' ὡς ἀπὸ καλῶν ἠθῶν, ἢ πλασμάτων, ἢ δημιουργημάτων ἀποτύπωσις.

Col. 777 D 4. Lysimachus ille videtur esse poeta comœdographus de quo loquitur Lucianus (*Judicium de vocalibus*, § 7) : « Hospitio exceptus sum a quodam poeta, nomine Lysimacho, qui, quamvis manifesto Bœoticus esset, e media oriundus Attica cupiebat existimari. Me tamen fallere nequivit, eo quod plus æquo littera ταῦ uteretur. »

Ibid. 5. Alcæus iste, de quo dicitur eum scripsisse epigrammata iambosque satyricos, idem certe est ac Alcæus cujus duo et viginti epigrammata in *Anthologia* servata sunt, quique plerumque versus edebat adversus regem Macedoniæ, Philippum, patrem Persæi. Ad quem sic disticho mordaci respondit rex :

Ἄβολος καὶ ἄψυλλος, ὁδοιπορε, τῷδ' ἐπὶ νότῳ
Ἀλκαίῳ στανρὸς πήγνυται ἠλίβατος.

« In hoc culmine montis vides, o viator, crucem foliis et cortice nudatam, apricamque, quæ Alcæo fuit erecta. » Vid. Plutarch. in *Vita Titi Flaminii*, § 9.

Col. 780 A 11. Hoc opus Protagoræ forsitan confundi debet cum alio jam citato in *Theæteto*, sub hoc nomine Ἀλήθεια (Veritas), in quo dixit Protagoras hominem mensuram esse omnium : Πάντων μέτρον ἄνθρωπος.

Ibid. C 13. Εὐγνώμονι, 466.

Col. 781 B 10. Δωδωναῖος. Vigerus suadet ut legatur didymeus, nec deus unus alterius locum sumat, neque ὁ σεμνός duobus tribuatur subjectis, Apollini et Jovi.

Ibid. Amphiarus Amphilochusque sæpius in relatis oraculis juncti occurrunt.

Aristides, tom. I, pag. 82 Canteri : Ἀμφιάραος μὲν γὰρ καὶ Τροφώνιος ἐν Βοιωτίᾳ καὶ Ἀμφίλοχος ἐν Αἰτωλίᾳ χρησμῳδοῦσί τε καὶ φαίνονται.

Philostrates, in *Heroicis*, pag. 60 Boissonadii : Ἡ ἀδικήσεις γε ἀπίστων, ξένε, τόν τε Ἀμφιάρεων ὃν λέγεται ἡ γῆ ἐν σοφῷ ἀδύτῳ ἔχειν, Ἀμφίλοχόν τε τὸν τούτου παῖδα, πλείω ἴσως ἢ ἐγὼ γιγνώσκων, οὐ πολὺ ἀπέχων τῆς Κιλίκων ἠπείρου.

Boissonadius, in notis suis, lectorem, cupidum minutatim Amphiaraum cognoscendi, remittit ad Barthium in Statii *Thebaid.*, I, 399; item Amphilochum, ad Wyttenbach in Plutarchum, *De sera Numinis vindicta*, pag. 93. De his poetis jam sumus locuti ad lib. VI, cap. 6.

Col. 784 A 10. *Πυθαγόρας*. Porphyrius, Jamblicus, Diogenes Laertius, et Proclus, in *Vitis Pythagoræ*, hunc in primis filium habent Mnesarchi Samii. Solus Porphyrius Cleanthi testimonium affert, Pythagoram Tyri natum esse asserentis : quod absque dubio Porphyrius, nam Tyrus et ipse, libenter excepit. En illius verba : Κλεάνθης ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν *Μυθικῶν*, Σύρον (αὐτὸν εἶναί φησι), ἐκ Τύρου τῆς Συρίας.

Christiani auctores, ut Clemens Alexandrinus, Eusebius, Theodoretus, protinus in hanc venere sententiam, eo quod ita, cum Græciæ damno, regionibus vulgo dictis *barbaris* vir celeberrimus restitueretur. Unicus nuncupatur auctor, Neanthus in Clemente, I *Stromatum*, pag. 352, velut primus istius fabulæ parens : Πυθαγόρας μὲν οὖν Μνησάρχου Σάμιος, ὡς δὲ Ἀριστόξενος ἐν τῷ Πυθαγόρου βίῳ καὶ Θεόπομπος, Τυρρηνός, ὡς δὲ Νεάνθης Σύριος ἢ Τύριος. Theodoretus legit pariter Νεάνθης in Clemente, quem de verbo ad verbum secutus est, p. 7 editionis Sylburgi, *Therapeuticæ*. Unde patet parvi ponderis esse rationes quibus nituntur hi qui contendunt Pythagoram inter barbaras gentes ortum habuisse. Etenim hi homines, qui ab Aristoxene Tyrrheni vocantur, idem sunt ac Pelasgi qui ex Attica in Italiam venerunt. *Cleanthes*ne vero an *Neanthes* oportet scribere? Integra remanet quæstio. Solus Porphyrius hunc Cleanthem nominat cujus testimonio probari posset reipsa Pythagoram natum inter Tyrios fuisse; Neanthes autem a cæteris omnibus vocatur. Cleanthes famam obtinuit e variis operibus ab Athenæo citatis, lib. XIII, pag. 572, aliisque, verbi gratia, ex libro cui hic titulus inditur iste : *Τὰ Μυθικά*. Ego vero existimo scribendum Νεάνθης ἐν πέμπτῳ τῶν *Πυθαγορικῶν*. Hic enim multoties nominatur scriptor a Diogene Laertio, in *Vita Empedoclis*, l. VIII, § 72, et quorumdam Pythagoricorum *vitas* composuisse reputatur. (Vid. notam Menagii ad locum Diogenis Laertii, Jonsiumque, *De script. hist. philos.*, II, 4, 3.) Quo vero tempore natus sit Pythagoras scire cupienti legenda sunt quæ scripsit Bentleius, ubi de epistolis Phalaris tractat, pag. 46 editionis Anglicæ.

Ibid. Hæc ex Platonis *Epinomide* sumpta, tom. II, p. 986 ed. Stephani. Vigerus, quod vix credas, *Epimenide* retinuit, quod vitiose scripserat Rob. Stephanus.

Col. 785 B 1. Totus hic de Democrito locus e primo *Stromate* Clementis, pag. 357, desumptus est. De modo autem disserens Bruckerius quo hæc verba intelligi possunt, Ἐπ' ἔτεα ὀγδοήκοντα ἐπὶ ξένης ἐγενήθην, optime adnotat haud certe Democritum octoginta annis peregrinari potuisse; sed non ante annum suæ vitæ octogesimum finem imposuisse peregrinationibus (*Hist. philos.*, tom. I, pag. 1178). Diodoro Siculo testante, l. I, in fine, quinque annis solummodo in Ægypto Democritus remansit. Lego ἀρπεδονάπται, sicut in Clemente, non autem ἀρσεπεδονάπται, sicut in textibus Eusebii, ex quodam errore scribentis. Potterus, in Clemente, etymologiam affert ἀρπεδόνας vel γραμμὰς ἅπτειν, quod est *studere geometriæ* At vide Zoegam, *De obeliscis*, sect. IV, cap. 2, § 5, pag. 513.

Col 788 B 6. *Τινὲς τῶν παλαιῶν*. Hi nonnulli veteres Herodotum significant in *Terpsichore*, c. 28. Clemens autem Alexandrinus, *Strom.* I, pag. 362, hunc, quibusdam mutatis, locum præbuit : Κάδμος δὲ Φοῖνιξ ἦν, ὁ τῶν γραμμάτων Ἕλλησιν εὑρέτης, ὡς φησιν Ἔφορος, ὅθεν καὶ Φοινικήια τὰ γράμματα Ἡρόδοτος κεκλῆσθαι γράφει, οἱ δὲ Φοίνικας καὶ Σύρους γράμματα ἐπινοῆσαι πρώτους λέγουσι, Quæ apud Clementem sequuntur nostro totum auctori sextum suppeditaverunt caput, quibusdam tamen e loco mutatis, aliis autem additis rebus. Sed, judicio meo, spurium argumentum tuetur, qui primum ætate locum Hebraicis litteris concedit, ob sensum in unaquaque inclusum. Etenim nullus litteris inest valor, nisi quia sonum repræsentant. Quod si plenis respondeant ideis, tunc *litteræ* esse desinunt, mutatisque laribus, hieroglyphi vocantur. Fatebor equidem, et in hoc omnes facile venturos puto, initio rerum uniuscujusque litteræ formam peculiari ideæ respondisse; sed, grassantibus sæculis, litteræ, veteri exuto valore, solummodo pro vocibus valuere. Præterea non convenit inter omnes, qui hanc quæstionem tractarunt, de vero sensu litterarum. Exempli gratia : Eusebius contendit per litteram aleph *documentum* Hebraice significari; Plutarchus autem in *Symposiacis*, lib. IX, 9, 2, sequentem tuetur opinionem : « In lingua Phœnicia, ait, littera *alpha* est nomen bovis : unde omnes alias litteras antecedit. » Quidquid sit, hodie ex recentiorum scriptis claruit tum Græcas, tum Latinas litteras a litteris seu Phœnicis, seu Hebraicis, seu Syriacis, quod unum et idem est, suam duxisse originem. Inter hos recentes, primo ponam loco Josephum Scaligerum in ejus digressu ad litteras Ionicas, quem inseruit in suo libro, cui titulus : *Animadversiones in chronologica Eusebii*, p. 110; Bochartum, *Chanaan*, lib. I, c. 20, p. 448; Renaudotum, *Memoriæ Academiæ Inscriptionum*, tom. III, p. 231, *De Græcarum litterarum origine*.

Col. 789 D 6. Inferius, idem Clemens Olympum

Digitized by Google

Mysium fuisse tradit, cum dicit : « Ab Olympo Mysio modi Lydii regulæ innotuerunt. » Eamdem illi concedit originem Suidas, in ejus *Vita*. Plutarchus, *De musica*, § 5 : Ἀλέξανδρος (ὁ Πολυΐστωρ) ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν περὶ φρυγίας, κρούματα Ὀλύμπου ἔφη, πρῶτον εἰς τοὺς Ἕλληνας κομίσαι.

§ 7 : Λέγεται τὸν προειρημένον Ὄλυμπον, αὐλητὴν ὄντα τῶν ἐκ Φρυγίας, ποιῆσαι νόμον αὐλητικὸν εἰς Ἀπόλλωνα. Εἶναι δὲ τὸν Ὄλυμπον τοῦτόν φασιν ἕνα τῶν ἀπὸ τοῦ πρώτου Ὀλύμπου τοῦ Μαρσύου, πεποιηκότος εἰς τοὺς θεοὺς τοὺς νόμους· οὗτος γὰρ τὰ παιδικὰ γενόμενος Μαρσύου, καὶ τὴν αὐλησιν μαθὼν παρ' αὐτοῦ, τοὺς νόμους τοὺς ἁρμονικοὺς ἐξήνεγκεν εἰς τὴν Ἑλλάδα.

Hi loci tum ex Plutarcho, tum a Clemente desumpti adeo confusi et oppositi quidem sunt, ut explanentur emendenturque necesse sit : 1° Bis apud Clementem nomen Olympi apparet ; primum Phrygium, deinde Mysium fuisse legimus. Cujus rei explanatio invenitur apud Plutarchum duos revera ejusdem nominis inducentem viros, priorem in Mysia natum ; posteriorem vero a priori ortum habentem. Ecce autem hic prior Mysius nunc, apud Clementem Suidamque, filius est Marsyæ, qui illius et magister et amator erat Ὄλυμπον τοῦτόν φασιν ἕνα τῶν ἀπὸ τοῦ πρώτου Ὀλύμπου, τοῦ Μαρσύου· οὗτος γὰρ παιδικὰ γενόμενος Μαρσύου, καὶ τὴν αὔλησιν μαθὼν παρ' αὐτοῦ. Cuine tribuendum verbum οὗτος? Si de priori Olympo agatur, nullo modo simul esse potest filius et amans Marsyæ, unde scribere oportet τοῦ Μαίονος pro τοῦ Μαρσύου. Etenim pater ejus Mæonus vocatur apud Suidam qui, cæterum, in eodem articulo duos Olympos confudisse videtur, licet de Olympo Phrygio seorsim locutus sit. Ὄλυμπος Φρύξ, νεώτερος, αὐλητής, γεγονὼς ἐπὶ Μίδου τοῦ Γορδίου. Ecquis Olympus *Nomum*, seu hymnum ad Apollinem composuit? hanc non diluit litem Plutarchus, qui tantummodo auctorum nomina tradit qui diverse opinati sunt. Ego vero, facile crediderim verbum οὗτος, apud Plutarchum, posteriori Olympo tribuendum esse, qui quondam, Marsiæ discipulus, temporibus Midæ vivebat, teste Suida ; dum Mysium patet, a quo iste duxerat originem, ante Mydæ tempora exstitisse. Unde, meo judicio, ipse posterior Olympus est qui in Græciam fistulam attulit. Quamcunque partem sequaris, mutandum semper est nomen τοῦ Μαρσύου. Burettus has neque dimovit neque vidit nubes in sua *analysi dialogi Plutarchi*, t. VIII, p. 80 *Memoriarum academiæ*.

Col. 792 A 6. Textus fert ἐν Κύπρῳ, sed ex errore ; Dactyli enim in Creta insula montem Idam incolebant : vid. Meursium qui in sua *Creta* quæcunque ad hos homines spectant coegit in unum. In quantum ad modum quo scribi debeat Dactylus Celmis, quem Vigerus scribit *Telmis*, nomen illud in textu restituere debuisset, carmina sequendo ab eo citata ex *Phoronide* Hellanici Lesbii, legereque Ἰδαίων, non autem Ἰουδαίων.

Ibid. 12. Cum Ἰτανός nomen mutilum sit, quonam modo scribi debeat nescimus. Sed Potterus in Clementem, pag. 363, secundum Plinium, lib. VIII, cap. 20, legit Τριτανόν· « ...Tritanum in gladiatorio ludo Samnitium armatura celebrem, filiumque ejus militem magni Pompei. » Malinerotus proponit *Tuditanus*. Vid. Plutarchum, in *Flaminio*, § 14 · Οἱ περὶ τὸν Ἰτανόν ; Gellius habet Tuditanum, *Noct. Attic.* VI, 4, XIII, 15 ; Macrobius *Saturn.* lib. I, cap 16.

Ibid. B 13. Spuria lectio Ἄγνην mutanda est in Ὕαγνιν, quod a Palmerio indicatum, *Exercitat.*, pag. 687, quem vide ; item nota Potteri ad hunc locum Clementis, I *Stromate*, pag. 363. Vid. Plutarchum, *De musica*, pag. 1132 editionis Luparæ ; Apul. *Floridorum*, lib. I, cap. 3.

Col. 793 A 1. Hic Tatiani locus, quem Clemens, deinde Eusebius secuti sunt, argumentum Bentleio præbuit contra authenticitatem *epistolarum* Phalaridis, pag. 333 editionis Angl. Quo volueris modo, ait, accipe verbum συντάσσειν ; seu de scribenda epistola, seu de colligendis edendisque in lucem epistolis intelligatur : nunquam fieri poterit Phalarim epistolas scripsisse, cum Atossa sit ætate minor. Quod argumentum mihi videtur *imbelle, sine ictu*. Etenim credendum est, tum primum scriptorum usos fuisse homines, ut absentibus res utiles nuntiarent. Et nihil aliud profecto, quam *quidam per epistolas dialogus*, fuere illa σήματα λυγρά quæ Prætus tradidit Bellerophonti ad Jobatem ferenda (*Iliad.* II, v. 168). Epistolas autem *colligere* nullius in mentem venit, usque dum fuerint excultæ hominum societates. Hic res intelligi debet, nisi fallor, de *meliori modo mittendi epistolas*, qualis ferme nunc apud nos usurpatur. Hi sunt ἄγγαροι optime a Suida cogniti οἱ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόροι· qui pariter nominabantur ἀπάνδαι. Vid. Brissonem, *De regno Persarum*, pag. 258 et seq. ; Dodwellum, in disserendo de ætate Phalaridis, necnon Pythagoræ.

Ibid. 5. Theophrastus, *Eresius*, non autem *Ephesius*. Optime legit Clemens, hocque constat ex omnibus Græcæ philosophiæ historicis, quorum primus Diogenes Laertius, lib. V, § 36.

Col. 796 A 15. Pro διὰ γραμμάτων Josephus legit ἐκ τῶν ᾀσμάτων. Forsitan utraque lectio admittenda.

Ibid. B 8. Olim a multis creditum fuit Pherecydem, qui natus erat in insula Syros, una inter Cycladas, Syrium fuisse, propter quamdam vocum similitudinem ; sed dudum confutatus est error iste. Attamen auctores apologetici Christiani, et ante omnes Eusebius, ista vocum confusione usi sunt ; quos imitatus videtur Josephus. Si quis recurrat ad partem operis, a Sturzio scripti, cui titulus *Commentatio de Pherecyde*, ubi quæstio hæc tractatur, pag. 5, ibi inveniet variorum nomina auctorum qui Pherecidem Syrium fuisse dixerunt, quorumve forsitan adulterati textus hanc admitti sententiam sinunt.

Col. 800 B 10. Super εἰκών et προτομή, vid. in quo hæ voces inter se differant, Pauli Leopardi *Emend.* lib. V, cap. 8.

Col. 801 B 14. Super origine vocis ἱερὸς λόγος, vid. Jamblicum in *Vita Pythagoræ*, cap. 28, p. 129, qui concedit eam Aglaophamo, quondam Thraciæ montium incolæ.

Col. 804 A 5. Quoad modum hæc nomina scribendi, vid. Pauli Leopardi *Emendationes*, lib. I, cap. 25.

Col. 806 A 14. Nequaquam in medium rationes omnes afferam ex variis decerptas chronologis, quibus illius chronologia redargui posset, nec utrum cæteris sit anteponendus perpendam ; solummodo locum quemdam Scaligeri curabo ut revocem (*De emendatione temporum*, pag. 557), in quo ejus opinio refellitur : « Quid magis alienum a sacra historia, quam quod lib. X Προπαρασκευῆς, notatum est. . . Si secundus annus Darii est septuagesimus ἐρημώσεως τοῦ ναοῦ, quomodo Cyrus potuerit captivitatem laxare? Sed in hoc sequitur Africanum. » Quod falso asseritur. Africanus enim 78 annos finit ad primum quinquagesimæ quintæ olympiadis, quo anno solio Babylonis potitus est Cyrus.

Ibid. B 12. Ad hunc locum chronologicum, lege commentarium Boivini natu majoris, cui titulus : *Restitutio chronologica cujusdam loci Censorini*, in *Memoriis Academiæ Inscript.* tom. II, pag. 385.

Ibid. 15. Nomen istius judicis in Scriptura sacra (*Jud.* XII, 13) est *Abdon*, non autem *Labdon*. Cur non hunc Vigerus errorem emendaverit prorsus ignoro.

Col. 807 B 14. Eusebius, in pagina, a Porphyrio desumpta, quam modo legisti, dicere omisit quo tempore, judicio Porphyrii, vixerit Semiramis. Illud ostenditur tempus in eodem loco citato lib. I,

Digitized by Google

ap. 9, pag. 31 *Præparationis evangelicæ*, ubi legitur vel ante Trojam, vel temporibus Trojæ vixisse Semiramidem: Ἢ πρὸ τῶν Ἰλιακῶν ἢ κατ' αὐτούς τε τοὺς χρόνους γενέσθαι ἀναγέγραπται.

Cum finem citati loci suppressit Eusebius, certe ibi arrogare potestatem voluit concludendi *ad libitum*. Falsum esse consequens, quod ab eo deductum fuit, mox sumus ostensuri. Erravit autem, quia duas miscuit chronologias quæ ex omni parte inter se pugnant. Porro, sine loco citato in l. I *Præparationis evangelicæ*, posterioris loci citati errorem detegere nobis non contigisset; et sic agendo, eo mihi nocentior fuisse videtur Eusebius, quo nihil firmius asseverari queat, quam quod Moyses omnes Græciæ sapientes et philosophos antecessit ætate. Sed nunc argumenta præbeamus. Duæ penitus repugnantes inter se chronologiæ exstant de temporibus Semiramidis, Assyriorum reginæ; una, quæ Ctesiæ tribuenda videtur, quamque Eusebius secutus est, velut res constat ex initio hujus capitis, meliusque constabit ex fragmentis illius *Canonum chronicorum* quæ sumus allaturi, Semiramidem Abrahamo coætaneam facit; altera vero, ad quam Herodotus accedit, quinque solummodo generationes numerat Semiramidem inter et Nitocrim (lib. I., cap. 184). Quod apprime congruit cum brevi spatio annorum 520, per quos idem historicus scripsit Assyriorum imperium mansisse. Huic posteriori chronologiæ adhæsit Philo Byblius qui Græca lingua Sanchoniatonem reddidit, nec non Porphyrius ipse. Quod probatum leges apud Stephanum Byzantinum, ad vocem *Βαζυλών*, et apud Eustathium, in ejus *Commentario de Dionysio Periegete*, v. 1005: ambo locum assignant Semiramidi circiter ad tempus quo capta est Troja, duobus, ex Philone, annorum millibus post conditam Babylonem. Utrum homonymia litis hujus causa fuerit necne, non aggrediar judicare; fatebor saltem Eusebium improba conscientia testimoniis usum fuisse repugnantibus, in capite quod nunc manu teneo. Sua facit Porphyrii verba Eusebius, quibus constat Moysem Sanchoniatonis, quanto nescio tempore, antecessorem fuisse, sensimque devenit ut eos efficiat coætaneos. Deinde, ex eo quod idem dixerit Porphyrius Semiramidi coætaneum Sanchoniatonem fuisse, item illius reginæ temporibus Moysem vixisse Eusebius infert; demum, subitaneo regressu ad peculiarem chronologiam Semiramidem reportans, quatuorque tempus in unum adunans capita, Semiramidem, Abrahamum, Moysem et Sanchoniatonem coætaneos asserit, illamque Porphyrii fuisse sententiam vult. Ergo, his positis, qui patriarcharum historiam scripsit, captivitatisque Judæorum in Ægypto, quique per desertum hunc populum duxit, eodem vixisset tempore quo gentis illius auctor! Quod absurdum, neque profecto dictum Porphyrii. Nam Porphyrius nihil unquam tale excogitavit; deinde, sincera fide agere nequivit Eusebius, hanc Porphyrio sententiam ascribens. Quod si credidisset, tantum debuisset errorem retellere, quemadmodum fecit in suis *Canonibus chronicis*, nedum eo uteretur quasi argumento insuperabili. Semiramidem Abrahamo coætaneam fuisse unquam credidit Porphyrius, cum huic reginæ temporibus Troicis locum assignet. Porro, Abrahami Trojæque tempora singulis et omnibus nimis sunt nota, magisque inter se distant, quam ut misceri queant. Istius modi Eusebius Porphyrio, ut iterum dicam, absque risu tribuere nequivit errorem: nempe, si res aliter haberetur, 1° operam dedisset Eusebius, ne omitteret textus allati finem, ubi doctrina Porphyrii continetur apertissime; 2° tantum confutasset errorem, ad modum quo suis in *Canonibus* fecit. Et, nedum Porphyrii nomine uteretur ad ullam tuendam opinionem, illi sane incumbebat officium probandi quod contra illum asseruit (pag. 84), nempe Abrahamum a Moyse 505 annis distare: Ἀπὸ Μωϋσέως πάλιν ἀνιὼν ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος ζοῦς Ἀβραάμ, εὑρήσεις ἔτη φέ. Quod infra sic tempus dividimus:

Annis 75 natus erat Abrahamus, cum profectus est a Charrhan, annis vero 100 jam erat onustus, cum natus est Isaacus .. differ.	25 A.
Legimus in Genesi annos 60 habuisse Isaacum, cum Jacobus natus est, unde add:	60
Jacobus 77 annis domum paternam incoluit, id est usquedum in Mesopotamiam proficisceretur, unde add.	77
Ex hoc tempore ad illud tempus quo in Ægyptum profectus est, effluxere anni	55
Natus erat annis 130, cum ingressus est in Ægyptum, unde summa conflatur	215

Non convenit inter auctores de tempore quod in Ægypto commorati sunt Hebræi. S. Paulus apostolus ad Galatas scribens (III, 17) 430 annos numerat a vocatione Abrahami usque ad legem datam in monte Sinai. Exodus (XII, 40) soli mansioni in Ægypto annorum 430 spatium assignat.

Quidam hujus differentiæ rationem afferre conati sunt, ascribendo computationi quæ legitur in Exodo varias Abrahami peregrinationes in Ægypto. Quidquid id sit, Eusebius, in suis *Canonibus*, Apostoli secutus est opinionem: Πρῶτον ἔτος τῆς τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸν Ἀβραὰμ ἐπαγγελίας ἀπὸ οὗ ἔτους αὐτοῦ τοῦ Ἀβραὰμ ἐπὶ Μωϋσέα, καὶ τὴν ἐξ Αἰγύπτου πορείαν τοῦ Ἑβραίων ἔθνους ἔτη συγχάνει υλ' ὧν μέμνηται Παῦλος Γαλάταις ἐπιστέλλων. (Eusebius, in *Chron. paschal.*, pag. 51 et 52.)

Qua basi immorantes, 215 annos habebimus, cum in Ægyptum ventum est, unde	215
Mansio in Ægypto item an. 215, unde	215
Et summa conflatur:	430
Cui addendo quam habebat ætatem Abrahamus, cum Charrhan reliquit, nempe annos	75
Inter nativitatem Abrahami et vocationem Moysis annos habebis	505

Jam dixi errorem temporis, quem admiserat Porphyrius, ab Eusebio in suis *Canonibus chronicis* fuisse confutatum; tantum quidem abest ut cum Abrahami temporibus Moysis tempora confundat, quod contra opinionem deserat chronographorum antecedentium, verbi gratia, Clementis Alexandrini, Africani, Tatiani, qui omnes ortum Moysis temporibus Inachi ponunt, primi regis Argolici, ut dictum reducat ortum ad tempora Cecropis, id est 250 annos post Inachum. Fragmentum hoc, quod magni æstimare debemus, e Syncello desumptum, pag. 65 et 66 editionis Luparensis, Latine reddimus infra.

Eusebius, in præfatione sui *Canonis*, hoc prope modo suam sententiam exponit: « Moyses, natione Hebræus, qui primus, ex prophetis Hebræis, in Scriptura sacra oracula edidit de Salvatore, id est Christo, et cognitione Dei quam omnes gentes docere jussus fuerat, temporibus Inachi floruit, secundum testimonium virorum eximiæ eruditionis, v. g. Clementis, Africani et Tatiani inter nostros; Josephi et Justi, inter Hebræos; quorum unusquisque rationes affert, qualiter ex veteribus historiis desumpsit: eo sensu contendunt Inachum 700 annis ante bellum Trojanum exstitisse. Unus inter philosophos Græcos, et ille specialiter qui frustra nos in quarto libro sui laboris tanta cura arati acriter aggressus est, dicit Moysem exstitisse ante tempora Semiramidis; porro, Semiramis regnabat super Assyriis 150 annos ante Inachum, unde fas esset concludere Moysem 850 annos ante Trojæ tempora exstitisse. Ego vero, qui nihil tanti facio quam quod verum existimavi dicere queam, magnopere studui ut in supradictis opinionibus verum a falsis

Digitized by Google

discernerem. Unde, in eo quem ante hunc librum scripsi, præsentis laboris materiam coegi in unum, quam quæ numerosissima potui variorum chronica populorum colligens, nempe Chaldæorum, Assyriorum, Medorum, Persarum, Lydiorum, Hebræorum, Ægyptiorum, Atheniensium, Argivorum, Sicyonum, Lacedæmoniorum, Corinthiorum, Thessalorum, Macedonum, Latinorum, qui postea dicti sunt Romani, uno verbo, gentium numero quindecim. Præsentem librum scribens, hisque omnibus chronicis adunatis in unum, composui *Canonem chronicum*, ubi tempora temporibus conferuntur, ubique populus unusquisque in annos vicini sui spectare potest. Cum autem apud Hebræos temporum computationes invenerim quæ inter se plus minusve differunt, illas tamen modo sequenti ordinavi. Sub Inacho, quem primum regem in Argolide fuisse nobis Græci perhibent, huic principi coætaneum dignovi patriarcham Israelem, qui dignus visus est, a quo nomen ducerent duodecim tribus Judaicæ gentis, quarum fuit auctor. Sub Semiramidis tempora, Abrahamum inveni, gente Chaldæum, præterea dilectum Deo. Quoad Moysem, qui primus apud Hebræos prophetarum habetur, fatebor equidem, ne mentiar, illum mihi multo omnibus his recentiorem visum fuisse, licet quemcunque Græcorum æstimatione antiquissimum antecesserit, exempli gratia Homerum necnon Hesiodum, ipsa tempora Trojana, Dioscuros, Æsculapium, Bacchum, heroas omnes, Mercurium et Apollinem, aliosque deos quos colebant Græci; licet etiam fuerit antiquiori ætate quam seu mysteriorum origo, seu gesta ipsa quæ Jovi a Græcis ascribuntur: nam Græcorum nepotes omnes ad se spectantes historias Cecrope recentiores testantur. Porro, mihi summa cura de Moysis ætate inquirenti apertissime innotuit illum vixisse temporibus Cecropis, dicti Διφυής, quem primum in Attica regnasse asserunt, annis circiter 350 ante gesta Trojani belli. »

Col. 809 C 6. Ad calcem adnotationum hujus libri iterum resumentur istæ ambages chronologicæ, quo dignoscatur utri coætaneus fuerit Moyses, Inachone an Cecropi, qui septem regum vitis distant.

Col. 812 A 1. Multi critici explicuere usum vocis ὁμοῦ cum adjectivo collectivo. Vide inter omnes Boissonadium in *Heroica Philostrati*, pag. 277; sed in numerosis exemplis locutionis hujus, quæ tum ab eo, tum ab aliis allata sunt, nullum invenio in quo, sicut nunc, articulus antecedat vocem πάντες: porro, ne deleatur cavendum est, quoniam illo indigeat participium συναγαγόντες, quod hic locum tenet substantivi. Itaque nullatenus hæ conjungendæ sunt voces, πάντες et ὁμοῦ; sed ὁμοῦ voci συναγαγόντες concedendum. Vox ὁμοῦ frequentius *ex adverso* usurpatum est, quo multa hujus locutionis exempla in medium ferre necesse habeam. Citabo Sophoclem, *OEdip. tyrann.*, ad initium:

Πόλις δ' ὁμοῦ μὲν θυμιαμάτων γέμει
Ὁμοῦ δὲ παιάνων τε καὶ στεναγμάτων.

Ibid. C 2. Συνεχρόνισεν 466, 67, 68.

Col. 813 B 2. Hic locus Africani, ad finem usque capitis, legitur apud Syncellum, pag. 63, ea quæ omiserat Eusebius restituentem.

Ibid. C 14. Locum restituit Vigerus in notis.

Ibid. D 1. Legere oportet τὴν πρώτην ὀλυμπιάδα, non autem ἐπὶ τῆς πρώτης ὀλυμπιάδος.

Col. 816 A 11. Apion, Plistonices, magis est notus, quam ut nomen *Posidonius*, quo apud nostrum auctorem pater ejus appellabatur, delere non debuerim. Grammaticus est hic Alexandrinus, maxime Judæis infensus, qui legationi præfuit quam pagani cives Alexandriæ ad Caium Cæsarem miserunt, ut de Judæis quererentur Hellenistis. Hanc enarrat Philo eorum legatus. (Vid. Josephum, *Antiq. Jud.* lib. XVIII, cap. 9; item duos libros *contra Apionem.*) Apion iste, judicio Plinii, homo erat ridiculus (*Hist. nat.* præl.): « Apion quidem grammaticus, hic quem Tiberius Cæsar *cymbalum mundi* vocabat, cum propriæ famæ tympanum potius videri posset. » Idem Plinius, lib. XXXVII, cap. 19, illum paterno nomine cognominat, ex usu admodum frequenti apud Latinos: « Apion cognominatus Plistonices scriptum reliquit; » in quo Plinium secutus est Aulus Gellius, *Noctium Attic.* lib. V, cap. 14: « Apion qui Plistonices appellatus est; » lib. VI, cap. 8: « Apion Græcus homo qui Plistonices est appellatus. » Scripserat historiam Ægypti, sub nomine *Αἰγυπτιακά*, cujus infra testimonium vocatur. Ἀπίων ὁ γραμματικὸς ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν *Αἰγυπτιακῶν*. Clemens Alexandrinus, in I *Strom.*, pag. 378, citat. cap. 12 hujus libri Eusebii, Tatianum sequens, suum illi restituit cognomen: Ἀπίων τοίνυν ὁ γραμματικὸς ὁ Πλειστονίκης ἐπικληθείς, ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν *Αἰγυπτιακῶν*; Suidas *ad vitam ejus* illum nominat Ὁ Πλειστονίκου.

Quoad usum hunc Romanorum transferendi in filios nomina patrum, binaque eidem personæ dandi nomina, omisso quis esset pater, hujus rei notandum nobis probatur exemplar, tum a Plutarcho, tum a Cicerone, qui, de Apollonio Molone loquentes, nunc *Apollonium Molonem*, nunc *Molonem* simpliciter scribunt. Josephus *contra Apionem* eum citat. II, 14, et passim sub Molonis nomine; nihilominus scholiastes Homericus Venetus *Iliad.* I, v. 5, aut potius Porphyrius hunc Ἀπολλώνιος ὁ τοῦ Μόλωνος appellat. Herodes Atticus, sic ab Aulo Gellio dictus, *Noct. Atticar.*, I, 2. Attici erat filius: vide ejus vitam in Philostrati *Sophistis*, lib. II, c. 1, Olearii que nota.

Ibid. B 2. Amosis, quem Herodotus ubique sub fine secundi et initio tertii libri *Amasim* vocat, nihil habet in iis quæ de eo refert, quod ad Judæos spectet; porro cum nullibi ejus narratio interrupta videatur, existimandum est aut Africanum eum male legisse atque cum alio historico confudisse, vel existimasse se suis lectoribus fucum fecisse.

Ibid. B 8. Ὥστε οὐδ' ἐπίσημος ἐπὶ πλέον ἡ τῶν χρόνων παραλλαγή.

Ἐπὶ πλέον Latine traduci debet per *fere* (*à peu près*). Vide exempla a Leopardo allata, *Emendat.*, I. IV, c. 19.

Ibid. C 5. Οὐκοῦν τῶν χιλίων καὶ εἴκοσι ἐτῶν, τῶν μέχρι πρώτης ὀλυμπιάδος, ἀπὸ τοῦ Μωσέως τε καὶ Ἰούδου ἐκπεμφθέντων, lego ἐκχεομένων, *annis elapsis.*

Ibid. D 1. *Τριταρήχῳ.* Quid sibi vult Theopompi *Tricarenus?* Vox est sine dubio corrupta. Nullus auctor Theopompi operi hunc titulum, cujus etiam non est aperta significatio, tribuit. In primo libro *Contra Apionem*, § 24, Josephus citat ut Theopompo jure immerito scriptam sub titulo Τριπολιτικὴν historiam: Forsan legendum est ἐν τῷ Τριπολιτικῷ Θεόπομπος, vel ἐν τῇ Τρισκαιδεκάτῃ, subaudito βίβλῳ, magnæ ejus historiæ Philippicæ libros LVIII efformante. Quidquid id est, ἐν τῷ Τριταρήχῳ delendum est.

Col. 817 B 6. Theagenes Rhegiensis unus est inter primos auctores qui Homeri poemata allegorice interpretati sunt. Sic de eo loquitur scholiastes Venetus in versu 67 *Iliad.* Υ. Οὗτος ὁ τρόπος ἀπολογίας ἀρχαῖος ὢν πάνυ καὶ ἀπὸ Θεαγένους τοῦ Ῥηγινοῦ, ὃς πρῶτος ἔγραψε περὶ Ὁμήρου. « Hoc genus *explicationis* est antiquissimum, siquidem originem trahit a Theagene Rhegio, qui primus de Homero scripsit. » Vide Jonsium, *De script. hist. philosoph.*, I. I, cap. 3.

Ibid. 7. Stesimbrotes ter citatur in iisdem scholiis, nempe: *Iliad.* A 635, O 193, Φ 76; in magno *Etymologic.*, p. 277 et p. 465: Ἐν τῷ περὶ τελετῶν. Xenophonti æquævus erat, homeristarumque exercebat artem. Hæc de eo dicit Socrates, cum in convivio interlocutor esset, c. 3, § 6: Σὺ δὲ Στησιμβρότῳ τε καὶ Ἀναξιμάνδρῳ καὶ ἄλλοις πολλοῖς

Digitized by Google

πολὺ δέοντας ἀργύρου, ὥστε οὐδέν σε τῶν πολλοῦ ἀξίων λεληθέναι. « Multam pecuniam Stesimbroto dedisti, et Anaximandro atque aliis ut nihil oblivione pereat eorum quæ retineri merentur. »

Col. 817 B 7. *Antimachum* restitui pro *Callimacho*; Cyrenæus hic erat, Antimachus vero Colophonius; poeta haud ignobilis, quem Adrianus Homero prætulit. Vide quid de illo sentiant Dionysius Halicarnasseus et Quintilianus in nota Uptonis ad tractatum *De compositione verborum*, pag. 301 editionis Schæffer : cæterum in textu Tatiani impresso *Antimachus* legitur.

Ibid. 11. *Χαμαιλέων*. Clemens Alex., *Strom.* I, p. 422 : Χαμαιλέων ὁ Ἡρακλεώτης ἐν τῷ περὶ μέθης. Et pag. 351 : Χαμαιλέων ἐν τῷ περὶ θεῶν. Vide eum apud Jonsium, *De script. hist. philosoph.*, l. I, c. 17, § 2.

Col. 820 A 4. Archippus seu *Arxippus*, nam diversi sunt scribendi modi : apud Tatianum, legitur Ἄρχιππος, apud Eusebium Ἄρξιππος· hæc ultima lectio in Proclo Diadocho *in Hesiodum* : Ὁ δὲ Ἄρξιππος οὗτος υἱὸς ἦν Ἀκάστου ἄρξας Ἀθηναίων ἔτη λέ. » Tempus quo vixit archon Atheniensis ibi citatus, certum est : tertius est archon hæreditarius et perpetuus, filius ac successor Acasti. Eusebius, in *Chronico*, ubi legit Ἄρχιππος, eum reponit in anno mundi 4090, ex Philochoro, qui declarat eum vixisse 180 annis post Trojam captam.

Ibid. B 5. *Ψευδεῖς ἀποφαίνεσθαι τὰς περὶ τοὺς λόγους δόξας*. Hæc verba subobscura intelligi posse videntur ex iis quæ leguntur sub fine ejusdem fragmenti, pag. 496, in linea prima ed. Vigeri : Περὶ μὲν οὖν τῆς καθ' ἕκαστον λόγον πραγματείας χρόνων, ἀναγραφῆς αὐτῶν σφόδρα μετὰ πάσης ὑμῖν ἀκριβείας ἀνεγραψάμην. « Ac de singulorum quidem in quolibet genere studiis, deque ipsa temporum ratione, vobis, ni fallor, quam accuratissime fieri potuit, disseruimus. »

Col. 821 A 5. *Σέλευκον*. Vide Marshamum in *Canone chronico*, pag. 504 edit. Germanicæ. Notat annos vel 56 vel 61 Alexandrum inter et Antiochum esse, prout Antiochus tertius post Alexandrum, et Seleucii successor proximus, aut ejusdem Seleucii tertius successor habetur.

Ibid. 4. *Ἄσιτος*. Lætus, cujus nomen ibi deformatur in Ἄσιτος (Χαῖτος) apud Tatianum ab omnibus criticis, quibus de eo loquendi fuit locus restitutus est juxta Clementem Alexandrinum, *Strom.* primo, pag. 387. Vide Potterum, de his verbis, quosque laudat criticos.

Ibid. D 1. Equidem novemdecim tantum sunt primum Inachum ultimumque Agamemnonem numerando.

Col. 824 A 10. Hic numerus 400 annorum falsus videtur. Legendum est 700 annis ex fragmento in Syncello contento, pag. 66 edit. Lupar.

Τατιανὸς τὴν ἀπόδειξιν ἐκ παλαιᾶς ὑποσχὼν ἱστορίας Ἴναχον τῶν Ἰλιακῶν ἔστησεν ἑπτακοσίοις πρεσβεύειν.

Istud probemus :

Tatianus numerat 20 generationes 30 annorum inter Inachum et captam Trojam :	600
Dat 408 annos a Troja capta ad primam olympiadem :	408
	1,008
Ab Ogyge ad primam olympiadem numerat :	1,020
Tempus subtrahendo a Troja capta ad primam olympiadem :	408
Habemus :	612
Addamus 70 annos ab Ogyge (qui sub Phoroneo, juxta Acusilaum, vixit) ad Inachum :	70
Habes :	682

Tatianus infra dicit, olympiades Trojano bello 407 annis recentiores esse : ad attingendum 1,020 suprapositos, requiruntur 613 anni respondentes viginti generationibus ab Inacho ad Agamemnonem.

Col. 825 A 3. Ex Tatiano nomen poematis Aristæi Proconnesii emendavi, *Arimaspes* pro *Drimaspes*. Me anteivit Vigerus. Vid. *Historicos Græcos* Vossii, lib. I, cap. 2; Aristæus Homero posterior est, siquidem vixit quinquagesima olympiade.

Ibid. 4. De Euclete Cyprio, vide Pausaniam, *in Phocicis*, lib. X, cap. 12, pag. 828, et cap. 24, pag. 858; propheta habebatur, χρησμολόγος, et Homeri nativitatem sortemque prædixerat.

Ibid. 5. *Προταυρίδου*. Lego Προμανθίδου, secutus correctionem propositam a Vossio in libro *De hist. Græcis*, lib. I, cap. 2, et ab Huetio ad exemplaris sui marginem, in bibliotheca Regia asservati.

Col. 828 A 6. *Κασσιανῷ*. Hic Cassianus idem esse videtur ac Julius Cassianus, princeps hæreseos Docetarum, qui Christum sumpsisse corpus negabant. Vide Clementem, tertio *Strom.*, pag. 532.

Ibid. B 11. *Ἐν τοῖς χρόνοις*. De libro *Temporum* Dionysii Halicarnassensis, tacent omnes qui ejus opera recensuerunt : Vossius, Harlesius et Scholius. Hujus mentio alibi non exstat quam in hoc Clementis Alexandrini loco. Boivinus natu major dissertationem scripsit in *Memoriis Academiæ*, tom. II, pag. 319; primus sustulit errorem interpretum qui sic verterunt : Παλαιότερα τῶν Ἑλληνικῶν μνημονεύεσθαι τὰ Ἀργολικά· *Vetustiora Græcis res Argolicas commemorari*. Scribendum erat *Hellenicorum*; quod nempe regnum Argolicum præcesserit regnum ab Helleno fundatum; in quo omnino recte habet. In secundo commentario, ejusdem tomi pag. 373, hunc librum restituere tentat ex iis quæ cognoscuntur de Dionysii chronologia, in aliis ejus operibus diffusa : consilium quidem ambitiosum, et quantamcunque in hoc curam attulerit, fateor, non possum quin subdubitem, quamvis exsistat verisimilitudo in synchronismis ex cæteris Dionysii operibus desumptis, fundamentumque non desit suppositioni qua contendit Dyonysium *Canonem chronologicum* Eratosthenis admisisse.

Ibid. 13. *Κέκροπος*. Hic Cecrops cognomen suum διφυής debet duplici origini quam ei tribuit traditio : Ægyptus, ex qua coloniam in Atticam adduxit et Autochthonia; sive, ut ait Charax ab Eustathio citatus in *Iliad.* Σ pag. 1156 edit. Rom. quia primus unionem conjugalem inter Athenienses adhuc feros introduxit. Γάμους γὰρ καὶ ὑμεναίους ἐν Ἀθήναις πρῶτον ἀχθῆναι ὑπὸ Κέκροπος, ὅθεν καὶ διφυῆ τὸν Κέκροπα λέγεσθαι ὁ Χάραξ φησί.

Ibid. C 5. Hic numerus 400 annorum pro viginti generationibus, 20 annos tantum repræsentaret pro unaquaque generatione, cui 30 plerumque tribuuntur.

Col. 829 A 4. Citationem *Timæi* Platonis apud Clementem sequitur longum fragmentum e Tatiano depromptum, tacito ejus nomine; Clementis furtum ibi eo manifestius, quod Eusebius in capite præcedenti illud jam reproduxit, ita ut collatio sit facillima.

Ibid. Apud Clementem est gravis error, qui apud Eusebium reperitur; quod eum jam olim extitisse probat : Ἥτε ἐκ Κρήτης εἰς Φοινίκην ἀνακομιδή. Attamen Tatianus, ex quo hæc omnia desumuntur, vitaverat, Eusebiusque eum fideliter transcripsit pag. 494 : quod probat has longas citationes ab Eusebio non scriptas esse, sed a transcriptoribus ignaris, quos docebat ubi incipiendum et finiendum esset; nullam lectionum varietatem præbent manuscripti codices. Vide notam Vigeri ad locum.

Ibid. B 8. Quod non constet de rege Athenis regnante cum Troja capta est, sive Demophoon, Thesei filius, sive Menestheus, filius Petæi, nepos Erechthei fuerit, hoc fecerunt perturbationes, quæ tunc temporis Ægæi nepotibus reddiderunt coronam, quam Pan-

Digitized by Google

dionidæ usurpaverant. Sub fine igitur regni Menesthei in Demophonis initio istud evenit.

Col. 829 B 9. Ἀθήνησι. Ibi desinit Tatianus, et pergit Clemens.

Ibid. 10. Διονύσιος ὁ Ἀργεῖος. Valckenaerus proponit *Diniam* pro *Dionysium, ad Phœnissas*, p. 599.

Ibid. 11. Ἄγις καὶ Κέρκυλος. Hæc duo nomina sociata sunt cum mutatione orthographiæ in utroque, apud Athenæum, lib. III, cap. X, pag. 87 : Ἀγίας δὲ καὶ Δέρκυλλος ἐν Ἀργολικοῖς. Legitur Αἰγίας apud Clementem. An idem sit ac Agis a Quinto Curtio inter Alexandri adulatores nominatus ? l. VIII, c. 4 : « Agis quidam Argivus pessimorum carminum post Chœrilum conditor. » Pariter ab Arriano citatur, *De expeditione Alexandri*, lib. IX, cap. 9, ut vilis adulator : Καὶ δὴ καὶ τῶν σοφιστῶν τῶν ἀμφὶ αὐτὸν, Ἀνάξαρχόν τε καὶ Ἄγιν ἀργεῖον ἐποποιόν. Ex his duabus citationibus credendum esset Agim hujus poetæ verum nomen esse : quoad Dercillum, cum Δ, non K nomen ejus est scribendum. Valckenaerus, *in Phœnissis* Euripidis, pag. 396, duplicis λάμβδα necessitatem in dubium revocat

Ibid. 15. Πληθυούσης σελήνης. En contradictio : Si plena erat luna quando capta fuit Troja, non poterat esse φθίνοντος μηνὸς ὀγδόῃ, id est, per ultimam partem, sex diebus ante novam. Ratio cæterum quam affert Clemens citando versum *minoris Iliadis*, demonstrare videtur lunam non fuisse plenam cum media nocte exsurgeret. Vide Scaligerum *De emendatione temporum*, pag. 37, et Petavium in *Doctrina temporum*, lib. IX, cap. 31.

Ibid. C 4. Ἔτη χδ'. En etiam numeri qui minime veri esse possunt ; 604 anni inter Moysem et Perseum. Post Perseum, quintum decimum Argi regem, alios non habes nisi Eurystheum, Pelopem, Atreum, Thyesten et Agamemnonem, in Argi solio. Pelops regnavit 59 annis, Atreus et Thyestes 65, Agamemnon usque ad Trojam captam, 18 ; quod 142 efficit annos a Perseo ad Trojam captam ; quam 746 annis ante Moysen eversam oporteret. Africanus, Tatianus et Clemens Moysen ponunt 400 annis ante illum eventum, etiamsi eum Inacho coævum faciant. Eusebius illum in Cecropis ætate statuens, Clementem sequitur : ergo inter Moysen et Perseum 250 aut 260 anni tantum esse possunt. Non dubito quin circa numeros exstiterit error.

Col. 832 A 1. Reguum Herculis Argi falsa est expressio, cum Eurystheus, Argolidis rex, qui Herculi 12 labores imposuit, huic supervixerit posteaque perierit in bello quod Heraclidis Herculis nepotibus intulit. Hercules hic ut rex e solio suo expulsus habetur.

Ibid. B 8. Septima generatio post Moysen. Clemens semper asserit Moysen Inachi esse coævum, cujus Triopas septimus est successor, eo ipso comprehenso.

Ibid. 9. Leo, cujus auctoritas ibi a Clemente invocatur, idem est Leo quem Hyginus vocat *Astronomicon, Poeticon*, II, 20 : « De Hammonis simulacro Leo qui Ægyptias res conscripsit... »

Tertullianus, *De corona*, VII : « Leonis scripta evolvas, prima Isis repertas spicas capite circumtulit. »

Idemne est ac Leo Pellæus citatus ab Arnobio, *Adv. gentes*, l. IV, c. 2) ; idemque ac Leo Augustini, *De civitate Dei*, l. VIII, c. 5 : « Sicut Leone sacerdote prodente ad Olympiadem scribit Alexander ? » Idem, *ibid.*, l. XII, c. 10; Cyprian., *De idol. vanitate*, p. 9 ed. Oxoniensis ; Minutii Felicis *Octavius*, c. 21. De hac quæstione disserui in *Essai sur le Polythéisme*, t. I, p. 120 et seq.

Rufinus, *Hist. eccl.*, II, 23 : « Alii repertum in historiis Græcorum veteribus ferunt Apim quemdam patremfamilias seu regem in Memphi positum, cum frumenta apud Alexandriam defecissent, ex proprio affatim civibus alimenta præbuisse. Quo defuncto, in honorem ejus instituerint apud Memphim, templum in quo bos quasi indicium optimi agricolæ nutritur, habens quædam coloris insignia qui ex nomine ejus Apis appelletur. Σορόν vero; id est sepulcrum, in quo corpus ejus inerat, Alexandriam deduxerint et Soroapis primo ex compositione Soro et Apis, postea vero per corruptionem Sarapim nominaverint. »

Ibid. C 5. Ἀπὸ Ἰνάχου. Hæc fabula a Nicephoro Callixto qui eam Græce e Rufino transtulit, l. XV, c. 8, repetitur.

Ibid D 3. Eusebius commiscet Apollinis servitutem apud Admetum, ejusque mercenarium laborem, conjunctim cum Neptuno, apud Laomedonta, ad Trojam exstruendam. Scaligerus, ex Eusebii *Chronico*, hunc errorem sustulit, p. 13 suarum *Animadversionum*. Versus ab Homero citatus est *Iliad.* Φ, 443 : ad Laomedontis officium refertur.

Col. 836 A 2. Omnino amplector Lamberti Bos opinionem *Animadv.*, p. 115, qui proponit Ἀμωσις pro Θμῶσις, cui substitutum est Τέθμωσις, θ̣ρα mutato in θ. Antea vidimus, in verbis ab Africano citatis, regnante Amosi Ægyptum Judæos deseruisse.

Col. 837 B 3. Esbo Abesan vocatur in libro Judicum c. XII 8. *Post hunc (Jephte) judicavit Israel Abesan de Bethleem... qui septem annis judicavit Israel, mortuusque est et sepultus in Bethleem.* In LXX Ἀβαισάν.

Ibid. 13. Hic est error : scribendum est 29 anni, IV Regum c. XIV, v. 2. Εἴκοσι καὶ ἐννέα ἔτη ἐβασίλευσεν ἐν Ἰερουσαλήμ.

Ibid. Azarias, Amasiæ filius, fert quoque Oziæ nomen ; vide IV lib. Regum, c. XV, ubi hæc duo nomina ei dantur. Ozias apud Eusebium nominatur.

Col. 841 A 8. Duplex occurrit opinio. Prior, et ea est Clementis Alex., Africani et Tatiani, Moysen synchronum statuit cum Inacho, primo Argivorum rege ; posterior, quæ est Eusebii, Moysem coævum facit Cecropi I Ἀτφυῆς dicti, in quo incipit regum Atheniensium series. Recte hucusque ; at mox omnia permiscentur cum unusquisque agit ut locum epochæ suæ assignet. Sed videamus quomodo alii aliis in statuendis temporibus contradicant, ut, in medium posito eventu historico posteriori ; veram, si fieri potest, discernamus temporis notam.

Cum Trojæ eversio inter insigniora primitivæ historiæ Græcæ reputetur, tempusque idemin utroque systemate statuatur quo primam olympiadem præcessit, inde epocham suam auspicatus est unusquisque. Statuto utrinque ab excidio Trojæ ad primam olympiadem 407 aut 408 annorum spatio, superest ut videamus quot annis Inachus et Cecrops hanc præcesserint. Hic allatæ temporales notæ jam non concordant ; hinc suboritur confusio : hoc problema solvendum.

Nos docet Eusebius in fragmento præfationis *Canonis chronici* a Syncello conservato, p. 65 et 66 edit. Lupar., Clementem, Africanum et Tatianum, Moysem statuentes Inachi æquævum, hunc 700 annis ante Trojam captam ponere : Ἴναχον δὲ τῶν Ἰλιακῶν ἔστησαν ἑπτακοσίοις πρεσβεύειν. At contra Tatianus ab eodem Eusebio citatus, *Præp. evang.*, l. X, c. 11, p. 494, eidem periodo tantum annos 400 tribuit, textusque conservatus Tatiani illi est conformis : Διόπερ εἰ κατ' Ἴναχον πέπτηνεν Μωσῆς γεγονὼς, πρεσβύτερός ἐστι τῶν Ἰλιακῶν, ἔτεσι τετρακοσίοις. Eusebius autem idem spatium annorum inter Cecropem Trojamque captam reperit. *Præp. evang.*, l. X, c. 9. p. 484 : Ἐντεῦθεν (ἀπὸ τῆς ἁλώσεως) ἐπὶ τοὺς ἀνωτέρω χρόνους βαδίζων, ἐν ταυτῷ τε συναγαγὼν, ἀριθμὸν ἐτῶν ὑ εὑροις ἂν, κατὰ μὲν Ἑβραίους Μωσέα, κατὰ δὲ Ἕλληνας Κέκροπα τὸν γηγενῆ. Concordant igitur quoad tempus quod a capta Troja ad Moysen fluxit, quoad vero synchronismum discordant. Hoc enim tempore cyclus deerat ad quem reduci possent eventu-

Digitized by Google

Hoc autem non assequemur nisi duorum regnorum supputatione quæ duas epochas sejungunt, ex canonibus Argolicorum regum a Castore Euschioque confectis, in Eusebiano nempe *Chronico*, et ab Africano in *Præp. evang.*. l. I. Antea vero aliqua documenta in his auctoribus passim inserta videamus quorum utique ope aliquid luminis afferetur. Eusebius in *Præp.*, p. 486, quid temporis efluxerit Semiramidem inter et Inachum conscripsit : Ἴναχος Ἀργεῖος ἡγεῖται κατὰ τὸν πέμπτον μετὰ Σεμίραμιν Ἀσσυρίων βασιλέα, ν' καὶ Ῥ' ὕστερον ἔτεσιν αὐτῆς. « Argolicorum rex primus Inachus quinto Semiramidis successori, 150 annis post ipsam, respondet : » assignat quoque temporis spatium quo distent hæc regina et Cecrops primus : Εἶτ' αὖ πάλιν τῶν ἐτῶν ἄλλοις κατώτερον χρόνοις ἦρξε που πλέον ἢ υ' ἐτῶν ὅλων συμπληρουμένων ἀπὸ Σεμιράμεως πρῶτος Ἀθηναίων βασιλεὺς Κέκροψ, ὁ δοκούμενος παρ' αὐτοῖς αὐτόχθων, Ἄργους ἡγουμένου Γριόπα, ὃς ἦν ἕβδομος μετὰ τὸν πρῶτον Ἀργείων Ἴναχον.

En Cecrops integro 400 annorum curriculo post Semiramidem revoluto enascitur, cum septimus Inachi, ipso computato, successor in Argolica urbe regnaret, ex canone nomenclaturaque ab Africano in Eusebio, *Præp. evang.*, p. 494, allatis : Inachus, Phoroneus, Apis, Argeus, Criasus, Phorbas, Triopas. Si tamen ex hoc 400 annorum numero a Cecrope ad Semiramidem interposito annos 150, qui stam ab Inacho disjungebant, subtraxeris, 250 annos oro duorum istorum regum interstitio reperies. Non nic immoratur Eusebius, sed a Semiramide usque ad aptam Trojam prosecutus computum, paulo minus quam 400 annos a Cecrope usque ad hanc ætatem nnumerat, levi verodiscrimine 800 annos a Semiramide : Ἀπὸ δὲ Κέκροπος ἐπὶ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν, ιεκροῦ δέοντα ἔτη υ'. Cum juxta ipsum vero Moyes Cecropis coævus sit, Moysem concludit ab inde 00 annos habere minus quam Semiramin, 400 vero lus quam captam Trojam. Quod si hoc thema in Tatani computum contulerimus, 400 annos ab Inacho d Trojam consequemur; ab ipsomet vero ad Semiramidem annos solummodo 400 ; ista ergo mulier rinceps ante Trojam solummodo 550 annis vixisi : Διόπερ, εἰ κατ' Ἴναχον πέφηνεν ὁ Μωσῆς γενικὸς, πρεσβύτερός ἐστι τῶν Ἑλλαχῶν ἔτεσι τετρακοσίοις.

Hæc autem prima difficultas multum crescit lemente Alexandrino interveniente, cum in textu io, lib. I *Stromatum*, p. 379, tum in Eusebii citatone, *Præp. evang.* l. x, c. 12, p. 497 : Κατέσκαψε ην Ἀσσυρίαν Ἄμωσις, κατὰ τὸν Ἀργεῖον γενόμενος ναχον, ὡς ἐν τοῖς *Χρόνοις* ἀνέγραψεν ὁ Μενδήσιος τολεμαῖος.. Κατ' Ἄμωσιν, φησὶ, τὸν Αἰγύπτου ισιλέα, Μωσέως ἡγουμένου, γεγονέναι Ἰουδαίοις ην ἐξ Αἰγύπτου πορείαν, ἐξ ὧν. συνῶπται κατὰ ναχον ἠχμακέναι τὸν Μωσέα. Παλαίτερα δὲ τῶν Ἑλληνικῶν τὰ Ἀργολικὰ (τὰ ἀπὸ Ἰνάχου λέγω) ; Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἐν τοῖς χρόνοις διδάσκει. Τούτων δὲ τεσσαράκοντα μὲν γενεαῖς νεώτερα : Ἀττικὰ, τὰ ἀπὸ Κέκροπος τοῦ διφυοῦς· δὴ καὶ ιτόχθονος, ὥς φησι κατὰ λέξιν ὁ Τατιανός.

« Amosis mœnia Abaridis diruit. Coœvus fuit æ Amosis Inacho, si Ptolemæo Mendesino crediris in lib. *De temporibus*. . . . Regnante Amole, inquit, Ægyptiaco rege, exierunt ab Ægypto, oyse duce, Judæi : unde concludere licet sub achi ævo claruisse Moysem. Antiquius est Arvorum quam Hellenum regnum (regnum dico Inacho conditum), quod testatur Dionyus Halicarnasseus in lib. *De temporibus*. Ab ellenum regno ad Athenarum regnum quadraginta nerationes effluxere : quippe quod conditum est Cecrope Διφυεῖ et Autochthone secundum Tatiani ta verba. »

Multa reperiuntur in hac supposita Tatiani citanne quæ minime illius sunt. Apud nos est ejus *contra Græcos* sermo, et quod ab ipso sit in aperto est ; illud nempe inprimis legitur : Κατέσκαψε τὴν Ἀβαριν Ἄμωσις κατὰ τὸν Ἴναχον γενόμενος, ὡς ἐν τοῖς *Χρόνοις* ἀνέγραψεν ὁ Μενδήσιος Πτολεμαῖος. « Amosis, teste Ptolemæo Mendesio, coævus Inacho habendus est. » Pariter antea dixerat quod subsequitur : Κατ' Ἄμωσιν Αἰγύπτου βασιλέα γεγονέναι Ἰουδαίοις φησὶ (Ptolemæus) τὴν ἐξ Αἰγύπτου πορείαν εἰς ἅπερ ἤθελον χωρίς, Μωσέως ἡγουμένου. « Testatur Ptolemæus Amoside regnante, Moysis ducatu Judæos Ægypto excessisse. » Reliqua autem citatio e Dionysio Halicarnasseo extracta prorsus Tatiano aliena est. Gaudet Clemens istis discursibus quos eruditis exprobramus, de proximo aberrantibus in proximum et de longinquo in longinquum, quasi navis de via deflectens ; consueverunt enim res inter se quamdam similitudinem habentes connectere. Attamen credas hæc a Clemente non addita fuisse, qui nequibat Tatiano ascribere quod Tatianus non dixerat. Cæterum, sive Clemens sive pseudonymus fuerit, a proposito non discedit ; et contra omnem veritatis speciem origines regnorum prosequitur, Ἐννέα δὲ τὰ Ἀρκαδικὰ (subaudiens γενεαῖς, quod quidem multo superius referendum est) τὰ ἀπὸ Πελασγοῦ· λέγεται δὲ καὶ οὗτος αὐτόχθων. « Arcadiæ regnum novem generationibus Inacho posterius est (de hoc a Pelasgo constituto loquturus sum), qui et ipse pro Autochthone habebatur. » Τούτων δὲ ἄλλα πεντήκοντα δυοῖν νεώτερα τὰ Φθιωτικὰ, τὰ ἀπὸ Δευκαλίωνος. Nec sic absurde loqui potuit Clemens : igitur hic est error transcribentis. Eusebius in loco citato non amplius vocem πεντήκοντα littera ν repræsentat; sic enim habet : Τούτων δ' ἄλλων δυοῖν νεώτερα. » Hæc versio est et ipsa vitiosa ; legendum est cum manuscriptis codicibus 407 et 408 : « Τούτων (Ἀρκαδικῶν) δὲ ἄλλοιν δυοῖν νεώτερα τὰ Φθιωτικά. « Phthiotidis a Deucalione institutum recentius est duabus generationibus quam Arcadiæ regnum. » Infaustus iterum numerus est appositus pro ἑπτά, p. 401, ubi Clemens intervallum assignat Inachum inter et Deucalionem : Ἀπὸ δὲ Μωσέως στρατηγίας καὶ Ἰνάχου ἐπὶ τὸν Δευκαλίωνος κατακλυσμὸν (τὴν δευτέραν λέγω ἐπομβρίαν) καὶ ἐπὶ τὸν Φαέθοντος ἐμπρησμὸν, ἃ δὴ συμβαίνει κατὰ Κρότωπον, γενεαὶ τεσσαράκοντα ἀριθμοῦνται. Pro certo nempe habendum est non plus quam septem generationes regum esse inter eos : cum Crotopus Triopæ successerit, aut ad summum ὀκτώ. Patet item vocem τεσσαράκοντα, de Attica dictam simili indigere correctione. Gentianus Hervetus huic numero substituere voluit numerum τέσσαρα, Inachum quarto ordine Triopæ successisse conjiciens ; errans erratum correxit : legendum ἑπτά. Constat autem Clementem non scripsisse quod legimus : πεντήκοντα, ex eo quod, Tatianum usque referens, inferius citet hujus auctoris verba quæ præcedentia refellunt : Εἰς δὲ τὸν χρόνον τῶν Τρωϊκῶν ἀπὸ Ἰνάχου γενεαὶ μὲν εἴκοσι ἢ μία πλείους διαριθμοῦνται. Quod si viginti generationes, aut una et viginti computentur ab Inacho usque ad captam Trojam, nullo modo admittendæ quadraginta ab eodem Inacho ad Cecropem, qui Troja undecim generationibus antiquior exstitit. Clementis ergo additamentum seponemus ; quippe quod ex errore natum nihil ad litem solvendam valeat. Certitudinis ergo punctum quæramus, non quoad 400 annos qui a Moyse ad captam Trojam effluxere, siquidem in hoc omnes consentiunt ; sed 1°, quoad tempus a Semiramide ad Moysem elapsum ; 2°, quoad regem Argis tunc temporis regnantem.

Cæterum non unius tantum auctoris testimonio probatur Semiramidem inter et Moysem non minus quam quadringentos effluxisse annos. Accurate tamen est notandum hic agi de Semiramide illa de qua Ctesias tractavit, quam inter omnes consentit Abrahami temporibus regnavisse. De alia

Digitized by Google

autem Semiramide loquentes nec Herodotum sequar, lib. I, 184; nec Philonem Herennium (vid. Stephanum Byzantinum in voce *Βαβυλών*); nec Porphyrium, in *Συσκευῇ τῶν Χριστιανῶν* bis ab Eusebio citatum in *Præpar. evang.*, pag. 32 et 483: hic agitur, inquam, de illa illustri Semiramide, Nini uxore, licet parum curem utrum exstiterit necne. Contestor autem hanc Semiramidem ad minimum 400 annis Moysem præcessisse. Primam in hoc mihi sancta Scriptura auctoritatem suppeditat: legere siquidem est in Exod. XII, 40, Hebræos in Ægypto cum patribus suis permansisse annos 430: Ἡ κατοίκησις τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, ἣν κατῴκησαν ἐν Αἰγύπτῳ καὶ ἐν γῇ Χαναὰν, αὐτοί τε καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν, ἔτη τετρακόσια τριάκοντα. Quod denegare videtur S. Paulus in *Epist. ad Gal.* III, 16, 17: Διαθήκην προκεκυρωμένην (προκεκηρυγμένην) ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ὁ μετὰ ἔτη τετρακόσια καὶ τριάκοντα γεγονὼς; νόμος οὐκ ἀκυροῖ. « Promulgata nempe lex in monte Sinai pactum a Deo fœdus 430 annis ante non irritum fecit. » Exinde patet Apostolum 430 annos numerare a vocato Abrahamo usque ad legis promulgationem. Nullo alio modo consentire posset Apostolus cum Exodo, nisi hæc verba, ἐν Αἰγύπτῳ καὶ ἐν γῇ Χαναὰν, αὐτοί τε καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν, Abrahamum amplecterentur a tempore illius vocationis. Sic rem intellexit Eusebius p. 484: « A Moyse ad primum Abrahami vitæ annum si ascenderis, 505 annos invenies, scilicet 75 ante et 430 post ejus vocationem. »

Hæc aliunde fulciri potest sententia. Etenim Africanus, in fragmento quod excerpsit Eusebius pag. 487, in *Præp. ev.*, suæ chronologiæ bases statuit semi-Græcæ et semi-Hebraicæ; comprobatam communemque duobus populis epocham quærit, hancque se invenisse credit in anno primo regni Cyri, cum iste ultimus annus sit annorum septuaginta captivitatis, et primus olympiadis 55. « Hanc ait, viam si sequamur, aliæ concordes erunt historiæ. Τούτοις ἑπόμενοι, καὶ τὰς λοιπὰς ἱστορίας κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἀλλήλαις ἐφαρμόσομεν. Quoad historias quæ præcesserunt, admittemus chronologiam Atticam quæ incipit ab Ogyge, quo regnante evenit primum diluvium in Attica, et qui Phoronæo coævus erat, ut narrat Acusilaus, qui computat ad primam usque olympiadem, quo tempore Græci tum primum modo certo annos recensuerunt, 1020 annos; ostendemusque computationem hanc optime concordare tum cum iis quæ jam dicta sunt, tum cum iis quæ sequuntur. » Hoc manifeste contradicit Varroni, quem citat Censorinus *De die natali*: « A priore cataclysmo quem Ogygium dicunt ad Inachi regnum anni circiter quadringenti. » De hoc infra agetur. Porro, si admitti potest hæc computatio, nempe Ogygem sub Phoronæo vixisse, ab Ogyge ad primam usque olympiadem 1020 annos effluxisse, Trojæ eversionem hanc ultimam epocham 408 annis præcessisse, nobis supererunt 612 anni, quibus addendo integrum regnum Inachi, id est 56 annos, et partem regni Phoronæi, id est decem circiter annos, 678 habebimus; eumdem fere numerum annorum reperiemus, si singula Argolica regna recenseamus, qualia traduntur in canonibus Castoris et Eusebii in *Chronico*. Castor scribit annos 674, Eusebius, 671. Syncellus, quem modo refutabimus, p. 124; compendium regum Argolicorum, nec non temporis quo duravit uniuscujusque regnum, tradit; sæpiusque recurrit ad quasdam hujus compendii partes, in *Chronographia*, juxta quam horum regnorum summa multo major est. « Ab Inacho, inquit, *l. l.*, ad nonum usque regem ejusdem gentis, Sthenelum, 413 numerantur anni. » Ἀπὸ τοῦ πρώτου Ἰνάχου ἕως τοῦ θ', Σθενέλου ἐτῶν υιγ'. Quinque sequentes Danaidæ, e quibus Danaus est, illi præbent annos 162; in summa, inquit, ab Inacho ad Acrisium usque, qui quintus fuit Danaidarum, anni numerantur 575. Ὁμοῦ ἔτη φοε' ἀπὸ Ἰνάχου ἐπὶ Ἀκρίσιον πέμπτον ἀπὸ Δαναοῦ. Tandem ad Pelopidas devenitur. Pelops, ex quo Peloponnesus nomen duxit, annos regnavit 56: Πέλοψ ἀφ' οὗ καὶ ἡ χώρα Πελοπόννησος...., βασιλεύει δὲ ἔτη νς'. Post Pelopem, Atreus et Thyestes, annos regnaverunt 65: Μετὰ Πέλοπα, Ἀτρεὺς καὶ Θυέστης ἔτη ξε'. Post hos, Agamemnon, ad captam usque Trojam, annos 18. Addamus nunc numeros: 575 + 56 + 65 + 18 = 714. Inferius hac computatione utemur ut Syncellum Syncello opponamus.

Cum omnes illæ computationes ad summam fere æqualem vergant, affirmare possumus Moysen Inacho minime coætaneum fuisse, si 400 annis solummodo ante captam Trojam vixerit, et Ptolemæum Mendesium, licet chronologiæ Ægyptiacæ peritissimum, si volueris, nihilominus Græcorum chronologiam ignorasse: hunc Ptolemæum solum testem habent, qui Amosim et Inachum eodem vixisse sæculo contendunt.

Perpendamus nunc utrum ætas Cecropis melius concordet cum quæsita epocha 400 annorum ante bellum Trojæ.

« Ab Ogyge ad Cecropem usque, ait Africanus, apud Eusebium, *Præp. ev.*, l. x, c. 20, p. 490, Attica sine rege fuit per annos 189, ob clades quas attulerat diluvium. » Μετὰ Ὠγυγον, διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ πολλὴν φθορὰν, ἀβασίλευτος ἔμεινεν ἡ νῦν Ἀττικὴ μέχρι Κέκροπος ἔτη ρπθ'. Summamus iterum computationem ejusdem Africani, qui 1,020 annos numerat ab Ogyge ad primam usque olympiadem; de quibus abstrahamus annos 408 qui interjecti sunt inter tempora captæ Trojæ et supradictam olympiadem; abstrahamus item annos 189 per quos duravit anarchia Atticæ: supersunt anni 597, qui a dicta summa 1,020 sunt subtrahendi = 423 Hanc Africani computationem esse asserit pariter Syncellus, p. 148. In canone regum Athenarum undecim, a Cecrope ad Menestheum usque, invenimus numerum, in quo concordant Eusebii et Syncelli computationes, paulo minorem annis 400; unde hic numerus imminuitur tot p...bus quot creverat alter:

Cecrops	50	anni
Cranaus	9	
Amphictyon	10	
Erichthonius	50	
Pandion	40	
Erechtheus	50	
Cecrops II	40	
Pandion II	25	
Ægeus	48	
Theseus	30	
Menestheus	33	
	385	

Jam nobis superest ut eorum qui Moysem inter et captam Trojam plus quam 400 annos exstitisse scripserunt, sententias perpendamus.

Syncellus, pag. 148, in dubium revocare videtur Inachi epocham, qualem fuisse opinati sunt Clemens, Tatianus, Africanus et Græci historici, temporibus diluvii Ogygis Judæorum secessum in Ægyptum ascribendo. Διαφέρω; ἱστορεῖται, τῶν μὲν ἐπὶ Φορωνέως, τῶν δὲ ἐπὶ Ἄπιδος, λεγόντων. Ὁμοίως καὶ ἡ ἀπ' Αἰγύπτου πορεία τοῖς Ἑλλήνων ἱστορικοῖς διαφόρως οὕτω φέρεται κατὰ τοὺς αὐτοῦ (Ὠγύγου) χρόνους; τῷ ἐπὶ Ὠγύγου κατακλυσμῷ. Συμφωνοῦσι δὲ τούτοις ἐν τούτῳ καὶ Ἰώσηπος καὶ Ἰοῦστος, Ἰουδαῖοι ἱστορικοί, καὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου Κλήμης; ὁ Στρωματεὺς καὶ Τατιανὸς καὶ Ἀφρικανός. Concordantne in synchronismo Inachi an in 400 annorum intervallo? Quid hoc significet mihi parum constat. Qui tuentur synchronismum Inachi, quos eosdem esse tradidit ac eos quos hic nominat, duplicemne et dubiam sententiam simul amplexi sunt? Hoc minime credo, et illud mihi parum verisimile videtur. Liquide affirmat Tatianus Moysen 400 annis exstitisse ante captam Trojam. Apud Euseb., *Præp.*

Digitized by Google

erang., l. x. c. 11. p. 494 : Ὁ Μωσῆς πρεσβύτερός ἐστι τῶν Ἰλιακῶν ἔτεσι τετραχοσίοις. Hoc iterum dicit **Clemens.** *Stromat.* l. i, p. 579 : Ἔτη, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τετρακόσια καὶ πρόσω. Etsi in Inacho annorum numerum majorem inveniamus, nihilominus Ogyges qui sub ejus successore Phoroneo vixit, adhuc remotissimo intervallo a priore distabit : unde annorum solummodo 56 discrepantia inveniretur. Solus ipse Syncellus est qui, se judicante, affirmat, Moysen annis 592 ante excidium Trojæ venisse in mundum. Vide illius locum, p. 170, D : Ἀπὸ Μωσέως γενέσεως ἥτις ἦν κατὰ τὸ μς' ἔτος Ἰνάχου, τοῦ πρώτου βασιλέως Ἀργείων, κόσμου τε κατὰ τὸ ,ϛφλτ' ἔτη συνάγεται ϕιϐ' ἐπὶ τὴν τῆς Τροίας ἅλωσιν, εἰ καὶ Εὐσεβίῳ οὐ δοκεῖ διαμαρτάνοντι σις' ἔτη καταλείψει. « A nativitate Moysis, quæ evenit anno 46 Inachi, primi regis Argolicorum, mundi autem anno 3,738, ad Trojæ eversionem, numerantur anni 592 : etsi hanc computationem non admittat Eusebius, qui, ex omissione, in 216 annorum errorem incidit. »

Nobis autem non incipit Moysis epocha a nativitate ejus, sed ab exitu Hebræorum e terra Ægypti, quam 430 annis recentiorem esse comprobavimus vocatione Abrahami. (Exodus 12-40 ; Paulus *ad Galat.* III, 17.) Tunc natus erat Moyses 80 annis qui abstrahendi sunt a numero 592 : abstrahamus pariter jam elapsos regni Inachi annos 46 ; tunc videbitur, juxta Syncellum, Moysen 476 annis ante Trojam captam exstitisse. Si nunc addantur huic numero anni 216 de quibus Eusebium errasse contendit Syncellus, equidem constabit Inachum annos 692 ante Trojæ ruinam vixisse ; hocque parum a vero distat. Fatendum hic non ex Eusebio errorem venire, sed tribuenda est soli Syncello. Aliunde, si posteriorem refellere voluerimus, illi opponere sufficiet quam ipse tradidit computationem de temporum curriculo quibus regnarunt Argolici reges ab Inacho ad Agamemnonem usque, unde evalescit summa annorum 714, ut diximus. Quomodo ergo inter se concordare queunt numeri 476 et 714, si ad unum idemque tempus designandum adhibeantur ? Non immerito ergo Syncello reicerentur injuriæ quibus Eusebium impetit de tempore quo vixit Moyses, pag. 153 : Τῷ ΜΕ' ἔτει Κέκροπος τοῦ Διφυοῦς πρώτου βασιλέως Ἀθηνῶν τὴν ἐξ Αἰγύπτου πορείαν τοῦ Ἰσραὴλ διὰ Μωσέως φησὶν ὁ Παμφίλου ἐμβρόντητος Εὐσέβιος γενέσθαι, ὅπερ κατὰ μὲν τὸν ἐκείνου παραλογισμὸν, τῶν ἐξ Ἀδὰμ ἐτῶν ἦν γϡπϐ' · κϐ' δὲ τοῦ Ἀϖδ. « Annus est quadragesimus quintus regni Cecropis Διφυής, primi regis Athenarum, quo ille idiota Eusebius Pamphylus Hebræos ex Ægypto exiisse contendit, a Moyse ductos : quod ex hoc illius anachronismo, anno Adami respondet 3,989, Aod. 22. »

Nihil tam nobis potest ostendere Syncelli stolidiatem quam quod notavit, p. 125, de origine regni Argolicorum cum regno Assyriæ collato : « Errasse mihi videtur Africanus, cum scripsit, in tertio libro *Historic.*, constitutum fuisse regnum Argolicorum anno 20J regni Assyriæ sub Ario, quinto rege Assyriorum : etenim si talis admitteretur computatio, Moysen sequeretur natum fuisse anequam Abraham moreretur, cum in hoc omnes concordent auctores annum primum Abrahami respondere anno 44 Nini regis secundi Ninivitarum post Belum ; porro, Belus annis 55 regnavit ; post nunc, Ninus 44 = 99 : natus ergo erat Abraham annis 101 tempore quo natus est Inachus, unde concludendum esset Moysem in lucem venisse cum jam annis 101 Abrahamus natus esset, si Moyses noster, ut dicunt, coætaneus Inacho fuerit : quod repugnat.

Hoc satis fuisset animadvertere, ad eos refellendos qui Moysen temporibus Inachi vixisse contendunt. Scriptura sacra nos docet ex Ægypto exitum (ἔξοδος) evenisse anno 505 post Abrahami nativitatem, quo tempore jam 80 annis natus esset Moyses. Exitus ex Ægypto fieri nequivit Inacho regnante, nisi ille princeps regnum inierit anno 505 post nativitatem Abrahami, unde (addendo 505 + 44 Nini, + 65 Beli), ad annum 614 post conditum regnum Assyriorum reduceretur. Ex illa computatione decimo septimo Assyriorum regi coætaneus fuisset. Porro quomodo inveniri posset locus ante Trojæ eversionem quæ immobilis epocha est, viginti Argolicis nec non undecim Athenarum regibus, incipiendo a septimo Argolico, Triopa ? Nisi Africanus Inachum, ita ut fecit, collocavisset, sibimetipsi contradixisset manifeste Moysem coætaneum Inacho ; asserens proinde ac Syncellus annos 714 numeravit ab Inacho ad excidium usque Trojæ, hunc contendens principem æquævum fuisse Moysi, necnon tempori exitus ex Ægypto, qui, inquit, solummodo annis 400 ante Trojam evenit. Cæterum, ut litem finiamus, ad temporum computationem recurram, quam, ab Eratosthene datam, sequitur Varro. Multum distat Eratosthenes ab iis quos jam citavimus ; multo minus in præsenti quæstione ; hanc Censorinus *De Die natali*, c. 21, nobis tradidit computationem ; illius adulteratus textus magna denudatur lacuna de qua judicio nostro optime disseruit Boivinus natu major, t. II, *Mem. Acad.*, p. 585 ; quam lacunam feliciter supplevit : « Varro tria discrimina temporum esse tradit, primum ab hominum principio ad cataclysmum priorem, quod propter ignorantiam vocatur ἄδηλον · secundum a cataclysmo ad olympiadem primam, quod quia in eo multa fabulosa referuntur, μυθικὸν nominatur ; tertium a prima olympiade ad nos, quod dicitur ἱστορικόν. Primum tempus, sive habuit initium, sive semper fuit, certe quot annorum sit, non potest comprehendi ; secundum non plane quidem patet, sed tamen ad mille circiter annos et sexcentos esse extentum creditur. »

Igitur ex Eratosthene vel ex Varrone anni 1600 efflu-xere a diluvio Ogygis ad primam usque olympiadem : quo Africani computatio annis 580 superatur ; sed hæc pene immensa discrepantia oritur ex eo quod Eratosthenes affirmet diluvium Ogygis 400 annis exstitisse ante Inachum : « A priore scilicet cataclysmo quem Ogygium dicunt ad Inachi regnum anni circiter quadringenti. » En ergo Inachus annis 1200 ante olympiadem primam vivebat ; unde annis 100 superatur Eusebii computatio, annos 700 numerantis ab Inacho ad Trojam, annos autem 408 a Troja ad primam olympiadem ; etenim de Troja, non autem de Inacho ii anni 408 intelligendi sunt, ut perlucide probavit Boivinus : « Hinc ad olympiadem primam plus quadringenti. » Computatio hæc, e qua inferendum est annos 408 a capta Troja ad primam usque olympiadem exstitisse, ubique invenitur : Ὡς αἱ παρ' Ἕλλησι τῶν χρόνων ἀναγραφαὶ παρέχουσι. Idem Eratosthenes, a Clemente Alexandrino citatus, *Stromat.* I, p. 402, computationem istam sic in partes divisam tradit. A Troja usque ad reditum Heraclidarum in Peloponnesum 80 anni effluxere ; ad inde Ionicas colonias usque, 60 anni ; ab his ad Lycurgum tutorem adolescentis Spartæ regis anni 159 ; ab eo tempore ad primam usque olympiadem anni 108 : 80 + 60 + 159 + 108 = 407. Quod si annos abstrahamus 407 a 1280, nobis anni 793 supererunt Inachum inter et Trojam captam. In eo potissimum consistit discrepantia Eratosthenem inter et alios quod ille diluvium Ogygis ante Inachum exstitisse asserat ; alii vero, in hoc penitus afferant oppositam computationem licet concordent cum Eratosthene quoad cætera tempora. Eratosthenes autem, 100 annis Inachum augendo ideo magis ac magis separatur a Moyse cujus epocha sacris codicibus innixa inconcussa manet. Vide August., *De civit. Dei*, l. XVIII, c. 8.

Col. 845 A 2. Diogenes Laertius, l. III, seg. 56 : Φιλοσοφίας ὁ λόγος πρότερον ἦν μονοειδής, ὁ φυσικός · δεύτερον δὲ Σωκράτης προσέθηκε τὸν ἠθικόν · τρίτον δὲ Πλάτων τὸν διαλεκτικὸν καὶ ἐτελεσιούργησε

Digitized by Google

τὴν φιλοσοφίαν. « Unicum genus amplectebatur antiqua philosophia, scilicet physicam; cui novum addidit genus Socrates, ethicam nempe; quamque complevit Plato, tertium genus addendo, scilicet, dialecticam. » Vide Aug. *De civit. Dei*, l. VIII, c. 4.

« Socrates in activa (philosophia) excelluisse memoratur; Pythagoras vero magis contemplativæ, quibus potuit intelligentiæ viribus, institisse. Proinde Plato, utrumque jungendo, philosophiam perfecisse laudatur, quam in tres partes distribuit: unam moralem, quæ maxime in actione versatur; alteram naturalem, quæ contemplationi deputata est; tertiam rationalem, qua verum disterminatur a falso. » Plutarchus, *De contradict. stoic.*, t. XII, p. 342, Huttenii: « Chrysippus censet, adolescentibus studendum esse primo logicæ, secundo ethicæ, tertio physicæ, et tandem eos studiis imponere finem debere, de diis immortalibus quæstionem inducendo. » Cum eadem multoties scripserit, satis erit ut illius verba referam, qualiter in libro IV *Vitarum* (Περὶ βίων) leguntur: « Πρῶτον μὲν οὖν δοκεῖ μοι κατὰ τὰ ὁρθῶς ὑπὸ τῶν ἀρχαίων εἰρημένα τρία γένη τῶν τοῦ φιλοσόφου θεωρημάτων εἶναι· τὰ μὲν λογικά, τὰ δὲ ἠθικά, τὰ δὲ φυσικά· εἶτα τούτων δεῖν τάττεσθαι πρῶτα μὲν τὰ λογικά, δεύτερα δὲ τὰ ἠθικά, τρίτα δὲ τὰ φυσικά· τῶν δὲ φυσικῶν ἔσχατος εἶναι ὁ περὶ θεῶν λόγος. »

Col. 845 14. Atticus ille pater esse videtur Herodis Attici, de quo Suidas, in *Vita* hujus posterioris, dicit: Ἤρξε τῆς Ἀσίας ὁ πατὴρ αὐτοῦ Ἀττικος, καὶ τοῖς δισυπάτοις ἐσυγκατελέχθη. Illius pater fuit prætor in Asia scriptusque inter bis consules designatos Videtur Attici nomen a patre ad filium transiisse, ex usu apud Romanos satis communiter recepto; in quo a Romanis discrepabant Græci qui ne confunderentur homonymi, filiorum nomina cum patrum nominibus conjungebant: etenim apud priores gentilia nomina ad nepotes transmittebantur uti apud nos, non item apud Græcos: verbi gratia, Romani scribunt Apollonium Molonem, ut Molonis filium designent. (V. l. IX, c. 19), Plistonicem (A. Gellius, *Noct. attic.*, VI, 8) ut designent filium Plistonicis; Herodem Atticum (ibid., I, 2).

Hic Atticus ditissimus insperato factus fuerat, quia thesauro invento, imperator Nerva, ipse ditissimus, privatæque utilitatis immemor, rei repertæ partem sumere noluit. Vix enim princeps rem cognovit, cum Attico rescripsit ut thesauro invento ad libitum uteretur. Cum autem instaret Atticus, objiciendo se tanto ob suum vivendi modum thesauro non indigere, respondit imperator: Hac ergo abutere pecunia, cum ea uti non velis. Peroptime tamen Atticus ejusque filius his usi sunt divitiis, et uterque inter eximios scriptores numerati sunt.

Vide Philostratum *De Vitis sophistarum, in Herode;* Aulum Gellum, *loco laudato.*

Chronologice disceptatum est, ut dignosceretur utrum Atticus Platonicus de quo hic, nec non apud Theodoretum agitur (*Therapeut.* l. VI et XII), idem fuerit ac pater Herodis: rem negantes non secutus sum, nimirum propter parum præpollentes quas afferunt rationes. Cæterum, mihi quæstio hæc minoris ponderis æstimata est quam ut in illa perpendenda longius tererem tempus.

Col. 848 A 2. Jonsius, in libro *Scriptorum historiæ philosophiæ* IV, 8, p. 250, legendum proponit περὶ φυσιολογίας pro περὶ φιλοσοφίας. Hicque Suidæ sententiam sequitur: Ἀριστοκλῆς Μεσσήνιος τῆς Ἰταλίας, φιλόσοφος, περιπατητικός, συνέταξε δὲ περὶ φιλοσοφίας βιβλία δέκα· καταλέγει δὲ ἐν τούτοις πάντας φιλοσόφους καὶ δόξας αὐτῶν. « Aristocles Messanensis (Messana urbs Italiæ est in Sicilia) philosophus peripateticus, de philosophia scripsit libros, in quibus omnes philosophos eorumque doctrinam recensuit. » Πότερον σπουδαιότερος Ὁμήρος ἢ Πλάτων; « Uter est majori virtute præditus, Homerus an Plato? » Ἔγραψε δὲ τέχνας ῥητορικάς· « Scripsit idem de rhetorica; » Περὶ Σαραπιδος· « In Sarapidem; » Ἠθικὰ βιβλία ἐννέα· « Novem libros ethicæ. » Ulterius legere erit magna fragmenta libri quem de philosophia scripsit, et quem citat Theodoretus, in *Therapeutica*: sermone VIII, p. 116, editionis Sylburgii, et sermone XII, p. 173.

Ibid. 15. Ἐπεκρύψαντο 465, 466.

Ibid. B 3. *Σωκράτης, αὐτὸ δὴ τὸ λεγόμενον, ἐγένετο πῦρ ἐπὶ πυρί. καθάπερ αὐτὸς ἔφη Πλάτων.* Proverbium de quo hic agitur exstat apud quidem Platonem l. II *De legibus*, p. 581 B. Læmarii, sed non hoc utitur ut suum damnet præceptorem, ut vero adolescentibus vino interdicat. Διδάσκοντες ὡς οὐ χρὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ ὀχετεύειν εἴς τε τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχήν; hoc usus Plutarchus, *in præceptis conjugalibus*, t. VII edit. Huttenii, p. 424: Ἵνα μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ γένηται; *in præceptis hygienes, ibidem*, p. 375: Ἵνα οὖν μὴ πῦρ ἐπὶ πυρὶ (ὡς φασι), πλησμονὴ ἐπὶ πλησμονῇ καὶ ἄκρατος ἐπ' ἀκράτῳ γένηται.

Hoc ultimum exemplum probat Aristoclis lectionem ab Eusebio citatam anteponendam esse lectioni Platonis et primæ Plutarchi. Non dubito quin in hac syntaxi casus dativus melius adhibeatur.

Et cum hoc utens proverbio Aristocles ad Socratem alludit, res sane intelligi debet de Socrate Platonis, non autem de Socrate Xenophontis. Prior enim in eo totus inest ut irretiat contradicentes implicatis molestisque ratiociniis, et nisi attentio styli leporibus acueretur, profecto lector abjiceret librum cujus omnis scopus est evellendi opinionem, minime de avulsa opinione supplenda curans. Inde sequitur me nullatenus intelligere qua ratione Plato, si tamen hoc fecit, Socrati tribuere potuerit culpam quæ verisimiliter in ipsum Platonem recidit; etenim locus secundi libri *De legibus* nullo modo ad Socratem spectat.

Col. 848 C 1. Vide Diogenem Laertium, l. III, seg. 117, ubi definit doctrinas Stoicas quæ e cynismo defluunt « Φασὶ καὶ ἀπαθῆ εἶναι τὸν σοφὸν διὰ τὸ ἀνέμπτωτον εἶναι. . . . . , ἄτυφον εἶναι τὸν σοφὸν, ἴσως γὰρ ἔχειν πρός τε τὸ ἔνδοξον καὶ τὸ ἄδοξον.

« Dicunt sapientem, quemadmodum nulli peccato obnoxius est, ita nullo sensu movendum; et iterum, famam a sapiente nullo modo quærendam, cum ex ejus æstimatione idem valeant ea quæ laudant seu contemnunt homines. »

Ibid. D 5. Luzacus, de *Digamia Socratis*, p. 244, scribit de Zopyro agi in capite 9 l. VI, *Fragm. Alexandri Aphrodisii*. Vide Ciceronem, *De fato*, c. 5; *Tusculan. quæst.*, l. IV, c. 37.

Col. 853 C 14. *Onomatotheta*. Apud Platonem legitur, juxta priscas editiones, νομοθέτης, « legislator; » et Vigerus hanc admittit lectionem, suamque tutatur sententiam loco sequenti ejusdem *Cratyli*, p. 259: Ἆρ' οὐχὶ ὁ νόμος δοκεῖ σοι εἶναι ὁ παραδοὺς αὐτὰ (ὀνόματα); « Nonne legem nominas illud quod tibi nomina dedit? » Ἔοικε « Res ita videtur. » Νομοθέτου ἄρα ἔργῳ χρήσεται ὁ διδασκαλικὸς, ὅταν ὀνόματι χρῆται. « Igitur ludimagister utetur opere legislatoris, cum adhibebit nomen. » Δοκεῖ μοι. « Hoc ita mihi videtur. » Νομοθέτης δέ σοι δοκεῖ πᾶς ἂν εἶναι ἀνὴρ, ἢ ὁ τὴν τέχνην ἔχων. « Putasne ergo omnem hominem legislatorem esse posse, aut solummodo hominem doctum? » Patet hic scribendum esse νομοθέτης; sic opinatur ipse Heindorf in suis notis in *Cratylum* p. 20, t. III, editionis ab ipso adornatæ. Attamen huic lectioni contradicit codex mss. Gudii, ut nos docet Heindorf, qui scribit ὀνοματοθέτης· mss. 466, 467 et 468 hic pariter ferunt νομοθέτης.

In loco citato legitur *nominis auctor*, quas voces alii vertunt in vocem *legislator*. Cum hic modus ad

Digitized by Google

Platonem potius quam ad Eusebium spectet, illum Platonis editori solvendum relinquo.

Col. 856 B 6. Vox διαλεκτικός, tum in hoc loco, tum apud Platonem non mihi bene reddi videtur per vocem *dialecticus*; hic enim potius agitur de homine varia idiomata edocto.

Col. 860 A 3. Τανταλώτατον 465; ταλαντώτατον 467.

Ibid. B 3. Leo Allatius, pag. 209 *Comment. in Hexaemeron* Eustathii, Eusebium accusat falsam dedisse nomini Cain significationem. Etenim legimus in sacris codicibus Evam peperisse filium dicendo (*Gen.* IV, 1) : *Possedi hominem per Deum*. Unde derivatur hoc nomen a voce possessionem significante. Vide interpretes.

Ibid. 11. Πεποίηται 467.

Ibid. 13. Ἀφανῆ 466, 467.

Ibid. Philo, *De gigantibus*, pag. 292 editionis Morelli : Ἀβρὰμ γὰρ ἑρμηνευθεὶς πατὴρ ἐστι μετέωρος · ὄνομα τοῦ τὰ μετέωρα καὶ ἐπουράνια περισκοπουμένου πάντα Νοῦ. . . . . Ὅταν δὲ βελτιωθεὶς μέλλῃ μετονομάζεσθαι γίνεται ἄνθρωπος Θεοῦ, κατὰ τὸ χρησθὲν αὐτῷ λόγιον · Ἐγώ εἰμι ὁ Θεός σου κ. τ. λ, ... Καλεῖται γὰρ πατὴρ ἐκλεκτὸς ἰχοῦς ἑρμηνευθεὶς Ἀβραάμ · ὁ τοῦ σπουδαίου λογισμός · ἐξελεγμένος τε καὶ κεκαθαρμένος, καὶ πατὴρ φωνῆς ᾗ συνιχοῦμεν. « Abram interpretatur *Pater sublimis*, nomen quod illi datum est ut designaretur ingenium penitus deditum meteoris sideribusque observandis. Postquam edoctus effectusque melior fuisset, nomen mutare debuit. et factus est *homo Dei*, juxta hæc verba oraculi : *Ego sum Deus tuus*, etc. . . . . Appellatus est *Pater electus vocis*, quod interpretatur *Abraham*, id est Intellectus hominis virtute præditi, et Pater sermonis, quo mediante, inter se homines communicant. »

Clemens Alex. *Strom.*, v, pag. 648 :

« Quandiu Abrahamus totus in eo fuit ut astrorum motibus, necnon philosophiæ physicæ studeret, nominabatur Abram, id est *Pater sublimis*. Postquam autem in cœlum suspexisset, et sive ibi Filium vidisset spiritu, ut quidam auctores ferunt, sive angelum tantum, gloria coruscum contemplatus esset; sive tandem alio quocunque modo Dei supra creaturam ordinemque naturalem præstantioris cognitionem accepisset, nomini suo addidit litteram alpha (ἄλφα), utpote verum Deum et unicum nocens, diciturque Abraham : e physico sapiens et Deo amicus factus. Interpretatur enim, *Pater electus vocis :* etenim vox, seu *verbum prolatum*, sonat, cujus pater est Noῦς. »

Ibid. C 2. Κληθήσῃ 468.

Ibid. 4. Ὅπως ἂν ἔχηται, 467; ὁποίας ἂν ἔχητ. 465.

Ibid. D 6. Ὄνομα θεόθεν λαμβάνει 465, 467; mox ἰσχητικόν 465.

Ibid. 8. Philo, *De Abrahamo*, pag. 377 editionis Morelli : Ὁ μελλήσας σφαγιάζεσθαι καλεῖται Χαλδαΐστὶ γέλως · γέλως δὲ, οὐχ ὁ κατὰ παιδιὰν ἐγγινόμενος Στόματι, παραλαμβάνεται νῦν · ἀλλ' ἡ κατὰ διάνοιαν εὐπάθεια καὶ χαρά. « Qui mactandus erat Chaldaico idiomate appellatur *Risus*. Non hic agitur de risu, qui in lætitia vultum illuminat; bene vero de quiete et lætitia, quibus suffunditur intellectus. »

Philo, *De ebrietate*, pag. 251 : Ἰακὼβ μὲν οὖν ἰαθήσεως καὶ προκοπῆς ὄνομα, ἀκοῆς ἐξηρτημένων ὑνάμεων, Ἰσραὴλ δὲ τελειότητος · ὁρασιν γὰρ Θεοῦ ηνύει τοὔνομα · τελειότερον δὲ τί ἂν εἴη τῶν ἐν ρεταῖς, ἢ τὸ ὄντως ἰδεῖν. « Jacob nomen est *doctrinæ necnon progressus* et *intelligentiæ grassantis*. Israel nomen est *perfectionis;* nam hoc nomen significat *contemplationem*. Nonne autem summa virtus est *Ens entium* contemplari? »

Col. 861, B 1. Scripsi numerum *quatuor* loco numeri *duo*. Nam evidenter hæc phrasis quatuor litteris coalescit. Ms. 468 τεττάρων pro δύο.

Ibid. C 1. Multi inter doctissimos disseruerunt de hoc epigrammate, cujus auctor ignotus est. Josephus Scaligerus, *Comment. in Chron. Eusebii*, anno 1750, asserit in honorem Serapidis Ægyptiaci hoc epigramma compositum fuisse, et ex errore Eusebii, hoc in loco, Hebræorum Deo Jevohah tributum fuisse. Scaligerus auctorem habet Hesychium, ad vocem Ἑπταγράμματον τὸ ὀργίλον καὶ σκληρὸν καὶ Σάρσπιν.

Henricus Valesius (*Emendat.* lib. I, c. 2. et *Notæ in Socratem hist.*, lib. v, cap. 17) ait Scaligerum merito scripsisse hoc epigramma factum fuisse in Serapidis honorem; sed addit ab eodem Scaligero dicti epigrammatis sensum non fuisse intellectum. Etenim Scaligerus intellexit, nomen *Serapis* litteris septem componi, dum e contra aliud dicere voluit poeta : nempe Ægyptios Serapidem invocasse septem vocales recitando, quibus inter precandum, varium locum assignabant, ut legitur in inscriptione quæ in urbe Burdigala inventa est, et quam citat Vinetus in *Comment. in Auson.*

Demetrius Phalereus, *Περὶ ἑρμηνείας*, § 7 : Ἐν Αἰγύπτῳ δὲ τοὺς θεοὺς ὑμνοῦσι διὰ τῶν ἑπτὰ φωνηέντων οἱ ἱερεῖς, ἐφεξῆς ἠχοῦντες αὐτά. « In Ægypto sacerdotes laudes deorum celebrant septem vocalibus, quas vicissim repetunt. » (Vide notam Gal. ad hunc locum.)

Jablonskius (Proleg. ad *Pantheon Ægyptiorum*, pag. 56), præcedenti opinioni contradicit. Quid enim jucundi deorum auribus habere potuisset septem vocalium repetitio? In hoc, ait, aliquid ignotum latet, quod ad religionem spectat et ad harmoniam planetarum, quarum unaquæque per vocalem unam indicatur. (V. Porphyrium, *Comm. in Dyonisium Thracem*, p. 796 ed. Bekkerii). Jablonskius addit hujus epigrammatis auctorem quemdam inter Gnosticos fuisse : quam sententiam ut tueatur, sequentes versus Varronis Atacis in *Chorographia* affert, *In fragmentis astronomicis poetarum inter Catalecta Scaligeri*, pag. 162 :

Vidit et ætherio mundum torquerier axe
Et septem æternis sonitum dare vocibus orbes.

Ibid. C 7. Confer cum hoc loco ea quæ jam ab eodem auctore dicta sunt lib. x, cap. 5.

Col. 864 C 6. Κατεμίγνυε 467, 468.

Ibid. 12. Πεφυσιολόγηται 467.

Ibid. 15. Καταβέβληται 466.

Ibid. D 3. Τῇ...στολῇ 466.

Ibid. 4. Κέχρηται 467.

Col. 866 A 2. Τὴν σοφίαν 466.

Ibid. C 7. Εὖ μάλα 466.

Ibid. 14. Τοὺς τῶν ὄντων φύσεως τό 466,

Col. 868 B 6. Ἐπηκολουθηκέναι 466.

Quid sentiendum sit de secunda migratione ista Judaicæ gentis in Ægyptum, a Persis depulsæ, enucleare tentavi : quæ migratio ad nullum alium eventum referri potest, nisi ad factum historicum quod subobscurum est, quamvis recentium testimonio auctorum fretum, hoc est bellum Ochi adversus Phœnices et Sidonios rebelles, quo in bello videtur Ochus Judæos quoque fuisse hostiliter prosecutus, unde primum Judæi in Ægyptum fugere coacti sunt; deinde postquam idem Ochus Judæa potitus est, magnam partem incolarum transtulit in Hyrcaniam, juxta Caspium mare. Recentes et Christiani auctores hunc eventum retulerunt.

Syncellus post Africanum, pag. 256 : Ὦχος Ἀρταξέρξου παῖς εἰς Αἴγυπτον στρατεύων μερικὴν αἰχμαλωσίαν εἶλεν Ἰουδαίων, ὧν τοὺς μὲν ἐν Ὑρκανίᾳ κατῴκησε (leg. κατῴκισε), πρὸς τῇ Κασπίᾳ θαλάσσῃ, τοὺς δὲ ἐν Βαβυλῶνι.

Orosius, lib. III, 7 : « Tunc etiam Ochus qui et Artaxerxes post transactum in Ægypto maximum diuturnumque bellum, plurimos Judæorum in trans

Digitized by Google

migrationem egit, atque in Hyrcania ad Caspium mare habitare præcepit. »

Eusebius in *Chronic. ad annum* MDCLVIII : « Ὤχος Ἀρταξέρξης εἰς Αἴγυπτον στρατεύων ἀποδασμὸν (*delectum*) εἵλεν Ἰουδαίων, οὓς ἐν Ὑρκανίᾳ κατῴκισε πρὸς τῇ Κασπίᾳ θαλάσσῃ.

S. Hieronymus, in sua versione Latina, Ἀποδασμός pro urbe habuerat : « Ochus, Apodasmo Judæorum capta, in Hyrcaniam accolas translatos juxta mare Caspium collocavit » Scaligerus hunc gravissimum errorem emendavit.

Nunc statuenda epocha, qua Plato in Ægyptum iverit; quod profecto evenit antequam Ægypto potiretur Ochus (anno secundo 107 Olympiadis, anno 349 ante Christum natum). Plato autem mortuus est annos 81 natus (anno primo 108 Olympiadis, anno 346 ante Christum). Juxta Diogenem Laertium, post suum ab Italia reditum mortuus est Plato (lib. III, *seg.* 6). Reipsa in Italiam venit Plato ad philosophos Pythagoricos Philolaum et Eurytum : exinde in Ægyptum ad prophetas (παρὰ τοὺς προφήτας), id est sacerdotes Ægyptios. Multi auctores, inter quos Quintilianus, Apuleius, Clemens Alexandrinus, Valerius Maximus, et Cicero, multis in locis, in Ægyptum contendisse Platonem memorant, tempus vero tacent; si tamen Ciceronem excipiamus, qui in suæ *Reipublicæ* loco a Nonio citato, ad vocem *Contendere*, nos docet Platonem in Italiam venisse post mortem Socratis : « Audisse te credo, Platonem, Socrate mortuo, in Ægyptum discendi causa, post in Italiam contendisse. » Mortuus est Socrates anno primo 95 Olympiadis, anno 398 ante Christum : tuncque temporis, annos 32 natus erat Plato. Juxta Diogenem Laertium idem annos 28 natus, Megaram, Cyrenem, Italiam, et tandem Ægyptum invisit : quæ omnia satis inter se concordant. Diogenes illius in itinere comitem fuisse Euripidem tradit; alii addunt Eudoxum Cnidum geometram et siderum spectatorem celeberrimum. Eusebius (et in hoc concordat cum parte maxima Christianorum auctorum) Platonem Moysis discipulum facit : contrariam tuetur sententiam Lactantius, lib. IV *Instit.* cap. 2 : « Soleo mirari, inquit, quod cum Pythagoras et postea Plato amore indagandæ veritatis accensi ad Ægyptios et Magos et Persas usque penetrassent ut earum gentium ritus et sacra cognoscerent (suspicabantur enim sapientiam in religione versari), ad Judæos tantum non accesserint, penes quos tunc solos erat, et quo facilius ire potuissent. »

Platonem ex sacris Moysis libris notiones theologicas hausisse affirmarunt aliqui, ipsumque præ oculis habuisse versionem septuagintavirali antiquiorem, ex cujus lectione orta est tam lucida philosophia. Quibus contradicit Aristæus, certissimis rationibus asserens nullam exstitisse sacrorum codicum versionem antequam regnarent Ptolemæi. Supradictam sententiam, opera perdita, propugnarunt Clemens Alexandrinus (*Stromat.* I, p. 460); Origenes, *Adversus Celsum* (l. VI, p. 288 edit. Camboric.); Justinus martyr, *Parænet.* passim, *Apologia* . . . ; Ambrosius, sermone 18, *in psalm.* CXVIII; Theodoretus (*Therapeut.*, l. II, p. 90 et 91 edit. Sylburgii); Josephus *contra Apionem* l. II, et alii : quos omnes refellit, inter alios multos, Augustinus, *De civitate Dei*, l. VIII, c. 11.

Col. 868 D 1. Codd. 465 et 466 post γενησόμενον addunt : Καὶ τί τὸ πεποιημένον, αὐτὸ τὸ ποιηθησόμενον.

Ibid. 4. Τούτοις... ἡμῶν 465, 466, 467.

Col. 869 B 8. Ταῦτα 466, 468.

Col. 872 A 4. Origenes, *Contra Celsum*, l. IV, p. 198 ed. Spenceri : « Scio Numenium Pythagoricum, virum in explicando Platone peritissimum, et in Pythagoreis placitis versatissimum, in multis suorum scriptorum locis exposuisse Moysis et prophetarum dicta, eaque ad allegorias, retulisse ut in libro qui inscribitur *Epops*, in libris *De numeris*, necnon in libris *De loco*, et in tertio libro *De bono*, ubi narrat, tacito nomine, et quodam detorto modo, historiam Jesu (Josue) : recte an secus? hic non agitur. »

Col. 873 B 14. Verba hæc jam Numenio tributa sunt a Clemente, sed non sub forma dubitationis sicuti nunc. Legitur hic Clementis locus in lib. I *Stromat.*, p. 410 et 411, quem transcripsit Eusebius, l. IX, c. 6, p. 411; l. XI, p. 527. Theodoretus, (*Therapeut.* sermone secundo, p. 57 ed. Sylburgii) idem dictum Numenii refert. Dictum est de Philone Judæo, illum Platonizavisse, quod rectius dictum, nempe a Philone compilatus est Plato, tum sententiarum, tum verborum respectu, Ἢ Φίλων πλατωνίζει, ἢ Πλάτων φιλωνίζει. S. Hieronymus *De viris illustribus*; Isidorus Pelus., l. III, ep. 81; Photius *In Bibliotheca*, cod. XV; Suidas, in voce *Philo*.

Col. 876 B 3. Ἐπειρείᾳ 467; ἐπειρείᾳς Plutarch.

Ibid. 11. Ποταμῷ γὰρ οὐκ ἔστιν ἐμβῆναι δὶς τῷ αὐτῷ καθ' Ἡράκλειτον. Hoc proverbium ab Heraclito *Σκοτεινός* dicto, id est obscurus, satis celebre fuit apud veteres; Plato in *Cratylo*, p. 265 ed. Læmarii A : Λέγει που Ἡράκλειτος ὅτι πάντα ῥεῖ καὶ οὐδὲν μένει· καὶ ποταμοῦ ῥοῇ ἀπεικάζων τὰ ὄντα λέγει, ὡς δὶς εἰς τὸν αὐτὸν ποταμὸν οὐκ ἂν ἐμβαίης.

« Heraclitus alicubi dicit, omnia transire, nihilque immotum manere, atque universa fluminis decursui comparans, addit, In idem flumen bis non descendimus. »

Aristoteles, *Metaphys.* III, 5, p. 79, ed. Brandisii in-8° : Ὁ Κρατύλος Ἡρακλείτῳ ἐπετίμα εἰκότως, ὅτι δὶς τῷ αὐτῷ ποταμῷ οὐκ ἔστιν ἐμβῆναι· αὐτὸς γὰρ ᾤετο οὐδ' ἅπαξ.

Seneca, epist. 58 : « Hoc quod ait Heraclitus : In idem flumen bis non descendimus. »

Multoties ad hoc redit Plutarchus. *Quæst. natural. secunda*, p. 3, t. XIII : Ποταμοῖς γὰρ δὶς τοῖς αὐτοῖς οὐκ ἂν ἐμβαίης, ὥς φησιν Ἡράκλειτος.

De Sera Numinis vindicta, p. 62 editionis Wytenbachii : Ἀήσομεν εἰς τὸν Ἡρακλείτειον ἅπαξ πράγματα ποταμὸν ἐμβαλόντες, εἰς ὃν οὐ φησὶ δὶς ἐμβῆναι.

Heraclitus Ponticus, *Allegoriæ Homericæ*, p. 445 editionis Gal. : Ποταμοῖς τοῖς αὐτοῖς ἐμβαίνομεν καὶ οὐκ ἐμβαίνομεν.

« Descendimus, et non descendimus in idem flumen. »

Hoc pariter desumptum est ab Heraclito *Obscuro*. Vide c. 20, l. XV *Præp. evang.*, p. 821, et Schleiermacherum, in *Museo antiquitatis* Wolfii, p. 356.

Ibid. D 2. Ἐκμαγεῖον. Hæc vox in sensu *impressionis* invenitur apud Philonem Judæum, *De profugis*, initio : Γεγένηται ὁ κόσμος καὶ πάντως ὑπ' αἰτίου τινὸς γέγονεν. Ὁ δὲ τοῦ ποιοῦντος λόγος αὐτός ἐστιν ἡ σφραγὶς ἢ τῶν ὄντων ἕκαστον μεμόρφωται, παρ' ὃν καὶ τέλειον τοῖς γινομένοις ἐξ ἀρχῆς παρακολουθεῖ τὸ εἶδος, ἅτε ἐκμαγεῖον καὶ εἰκὼν τελείου λόγου.

In tractatu *De mundi opificio*, p. 33 Morelli : Ὁ ἄνθρωπος κατὰ μὲν τὴν διάνοιαν ὡκειώται τῷ λόγῳ, τῆς μακαρίας φύσεως ἐκμαγεῖον, ἢ ἀπόσπασμα, ἢ ἀπαύγασμα γεγονώς.

Clemens Alexandrinus, *Protrept.*, pag. 77 : Τὰ ἀγάλματα, τὰ ἀνδροεικελα πόρρω τῆς ἀληθείας ἐστὶν ἡμῶν ἐκμαγεῖον καταφαίνεται. Plato in *Timæo*. Longino citatus in tractatu *De sublimi*, § 32, ita legebatur Μαγείριον· τόν γε μὲν στλῆνα τοῦτο τὸς ἐκμαγεῖον, ἤπατι οἷον κατόπτρῳ παραπεμπόμενον. Vide Plato, *Legum* VII, 632 et 638 ed. Læmarii; tandem Plutarchum, in *Symposiacorum* libri *Prœmio* : Ἀλλ' ἀτέχνως τῷ σώματι παραζώσαι τὴν

Digitized by Google

χὴν οἰομένους τοῖς ἐκείνου συμμειδιᾷν πάθεσι καὶ πολὺν αὖ συνεπισκυθρωπάζειν ὥσπερ ἐκμαγεῖον ἢ κάτοπτρον K. T. A, » ubi apparet vocem annexam voci κάτοπτρον, *speculum*, quasi imaginem reddere primi subjecti. Hic conceptaculum significat, sicut in lib. xv, c. 44 : Ὕλην οἷον τιθήνην καὶ ἐκμαγεῖον. Vide notam Petavii *in Themist.*, serm. 21, p. 501 notarum, editionis Harduini; hanc vocem vertit nunc *expressam imaginem*, nunc *conceptaculum*.

Col. 877 B 9. Voluitne Plutarchus loqui de prismate? Nescio : textus ejus depravatissimus melius ab Eusebio redditur.

Col. 880 C 2. Herennius, *in Metaphysicam*, ms. 1885 Bibliothecæ Regiæ, folio 39, verso, opus quod videre est inter *Anecdocta* cardinalis Maii, quædam scripsit satis magni æstimanda de voce ἄῤῥητον· et hæc versa leguntur, p. 247, t. II tractatus *De Polytheismo* quem edidi apud Hachette, in-12°, 1840.

Col. 881 A 8. Περὶ δή 467.
Ibid. 9. Τοῦ περί 466, 467.
Ibid. 12. Λέγοντες 465.
Ibid. B 3. Εὐθέα 466, 468 ; εὐθείᾳ 467.
Ibid. 10. Ὡς δέ 466, 467.
Ibid. 14. Ἅμα 466, 468.
Ibid. C 2. Πέμπτον 466.
Ibid. C 7. Textus Septuaginta Interpretum paululum discrepat ab Eusebii versione.

Eusebius : Ἐγὼ Θεὸς πρῶτος καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα. LXX : Ἐγὼ Θεὸς πρῶτος, καὶ εἰς τὰ ἐπερχόμενα ἐγώ εἰμι.

Ibid. 11. Συγκρίνων 467.
Ibid. D 1. Εὐχόμενος 466.
Ibid. 3. Τὸ δέ 468.
Col. 884 A 8. Συνάγει 467.
Ibid. 15. Δημιουργικόν 466, 468.
Ibid. B 10. Καὶ αὖθις 467.
Ibid. C 4. Τεχνίτης 466, 468.
Col. 885. A 11. Citationes subsequentes e libro *De confusione linguarum* depromptæ sunt.

Ibid. C 14. Hæ citationes desunt in libro Philonis e quo ipsas Eusebius se hausisse asserit, quarumque ideo auctor esse nequit. Vide notam præcedentem.

Ibid. D 10. Nullus exstat dialogus Platonis qui *Epimenides* inscribatur. Patet igitur Eusebium aut voluisse aut saltem debuisse scribere *Epinomides*, quandoquidem legitur hic locus pag. 702 G editionis Ficini, p. 986 C ed. Henrici Stephani, 662 ed. Bekkerii : admissus fuerat hic error l. x, c. 4.

Col. 888 A 7. Correxi, in Platonis textu, δαήμων, pro εὐδαίμων quod, me judice, in hac phrasi minime admitti potest.

Ibid. C 11. *Αἰσθητόν*, hic adhibetur per oppositionem voci νοητόν, *intellectuale* : quod fere idem sonat ac vox *materiale*.

Col. 892 B 7. Vox προσβεύειν, sensu defendendi, profitendi, tradendi doctrinam philosophicam a scriptoribus philosophis usurpata est.

Origenes *Contra Celsum*, l. v, § 20, p. 244 edit. Cantabridg. Οὐ δύναται κρίναι Κέλσος ὅτι οὐ δεῖ τὸ βούλημα τῶν σοφῶν ἐκείνων ἀνδρῶν νομίζειν προσβεύεσθαι ὑπὸ τῶν πλείον πίστεως μηδὲν ἐπαγγελλομένων τῆς πρὸς τὸν Χριστιανῶν λόγον. « Celsus credere non debet antiquitatis sapientium opiniones propugnatores habere apud homines qui nihil aliud nuntiant nisi fidem quæ Christi doctrina innititur. »

Ammonius (Comment. in librum Aristotelis *De interpretatione*, p. 31 ed. Sabii :) Τοῦτο γὰρ αὐτῶν ἀποφάσκει τῇ φύσει ὅπερ ἐπρέσβευον οἱ Ἡρακλεῖται. Negat Aristoteles linguarum originem naturæ adscribendam esse; sed eo tantum sensu hoc negat quo idem asserebant Heracliti discipuli.

Ibid. C 8. Non idem est proverbium quoad textum, ac illud apud quod Numenium legimus : Σποδὸς γίνεται ὁ θησαυρός, si saltem sequamur textum Luciani qui multoties dictum repetit proverbium. In *Philopseude*, l. III, 32, p. 58 : Ἄνθρακες ἡμῖν ὁ θησαυρός. *Navigium*, p. 265. Ἄνθρακές σοι ὁ θησαυρὸς ἔσται. In *Zeuxide*, I, 840 : Ἄνθρακες ἡμῖν ὁ θησαυρὸς ἦσαν. In *Herm.*, I, 71, p. 813 : Ἄνθρακάς μοι τὸν θησαυρὸν ἀποφῆνας.

Col. 893 C 4. Κηδεύοντος 466, 467, ut et infra.
Col. 896 A 15. Τὸν φυτ. 466.
Ibid. C 2. ἴδῃς 467.
Ibid. 4. Ἀφείλατο 466, 467.
Col. 900 A 5. Ἑβραῖον 468.
Ibid. C 1. Καταταχθῆναι 466.
Col. 901. B 10. Αἰνίγμων 466, 467, 468, et Plato.
Ibid. B 12. Περί 466, 467, 468.

Ibid. C 4. Textus habet, *secundus et tertius* : ὁ δεύτερος (καὶ τρίτος). Non dubito quin verba καὶ τρίτος glossa sint omnia permiscens. Enim vero in loco sequenti, de uno tantum *ente* loquitur. Nescio an Cyrillus Alexandrinus, qui (libro VIII *contra Julianum*) quædam ex eodem auctore deprompsit, hunc pariter locum exscripserit. Quidquid sit, non minus exsisteret adulteratio, quantumvis antiquitus admissa. Patet equidem transcriptorem Christianum voluisse inducere Trinitatem, de qua nullatenus agitur apud Numenium, eumque scripsisse καὶ τρίτος, quæ verba, quocunque modo intelligantur, intra parenthesin includenda sunt. Istiusmodi adulteratio legitur infra : editiones habent, ex majori manuscriptorum numero, Περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ pro περὶ Θεοῦ, quod fert. mss. 468 quodque Vigerus in Notis restituit et in versione secutus est.

Ibid. 5, Aurel. Aug., *De civit. Dei*, l. x, 29 : « Quod initium sancti Evangelii, cui nomen est *secundum Joannem* quidam Platonicus, sicut a sancto sene Simpliciano, qui postea Mediolanensi Ecclesiæ præsedit episcopus, solebamus audire, aureis litteris conscribendum, et per omnes ecclesias in locis eminentissimis proponendum esse dicebat. »

Vide notam Ruhnkenii in Longini tractatum *De sublimi*, sect. 9, p. 250 editionis Toupii.

Col. 904 C 3. Ammonius in lib. Aristotelis *De interpretatione*, verso paginæ quintæ, editionis Aldinæ :

Ἡραθετέον ἐξῆς τοῖς βουλομένοις ἀνάγειν ἑαυτοὺς ἐπὶ τὴν τῶν ὄντων θεωρίαν, καὶ τὰς ἐξῃρημένας τούτων, περὶ ὧν ὁ λόγος, αἰτίας σκοπεῖν, ὅτι τριῶν ὄντων ὑπὲρ τὰς φυσικὰς τῶν ἀρχικῶν διακόσμων, τοῦ τε θείου, καὶ τοῦ νοεροῦ, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τοῦ ψυχικοῦ, τὰ μὲν πράγματα θεόθεν παράγεσθαί φαμεν, ἀπὸ δὲ τῶν νοερῶν ὑφίστασθαι τὰ νοήματα, καὶ ἀπὸ τῶν ψυχικῶν τῶν κατὰ τὸ λογικὸν χαρακτηριζομένων, καὶ παντὸς σώματος χωριστὴν οὐσίαν ἐχουσῶν ἀποτελεῖσθαι τὰς φωνάς.

« Addere debemus, eorum gratia qui ad ontologiam remeare volunt nec non studere quonam distent intervallo causæ et effectus de quibus hic agitur, supra substantias materiales exsistere tres primordiales ordines : nempe divinum, intellectualem et denique principium animarum. Porro, dicemus res a Deo suam trahere originem : intellectuali ordine cognitiones gignuntur; a principio autem animarum, quod penitus a natura materiali corporum discrepat, et penes quod est ratiocinandi facultas, voces articulatæ originem depromunt. »

Ibid. D 7. Ἐπισκοπεῖ 467.

Col. 905 B 2. Doctrina hæc, qua Divinitas confunditur cum numeris, ab omnibus Pythagoreis prædicatur

Κέκλυθι κύδιμ' ἀριθμὲ πάτερ μακάρων, πάτερ ἀνδρῶν.

Vide *Vitam Pythagoræ* apud Jamblichum, p. 124 : Ἔφα τὰν ἀριθμῷ οὐσίαν ἀΐδιον εἶναι μὲν ἀρχὰν προμαθεστάταν τῷ παντὸς ὠρανῷ καὶ γᾶς καὶ τᾶς μεταξὺ φύσιος ἔτι δὲ καὶ θεῶν καὶ δαιμόνων διαμονᾶς ῥίζαν. (Hoc desumptum est ex opere Ἱερὸς λόγος) ἐκ δὲ τούτων φανερὸν γέγονεν ὅτι τῷ ἀριθμῷ ὡρισμένην οὐσίαν τῶν θεῶν παρὰ τῶν ὀρφικῶν παρέλαβε.

Digitized by Google

« Asserebat substantiam æternam includi in numero, hocque nempe esse principium quo juvante facilius intelligitur quid sint cœlum integrum, terra, naturæque intermediæ : inde pariter deorum nec non dæmonum origo permanens deducitur. » — Quibus ex verbis patet Pythagoram numero tribuisse certam deorum exsistentiam : hanc in *Orphicis* doctrinam hauserat.

Col. 906 D 6. Ἔθηκεν 467.

Col. 908 B 10. Didymus ille, ex quo Eusebius locum hunc desumpsit, pro certo habendus est philosophicarum sectarum scriptor ; hujusque (sub nomine alii Didymi, l. xv, c. p. 817) fere similem locum legimus de Stoicis : unde inferendum videtur Didymum nostrum jure confundendum esse cum alio Didymo qui nominatur inferius, nec non cum alio Didymo de quo loquitur Clemens Alexandrinus, in primo libro *Stromatum*, de philosophia pythagorica : Δίδυμος ἐν τῷ περὶ πυθαγορικῆς φιλοσοφίας ἱστορεῖ. Vide Stromat. I, p. 366 ; idem demum noster Didymus erit ac is quem citat Stobæus in *Eclogis physicis*, l. II, p. 14 ed. Herennii in capite *Περὶ αἱρέσεως* ; forte legendum est *Περὶ αἱρέσεων*, id est sectarum philosophicarum ; saltem hoc sentiunt omnes qui hunc citaverunt, nempe Schefferus, *De natura philosophiæ Italicæ*, p. 3 ; et Herennius in loco Stobæi, qui non nominavit Schefferum, primum hujus emendatæ lectionis auctorem. Suidas, inter omnes Didymos de quibus agit, unum sub cognomento Ἀτηΐος præbet : Δίδυμος Ἀτηΐος χρηματίσας φιλόσοφος ἀκαδημαϊκὸς, πιθανῶν καὶ σοφισμάτων λύσεις ἐν βιβλίοις β. καὶ ἄλλα πολλά. Jonsius *De scriptoribus hist. philos.* legendum censet Ἄρειος, juxta Eusebium. Kusterius hanc abjicit correctionem, quæ mihi tamen optima videtur. Stobæus, in *Eclogis physicis*, l. II, p. 14 Herennii, in eo sequens Xenophanem, scholæ Eleaticæ ducem, nobis Didymum tradit ut auctorem cujusdam fragmenti *De incertis hominum cognitionibus*. Juxta Herennium ejusdem Didymi est aliud fragmentum quod legimus in aliis collectaneis, nempe *Florilegio* Stobæi : fragmentum illud est quod, sub hoc vocabulo *Epitome* documenta nobis suppeditat de ethica Aristotelis ; demum hunc Didymum confero cum Ario Heracleopolita quem citat Eusebius noster, l. I *Præp.*, c. 10, p. 41 : Ἕπτειες ὁ ὀνομασθεὶς παρὰ τοῖς Αἰγυπτίοις μέγιστος Ἱεροφάντης καὶ Ἱερογραμματεὺς, ὃν μετέφρασεν εἰς ἑλλάδα φωνὴν Ἄρειος ὁ ἡρακλεοπολίτης, κατὰ λέξιν. En ergo noster Didymus cognominatus *Arius* ; quis autem Didymus ille, et quonam tempore vixit ? — Si fides habenda sit Jonsio (*c.* I, l. III, *His. Phil.*) Varronis cœtaneus fuit Didymus Arius ; sic enim apud Jonsium probatur : Athenæus, l. XIII, 3, citat epiphum de Demetrio Phaleræo ab Asclepiade compositum ; ὁ Ἀερίου quod vertit, per *Arei magister*, arbitrans hic agi de nostro Didymo Ario ; porro si Asclepiades ille idem sit ac Asclepiades Myrlanus, grammaticus fuit, et si præterea magister fuit Didymi Arii, Varroni cœtaneus esse debuit ; fabricius e contra (vide Heren. de Stobæo, *l. l.*) illum asserit Neroni cœvum fuisse ; quas affert rationes quasque approbat Herennus, has perpendere non mihi datum est, cum primam editionem *Bibliothecæ Græcæ* Fabricii, ad quam legendam remittit, in promptu non haberem ; parvi ponderis est Eusebii lectoribus hæc de determinandis temporibus quæstio.

Col. 913 B 14. Non de sexto, bene vero de quinto libro *Stromatum*, pag. 702, hic depromptus est locus ; hoc factumne est ex descriptoris errore, an ex alia partium divisione operis cujus initium periit : illud affirmare non ausim.

Ibid. C 7. Omnibus notum est quanti momenti apud Pythagoreos exstiterint numeri ; divinitatis s quidem expressam in eis imaginem credebant. Ante omnes plurimi æstimabatur sextus numerus ; idea Clemens illud exponit in eodem libro *Stromat.*, p. 811 : Οἱ πυθαγόρειοι κατὰ τὸν προφήτην (*prophetam* Genesis) ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως τὸν ἓξ ἀριθμὸν τέλειον νομίζουσι, καὶ μεσευθὺν καλοῦσι τοῦτον καὶ γάμον, διὰ τὸ μέσον αὐτὸν εἶναι τοῦ ἑνὸς, τουτέστι τοῦ ὀκτὰ καὶ τοῦ δύο· φαίνεται γὰρ ἴσον ἀμφοῖν ἀπέχων· ὡς δὲ ὁ γάμος ἐξ ἄρρενος καὶ θηλείας γεννᾷ, οὕτως ὁ ἐκ περισσοῦ μὲν τοῦ τρὶς ἄρρενος ἀριθμοῦ λεγομένου. ἀρτίου δὲ τοῦ δύο, θήλεος νομιζομένου γεννᾶται. « Pythagorei in hoc consentientes cum propheta, declarant numerum sextum perfectum esse, propter mundi genesim ; hunc quoque numerum vocant *Meseuthym* et γάμος (*matrimonium*), quia medius est terminus numeri recti, id est, inter numeros decem et duo : etenim, ab utroque pariter distat. Ut autem matrimonium gignit ex conjunctione maris et feminæ, sic numerus iste, coalescens ex numero *ter* impare mare habito, et numero pare *duo*, habita femina, fit aliquid genitum : *bis ter* gignunt sex. » .

Euclydes in septimo libro *De definitionibus*, 22, numerum sex nominat perfectum, quia propriis elementis coalescit : 1, 2, 3.

Item Cassiodorus.

Quam ob causam Pythagorei, illi nomen Veneris dabant. Vide Plutarchum *De Εἶ apud Delphos*, t. VII, p. 524 editionis Reiski, in qua mendosus est textus ; Jamblicum in *Vita Pythagoræ*, I, 28 ; anonymum, a Meursio citatum in *Denario Pythagorico*, c. 8. Macrobius in *Somno Scipionis*, l. I, c. 6 : « Senarius qui cum uno conjunctus septenarium facit, variæ ac multiplicis religionis et potentiæ est, primum quod solus ex omnibus numeris qui intra decem sunt, de suis partibus constat : habet enim medietatem et tertiam partem, et sextam partem : est medietas, tria : tertia pars, duo : sexta pars, unum : quæ omnia simul sex faciunt. »

Col. 917 C 12. Quæ sequuntur in *Alcibiadis* textu desunt, juxta editionem Platonis, nec reperio de hac re hujus editores philosophi mentionem fecisse.

Eusebii mss. codices quatuor habent : ἃ δ' ἐμοῦ γενόμενα ἄλυτα, ἐμοῦ μὴ θέλοντος, « quæ ex me nata solvi nequeunt, etiamsi nollem. » An Platonis mss. codices omnes ἐμοῦ γε θέλοντος habeant, ut textus impressi, prorsus ignoro.

Col. 925 B 9. Ἐπιπροσθετουμένη 466, 467.

Ibid. 15. Διατώζειν, 467.

Col. 932 A 13. Μὴ θέλοντες, quatuor mss., et infra p. 703, μὴ θέλοντος.

Ibid. B 8. συγκυκλοῖ 466, 467.

Col. 933 3. Παντοίως 465, 467.

Ibid. D 4. Textus Platonis habet *primam* ; absque tamen est dubio legendum esse *ultimam*, cum ultima sit quæ status præsentis fuit causa.

Col. 937 A 5. Ludit Eusebius in verbis ἀλκίνοο et ἀλκίμου : quod frustra Gallice reddere conarer ; cæterum apud auctorem forte hic verborum occursus omnino fortuitus est.

Ibid. D 7. Prætuli vocem παρακλητικόν mss. codicum 465 et 466 voci παρακινητικόν quam habet textus impressus.

Ibid. C 4. Διηγήσομαι 465, 466, 467.

Col. 939 C 4. *Ἡ Γλαύκου τέχνη*. Hoc proverbium explanatur a Diogeniano, Zenobio, Suida, et præsertim a scholiasta Platonis in hunc locum. *Ars Glauci* inventum magni æstimandum significat. Ilic dicitur Glaucus metallurgiæ peritus artem invenisse ferrum subigendi : ars illa Græce vocatur, σιδήρου κόλλησις.

Col. 944 A 7. Origenes *contra Celsum*, l. VII, p. 551 edit. Cantabridg. « Mihi videtur Plato ab Isaia describente civitatem Dei desumpsisse ea quæ dicit de lapidibus qui apud homines pretiosi habentur ; quos autem ipse asserit nihil aliud esse

Digitized by Google

quam crassamen (ἀποῤῥοή) lapidum qui in optima cellure jacent.»

Col. 953 B 6. Lego cum mss. 466 et 468, μόνης ἀνδρείας pro μετὰ ἀνδρείας αὐτῆς.

Col. 954 B 8. ἐν ᾧ 466.

Ibid. 12. Πῇ δή 468.

Ibid. 14. Τῇδε ὡς 468.

Col. 956 C 10. Hoc proverbium Ἀρχὴ ἥμισυ παντός memoratur ab Aristotele. Inter Latinos autem scriptores, ab Horatio :

Dimidium facti qui cœpit habet.

Vide *Paræmiographa* ac Erasmi *Adagia*.

Ibid. D 7. Τροφούς 466, 467, 468 et Plato.

Col. 957. Ἤνπερ iidem.

Col. 961 A 13. Ἐπεὶ et lego pro simplici ἐπεί. Hæc vero syntaxis cujus tenorem exposui, evolvi et explanavi in volumine quod anni 1814 edidi *De Græcarum conjunctionum usu*, Parisiis apud Eberhart, pag. 145 (cf. adnotationem), Platoni haud incognita erat. *Reipublica*, l. II, p. 360, ed. Stephani; *Phædo*, p. 109 ejusdem ; *Protagoras*, p. 354 ; *Leges* nono libro, p. 873; I *Alcibiades*, p. 123.

Ibid. B 2. Οἵ τε δὴ ἄλλοι, ὦ ἄριστε Καλλίκλεες, ὅσοι καλοὶ γίγνονται 466 ; οἵ τε δὴ ἄλλοι, ὦ ἄριστε, ὅσοι καλοὶ γίγνονται 467, 468.

Col. 964 A 2, Ἧς αὐτῷ 466 ; ἔστι Plato.

Col. 966 B 5. Textus excusus VI *libro* fert : hic error causa fuit cur Vigerus non detexerit verum hujus fragmenti locum, sicut ipse in suis notis fatetur. Theodoretus qui eum de verbo ad verbum exscripsit in sua *Therapeutica*, l. I, p. 9 e Sylburgii, Vigerum a suo errore revocari debuisset. Peroptime nim indicavit librum e quo illud excerptum est.

Ibid. 7. Ἀλλαχῇ τούτοις γοῦν 466, 467, 468.

Ibid. C 8. Πρῶτον κολυμβᾶν δεύτερον γράμματα. Senec., Controv. 27, libri quarti.

Vide Aristidem, *Pro quatuor viris adversus Platonem* ; Suetonium, in *Augusto*, 64 : « Nepotes et literas et natare aliaque rudimenta per se plerumque docuit. » Vide Erasmum, in *Adagiis*, vocibus *Gnavia* et *Inscitia*.

Ibid. 9. Ἐπιστῶνται 468 et Plato.

Col. 968 C 14. Eschyli locus cui alludit Plato legitur etiam in tragœdia *Septem contra Thebas*, v. 559, ubi poeta, Amphiarai indolem describens, ait :

Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει,
Βαθείαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενος
Ἀφ' ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα.

Quod sic interpretatur : «Non vult tantum videri bonus ac probus, sed esse. Inde istam mentis altitudinem ac rectitudinem haurit qua prudentiæ consilia gignuntur. »

Plutarchus in *Aristidis Vita*, c. 3, et in *Apophthegmatibus regum ac imperatorum*, p. 116, t. VIII, ed. Lutten, refert, omnium oculos in Aristidem conversos fuisse, cum in prima hujus tragœdiæ repræsentatione, isti versus recitarentur. Eos quoque Xenophon ad Socratem applicat in libro ἀπομνημονεύματα inscripto, Sallustius ad Catonem, in *Bello catilinæ*, c. 57. Celeberrimi erant apud veteres illi versus eisque sæpissimè ad clarorum virorum laudem utebantur antiqui.

Col. 972 C 11. Porphyrius *De abst.*, l. III, c. 27, p. 288 : Αἰτία δὲ ἡ γένεσις καὶ τὸ ἐν τῇ πενίᾳ ἡμᾶς ἐνέσθαι, τοῦ πόρου ἀπορρύεντος.

De hoc loco Platonis *Convivii*, in quo anteponendum esse duxi vocem Platonicam τὰ ὠά voci τὰ ὄντα Eusebii, quæ sensu caret, lege adnotationem Ruhnkenii in *Timæi Lexicon Platonicum*, p. 188 et 189.

Col. 973 B 2, Αὐτομάτως 466, 467, 468.

Ibid. D 2. Ἔγκριτον 467.

Col. 976 A 13. Mss. 466 et 467 sequens supplementum continent : Τῇ κατ' αὐτὸν ἀρχαιολογίᾳ χέρηται κατακλυσμοῦ μνημονεύσας, καὶ τοῦ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν βίου· ἀρχόμενος γοῦν τοῦ τρίτου τῶν νόμων τόδε φησί, pro : Ἐν προοιμίοις γοῦν τῶν νόμων ἐπάκουσον ἃ φησι.

Col. 978 C. 8. Βλέπειν 467 et Plato.

Ibid. 9. Ἐπικοινουμένους 466, 467 et Plato.

Col. 981 B 13. Eusebii textum quem secutus sum, undecim verba quæ in Platone non inveniuntur, habet. Nunc autem comperire non possum an in recentioribus editionibus ista verba restituta fuerint.

Ibid. C 6. Artium mecanicarum despectus quæ solummodo apud antiquos a servis exercebantur communis erat inter veteres philosophos. Βάναυσος vox quæ illarum ideam exprimit semper vilitatem quamdam redolet.

Illud plurimis in locis declarat Plato. Vide primum *Alcibiadem*, p. 131, ed. H. Sthephani ; *Amator*, p. 137 ejusdem, 6 Ficini :

Ἐπεί γε ὤμην καὶ δνειδος εἶναι τοῦτο καὶ βαναύσους καλεῖσθαι τοὺς περὶ τὰς τέχνας ἐσπουδακότας.

Reipubl. l. VI, p. 495, ed. Stephani :

Οὕτω καὶ τὰς ψυχὰς συγκεκλασμένοι τε καὶ ἀποτεθρυμμένοι διὰ τὰς βαναυσίας τυγχάνουσι.

Vide Aristotelem, *Politic.*, VIII, 2 ; Eudemum, I, 4 ; Lucianum, *Somnium*, 9 : « Ubi Hemsterhuys... » Elianum, *Hist. divers.*, VI, 6 ; denique Ciceronem, *De officiis*, I, 42 : «Opifices omnes in sordida arte versantur, nec enim quidquam ingenuum potest habere officina. »

Col. 984 C 10. *Cum Deo et universo*, versio est eorum quæ apud Eusebium leguntur : Θεῷ δὴ καὶ κόσμῳ ὅγε φιλόσοφος ὁμιλῶν. In Platone : Θείῳ δὴ καὶ κοσμίῳ. Eusebii lectionem quam habent omnes mss. retinendam duxi.

Col. 985 A 6. Ἐβελήσειαν omnes mss.

Col. 988 B 7. Plato hic alludit ad Tyrtei versus qui usque ad nos pervenerunt in Oratione Lycurgi *contra Leocratem* p. 162 ed. Henrici Stephani et qui in omnibus poesis selectis reperiuntur, ut in Stobæo c. 49. Sed Plato in hoc tantum a Tyrteo discrepat quod hic solam virtutem bellicam laudare intendit, dum vero Plato cuique civi virtute prædito ac justo attribuit encomium a poeta pugnatori datum; hæc allusio, autem, in iis quæ sequuntur, continuatur, uti facile videre est in poeticis verbis in hoc fragmento eluccntibus. Vide Brunckii Analecta t. I, p. 50.

Ibid. C 3. Scholiæ, aut conviviali cantilenæ jam *in Gorgia* relatæ alludit Plato, p. 451, *De legibus*, I, p. 631, a Clementi Alexandrino, *Stromat*, l. IV, p. 573 memoratæ; Athenæus, l. XX, p. 694; Stobæus, *Ecloqæ ethicæ*; Lucianus, *De lapsu inter saltandum*; Theodoretus, *Therapeut.* p. 153, Sylburg. Clemens eam Symonidi tribuendam censet; sic eam refert Ilgen, in sua editione :

Ὑγιαίνειν μὲν ἄριστον ἀνδρὶ θνατῷ.
Δεύτερον δὲ, καλὸν φυᾶν γενέσθαι·
Τὸ τρίτον δὲ, πλουτεῖν ἀδόλως·
Καὶ τὸ τέτρατον, ἡβᾶν μετὰ τῶν φίλων.

Col. 992 D 4. Ὥσπερ 466, 468.

Col. 996 C 1. Hic est παρονομασία, seu verborum jocus qui transferri minime potest extra linguam in qua scriptus fuit. Minerva Athenæ Græco sermone vocatur, Ἀθήνη· Ἀθηναῖος ex ea voce formatur, dum vero Ἀττικός non inde derivatur; ideo Climias vocat Ἀθηναῖος, non Ἀττικός autem, Atheniensem alienigenum qui Plato esse censetur, ut inter illum et Minervam a qua inspiratur relationem exsistentem ostendat.

Col. 1000 C 9. Hoc adhibebatur proverbium ad designandam quantitatem quæ determinari minime poterat. Χοεύς seu Congius erat liquidorum mensura qua utebantur ad potus distributiones et cujus quantitas quam mare continet est vere numerica chimæra.

Digitized by Google

Vide Ruhnkenii scholiasten, ac Petavii notam in primam ac vigesimam Thæmisti orationem p. 262 Harduini editionis. In pagina 511, hæc nota reperitur.

In hac versione anteponendam duxi Eusebii lectionem Platonis lectioni quæ, me judice, ab Eusebio corrigenda est. Sic enim hæc phrasis apud Platonem legitur : Περὶ τούτου καὶ ἡ ὡς ἀληθῶς δεινότης ἀνδρὸς καὶ οὐδενία καὶ ἀνανδρία, pro Π. τ. κ. ἡ. ὡς ἀ. ὁ. ἄ. εὐγένειά τε καὶ ἀνδρεία.

Col. 1009 A 5. Νομοθέτης δὲ οὐ τι σμικρὸν ὄφελος εἰ μὴ καὶ τοῦτο ἦν οὕτως ἔχον, ὡς καὶ νῦν αὐτὸ ἔφης ὁ λόγος ἔχειν. De formula αἱρεῖ ὁ λόγος vide supra, l. III, c. 15, ac notam libri VIII, cap. 15, ubi simul exempla colliguntur. Vide Wyttenbachium in Plutarchum, *De sera Numinis vindicta*, Animadversiones, p. 8 ; Clementem Alexandrinum, *Stromat.* VII, p. 868, 874, 879, 890.

Col. 1015 A 8. Sophocles, *Œdipus rex;* ultimi versus :

Ὥστε, θνητὸν ὄντ', ἐκείνην τὴν τελευταίαν ἰδεῖν
Ἡμέραν ἐπισκοποῦντα μηδὲν ὀλβίζειν, πρὶν ἂν
Τέρμα τοῦ βίου περάσῃ, μηδὲν ἀλγεινὸν παθών.

Multi auctores hanc sententiam usurparunt.

Ibid. C 9. Plato, *De legibus* XI, p. 682 ed. Læmarii 931. Stephan. Οἰδίπους ἀτιμασθεὶς ἐπεύξατο τοῖς αὐτοῦ τέκνοις, ἃ δὴ καὶ πᾶς ὑμνεῖ τελεα καὶ ἐπήκοα γενέσθαι παρὰ θεῶν· Ἀμύντορά τε Φοίνικι τῶν ἑαυτοῦ ἐπαρᾶσθαι παιδὶ θυμωθέντα, καὶ Ἱππολύτῳ Θησέα· καὶ ἑτέρους ἄλλοις, μυρίους μυρίοις, ὧν γέγονε σαφὴς ἐπηκόους εἶναι γονεῦσι πρὸς τέκνα θεούς.

Œdipus conviciis lacessitus, suis propriis filiis imprecatur; et hæc narratio quam quisque memorat, argumentum est quod istius modi imprecationes a diis exaudiuntur. Sic sese gessit Amyntor erga Phœnicem unum e suis liberis. et Thesæus Hippolyto iratus, ac multi alii erga alios multos, unde concludere licet, parentes adversus filios a diis exaudiri.

Col. 1016 C 8. Σμικρόν 466.

Ibid. 13. Verba ἢ πείσῃ τὸν καταδικασάμενον, ab Eusebio prætermissa, ex Platone et ms. 467 supplevi.

Col. 1017 C 9. Aristoteles hanc doctrinam impugnat quod magistratuum perpetuitatem in eisdem stirpibus supponeret. Ὅτι ἀναγκαῖον Σωκράτει ποιεῖν τοὺς αὐτοὺς ἄρχοντας φανερόν· οὐ γὰρ ὅτε μὲν ἄλλοις, ὅτε δὲ ἄλλοις μέμικται ταῖς ψυχαῖς ὁ παρὰ τοῦ Θεοῦ χρυσὸς, ἀλλ' ἀεὶ τοῖς αὐτοῖς. Φησὶ δὲ τοῖς μὲν εὐθὺ γινομένοις μίξαι χρυσὸν, τοῖς δὲ, ἄργυρον, χαλκὸν δὲ καὶ σίδηρον τοῖς τεχνίταις μέλλουσιν ἔσεσθαι καὶ γεωργοῖς.

Perspicuum esse videtur, Socratem velut necessarium ducere, ad vitam tantummodo magistratuum dignitates esse concedendas; nam a diis aurum non datur nunc aliis nunc vero aliis : docet enim hoc aurum animabus nascentibus statim immistum esse; hisce vero argentum ; æs et ferrum hominibus opificum artes exercitaturis atque aratoribus.

Col. 1020 B 2. Hæc medici definitio τῶν καμνόντων θεραπευτής e Vigeri opinione hic repetenda erat, in sua 15 nota, et perperam omissa fuit.

Col. 1025 A 13. Ista descriptio tam apprime Atheniensibus congruit, ut verisimile sit a Platone illos, non tamen aperta fronte, vellicari.

Col. 1029 A 1. Quod ad nos pervenit de relationibus quæ inter Homerum et Creophylum exstiterunt obscurissimum est. Videtur Creophylus Homeri hospes fuisse et ab eo poema *Raptus Æchaliæ ab Hercule* ut hospitalitatis munus accepisse. Alii vero contendunt Homerum hoc poemate ab eo donatum fuisse. Hanc ultimam sententiam Callimachus secutus est in epigrammate a Strabone citato l. XIV, p. 638. Sextus Empiricus *contra Grammaticos*, l. II, p. 225, ac scholiastes Thracii Dionysii p. 725, Bekkeri editionis.

Sic eam tradit Ernestius in sua Callimachi editione; Vigerus eam non integram cognovit, uti ex illius adnotatione videtur.

Τοῦ σαμίου πόρος εἰμί, δόμῳ ποτὲ θεῖον Ὄμηρον
Δεξαμένου. Κλαίω δ' Εὔρυτον ὅσσ' ἔπαθε,
Καὶ ξάνθην Ἰόλειαν. Ὀμήρειον δὲ καλεῖμαι.
Γράμμα· Κρεωφύλῳ, Ζεῦ φίλε, τοῦτο μέγα.

Col. 1038 B 13. Caput 28 constat omni hac illius citationis parte usque ad ista verba : cum solam omnium rerum existentiæ causam fecimus.

Col. 1045 A 12. Ἐφικνεῖσθαι 467.

Col. 1048 C 7. Ad tertiam personam legi ἔφασκεν γάρ που, et infra responsum καὶ σαφῶς γε ἐπήκουεν cum quibusdam Platonis manuscriptis ; quoniam hoc sensus exigere videbatur.

Col. 1049 D 8. Pro ὥσπερ καὶ τὸν οὐρανὸν ὅλον, Wittenbackius, in suis in *Phædonem* notis, proponit : ὧν πλήρη καὶ τὸν οὐρανόν, quibus cœlum impletur. Non hæc mutatio mihi probanda videtur; animam enim universo tribuendo, Plato eum animal efficit. Ficinus autem sic interpretatur veluti ac esset ὥσπερ, quemadmodum.

Col. 1064 C 13. Porcorum immolatio in honorem Cereris et Bacchi fiebat, sicut Aristophanis scholiastes, in *Ranas*, v. 340.

Ὦ πότνια πολιτίμητε Δήμητρος Κόρη,
Ὡς ἡδύ μοι προσέπτευσε χορείων κρεῶν.

Χοίροι τῇ Δήμητρι καὶ τῷ Διωνύσῳ ἐθύοντο ὡς μαντικοὶ τῶν θεῖων ὠρημάτων. « quia dona harumce duarum divinitatum depascebantur. » Ovid. *Metamorph.* XV, 5, 3.

Et cum insuper ad eos pertinerent mysteria, Plato velut mysticum quiddam considerat hujus animalis sacrificium, istis diis factum. Sic habet Tibullus,

At nobis ærata, Lares, depellite tela,
Hostiaque e plena mystica porcus ara.

Antepono enim hanc legendi rationem, voci *rustica* recentiorum editionum, cum porci omnes rustici sint seu campestres. Illud autem Tibullus e Græca Mythologia desumpsit; nam non solum Plato, sed etiam Aristophanes hanc epithetam porco tribuit *Acharnes* v. 746.

Col. 1072 C 8. Axiochus, § 12 : Οὐ γὰρ ἐφαίνετό μοι σεμνὸν μαινομένῳ ξυνεξέρχειν.

Col. 1073 C 1. Hoc Eschyli fragmentum in Stanlæi editione, ψυχοστασία tribuitur, ubi Jupiter quasi dubius, mortem inter Achillem et Hectorem librare videtur. Illud e vicesimo secundo Iliadis canto depromitur.

Col. 1080 B 12. Numenius, cujus testimonium jam adhibuit, scilicet : l. IX, c. 6, p. 410 et 411. l. XI, cap. 10, p. 525; c. 18, p. 536; c. 21, p. 543, in tractatu : *Περὶ τοῦ ἀγαθοῦ*, et quem reperiemus etiam citatum in sequentibus libris, ab Origene contra Celsum invocatus est l. IV, p. 198 ed. Spenceri ; ex scripto cui titulus : Ἔποψ ; declarat illum magis fuisse Platonicum quam Pythagoricum. Macrobius. In *Somnio Scipionis*. l. I, c. II, refert quod sequitur.

« Numenio inter philosophos occultorum curiosæ offensam numinum quod Eleusinia sacra interpretando vulgaverat, somnia prodiderunt. Visas sibi Eleusinias deas habitu meretricio ante apertum lupanar ludere prostantes : admirantique et causas non convenientis numinibus turpitudinis consulenti respondisse iratas, ab ipso se adyto pudicitiæ suæ vi abstractas et passim adeuntibus prostitutas. »

Porphyrius illum refert in tractatu *De antro nympharum*, c. 10, ac c. 21, consulendæ sunt notæ Van Goens. Jonsius in suo tractatu *De scriptoribus historiæ philosophicæ*, l. III, c. 10, § 4, cibum longum articulum consecravit. Valckenaerus *De Aristobulo*, p. 18, illum Judæum esse arbitratur, et e

Digitized by Google

uod dixit Platonem esse alium Moysen Athenien-ium linguam loquentem. Illiusque Genesis citatio, . 10. *De nympharum antro :* quod *Spiritus Dei fere-atur super aquas.* Sed maximus honor in quo illum lotinus habebat illam suppositionem haud verisi-ilem reddit.

Col. 1096 C 1. Τί δ' οὐ μέλλομεν c. s. Loco οὐ ubstituendum videtur οὖν, unde interpretatio ıea.

Col. 1097 A 5. Videndum est de capite 12, cu-ıs initium jam in Clemente Alexandrino reperitur *trom.* ı, p. 410 ac 411, et in libro nono, c. 6, *'ræpar. evangelic.* Eusebii, p. 410; Valckenaerum, *De ristobulo Judæo,* p. 47 sqq. et p. 66. Ad lum lector revocandus est, non possum enim hic efata vice exponere omnes observationes in hoc ximio opere contentas. Jam de hoc fragmento dis-eruerunt duo recentiores scriptores : Gfrörerus *ritische Geschichte des Urchristenthums* t. II, p. 1, secundæ editionis 1835; Dæhnium, *Geschichtli-ie Darstellung der Jüdisch. Alexandrinischen Reli-ions philosophie,* 1834, t. II, p. 73, qui licet sæpe iscrepantes animo qui eos direxit in operis compo-tione fere ad eadem spectantis, ambo tamen cum alckenaerio sentiunt contra Hody et D. Lobeck. *gloapham.*, t. I, p. 448; scilicet, hæc fragmenta enuina esse Aristobuli Judæi qui Ptolemæorum ten-oribus et verisimillime, sub Ptolemæo Philometore c Ptolemæo Physcone vivebat, non vero Christia-i, nec etiam Judæi Christianæ ætatis secundi sæcu-. Ad illud præcipue intendit Hody ut irritum faciat ristobuli testimonium Septuaginta Interpretum ver-idni favens, sub Ptolemæo Philadelpho, Phalereo emetrio curante, hoc fragmento laudatæ. Prima hrasis merito Valckenaeri censuram movit; Φα-ερὸν ὅτι Πλάτων ϛανερός. Certum est hanc vocem ανερόν non esse Aristobuli; addita est ab Eusebio el a transcriptore.

Ibid. D 1. Orphici versus qui sequuntur maxima elebritate pollent; tum quia eorum primo sæpe ntiqui auctores pagani alluserunt, sicut illud anim-dverti in meo *De Sanchoniathone* opusculo; tum quia hristiani scriptores illos fusius breviusve memo-ırunt; exempli gratia Justinus martyr, in sua *Ex-ortatione*, c. 15; in libro *De monarchia* c. 3; Cle-ıens Alexandrinus in *Protreptico*, c. 7; in quinto *trom.*, sed minutis ac parvulis fragmentis; deni-ue sanctus Cyrillus Alexandrinus *contra Julianum*, ı : maximum autem excerptum ab Eusebio factum ;t, sed illud evidenter gravissime adulteratum est. ı hoc vero auctor præfatus venia dignus est, declarat aim omnem hanc citationem ex Aristobulo desump-ım fuisse, cujus patet mala fides; dum vero Justinus rpheum solum nominet, sicut Clemens ac Cyrillus lexandrinus; sed versus Aristobuli refert, minime de-gnato auctore. Nunc vero quomodo horum textuum iscrepantia explicanda sit, quisve istarum adultera-onum auctor? Illarum inventor Aristobulus haud ihi censendus videtur. Hoc enim demonstratur ım quia primo versui alluserunt Plato, Plutarchus : Stobæi anonymus, *Florilegii* ıv, 1, tum e cre-errimis illius auctoris imitationibus a Latinis poe-cis scriptoribus factis, et a Brissonio memoratis, *e formulis*, initio libri primi. Nihilonimus hunc ersum arbitratur Orphicis additum fuisse, Lobe-us, p. 453. Quid autem per Orphicos versus intel-ğit? An Orphei versus? Fere certum est, si tamen rpheus exsiterit, nullos ab eo versus conditos fuisse, axime autem, in Attica dialecto, quæ tunc non-ım noscebatur. Onomacritus primus adulterator ıbetur qui sua poemata Orphei et Musæi nomini-ıs in lucem edidit. Quinquagesima quinta Olym-ade vivebat. Postea vero Pythagorici hoc nomen ıurparunt, illudque celebre reddiderunt, plurimis oematibus pseudonymis ab iis evulgatis. Istius est ıeris prima hujusce fragmenti editio, sola quæ Justino nota fuisse videatur, in qua sic appellatur Jupiter.

..Θρῃ ταὶ κόραι εἰσὶν ἐν ὄσσοις
Ἀσθενέες δ' ἰδέειν Δία τὸν πάντων μεδέοντα.

Clemens autem utramque cogpovit atque ex utraque hausit; Eusebius fideliter secutus est Aristobulum, quem ut suum ducem indicat, cuique omnem fraudem tribuendam esse demonstrarunt Valckenaerus, Gfrörerus, ac Dahnæus. Lobeck, *Orphicis*, p. 448, contendit has adulterationes, certe Clemente posteriores esse, sicque Hody ac Ricardi Simonis sententiam amplectitur, sed cum tantummodo eximiis Valckenaeri argumentis suam propriam opinionem opponat, illam minime tenendam esse arbitror. Dignus sane erat qui confutaretur Valckenaerus.

Ibid. 4. Πᾶσι νόμου legem datam in Sinai monte indicat. Horum verborum loco, Justinus scribit πάντες ὁμῶς · omnes simul; quod longe discrepat : Clemens ac Cyrillus illum sequuntur. Fatendum tamen mihi est omnes Eusebii manuscriptos non eadem continere 465, 466, 467. In eis enim legitur : πᾶσιν ὁμοῦ. Quod vitiosum est, nam incidens phrasis substantivo caret, θείοιο τεθέντος πᾶσιν; nomen adhibendum est, ideo conservandum est, πᾶσι νόμου.

Col. 1100 A 8. Differentia philosophicarum doctrinarum quibus movebantur ii qui duas hujus fragmenti editiones confecerunt, præcipue in his versibus animadvertitur. Isti sunt sancti Justini qui suam e paganismo traxerunt originem.

Οὗτος δ' ἐξ ἀγαθοῖο κακὸν θνητοῖσι φυτεύει,
Καὶ πόλεμον κρυόεντα καὶ ἄλγεα δακρυόεντα.

Aristobulus Judæus :

Αὐτὸς δ' ἐξ ἀγαθῶν θνητοῖς κακὸν οὐκ ἐπιτέλλει
Ἀνθρώποις · αὐτῷ δὲ χάρις καὶ μῖσος ὀπηδεῖ.

Negandi difficultas mala a Deo mitti, et necessitas eum tamen agnoscendi velut solum auctorem omnium rerum quæ adveniunt, est omnium quæ ad religionem spectant quæstionum difficillima. De ea fuse autem in secundo *De republica* libro disseruit Plato; illiusque dissertatio excerpta est ex eodem libro, c. III, p. 641, ab Eusebio. Magis ad Christianorum Judæorumque sententiam accedit : Justini vero Orpheus, nihil aliud est quam Homeri discipulus ac repetitor; id est rudis ac primævæ mythologiæ.

Ibid. B 1. Hæc decem Moysis mandatorum commemoratio adulterationis Judaicæ certum est argumentum :

Ἀρχὴν αὐτὸς ἔχων καὶ μέσσον ἠδὲ τελευτήν.

Ibid. C 3. *Μέσσον.* Ms. 466 μέσην habet; quod diverso modo emendatum litteræ sigma duplicatione sicut in Theodoreto, *Therapeuticæ*, sermo II, p. 26, edit. Sylburgi. Clemens, ab Eusebio citatus, infra, p. 685, legit:

Ἀρχὴν αὐτὸς ἔχων ἅμα καὶ μέσσον ἠδὲ τελευτήν.

Ibid. C 5. Emendationem Scaligeri secutus sum; ille scribit : ὑδογενής pro ὑλογενής quod in textu reperitur. Vide Valckenaerum, p. 75, postea Wesselingium. Huetius eam sui codicis margine scripsit.

Col. 1101 A 6. *Ἐκ Διὸς ἀρχώμεθα.* Hic incipiendi modus in omni antiquitate percelebris et a multis memoratus auctoribus, mutatur in manuscriptis 465, 466, 468 in seqnentem: Ἐκ Θεοῦ ἀρχ.

Gfrorerus, t. II, p. 78 *Urchristenthum*, hanc variationem, amplexus est quæ satis fulcita videtur Aristobuli infra dictis. Tamen primitivus textus conservandus visus est utpote multis Græcis Latinisque citationibus commendatus quæ nobis ab antiquitate de hujusce poematis initio transmissæ fuerunt.

Digitized by Google

Col. 1101 A 7. *Omnia Deo plena.*

Μεσταὶ δὲ Θεοῦ πᾶσαι μὲν Ἀγυιαί,
Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραί....

In his duobus versibus, Aristobulus substituit Θεοῦ voci Διός; illud infra dicit; conservanda est igitur hæc originalis textus varia lectio quam ipse scriptor fatetur.

Mirandum sane est quod sic audacter adulteratis Orphei versibus ac plurimis propriis Orpheo ipsi additis, quorumque falsitas omnibus elucet, Aristobulus ne unum quidem verbum mutare in Arati versibus ausus fuerit. Hujus agendi rationis causa est quod Aratus poeta tunc recentior erat in aulaque Ptolemæorum notissimus, et cujus primus versus in proverbium venerat:

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα καὶὡς ἔκρινεν Ἄρατος.

Ibid. B 14. *Ἡ δὴ καὶ πρώτη φυσικῶς ἂν λέγοιτο ὡσὸς γένεσις ἐν ᾧ τὰ πάντα συνθεωρεῖται.* Hæc primi cum septimo die confusio Altingio observationem sequentem suggessit, *Operum* t. V, p. 351 : « Deus operum externorum, die uno (septimo), qui itidem principii est, cum Moses principium describens septimum diem eidem annumeret, ac si demum natales rerum omnium indicatos ostendat (*Genes.* I, II, III, IV) quo natalem dedit operibus gratiæ. »

Gfrörerus hunc locum Philonis refert *De posteritate Cain*, qui omnino Aristobuli sententiæ congruit :

Ἡ ἑβδόμη τάξει μὲν ἐπιγέννημά ἐστιν ἐξάδος, δυνάμει δὲ πρεσβυτάτη παντὸς ἀριθμοῦ, μητρὸς διαφέρουσα μονάδος. Δηλώσει δὲ καὶ αὐτὸς ἐν τῷ τῆς κοσμοποιίας ἐπιλόγῳ φάσκων· Καὶ κατέπαυσεν ὁ Θεὸς ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὧν ἐποίησε. Καὶ εὐλόγησεν ὁ Θεὸς τὴν ἡμέραν τὴν ἑβδόμην καὶ ἡγίασεν αὐτήν· ὅτι ἐν αὐτῇ κατέπαυσεν ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὧν ἤρξατο ὁ Θεὸς ποιῆσαι. Εἶτ' ἐπιλέγει· Αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὅτε ἐγένετο, ᾗ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Τῇ δὲ πρώτῃ ταῦτα γέγονεν, ὥστε τὴν ἑβδόμην εἰς μονάδα τὴν πρώτην καὶ ἀρχὴν τῶν ὅλων ἀναφέρεσθαι.

Ibid. C 13. Philo, primi libri initio, *Allegoriarum legis*, pag. 41 Morelli editionis:

Πρῶτον οὖν ἑβδόμη ἡμέρα καταπαύσας τὴν τῶν θνητῶν σύστασιν ἄρχεται ἑτέρων θειοτέρων διατυπώσεων· παύεται γὰρ οὐδέποτε ποιῶν ὁ Θεὸς, ἀλλ' ὥσπερ ἴδιον τὸ καίειν πυρὸς, καὶ χιόνος τὸ ψύχειν, οὕτω καὶ Θεοῦ τὸ ποιεῖν· καὶ πολύ γε μᾶλλον ὅσῳ καὶ τοὺς ἄλλους ἅπασιν ἀρχὴ τοῦ ὁρᾶν ἐστιν. Εὖ μέντοι τὸ φάναι κατέπαυσεν, οὐχὶ ἐπαύσατο· παύει μὲν γὰρ τὰ δοκοῦντα ποιεῖν, οὐκ ἐνεργοῦντα· οὐ παύεται δὲ ποιῶν αὐτὸς διὸ ἐπιφέρει· Κατέπαυσεν ὧν ἤρξατο· ὅσα μὲν γὰρ ταῖς ἡμετέραις τέχναις δημιουργεῖται, ταῦτα τελειωθέντα ἵσταται καὶ μένει· ὅσα δὲ ἐπιστήμῃ θεοῦ, περαιωθέντα πάλιν κινεῖται. Τὰ γὰρ τέλη αὐτῶν, ἑτέρων εἰσὶν ἀρχαί, οἷον ἡμέρας τέλος νυκτὸς ἀρχή· καὶ μῆνα δὲ καὶ ἐνιαυτὸν ἐνισταμένους, ἀρχὴν δήπου τῶν ἑξῆς ἰόντων ὑποτοπητέον.

Vide Clementem Alexandrin. *Stromat.* VI, p. 813:

Ἕνεκεν σημείου τοῦ περὶ ἡμᾶς ἑβδόμου λόγου καθεστῶτος, ἐν ᾧ γνῶσιν ἔχομεν ἀνθρωπίνων καὶ θείων πραγμάτων.

Ibid. D 5. Quomodo autem hoc ἕβδομος λόγος intelligendum est, quod nos edocet et Deum et nosmetipsos? Walckenaerus illud e Stoicorum doctrinis juxta Judæorum ideas modificatis explicat. (Laertius Diogenes, in *Zenone* VII, 110.)

Φασὶ τὴν ψυχὴν εἶναι ὀκταμερῆ· μέρη γὰρ αὐτῆς τάττε πέντε αἰσθητήρια, καὶ τὸ φωνητικὸν ὄργανον, καὶ τὸ διανοητικὸν καὶ τὸ γεννητικόν.

Aristobulus septem tantum facultates agnoscens, intellectus in duas partes divisionem removet aut rejicit, dianoeticum scilicet et generativum; quinque sensibus ac vocis organo, addit ἕβδομος λόγος, id est Νοῦς, intelligentiam, quæ omnium nostrarum cognitionum origo est.

Ibid. 7. Hæc doctrina occultorum attributorum numeri septimi quæ inter veteres viguit, non solis Judæis propria fuit. Pythagoras, propter harmonicas illius proprietates illi quemdam cultum voverat. Plato in *Timæo*, Cicero in *Somnio Scipionis*, huic falsæ opinioni adhæserant. « Qui numerus rerum omnium fere modus est, » inquit. Macrobius, in suo commentario de hoc ultimo opere, in pluribus paginis exposuit hujus mystici numeri mira commoda. Illud quoque fecit A. Gellius in decimo capite tertii libri *Noctium Atticarum*. Facile intelligitur quam grata esset Judæis et præcipue Philoni atque Aristobulo, hæc paganorum doctrina, uti videre est *De septenario*, p. II, 75, editionis Morellii, et passim...; *De opificio Dei*, p. 20. Attamen Valckenaerus qui innixe studuit huic nostri auctoris sectioni, secumque agitans cur Philo de Aristobulo siluerit, arbitratur e contrario Gfrörerii sententiæ, hunc elegantem scriptorem, musarumque Græcarum alumnum atque admiratorem omnia suæ gentis litterarum monumenta despexisse etsi Græce scripta, Biblia excepta tamen, illumque assensum suum dare non potuisse insanis suppositionibus ac insulsis adulterationibus et identidem non amendatis, ab Aristobulo factis, ut hic spurius Homeri versus:

Ἑβδομάτῃ δ' ἠοῖ λίπομεν ῥόον ἐξ Ἀχέροντος.
Aristobulea, p. 95.

Hæc somnia quoque amplexi sunt quidam Christiani; vide Lactantium, *Institut. divin.* I. VII, c. 14; Clementem in fragmento quod refert Eusebius, juxta Aristobuli citationem; sanctum Hieronymum in *Amos* ac *Michæam*. Sanctus Augustinus non videtur illius erroris esse immunis, *De civitate Dei*, XI, 31.

Col. 1104 A 1. Aristobuli fraus in hoc loco consistit quod separatim referat hunc Hesiodi versum, qui poematis *Dierum* sextus est, 770 *Operum ac Dierum*:

Αἱ δὲ γὰρ ἡμέραι εἰσὶ Διὸς παρὰ μητιόεντος·
Πρῶτον μὲν ἕνη. τετράς τε καὶ ἑβδόμη, ἱερὸν ἦμαρ,
Τῇ γὰρ Ἀπόλλωνα χρυσάορα γείνατο Λητώ.

« Septimus dies sanctus est quia in ea natus est Apollo. » Alii autem versus, si unum tantum Homeri excipias, supposititii sunt, minimeque demonstrant quemque septimum diem cultu consecratum fuisse: sed tantum septimum mensis diem. Versus vero adulteratus Homeri, hic sequens est:

Ἕβδομον ἦμαρ ἕην καὶ τῷ τετέλεστο ἅπαντα.
Odyss. E, 262.

Τέτρατον ἦμαρ ἕην καὶ τῷ τετέλεστο ἅπαντα.

Hic audax interpolator numeros ipsos mutare quoque non erubuit!

Isti versus hic Lino tributi, Callimacho assignantur a S. Clemente, lib. V *Strom.*, nam infra p. 677, sub Callimachi nomine referuntur. Nulli dubium est Lini nomen pseudonymum esse, sicut omnes illi ascriptos versus; sed omnes stupent critici Callimachum ei substitutum fuisse a S. Clemente, atque hunc errorem a Bentleyo non animadversum fuisse imo et huic illum adhæsisse in ejus poetæ fragmentis. Valckenaerus, pag. 125; Ruhnkenius in suis ad *Ernestum epistolis*, pag. 44, omnesque qui de hac citatione disseruerunt; Henricus Stephanus in sua *Poesi philosophica*, illos Lino attribuit.

Ibid. B 3. *Ἑβδόμη ἐστὶ γενέθλη.* In Judæorum ideis, de mundo; in Philonis ac Aristobuli ideis, de lumine; itaque septimum diem primo die conse-

Digitized by Google

ciant (Vid. supra), juxta paganorum ideas de Apollone, propter hoc cognominato Ἑβδομαγέτας.

Col. 1104 C 8. Textus qualis refertur a S. Clemente, Eusebio et omnibus manuscriptis, evidenter erroneus est. Δεικνύουσι et μηνύουσι sensum plane similem præbent, nullamque adversativam significationem exhibent, quod exigit vocis ἄλλο repetitio. Emendatio mihi obvia, nam nota definitio vocis ἀλληγορία, ἡ ἄλλο μὲν ἀγορεύει, ἄλλο δὲ νοεῖ, nobis eam suppeditat : Αἱ ἀλληγορίαι αἱ ἄλλο τι δεικνύουσιν, ἄλλο μὴν νοοῦσι.

Col. 1105 C 8. *Κατὰ τὸν παρόντα τρόπον τῆς διεξόδου.* Hujus vocis tenor vel sensus per metaphoram in Platone adhibetur ad exprimendos agminum progressus atque regressus, διέξοδοι τακτικαί, *De legibus* lib. VII, pag. 372. Vide Vigeri notam de hoc ultimo loco, pag. 706, nostræ *Præparationis evangelicæ* citato eodem libro, cap. 19.

Col. 1108 C 5. Hic sancti Pauli Epist. ad Ephesios, VI, 12, textus omnino a Clemente truncatus est, sicut in citatione quam dedit Eusebius; sic enim se habet : « Οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις.

Col. 1112 B 10. De hoc Pindari versu, vid. Boeckhium, *Frag.* 29.

Col. 1113 A 6. Vid. *Frag.* 87 Callimachi a Bentleio.

Ibid. 13. Hic poetæ textus a sancto Clemente adulteratur : legitur enim καὶ σθένος pro καὶ νόον ; Lanzeius animadvertit hanc variationem Origeni tribuendam esse a quo sanctus Clemens sine dubio illa desumpsit. Attamen vox σθένος in quarto *contra Celsum* libro invenitur, § 38. Sexagesimus est versus poematis *Operum ac dierum*.

Ibid. B 2. Non naturam tantum sic definiunt Stoici philosophi, sed Deum ipsum : quod minime sancto Clementi arridet. Sed cum deinde sæpissime Deum cum natura confundunt, hac similitudine uti potuit ad exsequendum suum propositum, Græcos inducendi philosophos sicut Genesis ipsa loquentes. Ecce similes sententiæ :

Cicero, *De natura deorum*, II, 22 : Zeno ita naturam definit ut eam dicat ignem esse artificiosum ad gignendum progredientem via. »

Plutarchus, *De placitis philosophorum*, lib. I, cap. 7 : Οἱ στωϊκοὶ κοινότερον θεὸν ἀποφαίνονται πῦρ τεχνικὸν ὁδῷ βαδίζον ἐπὶ γενέσει κόσμου ἐμπεριειληφότος πάντας τοὺς σπερματικοὺς λόγους καθ' οὓς ἕκαστα καθ' εἱμαρμένην γίνεται.

Stobæus, *Eclogæ physicæ*, lib. I, pag. 64 edit. Heerenis, eadem dicit, nisi quod νοερόν, loco. Κοινοτερόν, legit.

Aristoteles ab Eusebio allegatus, in *Præparatione evangelica*, lib. XV, cap. 14 : Στοιχεῖον εἶναί φασιν οἱ στωϊκοὶ τῶν ὄντων τὸ πῦρ, καθαπερ Ἡράκλειτος. Τούτου δὲ ἀρχὰς ὕλην καὶ θεόν · ἀλλ' οὗτοι ἄμφω σώματά φασιν εἶναι.

Diogenes Laertius, lib. VIII, 156 : Τὴν φύσιν εἶναι πῦρ τεχνικὸν ὁδῷ βαδίζον εἰς γένεσιν.

Tandem legi potest refutatio hujus Stoicorum sententiæ de Deo, quem sibi corporeum fingunt, in Athenagoræ *Legatione pro Christianis*, pag. 26 editionis H. Stephani.

Col. 1116 C 2. Hic locus e sexta Platonis epistola desumptus, memoratus fuit ab omnibus apologistis ; illum memoravit Clemens in *Protreptico* ; Athenagoras in *Legatione pro Christianis*, pag. 92 ; Origenes *contra Celsum*, lib. VI, § 8 ; Cyrillus *contra Julianum*, l. I.

Col. 1117 A 4. De Heraclito Ephesino, vide Plutarchum, *De animarum procreatione*, p. 290, t. XIII, ed. Huttenii ; Schleiermacherus, in *Museo antiquit. Fred. Aug. Wolf.*, pag. 374 ; Simplicius, in librum Aristotelis, *De cœlo*, folio 68 ; idem, in *Aristotelis physicam*, folio 17, edit. Ald.

Ibid. 12. *Ἀπτόμενον μέτρῳ καὶ ἀποσβεννύμενον μέτρῳ.* Legitur μέτρα apud sanctum Clementem, et hæc lectio anteponenda videtur Schleiermachero in dissertatione laudata, est versio Simplicii *l. l.* ; vid. pag. 119 ac seq. Sic lectionem illam tuetur p. 451 :

Das Ἀπτόμενον μέτρα καὶ ἀποσβεννύμενον μέτρα, erklart gewiss Jeder der unsere stelle fur sich betrachtet, von den ununterbrochen nach verschiedenem mass vor sich gehenden verwandlungen.

« Quisquis recte hunc locum perpendit, in eo detegit certissime non interruptam seriem mutationum, quæ variis mensuris (aut proportionibus) fiunt. »

Col. 1120 A 2. Hæc de numero septimo intercalatio, quæ orationis seriem abrumpit, velut quoddam πάρεργον, maxima de parte ex Aristobuli libro excerpta est, licet minime nominetur ; illud enim probatur ex fragmento e quo coalescit præcedens Eusebii libri caput. Nemini dubium est, quin si hoc opus non periisset, multa alia furtim subrepta huic Alexandriæ sacerdoti detegeremus. Hæc fraus tam imperite facta est, ut ineptæ adulterationes Aristobuli integræ in eo remanserint, neque Clemens consulere curarit vera et genuina auctoris scripta, quæ Judæus scriptor adulteravit. Illud tribuendumne est transcriptori satis antiquo ut Eusebio anterior fuerit? hoc non verisimile videtur.

Vide, in adnotationibus capitis præcedentis, quidquid ad has veterum poetarum citationes spectat.

Ibid. 10. Hic versus quem Clemens Callimacho tribuit, Lino assignatur ab Aristobulo, sicut videre est in duodecimo hujus libri capitulo.

Sic Ruhnkenius ea de re ad Ernestium scribebat, pag. 44 :

« In Bentleii fragmentis Callimachi, num. 115, quinque versus sunt spurii. Clemens nempe Alexandrinus, ad quem provocatur, hæc omnia descripsit ex Aristobulo, cujus fragmentum exhibet Eusebius, *Præparat. evang.*, lib. XIII, pag. 665-668. Ibi pagina ultima Lino versus isti tribuuntur multo convenientius. »

Est eadem sententia Valckenarii, pag. 28 et 124 *Dissertationis de Aristobulo*.

Col. 1121 A 5. Vide Xenophontis *Memorab.* l. IV, c. 3, § 8, et Schneideri notam de textus varianti bus. Vide Stobæum, *Eglogæ physicæ*, II, l. 19. Loco vocis παμφαής, Davies in Ciceronem, *De natura deorum*, lib. I, c. 12, pag. 37, proponit παμφανής, quod legitur apud sanctum Cyrillum, *Contra Julianum*, l. I, p. 32, ac in Stobæo l. I.

Ibid. D 3. Σοὶ Ζῆν' ἐς εὔνην ὥσπερ ἄνθρωπον μολεῖν ; lego cum Valckenaerio.

Col. 1124 C 5. Omnia in hoc fragmento certatim a primis Christianismi defensoribus invocato, fraudem aperte detegunt ; jam de hoc communis doctorum hominum sententia statuit.

Indubitata Sophoclis pietas, impietati dissimulatæ Euripidis opposita, est quoddam factum historicum, quod omnis testatur antiquitas in iis quæ ad nos pervenerunt de istis duobus æmulis ; quis autem merito supponere posset ab hoc poeta tam eximia pietate prædito, Atheniensium religionem apertius impetitam fuisse, quam ab Euripide aut a Socrate.

Deinde Clemens hic nobis detegit hanc citationem tribuendam esse ignoto Judaicæ historiæ scriptori, ipsi forsitan Judæo, sicut arbitrabatur Celsus ab Origene citatus, l. I, p. 13. *Vid.* Bentleium *Epist. ad Millium*, pag. 93 ; Valckenaerum, *De Aristobulo*, p. 18. Non sic Clemens, veterum scriptorum peritissimus, eorum nobis textus exponere solet ; sæpissime enim illorum opera designat, sicut superius de Sophoclis *Antiope* ; hic haud similiter sese gessit. Solo Hecatæo Abderitano nititur. Attamen fatendum est plures Christianos scriptores antea sic egisse ; inter quos Athenagoras in sua *Legatione pro Christianis*, ac Justinus martyr *De monarchia* et in *Cohortatione*, sed illorum auctoritas levissimi ponderis est quoad hujus monumenti authenticitatem, et credendum est illos ex eodem fonte hausisse ac Clemens

Digitized by Google

Stromateus. Jam ex Aristobuli exemplo constat quantæ fraudis culpam admittere non dubitent Judæi Hellenistæ.

Col. 1124 C 5. Isti Euripidis versus,—tera Plutarcho citati, *De exsilio*, t. I, p. 370 ed. Huttenii, *Quæstiones de natura*, t. XIII, p. 25; *Adversus principem indoctum*, t. XII, pag. 95; a Luciano transcripti, *Jupiter tragicus*; quosque in *Thyeste* imitatus est Ennius, ut refert Cicero (*De natura deorum*, lib. II, c. 2, ac c. 25),—tribuuntur a Valckenaero (*Diatrib. ad Eurip. Fragm.*, pag. 47) tragœdiæ *Cretenses* inscriptæ, nunc vero deperditæ.

Col. 1125 A 2 :

Ἄκριτος δ' ἄστρων
Ὄχλος ἐνδελεχῶς ἀμφιχορεύει.

Hæc astrorum chorea circa Deum supremum persæpe in veteribus auctoribus invenitur. Pericityone Pythagorica a Stobæo citata, *Florilegium*, serm. 79 :

Θείη καὶ καλὴ ὄψις γονέων καὶ ἡ τουτέων ὄψις καὶ θεραπείη ὀκόση οὐδὲ Ἡλίου οὐδὲ πάντων Ἄστρων, τὰ οὐρανὸς ἐναψάμενος ἀμφιχορεύει.

Col. 1128 C 3. Meineckius, ut Brunck, in *Poesi ethica*, p. 39, inter *Spuria* rejecit hos Menandri versus quos Justinus, *De monarchia*, Philemoni tribuit : horum authenticitatem nec defendendam nec impugnandam suscipio.

Col. 1129 A 4. Isti Diphili versus simliliter a Luzaco discutiuntur, in *Exercitationibus acad.*, p. 138, qui in eis quasdam fecit mutationes : legit ὁδόν, sexto versu, aut sèptimo, pro ὅρον. Quartus versus,

Ἔστιν δίκης ὀφθαλμὸς ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ,

a Plutarcho citatur in tractatu *Contra Colotem*, t. XIV, p. 189 edit. Huttenii ; alius vero versus legitur in *Monostichis* Menandri. Stobæus, *Eclogæ physicæ*, l. I, p. 110, ed. Heerennii, et Sextus Empiricus, *Adversus grammat.*, l. I, c. 13, p. 275, ultimos referunt.

Ibid. B 6. Hi versus Sophocli tribuuntur a Justino Martyre, *De monarchia*. Hoc est quinquagesimum primum fragmentum incertum Brunckii.

Ibid. C 4. Hi duo Orphici versus jam in tertio libro leguntur, c. 9, p. 100, juxta Porphyrium citati. Desumpti sunt e Jovis descriptione pantheistica quam Aristoteles tractatui *De mundo* inseruit, ac eum imitatus, ejusdem operis versioni Latinæ Apuleius indidit. Leguntur etiam in Stobæo, *Eclogæ physicæ*, l. I, 3, p. 40 ; in Commentario Proculi *in Timæum*, p. 96. Illius operis passim inveniuntur versus in Plutarcho, *De oracular. defectu*, c. 48 ; Macrobio, *Saturnal.*, I, 20 ; Olympiodoro *in Philebum*, a Ruhnkenio citato, *Dissertat. in Longinum*, § 5. H. Stephanus illos quoque inseruit in *Poesi philosophica*. Lobeck hos varios textus in *Aglaophamo* collegit p. 521 ac seq. cum variis lectionibus.

Ibid. 13. *Καθ' Ἑλληνας*. Platonem innuit in decimo libro *Legum*, p. 905. Hunc locum jam citavit Eusebius, *Præp. evang.*, l. XII, c. 52, p. 635 : Οὐχ οὕτω σμικρὸς ὢν δύσῃ κατὰ τὸ τῆς γῆς βάθος, οὐδ' ὑφηλὸς γενόμενος εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναπτήσῃ.

Ibid. D 1. Tres isti versus depromuntur ex prolixo fragmento jam in capite 12 hujus libri citato, juxta Aristobulum, 5, 6, 7. In tertio legitur τυποτήν loco ἄνακτα. Vide Lobeck, p. 439 ac sqq. *Orphicorum*, ac *Dissertationem de Sanchoniathone*, a me editam. (*Exstat infra.*) Idem dicendum est de quinque aliis sequentibus, 23 ad 27.

Col. 1131 A 13. Hæc ad locum Aristobuli in capite præcedenti partim citatum pertinent.

Ibid. B 12. Ejusdem fragmenti sunt isti versus : jam illud citatum est, c. 12.

Ibid. D 5. Vide in hunc Orphæi locum, Lobeckii *Aglaophamum*, p. 455.

Col. 1133 A 2. Textus hic Oseæ tributus non in hoc propheta invenitur : apud prophetam Amos legitur textus huic fere similis et qui non idem est in Septuaginta Interpretibus ac in Vulgata Latina. — Clemens : Ἰδοὺ ἐγὼ στερεῶν βροντὴν καὶ κτίζων πνεῦμα, οὗ αἱ χεῖρες τὴν στρατιὰν τοῦ οὐρανοῦ ἐκμελίωσαν.

Sic autem habet Vulgata Latina : *Quia ecce formans montes et creans ventum et annuntians homini eloquium suum, faciens matutinam nebulam, et gradiens super excelsa terræ : Dominus Deus exercituum nomen ejus.*

LXX : Διότι ἰδοὺ ἐγὼ στερεῶν βροντὴν καὶ κτίζων πνεῦμα, καὶ ἀπαγγέλλων εἰς ἀνθρώπους τὸν χριστὸν αὐτοῦ· ποιῶν ὄρθρον καὶ ὁμίχλην, καὶ ἐπιβαίνων ἐπὶ τὰ ὕψη τῆς γῆς, Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ ὄνομα αὐτῷ.

Similia vide in psalmo LXXXIV.

Ibid. 10. Duo isti versus ad fragmentum pertinent in cap. 12 citatum ; sunt enim undecimus ac duodecimus ; sed variant ; textus autem qui hic legitur apud Justinum martyrem deprehenditur in libro *De monarchia*.

Ibid. 14. Hi versus fusius allegantur sub Eschyli nomine, in *Eclog. physic.* Stobæi, t. I, p. 122 :

Ὦ Ζεῦ, πάτερ Ζεῦ, σὸν μὲν οὐρανοῦ κράτος·
Σὺ δ' ἔργ' ἐπ' οὐρανίων καὶ ἀνθρώπων ὁρᾷς
Λεωργὰ κἀθέμιστα, σοὶ δὲ θηρίων
Ὕβρις τε καὶ δίκη μέλει.

Inseruntur a Brunckio in *Analectis*, t. I, p. 43, substitutio vocis ὁρᾷς, pro voce ῥεῖς, omnino mutat hujus loci sensum ; cum Brunckio textum Eusebii secutus sum.

Ibid. C 12. Versus isti excerpuntur sub e magno fragmento, juxta Porphyrium citato, l. III, c. 9, cum textus variantibus sequentibus. v. 6, 7, 8, l. III Eusebii :

Ἔν κράτος, εἷς δαίμων γένετο μέγας ἄρχος ἁπάντων,
Ἔν δὲ δέμας βασίλειον ἐν ᾧ τάδε πάντα κυκλεῖται.

Sic illos refert Proculus, in *Timæum*, pag. 96. Illos vero hocce modo habet Clemens, p. 726 :

Ἔν κράτος εἷς δαίμων γέγονεν μέγας Οὐρανὸς ἄλθων,
Ἔν δὲ τὰ πάντα τέτυκται, ἐν ᾧ τάδε πάντα κυκλεῖται.

In iis vero Uranotheismus clare patet.

Col. 1136 B 9. Prædicti versus memorantur a Plutarcho, *Περὶ Εὐθυμίας*, t. X, p. 24 Huttenii : Stobæo, *Eglogæ physicæ*, I, p. 168. His constant octavum et decimum fragmentum ed. Meineckii, p. 205.

Ibid. D 3. Herodoto hoc oraculum debetur, l. VIII, c. 141. Jam citatur l. V, c. 24, in Œnomai *Selectis*.

Col. 1137 A 1. *Θεαρίδας*. Illius nomen in *Pythagoræ Vita*, a Jamblico, p. 214 edit. Kusteri, scribitur Θεωρίδας vel Θεωρίδης.

Ibid. B 1. Ludus iste cui alludit Plato, cum hic, tum in *Phædro*, p. 242, describitur a Ruhnkenii Scholiaste, in hunc ultimum locum disserente. Per περιστροφὴ ὀστράκου, intelligitur quoddam ludi genus in quo pueri in duas omnino æquales caterras dividuntur, una quarum ad orientem stat, altera vero ad occidentem ; in medio autem unus illorum sedet manu tenens testulam, una parte colore albo, nigro vero altera parte tinctam. Illam in aerem projicit : si pars albeo colore distincta cadendo supra remanet, puerorum caterva ad orientem stans alteram insequitur ; si vero nigra testulæ pars superior conspicitur, altera caterva priorem persequitur quoadusque omnes æmulos ceperint reduxerintque ad stationis locum.

Hujus ludi descriptio a Pollucе data, l. IX, c. 7. parum a præfata differt ; solummodo, in ea captivus

Digitized by Google

ab ὄνος nomine designatur. Ὁ μὲν τοίνυν ληφθεὶς ὢν φευγόντων ὄνος οὗτος κάθηται. Vide Meursium *de ludis Græcorum*; voce *Ὀστρακίνδα*, et Erasmi *Adagia*, voce *Testulæ transmutatio*.

In nostris moribus quæsivi ludum qui aliquam similitudinem cum Græcorum ludo haberet, quem non aperime cognoscimus ad exprimendam Platonis ideam.

Col. 1137 B 10. Τῷ ζώῳ 466.

Col. 1144 B 1. Πλάσαι 466.

Col. 1145 B 6. Σωμάτων 466, recte.

Ibid. C 2. Λήξεως 465, recte.

Col. 1149 D 6. *Ἐν μέσοις δὲ λαχοῦσαν τὴν Ἀταλάντης ψυχὴν, κατιδοῦσαν μεγάλας τιμὰς θλητοῦ ἀνδρὸς οὐ δύνασθαι, παρελθεῖν ἀλλὰ μεῖναι*. Nullum sensum exhibet hic textus; sic lego: Ἐν δρωμέσι λαχοῦσαν τὴν Ἀταλάντης ψυχὴν, κατιδοῦσαν μεγάλας τιμὰς ἀθλητοῦ ἀνδρὸς οὐ δύνασθαι παρελεῖν, ἄλλην λαβοῦσαν.

Col. 1153 A 3. *Διὰ τὰ τοιαῦτα ἀδικήματα ἀρίσται γέγονται, ἐκ τούτων τὰ παραδείγματα γίνεται, αἱ οὗτοι αὐτοὶ μὲν οὐκέτι ὁρίζονται, ἅτε ἀριστοι ὄντες, ἄλλοι δὲ ὁρίζονται*. Pro voce καί, lego αἱ εἰ; hæc conjunctio necessaria est ad phrasis constructionem.

Ibid. C 1. Hoc fragmentum tractatus *De anima*, cujus auctor Severus Platonicus, dialectica et ingenii rectitudine conspicuum, nobis optimam totius operis ideam præbet; sed solum illius hoc exceptum exsistit, atque brevis citatio in fragmento ex tractatu *De anima* Jamblici a Stobæo data, *Eclogæ physicæ*, l. I, cap. 52, p. 862, in quo dicitur animæ ornam a Severo Platonico sic definitam fuisse: σχῆμα· πέρας διαστάσεως καὶ αὐτὴ διάστασις. « Distantiæ terminus ac distantia ipsa. » Absque majori explicatione, hoc minime intelligi potest, et tamen fragmento nobis exhibito patet Severum recte ac congrue ratiocinia contexere. Fabricius, in *Bibliotheca Græca*, l. II, p. 65, veteris editionis, illum Augusto coævum fuisse arbitratur: illius nomen a Porphyrio, in *Vita Plotini*, invocatur.

Plurimi ejusdem nominis sunt homines qui minime cum eo confundendi sunt.

Hic numerus qui non in textu indicatur, ad cap. 7 ex integro refertur.

Col. 1156 A 14. Loco ἡ δὲ ψυχὴ, εἰ δὲ ψυχὴ substitui, ut illud sensus aperte exigit.

Col. 1157 C 8. Vigerus in sua adnotatione discussit voces ἔξω et ἔξωθεν, quarum prior apud Platonem invenitur, posterior vero, in Eusebio. Posteriorem Cicero adhibuit in sua *Timæi* versione. Non obstante hac gravi auctoritate, Vigerus tamen rationes exponit e quibus Platonis sententia illi videtur anteponenda. In illius mentem conveniunt alii hujus philosophi textus, ac Locrensis *Timæi* qui extra corpus animam collocat. Ciceronem ac Eusebium secutus sum.

Col. 1160 B 4. E Vigeri sententia, velut inutilem deglexi textus Platonis repetitionem ab imperito transcriptore evidenter insertam.

Col. 1161 B 3. In hoc periodo exstat interrupta sensus series haud manuscriptis emendata. Τοὺς δὲ ἢ βλέποντας non habet verbum a quo regatur nisi præcedentibus, vel antea dictis religetur; quocunque autem modo construatur, pessima semper erit constructio.

Ibid. 11. *Προόδοις* 465.

Col. 1165 A 5. Istud nomen est cujusdam Eleusis earum Demeteris filiæ quam, secundum Romanos, Proserpinam interpretamur; in hoc loco tamen Minervam potius significare videtur; nam *Core* vox *Virginem* sonat, nobisque compertum est Minervam e juramento obstrinxisse, perpetuo manere virginem, insuper, saltationem cum integra armatura, πυρρίχη, inter illius exercitia fuisse; tum, Παλλὰς ἀπὸ τοῦ πάλλειν, vocabatur; hoc autem saltandi genus *Pyrrhicum* appellabatur.

Ibid. 12. *Οἰκοῦντας ξένους*. Licet Plato ac Eusebius ad legendum οἰκοῦντας consenserint, tamen cum Vigero legere malo οὐκ ὄντας.

Col. 1168. A 1. *Θέσεως καὶ ἀναιρέσεως ὅπλων*. Quid intelligitur in Græca tactica per has voces τίθεσθαι τὰ ὅπλα? Num illud significat, arma deponere aut sub armis stare, aut arma capere? Vigerus in eruditissima in hunc locum nota, absurditatem demonstrat hujus exercitii arma deponendi, θέσεως ὅπλων ἄπτεσθαι.

Jam Leopardus, *Emendat.*, l. XI, c. 20, perstrinxerat, in plurimis Thucydidis locis pravam Vallæ versionem, ubi hoc verbum per vocem *ponere* vertit. Scholiastæ duo contraria enuntiant: *arma deponere* et *ea sumere*. Vide Wesseling. *in Diod. Sicul.*, l. XII, 66; Valesium in *Harpocration*, voce : *Θέμενος τὰ ὅπλα*.

Apud oratores legitur: Ὑπὲρ τῆς πατρίδος τίθεσθαι τὰ ὅπλα. Lycurgus, *adversus Leocratem*, p. 153; Eschinus, *contra Timarchum*, p. 5. Ἐναντία θέσθαι τὰ ὅπλα, Demosthenes; *contra Aristocratem*, p. 624.

Plutarchus, *Vita Alcibiadis*, § 30 : Σηλυβριανοὺς Ἀθηναίοις ἐναντία ὅπλα μὴ τίθεσθαι. Ex omnibus variis locutionibus, Vigerus quatuor dat significationes huic phrasi fere similes.

1° Pro τάττεσθαι, *aciem ordinare*.

2° Καταστρατοπεδεύεσθαι, *castrametari*, juxta Dionysium Halicarnassium, l. V: Θέμενοι πλησίον τὰ ὅπλα.

3° *Castra munire*; idem l. VIII. Εἰς ὄρους κορυφὴν ἀναδραμόντα καὶ θέμενον ἐνταῦθα τὰ ὅπλα, τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα διέμεινε.

4° Ἀντὶ τοῦ πολιορκεῖν; Theucydides, l. VIII. Πρὸς αὐτὴν τὴν πόλιν τὰ ὅπλα τίθενται.

Ibid. 12. *Stadion*, *Diaulon*, *Ephippion*, *Dolichos*, varia exercitia sunt quæ explicat Faber in suo tractatu *De arte agonistica*, l. I, c. 28. Diaulon cursum exprimit qui eundo ac redeundo fit; stadion, unum tantum cursum significabat, dolichos, septem cursus faciebat; ter circa metam currebat (καμπτήρ), et a meta ultimum suum faciebat cursum ut eo unde exierat, rediret (ὑσπληγξ). Vide Tzetzem, VI *Chiliade*. Ephippion, est in equo cursus.

Col. 1169 B 11. Τοιαύτης σπουδῆς. Id est convenienter matrimonio conjungere sponsos.

Col. 1173 A 13. Hanc Platonis phrasim ab Eusebio omissam restituere debui; illius enim suppressio, nullum sequentibus verbis relinquebat sensum, aut saltem eum maxime adulterabat; minime enim referri poterat ad sapientem ascensorem indomiti cursoris (ὁμόζυξ), quæ sequitur phrasis, cujus ille in Philosopho est subjectum. Illamne prætermisit Eusebius, illi animo nocendi, an inadvertantia? hoc non constat. Attamen, mihi observandum est, illam plus æquo vehementem amoris impudici descriptionem, in Platone forsitan vituperandam esse. Sed falsum est illum plane ei assensisse; ac *Phædri* dialogus ad hoc præcipue spectat, ut demonstret quantum a se invicem discrepent, amicitia virtute ac philosophia innixa, et insana ac sordida pederastiæ libido.

Col. 1176 B 1. Non docet Plato, dominum qui suum interfecit servum, mundum ac innoxium esse (καθαρός), sed illum mundandum esse (καθηράσθω), quod non significat *absolvitur*, sicut Vigerus interpretatus est. Verisimiliter opinionem Eusebii sequi voluit; sed vox qua usus est Plato hunc non admittit sensum, purificationes imponit. Cum autem domini haberent jus vitæ ac mortis in servos suos, qui apud veteres considerabantur tantummodo ut res, non vero ut persona, non facile grandior expiatio imponenda erat.

Col. 1177 A 13. Post ἀνεψιότητος adde : Πρὸς ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν τῷ τελευτήσαντι, πρῶτον μὲν τὸ μίασμα εἰς αὐτὸν καὶ τὴν τῶν θεῶν ἔχθραν ἔζεχοιτο, ὡς ἡ τοῦ νόμου ἀρὰ τὴν φήμην προτρέπεται.

Ibid. B 1. Hanc ultimam legem non inveni

Digitized by Google

in nono *Legum* libro Platonis. E contrario in præcedentibus mulier quæ suum interfecit maritum, aut maritus qui uxorem occidit, trium annorum exsilio puniri jubentur.

Ad Eusebii sententiam nullo modo accedere possum. Servus enim cui neque bonum, neque argentum est, cum sit ipse alterius possessio, non nisi corporeis pœnis multari poterat; extra eas, sola ei remaneret impunitas.

Col. 1189 D 1. Hic Parmenidis versus a Simplicio memoratur. In Aristotelis tractatu *De cœlo*, l. I, p. 31 edit. Aldi: Παρμενίδης πρῶτος ὧν ἴσμεν φήμῃ, τὸν λόγον τοῦτον ἐρωτήσας ἐν τοῖς ἔπεσι, περὶ τοῦ τὸ ὂν εἶναι, ἀγέννητον ἔγραψε τοῦτο· Οὔτε γὰρ ἐξ ὄντος δύναιτ' ἂν γενέσθαι αὐτό· ἦν γὰρ καὶ πρότερον· οὔτε ἐκ τοῦ μὴ ὄντος· οὐδὲ γὰρ ἂν ῥηθείη, οὐδὲ νοηθείη ποτέ· οὐδὲ γὰρ ῥητὸν, οὐδὲ νοητὸν τὸ πάντη μὴ ὄν.

In Commentario ejusdem, *De physica auscultatione*, p. 19, sic versum refert:

. . . . . Ἐπεὶ τό γε, Μοῖρ' ἐπέδησεν
Οὖλον ἀκίνητον τ' ἔμμεναι ᾧ πάντ' ὄνομ' ἔσται.

Denuo citatur pagina 31 verso.

Buttmann, ab Heindorfo in hunc locum *Theætetis* citatus sic legendum proponit:

Οἷον ἀκίνητον τελέθειν ᾧ πάντ' ὄνομ' εἶναι.

De significatione vocis διισχυρίζονται, vide *Hasium ad Lydum*, p. 312.

Col. 1193 C 1. Arcesilaus sic detorquebat quadragesimum secundum versum, Hesiodi poematis *Operum ac Dierum*.

Κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι.

Dii hominibus alimenta absconderunt.

Alamannius sic versum hunc interpretatus est in secundo libro *Della Coltivazione*, v. 357:

Ascose l'esca
sotto la dura terra; onde non saglia
fuori all'aperto cielo, se in mille modi
non la chiama il cultore.

Ibid. 6. Verum hujusce philosophi nomen est vel *Charmides*, ut apud Eusebium invenitur, vel *Charmidas*, sicut illud indicat Sextus, quem cæterum ad verbum secutus est ac transcripsit Eusebius, in variarum academiarum enumeratione, ac post ipsum Victorius, *Variarum lect.* l. XXX, c. 24. (Vide *Pyrrhonicas hypotyposes*, l. I, c. 33, p. 56, 57.) Charmadas secundum Salmasium *Plinianæ exercitationes*, p. 36 et 50 editionis Parisiensis. Illum imitatur Valesius *Emendationum* l. I, c. 29. Illi anteierat Turnebus *Adversar.* l. X, c. 16. Quas affert rationes de suo scribendi modo, mihi anteponendæ videntur Eusebii rationibus, quamvis Charmidis etymologia, a Χάρμις, non majorem præbeat irregularitatem quam etymologia Charmadis a Χάρμας.

Non ea sola est de hoc nomine mota disceptatio. Altera multo gravior decimi ac septimi sæculi philologos exercuit. Longius ac nimis ab Eusebio alienum illam hic prolixe exponere; sed illius summa sic se habet. Bis apud Ciceronem Carneadis nomen legitur, scilicet: in *Tuscul.* I, 24, ac *De oratore* I. II. In his duobus locis immerito invocatur; siquidem fuisset fere Ciceronis, aut saltem Antonii cœvus quem Cicero cognoverat, atqui multa suppeditantur chronologica contrariæ sententiæ argumenta; itaque, Turnebus in *Adversar.* X, 16, ac Victorinus, *Variarum lect.* XII, 24, *Charmadis* nomini *Carneadis* substituerunt. Salmasius autem has corroboravit emendationes (in *Plinianis in Solinum emendationibus*) p. 36 temporis computatione. Petavius, contradicendi desiderio ductus, in suis *Miscell. observationibus*, cap. 8 et 9, omnimode conatus est ut Ciceroni Carmeadis nomen restitueret, sed tam paucos sequaces reperit, ut Henricus Valesius tam ei devotus, tamque Salmasio infensus ac contrarius, illius tamen sententiam impugnare coactus fuerit. Hæc autem Valesii dissertatio est scientiæ criticæ opus perfectissimum.

Col. 1196 A 5. Hic evidenter exstat quædam verborum seriei suppressio cui obviandum mihi visum est in mea translatione. Docet Numenius, Platonis doctrinam sub tribus primis illius successoribus intactam mansisse, postea addit: Ἐπὶ εἷς γε τὰ ἄλλα πολλαχῇ παραλύοντες, τὰ δὲ στρεβλοῦντες οὐκ ἐνέμειναν τῇ πρώτῃ διαδοχῇ. Ad quos autem referri possunt: εἷς γε τὰ ἄλλα πολλαχῇ παραλύοντες . . . οὐκ ἐνέμειναν? Minime illud exprobrandum est iis qui nullo modo sui primi magistri documenta adulterarunt. Arcesilaum igitur in animo habet, aliosque novarum academiarum institutores: Arcesilaum scilicet secundæ academiæ patrem; Carneadem ac Clitomachum, tertiæ conditores; quartæ autem Philonem et Charmadam, Antiochum denique quintæ fundatorem, si quinta admittenda sit. In versione vero verbum διαδοχῇ, velut a vero sensu alienum mutavi, in διδαχῇ. Revera, non successio mutatur, sed doctrina; quod in ea re evenit.

Ibid. C 10. ἔστι τε, 466, 467.

Ibid. 13. σκαρφηθμοῖς, 466, 467, 468.

Ibid. D 2. διαφόρως, 466.

Col. 1197 A 2. Αἴτιον δὲ ὅτι τρεῖς θεοὺς τιθεμένου Σωκράτους καὶ φιλοσοφοῦντος αὐτοῖς ἐν τοῖς πρασήκουσιν ἑκάστῳ ῥυθμοῖς, οἱ διακούσαντες τοῦτο μὲν ἠγνόουν, ὥροντο δὲ λέγειν πάντα αὐτὸν εἰκῇ καὶ ἀπὸ τῆς νικώσης ἀεὶ προστυχῶς ἄλλοτε ἄλλης τύχης, ὅπως πνέοι. Manifestum est nullo loco tres deos a Socrate constitutos fuisse; ac cum non potuerit cum ipsis philosophari, rhythmis eis arridentibus, sine ullo dubio error est in τρεῖς θεούς· verisimiliter sunt tria auditorum genera τρεῖς στοίχους quibuscum disserebat: καὶ φιλοσοφοῦντος αὐτοῖς· φιλοσοφεῖν τινι alium sensum habere non posset. Clemens Alexandrin., *Stromat.*, lib. IV, initio: Ἀκόλουθον δ' ἂν διαλαβεῖν ὡς ὁμοίως φιλοσοφητέον δούλῳ τε καὶ ἐλευθέρῳ.

Ibid. 4. Omnibus patet hic, pro *Aristotele*, *Arcesilaum* legendum esse, siquidem Aristoteles non ascribendus academiæ de qua sane secessit, Lycei scholam aperiendo ac instituendo.

Col. 1200 A 10. Parodia versus *Iliadis* Z, 181:

Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ Χίμαιρα.

Alii autem versus in manuscripto reperiuntur 467, ac emendationi Theodori Canteri consentanei, *Variarum lectionum* c. 9. Vide eumdem ibid. I, 6:

Ψεύσεται Πύῤῥωνα τὸ πᾶν κρέας ἢ Διόδωρον.

« In stomacho ferens Menedemi plumbum (gravitatem) Pyrrhonem ganeonem finget aut Diodorum. »

Col. 1201 A 5. Adulteratus textus est. De quo enim agitur? ac insuper ἐπεί τοι προσειθίσθησαν, indigeret conditionali protasi, siquidem ex iis est conjunctionibus quas nuncupant grammatici παρασυναπτικοί.

Ibid. B 1. Ὁ δὲ Πύῤῥων ἐκ Δημοκρίτου ὥρμητο ὅποθέν γέ ποθεν.

Apud Diogenem Laertium legitur lib. IX, 67, *Vitæ Pyrrhonis*:

Φίλων ὁ Ἀθηναῖος, γνώριμος αὐτοῦ γεγονὼς, ἔλεγεν ὡς ἐμέμητο μάλιστα μὲν Δημοκρίτου.

« Philo Atheniensis, illius discipulus, in eo præcipue res Democriticas reperiri dicebat. »

Ibid. 14. Theodorici, seu discipuli Theodori Cyrenæi, *Athei* cognominati, qui in Platonis Dialogis inducitur, a Diogene Laertio laudantur l. IV, 67: Οἱ Θεοδώρειοι κληθέντες.

Ibid. Bion Borysthenes et Academicus, magnus erat sophista, secundum Laertium Diogenem, l. IV, 47: Βίων τὰ μὲν ἄλλα πολύτροπος καὶ σοφιστὴς ποικίλος, καὶ πλείστας ἀφορμὰς δεδωκὼς τοῖς βουλομένοις καθιππάζεσθαι φιλοσοφίας.

Digitized by Google

lon philosophos insectabatur, sicut innuere vi-
ur Numenius, sed tantum de philosophis immo-
detrahentes; quod multo probabilius apparet,
quod esset ipse philosophus atque Academicus.
ile intelligitur illius vindicationem ab Arcesilao
ormidatam fuisse, si eum aperte impugnasset. Ce-
um de Numenio diffidendum est cui solummodo
banda videtur Pythagoræ doctrina, quique alios
iper vellicare conatur, uti videre est in suo *De*
ensionibus Academicorum libro qui ad hoc unum
dit.

ol. 1204 A 5. Hæc verba magnis implexa amba-
us significant istiusmodi philosophos, certitudi-
a negando, sua argumentatione cadere. Καταλη-
κὴ φαντασία gravem Ciceroni difficultatem mo-
in *Academicis*, lib. I, 12 : « Id autem visum cum
um per se cerneretur comprehensibile. » *Visum*
ressum, lib. II, c. 7; Diogenes Laertius, lib. VII,
Sextus Empiricus *adversus Mathematicos*, l. VII,
:
ατάληψιν τὴν μεταξὺ ἐπιστήμης καὶ δόξης, ἥτις
καταληπτικῆς φαντασίας συγκατάθεσις. Καταλη-
κὴ δὲ φαντασία κατὰ τούτους ἐτύγχανεν ἡ ἀληθὴς
τοιαύτη οἵα οὐκ ἂν γένοιτο ψευδής. — *Ibidem*,
: Καταληπτικὴ φαντασία οὖσα ἀπὸ ὑπάρχοντος,
αὐτὸ τὸ ὑπάρχον ἐναποπεμαγμένη καὶ ἐναπ-
ραγισμένη, ὁποία οὐκ ἂν γένοιτο ἀπὸ μὴ ὑπάρχον-

Cataleptica phantasia plane reali ac exsistenti
ecto progenita, in quantum per se exsistit, ibi
matur ac imprimitur, tali modo, ut minime gi-
retur nisi res qua producitur, revera exsisteret. »
bid. B 9. ἀξιωτέρως et mox εἰρήνης, 466, 468.
ol. 1205 B 10. Stratagema de quo hic agitur,
il aliud esse potest quam in Africam inferendi bel-
, CXVII olympiade, Agathoclis victi et obsessi Sy-
asis a Pœnis, consilium ex quo maximum Car-
go ruinæ adiit periculum. Eodem quoque strata-
nate, sed majori etiam successu, usus est prior
bio Africanus ad Annibalem ex Italia repellen-
. In vicesimo *Bibliothecæ* Diodori Siculi libro fu-
describitur Agathoclis expeditio, totiusque istius
i gerendi ratio.
bid. C 8. Horret hæc ultima phrasis constructio-
difficultatibus. Ex repetitis negationibus emer-
videtur sensus auctoris menti contrarius. Non
e intelligitur cur τοὐναντίον ponatur in prima
asis parte, dum potius ad secundam pertineat. Φό-
; omnino sensu careat; in illius loco ψόφους sub-
ıo.
ol. 1208 A 11. Hæc antiquorum morum descri-
multas exhibet difficultates, licet ad eas expla-
das omnia tentaverim. Quid primum significat κοῖ-
γραμματεῖον? Hoc nos docent Hesychius, Har-
ration, ac Pollux.
esychius : Γραμματίδιον ὅτε μὲν τὸ πινακίδιον,
δὲ ὅμοιον Γλωσσοκόμῳ· λέγεται δὲ καὶ ἐπιστό-
.
uic verbo triplex significatio est : *pixis*, *capsa*
ntea, *scrinium*.
arpocration verbo Ἀργυριοθήκη· Διττὰ ἦν
μματίδια οἷς ἐχρῶντο Ἀθηναῖοι τὰ μὲν εἰς τὸ
φειν μόνον τι ἐν αὐτοῖς· τὰ δὲ εἰς τὸ καὶ ἀργύ-
κατατίθεσθαι· ἅπερ καὶ κιβώτια (βοιώτια) ἐκά-
.
extum emendavi, εἰς τό, pro ὥστε : addidi ad
ια κιβώτια βοιώτια quæ in Polluce inveniuntur
IV, c. 2 : Γραμματεῖον παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς καὶ
ἀργύριον ἀπῄκειτο ὃ καὶ γραμματεῖον βοιώτιον
λουν.
esychius ad Ἀργύριον dicit : Γραμματεῖον δὲ καὶ
ύτιον κοῖλον λέγεται. Aperte hæc Bœotica tabellaria
ous argentum reserebatur Bœotiorum ignoran-
indicabant. Vide Plutarchum in Lacydum, *De*
ci ac adulatoris differentia, XXXII, pag. 234 edit.
ski.
A his tamen grammaticorum citationibus patet,
quod hic agitur de γραμματεῖον κοῖλον, non ad chartas inserendas, sed argentum, sicut clavis, exempli gratia. Vox autem γραμματεῖον ad scrinium designandum in hoc Plutarchi loco invenitur, *Pompei Vita* :

Κάκεῖ νοσήσας Λεπίδος ἐτελεύτησε δι' ἀθυμίαν οὐ τῶν πραγμάτων, ὥς φασιν, ἀλλὰ γραμματείῳ περιπεσὼν ἐξ οὗ μοιχείαν τινὰ τῆς γυναικὸς κατεφώρασε.

« In scrinium prosiliens in eo detexit suæ uxoris adulterii culpam. »

Ibid. 12. Διὰ τοῦ κλείθρου, hic foramen significat ad januas claudendas aptum.

Hæc autem vocis κλεῖθρον significatio in lexicis non reperitur; hæc tamen in dubium nullo modo revocari potest, cum idem factum a Diogene Laertio narratum fuerit, in quo, licet in multis peccet, de nostra quæstione recte pronuntiat : Ἔπειτα τὸν δακτύλιον διὰ τῆς ὀπῆς ἐνίει εἰς τὴν στοάν.

Fere eadem vox invenitur in Pherecidis ad Thalem epistola. Laertius Diogenes I, 122, ait : Διὰ τῆς τὸν δάκτυλον ἐκ τῆς κληίθρης. « Cum immisisset per claustri foramen digitum. » Vox illa igitur synonyma est cum verbis ὀπή, τρύπημα. Sic etiam Canticum canticorum, c. V, v. 4 : Ἀδελφιδός, μου ἀπέστειλε τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἀπὸ τῆς ὀπῆς.

Quid autem significant hæc verba, ὀπή, τρύπημα, κλεῖθρον per quæ inseruntur manus, digiti, et annuli? Non certe clavis foramen; sed foramen majus quo utebantur veteres ad portas claudendas.

Ἄρα πύλαι κλείθροις
Χαλκόδετά τ' ἔμβολα
Λαΐνεοις Ἀμφίονος ὀρθώσεις
Τείχεος ἁρμόσται.

Scholiastes ait : Αἱ πύλαι κλείθροις ἡρμοσμέναι. « Januæ κλείθροις muniuntur. »

E *Phœnissis* Euripidis isti versus decerpuntur, v. 115.

Sophocles *Œdipus rex*, v. 1261 :

Δεινὸν ἀΰσας, ὡς ὑφηγητοῦ τινος
Πύλαις διπλαῖς ἐνῆλατ· ἐκ δὲ πυθμένων ἔκλινε
[κοῖλα κλῆθρα.

Vox κοῖλον, κλῆθρον epitheta, januæ vacuum quiddam indicat.

Qui deforis stabant, necessarium habebant manum immittere per foramen ut clavem in claustrum introducerent. Apuleus *Metam.*, lib. IV, p. 70 Pricæi editionis : « Itaque sublimis ille vexillarius noster Lamachus spectata virtutis suæ fiducia, *qua clavis immittendæ foramen patebat*, sensim immissa manu claustrum evellere gestiebat. Sed dudum scilicet, omnium bipedum nequissimus Chryseros vigilans et singula rerum sentiens, lenem gradum et obnixum silentium tolerans paulatim adrepit; grandique clavo manum ducis nostri repente nisu fortissimo ad ostii tabulam affligit. » Quod furti socios induxit ad amputandum illius brachium ad humeri articulum. « Antesignani partem qua manus humerum subit, ictu per articulum medium temperato prorsus abscindimus. »

Idem *Topic.* § 10 : « Argumentatio ex pluribus perveniens quo vult, appellatur inductio : quæ Græce ἐπαγωγή nominatur. »

Col. 1252 A 5. *Αἰνησιδήμου στοιχειώσεις* videtur esse titulus cujusdam libri Ænesidemi, qui forte confundi potest cum eo libro qui λόγοι Πυρρώνειοι a Diogene Laertio nominatur (IX, 106) et de quo disseruit Sextus (*Hypotyp.* l. I, c. 14) : Παραδίδονται τοίνυν συνήθως τοῖς παρὰ ἀρχαιοτέροις Σκεπτικοῖς τρόποι, δι' ὧν ἡ Ἐποχὴ συνάγεσθαι δοκεῖ, δέκα τὸν ἀριθμόν.

Ibid. Μακραὶ στοιχ. 466.

Ibid. C 2. Κόροισον 467.

Col. 1253 D 2. Antigonus Carystius virorum doctorum Vitas scripserat. Jonsius, l. XI, c. 4 *De scriptoribus hist. philos.*, locos omnes memorat in quibus hic Vitarum scriptor invocatur. Hi loci ab Athenæo nec non a Diogene Laertio traditi sunt. Hieronymus, præf. libri *De scriptoribus ecclesiast.* : « Fecerunt quidem hoc ipsum apud Græcos Hermippus Peripateticus, Antigonus Carystius, Satyrus vir doctus et longe omnium doctissimus, Aristoxenus musicus. » Antigoni Carystii exstat opus, cui titulus : *Παραδόξων συναγωγή*, quodque edidit Meursius, t. VII *Op. compl.*; qui tamen in catalogo operum Antigoni, dictum opus omisit. Vide Menagium *in Diogenem Laertium*, l. IX, p. 426 tomi secundi.

Col 1256 A 12. Textus impressus habet ἀρχαλέας παρῳδίας : sed solus mss. 468 habet τραγῳδίας, quod vera lectio esse videtur. Etenim accepimus a Diogene Laertio : Ποιήματα συνέγραψε καὶ ἔπη, καὶ τραγῳδίας, καὶ σατύρους, καὶ δράματα κωμικὰ τριάκοντα, τραγικὰ δὲ ἑξήκοντα, Σίλλους τε καὶ Κιναίδους.

At quid in isto loco agerent parodiæ?

Ibid. B 13. Secutus sum textum Theodoreti *Therapeutici* l. XI, ab Henrico Stephano receptum in *Poesi philosophica*, et a Bruckio in *Analectis poeticis*, cum sic nec sententiæ integritas, nec carminum numeri lædantur. Mireris Vigerum retinuisse textum bis mendosum, cui inutilem proposuit correctionem, dum Theodoretus duplex hoc remedium suppeditaret :

Σχέτλιοι ἄνθρωποι, κακ' ἐλέγχεα, γαστέρες οἷον
Πολλὸν ἐκ τ' ἐρίδων καὶ λεσχομάχων πεπλέ-
[νασθε;

Ibid. 15. *Ἐχθὲς καὶ πρώην.* Ad hoc proverbium quo res recentissime acta significatur vide *Adagia* Erasmi, in verbis *Heri* et *Nudius tertius.*

Ibid. D 4. *Σύναλλος.* Hunc suppositum Aristippi discipulum qui hic nominatur cum Arete, ejus filia, nullus alius inter philosophiæ Græcorum historicos memorat. Evidens est vocem Σύναλλος ex errore scriptam fuisse pro σὺν ἄλλοις, ut opinatur Menagius, quem, cum nihil melius occurreret, secutus sum.

Ibid. 10. Meo judicio, pro voce σύγκρασιν legendum est σύγκρισιν, in sensu vocis ἰδιοσυγκρισία id est, *intima constitutio.* Sextus Empiricus ait, *Pyrrh. hypotyp.* l. I, c. 14 : Δυοῖν τοίνυν εἶναι λεγομένων ἐξ ὧν σύγκειται ὁ ἄνθρωπος, ψυχῆς καὶ σώματος, κατ' ἄμφω ταῦτα διαφέρομεν ἀλλήλων· οἷον κατὰ σῶμα ταῖς τε μορφαῖς καὶ ταῖς ἰδιοσυγκρισίαις· κατὰ δὲ ἰδιοσυγκρισίας διαφέρομεν ὡς ἐνίους κρέα βόεια πεπταίνειν ἰχθυδίων ῥᾷον πέττειν.

Συγκρίσεις eodem sensu sumitur apud Diogenem Laertium, lib. IX, § 80 in *Pyrrhone*, ad designandam corporis constitutionem : Δεύτερος τρόπος

(τῆς διαφορᾶς) ὁ παρὰ τὰς τῶν ἀνθρώπων φύσεις κατὰ ἕθνη (ἔθη) καὶ συγκρίσεις.

Col. 1257 B 1. Vox πάθος Græce, præsertim apud philosophos, non idem sonat ac vox *passio* quæ in recentioribus idiomatibus activum potius quam passivum modum animi designat, dum econtra, apud Græcos semper innuit modum animi passivum, sive de injucundo, sive de jucundo statu agatur. Hic, in isto duplici sensu voce *passio* utemur. Vide Aristotelem, *Metaphys.* l. IV, § 18; l. V, § 21 ed. Duvalli : Πάθος λέγεται ἕνα μὲν τρόπον ποιότης καθ' ἣν ἀλλοιοῦσθαι ἐνδέχεται, οἷον τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν, καὶ ὅσα τοιαῦτα τούτων μᾶλλον· αἱ βλαβερὰι ἀλλοιώσεις καὶ κινήσεις, καὶ μάλιστα αἱ λυπηραὶ βλάβαι· ἔτι τὰ μεγέθη τῶν συμφορῶν καὶ λυπηρῶν πάθη λέγεται.

Ibid. 3 Εἶδέναι 465.

Col. 1260 A 12. Sextus Empiricus, *Contra mathematicos*, l. VIII, p. 387, ait : « Non defuerunt Metrodori, Anaxarchi et Monimi discipuli asserentes nullum inveniri posse criterium veritatis. Addebat Metrodorus nos ne scire quidem quod nescimus. » Vide Cicer., *Academ* l. II, c. 23, ubi legere est : « Chius Metrodorus initio libri qui est *De natura* : Nego, inquit, scire nos sciamusne aliquid, an nihil sciamus, ne id ipsum quidem nescire aut scire : nec omnino sit ne aliquid, an nihil sit. » Facile credere esset, ex his citationibus, apud Eusebium negationem esse pro affirmatione ad locum ἔπεται τούτοις οὖν συνεξετάσαι καὶ τοὺς τὴν ἐναντίαν βαδίζοντας, καὶ πάντα χρῆναι πιστεύειν ταῖς τοῦ σώματος αἰσθήσεσιν ὁρισαμένους; quod veritati repugnat. Hæc philosophica secta ad quam accedunt Pyrrhonii sensuum testimonium recusabat, solumque animum testem admittebat, ut infra legendum. Attamen, prosequamur iter : Xenophanes illius scholæ institutor citatusque a Plutarcho in *Stromatibus*, apud Euseb. *Præparat. evang.* l. I, c. 8, p. 23, ait : Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος ἀποφαίνεται τὰς αἰσθήσεις ψευδεῖς, καὶ καθόλου σὺν αὐταῖς καὶ αὐτὸν τὸν λόγον διαβάλλει.

Id. ibidem : Παρμενίδης ὁ Ἐλεάτης ἑταῖρος Ξενοφάνους τὰς αἰσθήσεις ἐκβάλλει ἐκ τῆς ἀληθείας.

Diogenes Laertius, l. IX, c. 20 : Φησὶ Σωτίων πρῶτον τὸν Ξενοφάνη εἰπεῖν ἀκατάληπτα εἶναι τὰ πάντα. Locus hic æquivocus est. Aristocles, supra citatus, c. 17, eadem affirmat, p. 756 : Ἄλλοι δ' ἐγένοντο τούτοις τὴν ἐναντίαν φωνὴν ἀφιέντες· οἵονται γὰρ δεῖν τὰς μὲν αἰσθήσεις καὶ τὰς φαντασίας καταβάλλειν, αὐτῷ δὲ μόνῳ τῷ λόγῳ πιστεύειν. Τοιαῦτα γάρ τινα πρότερον μὲν Ξενοφάνης καὶ Παρμενίδης καὶ Ζήνων καὶ Μέλισσος ἔλεγον· ὕστερον δὲ οἱ περὶ Στίλπωνα καὶ τοὺς Μεγαρικούς. Omnibus ex his patet a ducibus scholæ Eleaticæ sensuum testimonium abjici, eosque animum solum accipere testem; imo non pauci inter eos eum recusant, nullam judiciis humanis fidem præbendum esse asserentes.

Nunc nobis de Protagora loquendam; sed quæstio hæc non adeo solutu facilis est. Nostrum aggrediamur opus a sequentibus Ciceronis verbis *Academ.* l. XI, c. 46 : « Venio ad tertiam partem philosophiæ : aliud judicium Protagoræ est, qui putet id cuique verum esse, quod cuique videatur. » (Legendum est *qui putat.*) Aristoteles, *Metaphys.* l. IV, c. 5 edit. Duvalli; l. III, c. 5 edit. Brandisii : Ἔστι δ' ἀπὸ τῆς αὐτῆς δόξης καὶ ὁ Πρωταγόρου λόγος, καὶ ἀνάγκη ὁμοίως αὐτοὺς ἅμφω ἢ εἶναι ἢ μὴ εἶναι· εἴτε γὰρ τὰ δοκοῦντα πάντα ἔστιν ἀληθῆ, καὶ τὰ φαινόμενα, ἀνάγκη πάντα ἅμα ἀληθῆ, καὶ ψευδῆ εἶναι· πολλοὶ γὰρ τἀναντία ὑπολαμβάνουσιν ἀλλήλοις, καὶ τοὺς μὴ ταὐτὰ δοξάζοντας ἑαυτοῖς διεψεῦσθαι νομίζουσιν· ὥστε ἀνάγκη τὸ αὐτὸ εἶναί τε καὶ μὴ εἶναι.

« Ratiocinatio Protagoræ desumitur ex eadem analogia, et in hoc necessario ducit, ut res duæ simul sint et non sint. Etenim, si omnes ideæ, quas concipit mens, veræ sint, falsæ item sint necesse est; nam alii alia, sæpissime quidem contraria, percipiunt; qui autem ab aliis dissentiunt in errore versari reputantur. Unde concludendum esset esse simul et non esse easdem res. » Libro primo *Hypotypos. Pyrrhon.*, c. 32, Protagoræ doctrinas doctrinis Pyrrhonicis Sextus Empyricus opponit.

« Protagoras contendit hominem rerum omnium (χρημάτων) μέτρον esse, earum quæ exsistunt in quantum exsistant; nec non earum quæ non exsistunt, in quantum non exsistant. Protagoras voce μέτρον, criterium intelligit, et voce χρήματα, πράγματα, ita ut, illius axiomate implicite significetur hominem rerum, tum exsistentium, tum non exsistentium, criterium esse. Et inde unicuique hominum veras et perceptibiles esse infert res solas quæ illi apparent, τὰ φαινόμενα, quoque Aristoteles τὰς φαντασίας, *seu imaginationes* vocat. »

Idem *Adversus mathem.* l. VII, cap. 6, p. 382, ait : Πρωταγόραν τὸν Ἀβδηρίτην ἐγκατέλεξάν τινες τῷ χορῷ τῶν ἀναιρούντων τὸ κριτήριον φιλοσόφων, ἐπεί φησι πάσας τὰς φαντασίας καὶ τὰς δόξας ἀληθεῖς ὑπάρχειν, καὶ τῶν πρός τι εἶναι τὴν ἀλήθειαν, διὰ τὸ πᾶν φανὲν ἢ δόξαν τινὶ, εὐθέως πρὸς ἐκεῖνον ὑπάρχειν.

Auctores exstiterunt qui Protagoram Abderitanum numeraverunt inter eos qui criterium negant, eo quod dixerit veras esse imaginationes merasque opiniones, neque veritatem rem absolutam esse, cum de re aliqua concepta idea vel opinio, ejusdem rei pars omnino efficiatur. Unde concludendum : Cum Metrodorus Chius hominem aliquid scire posse omnino negaverit, dici nequit illum sensus et intellectum ut res certas admisisse. Aliter sentiendum de Protagora; nam ex suo axiomate « hominem omnium rerum μέτρον esse, » quod Plato in *Theæteto* refellendum sibi sumpserat, inferre debebat optimos homini duces esse sensus: etenim quomodo rerum omnium cognoscendarum fieri criterium poterit homo, nisi suorum sensuum et suæ intelligentiæ ministerio? Ergo ab Eleaticis sejungi debet Protagaras, quibus immerito alligatus est. Solius Democriti forsan dici posset discipulus, nisi ab hoc philosopho proprio axiomate secerneretur.

Ibid. D 2. Plato in multis ab Aristocle ejus homonymo expilatus est. Quod furtim detexit Vigerus, qui Platonis textum in notis affert. Qui ergo fieri potuit ut mendum non sustulerit, a quo abstinuit etiam ms. 465 descriptus? Ἀλλ' οὐ συνῆκαν τὸ κεφάλαιον pro ἀλλ' οὐ Σῦν ἡ Κυνοκέφαλον, ut apud Platonem; unde patet Vigerum nudum Stephani textum typographis tradidisse, qui verbatim reddiderunt. Pythagoræ liber inscribebatur Ἀλήθεια, quod declarat scholiastes Platonis in *Theæt.* pag. 21 : Τὸ τοῦ Πρωταγόρου σύγγραμμα ἀλήθεια ἐκαλεῖτο ὑπὸ Πρωταγόρου.

Col. 1261. Phrasi lux affulget ex his quæ Plato addit : Πρὶν μαθεῖν τὴν φωνήν. *Antequam ea didicisset.*

Ibid. 11. Hoc absurdum est, cum non minus unius oculi quam duorum visio certa sit : hæc ex Platone mutuantur. Quod in memoriam revocat sententiam stulte quondam a burgimagistris Batavis dictam, qui respuebant telescopium Mildelburgi fortuito inventum, quia oculum utrumque ad eum simul applicare nequibant.

Col. 1264 C 14. Παρεστῶτη 465, 468.

Ibid. D 9. Sextus *Adversus mathematicos*, l. I, c. 1, pag. 215:

Ἐν πολλοῖς ἁμαθὴς Ἐπίκουρος ἐλέγχεται διὰ τὴν πρὸς τοὺς περὶ Πλάτωνα καὶ Ἀριστοτέλην καὶ τοὺς ὁμοίους γεγονότας πολυμαθεῖς δυσμένειαν, καὶ διὰ τὴν πρὸς Ναυσιφάνη τὸν Πυῤῥώνος ἀκουστὴν ἔχθραν.

« Non semel se ignarum prodit Epicurus, tum malevolo animo, tum mordaci dente lacessendo Platonem, Aristotelem aliosque philosophos doctrina commendatos, necnon acri odio Nausiphanem Pyrrhonis discipulum persequendo. »

Col. 1265 A 11. Jam notavi vocem πάθος, sensu

Digitized by Google

philosophico acceptam, pariter accipi posse ut rem seu jucundam seu injucundam animum afficientem designet.

Col. 1268 B 5. Vigerus notat fieri non posse ut ea sic exponeret Socrates, legendumque censet πότερον ἡδονὴ μετριότητος ἢ φρόνησις πλείω κέκτηται, *Si voluptas prudentia moderatior est.*

Ibid. C 12. Ὁπόσα χρὴ τοιαῦτα νομίζειν τὴν ἀΐδιον εἰρῆσθαι φύσιν pro εἰρῆσθαι lego ῥηθῆσθαι.

Col. 1272 A 13. Incipit a phrasi truncata : præcedere debet : *Sciendum est*, vel *Quæstio solvenda ea est.*

Ibid. B 1. Elementa duo, nempe plenum et vacuum, a Democrito et Metrodoro Chio excogitata censet Aristocles. Vide c. 19 hujus libri.

Ibid. C 11. Sextus Empiricus *Hypotyposes Pyrrhon*: l. III, c. 4, p. 136, varia eorum nomina recenset. Ἀναξαγόρας ὁ κλαζομένιος (καλεῖ τὰ στοιχεῖα) ὁμοιομερείας· Διόδωρος δὲ ὁ ἐπικληθεὶς Κρόνος, ἐλάχιστα καὶ ἀμερῆ σώματα· Ἡρακλείδης δὲ ὁ ποντικὸς, καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Βιθυνὸς ἀνάρμους ὄγκους· οἱ δὲ περὶ Πυθαγόραν, τοὺς ἀριθμούς· οἱ δὲ μαθηματικοὶ, τὰ πέρατα τῶν σωμάτων· Στράτων δὲ ὁ φυσικὸς, τὰς ποιότητας.

Ut vertantur hæ variæ denominationes, haud necesse est.

Heraclidem istum hic a Dionysio citatum, memorat Sextus *contra physicos*, l. x, § 318, sub nomine *Pontici* : Οἱ περὶ τὸν ποντικὸν Ἡρακλείδην καὶ Ἀσκληπιάδην, ἐξ ἀνομοίων μὲν, παθητῶν δὲ, καθάπερ τῶν ἀνάρμων ὄγκων.

Asclepiades Bythinus, arte medicus, speciatim impetitur a Galeno, ob Ὄγκοι Ἀσκληπιάδειοι, nec non a Cælio Aureliano qui de eo præcipue refellendo intendit in capite 14 libri *De acutis passionibus*.

Col. 1273 C 3. Citatio hæc e psalmo desumpta contraria est penitus versioni Septuaginta Interpretum ac Vulgatæ : *Imperfectum meum viderunt oculi tui.* Præterea, Vigerus auctorem putat pro *rebus invisibilibus* dicere debuisse se vidisse *res inordinatas*, ἀθέτους pro ἀθεάτους, quæ vox idem sonat ac τὰς ἀνοήτους. Hæc observatio non adeo recta. Epicurei de atomis loquuntur invisibilibus non aliter ac si eos viderent. Eos Dionysius opponit Davidi cui Deus viarum suarum imperfectionem patefecit, saltem si psalmus a Dionysio Alexandrino qualis apud Eusebium legitur, intellectus est.

Ibid. Εἶδον 465.

Ibid. 5. Ἐνίτρια 465, 466, 468.

Col. 1276 A 6. Κόσμος significat simul *ordinem et mundum*. Huic duplici sensui hic alluditur, et est paronomasis, verborum ludus.

Ibid. C 3. Διαφορᾷς 468.

Ibid. 8. Κολλήσεως 466, 467.

Col. 1277 A 8. Συγκεχυμένην 466.

Col. 1280 A 10. Μὴ δέουσαι 468.

Ibid. C 8. Hæc desumpta sunt ex propheta Amos, c. III, v. 3.

Col. 1281 D 10. Κίνησι; 467; mox πάντας pro πάντα idem.

Col. 1284 A 4. Διαμονῆς 467.

Ibid. 5. Χρῆσιν 467.

Ibid. 13 Ἐντοσθίων 466, 467.

Ibid. B 1. Ἀναθεωρήσωμεν 465, 466.

Ibid. 3. Ὀρθόν 465, 466.

Ibid. 4. Πανοῦργον 467.

Ibid. 9. Σωματουργοί 465, 466.

Ibid. C 2. Μάθησιν 466.

Ibid. 7. Ἔμπειροι 465, 467.

Ibid. 9. Ἐξόριος 465, 466, 467, 468.

Col. 1285 B 3. Ἅγθες 466, 467.

Ibid. 6. Τῶν γοῦν ὑποθηκῶν ἀρχόμενος. Patet hic agi de titulo unius ex operibus Democriti quod in Diogenis Laertii catalogo non recensetur. Ὑποθήκη *consilium* significat. Isocrates, in exordio orationis *ad Nicoclem* ait : Τινὲς τῶν ποιητῶν τῶν προγεγενημένων ὑποθήκας ὡς χρὴ ζῆν καταλελοίπασιν, ὥστε ἐξ ἁπάντων τούτων εἰκὸς αὐτοὺς βελτίους γίγνεσθαι.

« Quidam inter poetas qui ante nos vixerunt exhortationes de regula morum scripserunt; quæ si eis nostra responderet vita, sane nos meliores efficerent. » Vide Herodotum, I, 211; VIII, 58.

Ibid. 13. Huc usque Democritus, juxta Vigerum.

Ibid. D 7. Ἤθεον 466, 467, 468.

Col. 1288 A 8. Hanc etymologiam recepit Herodotus, l. II, c. 52, ubi, de Pelasgis loquens, dicit eos, etsi non cognoscerent, deos nominare : « Ὅτι κόσμῳ θέντες τὰ πάντα πρήγματα, καὶ πάσας νομὰς εἶχον. »

Alia vero etymologia, e verbo θέειν desumpta, usitatior est.

Ibid. B 8. Ἀτμῶν 468.

Col. 1293 C 4. Λόγων. Lege λόγον.

Ibid. 5 Ψευδοδοξίαν 4' 8.

Ibid. C 7. Ἀσυκοῖς τοῖς ἐλέγχοις ἀπεστόμωσα. Hunc loquendi modum ab Eusebio jam usurpatum l. XI, p. 532, 535, elegantem esse declarat Casaubonus in *Athenæum*, l. IX, p. 416 *Animadversionum*.

Ibid. 14. Peccat hæc constructio, nihil quippe refertur ad τίσι ποτὲ λογισμοῖς. Vigerus conjicit addendum ἠσπασάμην. Jam exposui quibus ex causis : doctrinam religiosam Hebræorum amplexus fuerim; sed ἠσπασάμην non quadraret cum loco in quo Eusebius de veritate historiæ Hebræorum loquitur. Textus emendando supersedeo cum nihil aptum occurrat.

Col. 1297 A 5. Aristocles Peripateticus præsertim nominatur quia breviter scripsit Vitam Philostratis quæ legitur inter *Vitas sophistarum*, l. II, c. 3. Eumdem Synesius, Dionis historiam incipiens, redarguit, quod mores sermonemque gravem philosophorum reliquerit et vanam sophistarum elegantiam elegerit. Tempore Herodis Attici, scilicet imperantibus Antoninis, vivebat Aristocles. Jam nobis exhibuit longa fragmenta capitum 17-21 lib. XIV, ex quibus majus desiderium nascitur de opere disperdito quod Diogene Laertio longe præstat.

Ibid. B 7. Athenæus post citata eadem verba epistolæ Epicuri, l. VIII, c. 59, addit, παραλαβὼν ἑαυτὸν προσεκάθιζε τοῖς λόγοις. Lego παραβαλὼν· *gradum celerans, sermonibus adfuit.*

Ibid. 9. Baylus ad verb., *Aristote*, redarguit versionem P. Vigeri, *affecta jam ætate*, unde supponi posset eum jam senuisse quando medici ostiarius erat. Timæus, cujus Polybius servavit verba in fragmentis Constantini Porphyrogenetæ, p. 46, quem præterea Suidas transcripsit in voce *Aristoteles*, econtra contendit eum fuisse scholæ medicinalis percelebris ostiarium : « Τὸ πολυτίμητον ἰατρεῖον ἀπαχελιχότα. » Hic legitur καὶ τὰς τυχούσας, verba ab ipso omissa, quorumque sensus nullo modo percipi potest; quæ certe mutanda, sed quid reponendum? Desideratur substantivum loco adjectivi : καὶ τὰς τειχίσεις, aut aliquid simile.

Ibid. C 4. Ἐριστικός, Megaricorum serta, quæ principem habuit Euclidem, cui successit Eubulides, Alexini magister, hoc nomine appellabatur. Vide Stanley et Bruker.

Ibid. 14. Democharis, Demosthenis ex sorore nepos, parvi penditur quod causam egerit Sophoclis, Amphiclidis filii, cum Sophocles de legis contempta postularetur a Philone (γραψαμένου παρανόμων), quod juxta decretum ab omni populo Atheniensium sancitum, philosophiæ scholas claudi jussisset. Verisimile est in oratione *pro Sophocle* non tantum Aristoteli, sed omnibus philosophis calumnias injecisse Democharem, οὐ γὰρ Ἀριστοτέλην μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους κακῶς εἰρηκέναι. Lex lata a Sophocle memoratur apud Diogenem Laertium, in *Vita Theophrasti* (sect. 38), et inserta fuit a Petito in *Legibus Atticis*, l. III, c. 8. Democharis *Vitam* scripserunt Vossius in *Historicis Græcis*, I, 11; Jonsius, I, 17, et David

Digitized by Google

Ruhnkenius, in nota ad Rutilium Lupum (lib. I, p. 7), quam adeat lector. In eo Ruhnkenius notat errores eorum qui de eadem re ante ipsum scripserant.

Col. 1300 A 6. Cephisodorus, Isocratis discipulus, causam egit magistri sui adversus Aristotelem quem multis modis male habet. Quod secutus est et exaggeravit Epicurus in epistola *περὶ ἐπιτηδευμάτων*, referente Athenæo, l. VIII, c. 13 : Οἶδα ὅτι ταῦτα μόνος Ἐπίκουρος εἴρηκεν κατ' αὐτοῦ · οὔτε Εὐδουλίδης · ἀλλ' οὔτε Κηφισόδωρος τοιοῦτό τι ἐτόλμησεν εἰπεῖν κατὰ τοῦ Σταγειρίτου καίτοι καὶ συγγράμματα ἐκδόντες κατὰ τοῦ ἀνδρός.

Jonsius, *De scriptoribus historiæ philosophicæ*, l. I, c. 13, multa de Cephisodoro dixit.

Ibid. 9. Lege ὑπερπαίει pro ὑπερπαλαίει. Vide Heliodorum, p. 316 edit. Coray; Josephum *contra Apionem*, I, 34; Athenæum, 538.

Ibid. D 1. Pythiades, soror eunuchi Hermiæ, Atarnes tyranni, uxor fuit Aristotelis. Ex ea gennit filiam Pythiadem, quam in testamento a Diogene Laertio citato, V, 12, Nicanori dedit. Ista Aristotelis filia ingenio prædita erat : vide Petrum Alcyonium *De exsilio*, l. II. Ter nupsit : vide Sextum Empiricum *Adversus grammaticos*, l. I, c. 12, § 258.

Ibid. Theocritus Chius, sophista, vixit tempore Alexandri. Discipulus fuit Metrodori Chii, qui magistrum habuerat Isocratem. Verisimile est ipsum voluisse, ut Cephisodorus, memoriam Isocratis vindicare Aristotelem injuriis afficiendo, qui ipse non alio modo erga Isocratem egerat. Theocriti memorantur plurima verba satyrica. Clemens Alexandrinus in *Protreptico*, c. 77, hæc Theocriti de morte Alexandri narrat : « Bono animo estote, amici, quoniam dii ante homines moriuntur. » Suidas Theocriti enumerat opera. Æmulus fuit Theopompi Chii in reginæ affectatione. Vide Strabonem, l. XIV, p. 645, ed. Casaubon. Theopompus contra eum scripsit in *Consilio* ad Alexandrum, Athenæus VI, 230. Idem Athenæus, l. XII, pag. 540, alterum Theocriti dictum memorat : ad incolas Chii scripserat Alexander ut purpuram mitterent ad conficiendas ducibus exercitus vestes, forte amicis ἑταίροις. Hunc versum Homeri intelligo, inquit Theocritus :

Τόνδ' ἔλε πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιὴ

quia ex hoc dono incolis Chii ruina imminebat. Idem alia Theocriti verba citat de quodam ventri ledito cui nomen erat *Diocles*. Stobæus dictum sequens sub nomine Theocriti citat, quod postea in I *Stromatum* inseruit Clemens Alex. : Θεόκριτος ὁ Χῖος, Ἀναξιμένους λέγειν μέλλοντος, Ἄρχεται, εἶπε, λέξεων μὲν ποταμός, νοῦ δὲ σταλαγμός. « Theocritus Chius de Anaximene sermonem habituro : Verborum lumen. » mentis gutta. Theocritus propter facete dictorum affectationem mortem incurrit. Hæc Plutarchus refert in II *Symposiac.* p. 633 : Ἀντίγονος Θεόκριτον τὸν Χῖον ἀπέκτεινεν ὅτι φήσαντός τινος εἰς τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ βασιλέως ἂν παραγένηται, (ἂν) σωθῆναι. Ἀλλ' ἐμοὶ, εἶπεν, ἀδύνατα φῆς τὰ τῆς σωτηρίας. Quæ usius exposuit Macrobius *Saturnal.* VII, 3 :

« Antigonus rex Theocritum Chium de quo jurarerat quod ei parsurus esset, occidit propter scomma ab eodem de se dictum. Cum enim quasi pueriendus ad Antigonem raperetur, solantibus eum micis ac spem pollicentibus, quod omnino clemenam regis experturus esset, cum ad oculos ejus veisset, respondit : Ergo impossibilem mihi dicitis pem salutis; erat autem Antigonus uno orbatus culo : et importuna urbanitas maledicacem luce rivavit. »

Longe aliter eadem res ab eodem Plutarcho naratur in libro *De educatione puerorum*. Inde invasit opinio hoc opus suppositilium esse.

Attamen, ut redeamus ad epigramma adversus ristotelem directum, corruptum invenitur apud iogenem Laertium, lib. V, § 9.

Plutarchus, in tractatu *De exsilio*, t. II, p 603, verborum ludum explicat istiusce epigrammatis : Ἀριστοτέλην λελουδώρηκε Θεόκριτος ὁ Χῖος, ὅτι τὴν παρὰ Φιλίππῳ καὶ Ἀλεξάνδρῳ δίαιταν ἀγαπήσας, εἵλετο ναίειν ἀντ' Ἀκαδημίας Βορβόρου ἐν προαστίοις. Ἔστι γὰρ ποταμὸς περὶ Πέλλην ὃν Μακέδονες Βόρβορον καλοῦσι.

« Est apud Pellam fluvius quem Macedones vocant Græce βόρβορον, id est Latine *lutum*. »

Variam lectionem exhibet Diogenis Laertii versio:

Ἑρμείου εὐσύχου ἠδ' Εὐδούλου ἅμα δούλου
Σῆμα κενὸν κενόφρων τεῦξεν Ἀριστοτέλης.

Sed mihi magis placet Eusebii versio ἑρμίου, propter carminis metrum.

Col. 1301 A 9. Apellico citatur ab Athenæo, l. V, p. 214. Libros emit Aristotelis. Τὴν Ἀριστοτέλους βιβλιοθήκην καὶ ἄλλας συνηγόρασε συχνάς.

Varia hujusce bibliothecæ fata a Strabone describuntur, l. XIII, p. 608 et 609. Sylla, captis Athenis, redemit Aristotelis libros quos secum Romam detulit. Quod cum compertum habuisset grammaticus Tyrannio, eos luce donavit, sed male habitos.

Iste Apellico magis fuit amicus librorum quam philosophiæ : Φιλόβιβλος μᾶλλον ἢ φιλόσοφος.

Col. 1304 A 4. Atticus, auctor fragmentorum satis prolixorum quæ sequuntur, idem est, ut videtur, ac ille cujus legitur fragmentum l. XI, c. 2 ; pater Herodis erat ; Philostratus illius vitam scripsit eumdemque Aulu Gellius frequenter citat in opere cui titulus : *Noctes Atticæ*. Vide notam c. 2, l. XI, in qua de illo agitur.

Opus Attici contra eos agere videtur qui doctrinas tum Platonis, tum Aristotelis impugnarunt. Syncretismum istum primus adhibuit Ammonius in schola Alexandrina, quem secuti fuerunt et Herennius, et Origenes, et Plotinus, et Porphyrius, et Jamblicus, et Hierocles.

Ibid. 9. Ὁ Περιπ. Sic 466 ; alii ὡς.

Ibid. C 8. Mendosa ista, ut patet ex variis lectionibus mss.

Secundo versu, pro ἐν ᾧ ms. 468 ἐν τῷ, quod recipiendum videtur ; versus sunt Ionicæ dialecti. Τρηχύς, item mss. 466 retinendum.

Παλίγκοτος, cui proximum est verbum τρηχύς, Pindari carmen ad memoriam revocat, *Nemæo* IV, 156 :

Τραχὺς δὲ παλιγκότοις ἔφεδρος.

An hic quoque legendum τρηχύς τε παλιγκότοις?

In ultimo versu mss. 466, 467, 468, legunt σὴν ἐλαφρίζων μάχην. Tum intelligendum esset : « Videsne hanc rupem excelsam ? Hic stat (avis) inimicis formidanda, qui rapide volans, prælium tecum committit. »

Col. 1309 A 17. Ἐν τούτοις 465, 466, 467.

Ibid. 8. Hos Pindari versus in Eusebio mutilos male correxit Vigerus. Ex his qui eosdem versus citaverunt petendæ emendationes : correctionem magni faciendam exhibet Maximus Tyrius in sermone 18 edit. Davis, cui titulus est : *An malum pro malo reddendum*. Alludit Cicero aliqua verba afferens, in epist. 38 l. XIII ad Atticum. Vide Victorium, *Var. lect.* l. XXII, c. 9, p. 406. — Πότερον δίχα τεῖχος ὕψιον ἢ σκολιαῖς ἀπάταις ἀναβαίνει ἐπιχθονίων γένος τῶν ἀνθρώπων, omnes mss.

Ibid. D 1. Ἄτε πόρρω 465, 466, 467.

Col. 1312 B 8. Ἐκείνων μενόντων κατ'. 465, 466, 467.

Col. 1329 D 10. Dicæarchus, historicus, philosophus Peripateticus, musicus, multa et varia scripsit. Inter alia memoratur opus *De antiquo Græcorum modo vivendi*, cujus Porphyrius magnum fragmentum dedit in quarto libro *De abstinentia carnis*. A Plutarcho, Athenæo, Cicerone, S. Hieronymo *adversus Jovinianum* citatur. De ipso vide quod scribitur in *Bibliotheca Græca* Fabricii, l. III, c. 2 ; apud Jonsium, *De scriptoribus hist. philosophicæ*. l. I, c. 16, §§ 1 et 4. Grammaticus quidam exstitit homo

Digitized by Google

mymus, cui forte rectius attribuerentur tractatus *Περὶ μουσικῶν ἀγώνων*, et *De institutionibus theatricis*. Jonsius longam dissertationem de Dicæarcho grammatico elucubraverat in suo tractatu *De grammaticis*, qui lucem non vidit. Dicæarchus non negabat exsistentiam animæ, sed eam *harmoniam* dicebat.

Col. 1336 B 2. Boethus, philosophus peripateticus, Sidone natus, discipulus erat Andronici Rhodii qui philosophabatur tempore Augusti. Vide Holstenium, *De vita et scriptis Porphyrii*, c. 9.

Ibid. 9. Male confutatur Entelechia Aristotelis a Porphyrio qui exstasim et præscientiam futuri, ut argumentum cui contradici non potest, opponit. Iste ratiocinandi modus Porphyrio convenit, viro a recto sensu alieno, qui tamen in mente habebat hos philosophiæ principes adunare. Opus ad hunc finem attingendum composuerat : *Περὶ τοῦ μίαν εἶναι τὴν Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους αἵρεσιν βιβλία Ζ'*. Vide Porphyrii *Vitam* ab Holstenio adornatam.

Ibid. D 6. *Ὅτι δὴ λόγον ἐν νόμοις ἀσεβῶν ἀσεβῆ εἶναι ἀπεφήνατο*. Quid sibi vult hæc nota Eusebii, Porphyrium, ut impium agnovisse hunc sermonem, in legibus impiorum? Porphyrius autem de legibus non scripsit, nedum de legibus impiorum. Mea sententia, legi debet νομίμοις, *de institutionibus impiis*. Sed vocem ἀσεβῶν in titulo libri non potuit Porphyrius inscribere, quæ ab Eusebio addita est.

Col. 1337 B 11. Συναιρῶν 465.

Ibid. 12. Συνδεῖσα 467.

Col. 1341 A 2. Antisthenes Atheniensis erat ; cognominabatur *Herculeus*, quia in exemplum formamque vitæ Herculem imitandum proponebat. Diogenes Laertius, lib. VI, § 2 : « Ὅτι ὁ πόνος ἀγαθόν, συνέστησε διὰ τοῦ μεγάλου Ἡρακλέους καὶ τοῦ Κύρου.... Ἔλεγε συνεχές· Μανείην μᾶλλον ἢ ἡσθείην. Vide Menagium in notis ad hunc locum.

Ibid. C 5. Plutarchus *Adversus Stoicos*, § 35, p. 53, tom. XIV edit. Hutten. : tom. X, p. 438 edit. Reiskii : « Ἀλλὰ τοῦ τε κόσμου πάλιν τὸ πῦρ (ὃ σπέρμα λέγουσιν εἶναι, καὶ μετὰ τὴν ἐκπύρωσιν εἰς σπέρμα μετέβαλε τὸν κόσμον) ἐκ βραχυτέρου σώματος καὶ ὄγκου φύσιν ἔχον πολλὴν, καὶ τοῦ κενοῦ προσεπιλαμβάνον τὴν χώραν ἄπλετόν ἐστι νεμόμενον τῇ αὐξήσει.

« Cum ignis mundi sit germen (ignem enim dicunt universale post incendium in germen mutandum esse ut renovetur mundus), sub minimi corporis et atomi specie, per spatium inane discurrens, in extensionem immensam augebitur. »

Vide Athenagoram, *Legat. pro Christ.*, p. 27, ed. H. Stephani.

Ibid. 10. Vide notam cap. 23, l. XI.

Col. 1344 A 14. Plutarchus *Contra Stoicos*, t. XIV, p. 52 ed. Hutten. ; c. 34, p. 434, ed Reiskii : « Ἀλλὰ μὴν τόν γε κόσμον εἶναι πόλιν, καὶ πολίτας τοὺς ἀστέρας. Εἰ δὲ τοῦτο, καὶ φυλέτας καὶ ἄρχοντας, δηλονότι καὶ βουλευτὴν τὸν Ἥλιον, καὶ τὸν Ἕσπερον πρύτανιν ἢ ἀστύνομον, κ. τ. λ. V. Cicer. *De legibus*, l. I ; *De nat. deor.* l. II : « Mundus est communis deorum atque hominum domus ; » Diog. Laert, l. VII, 137 : Λέγουσιν οἱ Στωικοὶ κόσμον τριχῶς· αὐτὸν τὸν θεὸν, τὸν ἐκ τῆς ἀπάτης οὐσίας ἰδίως ποιὸν, ὃς δὴ ἄφθαρτός ἐστι καὶ ἀγέννητος, δημιουργὸς ὢν τῆς διακοσμήσεως, κατὰ χρόνων ποιὰς πολλὰς περιόδους ἀναλίσκων εἰς ἑαυτὸν τὴν ἅπασαν οὐσίαν, καὶ πάλιν ἐξ ἑαυτοῦ γεννῶν· καὶ αὐτὴν δὲ τὴν διακόσμησιν τῶν ἀστέρων, κόσμον εἶναι λέγουσι· καὶ τρίτον, τὸ συνεστηκὸς ἐξ ἀμφοῖν. Καί ἐστι κόσμος ὁ ἰδίως ποιὸς τῆς τῶν ὅλων οὐσίας ἢ, ὥς φησι Ποσειδώνιος ἐν τῇ μετεωρολογικῇ στοιχειώσει, σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν τούτοις φύσεων, ἢ σύστημα ἐκ θεῶν καὶ ἀνθρώπων καὶ τῶν ἕνεκα τούτων γεγονότων.

Hunc textum asseri Suidas ad verbum Κόσμος, ubi Kusterus proponit εἰδοποιός loco ἰδίως ποιός, ut legit Portus. Diogenes Laertius ex Didymo hunc locum sumpsit itemque corrigendus est ; εἰδοποιός legitur apud Senecam, *Consol. ad Helv.*, c. 8 : « Quisquis *formator* universi fuit, sive ille Deus est potens omnium, » etc. Idem Diogenes, ibid. § 143.

Ibid. B 5. Porphyrius, citatus ex libro *De statuis*, in *Præpar. evang.* l. III, c. 9, p. 101, Ζεὺς οὖν ὁ πᾶς κόσμος : hæc etymologia verbi ζεύς a Stobæo repetitur, *Eclog. physic.*, l. I, p. 46, ed. Heerenii ; ab Aristotele, *De mundo*, c. 7. a Diogene Laertio, VII, 147, Ζῆνα καλοῦσι παρ' ὅσον τοῦ ζῆν αἴτιός ἐστι.

Ibid. 7. Diogenes Laertius, l. VII, 149 : Ἔστι δὲ Εἱμαρμένη αἰτία τῶν ὄντων εἰρομένη.

Plutarch. *De fato*, 4 : Εἱμαρμένη προσαγορεύεται ὡς ἂν εἰρομένη τις. Θεσμὸς δὲ καὶ νόμος ὑπάρχει τῷ τὰ ἀκόλουθα τοῖς γινομένοις πολιτικῶς διατετάχθαι.

Vide supra in c. 8, l. VI, responsa Diogeniani ad Chrysippum de istis etymologiis

Ibid. 10. Ἡγεμονικόν, seu pars quæ omnibus aliis præstat et eis imprimit motum, non idem est apud unumquemque ex veteribus Stoicis : Ἀρχίδαμας τὸ ἡγεμονικὸν τοῦ κόσμου ἐν γῇ ὑπάρχειν ἀπεφήνατο· Archidamus dicebat terram esse ἡγεμονικόν mundi.

Cicero *De nat. deor.* I. II : « Principatum id dico quod Græci ἡγεμονικόν vocant, quo nihil in quoque genere nec potest nec debet esse præstantius. »

Diogenes Laertius, l. VII, 139 : Χρύσιππος ἐν τῷ πρώτῳ *Περὶ προνοίας*, καὶ Ποσειδώνιος ἐν τῷ *Περὶ θεῶν*, τὸν οὐρανόν φασι τὸ ἡγεμονικὸν τοῦ κόσμου· Κλεάνθης δὲ τὸν ἥλιον. Ὁ μὲν Χρύσιππος διαφορώτερον πάλιν τὸ καθαρώτερον τοῦ αἰθέρος.

Ibid. D 3. Vigerus vertit, *ad Boethum*, quasi hoc missum ad Boethum fuisset, sed Boethus jamdudum mortuus erat. Lege, *adversus*.

Hæc sunt verba Holstenii, *De vita et scriptis Porphyrii*, c. 9 : « Eusebius non uno loco et Theodoretus *Therapeut.* serm. I... Propugnasse Porphyrium hoc opere Platonis de anima sententiam adversus Boethum Sidonium, Peripateticum, Andronici Rhodii discipulum, celebrem Augustæi sæculi philosophum, certius esse credo quam ut probari indigeat. » Diog. Laertius *in Zenone* : Βοηθὸς εἶπεν οὐκ εἶναι ζῷον τὸν κόσμον, l. VII, § 143. Hic Boethus mihi videtur Stoicus esse. Inter Stoicos annumeratur a Philone Judæo, in tractatu *Περὶ ἀφθαρσίας κόσμου* ; in eodem tractatu Philo dicit Boethum, Posidonium et Panætium Stoicos, reliquisse doctrinam incendii mundi, ut admitteret saniorem doctrinam æternitatis mundi. Βοηθὸς καὶ Ποσειδώνιος καὶ Παναίτιος ἄνδρες ἐν τοῖς στωϊκοῖς δόγμασιν ἰσχύοντες, ἅτε θεόληπτοι, τὰς ἐκπυρώσεις καὶ παλιγγενεσίας καταλιπόντες πρὸς θειότερον δόγμα τὸ τῆς ἀφθαρσίας τοῦ κόσμου παντὸς ἠτομόλησαν. Boethus, *De fato*, ut Stoicus citatur a Diogene Laertio, l. VII, § 149 : Ἔστι δὲ Εἱμαρμένη αἰτία τῶν ὄντων εἰρομένη, ἢ λόγος καθ' ὃν ὁ κόσμος διεξάγεται.

Adversus doctrinas Stoicorum hunc tractatum scripsit Porphyrius.

Jonsius contendit hunc Boethum de quo agitur esse Boethum Platonicum cujus Porphyrius mentionem facit in *Expositione categoriarum*, quemque Simplicius persæpe citat in commentario super eadem *Categorias* ; errat autem : cum Vigero credit huncce tractatum non compositum fuisse *Adversus Boethum*, sed simpliciter *ad Boethum* missum ; ista opinio falsa est, ut supra vidimus.

De scriptoribus hist. philosophicæ, l. III, c. 15, 5.

Col. 1348 B 8. Cicero *De nat. deor.* II, 46 :...— « Ita relinqui nihil præter ignem, a quo rursum animantis ac Deo renovatio mundi fieret, atque idem ornatus oriretur. »

Cicero, in loco supra memorato, dicit etiam Pana-

Digitized by Google

ium conflagrationi mundi fidem non adjecisse: « De quo Panætium addubitare dicebant, ut ad extremum mundus omnis ignesceret. » Zeno secundus sic censebat; erat enim discipulus Chrysippi. Vide Plutarchum *De notionibus communibus*, t. XIV, p. 53 edit. Huttenii, tom. X, p. 458 ed. Reiskii, citatum ad c. 14.

Col. 1348 D 5. Simplicius in Aristotelis *Physicæ* l. v, quædam tradit de palingenesia Stoicorum, p. 207 verso : Τοῦτο δὲ τὸ ζήτημα τῇ τῶν Στωϊκῶν ἐπὶ μᾶλλον ἁρμόττει παλιγγενεσίᾳ· λέγοντες γὰρ ἐκεῖνον τὸν αὐτόν με πάλιν γενήσεσθαι τῇ παλιγγενεσίᾳ, ζητοῦσιν εἰκότως πότερον εἷς εἰμι τῷ ἀριθμῷ ὁ νῦν καὶ τότε, διὰ τὸ τῇ οὐσίᾳ εἶναι ὁ αὐτὸς, ἢ τῇ κατατάξει τῇ εἰς ἄλλην καὶ ἄλλην κοσμοποιΐαν διαφορεῖσθαι.

« Hæc ad palingenesiam Stoicorum prorsus attinent, cum asserant me renasci eumdem debere virtute palingenesiæ, meritoque attendant utrum sim unus et idem numero (ἀριθμῷ), in sensu philosophico, nunc, qui tunc eram, hoc est, utrum substantia idem sim, utrumne alius sim organorum dispositione ad unam et alteram cosmogoniam pertinente. »

Col. 1349 A 4. Diogenes Laertius, l. vii, § 158 : Ἄνθρώπου δὲ σπέρμα (πνεῦμα) ὃ μεθίησιν ὁ ἄνθρωπος μεθ' ὑγροῦ συγκιρνᾶσθαι τοῖς τῆς ψυχῆς μέρεσι κατὰ μιγμὸν τοῦ τῶν προγόνων λόγου, lego σπόρου.

Mutilus est hic textus et vix intelligi potest sed alter ex altero confirmatur.

Ibid. B 2. Schleiermacher, in *Museo antiquitatis Wolfii*, vol. I, p. 352, proponit αὐταὶ τοῖς ἐν τοῖσι ποταμοῖσι, *similes his in fluminibus*.

Ibid. 5. Illud Heracliti Ephesini axioma sæpe recentioribus ipso auctoribus citatum est. Vide locum *Theæteti* Platonis, p. 118 F; *Cratyli*, 266, A ed. Ficin. Illud frequenter invocat Plutarchus in tractatu de Εἶ, syllaba inscripta in templo Delphico, quem citat Eusebius *Præp. evang.*, l. xi, c. 2, p. 528 : Ποταμῷ δ' οὐκ ἔστιν ἐμβῆναι δὶς τῷ αὐτῷ; in tractatu *De sera Numinis vindicta*, p. 62, edit. Wyttenbach; in tractatu *Contra Stoicos*, qui hanc doctrinam amplexi fuerant, p. 1082; in *Quæstionibus naturalibus*, p. 912 : Ποταμοῖς γὰρ δὶς τοῖς αὐτοῖς οὐκ ἂν ἐμβαίης, ὥς φησιν Ἡράκλειτος, ἕτερα γὰρ ἐπιῤῥεῖ ὕδατα.

Hujus axiomatis meminit Aristoteles in *Metaphys.*, 5, 6, p. 205, ed. Brandis, sub hoc nomine : *Ἡρακλείτειοι δόξαι*. Vide ap. eumd., l. iii, c. 5; *Politic.*, l. iii, c. 2. Sub nomine θέσις citatur ab Ammonio in commentario suo super tractatum *De interpretatione*, p. 9, ed. Sabio : Καλοῦμεν θέσεις τὰς παραδόξους ὑπολήψεις τῶν γνωρίμων τινὸς κατὰ φιλοσοφίαν· οἷον τὸ πάντα κινεῖσθαι καὶ στάσεως μηδαμῶς τὰ ὄντα μετέχειν ὥσπερ ἔλεγεν Ἡράκλειτος. Idem, *in Categorias*, illud axioma Pyrrhoni tribuere videtur : Ὥσπερ εἰς τὸν αὐτὸν ποταμὸν, φησὶ, δὶς ἐμβῆναι ἐμήχανον· Οὕτως οὐδὲ περὶ τῶν πραγμάτων, p. 8 verso, ed. Sabio. Inde tamen immerito concluderetur Ammonium voluisse Heracliti spoliis Pyrrhonem ornare; dicit tantum Pyrrhonem omnibus illud axioma applicuisse, χρώμενος τῷ παραδείγματι, conclusionemque ex illo exprompsisse ab Heraclito negatam, scilicet omnis scientiæ incertitudinem. Sextus Empiricus hanc thesin, ut eam vocat Ammonius, Heraclito non attribuisset, in *Hypotyposibus*, l. iii, § 115, si Pyrrhonis esset, quem laudat. »

Seneca, ep. 58 : « Ego dum loquor mutari ista, mutatus sum. Hoc est, quod ait Heraclitus, *In iidem flumen bis non descendimus*. » Persius : « Quod loquor inde est. » Heraclitus Ponticus in *Allegoriis Homericis*, p. 465, edit. Gale, 1688. Μητέρα δὲ θεοῖς ἐνειμεν εἶναι Ῥέαν, ἐπειδὴ ῥύσει τινὶ καὶ δεννάῳ κινήσει τὸ πᾶν οἰκονομεῖται· et alii.

Col. 1353 A 7. De correctione hujus loci vide Wyttenbach in Plutarcho, *De sera Numinis vindicta*, p. 83.

Col. 1357 A 3. Χορηγοῦν, 466.

Ibid. C 10. Πρός τί πως ἔχειν. Horum verborum meminit Diogenes Laertius in *Vita Zenonis*, § 161, l. vii, p. 468, occasione data ab Aristone Chio qui hæc introduxit cum ἀδιαφορίᾳ in philosophia Stoicorum. Hæc sunt verba Diogenis :

Ἀρετάς τε οὔτε πολλὰς εἰσῆγεν, ὡς ὁ Ζήνων, οὔτε μίαν πολλοῖς ὀνόμασι καλουμένην, ὡς οἱ Μεγαρικοὶ, ἀλλὰ καὶ τὸ πρός τί πως ἔχειν.

« Non multas admittebat virtutes, ut Zeno, nec unam sub diversis nominibus, sicut Megarici; sed ut res exigebat. » Vide apud eumdem, in *Vita Pyrrhonis*, l. ix, sect. 96. Simplicius in commentario suo *in categorias Aristotelis*, doctrinam Stoicorum exponit de rebus, περὶ πραγμάτων, Θ. 5, p. 2, quas dividunt in substantias, οὐσίαι, in qualitates, ποιότητες, in relativa absoluta vel relativa ad subjectum, τὰ πρὸς αὐτό πως ἔχοντα. Duo hæc ultima Latine vocat Boetius *potentiam* et *habitum* : dividuntur adhuc in relativa sui ad alia et aliorum ad se.

Ex his, nihil aliud est virtus nisi vitæ moderatio in illa vel illa circumstantia : virtus est sobrietas in alimentorum usu, est continentia in voluptatibus, etc.

Aristoteles hanc locutionem adhibet in tractatu *Περὶ φυσικῆς ἀκροάσεως*, tom. I, p. 246 edit. Bekker.

Φαμὲν ἁπάσας εἶναι τὰς ἀρετὰς ἐν τῷ πρός τί πως ἔχειν· ἑκάστη γάρ ἐστι τῷ πρός τί πως ἔχειν, καὶ περὶ τὰ οἰκεῖα πάθη εὖ ἢ κακῶς διατίθησι τὸ ἔχον.

P. 247 : Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν τῆς ψυχῆς ἕξεων· ἅπασαι γὰρ καὶ αὐταὶ τῷ πρός τί πως ἔχειν· καὶ αἱ μὲν ἀρεταὶ, τελειώσεις· αἱ δὲ κακίαι, ἐκστάσεις.

Ibidem : Πολὺ τὸ ἐπιστῆμον ἐν τῷ πρός τί πως ἔχειν λέγομεν.

Sextus Empiricus, l. viii, *Adversus logicos*, sect. 163 :

Ἐπεὶ οὖν δύο εἰσὶ τῶν πραγμάτων διαφοραὶ, μία μὲν ἡ τῶν κατὰ διαφοράν, δευτέρα δὲ ἡ τῶν πρός τί πως ἐχόντων.

« Duæ sunt rerum differentiæ, una secundum differentiam essentialem, altera secundum relationem. »

Idem § 162 hoc thema explicat ita ut quisque intelligere possit quid sit *πρός τί πως ἔχον*· Τῶν ὄντων φασὶν οἱ ἀπὸ τῆς Σκέψεως, τὰ μέν ἐστι κατὰ διαφοράν· τὰ δὲ, πρός τί πως ἔχοντα. Κατὰ διαφοράν μὲν ὁπόσα κατ' ἰδίαν ὑπόστασιν καὶ ἀπολύτως νοεῖται· οἷον λευκὸν, μέλαν, γλυκὺ, πικρὸν καὶ πᾶν τὸ τούτοις παραπλήσιον· ψιλοῖς γὰρ αὐτοῖς καὶ κατὰ περιγραφὴν ἐπιβάλλομεν καὶ δίχα τοῦ ἑτερόν τι συνεπινοεῖν. Πρός τι δέ ἐστι τὰ κατὰ τὴν ὡς πρὸς ἕτερον σχῆσιν νοούμενα, καὶ οὐκέτι ἀπολελυμένως λαμβανόμενα· τουτέστι, κατ' ἰδίαν· οἷον τὸ λευκότερον καὶ μελάντερον καὶ γλυκύτερον καὶ πικρότερον καὶ πᾶν εἴ τι τῆς αὐτῆς ἐστιν ἰδέας. Οὐ γὰρ ἂν τρόπον τὸ λευκὸν ἢ τὸ μέλαν, ἢ τὸ πικρὸν κατ' ἰδίαν ἐνοεῖτο περιγραφὴν, οὕτω καὶ τὸ λευκότερον ἢ μελάντερόν ἐστιν· ἀλλ' ἵνα τοῦτο νοήσωμεν, συνεπιβάλλειν δεῖ καὶ ἐκείνῳ τῷ οὗ λευκότερόν ἐστιν, ἢ τῷ οὗ μελάντερόν ἐστι· καὶ ἐπὶ τοῦ γλυκυτέρου καὶ πικροτέρου ὁ αὐτὸς λόγος.

« Sceptici divisionem rerum statuunt in eo quod quædam sunt κατὰ διαφοράν, quædam autem πρός τί πως ἔχοντα. Res κατὰ διαφοράν exsistentiam (ὑπόστασιν) habent independentem, mensque eas concipit exsistentes independenter a subjecto cui adhærent : ut candidum, nigrum, dulce, amarum et alia similia : horum quippe ideam habemus abstractam, nec fit ulla collatio, vel eorum cum aliis relatio fingitur. Eæ autem quæ πρός τι πως ἔχοντα dicuntur notionem de se non præbent nisi cum aliis collatæ, ut candidius, dulcius, amarius et alia similia : non enim res istæ eodem modo se habent quo res κατὰ διαφοράν, siquidem ipsas nonnisi ab aliis sejunctas nobis fingere possumus. Si menti nostræ occurrat idea τοῦ *plus* aut τοῦ *primus*, cogitemus necesse est de re altera quæ minor est aut major, sive alba, sive nigra, sive dulcis, sive amara. »

Col. 1373 A 5. Opinionem eorum qui dicunt animam humanam esse harmoniam, provenireque ab æquo temperamento elementorum quibus componitur corpus, jam confutaverat Plato in *Phædone*. § 57. Platoni consentit Aristoteles *De anima*, l. i, c. 4.

Digitized by Google

Inter auctores qui hanc opinionem tuentur, sæpius citatur Dicæarchus, discipulus Aristotelis. Vide Plutarchum, *De placitis philosophorum*, IV, 2.

Nemesius de natura hominis : Δικαίαρχος ψυχὴν ἁρμονίαν τῶν τεττάρων στοιχείων· οὐ γὰρ δὴ τὴν ἐκ φθόγγων συνισταμένην, ἀλλὰ τὴν ἐν σώματι θερμῶν καὶ ὑγρῶν καὶ ψυχρῶν καὶ ξηρῶν ἐναρμόνιον κρᾶσιν καὶ συμφωνίαν βούλεται εἶναι.

Vide Sextum Empiricum, *Adv. mathematicos*, VIII, § 349, Pyrrhonem, *Hypotyp.* II, § 31 ; Plutarchum, *C. Colotem*, § 14.

Atticus, ab Eusebio citatus, supra l. XX, c. 9. Lucretius tandem hanc doctrinam exponit, lib. III, v, 98 :

Quamvis multa quidem sapientum turba putarunt
Sensum animi certa non esse in parte locatum :
Verum habitum quemdam vitalem corporis esse
Harmoniam Graii quam dicunt, quod faciat nos
Vivere cum sensu, nulla cum in parte siet mens :
Ut bona sæpe valetudo cum dicitur esse
Corporis, et non est tamen hæc pars ulla valentis.

Col. 1373 C 14. Φιλολογίας 465. recte.

Col. 1376 A 6. Ἐπιθεωρῆσαι 465, 466.

Ibid. B 1. Ἐκφαινούσας 465, 468 ; ἐκφαίνοντα, 466.

Ibid. 6. Ἐκ deest 465, 466, 467.

Ibid. C 3. Πεπληρωκότος 465, 466, 467, 468.

Ibid. 6. Κατ' ἔμφασιν γιγνόμενον, 465, 466.

Ibid. 9. Διὰ βραχίας 465 ; βραχίος 466.

Col. 1377 A 4. Ἰνοήν 465, 466.

Ibid. 6. Πολλαπλασίῳ 466.

Ibid. 8. *Ἐπίκουρος πάλιν κ. τ. λ.* Hæc phrasis ter repetitur hic et apud Plutarchum, c. 24, 25 et 30. Ἐχόμενος τοῦ ἐνδεχομένου. Hanc duplici modo Vigerus in Latinum convertit ; cap. 24 : « Epicurus itidem superiora omnia vera esse posse, imo tantum etiam (solem esse) quantus nobis videtur ; » cap. 25 : « Epicurus (ait) hæc omnia probabilitate sua non carere ; » cap. 30 : « Fieri posse constanter retinens. » Quænam est vera lectio ? an utraque peccat ? Diogenes Laertius parum hæc elucidat ; dicit quidem Epicurum contendere solem nec majorem nec minorem esse, vel paulo majorem aut minorem, quam videtur : τηλικοῦτον εἶναι ἡλίκος φαίνεται, l. X, 91 : sed omnino hallucinatur cum dicta probare contendit ex eo quod luminis color ad nos intemerata pervenit, quanquam a sole adeo remotos. Propterea Cicero dixit : « Epicurus in physicis, quibus maxime gloriatur, totus est alienus. » *De finibus*, I, c. 6, § 17. Id. ibidem, § 21 : « Sol Democrito magnus videtur, quippe homini erudito in geometriaque perfecto : huic bipedalis fortasse : tantum enim esse censet quantus videtur vel paulo aut majorem, aut minorem. » Quæ Plutarchi optime explicant finem phrasis ; sed quid significat ἐνδέχεσθαι τὰ προειρημένα πάντα quod bis repetitur ? Nihil præcessit. Primam ergo Vigeri non admittimus versionem. Quoad probabilitates, τὰ πιθανολογούμενα, ut dicit Epicurus apud Diogenem Laertium, § 87, lego προειλημμένα. *Opiniones receptæ, prolepsis* cujus sæpe Epicurus vim prædicat, præcipueque ad deos et ad fidem in deos. V. Ciceronem *De nat. deor.* I, 16 ; Diogenem Laertium, X, 33.

Ibid. D 5. Quis est hic Antipho physicus ? De eo tacet Jonsius in longa enumeratione Antiphonum, l. IV tractatus *De scriptoribus historiæ philosophiæ*.

Col. 1380 B 7. Hic indicatur Diogenes Apollonius, supra citatus, l. I, c. 8, p. 25, in fragmento *Stromatum* Plutarchi et apud Diogenem Laertium, l. IX, § 57.

Ibid. 11 Lapis lapsus ad Ægos-Potamos apud antiquos celebris fuit maxime propter explicationem Anaxagoræ. Post inventionem legis gravitatis, hæc historia inter fabulas annumerata fuit ; sed nostris diebus iterum hæc historia revixit, quod multi lapides diversis in locis a summo cadentes aere visi sunt. Hujus facti explicatio ex legibus physicis vix dari potest. Nemo scit enim quomodo talia corpora e centro suo gravitatis excedunt ut novum centrum adeant.

Ibid. C 5. Loco *Heraclidis*, scripsi *Heraclitum* : nullibi enim mentio Heraclidis ut philosophi physici ; sed Heraclitus proximus fuit doctrina Pythagoricis quorum opiniones circa physicam admisit Heracliti Ephesini, *Obscuri* cognominati, fragmenta sparsa diversos apud antiquos auctores collegit Schleiermacher ut monographiam componeret quæ reperitur in *Musæo antiquitatis Wolfii*, p. 339, de quo jam supra in nota ad lib. XIII, c. 13.

Col. 1384 C 10. Galenus Περὶ φιλοσόφου ἱστορίας, t. IV, p. 427, edit. Basil., sic doctrinas Platonis exponit :

« Plato dicit mundum esse unum, omnia esse unum, et mundum non fore perfectum, si non omnia contineret : mundum enim non fore exemplari similem, scilicet mundo mortali, θνητῷ (sed hoc ultimum verbum falso hic ponitur ; supple νοητῷ, intellectuali), si non fuisset sola generatio ; quam si huic qualitatem eripias, non erit æternus. »

Col. 1385 A 12. Προνοουμένως 465.

Col. 1386 D 1. Ἀπὸ πυρὸς καὶ τοῦ πέμπτου στοιχείου. Quintum elementum pertinet ad philosophiam Peripateticorum, non autem ad philosophiam Pythagoræ. Galenus itaque in *Φιλόσοφος ἱστορία* solum scribit ἀπὸ τοῦ πυρός.

Col. 1389 A 11. Apud antiquos, dexterum et sinistrum, quoad mundum, statuuntur motus circularis directione. Aristoteles *De cælo*, lib. II, c. 2 : Δεξιὸν ἑκάστου λέγομεν, ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κατὰ τόπον κινήσεως· τοῦ δὲ οὐρανοῦ ἀρχὴν τῆς περιφορᾶς, ὅθεν αἱ ἀνατολαὶ τῶν ἄστρων· ὥστε τοῦτο ἂν εἴη δεξιόν, οὗ δὲ αἱ δύσεις, ἀριστερόν.

Ibid. 15. Περιφορὰ, cum sensu *involucri*, insuetum.

Col. 1392 B 2. Ἀριστοτέλης καὶ Πλάτων τὴν ὕλην σωματοειδῆ, ἄμορφον, ἀνείδεον, ἀσχημάτιστον, ἄποιον μὲν, ὅσον ἐπὶ τῇ ἰδίᾳ φύσει. Hic est, mea sententia, manifesta contradictio ; hic materiam vocat σωματοειδῆ, illic eam appellat : ἄμορφον, ἀνείδεον, ἀσχημάτιστον, ἄποιον μὲν ὅσον ἐπὶ τῇ ἰδίᾳ φύσει.

Non ergo legendum σωματοειδῆ ; propono στοιχειωειδῆ, *materiam elementitiam*.

Aristoteles, *De physica auscultatione*, lib. II, initio, materiam a forma sejungit ; porrò, materia, σωματοειδὴς unam et alteram complectitur. Ἕνα μὲν οὖν τρόπον ἡ φύσις λέγεται ἡ πρώτη ἑκάστῳ ὑποκειμένη ὕλη· ἄλλον δὲ τρόπον ἡ μορφὴ καὶ τὸ εἶδος.

Non dubito quin neque Plato, neque Aristoteles hanc doctrinam, quæ contradictoria est, tenuerint, ut referunt Plutarchus et Eusebius. Timæus Locrensis, *De anima mundi*, I, 2 : « Omnia ab idea generantur, et materia, et sensibile a quibus deinde reliqua producuntur. Idea est ingenita, immutabilis, constans, quia natura sua est intellectualis et paradigma rerum generatarum in quantum mutationi obnoxiæ sunt : hæc definitio ideæ concipienda tradendaque est. »

« Materia est effigies, ἐκμαγεῖον, mater, nutrix genitrixque tertiarum substantiarum. Quæ in se recepit affinia, coadunat, sicque elaborat et sua opera perficit. »

« Hanc materiam dicebat æternam, non autem immutabilem, informem quoad essentiam, sed omnes formas recipientem. »

« Quoad corpora, natura in ipsis dividi potest, quia ex utraque natura proveniunt. »

« Cum hæc duo elementa inter se opponuntur, scilicet forma et natura, forma viri aut patris, natura feminæ aut matris vices gerit, tertiæque substantiæ proveniunt ab utraque. »

Idem III, § 3.

« Principium rerum procreatarum sunt substratum, materia, et ut causa figuræ, forma. Ab his generantibus, scilicet terra, aqua, aere et igni produ-

Digitized by Google

untur corpora : duorum horum principiorum productiones enumeravimus. »

Sic Plutarchus verba hujusce capitis *Timæi* transcripsit. Ἔκμαγεῖον, cujus prima significatio est, *lappa penicillum* quocum detergitur, ἔκμαγμα, ἔκμαστρον, triplici significatione gaudet. Impressam nim significat imaginem in corporibus ductilibus, t in annulo ; excipulum formarum externarum ; enique typum vel matricem quæ formas istas proucit. Vide Vigerum in hunc locum ; Petavium *in 'hemistam*, 21 orat. Vide etiam Bouchereau, p. 414, a notis suæ versionis Origenis *Adv. Cels.* in epist. d Menjot.

Plato, in *Timæo*, p. 50, unde partim hæ definiiones derivantur, explicationem addit super ἐκμαεῖον, in eodem sensu : ἐκμαγεῖον φύσει παντὶ κεῖαι, κινούμενόν τε καὶ διασχηματιζόμενον ὑπὸ τῶν ἰσιόντων, κ. τ. λ. Aristoteles, *Metaphys.*, l. I, c. 6 : ὸ δὲ δυάδα ποιῆσαι τὴν ἑτέραν φύσιν, διὰ τὸ τοὺς ριθμοὺς ἔξω τῶν πρώτων εὐφυῶς ἐξ αὐτῆς γενᾶσθαι, ὥσπερ ἔκ τινος ἐκμαγείου. *Scholiastes* : Ὥσπερ τὰ ἐκμαγεῖα καὶ οἱ τύποι πάντα τὰ ἐναρμοσέντα αὐτοῖς ὅμοια ποιοῦσιν, οὕτω καὶ ἡ δυὰς ὥστερ τι οὖσα ἐκμαγεῖον τῶν μετ' αὐτὴν γεννητικὴ ριθμῶν γίνεται ἑκάστῳ ᾧ ἂν προσαχθῇ. Vide *Theætetem* Platonis, p. 191, 194, 196 edit. Stephani, l. II *Legum*, p. 800 et 801 ejusdem editionis.

Col. 1393 A 9. *Xenophanem* lege pro *Xenocratem*; ic de astronomia nunquam scripsit.

Ibid. B 5. Plutarchus, *De facie lunæ*, § 15 :

« Nullam fidem adhibeamus Metrodoro Chio, qui licit solem, ut discum, propter levitatem sursum rectum fuisse, astraque diversos in locos distributa uisse, a specifica gravitate, sicut a statera, directa »

Col. 1396 A 3, Pauca tradamus de notabili Thalis irca defectus tum solis tum lunæ inventione.

Defectum solis qui tempore prælii Lydiorum adersus Medas evenit, prænuntiaverat, ut ab Herooto in *Clio*, cap. 74, refertur, συμβολῆς γενομένης ς τε τῆς μάχης συνεστεώσης τὴν ἡμέρην ἐξαπίνης ύκτα γενέσθαι· Τὴν δὲ μεταλλαγὴν ταύτην τῆς μέρης Θαλῆς ὁ μιλήσιος τοῖσι Ἴωσι προηγόρευσεν σεσθαι.

